BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII
G
79
NAPOLI

79-80

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

OPVSCVLA THEOLOGICA,

Selectis Sacræ Scripturæ locis, & Sanctorum Patrum auctoritate roborata.

AVCTORE

R. P. D. ANDREA LANFRANCHI

Ordinis Clericorum Regularium Presbytero.

OPVS NON THEOLOGIS MODO, SED ETIAM Concionatoribus inſignium rerum materiam abundè præbiturum.

CVM DVPLICI INDICE ET LOCORVM SACRAE Scripturæ, & Rerum notabilium.

TOMVS PRIMVS.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

NEAPOLI,

Ex Typographia Lazari Scorigij. M. DC. XXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

BEATISSIMO, SANCTISSIMOQVE PATRI, AC DOMINO, D. N. VRBANO OCTAVO; PONTIFICI MAXIMO.

ANDREAS LANFRANCHI.

POST longam, difficilem, atque periculoſam Oceani Atlantici nauigationem, Beatiſſime Pater, ac tandem Syrtibus, ac vadis, Scylla, atque Carybdi, infeſtis ſcopulis, euitatis, vt primum nauta, patrio litori, appulſa naui, optatum tenet portum, protinus hilaris in terram emicat: & ſupplex templum intrans, & de tot, tantisque beneficijs Deo gratias agens, votiuam denique pro ſuo felici reditu in patriam, ſaluisque mercibus, tabulam, templi parietibus ſuſpendendam, atque figendam Pontifici tradit.

Idem vero mihi hoc quidem tempore faciendum putaui; Cùm enim mea hæc opuſcula, quæ diu, multumque fortuna duriore conflictata, Lugduni plurimos annos ita iacuerunt in tenebris, vt veluti naufragio perijſſe cogitauerim, ante meos oculos inopinatò emerſiſſent; ingratum hercle videri me arbitrabar, ſi ipſa Deo, tantæ nauigationis duci, olim dicata, in Eccleſia non ſiſterem, & ea tibi, Sanctiſſime Pontifex, vt ampliſſima tua auctoritate firmares, ac populo Chriſtiano legenda exponeres, humillimè, atque promptiſſimè non offèrrem. Habet enim hoc virtus pietatis, ac Religionis,

vt quicquid à Deo acceperimus, eidem multo cum fœnore acceptum referamus.

Hanc fortaſſe grati animi mei, erga ſe propenſionem, proſpiciens, mundi huius opifex, molitorque Deus, altiſſima ſua prouidentia effecit, vt nouus hic enaſcens noſtræ mentis foetus (vt Clementis Alexandrini verbis vtar) te vnum Angelum haberet cuſtodem, vt in te vno, cœleſtium ferè omnium beatorum ſpirituum, cuſtodia muniretur. Tu enim maxime Pontifex, inſtar es omnium Angelorum. Etenim ferè omnes, è ſingulis Hierarchijs quaſi petitos Angelos, agis. Quid.n. nobis tua Prima, ac ſumma ſedes, in tanta dignitate, atque auctoritate collocata, niſi Thronos ante oculos ponit? Quid tuarũ omnium heroicarum cumulus virtutum, niſi cœleſtes in terris virtutes exprimit? Quid Pontificiæ tuæ poteſtatis faſtigium, cui omnia curuantur imperia, niſi Dominationes, ac Poteſtates declarat? Altisſimæ poſtea tuæ diuinæ atque humanæ ſcientiæ ſplendor, nonne te, quaſi alterum Cherubim, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Paradiſum, fulgentisſimo ſapientiæ gladio cuſtodire ſignificat? & quid, denique tuus ardentisſimus in Deum amor, & in Chriſtianum gregem tibi demandatum, niſi tua charitatis viſcera, ſeraphico flagrare ardore, tam apertisſimè demonſtrat, vt pro Dei honore, atque ſalute animarum, vitam cùm ſanguine profundere non dubitares?

Hæc igitur cùm ita ſint, præclarè huic noſtro enaſcenti libro conſulimus, ſi eum tibi, Maxime Pontifex, ſuppliciter dicamus, atque cuſtodiendum, pio, humili, gratoque animo damus. In te namque vno, tanquam in altera ſulamite, præfortium choros caſtrorum, magna cum voluptate ſuſpicimus, & veluti vniuerſam cęleſtium exercituum aciem, admiramur.

Qua de cauſa tantum abeſt, vt Apes tuæ gentilitiæ, aculeis me deterreant, vt potius mellis nectare alliciant, atq; trahant. Nàm (vt Plinianum illud ſilentio pręteream, regnàntes apes aculeis carere, vel non vti) ſi glorioſæ Apes tuæ ſunt aculeatæ, in earum armis noſter hic liber, omnem opem ſitam habet. Sperat enim fore ſe ab hoſtium incurſibus tutum; ita vt nec inuidus mordere, nec doctus nauſeare, nec indoctus obſtrepere audeat omnino.

Præ-

Digitized by Google

Præterquam quod ſi mihi ſubeundum eſt Eccleſiæ Catholicæ iudicium, eiuſque in terris Conſpicui Capitis, Romani ſcilicet Pontificis; (nihil enim penitus ex meis ſcriptis probatum cuiquam eſſe volo, nec debeo, niſi prius huius Sanctiſſimę Sedis ſententia, & Eius, qui pro Chriſto, illi præſidet, ſit probatum) egregiè mihi factum puto, ſi eum ſortitus ſim cenſorem, qui habeat in manu mel, & aculeum, qui videlicet errata corrigat, & benignè.

Patrocinium igitur amo, & cenſuram accipio libentiſſimè illius præſertim doctiſsimi, atque ſapientiſsimi Principis, qui iudicare nouit, & ſuauiter. Ea enim ingenij felicitate, atque eloquij ſuauitate polles, vt iuris rigorem æquitate, legumque ſeueritatem, clementia condias. Cui enim non odioſa imperia manliana? Mel igitur ſine aculeo, remiſſa eſt manſuetudo: aculeus ſine melle, rigida ſeueritas: medium autem iter non niſi feliciſſimis, ac prudentiſsimis Principibus peruium. Quas quidem optimi, atque præclariſſimi Ptincipis partes, vt tuo glorioſo ſtemmate doces, ita re ipſa, Sanctiſſime Paſtor, agis, vt in ampliſſimo huius mundi amphitheatro, viuum ſis exemplar, propoſitum cunctis Chriſtianæ Reipublicæ Principibus, ac Regibus imitandum. & (quod rari exempli eſt, ijs omnibus inuidendi) accipis quidem ex ſummi Pontificatus dignitate decorem, ſed viciſſim illam decoras, illuſtraris ab illa, par pari reddis, illuſtrantem illuſtras. Quin potius, quod olim de Baſilio aſſumpto teſtatus eſt Nanzianzenus, de te ad ſummum euecto Pontificatum, iure optimo dici poteſt, non maior inde tibi lux, ſed maior inde tibi lucis operatio, ſnbminiſtrante nimirum noua, non lucem, ſed lucendi materiam, poteſtate.

Non igitur temerarium, licet audax, ad conſilium, animũ adieci meum, cùm huius meæ mater audaciæ, tua benignitas, atque hnmanitas extiterit, & eximia in Noſtram Religionem beneuolentia, qua vel à primordijs tui Ponifitcatus, tam amãter eam complexns es, vt ſummo ſtudio, maximiſque beneficijs eandem perpetuò tibi deuinxeris. Tu enim non modo Andream Auellinum, ſed etiam Caietanum Thienæum huius

noſtræ Religionis Authorem, in Beatorum album relatos, cœleſtibus, atque diuinis honoribus, magna omnium Ordinum gratulatione, decoraſti, & in Parente, nos filios omnes, decora laude cohoneſtaſti. Sed vt hæc: quæ cum multis mihi ſunt communia, prætermittam; quantum tibi debeam, Sanctiſsime Pater, quod meus ex Fratre Nepos in Fratris tui Cardinalis Sancti Onofrij familiam, hoc eſt in domicilium virtutis, in emporium Sanctitatis, peculiari tua benignitate iam olim aſcitus; atque præcipuo inter alios munere cohoneſtatus, ampliſſimis in dies beneficijs ornatur, alitur, cumulatur; Quem tamen idcircò feliciſſimum iudico, quod Te in ſacris comitijs duodecim ab hinc annis non tam mirifico purpuratorum Patrum conſenſu, quam conſtanti de tua virtute opinione, ad ſupremum Pontificię dignitatis ſolium euectum, fortunatiſſimo ſane euentu licuit intueri. Tuæque gloriæ iam tunc orientis, at numquam intermoriturae, primos, vt ita dicam radios, propiùs excipere contigit. Inuidendam Fratris conditionem æmulatus Nepos alter, quamuis natu minor, non minorem tamen in exhibendo ampliſſimo Principi famulatu, gerit voluntatem, & quam anticipatione temporis præreptam ſibi gloriæ palmam veretur, aſſidua opera, obſequioque animi feruentiſſimo, veluti per viæ compendium comparare contendit. Denique vt modum faciam; erubeſcit ſane oratio in purpura, cuius decore inter ciues Neapolitanos ſolus emicat, arctiſsima conſanguinitate mihi coniunctus Cardinalis Brancatius, ei dum voces tanto beneficio pares, quamuis diligentiſsimè conquiſitas non inuenit, ſilentium ſibi ipſi indicit.

Accipe igitur Beatiſsime Pater, hoc tenuitatis meæ munuſculum, tamquam obſeruantiæ erga te certiſsimum teſtimonium, quod Sanctitati veſtræ, tum publicis, tum priuatis nominibus à me debitum, tuis prouolutus pedibus, lætus offero dico, ac ſacro. Munus hercle perexiguum.

Sed quemadmodum paruus farinæ pugillus Sarephtanæ viduæ adeo diuina benedictione eſt auctus, vt ad Eliæ famem explendam, & ad viduæ filios alendos, dum ſterilis eſſet annus, ſuffi-

Digitized by Google

ſufficeret; ita ſanè ſpero, Sanctisſime Paſtor, te tua Pontificia benedictione effecturum, vt ſacra huius noſtri libri doctrina, in agro Eccleſiæ diſſeminata, christianarum virtutum radices, in fidelium animis agat, piæ deuotionis ramos fundat, honeſtorum folia verborum emittat, pulcherrimos elegantium morum flores proferat, & ſanctarum denique cogitationum, ac bonorum operum, veræque in Deum pœnitentiæ fructus producat, vni, trinoque numini dulciſsimos, atque ſuauiſsimos.

Interea vero Deum Optimum Maximum deprecabor, vt te firmiſsimum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ propugnaculum, difficillimis hiſce temporibus quàm diutiſsimè ſeruet incolumem. & perfecta bonorum omnium aggregatione, beare cumulatiſsimè perſeueret.

EX commiſsione Adm. Reuer. Patris Generalis vidi Opuſcula Theologica in duos Tomos redacta Reu. Patris D. Andreæ Lanfranchi, quæ, cum nihil, quod ſanę doctrinæ, aut bonis moribus aduerſetur, contineant; quin valde docta, erudita, & elaborata ſint, digna duxi, quę typis in publicum proferantur, & quę in vſum fructumq; communem, quam primum appareant. Neapoli die 13. Martij 1634.

D. Thomas del Bene Cler. Reg. Sacræ Theol. Profeſſor.

D. Matthæus Sanctomangus Congreg. Clericor. Regularium Præpoſitus Generalis.

CVm opus, dictum, Opuſcula Theologica D. Andreę Lanfranchi Clerici Regularis S. Theologiæ Profeſsoris, Doctorum virorum, quibus id commiſimus iudicio recognitum, & approbatum fuerit; vt typis mandetur, modo ijs, ad quos pertinebit, viſum fuerit; facultatem concedimus. In quorum fidē præſentes, manu propria ſubſcriptas, & noſtrę Congregationis ſigillo munitas, Damus Neapoli apud S. Paulum Maiorem die 15. Martij. 1634.

D. Matthæus Sanctomangus Præpoſitus Generalis Clericorum Regularium.

D. Franciſcus Barilis *Secret.*

D. Ioannes Dominicus Auliſius Can. Dep.

Fr. Dionyſius à Canuſio Ordinis Min. Reformatorum D. Franciſci Cur. Archiepiſc. Deput. vidit.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Digitized by Google

Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo Signore

Il Padre D. Andrea Lanfranchi de Padri Chierici Regolari deſidera di dare alla Stampa vna ſua opera in due volumi, il primo intitolato Opuſcula Theologica, il ſecondo, Opuſcula moralia; Per tanto ſupplica V. E. reſti ſeruita di concedere le ſolite licenze, & l'hauerà à gratia, vt Deus, &c.

Reuerend. D. Ioannes Dominicus de Auliſio Canonicus Neapolitanus videat, & referat.

Tapia Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 22. Nouembris 1633.

Tagliauia.

Illuſtriſsime, & Excellentiſsime Domine

Vtraque Volumina, & Theologicorum, & moralium opuſculorum percurri. Auctore Adm. Reuer. D. Andrea Lanfranchi. & omnia in ipſis inueni recta, conſona Sanctæ Fidei, boniſque moribus. ac nihil Regijs legibus, aut ſtatutis Regalibus, repugnans. Dat. Neap. 25. Ianuarij 1634.

Dominationis tuæ Illuſtriſs. & Excellentiſs.

Sacellanus, ac ſeruus obſequentiſs.

D. Io. Dominicus Auliſius Can. Neap.

Imprimatur. Tapia Reg. Enriquez Reg. Rouitus Reg.

Prouiſum per S. Excellentiam Neap. die 16. Februarij 1634.

Tagliauia.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI.

VT in primo veſtibulo (Beneuole lector) totam mei conſilii rationem, velut in parua tabella, tibi liceat intueri; Illud apud animum meum conſtitutum ſcito, in hoc primo meorum laborum Tomo, eam Theologiæ partem pertractare, quæ ad Deum pertinet, non ſolum vt natura vnum, & ſimplicem, hypoſtaſi vero Trinum; ſed etiam ad eundem in carne aſſumpta: Eaque arcana, reconditaque myſteria nobilitate inſignia, difficultate maxima, cognitione digniſſima, quæ Dei filium ita factum hominem pro humani generis ſalute, declarant, qua poſſum ratione ob tuę mentis oculos exhibere. Nam quamuis hęc in ſpeculatione conſiſtant, non tamen cum illis ſentio, qui hanc Theologiæ partem parum vtilem, & ſterilem vocant, & quidem immeritò; dici enim vix poteſt, quanto vberius, quanto præſtantius humanus animus expleatur de rebus diuinis; nempè de Dei perfectionibus; de Sanctiſſimæ Trinitatis arcano; de Incarnationis, & Euchariſtiæ myſteriis; de Viſione Dei, & Vita æterna, vel pauca intelligendo, quoquo modo percipere, quã de rebus creatis, de inuentis, & inſtitutis humanis; aliiſque huiuſmodi, quorum vſus breuiſſimo huius vitæ ambitu circumſcribitur, vel plurima perfectè cognoſcere. Deinde intereſt etiam ad ſalutem rectè de iſtis ſentire, prout enim quis de iſtis ſenſerit in Theoria, ita vel lentius, vel acrius excitabitur ad praxim, fluxarum nempè rerum deſpicientiam, bonorum operum ſtudium, carnis afflictionẽ, amoremq; virtutis. Ex quo illud efficitur, vt quod parum vtile, & ſterile dicitur à nonnullis, ſi quis probè norit vti, non ſolum animo ſuauiſſimam, hoc eſt ſpiritualem voluptatem irrorabit, verum etiam ad ſummam perfectionem, eximiamque ſanctitatem. viam expediet, aditumque recludet.

Verum vt illis, qui vel conuitio, vel propriæ mentis vitio, nobilem hanc Theologiæ partem exuccam iudicant, atque ſtrigoſam, tantiſper indulgeam, præbeamque cibum, quantum fieri poteſt, pro omnium palato, & in hac tam feraci librorum ætate, faſtidio conſulam legentium; opus hoc edam ex obtrectãtium quoque ſententia, vt ſpero, non omnino ſterile, atque ieiunum. Hocque pacto non vna merce, ſed plurium varietate, ſtudioſorum vtilitati ſimul; & delectationi erit conſultum, Conuiuiumque parabitur omnibus, à faſtidio prorſus alienum.

Et vt noſtræ mentis conſilium, manifeſtius à legentibus deprehendatur, in animum induxi, ita de ſubtilitatibus, & doctrinis Theologicis diſſerere, vt tamen concionatoribus inſignium rerum materiam abundè ſim præbiturus; mediamque

Digitized by Google

diamque viam inter Theologicas diſputationes, & diſcurſus ad conciones accomodatos tenerem, vt re propoſita perfecta, multorum deſiderijs ſatisfacerem: Nouum inuentum, à nemine adhuc, non ſolum abſolutum, & expeditum feliciter; ſed neque tentatum liberè, & audacter. An aſſequutus ſim, viderint alij; ſequutum me certè non inficior: Si minus felici euentu, laudabili ſaltem conatu.

A citandis paſſim recentioribus abſtineo, non quod (licet mirer Antiquos) Noſtrorum temporum ingenia deſpiciam. Neque enim quaſi laſſa, & effœta natura. Nihil iam laudabile parit. Antiquos laudo, ac veneror; Noſtrorum verò temporum ingenia non deſpicio, ſed ſuſpicio. Verum cum in animo ſit, breuitati ſtudere, & in id potiſſimum incumbere, ne hic meus primus opuſculorum Tomus, in bibliothecas exurgeret, quin ſatius ea mihi potior cura viſa fuit, bibliothecas in vnum hunc congerere librum, & ex pluribus; non omnia, quæ poßem, ſed illuſtriora ſeligere. Ne ſcriberem faſtidioſius, Conſulto recentiores, vt plurimum præteriui, eoque libentius, quod ad huius libri inſtitutum, Non ad modum pertinet, præſertim cum de nouis opinionibus explicandis agitur; quæ neque auctoritatem; neque fidem ab hac noſtra ætate ſumunt, & ſine antiquitatis ſuffragio, temerè pronuntiantur.

Decem annos ante, hæc opuſcula conſcripſi, & ſtatim tibi offerre decreueram, ſed id mihi negauit impreßoris infortunium, qui Lugduni quò hos miſeram labores, vt Typis demandarentur, patrimonio abſumpto, ad inopiam redactus, non ſolum ſibi: ſed etiam mihi decoxiſſe videbatur. Nam verſabantur hæc mea opuſcula, in ſuorum bonorum naufragio.

En Tibi tantæ cunctationis ratio, & vt ingenuè fatear, meæ incuriæ, id etiam eſt tribuendum. Ipſe enim propriæ, Non immemor tenuitatis: Verenſque ne parum (quod moliebar) futurum eſſet gratum, occaſionem inde arripui, opus non perficiendi.

Tandem cum iam à quamplurimis, quod compoſueram poſtularetur, atque conuitio pæne quotidiano de tanta operis cunctatione, mecum èxpoſtularentur; victus, ceſſi precibus, vel potius obſequutus parui iuſſis; adhibitaque mea diligentia, & amicorum opera, benignè collata, ex fortunæ ſæuitia, hęc opuſcula ſeruata in aſpectum, lucemque profero; duobus tantum exceptis, Prędeſtinationis, & Reprobationis tractatibus, adhuc in ſchedis repoſitis: nam cum inter hanc materiam, & illam de auxilijs coniunctiſſima intercedat affinitas, & intra id tempus per ſuperiorem, latum interdictum. Talia non liceat imprimere. Conſultò ſtatui in aliud tempus (quando id erit permiſſum) Hos Tractatus reijcere.

Vt autem Tomus iſte, ad iuſtum Volumen excreſceret, ſuperioribus Theologicis opuſculis, illud adijciendum cenſui, quod (ſpirituale pharmocopolium inſcribitur) Nec temerè, cum à noſtro inſtituto non ſit alienum. Nam

Digitized by Google

cum ad optimè vitam inſtituendam requiratur ſummi boni, ſummique mali perfecta cognitio (omnis enim error noſter ex eo prouenit, quod iſta, vel ignorantur, vel non, vt par eſt, expendunrur) Conſequens erat, cum quicquid, ſiue laboris, ſiue conatus mei, in hoc Tomo ad communem omnium vtilitatem dirigatur, vt ea in aſpectum, lucemque proferrem, quæ vtriuſque extremi, perfectam gigneret cognitioneu: At videbar à propoſito egredi, vel illud non plenè aſſequi, ſi ſuperioribus tractatibus, hic vltimus adnexus, lucem non aſpiceret, vbi de grauitate peccati, deque remedijs, validiſque Antidotis, contra eius contagium, cumulatè agitur.

In Theologicis diſputationibus D. Thomæ potiſſimum ſum ſectator doctrinæ, in eaque ſectanda, recentiorum Thomiſtarum libenter adhærerem veſtigijs, ſi lege aliqua cautum eſſet, ſolis ipſis D. Angelicum, verum ſuę doctrinæ afflaſſe ſenſum. At cum noſtræ ætatis Viri doctiſſimi, deque omnibus Theologorum, & Philoſophorum ſcholis, optimè meriti; Nunquam potuerint in animum inducere, quod ſuis reſeret Sanctus Doctor, quod celat alienos, qui quamuis viuendi ratione disſiti, ſtudio tamen, & amore, plus nimiò ſunt propinqui; bona cum eorum venia ab eorum curriculo, quandoque deflecto.

Hæc habui, quæ ad te, lector optime, de tota noſtri Inſtituti ratione præfarer; Illud in calce huius Epiſtolæ non præteribo, mihi valde arridere illa Ruperti verba, in præfatione de glorificatione S. Trin. ad Pontifi. opera (inquit) mea ſic æſtimo, vel æſtimari cupio, tanquam ligna, quibus poſſit nutriri ignis charitatis in Altari Domini, ideſt, in corde cuiuſpiam legentis, ſiue audientis; Hic noſtrorum laborum ſcopus. Nobis nec ſeritur, nec metitur, ſed Populorum ſaluti, Apoſtolicæ Sedis amplitudini; Catholicæ Religionis propagationi, ac glorię Chriſti, Spes omnes huius ſęculi, & ætate, & profeſſione abrupimus. Sum ingraueſcentis ætatis, & talis, qua proximè itur ad Sepulchrum, illius Religionis alumnus, cuius filijs præcipuè dictum eſt. HABENTES VICTVM, ET VESTITVM, HIS CONTENTI SVMVS. Interim his vel fruere, vel ſaltem vtere (optime Lector) & vt tua humanitas, meumque poſtulat obſequium, lęto vultu, & beneuolo animo excipe. Vale.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE:

Quæ in hoc Primo Tomo allegantur, aut ex profeſſo explicantur:

Aduertendum eſt, quod litera O. Opuſculum, litera C. Caput, litera N. Numerum indicant.

Ex Geneſi.

Caput I.

In principio creauit Deus cœlum, & terram. o. 35. n. 12.

Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. o. 20. c. 1. n. 4.

Dixit Deus fiat lux. o. 31. c. 11. n. 2. o. 35. n. 8. & 26.

Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. o. 22. c. 2. n. 3. o. 35. n. 2. o. 38. c. 2. n. 1.

Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum, & appareat arida. o. 36. c. 3. n. 3.

Caput II.

Poſſedi hominem per Deum. o. 36. c. 5. n. 4.

Igitur perfecti ſunt cœli, & omnis ornatus eorum. o. 22. c. 2. n. 3. o. 36. c. 5. n. 4.

Requieuit die ſeptimo. o. 30. c. 9. n. 2.

Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. o. 35. c. 1. n. 7.

In quacũque die comederis ex eo, morte morieris. o. 11. c. 2. n. 2.

Poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. o. 21. c. 9. n. 3.

Caput III.

Pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. o. 13. c. 3. n. 5.

Adam vbi es? o. 40. c. 1. n. 3.

Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius. o. 37. c. 6. n. 5.

Caput IIII.

Poſuitq; Dominus Cain ſignum, &c. o. 40. c. 18. n. 5.

Sin autem male ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.

Caput VI.

Videns, quod multa malitia hominum eſſet in terra, tactus dolore cordis intrinſecus. o. 40. c. 1. n. 8. & c. 18. n. 9.

Caput VIII.

Odoratuſq; eſt Dominus odorem ſuauitatis. o. 23. c. 12. n. 10.

Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines. o. 40. c. 18. n. 9.

Caput XI.

Nec deſiſtet à cogitationibus ſuis, donec opere compleant. o. 19. c. 1. n. 14. & ſeqq.

Geneſ. 12.

Egredere de terra tua, & de cognatione tua. o. 40. c. 71. n. 3.

Caput XIIII.

Leuo manum meã ad Dominũ Deum excelſum poſſeſſorem cæli, & terræ. o. 36. c. 5. n. 4.

Caput XV.

Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur, & ignem à Domino de cælo. o. 31. c. 1. n. 4.

Caput XVII.

Ego ſum, & pactum meum tecum. o. 27. c. 1. n. 3.

Ego Deus omnipotens. o. 31. c. 1. n. 1.

Caput XVIII.

Dabo tibi, & ſemini tuo poſt te terrã Chanaam in poſseſsionem æternam, nunquid Deo quidquam eſt difficile? o. 31. c. 1. n. 1.

Sedente in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. o. 35. n. 23.

Cap. XX.

Eijce ancillam, & filium eius. o. 39. c. 10. n. 4.

Cap. XXI.

Num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? ego ſcio, quod ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodiui te ne peccares in me, &c. en morieris propter mulierem quam tuliſti. Nunc ergo redde viro ſuo vxorem. o. 40. c. 6. n. 3.

Cap. XXII.

Tolle filium tuum quem diligis Iſaac. &c. o. 21. c. 2. n. 5. & o. 38. c. 4. n. 7. late explicatur.

Nunc cognoui, quod timeas Dominũ, & nõ pepercisti vnigenito filio tuo. o. 22. c. 7. n. 2. & o. 31. c. 10. n. 2.

Cap. XXXI.

Decem vicibus mutauit mercedem meam. o. 35. n. 121.

Cap. XXXII.

Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? o. 17. c. 2. n. 6.

Vidi Dominũ facie ad faciẽ, & ſalua facta eſt anima mea. o. 35. n. 90.

Minor ſum cunctis miſerationibus tuis. o. 25. c. 2. n. 16.

Cap. XXXVII.

In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum o. 14. c. 6. n. 4.

Cap. XXXVIIII.

Iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait dormi mecum, &c. o. 33. c. 1. n. 20.

Cap. XLV.

Non veſtro conſilio: ſed Dei voluntate huc miſſus ſum. o. 21. c. 7. n. 11.

Pro ſalute veſtra miſit me Deus ante vos in Aegyptum. o. 21. c. 8. n. 4.

Cap. L.

Nolite timere, num Dei poſſum reſiſtere voluntati. o. 21. c. 7. n. 11. & c. 8. n. 4.

Ex Libro Exodi.

Cap. III.

Dominus Deus Hebreorum vocauit nos, ibimus viam trium dierum in ſolitudine, vt immolemus Domino Deo noſtro. o. 35. n. 116.

Moyſes, Moyſes ne appropries huc, ſed ſolue calceamenta de pedibus tuis, locus enim, in quo ſtas terra ſancta eſt. o. 35. n. 69. & n. 105.

Cap. III.

Si dixerint mihi, quod eſt nomen eius? o. 17. c. 2. n. 1.

Sic dices ad eos, qui eſt miſit me ad vos. o. 17. c. 2. n. 1. & o. 1. c. 2. n. 2. & c. 5. n. 3. & o. 3. c. 10. n. 6. & op. 17. c. 2. n. 1.

Digitized by Google

Ego ſum qui ſum. o. 1. c. 2. nu. 2. & c. 2. n. 2. & c. 3. n. 4. & o. 17. c. 2. n. 5. & c. 5. n. 2. & c. 7. n. 4.

Cap. VI.

Precor Domine non ſum dignus, &c. o. 35. n. 105.

Cap. XII.

Celebrabitis hunc diem ſolemnem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. o. 11. c. 1. n. 1.

Cap. XV.

Iſte Deus meus, & glorificabo eũ Deus Patris mei, & exaltabo eum. o. 22. c. 7. n. 9.

Cap. XVI.

Quaſi ſimilę cum melle, paniſque oleati. o. 36. c. 4. n. 1.

Anima noſtra arida eſt, & nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man. o. 36. c. 4. n. 2.

Cap. XVIII.

Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane vſque ad veſperam. o. 35. n. 74.

Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit charitas, & qui oderint auaritiam, & conſtitues ex ijs, qui iudicent populum omni tempore, ibidem n. 50.

Cap. XX.

Ego ſum Dominus Deus tuus viſitãs iniquitatem Patrum in filios in tertiam, & quartam generationẽ, qui oderunt me. o. 40. c. 4. n. 1.

Moyſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus. o. 34. c. 6. n. 5.

Cap. XXIII.

Ne accipias munera, quę etiam excæcant prudentes. o. 40. c. 8. n. 3.

Mendacium fugies iuſtum nõ occides, quia auertor impium. o. 21. c. 7. n. 10.

Cap. XXIV.

Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra Solem. o. 37. c. 5. n. 9.

Cap. XXXII.

Oſtende mihi gloriam tuam. op. 25. c. 3. n. 9.

Surge fac nobis Deos, qui nos pręcedant. o. 40. c. 7. n. 4.

Cap. XXXIII.

Oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te. o. 13. c. 7. n. 1. & o. 14. c. 6. n. 1.

Oſtendam tibi omne bonum. op. 1. c. 3. n. 4. & c. 4. n. 2. & o. 6. c. 1. n. 2. & o. 13. c. 3. n. 6. & o. 14. c. 6. n. 1. & o. 15. c. 10. n. 9. & o. 25. c. 3. n. 9.

Non videbit me homo, & viuet. op. 14. c. 18. n. 3. & o. 15. c. 10. n. 12.

Loquebatur autẽ Dominus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. o. 15. c. 10. n. 3. o. 34. c. 4. n. 5.

Cap. XXXIV.

Dominator Domine Deus, & miſericors, & clemens. o. 25. c. 3. n. 5.

Cap. XLIX.

Pinguis eſt panis eius, & pręebit delicia Regibus. o. 39. c. 11. n. 4.

Ex Leuitico.

Cap. II.

Decem mulieres in vno clibano coquẽt panes. o. 35. n. 121.

Cap. XXVI.

Abominabitur vos anima mea. o. 22. c. 11. n. 6.

Ex Numeris.

Cap. XI.

Erat quaſi ſemen coriandri, & coloris bdelij.o.36.c.4.n.3.

Cap. XIV.

Tentauerunt me decem vicibus.o.35.n.121.

Cap. XXI.

Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, o.36.c.4.n.2.

Cap. XXIII.

Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur,nec vt filius hominis,vt mutetur.o.10.c.1.n.1.& o.21.c.8.n.16

Ex Deuteronomio.

Cap. VI.

Deus vnus eſt.o.2.c.1.n.5.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.o.4.c.3.n.8.

Cap. XVII.

Poſtquam ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine,accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ Tribus, & habent ſecum illud omnibus diebus vitæ ſuæ.o.35.n.71.

Cap. XXV.

Abominabitur Deus tuus,qui facit hæc, & auerſatur omnem iniuſtitiam. o.22.c.11.n.6.

Non alligabis os boui trituranti. o. 1. c.2.n.2.

Cap. XXVIII.

Edicent omnes gentes,quare ſic fecit Dominus terræ huic,quæ eſt hæc ira furoris immenſa,& reſpõdebunt,quia dereliquerũt pactũ Dñi.o.35.n.122

Cap. XXXII.

Qui fecit,& poſſedit, & creauit te. o. 36.c.5.n.4.

Videte,quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me.o.1.c.5.n.9. & o.4.c.1.n.5.

Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego ſanabo, & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere, eodem loco,& o.4.c.3.n.2.

Congregabo ſuper eos mala,& ſagittas meas complebo in eis o.21.c.7.n.7.

Nonne hæc condita ſunt apud me,& ſignata in theſauris meis? o.33.c.3. n.15.

Cap. XXXIII.

De pomis collium æternorum.o.11.c.1. n.6.

Ex Ioſue.

Cap. X.

Sta Sol, & ſtetit Sol. o.31.c.10.n.2.

Obediente Deo voci hominum. o. 21.c. 9.n.7.

Cap. XXII.

Quod cum audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi nuntij detuliſſent ędificaſſe filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus altare in terra Canaan, &c. o.35.n.117.

Ex Libro Iudicum.

Cap. XIII.

Morte moriemur, quia vidimus Dominum.o.35.n.89.

Cap. XVI.

Domine Deus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem priſtinam, & pro ammiſſione duorum luminũ vnam vltionem recipiam.o.25.c. 2.n.17.

Ex primo Regum.

Cap. II.

Non eſt Sanctus, vt eſt Dñs, neque enim eſt alius extra te. o.4.c.1.n.1. & n.3.& o.1.c.1.n.8.

Digitized by Google

Non eſt fortis ſicut Deus noſter, o. 1. c. 17. n. 10.
Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium glorię teneat. o. 40. c. 5. n. 3.
Deus ſcientiarum dominus eſt, & ipſi pręparantur cogitationes. o. 33. c. 1. n. 20.

Cap. X.

Fac quæcunque inuenerit manus tua. o. 37. c. 5. n. 11.

Cap. XII.

Blaſphemare feciſti inimicos Domine propter verbum hoc. o. 40. c. 1. n. 9.

Cap. XIV.

Quemcumque videbat virum fortem & aptum ad prælium ſociabat ſibi, o. 35. n. 101.

Cap. XV.

Porro Triumphator in Iſrael non parcat. o. 35. n. 6.

Cap. XVI.

Stet Dauid in conſpectu meo, inuenit gratiam in oculis meis. o. 36. c. 5. n. 2.

Cap. XVII.

Leonem, & Vrſum interfeci ego ſeruus tuus, erit igitur & Philiſtęus hic incircunciſus quaſi vnus ex eis. o. 40. c. 12. n. 6.

Cap. XXIII.

Si tradet me viri Ceilę in manus Saulis, & ſi deſcendat Saul, &c. o. 19. c. 3. per totum.

Cap. XXV.

Erit anima Domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium, &c. o. 21. c. 9. n. 12.

Ex Libro ſecundo Regum.

Cap. IV.

Pręcepit itaque Dauid pueris ſuis, vt interficerent eos. o. 35. n. 122.

Cap. VII.

Et fidelis erit domus tua, & Regnum tuum vſque in æternum ante faciem tuã, & thronus tuus erit firmus iugiter. o. 30. c. 1. n. 3.

Cap. XII.

Peccaui, & Dominus tráſtulit peccatũ tuum non morieris. o. 40. c. 3. n. 5.
Amabilis Domino. o. 22. c. 2. n. 2.

Cap. XV.

Infatua quæſo Domine conſilium Achitophel. o. 35. n. 114.

Cap. XVI.

Dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid. o. 21. c. 7. n. 24. & c. 8. n. 3.
Vt videat Dominus humilitatem meã, & retribuat bona pro malis. o. 21. c. 8. n. 3.

Cap. XXI.

Da mihi veniam tuam, vt faciam mihi hortum olerum. o. 35. n. 104.

Cap. XXII.

Dominus Petra mea, & robur meum. o. 7. c. 2. n. 10.

Cap. XXIII.

Et libauit eam Domino. o. 40. c. 12. n. 13.

Ex Libro tertio Regum.

Cap. IV.

Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris. o. 30. c. 5. n. 5.

Cap. VIII.

Si enim Cœlum, & Cœli Cœlorum te capere non poſſunt. o. 9. c. 10. n. 6.
Repleuerat gloria Domini domum, neq;

Digitized by Google

poterant miniſtrare Sacerdotes propter caliginem.o.34.c.6.n.5.

Cap. X.

Fecit res Salomon de ebore Thronum magnum, & duæ manus hinc & inde, &c.o.38.c.4.n.20.

Cap. XI.

Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, &c. ſuper quibus dixit Dominus filijs Iſrael, non ingrediemini ad eas, &c. certiſſime enim auertent corda veſtra, &c.o.19.c.1.n.12. & ſeq.

Ex Libro Quarto Regum.

Cap. IIII.

Si occurrerit tibi homo non ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi.op.37.c.7.n.8.

Cap. V.

Pater ſi rem grandem dixiſſet tibi.o.3.c.5.n.16.

Cap. XIII.

Si percuſſiſſes quinquies, vel ſepties, percuſſiſſes Syriã vſq; ad conſummationem.o.19.c.6.n.1.

Pater mi currus Iſrael, & auriga eius.o.31.c.9.n.3.

Cap. XIX.

Sufficit mihi Domine tolle animam meam.o.38.c.4.n.40.

Ex Lib. Secundo Paralipomenon.

Cap. II.

Si Cælum, & Cæli, Cælorum capere eum nequeunt. o.3.c.10.n.12. & op.9.c.10.n.2. & n. 6.

Sanguinem fudiſti, & plurima bella bellaſti nõ poteris ædificare domum Domini mei tanto effuſo ſanguine coram me, filius, &c.o.35.n.68.

Cap. VI.

Dominus pollicitus eſt, vt habitet in caligine.o.12.c.3.n.1.

Ex Quarto Libro Eſdræ.

Cap. VIII.

Ex libro Tobiæ.

Cap. III.

Ne reminiſcaris Domine delicta mea, vel parentum meorum.o. 40.c.4. nu.1.

Cap. V.

Inuenit iuuenem ſplendidum ſtantem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum.o.27.c.1.n.4.

Cap. VIII.

Obtulit in anathema obliuionis.op.40. c.7.nu.5. vbi totum facinus explicatur.

Cap. XII.

Ego ſum Raphael, unus de ſeptem, qui adſtamus ante Dominum. o. 36. c.5.n.2.

Ego detuli orationes tuas Domino.op. 15.c.7.n.8.

Ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt vtor.o.39. c.9.n.3.

Ex Libro Iudith.

Cap. V.

Deus enim illorum odit iniquitatem. op.21.c.7.n.10.

Cap. XVI.

Tibi ſeruiat omnis creatura tua, quia dixiſti, & facta ſunt, miſiſti ſpiritũ tuum, & creata ſunt, &c. o.36. c.5.n.2.

Ex Libro Eſter.

Cap. VII.

Operuerunt faciem Aman.o.35. n. 53.

Cap.

Cap. XIII.
Nemo eſt, qui voluntati tuę poſſit reſiſtere. o.21.c.10.n.1.o.35.n.6.

Ex Libro Iob.

Cap. I.
Cum veniſſent filij Dei, vt aſsiſterent coram Domino. o.13.c.5.n.18.o.37.c.5.n.5.
Egreſſus eſt Sathan à facie Domini. o.9.c.2.n.2.& c.13.n.7.
Erat vir ille ſimplex, & rectus. o.40.c.1.n.3.
Sicut Domino placuit, ita factum eſt, o.21.c.7.n.10.

Cap. III.
Dies illa vertatur in tenebras, non requiret eam Deus deſuper, & non illuſtretur lumine. o.35.n.23.

Cap. IIII.
Pauor tenuit me, & timor, & omnia oßa mea perterrita ſunt. op.6.c.3.nu.2.

Cap. VI.
Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum. o.40.c.16.n.7.

Cap. VII.
Militia eſt vita hominis ſuper terrã. o.39.c.10.n.7.
Nec cognoſcet eum amplius locus eius o.40.c.1.n.3.

Cap. XI.
Si venerit ad me non videbo eum. o.22.c.9.n.2.
Qui præcipit ſoli, & non oritur. o.32.c.1.n.5.
Abominabuntur me veſtimenta mea. o.35.n.111.

Cap. X.
Et ſcias, quia nihil impium fecerim cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere. op.35.n.22.
Vitam, & miſericordiã tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. o.33.c.1.n.7.& c.2.n.8.
Memento, quod ſicut lutum feceris me. op.39.c.10.n.3.

Cap. XI.
Excelſior Cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? o.39.c.10.n.6.

Cap. XII.
Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego inuocabit Deum, & exaudiet eum. o.33.c.3.n.11.

Cap. XIV.
Sicut flos egreditur, & conteritur. o.11.c.2.n.1.
Fugit, velut vmbra eodem loco. n.3.
Nunquam in eodem ſtatu permanet eodem loco.n.4.
Quis poteſt facere mundum de immũdo conceptum ſemine? nonne tu, qui ſolus es? o.2.c.1.n.8.& o.4.c.2.n.10.
Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegat me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus. o.35.n.22.
Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea. o.33.c.3.n.15.

Cap. XVI.
Ecce in Cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. o.18.c.4.n.7.

Cap. XVII.
Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. o.39.c.11.n.2.

Cap. XXI.
Quod excelſior Cælo ſit. o.3.c.10.n.12.

Cap. XXIII.
Ipſe enim ſolus eſt. o.1.c.1.n.8.

Ca-

Digitized by Google

Cap. XVII.

Super quem non ſurget lumen illius. o. 18. c. 4. n. 6.

Nudus eſt infernus coram eo. o. 18. c. 4. n. 7.

Circumdedit me lanceis ſuis vulnerauit lumbos meos. o. 39. c. 10. n. 2.

Cap. XXXI.

Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine. o. 40. c. 5. n. 1. & o. 37. c. 7. n. 14.

Cap. XXXVI.

Quod huius ſit poſſeſſio eius. o. 12. c. 2. n. 3. & o. 14. c. 6. n. 1.

Qui præcipit luci, vt rurſus adueniat o. 32. c. 1. n. 5.

Memento quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri. o. 34. c. 2. n. 3.

Cap. XXXVII.

Qui præcipit niui, vt deſcendat in terram. o. 32. c. 1. n. 5.

Et Nubes ſpargunt lumen, quæ luſtrant per circuitum, &c. o. 33. c. 3. n. 9.

Cap. XXXVIII.

Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ, indica mihi, ſi habes intelligentiam quis poſuit menſuram eius ſi noſti, aut quis tetendis ſuper eum lineam, &c. o. 31. c. 11. n. 1.

Nunquid noſti ordinem cœli, & ponis rationẽ eius in terra. o. 35. n. 1. et 2.

Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicant tibi adſumus? o. 36. c. 5. n. 2.

Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. eodem loco.

Vſque huc venies, & non procedes amplius, hic confringes, tumentes fluctus tuos. o. 32. c. 1. n. 4.

Cap. XL.

Numquid irritum facies iudiciũ meũ, & condemnabis me, vt tu iuſtificeris. o. 32. c. 11. n. 6.

Cap. XLI.

Quis antea dedit mihi, vt reddam ei? o. 1. c. 1. n. 3.

Cap. XLII.

Scio, quia omnia potes. o. 31. c. 1. n. 1.

Cap. XLV.

Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt. o. 35. n. 114.

Ex libro Pſalmorum.

Pſalm. I.

Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, &c. o. 40. c. 9. n. 1.

Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. o. 39. c. 2. n. 1.

Non ſic impij non ſic, ſed tamquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. o. 40. c. 16. n. 15.

Pſalm. II.

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Aſtiterunt Reges *terræ, &c. o. 33. c. 1. n. 17.*

Diſrumpamus vincula eorũ, & proijciamus à nobis iugum ipſorum. o. 40. c. 16. n. 11. & 12.

Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringens eos. o. 1. c. 6. n. 6.

Dominus dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te. o. 33. c. 1. n. 18. o. 37. c. 5. n. 14.

Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. o. 1. c. 6. n. 6.

Tunc

Digitized by Google

Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.o.14.c.2.n.1.

Pſalm. IV.

A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati ſunt, in pace in idipſum dormiā, & requieſcam. o.39.c.9.n.4.

Pſalm. V.

Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. o.22.c.11.n.5.& 7.

Quoniam non Deus volens iniquitatē tu es. o.21.c.7.n.10.

Virum ſanguinum, & doloſum abominabis Dominus. o. 22.c.11.n.6.

Pſalm. VI.

Laboraui in gemitu meo, lauabo, &c. lachrymis meis ſtratum meum rigabo. o.40.c.18.n.15.

Pſalm. VII.

Iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde. o.22.c.8.n.3.

Deus iuſtus, & patiens, nūquid iraſcetur per ſingulos dies. o.24.c.1.n.4.

Pſalm. VIII.

Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra, quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos Deus. o.8.c.2.n.6.& o.19.c.1.n.3.& o.35.n.9.& 13.& n.34.

Quoniam videbo cælos tuos, Lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti. o. 31.c.10.n.1.& o.8.c.2.n.7.

Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniā viſitas eum. o.33.c.2.n.2.& 7.

Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. o.35.n.13.

Pſalm. IX.

Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationē cordis eorum audiuit auris tua. o.32.c.1.n.5.

Pſalm. X.

Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius, oculi eius in pauperem reſpiciunt. o. 33.c.3.n.3.& 5.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum. o.18.c.2.n.2.& c.3.n.1.& c.4.n.8.& o.33.c.2.n.11.

Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. o.35.n.113.

Quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitiā dilexit æquitatē vidit vultus eius. o.24.c.1.n.3.

Ponam in ſalutari. o.40.c.11.n.2.

Pſalm. XI.

Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. o.37.c.5.n. 13.& o.40.c.11.n.1.

Pſalm. XII.

Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum. o.22.c.7.n.9.

Illumina oculos meos ne vnquā, &c. preualui aduerſus eum. o.40.c. 16.n.14.

Pſalm. XIII.

Dixit inſipiens in corde ſuo nō eſt Deus. o.14.c.11.n.3.& o.18.c.9. n.3.

Simul inutiles facti ſunt. o. 31. c.11. n.2.

Pſalm. XIV.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in templo ſan-

ſancto tuo.o.13.c.5.n.9.& 10.

Pſalm. XV.

Dixit Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. o.1.c.6.n.1.& o.34.c.4.n.3.& o.35.n.6.

Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. o.13.c.5.n.14.

Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. o.13.c.5.n.3.

Pſalm. XVI.

Satiabor cum apparuerit gloria tua. o.13.c.3.n.3.& c.5.n.10.& o.34.c.10.n.1.& o.38.c.8.n.8.

Pſalm. XVII.

Qui perfecit pedes meos tanquam toruorum.o.39.c.10.n.3.

Saluum me fecit, quoniam voluit me. o.21.c.9.n.2.

Quis Deus præter Dominum.o.4.c.1.n.5.

Poſuiſti tenebras latibulum ſuum in circuitu eius tabernaculo eius. o.12.c.2.n.5.& c.3.n.1.

Qui ambulat ſuper pennas ventorum. o.35.n.70.

In Deo meo tranſgrediar murum.o.14.c.6.n.2.

Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens nunquid iraſcitur per ſingulos dies. o.34.c.4.n.3.

Pſalm. XVIII.

In Sole poſuit tabernaculum ſuum o.12.c.2.n.5.

Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo.o.40.c.1.n.5.

Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.o.12.c.2.n.6.

Exultauit vt Gigas ad currendam viam, à ſummo cælo egreſſio eius. o.37.c.3.n.12.

Pſalm. XX.

Deſiderium animæ eius tribuiſti ei, & voluntate labiorum eius, non fraudaſti eum.o.38.c.4.n.18.

Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. o.26.c.2.n.10.

Pſalm. XXI.

Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris meæ. In te proiectus ſum ex vtero.o.33.c.1.n.8.& o.37.c.5.n.14.& o.40.c.1.n.3.

In conſpectu eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram. o.1.c.1.n.10.& 11.

Pſalm. XXII.

Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me.o.39.c.11.n.2.& ſeq.

Pſalm. XXIII.

Quis eſt iſte Rex gloriæ.o.14.c.18.n.2.& o.15.c.4.n.10.& o.25.c.3.n.5.

Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. o.35.n.79.

Pſalm. XXIV.

Secundum miſericordiam tuã memento mei tu, propter bonitatem tuã Domine.o.6.c.3.n.3.

Reſpice in me, & miſerere mei, quia vnicus, & pauper ſum ego.o.33.c.3.n.11.

Pſalm. XXVI.

Vnam petij à Domino, hanc acquirã,

vt

Digitized by Google

vt inhabitẽ in domo Domini, &c. o.14.c.18.n.3.

Vt videam voluptatem Domini.o.13. c.3.n.4.

Credo videre bona Domini in terra viuentium. o.13.c.5.n.3.

Pſalm. XXVII.

Deus meus ne ſileas à me, ne quando taceas à me.o.31.c.11.n.2.

Pſalm. XXIX.

Vox Domini intercedentis flammam ignis. o.35.n.15.& o.36.c.3. n.8.

Pſallite Domino Sancti eius,& confitemini memoriæ ſanctitatis eius. o. 22.c.7.n.9.

Frater non redimet, redimet homo. o. 40.c.2.n.1.

Pſalm. XXX.

Eſto mihi Domine in Deum protectorem.o.7.c.2.n.10.

Redemiſti me Domine Deus veritatis. o.30.c.1.n.1.

Erubeſcant impij,& deducantur in infernum, muta fiant labia doloſa. o. 35.n.90.

Pſalm. XXXI.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. o.26.c.2.n.1.

Pſalm. XXXII.

Congregans ſicut in vtre aquas maris. o.32.c.1.n.4.

Notas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas.o.32.c.1. n.3.

Conſilium autem Domini in æternum manet, cogitationes cordis eius in generatione,& generationem. o.18.c. 3.n.3.

Reprobat autem cogitationes populorum,&c.o.21.c.7.n.5.

Miſericordia Domini plena eſt terra. o.25.c.4.n.1.

Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.o.37.c.2.n.5.

Ipſe dixit,& facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt.o. 31.c. 9.n. 2. & o. 35.n.8.& o.36.c.5.n.1.

Pſalm. XXXIII.

Quis eſt homo,qui vult vitam,diligit dies videre bonos. o.6.c.1.n.1.

Vultus autem domini ſuper facientes mala.o.24.c.1.n.3.

Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum.o.40.c.6.n.3.

Pſalm. XXXIV.

Omnia oſſa mea dicent Domine quis ſimilis tibi.o.6.c.2.n.9.& c.3.n.2.

Pſalm. XXXV.

Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt. o.33.c.[illegible] n.8.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.o.13.c.5.n.10.& n.12.& c.7. n.5.

Quoniam apud te eſt fons vitæ,eodem loco.c.5.n.10.& n.12.& o.18.c.1. n.3.

In lumine tuo videbimus lumen. o.14. c.1.n.1.& c.6. per totum, & c.9. n.1.& o.33.c.2.n.9.

Homines,& iumenta ſaluabis Domine,quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuã Deus.o.33.c.1.n.5.

Et veritas tua vſque ad nubes. o. 33.c.3.n.10.

Pſalm. XXXVI.

Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum, ſicut cedros libani, & tranſiui, & ecce non erat. o.30.c.1.n.8.

Pſalm. XXXVIII.

In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam. o.32.c.1.n.3.

Et nunc quæ eſt expectatio mea, nonne Dominus, & ſubſtantia mea apud te eſt. o.1.c.1.n.10. & 11. & o.11.c.2.n.7.

Notum fac mihi Domine finem meũ, & numerum dierum meorum quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi. o.11.c.2.n.5.

Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. o.11.c.2.n.6.

Pſalm. XXXIX.

Statui ſupra petram pedes meos, & direxi greſſus meos. o.7.c.2.n.10.

Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos. o.9.c.10.n.1.

Ego autem mendicus ſum, & pauper Dominus ſollicitus eſt mei. o.38.c.3.n.4.

Pſalm. XLI.

Fuerunt lacrymæ meæ panes die ac nocte. o.40.c.18.n.4.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini. o.13.c.3.n.3.

Pſalm. XLII.

Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. o.40.c.7.n.8.

Pſalm. XLIII.

In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. o.14.c.6.n.2.

Vendidiſti populum tuum ſine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus, &c. o.40.c.6.n.4.

Pſalm. XLIV.

Eructauit cor meum verbum bonum. o.6.c.1.n.1.

Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. o.20.c.1.n.5. o.34.c.9.n.6.

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, &c. o.38.c.6.n.3.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. o.22.c.7.n.10.

Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, &c. Propterea populi confitebuntur tibi, &c. o.35.n.54.

Pſalm. XLVI.

Elegit nobis hæreditatem ſuam ſpeciem Iacob, quem dilexit, o.22.c.2.n.2. & 5.

Pſalm. XLVII.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. o.37.c.6.n.1.

Secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ, iuſtitia plena eſt dextera tua. o.6.c.3.n.1.

Pſalm. XLVIII.

Frater non redimet, redimet homo. o.37.c.5.n.1.

Simul inſipiens, & ſtultus peribunt. o.31.c.11.n.2.

Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. o.40.c.16.n.11.

Pſalm. XLIX.

Et pulchritudo agri mecum eſt. o.1.c.4.n.2.

Sa-

Digitized by Google

Pſalm. XLIX.

Sacrificium laudis honorificabit me.o.1.c.6.n.4.& o.39.c.1.n.7.

Pſalm. L.

Miſerere mei Deus ſecundum magnã miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarũ dele iniquitatem meam. o.30.c.1.n.11.

Cor mundum crea in me Deus. o.37.c.2.n.4.

Domine labia mea aperies, & os meũ annunciabit laudem tuam. o.22.c.6.n.4.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus cor cõtritum, & humiliatum Deus non deſpicies. o.1.c.6.n.7.

Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco, & c.o.40.c.1.n.2.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci o.35.n.55.

Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. o.37.c.1.n.3.

Pſalm. LIV.

Iacta cogitatum tuum in Domino, *& ipſe te enutriet.* o.33.c.3.n.12.& o.38.c.3.n.5.

Pſalm. LVIII.

Deus meus miſericordia mea. o.25.c.3.n.8.

Deus Iſrael intẽde ad viſitandas omnes gentes non miſerearis omnium qui operantur iniquitatem. o.40.c.17.n.3.

Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es. o.31.c.9.n.5.

Pſalm. LIX.

Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo o.40.c.18.n.9.

Pſalm. LXI.

Quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia. o.25.c.2.n.1.

Pſalm. LXIII.

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. o.12.c.2.n.10.

Pſalm. LXIIII.

Paraſti cibum illorum quoniam ita eſt præparatio eius. o.39.c.7.n.8.

Pſalm. LXV.

Qui poſuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos. o.21.c.9.n.10.

Benedictus Deus, qui non amouit deprecationẽ meam, & miſericordiam ſuam à me. o.26.c.2.n.2.

Pſalm. LXVII.

Qui aſcendit ſuper Cælum Cæli, ad orientem. o.2.c.1.n.6.

Aſcendiſti in altum, cæpiſti captiuitatẽ, accepiſti dona in hominibus. o.22.c.3.n.3.& o.28.c.1.n.2.

Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis o.31.c.3.n.4.

Pſalm. LXVIII.

Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. o.38.c.5.n.4.

Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderũt. o.21.c.7.n.13.

Pſalm. LXIX.

Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandũ me feſtina. o.22.c.6.n.4.

Pſalm. LXX.

Eripe me Domine de manu peccatoris,

& de manu contra legem agentis, & iniqui.o.39.c.10.n.2.

Nam, & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam Deus.o.4.c.4.n.8.

Potentiã tuam Deus vſq; in altiſſima, quæ feciſti magnalia.o.31.c.1.n.1.

Pſalm. LXXI.

Orietur in diebus eius iuſtitia, & abũdantia pacis.o.14.c.3.n.3.

Qui facit mirabilia ſolus.o.31.c.10.n.3.

Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini.o.37.c.4.n.4.

Pſalm. LXXII.

Quam bonus Iſrael Deus, ijs qui rectò ſunt corde.o.6.c.2.n.11.

Mei autem pænè moti ſunt pedes, pænè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorũ videns.o.13.c.5.n.13.

Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſeculo, &c. eodem loco.

Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorũ.o.32.c.11.n.6.

Quia ecce qui elongant ſe à te peribunt.o.6.c.2.n.1.

Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, & ego ad nihilũ redactus ſum, & neſciui, vt iumentum factus ſum apud te.o.33.c.2.n.12. & o.40.c.1.n.3.

Donec intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum.eodem loco.n.13.

Pſalm. LXXIII.

Tu confringiſti capita Draconum, dediſti eum eſcam populis Aethiopum.o.39.c.10.n.8. & c.11.n.5.

Pſalm. LXXV.

Notus in Iudea Deus in Iſrael magnus nomen eius.o.39.c.7.n.9.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.o.11.c.1.n.1.

Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi ex tunc ira tua.o.22.c.13.n.4.

Et factus eſt in pace locus eius.o.39.c.10.n.2.

Pſalm. LXXVI.

Quis Deus magnus ſicut Deus noſter.o.1.c.6.n.2. & o.34.c.4.n.4.

Pſalm. LXXVII.

Percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, opprobrium ſempiternum dedit illis.o.40.c.1.n.9.

Cum occideres eos, quærebant eum, & reuertebãtur, & diluculo veniebãt ad eum.o.1.c.6.n.6. & 7.

Spiritus vadens, & non rediens.o.11.c.2.n.3.

De poſt fœtantes accepit eum paſcere Iacob ſeruum ſuum.o.37.c.4.n.4.

Pſalm. LXXVIII.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.o.22.c.6.n.3.

Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius o.40.c.2.n.14.

Pſalm. LXXIX.

Qui Regis Iſrael intende, qui deducis ſicut ouem Ioſeph.o.35.n.60.

Pſalm. LXXX.

Dimiſit ſecundùm deſideria cordis eorũ ibunt in adinuentionibus ſuis.o.18.c.12.n.5. & o.21.c.7.n.20.

Manus eius in cophino ſeruierũt.o.37.c.5.n.12.

Pſal.

Pſalm. LXXXI.

Deus ſtetit in Synagoga deorum in medio autem deos dijudicat. o.35. n.74.

Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis. o.26.c. 6.n.3.

Pſalm. LXXXIII.

Aſcẽtiones in corde ſuo diſpoſuit, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Syon. o.37.c.7.n.1. & o.40.c.9.n.5.

Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui. o. 21. c.9. n.11.

Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. o.13.c.7. n.4.

Deus qui glorificatur in concilio ſanctorum, & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt. o.39 c.7. n.9.

Gratiam, & gloriam dabit Dominus. o.16.c.2.n.10.

Pſalm. LXXXIV.

Benedixiſti Domine terram tuam. o. 37.c.3.n.14.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. o.14.c.17.n.4.

Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra noſtra. o.34.c.6.n.2. & c.10. n.1.

Pſalm. LXXXV.

Magnus es tu, & faciens mirabilia. o.1.c.6.n.2. & o.4.c.2.n.32. & o. 31.c.1.n.1.

Tu es Deus ſolus. o.4.c.1.n.3. & c.2. n.3.

Et cognoſcant quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram. o.4.c.3.n.2.

Reſpice in me, & miſerere mei. o.14. c.17.n.4. & o.37.c.7.n.7.

Da imperium tuum puero tuo. o. 37. c.7.n.7.

Pſalm. LXXXVI.

Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, memor ero Raab, &c. & ipſe fundauit eam altiſſimus. o.37.c.5. n.6.

Pſalm. LXXXVIII.

Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar. o.27.c.1.n.3.

Magnus, & terribilis ſuper omnes Deos. o.1.c.6.n.2.

Miſericordia tua vſque ad nubes. o. 25.c.2.n.1.

Teſtis in cælo fidelis. o.9.c.4.n.6. & 7.

Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. o.27.c.1.n.3. & o.31. c.11.n.6. & c.1.n.1.

Pſalm. LXXXIX.

A ſeculo, & vſque in ſeculum tu es Deus. o.1.c.2.n.2.

Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt. o.11.c.2.n.5.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui. o. 18.c.4.n. 2. & 7.

Pſalm. XC.

Longitudine dierum adimplebo eum. o. 11.c.2.n.5.

Cum ipſo ſum in tribulatione. o. 33. c. 2.n.2.

Pſalm. XCIII.

Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non conſiderat. o. 1.c.4.n.2. & 9.

Digitized by Google

Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vana ſunt.o.1.c.4.n.11. & o.18.c.5.n.1.

Pſalm. XCIIII.

Quoniam Deus magnus, & Rex magnus ſuper omnes Deos.o.1.c.6.n. 2.& 3.& o.35.n.2.

Si intrabunt in requiem meam. o.13. c.5.n.3.

Confiteantur nomini tuo magno. o.30. c.1.n.11.

Pſalm. XCVI.

Nubes,& caligo in circuitu eius.o.12. c.3.n.7.

Pſalm. XCVIII.

Dominus regnauit, iraſcantur populi. o.38.c.7.n.2.

Pſalm: C.

Oculi mei ad fideles terræ, vt ſedeant mecum, ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.o.35. n.50.

Pſalm. CI.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo Dominus de cœlo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum.o. 1.c.5.n.4.

Omnes ſicut veſtimentum veteraſcēt. o.21.c.2.n.1.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, eodem loco n.5.

In generationem,& generationem anni tui,eodem loco.

Anni tui non deficient. o. 11. c. 1. n. 4.

Initio tu Domine terram fundaſti,& opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt.o. 1.c.1.n 4.& 5.& c.5.n.6.& 9.

Tu autē idē ipſe es,tu autē permanes. o.1.c.1.n.4.& c.5.n.6. & o. 8. c. 3.n.2.& o.10.c.1.n.2. & o.11. c.1.n.4.& c.2.n.8.

Pſalm. CII.

Notas fecit vias ſuas Moyſi filijs Iſrael voluntates ſuas.o.14. c.18. n.3.& o.21.c.2.n.2.

Miſericordia autem Domini ab æterno,& vſque in æternum ſuper timentes eum,& iuſtitia illius in filios filiorum,ijs,qui ſeruant teſtamētum eius, & memores ſunt mandatorum ipſius.o.26.c.2.n.7.

Pſalm. CIII.

Benedic anima mea Domino, Domine Deus magnificatus eſt vehementer confeſſionem, & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento.o. 12.c.2.n.4.& o.14.c.6. n.1.

Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius, ſuper mōtes ſtabunt aquæ,& c. aſcendunt montes, & deſcendunt campi.o.36. c.3.n.2.

Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque conuertentur operire terram. o.32.c.1.n.5.

Dante te illis colligent aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.o.1.c.1.n.6.

Quam magnificata ſunt opera tua Domine,omnia in ſapientia feciſti. o. 18.c.3.n.7.& o.31.c.11.n.4.& o.35.n.13.

Sol cognouit occaſum ſuum.o.32.c.1. n.5.

Secundum multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. o.13. c. 5. n.13.

Et

Digitized by Google

Et panis cor hominis confirmet. o.39. c.11.n.3.

Pſalm. CIV.

Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.o.21.c.7.n.25.

Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum, & prodigiorum ſuorum in terra Cham.o.31.c.10.n.3.

Pſalm. CV.

Confitemini Domino quoniam bonus. o.6.c.3.n.3.

Pſalm. CVI.

Dicant, qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici. o.4. c.3.n.5.

Pſalm. CIX.

Dixit Dominus Domino meo.o.3.c.10. n.11. & o.37.c.5.n.8.

Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.o.35.n.119.

In ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te.o.2.c.1.n. 8.& o.11.c.2.n.1. & o.12. c.2.n. 4. & o.34.c.9.n. 9. & o.37.c.2. n.9. & c. 3.n.14. & o. 38.c.9. n.3.

Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.o.39.c.1.n. 1.& c.2.n.1.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum.o.37.c.5.n.8.

Pſalm. CX.

Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius.o.21.c.4.n. 2.& o.33.c.1.n.21.& o.36.c.3. n.1.

Pſalm. CXI.

Proſpexit de excelſo ſancto ſuo Dominus de cælo in terram aſpexit, vt ſolueret filios interemptorum.o.33. c.3.n.5.

Pſalm. CXII.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat,& humilia reſpicit in cælo,& in terra.o.33.c.3.n.5.

Pſalm. CXIII.

Quid eſt tibi mare, quod fugiſti,& tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum.o.39.c.11.n.4.

Dominus autem noſter in cælo, & in terra omnia quæcumq; voluit fecit.o.21.c.10.n.1.& c.11.n.2.

Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum.o.35.n.90.

Pſalm. CXIV.

Pretioſa in conſpectu Domini mors ſãctorum eius.o.40.c.6.n.4.

Pſalm. CXV.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, calicem ſalutaris accipiam.o.1.c.6.n.6.

Pſalm. CXVII.

Dextera Domini fecit virtutem. o. 6.c.3.n.1.

Pſalm. CXVIII.

Et conſilium meum iuſtificationes tuæ o.35.n.75.

Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum. o. 32.c.1.n.2.

Seruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. eodem loco.

Loquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu Regum, & non confundebar.o.35. n.34.

Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. o.6. c. 3. n.3.

Quoniam omnia ſeruiunt tibi. o. 35. n.6.

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. o. 22. c. 7. n. 11.

Pſalm. CXXI.

Illic ſederũt ſedes in iudicio. o. 35. n. 35

Pſalm. CXXII.

Oculi noſtri ad Dominũ Deum noſtrũ donec miſereatur noſtri. o. 35. n. 119.

Pſalm. CXXIX.

Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Domine. o. 22. c. 6. n. 5.

Quia apud Dominum miſericordia. o. 25. c. 2. n. 1. & o. 34. c. 9. n. 14. & o. 35. n. 106.

Pſalm. CXXXI.

Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum. de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. o. 27. c. 1. n. 3.

Pſalm. CXXXV.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. o. 22. c. 7. n. 10.

Qui facit mirabilia ſolus. o. 31. c. 10. n. 3.

Pſalm. CXXXVII.

Quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum. o. 17. c. 2. n. 2.

Pſalm. CXXXVIII.

Domine probaſti me, & cognouiſti me. o. 18. c. 3. n. 2.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam. o. 12. c. 3. n. 4. & 5. & o. 18. c. 10. n. 1.

Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. o. 33. c. 1. n. 9.

Quo ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam ſi aſcendero in cælum, tu illic es. o. 9. c. 10. n. 11. & o. 31. c. 9. n. 3. & o. 9. c. 10. n. 11.

Et dixi forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea, &c. o. 18. c. 4. n. 3.

Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. o. 36. c. 3. n. 10.

Quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ. o. 36. c. 5. n. 4.

Intellexiſti cogitationes meas de longe ſemitam meam, & funiculum meũ inueſtigaſti. o. 18. c. 4. n. 4. & 5. & c. 10. n. 2. & c. 11. n. 6.

Et omnes vias meas præuidiſti. o. 18. c. 9. n. 4. & c. 10. n. 1.

Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. o. 36. c. 5. n. 5.

Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis cõfortatus eſt principatus eorum. o. 35. n. 37.

Pſalm. CXLII.

Doce me facere voluntatem tuam. o. 32. c. 1. n. 3.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. o. 34. c. 10. n. 14.

Pſalm. CXLIV.

Regnum tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generatione. o. 35. n. 8.

Fidelis Dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. o. 6. c. 3. n. 1.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. o. 31. c. 6. n. 8. & o. 8. c. 1. n. 2. & o. 9. c. 10. n. 1.

Memoriam abundãtiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. o. 38. c. 8. n. 87.

Digitized by Google

Pſalm. CXLVI.

Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius. o.22.c.2.n.5.

Cap. CXLVII.

Poſuit fines tuos pacem. o.13.c.5.n.9.

Lauda Hieruſalem Dominum, &c. quoniam confortauit ſeras portarum tuarum. o.13.c.5.n.9.

Pſal. CXLVIII.

Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. o.31.c.3.n.5.

Præceptum poſuit, & non præteribit. o.32.c.1.n.2.

Ignis, grando, nix, ſpiritus procellarũ, quæ faciunt verbum eius. o.33.c.3.n.10.

Pſalm: CXLIX.

Exultationes Dei in gutture eorum. o.13.c.5.n.1.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo, & exultauit manſuetos in ſalutem. o.22.c.2.n.5.

Ex Prouerbijs.

Caput I.

Vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & fuit qui non aſpiceret. o.40.c.16.n.20.

Cap. III.

Dominus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentia. o.18.c.3.n.6.

Caput IIII.

Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos, oculi tui videant, dirige ſemitam pedibus tuis. o.18.c.4.n.8.

Caput VI.

Quando præparabat cælos aderã, quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos, &c. quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. o.34.c.9.n.20.

Cap. VIII.

Dominus poſſedit me in initio viarũ ſuarum, antequam quicquam faceret. o.11.c.2.n.1. & o.36.c.5.n.4.

Et legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos. o.31.c.3.n.5. & c.11.n.4.

Cum eo eram cuncta componens. o.17.c.1.n.7.

Caput XII.

Lingua ſapientum ſanitas eſt. o.33.c.3.n.10.

Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas, viſcera autem impiorum crudelia. o.40.c.13.n.14.

Caput XV.

In omni loco oculi Domini. o.18.c.4.n.2.

Infernus, & perditio coram te quanto magis corda hominum. o.18.c.4.n.5.

Caput XVI.

Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat. o.40.c.9.n.5.

Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus impium quoq; in diem malum. o.21.c.9.n.10. & o.22.c.2.n.4.

Iuſtitia firmatur ſolium. o.35.n.118.

Cap. XIX.

Multæ cogitationes in corda viri, voluntas autem Domini permanebit. o.21.c.8.n.6.

Cap. XXI.

Cogitationes robuſti ſemper in abundantia, omnis autem piger in egeſtate

Digitized by Google

ſtate erit.o.40.c.9.n.5.

Cap. XXIII.

Præbe fili mi cor tuum mihi.o.22.c.8.n.4.

Cap. XXV.

Qui ſcrutor eſt Maieſtatis,opprimetur à gloria.o.34.c.6.n.10.

Cap. XXVII.

Ira non habet miſericordiã, nec erumpens furor.o.25.c.2.n.15.

Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies.o.40 c.8.n.14.

Cap. XXX.

Quod eſt nomen eius,& filij eius ſi noſti.o.17.c.2.n.6.

Cap. XXXI.

Byſſus,& purpura veſtimentum eius. o.35.n.38.

Ex Libro Eccleſiaſtæ.

Cap. III.

Tempus naſcendi, & tempus moriendi.o.11.c.2.n.3.

Cap. VII.

Noli eſſe ſtultus,ne moriaris in tempore non tuo.o.40.c.8.n. 11. & c.16. n.15.

Cap. VIII.

Potentiſſimus faciem illius commutabit.o.9.c.5.n.3.

Ex Cantic.Canticorum.

Cap. I.

Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. o. 38.c.3.n.1.

Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.o.2.c.1.n.6.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata.o. 39.c.11.n.5.

Cap. II.

Columba mea in foraminibus petræ.o. 7.c.2.n.10.

Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.o. 13.c.7.n.5.

Dilectus meus mihi,& ego illi.o.33.c. 2.n.3.

Ordinauit in me charitatem.o.38.c.5. n.5. & c.7.n.8.

Cap. IIII.

Veni de Libano ſoror mea ſponſa. o. 35.n.72.

Cap. V.

Comæ eius ſicut elatæ palmarum,nigra ſicut coruus.o.11. c.2.n.4. & o.34. c. 8. n.1.

Comedi fauum cum melle meo,bibi vinum meum cum lacte meo.o.4.c.3. n.7.c.6.

Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt.o.12.c.2.n.9.

Comedite amici,& bibite, & inebriamini cariſſimi.o.12.c.3.n.7.

Aperi mihi ſoror mea, &c. quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.o.40.c.11.n. 1.

Cap. VII.

Quid videbis in ſulamite niſi Choros Caſtrorum? o.13.c.7.n.6.

Cap. VIII.

Fortis eſt,vt mors dilectio.o. 39. c. 11. n.2.

Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuũ, vt ſignaculũ ſuper brachium tuũ. o.22.c.7.n.4.& o.38.c.4.n.17.

Ego murus.& vbera mea ſicut turris ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.o.37.c.6.n.5.

Digitized by Google

Ex Libro Sapientiæ.

Cap. I.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. o. 1.c.4.n. 10.& o.9.c.10,n. 3.

Cap. II.

Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ.o. 31. c. 11.n.6.

Neſcierunt ſacramentum Dei.o.37.c. 1.n.1.

Excæcauit eos malitia eorum. o.40. c. 8.n.3.

Cap. III.

Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrẽt, iudicabunt nationes, & dominabuntur populis o.35.n.11.

In paucis vexati, in multis bene diſponentur.o.26.c.6.n.1.

Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.o.28.c.1.n.1.

Cap. IIII.

Videbunt enim finem ſapientiæ, & nõ intelligent quare munierit illũ Dominus.o.40.c.6.n.3.

Inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum.o.39.c.10.n.7.

Cap. V.

Sumit armaturam zelus illius, induet pro thorace iuſtitiam,& c.o.40. c.1. n. 8.

Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum. o.26.c.2.n.11.

Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.o. 36.c.5.n.7. & o. 37.c.6.n.9.

Cap. VI.

Aequaliter eſt illi cura de omnibus. o. 33.c.2.n.4.& c.3.n.1.

Cap. VII.

Ego natus accepi communem ætatem, & in ſimiliter factam decidi terrã. o.11.c.2.n.2.

Omnium artifex eſt. o.18.c.3.n.6. & o.31.c.11.n.4.

Et cum ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat.o. 1.c. 1.n.7.& o.31.c.6.n.5.

Cap. VIII.

Quis illorum, quæ ſunt magis, quam ille eſt artifex? o.18.c.3.n.6.

Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. o. 33.c.1.n.19.& c.3.n.1.

Deus Patrum noſtrorum, & Dominus miſericordiæ.o.35.n.21.

Cap. IX.

Deus patrum meorum, & Domine miſericordiæ.o.25.c.3.n.5.

Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum *eſt merces eorum*. o.26.c.1.n.4.

Cuſtodiet me in ſua potentia.o.31.c.9. n.5.

Cap. XI.

Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti.o.22.c.1.n.3. & c.11.n.5.

Miſereris omnium, quia omnia potes. o.25.c.2.n.1.

Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatũ non eſſet conſeruaretur? o.1.c.1.n.5.

Steterunt, & inuocauerunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſsima, & requies ſitis de lapide duro. o. 36. c. 3.n.10.

Cap.

Cap. XII.

Non eſt alius Deus quàm tu. o.4. c.1. n.5.

Subeſt tibi cum volueris poſſe. o. 21. c. 10.n.1. & o.31. c.3.n.4.

Ob hoc, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facit. o.25.c.3.n.5.

Virtus enim tua, iuſtitiæ initium eſt. o. 31. c.11.n.6. & o.35.n.21.

Cap. XIII.

Vani enim ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia, & de ijs, quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum, qui eſt. o. 8. c. 2. n.3.

A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter, poterat horum creator videri, eodem loco, & o.34. c.2.n.4. & o.37.c.3.n.1.

Cap. XIIII.

Similiter odio ſunt Deo, impius, & impietas eius. o.22.c.11.n.5.

Creaturæ Dei factæ in muſcipulam pedibus inſipientium. o.21.c.7.n.6.

Tua autem pater prouidentia gubernat, &c. o.33.c.3.n.1.

Cap. XVI.

Quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis exardebat vndique, vt iniquam terræ nationem extermina ret. o.36.c.3.n.6.

Et deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat conuertebatur. o.36.c.4.n.1.

Propter hoc & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebat, ad voluntatem eorum, quia te deſiderabant. o. 36. c. 4. n.1.

Ex Libro Eccleſiaſtici.

Cap. I.

Vnus eſt altisſimus creator omnium. o.31.c.1.n.1.

Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in perpetuum ſtat. o. 37.c.5.n.9.

Cap. II.

Secundum enim magnitudinem ipſius ſic & miſericordia ipſius cum ipſo eſt. o.25.c.2.n.2.

Quoniam pius, & miſericors eſt. o.37. c.1. n.1.

Cap. V.

De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. o.40.c.3.n.1.

Cap. VII.

In omnibus operibus tuis memorare nouisſima tua, & in æternum non peccabis. o.40.c.8.n.8.

Cap. XI.

Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat. o.35.n.24.

Cap. XII.

Memento Creatoris tui, &c. & appropinquant anni, de quibus dicas non mihi placent. o.40.c.16.n.19.

Quoniam & altisſimus odio habet peccatores. o. 22. c. 11. n.5. & n.7.

Deum time, & mandatum eius obſerua, hoc eſt omnis homo. o. 40. c.1. n.3.

Cap. XVII.

Facienti nequisſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur. o.35.n.73.

Confiteberis viuens, & viuus, & ſanus confiteberis, & laudabis Deũ. o.40.c.16.n.19.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XVIII.

Quis inueſtigabit magnalia eius? virtutem magnitudinis eius quis inueſtigabit? aut quis adijciet enarrare miſericordiam eius? non eſt minuere, neque adijcere, neque eſt inuenire magnalia Dei. o. 31. c. 6. n. 8.

Eccleſ. 18.

Ante langorem adhibe medicinam. o. 40. c. 14. n. 1.

Et ante iudicium interroga te ipſum, ibidem.

Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul. o. 31. c. 11. n. 2.

Cap. XIX.

Qui ſpernit modica paulatim decidit. o. 40. c. 5. n. 1.

Cap. XXI.

Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat, o. 29. c. 2. n. 1.

Cap, XXII.

Ad amicum ſi aperueris os triſte non timeas, &c. in his omnibus effugies amicus. o. 38. c. 6. n. 8.

Cap. XXIII.

Oculi Domini multò plus lucidiores ſunt ſuper Solem. o 18. c. 4. n. 4.

Domino Deo antequam crearentur omnia ſunt cognita. o. 18. c. 10. n. 2.

Cap. XXIV.

Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. o. 37. c. 3. n. 11.

Sicut nebula texi omnem terram. o. 31. c. 11. n. 3.

Ego ex ore altisſimi prodiui. o. 37. c. 2. n. 5.

Ego mater pulchræ dilectionis timoris agnitionis, & ſanctæ ſpei. o. 37. c. 7. n. 3.

Cap. XXV.

Non eſt ira ſuper iram mulieris. o. 22. c. 13. n. 4.

Cap. XXX.

Miſerere animæ tuæ, placens Deo. o. 25. c. 2. n. 9.

Cap. XXXIX.

Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur: ſi enim Dominus magnus voluerit, &c. o. 21. c. 8. n. 7.

Cap. XLIIII.

Illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt. o. 37. c. 1. n. 1.

Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam. o. 40. c. 8. n. 11.

Cap. XLV.

Corona aurea ſuper caput eius expreſſa ſigno ſanctitatis gloria honoris, & opus fortitudinis. o. 26. c. 6. n. 5.

Cap. XLVII.

Dilectus fuit in pace ſua. o. 7. c. 2. n. 7.

Ex Iſaia.

Cap. I.

Quia dies Domini exercituum ſuper omnes montes excelſos, &c. Super omnes naues Tharſis. o. 40. c. 1. n. 3.

Cum extẽderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, manus enim veſtræ plenæ ſanguine ſunt. o. 22. c. 11. n. 6.

Vulnus, & liuor, & plaga tumens nõ eſt circumligata, nec curata medicamine. o. 37. c. 5. n. 12.

Cap. III.

Dabo pueros Principes eorum. o. 35. n. 111.

Cap.

Cap. V.
Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum.o.21.c.7.n.6.
Cap. VI.
Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, &c. o. 33. c.3. n. 5. & 6. & o. 34.c.6. n.2. & ſeq. & o.35.per totum.
Quem mittam, & quis ibit nobis.o.25. c.2.n.6. & o.33.c.3.n.5. & 6.
Vt videntes non videant, &c. o.26. c.4. n.2.
Cap. IX.
Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt Principatus ſuper humerum eius. o.33.c. 3.n.4.
Cuius imperium ſuper humerum eius. o.8.c.2.n.7.
Cap. X.
Populus, qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. o.37.c.5.n.7.
Cap. XI.
Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.o.27.c.1.n.4.
Cap. XII.
Fiducialiter agam, & non timebo, quia fortitudo mea Dominus.*o.22. c.7.n.9.*
Cap. XIIII.
In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum.o.35.n.36.
Cap. XXX.
Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem, & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.o.30.c.1.n.8.
Cap. XXXII.
Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, &c.o.13.c.3.n.5.
Cap. XXXIII.
Angeli pacis amarè flebant.o.40.c. 1. n.4.
Cap. XXXV.
Lætitia ſempiterna ſuper capita eorũ. o.13.c.5.n.8.
Cap. XXXVII.
Tu es Deus ſolus omnium Regnorum terræ.o.4.c.1.n.3.
Cap. XXXVIII.
Generatio mea ablata, & conuoluta eſt à me quaſi tabernaculum paſtorum.o.13.c.5.n.8.
Viuens, viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie, pater filijs notam faciet veritatem tuam. o. 5. c. 1. n.8.
Cap. XL.
Abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo iudiciũ meum tranſiuit.o.33.c.3.n.7.
Quis menſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit. o. 9.c. 10. n.7.
Et iudices terræ velut inane fecit. o. 33.c.1.n.18.
Nunquid neſcis, aut non audiſti Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, non eſt inueſtigatio ſapientiæ eius.o.33.c.3.n.7. & 8.
Omnes gentes quaſi non ſint in conſpectu Dei.o.40.c.2.n.15.
Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.o.37.c.5.n.4.

Cap.

Cap. XLI.

Annunciate nobis futura, & dicemus quia Dij eſtis vos. o. 18. c. 10. n. 2.

Cap. XLIII.

Ego ſum, præter me non eſt formatus Deus. o. 1. c. 3. n. 6. & o. 4. c. 3. n. 6. & o. 34. c. 4. n. 3.

Narra ſi quid habes, vt iuſtificeris. o. 37. c. 1. n. 3.

Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me. o. 21. c. 9. n. 10.

Cap. XLIIII.

Ego Dominus faciens omnia, extendens cælos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum. o. 34. c. 9. n. 20.

Nunquid eſt Deus abſque me. eodem loco.

Qui ſimilis mei, &c. o. 6. c. 2. n. 9.

Diſrumperes cælos, & deſcenderes. o. 39. c. 9. n. 1.

Cap. XLV.

Verè tu es Deus abſconditus. o. 22. c. 9. n. 2.

Ego Dominus, & non eſt alius, extra me non eſt Deus. o. 4. c. 1. n. 4. & o. 6. c. 2. n. 8.

Ego Dominus creaui eum. o. 37. c. 2. n. 4.

Quia hæc dicit Dominus creans cælos, ipſe Deus *formans terram, & faciens eam, ipſe pſaltes eius, &c. Ego Dominus, & non eſt alius.* o. 4. c. 2. n. 9.

Ego Dominus faciens pacem, & creãs malum. o. 21. c. 7. n. 7.

Contaminaui Principes. o. 35. n. 111.

Cap. XLVI.

Cui aſſimilaſti me, & adæquaſti me, & feciſti ſimilem? o. 6. c. 2. n. 9.

Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. o. 21. c. 10. n. 1.

Cap. XLIX.

Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi cum ipſe fecerim. o. 39. c. 11. n. 1.

Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui, & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. o. 33. c. 1. n. 10.

Poſui te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. o. 37. c. 1. n. 7.

Cap. L.

Faciem meam auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me, poſui faciem meam, vt petram duriſſimã, ſcio quoniam non confundar. o. 37. c. 3. n. 12.

Ponam te in ſuperbiam ſeculorum gaudium, in generatione, & generationem. o. 37. c. 3. n. 14.

Cap. LIII.

Propter ſcelus populi mei percuſſi eũ. o. 2. c. 1. n. 14.

Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, &c. o. 22. c. 6. n. 7. & o. 40. c. 2. n. 7.

Cap. LV.

Non enim cogitationes meæ cogitationes veſtræ, neque viæ meæ viæ veſtræ, dicit Dominus. o. 34. c. 4. n. 4.

Cap. LVII.

Hæc dicite excelſus, & ſublimis habitans æternitatem, & ſanctum nomen eius in excelſo, & in sãcto habitat, & cum contrito, & humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium. o. 33. c. 3. n. 5.

Digitized by Google

Cap. LX.

Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui. o.14.c.6.n.3.

Surge illuminare Hieruſalē, quia venit lumen tuum, &c. o.12.c.3.n.2. & ſeq.

Cap. LXI.

Eo quod vnxerit me, vt mederer contritis corde. o.37.c.5.n.12.

Cap. LXII.

Ecce merces eius cum eo. o.28.c.2.n.3. & o.35.n.24.

Cap. LXIII.

Quis eſt iſte, qui venit de Edon tinctis veſtibus de boſra. o.14.c.18.n.2. & o.15.c.4.n.10.

Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, &c. o.28.c.1.n.1.

Cum omni tribulatione eorum non eſt tribulatus. o.38.c.8.n.4.

Cap. LXIIII.

Oculus non vidit abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. o.13.c.7.n.1.

Cap. LXVI.

Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum. o.9.c.10.n.3. & o.35.n.34.

Ex Ieremia.

Cap. I.

A A A. Domine Deus ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. o.34.c.11.n.8. & o.35.n.99.

Priuſquam te formarem in vtero noui te. o.18.c.4.n.4.

Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum. o.35.n.99.

Virgam vigilantem ego video. o.22.c.13.n.1. & o.35.n.49.

Cap. II.

Opus artificum vniuerſa hæc, Dominus autem Deus verus eſt. o.5.c.1.n.2.

A ſæculo confregiſti iugum meum. rupiſti vincula mea, dixiſti non ſeruiam. o.21.c.7.n.32.

Cap. III.

Ibi fuerunt Gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt ſtatura magna, ſcientes bellum. o.39.c.11.n.8.

Cap. XII.

Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia nullus eſt, qui recogitet corde. o.40.c.8.n.5.

Cap. XIII.

Si poteſt Aethiops mutare pellem ſuam, & vos poteſtis cum ſitis mali benefacere. o.40.c.17.n.3.

Cap. XXIII.

Cælum, & terram ego impleo. o.9.c.10.n.4. & o.18.c.4.n.2.

Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus nunquid non cælum, & terram ego impleo. o.18.c.4.n.2.

Cap. XXV.

Facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ. o.7.c.2.n.9. & o.22.c.13.n.1.

Cap. XXVI.

Noli ſubtrahere verbum ſi forte audiant. o.17 c.11.n.5.

Cap. XXXI.

Nouum fecit Dñs ſuper terram, fæmina circũdabit virũ. o.37.c.4.n.6.

Cap. LI.

Iurauit per animã ſuã. o.27.c.1.n.6.

Ex

Digitized by Google

Ex Thren.

Cap. II.

Factus eſt velut inimicus.o.22.c.11.n.6.

Cap. III.

Bonus eſt Dñs ſperantibus in eũ animæ quærenti illum.o.6.c.2.n.21.

Cap. IIII.

Quomodo obſcuratum eſt aurum,&c. quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli.o.40.c.1.n.5.

Ex Baruch.

Cap. III.

Magnus eſt, & non habet finem excelſus, & immenſus.o.8.c.1.n.2. & o.9.c.10.n.1.

Ex Ezechiele.

Cap. I.

Ibant,& non reuertebantur.o.5.c.5.n.16.

Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum.o.13.c.7.n.5.

Cap. V.

Nunquid tolletur de ea lignum, aut fabricabitur de ea paxillus.o.35.n.16.

Cap. XVIII.

Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt non recordabor.o.40.c.3.n.2.

Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt.o.40.c.4.n.1.

Cap. XXII.

Quæſiui de eis virum.qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitum contra me pro terra, vt diſſiparem eam, & non inueni.o.37.c.6.n.5.

Cap. XLVII.

Erant deinceps aquæ profundi torrentis, & aquæ natationis.o.34.c.6.n.14.

Ex Daniele.

Cap. II.

Nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt.o.18.c.4.n.1.& c.6.n.2.

Cap. III.

Fac nobiſcum ſecundum miſericordiã tuam,& da gloriam nomini tuo.o.22.c.6.n.3.

Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.o.36.c.3.n.7.

Cap. VII.

Antiquus dierum capilli capitis eius tanquam lana munda.o.11.c.2.n.4.& o.38.c.10.n.8.

Fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius.o.38.c.9.n.3.

Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cælum detur populo ſanctorum altiſſimi.o.35.n.11.

Cap. VIII.

Exaudi Domine, placare Domine, attende,& fac ne moreris propter temetipſum,&c.o.21.c.9.n.10.

Cap. X.

Noli metuere Daniel, quia ex die primo,quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum,&c.Princeps autem Regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus,& ecce Michael vnus de Principibus primis venit in adiutorium meum.o.15.c.4.n.11.

Vidi viſionem grandem hanc,& non remãſit in me fortitudo.o.35.n.89.

Domine in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, o.35.n.89.

Digitized by Google

Cap. XIV.

Fer prandium, quod habes in Babilonem Danieli, qui eſt in lacu leonũ. o.33.c.2.n.2.

Ex Oſeæ.

Cap. XI.

In funiculis Adam tradam eos. o.39. c.7.n.6.

Cap. XIII.

Perditio tua ex te Iſrael, tantummodò in me auxilium tuum. o. 26.c.6. n.4.

Ex Ioele.

Cap. II.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, &c. quia benignus, & miſericors eſt. o.26.c.2. n.1. & o.40.c.18.n.1.

Cap. III.

Et per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. o. 13.c.5.n.12.

Ex Amos

Cap. III.

Si eſt malum in Ciuitate, quod non fecit Dominus. o.21.c.7.n.7.

Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, ideirco viſitabo ſuper vos omnes veſtras iniquitates. o. 35.n.118.

Cap. V.

Dominus nomen eius. o.17.c.2.n.1.

Cap. VI.

Iurauit Dominus in anima ſua. o.27. c.1.n.6.

Cap. VII.

Ligent puluerem quaſi ſerpentes. o.40. c.8.n.9.

Cap. IX.

Aedificat in Cęlo aſcenſionem ſuam. o. 9.c.10.n.6.

Ex Michæa.

Cap. VI.

Quid dignum offeram Domino? o.22. c.8.n.2.

Ex Malachia.

Cap. I.

Si ego Dominus, vbi eſt timor meus. o.35.n.20.

Ex Abacuch.

Cap. I.

Ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit agentem. o. 40. c.8.n.9.

Mundi ſunt oculi tui, ne videant malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris. o.22.c.11.n.5.

Cap. II.

Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. o.6.c.2.n.11.

Cap. III.

Iuramenta Tribubus, quæ locutus es. o.27.c.1.n.3.

Quadrigę tuæ ſaluatio. o.37.c.5.n.13.

Ex Sophonia.

Cap. II.

Vox cantantis in deſerto coruus in ſuperliminari, quoniam attenuabo robur eius. o.40.c.16.n.9.

Venite congregamini genti non amabilis priuſquam pariat iuſſio quaſi puluerem tranſeunt diem. o. 40.c. 16.n.15.

Ex Zacharia.

Cap. III.

Si eſt malum in Ciuitate, quod non fecit Dominus. o.21.c.7.n.7.

Super lapidem vnum ſeptem oculi, & ecce ego celabo ſculpturã eius. o.21. c.7.n.14. & o.38.c.9.n.6.

Digitized by Google

Cap. XIV.

In illa die erit Dominus vnus, & erit nomen vnum. o.17.c.8.n.4.

Ex Malachia.

Cap. I.

Iacob dilexi, Eſau odio habui. o.33.c.2. n.5.

Cap. III.

Ego Dominus, & non mutor. o.10.c. 1.n.1.

Ex libro ſecundo Machabęorum.

Cap. I.

Iuſtus, & miſericors. o.3.c.10.n.10.

Cap. IV.

Tu Domine vniuerſorum, qui nullius indiges. o.1.c.6.n.9.

Cap. VIII.

Qui poteſt vno nutu delere. o.31.c.8.n. 2. & c.11.n.2.

Cap. IX.

Orabat hic ſceleſtus Dominum, à quo non erat miſericordiam conſecuturus. o.31.c.5.n.12. & o.40.c.16. n.5.

Non deſperās meipſum, ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem ibidem.

Ex Matthæo.

Cap. I.

Non cognoſcebat eum donec peperit filium ſuum. o.35.n.119.

Cap. III.

Hic eſt filius meus dilectus. o.34.c.10. n.3.

Cap. IV.

Ductus eſt Ieſus in deſertū à ſpiritu, vt tentaretur, &c. o.37.c.6.n.5.

Dominum Deum tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies. o.4.c.3.n.8.

Cap. V.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorū eſt Regnum cælorum. o.26.c.2.n.4. & o.30.c.1.n.8.

Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. o.12.c.2.n.3.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros. o.37.c.6.n.7.

Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis. o.26. c.2.n.9.

Eſtote miſericordes, ſicut, & pater veſter cęleſtis miſericors eſt. o.25.c.3. n.7.

Qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. o.36.c.5.n.6.

Si offers munus tuum ante altare, & frater habet aliquid aduerſum te, &c. o.22.c.6.n.4.

Cap. VI.

Fiat voluntas tua. o.32.c.1.n.3.

Et ne nos inducas in tētationem. o.18. c.12.n.5.

Reſpicite volatilia cæli, &c. nōne vos plures eſtis illis? o.33.c.2.n.1. & c.3.n.1.

Cap. VII.

In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. o.14.c.13.n.4.

Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter cęleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. o.26.c.2.n.2.

Cap. IX.

Ieſu fili Dauid miſerere nobis. o.37.c. 5.n.8.

Cap. X.

Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terrā ſine patre veſtro, veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt,

multis paſſeribus meliores eſtis vos. o.33.c.2.n.1.

Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, neq; peram in via, neq; duas tunicas, &c. o.33.c.3.n.12.

Et inimici hominis domeſtici eius.o.40 c.16.n.17.

Cap. XI.

Confiteor tibi pater, quoniam ſic fuit placitum ante te.o.21.c.8.n.11.& o.34.c.6.n.4.

Nemo nouit filium niſi pater, nec patrẽ quis nouit niſi filius, &c. o.13.c.6. n.1.

Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone, &c. o. 19.c.1.n.6.& ſeq.& c.5.n.1.

Audis quid iſti dicunt. o. 38.c.6.n.9.

Cap. XII.

Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum non remittetur ei, neq; in hoc ſæculo, neque in futuro. o.34.c.11. n.3.

Cap. XIII.

Fulgebunt iuſti ſicut Sol in conſpectu Dei. o. 13.c.5. n.15. & o. 40.c.1. n.4.

Et dabit fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, & aliud trigeſimum.o.14.c.15.n.4.

Cap. XVI.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum.o.39.c.10.n.2. & o.40. c.17.n.3.

Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas.o.36.c.3.n.5.

Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis, & tũc reddet vnicuique ſecundum opera ſua.o.26.c. 1. n.4.

Super hanc petram ædificabo Eccleſiã meam. o.34.c.6.n.9.

Cap. XVII.

Reſplenduit facies eius ſicut Sol; veſtimenta autem eius ſicut nix.o.14. c.6.n.1.& o.38.c.6.n.6.

Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis.o.35.n.110.

Cap. XVIII.

Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.o.13.c.5.n.4.& n.18.

Cap. XIX.

Magiſter bone.o.6.c.2.n.2.

Quid me interrogas de bono, vnus eſt bonus Deus.eodem loco, & o.18.c. 1.n.1.

Qui reliquerit patrem, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.o.26.c.1.n.4.

Apud Deum omnia poſſibilia ſunt. o. 31.c.1.n.1.& c.8.n.2.

Cap. XX.

Simile eſt Regnum cælorum homini Patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam.o.14.c.14.per totum.

Multi ſunt vocati, pauci vero electi. o.19.c.4.n.8.& o.40.c.9.n.5.

Calicem quidem meum bibetis; ſedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo. o.26.c.6.n.1.& o.15.c.4.n.8.

Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno miſit eos, &c.Ite & vos in vineam meam,

&

& quod iuſtum fuerit dabo vobis. o.26.c.1.n.4.& o.40.c.16.n.4.
Non ex denario conueniſti mecum. o.26.c.2.n.9.
Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur. o.38.c.6.n.4.

Cap. XXI.

Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. o.37.c.3.n.14.

Cap. XXII.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. o.4.c.1.n.5.& o.40.c.9.n.3.
Scimus quia verax es, & non eſt tibi cura de aliquo, nõ enim reſpicis perſonam hominum. o.26.c.6.n.3.

Cap. XXIII.

Et vos implete menſuram patrum veſtrorum o.35.n.110.
Vnus eſt magiſter veſter, qui in cælis eſt. o.17.c.7.n.4.
Decimatis mentam, & rutam, & omne olus. o.21.c.3.n.5.

Cap. XXIV.

De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum niſi ſolus pater. o.15.c.4.n.6. & ſeq.

Cap. XXV.

Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis. Intra in gaudium Domini tui. o.13.c.3.n.7. & c.5.n.6.& o.35.n.19.
Poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi. o.33.c.2.n.3.
Statuet oues ad dexteram, ædos autem ad ſiniſtram. o.40.c.9.n.2.

Cap. XXVI.

Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis. o.19.c.1 n.13.& ſeq.
Filius quidẽ hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. o.21.c.7.n.19.
Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. o.21.c.7.n.16.
Surgite eamus, ecce appropinquauit, qui me tradet. o.39.c.11.n.6.
Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. o.40.c.12.n.2.
An non putas, quia poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi pluſquam decem legiones Angelorum, quomodo ergo implebuntur ſcriptura, quia ſic oporteat fieri? o.31.c.11.n.5.

Cap. XXVIII.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, euntes ergo docete omnes gentes, &c. o.34.c.1.n.1.& c.12.n.4.

Ex Marco.

Cap. XII.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. o.4.c.1.n.5.

Cap. XIII.

De die autem illa, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in Cęlo, neque filius niſi pater. o.15.c.4.n.6.& ſeq.& c.7.n.5.

Cap. XVI.

Et Dominus *quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis.* o.35.n.4.
Prædicate Euangelium omni creaturæ. o.40.c.1.n.3.

Ex Luca.

Cap. I.

Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta

nedicta tu in mulieribus. o.37.c.7.
n.7.& 16.

Quomodo ſiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. o.37.c.2.n.7.& c.3. n.1.

Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. o.31.c.1.n.1.& c.8. n.2. & o.35.n.14.& o.37.c.4. n.4.

Hic erit magnus, & filius Altiſſimi uocabitur. o.37.c.3.n.14.

Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundũ verbum tuum. o.37.c.6.n.3.& c. 7.n.2.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. o.25.c.2.n.7.& o.18.c.4.n.6.

In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris. o. 13.c.5. n.14.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. o.39.c.4.n.4.

Cap. II.

Quia non erat ei locus in diuerſorio. o. 38.c.6.n.4.

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. o.22. c.6.n.3.

Cap. IV.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, o.24.c.19.n.2.

Oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, o.35.n.7.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. o.4.c.3.n.8.

Sine, quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene veniſti perdere nos? & c. o.37.c. 5.n.10.

Cap. V.

In verbo autem tuo laxabo rete. o.14. c.3.n.2.

Cap. VI.

Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. o.25.c.3.n.7.

Menſuram bonam, & confertam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum. o.13.c.5.n.5.& c.22. n.4.

Si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? o.26.c.2.n.9.

Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes o.39.c.6.n.1.

Beati eſtis cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. o.26. c.2.n.4.

Remittuntur tibi peccata tua. o. 39.c. 5.n.3.

Cap. VIII.

Vt videntes non videant, & audientes non intelligant. o.12.c.3.n.2.

Cap. X.

Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, & c. o.19.c.1.n.6.& ſeq. diffuſè.

Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima. o.40.c.16.n.20

Cap. XI.

Et ne nos inducas in tentationem. o.18. c.12.n.5.

Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. o.1.c.4.n.2.& o.26.c.2.n.2.

Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. o.25.c.2.n.8.

Decimatis mẽtam, & omne olus, & c. o.21.c.3.n.5.

Propte-

Digitized by Google

Propterea, & ſapientia Dei dixit, mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequentur, o.18.c.5.n.2.

Cap. XII.

Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, o.12.c.3.n.8.

Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiam, o.40.c.10.n.4.

Cap. XIII.

Niſi pœnitentiam habueritis omnes ſimiliter peribitis, o.40.c.14.n.1.& c.15.n.1.

Cap. XV.

Miſit illum in vineam ſuam, vt paſceret porcos, o.40.c.7.n.8.

Pater peccaui in cœlum, & coram te, o.37.c.6.n.9.

Citò proferte ſtolam primam, o.40.c.17.n.3.

Gaudiũ erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiã agente. o.13.c.5.n.16.

Cap. XVI.

Fili recepiſti bona in vita tua, o.6.c.1.n.1.

Homo quidem erat diues, & habebat villicum, & hic diffamatus eſt, o.37.c.5.n.9.

Vt cum defeceritis recipient vos in æterna tabernacula, o.13.c.5.n.9.& o.40.c.11.n.8.

Cap. XVII.

Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles ſumus, o.22.c.6.n.2. & o.35.n.16.

Cap. XIX.

Vocatis autem ſeruis ſuis dedit eis decem mnas, o.26.c.6.n.3.

Cap. XX.

Forſitan cum eum videbunt, verebuntur, o.18.c.11.n.5.

Cap. XXI.

Capillus de capite veſtro non peribit, o.38.c.8.n.4.

Cap. XXII.

Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. o.33.c.4.n.13.

Pater ſi vis transfer à me calicẽ iſtud, o.38.c.7.n.6.

Non mea voluntas, ſed tua fiat, o.32.c.1.n.3.

Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater Regnum, o.26.c.6.n.1.

Et nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram, &c. o.25.c.3.n.12.

Factus in agoniam prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram, o.38.c.4.n.23.

Cap. XXIII.

Omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum, & videbant, quæ fiebant percutientes pectora ſua reuertebantur, o.38.c.6.n.6.

Hodie mecum eris in Paradiſo, o.40.c.16.n.16.

Cap. XXIV.

Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam, o.13.c.5.n.4.

Si quis non odit Patrem ſuum, & Matrem, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus, o.37.c.7.n.3.

Ex Ioanne.

Cap. I.

In principio erat Verbum, o.34.c.9.n.1. late explicatur.

Non

Digitized by Google

Non erat ille lux,o.2.c.1.n.4.
Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt,o.12.c.3.n.9.& o.34.c.9.n.16.
Quod factũ eſt in ipſo vita erat, o.33.c.3.n.3.
Omnia per ipſum facta ſunt, o.31.c.8.n.1.& o.34.c.7.n.17.
Sine ipſo factũ eſt nihil,o.40.c.1.n.1.
Deus erat Verbum.o.3.c.10.n.10.& o.37.c.5.n.11.
Deum nemo vidit vnquam vnigenitus,qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrabit nobis,o.15.c.10.n.2.& 4.& o.12.c.4.n.6.& o.34.c.12.n.3.
Erat lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum,o.21.c.3.n.4.
Verbum caro factum eſt,o.37.c.4.n.7.
Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à Patre.o.22.c.11.n.7.& o.34.c.10.n.12.
Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, o.37.c.4.n.5.
Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt,o.15.c.10.n.4.
Et mundus eum non cognouit, o.34.c.7.n.17.

Cap. II.

Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud,o.38.c.6.n.4.

Cap. III.

Sic Deus dilexit mundum,o.22.c.1.n.3.& c.6.n.2.& o.34.c.13.n.2.& o.37.c.3.n.15.& o.38.c.10.n.3.
Hoc eſt iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem, o.21.c.3.n.5.
Qui natus eſt ex Deo non peccat, quia ſemen ipſius manet in eo, ſed nec peccare poteſt, quoniam ex Deo natus eſt,o.21.c.8.n.10.

Cap. IV.

Quomodo tu cum Iudeus cum ſis bibere à me petis, quæ ſum mulier Samaritana,o.39.c.7.n.8.
Tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi,o.18.c.11.n.5.
Domine da mihi hanc aquam,vt video Profeta es tu,o.39.c.7.n.8.

Cap. V.

Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ita etiam dedit filio habere vitam in ſemetipſo,o.1.c.1.n.8.
Si crederetis Moyſi,crederetis forſitan & mihi,o.19.c.5.n.1.
Pater vſque modo operatur, & ego operor,o.31.c.9.n.1.& o.34.n.27.
Hæc eſt victoria,quæ vincit Mundũ fides noſtra,o.34.c.12.n.7.

Cap. VI.

Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum, Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis,&c. non habebitis vitam in vobis, o.39.c.7.n.3.
Sicut miſit me viuens Pater,&c. & qui manducat me, & ipſe viuet ꝑpter me,o.39.c.7.n.5.& c.8.n.3.
Panis enim Dei eſt, qui de cœlo deſcendit,& dat vitam mundo, o.39.c.9.n.1.
Arguet mundum de peccato, de iuſtitia,& de iudicio,o.34.c.11.n.3.
Omne,quod dat mihi pater ad me veniet,o.21.c.3.n.5.
Ad quem ibimus verbo vitæ æternæ habes,o.39.c.8.n.3.

Cap.

Digitized by Google

Cap. VII.

Mea doctrina non eſt mea, o.15.c.4. n.8.

Cap. VIII.

Si me ſciretis, forſitan, & Panem meũ ſciretis, o.19.c.5.n.2.

Tu quis es? principium qui & loquor vobis, o.1.c.3.n.5.

Niſi credideritis, quia ego ſum, eodem loco.

Priuſquam Abraham fieret ego ſum, ibidem.

Dixi vobis, quia moriemini in peccatis veſtris. o.18.c.9.n.5.

Cap. IX.

Ego & qui miſit me Pater, o.37. c.2. n.11.

Quis eſt Filius Dei, vt credam? & vidiſti eum, &c. o.14.c.17.n.2.

Antequam Abraam fieret ege ſum, o. 37.c.2.n.1.

Et prateriẽs Ieſus vidit hominem cæcum, o.40.c.12.n.5.

Cap. X.

Cognoſco oues meas, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquã de manu mea, Pater meus, quod dedit mihi maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu Patris, ego, & Pater vnum ſumus, o.4.c. 3.n.3.

Ego veni vt vitam habeãt, & abundantius habeant, o.37.c.3.n.11.

Cap. XI.

Soluite eum, & ſinite abire, o.40.c.7. n.11.

Et lacrymatus eſt Ieſus, o.40.c.13.n.4

Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, o.21.c.7.n.11.

Ecce quem amas infirmatur, o.22.c. 10.n.1.

Cap. XII.

Propterea non poterant credere, quia dixit Iſa. excæca cor populi huius, o. 40.c.17.n.6.

Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiã, o.25. c.2.n.8.

Ego lux veni in mundum, o.9.c.10. n. 8.

Omnia traham ad me ipſum, o.21. c. 3.n.5. & o.37.c.3.n.13.

Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud, o.38.c.6.n.10.

Cap. XIII.

In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eritis ſi dilectionẽ habueritis ad inuicem, o.38.c.7.n.8.

Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, o.39.c.7.n.5.

Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos, o.39.c.7.n.6.

Neſcitis, quod ego in Patre, & Pater in me eſt, o.34.c.9.n.14.

Cap. XIV.

Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum, o. 14. c.17. per totum, & o.34.c.10.n.12.

In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, o.13.c.5.n.16.

Vado parare vobis locum, o. 13.c.5. n.4.

Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis, o.14.c.17.n.3.

Ego ſum veritas, o.3.c.10.n.10.

Si quis diligit me diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum, o 22.c.2.n.5. & o. 13.c.3.n.2. & c.7.n.8.

Spi-

Digitized by Google

Spiritus veritatis,o.27.c.10.n.1.

Ego ſum via, veritas, & vita, qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris, o.40.c.3.n.5.

Opera quæ ego facio, & ipſe faciet & maiora horũ faciet,o.31.c.10.n.3.

Sed vt cognoſcat Mundus, quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio, ſurgite eamus hinc,o.38.c.7.n.2.

Cap. XV.

Vt dilectio, qua dilexiſti me in eis ſit, & ego in ipſis,o.22.c.3.n.2.

Iam non dicam vos ſeruos: ſed amicos,o.22.c.5.n.1. & o.35.n.27.

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis,o.22.c.7.n.2.

Cum venerit Paraclytus quẽ ego mittam vobis a Patre ſpiritum veritatis,o.34.c.11.n.3. & o.37.c.2. n.11.

Cap. XVI.

Cum venerit ille, arguet Mundum de peccato,de iuſtitia, & de iudicio, &c.o.37.c.1. n.4.

In mundo preſſuram habebitis, o.30. c.1.n.6. & o.37.c.3.n.11.

Et gaudium veſtrũ nemo tollet à vobis,o.13.c.3.n.7.

De meo accipiet, & annunciabit vobis,o.3.c.10.n.2. & o.18.c.1.n.1.

Nunc ſcimus,quia ſcis omnia, & non opus eſt,vt quis te interroget,in hoc credimus,quia à Deo exiſti,o.13.c. 9.n.3.

Exiui à Patre, & veni in mundum, o.37.c.2.n.11.

Is enim Pater amat vos,quia vos me amaſtis,o.22.c.2.n.4.

Cum venerit ille, docebit vos omnem veritatem,o.34.c.10.n.14.

Cap. XVII.

Pater quos dediſti mihi, volo,vt vbi ſum,ego & illi ſint mecum, vt uideant claritatem meam, &c. o.13. c.3.n.1.

Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſũmaui,manifeſtaui nomen tuũ hominibus,o.34.c.12.n.3.

Clarifica me Pater claritate, quã habui antequam mundus fieret, o.11. c.2.n.1. & o.12.c.2.n.4.

Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, o.5.c.1.n.2. & n.8. & o.13.c.3.n.6. & o.14. c.9.n.5. & o.14 & 17. in fine, & o.18.c.1.n.3. & o.34.c.5.n.6.

Cap. XVIII.

Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite cautè, o.38.c. 4.n.13.

Cap. XIX.

Baiulans ſibi Crucem, o.25. c.2.n.8.

Mulier ecce filius tuus,o.37.c.6.n.6.

Inclinato capite tradidit ſpiritum,o.21. c.9.n.10. & o.38.c.4.n.27.

Cap. XX.

Mulier quid ploras? quia tulerunt Dominum meum,o.40.c.28.n.4.

Et ad alium diſcipulum,quem amabat Ieſus,o.22.c.10.n.5.

Inſufflauit, & dixit, accipite Spiritum ſanctum,o.34.c.11.n.3.

Cap. XXI.

Simon Ioannis diligis me plus his,o. 22.c.10.n.5. & o.38.c.8.n.5.

Cũ eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas cũ ſenueris, &c. o.38.c.8.n.5.

Di-

Digitized by Google

Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, o. 22. c. 10. n. 5.

Ex Actibus Apoſtolorum.

Cap. I.

Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate; o. 15. c. 4. n. 8.

Cap II.

Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus, o. 39. c. 11. n. 8.

Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei, traditum per manus iniquorum, affligentes interemiſtis, o. 21. c. 7. n. 12.

Qui & Dominum meum, & Chriſtũ fecit Deus hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis, o. 35. n. 4.

Cap. IV.

Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalnos fieri, o. 40. c. 2. n. 5.

Conuenerunt verè in Ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti; Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri, o. 21. c. 7. n. 12. & o. 38. c. 4. n. 11.

Cap. V.

Cur mentitus es Spiritui ſancto, non es mentitus hominibus, ſed Deo, o. 34. c. 11. n. 3.

Cap. VI.

Multa turba Sacerdotum obediebat fidei, o. 25. c. 2. n. 11.

Cap. VII.

Deus gloriæ apparuit patri noſtro, o. 25 c. 3. n. 5.

Lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem, ò Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum, o. 26. c. 2. n. 8.

Poſitis autem genibus clamauit voce magna, dicens, ne ſtatues illis hoc peccatum, o. 26. c. 2. n. 8.

Cap. IX.

Annuncians pacem per Chriſtum, hic eſt omnium Dominus, o. 35. n. 4.

Cap. X.

Ieſum à Nazareth, quoniam vnxit eum Deus Spiritu ſancto, & virtute, o. 37. c. 5. n. 11.

Cap. XII.

Neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum, &c. nunc ſcio verè, &c. o. 40. c. 7. n. 10.

Cap. XIII.

Qui faciet omnes voluntates meas, o. 21. c. 2. n. 2.

Ego hodie genui te, o. 33. c. 1. n. 18.

Vobis oportebat primum loqui, ſed quoniam repellitis illud, &c. & o. 37. c. 1. n. 7.

Cap. XIV.

Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit benefaciens de cælo, & dans pluuiam, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda noſtra, o. 4. c. 2. n. 4.

Annunciantes vobis ab his vanis cõuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum, & terrã, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt, o. 4. c. 2. n. 6.

Cap. XVI.

Exeuntes de carcere introierunt ad Lydiam, & viſis fratribus conſolati ſunt eos, o. 38. c. 8. n. 5.

Cap. XVII.

Si forte attrectent eum, aut inueniant,

e quam-

quamuis non longè ſit ab vnoquoq; noſtrum, in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus, o. 9. c. 10. n. 13. & o. 1. c. 4. n. 2. & o. 33. c. 1. n. 9.
Hic Cæli, & Terræ cū ſit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, non indigens aliquo, cum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia, o. 1. c. 5. n. 10. & c. 6. n. 9.

Cap. XIX.

Virtutes non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, o. 31. c. 10. n. 2.

Cap. XX.

Beatius eſt dare, quàm accipere, o. 26. c. 1. n. 2.

Cap. XXVI.

Ad hoc apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum, quæ audiſti, & vidiſti, o. 15. c. 10. n. 6.

Cap. XXVIII.

Conuertentes ſe dicebant eum eſſe Deū o. 30. c. 5. n. 6.

Ex Epiſtola ad Romanos.

Cap. I.

Omnibus, qui ſunt Romæ dilectis Dei vocatis ſanctis, o. 22. c. 2. n. 2.
Inuiſibilia Dei per ea, quę facta ſunt conſpiciuntur, o. 3. c. 10. n. 8. & o. 4. c. 2. n. 7. & o. 8. c. 2. n. 4. & o. 12. c. 2. n. 4. & o. 34. c. 2. n. 4. & c. 7. n. 5. & o. 40. c. 1. n. 2.
Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, o. 37. c. 2. n. 3.

Cap. II.

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, o. 40. c. 1. n. 7.
In die irę, & iuſti iudicij Dei, o. 22. c. 13. n. 1.
Qui reddet vnicuique ſecundum opera eius, &c. non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum, o. 26. c. 6. n. 2.
Qui prędeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, o. 37. c. 1. n. 4.

Cap. III.

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per ſanguinem ipſius, o. 12. c. 2. n. 1. & o. 40. c. 2. n. 5.
Sicut ſcriptum eſt, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cū iudicaris. Si autē iniquitas noſtra iuſtitiā Dei cōmēdat quid dicimus nunquid iniquitas eſt apud Deum? qui infert iram ſecundum hominem dico, abſit alioquin, &c. o. 21. c. 7. n. 18. & o. 37. c. 1. n. 3.
Ad oſtenſionem iuſtitiæ eius, o. 35. n. 122.

Cap. IV.

Vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt. o. 1. c. 1. n. 6. & o. 31. c. 3. n. 5. & o. 32. c. 1. n. 5. & o. 35. n. 9. & 23.
Credenti autem in eum, qui iuſtificat impiū imputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ eius. o. 26. c. 2. n. 1.
Ei, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum meritum. o. 26. c. 3. n. 5.
Induimini Dominum Ieſum Chriſtū o. 37. c. 2. n. 4.

Cap. V.

Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris

Digitized by Google

ſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.o. 22.c.3.n. 2.& o. 34.c.11.n.3.

Commendat autem ſuā charitatem in nobis,quia cum adhuc peccatores eſſemus . Chriſtus pro nobis mortuus eſt, o.25.c.2.n.10. & o.38.c.2.n. 1.& o.38.c.10.n.3.

Cap. VI.

Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtrę.o.7.c.1.n.6.& 7.

Gratia Dei vita æterna, o.12.c. 2.n. 1.& o.14.c.25.n.1.

Habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem vero vitam æternam,o.13.c.7.n.7.

Cap. VIII.

Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio,an anguſtia,&c.o.22.c.7. n.5.& o.38.c.7.n.8.& c.8.n.2.

Commendat in nobis charitatem ſuam Deus,o.22.c.6.n.2.

Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus Abba Pater,o.22. c.3.n.3.

Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro,quod filij Dei ſumus, o. 22.c.9.n.2.

Vanitati creatura ſubiecta eſt,non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam,&c.o.40.c.13.n.2.

Quod ſi filij,& hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, o.39.c.8.n.3.

Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? &c.o.38.c.7.n.8.& c. 8.n.2.

Sed in his omnibus ſuperamus,o.38.c. 8.n.2.

Cap. IX.

Voluntati eius quis reſiſtit,o.21.c.1.n. 1.& c.10.n.1.

Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat,o.35.n.112.

Vt ſecundum electionem propoſitū Dei maneret, o.21.c.8.n.7.

Volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam,ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, o.21.c. 9.n 2.

O homo tu quis es,qui reſpondeas Deo. Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit quid me feciſti ſic,an non habet poteſtatem,&c.o.35. n.18. & o.40.c.2.n.12.

Cap. X.

Iſaias audet,& dicit,&c.o.35.n.107.

Cap. XI.

Concludit Deus omnia in incredulitate,vt omnium miſereatur, o. 25.c. 2.n.11.

O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei,o.18.c.1.n.1.

Cap. XII.

Salutate priſcam,& Aquilam, o.33.c. 3.n.13.

Renouamini in nouitate ſenſus veſtri,& induite nouum hominem, o. 24.c.11.n.1.

Vt probetis,quæ ſit voluntas Dei,o.18. c.1.n.1.

Cap. XIII.

Quæ à Deo ſunt ordinata ſunt, o.33. c.3.n.1.

Cap. XV.

Tribulatio patientiam operatur,patientia probationē,probatio vero ſpem, o.37.c.7.n.3.

Cap. XVI.

Soli ſapienti Deo,o.18.c.1.n.1.

Ex Epiſtola Prima ad Corinth.

Cap. I.

Chriſtus Dei ſapientia, o.2.c.1.n.10.

Ante mundi conſtitutionem, o.11.c.2.n.1.

Numquid non habemus poteſtatē mulierem ſororē circumducēdi, ſicut & cæteri Apoſtoli, &c. o.37.c.7.n.17.

Cap. II.

Nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. o.13.c.7.n.1. & o.6.c.10.n.8

Spiritus omnia ſcrutatur etiā profunda Dei, o.12.c.4.n.11.

Quæ ſunt Dei nemo nouit niſi Spiritus Dei, eodem loco.

Cap. III.

Vnuſquiſque autem mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, o.14.c.13.n.4. & o.26.c.1.n.4.

Cap. VIII.

Nobis vnus eſt Deus. o.4.c.1.n.5. & o.4.c.3.n.6.

Cap. IX.

Nunquid de bobus cura eſt Deo, o.33 c.2.n.1. & n.8.

Et illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. o.26.c.1.n.4.

Sic currite, vt comprehendatis, o.12.c.3.n.6.

Cap. X.

Unum corpus ſumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus, o.39.c.7.n.1.

Cap. XI.

In qua nocte tradebatur accepit panē, &c. accipite, & manducate, o.39.c.7.n.5.

Oportet mulieres velamen habere ſuper caput ſuum propter Angelos, o.15.c.4.n.14.

Abſorta eſt mors in victoria, o.38.c.1.n.1.

Cap. XII.

Omnia poſſum in eo, qui me confortat, & nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu ſancto, o.34.c.11.n.3. & o.40.c.16.n.9.

Diuiſiones gratiarum ſunt idem autē ſpiritus, o.34.c.11.n.3.

Cap. XIII.

Nunc autem manent tria hæc, fides, ſpes, charitas, maior autem horum eſt charitas, o.38.c.5.n.5.

Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, cum autē venerit, quod perfectum eſt euacuabitur, quod ex parte eſt, o.15.c.5.n.11.

Videmus nūc per ſpeculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. o.4.c.2.n.5. & o.14.c.10.n.5. & o.15.c.3. per totum.

Charitas patiens eſt benigna, & charitas nō æmulatur, &c. o.38.c.1.n.2.

Cap. XV.

Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas ſtellarum, ſtella enim à ſtella differt in claritate, o.14.c.13.n.3.

Unuſquiſque autem in ſuo ordine, eodem loco.

Cum autem dicat omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia, o.31.c.8.n.1.

Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt, o.40.c.10.n.4.

Cap. XVI.

Qui non amat Dominum Ieſum Chriſtum anathema ſit, o.39.c.7.n.6.

Ex

Ex Epiſt. ſecunda ad Corinth.

Cap. II.

Raptus vſque ad tertium cœlum, o.15. c.10.n.6.

Cap. III.

Omnes enim manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria, &c. prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum, o.14.c.13. n.6.

Nos autem reuelata facie gloriam Domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur tanquàm à Domini ſpiritu, o.14.c.10.n.5. & o.15.c.5.n.12. & o. 34.c.10.n.1. & o.37.c.3.n.16.

Vbi ſpiritus Domini ibi libertas, o.34. c.11.n.3.

Cap. V.

Charitas Chriſti vrget nos, o.39.c.7. n.6.

Siquidem peregrinamur à Domino, dũ ſumus in hoc corpore, o.22.c.8.n.1.

Vt & qui viuunt iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit, o.39.c.6.n.1.

Cap. VI.

Vos enim eſtis templum Dei viui, o. 22.c.8.n.3.

Quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial, aut quæ participatio iuſtitiæ cũ iniquitate? o.40.c.1.n.3.

Cap. VII.

Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra, o.13.c.5.n.13.

Cap. IX.

Qui parcè ſeminat, parcè, & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet, o.14.c. 13.n.6.

Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius, o.12.c.3.n.4.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Charitas Dei Patris, & communicatio Spiritus ſancti cum omnibus vobis, o.34.c.10.n.9.

Ex Epiſtola ad Galatas.

Cap. I.

Neque enim ab homine accipi illud, neque didici; ſed per reuelationem Ieſu Chriſti, o.15.c.10.n.9.

Cap. II.

Qui dilexit me, & tradidit ſemetipsũ pro me, o.21.c.9.n.11. & o.38.c.2. n.2.

Cap. III.

Deus autem vnus eſt, o.4.c.1.n.5.

Cap. IV.

Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra, in quo clamamus Abba Pater, o.22.c.3.n.3.

Cap. V.

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem; hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis, o. 39.c.10.n.1. & 6.

Cap. VI.

Conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris, o.7.c.1.n.6.

De cætero nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto, o.22.c.7.n.5.

Ex Epiſtola ad Epheſios.

Cap. I.

Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, o. 38.c. 4.n.11.

Conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus, &c. Super omne nomen, quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, o.17.c.2.n.5. & o.37.c.1.n.5.

Vt notum faceret ſacramentum voluntatis ſuæ, o.37.c.1.n.1.

Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, o.21.c.8.n.7. & c.9.n.4. & o.31.c.3.n.6. & c.11.n.5. & o.35.n.29.

Cap. II.

Qui diues eſt in miſericordia propter nimiã charitatem ſuam, &c. o.25.c.1.n.7. & o.22.c.6.n.2. & o.40.c.13.n.2.

Creati in operibus bonis, o.37.c.2.n.4.

Et veniens Ieſus euangelizauit pacem vobis, qui longe fuiſtis, & pacem ijs, qui prope ſunt, quoniam per ipſum habemus acceſſum, ambo in vno ſpiritu ad Patrem, o.37.c.5.n.9.

Ipſius enim factura ſumus, o.37.c.2.n.4.

Cap. III.

Mihi autem omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hac in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi, &c. vt innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus in cæleſtibus, &c. o.37.c.1.n.5.

Flecto genua mea ad Patrem Domini mei Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur, o.3.c.8.n.15. & 16.

Vt poſſitis cõprehendere cum omnibus Sanctis, &c. o.12.c.3.n.6.

Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, o.15.c.4.n.2.

Cap. IIII.

Renouamini in nouitate mentis veſtræ, vt incipiat illa imago ab illo informari, à quo formata eſt, o.5.c.19. & o.14.c.10.n.5. & c.11.n.1.

Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, o.37.c.2.n.4.

Cap. V.

Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, &c. o.21.c.9.n.12. & o.38.c.2.n.2.

Venit ira Dei in filios diffidentiæ, o.22.c.12.n.4.

Fuiſti aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, o.39.c.11.n.5.

Cap. VI.

Serui obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, &c. & vos Domini eadem facite illis, &c. o.35.n.5. & 25.

Ex Epiſtola ad Philippenſes,

Cap. I.

Si quis viſcera miſericordiæ in nobis, o.24.c.2.n.5.

Cap. II.

Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, o.3.c.10.n.1. & o.34.c.7.n.7. & o.37.c.3.n.13. & o.38.c.6.n.1.

Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, o.1.c.1.n.10.

Deus operatur in nobis velle, & perficere, o.21.c.3.n.2.

Semet-

Digitized by Google

Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, o.21.c.7.n.12.
Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini, o.40.c.3.n.4.

Cap. III.

Sequar ſi quomodo comprehendam, o. 12.c.3.n.6.
Ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei, o. 26.c.1. n.4.

Cap. IV.

Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, o.12.c.3.n.5.& o.13.c.3. n.5.

Ex Epiſtola Prima ad Theſſalonicenſes.

Cap. I.

Conuerſi eſtis à ſimulacris ſeruire Deo viuo, & vero, o.5.c.1.n.2.
Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed in virtute, & Spiritu ſancto, o.37.c.5.n.2.

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

Cap. I.

In ipſo condita ſunt vniuerſa, & omnia in ipſo conſtant, o.1.c.4.n.2.& o.31.c.8.n.1.& o.34.c.9.n.23.
Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, o.37.c.3.n.15.

Cap. II.

In quo abſconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, o.1.c.1. n.3.
In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, o.38.c.8.n.6.

Cap. III.

Induite viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, &c. o.25.c.3.n.1.& o. 40.o.13.n.2.

Ex Epiſtola Prima ad Timotheum.

Cap. I.

Regi ſeculorum immortali, & inuiſibili, o.3.c.10.n.9.& o.13.c.8.n. 1.& 2.
Blaſphemus fui, & perſecutor: ſed miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci, o.25.c.2.n.11.& o. 30.c.1.n.11.& o.5.c.1.n.5.& n.10.

Cap. II.

Deus vult omnes homines ſaluos fieri. o.21.c.3.n.2.& c.4.n.2.& o.33. c.1.n.12.
Vnus mediator Dei, & hominũ Chriſtus Ieſus, o.39.c.5.n.8.

Cap. III.

Magnum eſt pietatis ſacramantum, quod manifeſtatum eſt in carne, apparuit Angelis, &c. o.15.c.4.n.5. & o.37.in præfat.& c.1.n.1.

Cap. IV.

Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, pariter, & futuræ, o.26.c.1.n.4.

Cap. V.

Teſtificor coram Deo, & electis Angelis, o.15.c.4.n.13.

Cap. VI.

Quem nullus hominum vidit, nec videre poteſt, o.3.c.10.n.9.& o.25, c.10.n.2.
Solus potens, o.3.c.10.n.10.
Qui ſolus habet immortalitatem, o.6. c.2.n.4.& o.10.c.1.n.1.
Qui lucem habitat inacceſſibilem, o.12.

Digitized by Google

c.2.n. 2. & o.13.c.7.n.9.& c.8. per totum, & o. 15.c. 10.n. 11. & n.13.

Ex Epiſtola ſecunda ad Timotheum.

Cap. I.

Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt, depoſitum meum ſeruare in illum diem iuſtus index, o.26.c. 4.n.5.& c.3.n.3.

Cap. II.

Cognouit enim Dominus, qui ſunt eius, o.22.c.9.n.1.

Ille fidelis permanet negare ſe ipsũ non poteſt, o.21.c.8.n.8.

In magna domo, &c. o.21.c.9.n.2. & o.26.c.4.n.4.

Cap. III.

Et erunt homines ſeipſos amantes cupidi elati, &c. o.40.c.7.n.7.

Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, o.35.n.109.

Cap. IV.

Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex, o. 13.c.5.n. 6. & o. 26.c.2.n.6.& 8.

Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. o.26.c.2.n.8.

Ex Epiſtola ad Titum.

Cap. III.

Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, o.26.c. 2. n.1.

Ex Epiſtola ad Hebræos.

Cap. I.

Tu autem idem ipſe es, o.8.c.3.n.2.

Per quem fecit, & ſęcula, o. 31.c. 8.n.1.

Portans omnia verbo virtutis ſuæ, o. 31.c.9.n.3.& o.33.c.3.n.4.

Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, adorent eum omnes Angeli eius, o.9.c.10. n. 8.

In miniſterium miſſi propter eos, qui hęreditatem capiunt ſalutis, o. 15. c.4.n.4.& c.7.n.8.

Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius prę illis nomen hęreditauit, &c. o.34.c. 10.n.4.

Cap. II.

Nuſquam enim Angelos apprahẽdit, ſed ſemen Abrahæ apprẽhendit, o. 37.c.5.n.4.

Debuit per omnia fratribus aſſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum. o.25.c.2.n.8.

Cap. V.

Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quę ſunt ad Deum, vt afferat dona, & ſacrificia pro peccato, o.39 c.1.n.7.

Exauditus eſt pro ſua reuerentia, cum eſſet filius Dei, o.37.c.5.n.1. & o. 40.c.2.n.5.

Cap. VI.

Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis noſtri, o.26.c.1.n.4.

Abrahę nunquam promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quẽ iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum, o.27.c.1.n.6.

Vt

Digitized by Google

Vt per duas res immobiles, quibus impoſsibile eſt mentiri Deum, fortisſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus, o.31.c.5.n.10.

Cap. VII.

Et alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberetur, permanere hic autem, quod maneat in æternum, &c. o.37.c.2.n.6.

Cap. VIII.

Quod autem antiquatur, & ſeneſcit propè interritum eſt, o.11.c.2.n.1.

Cap. IX.

Non enim in manu facta ſancta Ieſus introiuit exemplaria verorum, ſed in ipſum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, o.37.c.6.n.6.

Cap. X.

Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis, o.9.c.8.n.6.

Ideo ingrediens mũdum dicit hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus aptaſti mihi, o.18.c.3.n.6. & o.38.c.4.n.15.

1. ad Cor. 11. *Hic tangens calix nouum teſtamentũ eſt in meo ſanguine, hoc facite quotieſcunque biberitis in meam commemorationem*, o.39.c.3.n.1.

Cap. XI.

Fide Abraham demoratus eſt in terra promiſsionis tanquam in aliena in caſulis, habitando cum Iſaac, & Iacob, & cohæredibus promiſsionis eiuſdem; expectabat enim fundamenta habentem Ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus, o.13.c.5.n.8.

Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, o.18.c.3.n.6. & c.7.n.2.

Sancti per fidem vicerunt regna, o.34.c.12.n.7.

Cap. XII.

Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta, o.38.c.4.n.18.

Cap. XIII.

Chriſtus heri, & hodie ipſe, & in ſecula, o.37.c.2.n.1.

Ex Epiſtola Iacobi.

Cap. I.

Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio, o.10.c.1.n.1. & o.23.c.8.n.17.

Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam comprobatus fuerit, accipiet coronam vitæ, o.26.c.1.n.4. & c.2.n.9.

Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus, o.22.c.7.n.30.

Si quis indiget poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, o.14.c.2.n.2.

Religio munda, & immaculata hæc eſt viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, o.37.c.1.n.1.

Cap. II.

Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non facit miſericordiam, o.25.c.2.n.17.

Qui in vno offenderit, factus eſt omnium reus, o.40.c.16.n.7.

Ex Epiſtola prima Petri.

Cap. II.

Obſecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abſtinere à carnalibus, o.39.c.10.n.5.

Hæc

Hæc eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiẽs iniuſtè, o. 26. c. 2. n. 9.

Cap. III.

Qui eſt in dextera Dei deglutiens mortem, o. 38. c. 8. n. 7.

Cap. IV.

Miſeri eſtote, & lugete, & plorate, riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem, o. 40. c. 18. n. 7.

Itaque hi, qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, fideli creatori cõmendent animas ſuas in benefactis o. 26. c. 2. n. 11.

Cap. V.

Omnem ſollecitudinem proſcientes in eum, quoniam ipſi eſt cura de vobis, o. 38. c. 3. n. 4.

Ex Secunda Epiſtola Petri.

Cap. I.

Magna, & pretioſa vobis donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, o. 22. c. 7. n. 6.

Cap. II.

Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, o. 38. c. 6. n. 4.

Cap. III.

Adueniet dies Domini, vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur, o. 22. c. 8. n. 2.

Cap. V.

Quia aduerſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide, o. 40. c. 7. n. 9.

Ex Prima Epiſtola Iohannis.

Cap. I.

Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, o. 2. c. 1. n. 4.

Quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, o. 35. n. 70.

Cap. III.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus, o. 22. c. 3. n. 2.

Videbimus eum ſicuti eſt, & ſimiles ei erimus, o. 12. c. 3. n. 10.

Nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus, ſimiles ei erimus, quando videbimus eum ſicuti eſt, o. 14. c. 10. n. 5. & c. 11. n. 1.

Cap. IV.

Deus charitas eſt, o. 22. c. 1. n. 3.

In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, o. 13. c. 7. n. 8. & o. 38. c. 10. n. 3.

Perfecta charitas foras mittit timorem, o. 38. c. 7. n. 1. & ſeq.

Cap. V.

Hic eſt verus Deus, o. 5. c. 1. n. 2.

Vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita, in filio eius eſt, o. 37. c. 5. n. 11.

Vt ſimus in vero filio eius, o. 5. c. 1. n. 8.

Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis, o. 40. c. 16. n. 1.

Ex

Ex Libro Apocalypſis.
Cap. I.

Caput eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & ſicut nix, o. 11. c. 2. n. 4.

Ego ſum primus, & nouiſſimus, o. 38. c. 9. n. 3.

Cap. II.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei, o. 21. c. 9. n. 2.

Cap. III.

Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum, & miſit eas in terram, o. 40. c. 1. n. 3.

Cap. IV.

Et quartum animal ſimile aquilæ volanti, o. 13. c. 5. n. 20.

Ecce ſedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens, & in circuitu ſedis ſedilia vigintiquatuor ſuper thronos, &c. o. 35. n. 35. & 47.

Cap. V.

Habentes ſinguli citharas, &c. quæ ſunt orationes Sanctorum, o. 40. c. 12. n. 4.

Dignus *eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere diuinitatem, & ſapientiam, o. 14. c. 18. n. 3.*

Ex omni tribu, & populo, &c. redemiſti nos Deus in ſanguine tuo, o. 21. c. 3. n. 5.

Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes regnabimus ſuper terram, o. 38. c. 8. n. 8.

Cap. VIII.

Væ væ væ habitatoribus in terra, o. 35. n. 72.

Cap. IX.

Poteſtas equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum, nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus habentes capita, & in his nocent, o. 40. c. 16. n. 7.

Cap. XII.

Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, &c. o. 14. c. 6. n. 1.

Cap. XIV.

Beati *mortui, qui in Domino moriuntur, o. 19. c. 4. n. 3.*

Cap. XVIII.

Reddite illi, ſicut & ipſe reddidit vobis, & duplicate duplicia ſecundum opera eius, &c. quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit tantum date illi tormentum, & luctum, o. 14. c. 13. n. 1. & o. 21. c. 7. n. 23.

Cap. XIX.

Vera, & iuſta ſunt iudicia eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit, &c. o. 22. c. 12. n. 4.

Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax, o. 26. c. 2. n. 10.

Digitized by Google

Cap. XXI.

Vidi Ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem, &c. o.13.c.5.n.19. & c.7.n.4.

Ciuitas in quadro poſita eſt, o.13.c.5. n.9.

Ibi neque luctus, neque clamor, ſed nec vllus dolor, qui à prima abierunt, o.13.c.5.n.10. & o.40.c.11.n.2.

Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, o.40.c.18.n.14.

Ciuitas non eget Sole neque Luna, vt luceat in ea, quia claritas Dei illuminabit eam, o.14.c.1.n.1.

Ipſa Ciuitas aurum mundum, platea Ciuitatis aurum mundum non intrabit in ea aliquid coinquinatum, &c. o.39.c.8.n.3.

Cap. XXII.

Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuę ſplendidum tanquam chryſtallum, procedentem à ſede Dei, & agni, o.13.c.5.n.4

Habentes ſinguli phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum, o.15.c.7.n.8.

Cap. VLTIMVM.

Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt reddere vnicuiq; ſecundum opera ſua, o.26.c.1.n.4.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM
Quæ in hoc Primo Tomo continentur.

Vbi litera o. opuſculum, litera c. caput, litera n. numerum indicant.

A

ABominor, & abominatus, quid in ſcriptura ſignificent, o.24.c.1.n.8.

Abraham cur filium ſacrificaturus alligauit, o.38.c.4.n.13.

Acceptator perſonarum non dicitur Deus, o.35.n.118.

Acceptilatio, à Iuriſperitis, dicta, quæ ſit, o.26.c.2.n.1.

Actus purus quid ſit, o.2. c.1.n.1.

Actus primus, qui ſupponitur in cauſa non eſt virtus, ſeu entitas extrinſecus exiſtens, o.36.c.1.n.6.

Actus ſecundus eſſentialiter ſupponit primum, o.36.c.1.n.2.

Adulatores Principum, quales ſunt, o.35.n.57.& n.81.

Aenigma quid ſecundum D. Auguſtinum, o.15.c.3.n.4.

Agens an poſſit agere indiſtans, o. 9.c.9.n.4.& 5.

Agentis virtus eſt duplex innata, & diffuſa o.9.c.9.n.2.

Agere immediatione virtutis, & immediatione ſuppoſiti quid ſit, o.9.c.9.n.2.& ſeq.

Agere conſequitur ſeu comitatur eſſe, o.36.c.1.n.6.

Agnus paſcalis magis figurare ſacrificium incruentum quam cruentum videtur, o.39.c.3.in fine.

Amicitia requirit, vt amor mutuus non lateat, o.22.c.9.per totum.

Amicitia non requirit æqualitatem ſimpliciter, ſed ſecundum proportionem, ex Ariſt.& ſacra Scriptura pulchrè, o.22.c.7.n.2.& 3.

Amicitia inter Deum, & homines eſt ſupereminentiæ, vt probatur authoritatibus Cant.& D.Pauli, o.22.c.7.n.4.& 5.

Amicitia hominis cum Deo qualis eſſe debeat cum timore, & reuerentia, o.22.c.7.n.4.& 5.

Amicitia, vel eſt inter æquales, vel ipſa reddit æquales, o.22.c.7.n.7.& ſequen.

Amicitia dicitur amor mutuus, beneficijs confirmatus, o.22.c.7.n.11. & c.8.n.4.

Amicitia requirit amicorum conuictum, & ſocietatem, o.22.c.8. per totum, quæ conditio licet non ſit eſſentialis, maxime tamen fouetur, n.2.& 3.

Ad amicitiam diſſoluendam conuitia ſunt efficaciſſima, o.38.c.6.n.8.

Amici manibus ſupplicia illata ſunt ſuauia ſecus inimicorũ quod lepide ex Scriptura ſacra oſtenditur, o. 38. c. 4.n.20.

Amicus ad quid paratur, oſtenditur ex ſacra Scriptura, & ſeneca, o.22.c.6.n.7.

Amicus debet ſe ad amicum demittere, siq; ſe exequare, o.22.c.7.n.7.

Amor quid ſit, & quid ſentiant Patres, o.38. c.3.n.1.

Amor Amicitiæ, Beneuolentiæ, & Concupiſcentiæ quomodo differant, o.22.c.5.n.1. & ſequentibus.

Amor amicitiæ quando opponitur amori quo amamus aliquem ob commodum noſtrum, & quando non opponitur, o.22. c.6.n.1.

Amor amicitiæ durat leges obſeruandas amantibus proponit, o.38.c.3.n.2.

Amor quid ſit, definitur, o.22.c.1.n.2.& 3.

Amor humanus quot modis differat ab amore diuino, explicatur late, o.22.c.2. p tot.

Amor Dei præcedit noſtrum amorem, & aliquo pacto ſubſequitur, & quomodo, o.22.c.2.n.2.

Amor cum nullam imperfectionem in ſua ratione formali includat, Deo tribuendus eſt, o.22.c.1.n.2.

Amor eſt magnes amoris, o.22.c.10.n.2.& 3

Amor inquieta quies, & ſatietatis legum neſcius, o.38.c.3.n.1.& o.2.c.3.

f Amor

Amor quam ſit oppoſitus prudentiæ, o.38. c.9.n.1.

Amor dulcis tyrannus ex Nanzianzeno oſtenditur, o.38.c.4.n.19.

Amor ſolus difficultatis nomen erubeſcit, o.38.c.7.n.1.

Amor condit omnia triſtitia, & nihil ei iniucundum, quod pulchrè ex Patribus & ſcriptura probatur, o.38.c.8.n.1.2.& 3.& ſeq.

Amorem antiquitas quomodo pingebat, o.38.c.9.n.1.

Amorem humanum quænam ſint, quæ conciliant, o.38.c.10.n.1.& 2.

Amoris pediſſequa cruciatus, & dolor ex Scriptura ſacræ locis demõſtratur, o.38. c.3.n.1.

Amoris effectus plures, o.38.c.6.n.8.

Amoris proxima cauſa voluntas, & bonitas cogniti obiecti, o.38.c.10.n.2.

Analogatum primũ debere poni in definitione omnium analogatorũ, quomodo intelligenda propoſitio, o.17.c.7.n.1.

Analogorum proprietas ſimpliciter prolata pro famoſiori ſignificat, o.17.c.7.n.4.

Angeli multorum Patrum ſententia ſunt corporati, o.3.c.10.n 8.

Angeli præſentia in ordine ad locum etiam aliquo pacto eſt diuiſibilis, quemadmodum anima rationalis, & quomodo, o.9. c.1.n.3.& c.3.n.2.

Angeli inferiores illuminantur a ſuperioribus, o.14.c.18.n.2.

Angeli an per Eccleſiã de diuinis miſterÿs diſcant, o.15.c.4. a n.2.vſque ad.6. & *an de bonis, vel malis Angelis ſit ſermo ibidem*, n.3.

Angeli an cognoſcant extremum diem iudicÿ, o.15.c.4.n.6.

Angeli an ignorabant id quod interrogabant Iſ.63. quis eſt iſte qui venit de Edom. o.15.c.4.n.10.& ſequent.

Angelo Gabrieli, & Michaeli Princeps Regni Perſarum reſiſtens, an fuerit Angelus malus, vel bonus, o.15.c.4.n.11.

Ad Angelorum ſtatum an pertineat ſcire quæ anima, vel Regnum ſit demandandũ cuique in tutelam, o.15.c.7.n.7.

Angelus ſi ex affectu caſtitatis, vel temperantiæ aliquid operetur cur non dicatur caſtus aut temperatus, o.26.c.8.n.5.

Angelus idem qui cuſtodit matrem, cuſtodit puerum in vtero, cum egreditur ab eius vtero, traditur cuſtodiendus alteri Angelo, o.33.c.1.n.8.

Angeli ſupremi an quandoque mittantur, o.35.n.95.& ſequent.

Angelos ſuperiores nunquam ad nos mitti probabilior opinio, o.35.n.96.

Angeli ſuperiores tres actus in inferiores exercent, purgare ſcilicet, illuminare, & perficere, o.35.n.45.

Archangelus Gabriel præ omnibus Angelis magis fuit inſtructus de Incarnationis Myſterio, o.37 c.1.n.5.

Angelorum perfectiſſima ſcientia latè deſcribitur, o.37.c.4.n.4.

Angelis innotuit Incarnationis Myſterium per prædicationem Apoſtolorum, non quo ad ſubſtantiam ſed quo ad aliquas circumſtantias, probatur auctoritatibus Patrũ, & ſacra Scriptura, o.37.c.1.n.5.

Angeli quam cupidi ſint humanæ ſalutis, o.37.c.5.n.5.

Angeli legatio ad Mariam Virginem quot beneficia annuntiet, o.37.c.5.n.6.

Angelorum cœleſtiam nobilitas pulchrè, & latè deſcribitur, o.40.c.2.n.15.

Anima rationalis præſentia in ordine ad locum, etiam aliquo pacto eſt diuiſibilis, & quomodo, o.9.c.1.n.3.

Animalia in Throno Salomonis cur non ſint alata, ſicut in Throno Dei eſſe dicuntur, o.7.c.2.n.5.6.& 7.

Animalia Ezechielis pulchra abſcondunt myſteria, & præſertim futura vita, o. 13.c.7.n.5.

Apoſtolica pectora magnanima probatur illo Ioan.16. in Mundo preſſuram habebitis, o.30.c.5.n.6.

Apoſtoli in mundo preſſuram habebant, nedum perſecutiones perferendo, ſed honoribus affecti, o.37.c.3.n.11.

Apoſtolis iter agentibus quandoque Chriſtus prohibuit pecuniã, & peram, quandoque conceſſit, quomodo conciliantur diuerſa loca, o.33.c.3.n.12.& ſequent.

Apoſtoli cur per impoſitionem manuũ dabant Spiritum ſanctum, Chriſtus vero inſufflando, o.34.c.11.n.4.

Aqua omnium creaturarum prima viſa eſt exercuiſſe potentiã obedientialem actiuã o.36.c.3.n.2.& ſequent.

Athenienſium pietas laudatur in deliberãdo, quod in cõſultatione fuerit adductum, o.35.n.75.

Aulici diſcant exemplo Seraphinorum non plus volare quam eis ſit conceſſum, o.35. n.63.& ſequent.

Aulici cum ad aulicãdũ venerint, quomodo

ſe

Digitized by Google

ſe debeant cum Principe gerere exemplo Moyſis, o.25.n.69.
Aulicis Principum arcana, vel inquirere, vel reuelare periculoſum, o.35.n.86.
Ab Aulicis quidquid peccatur, in Principis cedit infamiam, o.35.n.93.
D. Auguſtini ſentẽtia de ſpatijs imaginarijs explicatur, o.9.c.5.n.2.& c.6.n.4.
D. Auguſtinus ſentit beatos videre creaturas in Deo tanquam in cauſa, o.15.c.2.n.2.& 3.
D. Auguſtinus an velit viſionem beatificã eſſe inuariabilem, & non ſucceſſiuam, o.15.c.9.n.4.
D. Auguſtini ſentẽtia examinatur, an Deus cognoſcat futura conditionata, & defenditur pars affirmatiua, o.19.c.4. per totum.
D. Auguſtinus non modo vult hæc futura cõditionata nõ cognoſci in decreto voluntatis diuinæ, ſed potius vult ſcientiã hãc conditionatã eſſe ducem efficacis decreti, o.19.c.4.n.8.& 9.& c.7.n.3.& ſequent.
D. Auguſtinus ſentit futura conditionata, quia abſolutè non ſunt futura non habere rationem meriti, vel demeriti, & ita eſt interpretandus in multis locis, o. 19. c. 4.n.3.& ſequent.
D. Auguſtinus an volũtatem inefficacem in Deo ponat, o.21.c.4.n.2.& ſequent.
D. Auguſtinus irã videtur ponere in Deo, o.24.c.3.n.1.& 2.
D. Auguſtinus rapiebatur a Deo proprijs cupiditatibus ad finiendas cupiditates proprias, o.33.c.3.n.15.
Auguſtinus quomodo intelligendus, dum inquit Spiritum ſanctum procedere a Patre principaliter, o.34.c.11.n.5.
D. Auguſtinus videtur admittere potẽtiam obedientialem, o.36.c.6.n.2.
Auxilia gratiæ diuinæ inter mundi aduerſa adsũt, quod ex figura Salomonis Throni, & inductionibus ex alijs ſcripturis, & Patribus demõſtratur, o.38.c.4.n.10.& 21.

B

Beata illa Ciuitas cur in quadro poſita dicatur a Ioanne, o.13.c.5.n.18.
Beatitudo in operatione intellectus potiſſimum ponenda eſt, o.13.c.2. per totum.
Beatitudo alterius vitæ ita in operatione intellectus poſita eſt, vt non excludat voluntatem, & quomodo, o.13.c.2.n.5.& 6.
Beatitudo latè ſumpto vocabulo in actibus intellectus, & voluntatis poſita eſt, o. 13.c.2.n.7. Et de actu voluntatis probatur ſcripturæ teſtimonijs ibidem, c.3.n.7.
Beatitudo quæ eſſentialiter ſumus beati, in actu intellectus poſita eſt, non tamen excludit actum voluntatis, probatur pluribus ſcripturæ locis, o.13.c.3. per totũ, & authoritate D. Thom. Auguſtini, & aliorum PP. ibidem, c.4. per totum.
Beatitudo quæ eſt clara viſio Dei, cur dicatur poſſeſſio ſũmi boni, probatur optimè, o.13.c.3.n.4.& ſequent.
Beatitudo cœleſtis dicitur corona, & quare o.13.c.5.n.5.
Beatitudinem poſitam eſſe in operatione intellectus, an probetur illis verbis Ioã. Hæc eſt vita æterna, &c. o.13.c.3.n.6.
Beatitudinis futuræ vitæ quædam attributa declarantur, o.13.c.5. per totum.
Beatitudo illa cœleſtis ita eſt Dei gratia, & miſericordia, vt etiam ſit vincentis præmium, o.13.c.5.n.5.
Beatitudinis ſingulares conditiones explicantur per illa verba, Intra in gaudium Domini tui, o.13.c.5. per totum.
Beatitudo non minuitur ex participatione multorum, imo ex hoc magis augetur, pulchrè oſtenditur, o.13.c.5.n.8.
Beatitudo laboribus, & tribulationibus parta prouocat Angelos ad inuidiam, o. 13.c.5.n.10.
Beatitudo cœleſtis cur torrenti comparetur plures afferũtur rationes, o.13.c.5.n.10.
Beatitudo cœleſtis quodammodo memoria paſſionis Chriſti obducit veritatem, o. 13.c.5.n.10
Beatitudinem alterius vitæ eſſe ineffabilem pulchris ſcripturæ ſacræ authoritatibus demonſtratur, o.13.c.5.n.15.
Beatitudo illa quod ſit æterna, pulchrè demonſtratur, o.13.c.5.n.16.
Beatitudinis cœleſtis cur aliquando a ſacra Scriptura portæ nũquam dicantur clauſæ aliquando ſemper clauſæ, o.13. c.15. n.18.
Beatitudinem illam cœleſtem, Paulus ſub metaphora Ciuitatis fundamenta habentis deſcribit, & merito, o.13.c.5.num. 17.& 18.
Beatitudinis via demonſtratur, o.13.c.5.n. 22.& ſequent.
Beatitudinis connexio cum grauibus hic tribulationibus, o. 13.c.5.n.22.& ſeq.
Beatitudo eſſentialis, & accidentalis per Seraphinos ſtãtes, & volantes figuratur,

Digitized by Google

o.13.c.5.n.10.

Beatitudo cæleſtis ſua æternitate nunquam faſtidiens pulchrè probatur, o.13.c.5. n.19. 20.& 21.

Beatitudo cæleſtis ſupernaturalis eſt, & Deus inuiſibilis naturalibus virib. creaturæ eſſe de fide exiſtimo, o.13.c.6.per tot.

Beatitudinem illam eſſe ſupernaturalem oſtenditur multis authoritatibus ſacræ Scripturæ, o.13.c.7.per totum.

Beatitudinis pondus tantum eſt, vt interiores facultates, & vires tanquam exercitus ad illud ſuſtinendum componãtur, o.13.c.7.n.5.& 6.

Beatitudo illa vitæ æternæ quare dicatur gratia, & promittatur tanquam præmium ſupernaturalium operum, o.13.c.7.n.7.& 8.

Beatitudo eſt ſupernaturalis omni intellectui, ſiue natura intellectuali &t creabili, vbi ponderantur verba Apoſt. lucem habitat innacceſſibilẽ &c. o.13.c.8.per tot ũ.

Beatitudo quare per metaphoram conuiuij explicatur, o.14.c.8.n.3.

Beatitudo cæleſtis eſſentialis eſt eiuſdem ſpeciei in omnibus, o.14.c.12.a.n.2.& ſequent.

Beatitudinis inæqualitas proximè oritur ex lumine gloriæ, remotè ex meritis, & gratia, o.14.c.15.per totum, quod pulchrè probatur authoritate ſacræ Scripturæ, n.3.

Beati dicuntur Deum comprehendere in futura vita, & non comprehendere alia, & alia ratione, o.12.c.3.n.1.& ſequent.

Beati cur inuitentur non ſolum ad comeſtionem, ſed etiam ad ebrietatem in alia vita, cum Deus comedere tantum dicatur, o.12.c.3.n.7.& 8.

Beati cur habeant Deum miniſtrantem, ſed tamen præcinctum pulchra redditur ratio, o.12.c.3.n.8.

Beati qua ratione qui tot tormenta paſſi ſunt dicantur lectica vehi in cœlum, o.13.c.5.num.14.

Beati in patria cur habitare, & ſimul peregrinare dicantur, o.13.c.5.n.21.

Beati videndo Deum veriſimile eſt eodem actu videre viſionem, & verbum, quod de Deo formant, o.14.c.11.n.7.

Beati ſiue homines ſiue Angeli non concurrunt ad illam viſionem beatificam, iuxta vires naturales intellectus, ſed per potentiam obedientialem, iuxta menſuram luminis, o.14.c.12.n.3.& 4.

Beati homines non quaſi per accidens aſſumuntur ad beatitudinem Angelorum quaſi ad reparandas illas ſedes, ſed ex primaria Dei intentione, o.14.c.13.n.8.

Beati videntes Deum formãt verbũ mentis, o.14.c.10.per totum, quod probatur authoritatibus ſacræ Scripturæ, & D. Thomæ ibidem, c.11.per totum.

Beati an omnes adulti ſint inæquales incertum eſt, & probabile eſt multos eſſe æquales, o.14.c.14.n.7.

Beati vidẽtes eſſentiam Diuinam, neceſſario vident omnia attributa, quæ formaliter in ea ſunt, & ſimul vident tres perſonas, o.14.c.16.per totum.

Beati an videntes Deum, videant actus liberos diuinæ voluntatis, o.14.c.18.per totum.

Beati quomodo videant decreta libera diuinæ voluntatis, o.14.c.18.n.8.& ſeq.

Beati videntes Deum, non neceſſario vident eius actus liberos, o.14.c.18.n.6.& ſeq.

Beati videntes Deum, quod videant etiam tres perſonas, an probetur illo Ioan.14. Philippe qui videt me, &c. o.14.cap.17. per totum.

Beati an viſo Deo, poſſint in ipſo cognoſcere creaturas tanquam in cauſa, o.15.c.1. per totum.

Beati dupliciter poſſunt videre in verbo aliqua, vel cauſaliter, vel formaliter, & explicatur, o.15.c.1.n.2.

Beati quamuis poſſint videre creaturas in Deo tanquam in cauſa viſionis, non tamen inde ſequitur videre omnes creaturas poſſibiles, o.15.c.1.n.9.& 10.

Beati cur videant in Deo potius vnam creaturam quam aliam explicatur, o.15.c.1.n.12.& ſequent.

Beati quomodo videant creaturas exiſtentes tanquam in cauſa, o.15.c.1.n.15.& ſeq.

Beati quomodo dicuntur videre creaturas exiſtentes in verbo, & vnde prouenit quod videant, o.15.c.1.n.18.

Beati quomodo dicantur videre creaturas tanquã in ſpeculo, o.15.c.3.n.1.,2.& 5.

Beati quid de facto vident in Deo, o.15.c.5. per totum.

Beati omnes an viſo Deo videant quidquid eſt creabile ſaltem ſub communiſſimo cõceptu creabilis ſeu poſſibilis, o.15.c.5.n.1.& ſequent.

Beati videndo Omnipotentiam Dei an neceſſario vident illam, vt diſtinguibilem ab alijs attributis, & per conſequens, vt dicen-

dicentem habitudinem ad omne creabile, o.15.c.5.n.3.& 4.

Beati videndo Deũ, probabile eſt videre aliquas creaturas poſſibiles, o.15.c.5.n.5.

Beati cur videant in Deo has creaturas poſſibiles potius quam alias explicatur, o.15.c.5.n.5.

Beati vident in Deo totam vniuerſi machinam, ordinem, & omnes rerum ſpecies, o.15.c.5.n.6.

Beati an videant in Deo indiuidua illarum ſpecierum, o.15.c.5.n.8.& ſeq.

Beatos videre in Deo miſteria fidei quæ crediderunt pia eſt ſententia ex authoritatibus ſacræ Scripturæ, & SS.Patrum, o.15.c.5.n.11.

Beati in claritate qua videbunt hæc myſteria non omnes futuri ſunt æquales, o.15.c.5.n.13.

Beati neque de potentia abſoluta poſſũt videre Deum ſine attributis, & perſonalitatibus, o.16.c.6.n.1.& ſeq.

Beati vident in verbo cogitationes cordium, & complexiones contingentes futuras, preſertim actus prauos, & aſſignatur modus, o.15.c.6.per totum.

Beati an videant in verbo omnia ad ipſos ſpectantia, o.15.c.7.per totum.

Beati ſummi Pontifices ſi vident in verbo omnia quæ pertinent ad ſuum ſtatum, & totum militantis Eccleſiæ decurſum an videant Diem iudicij, o.15.c.7.n.5.& 6.

Beati an videant in verbo formaliter orationes, quæ ad ipſos in Eccleſia Dei funduntur, o.15.c.8.per totum.

Beati poſſunt videre Deum de potentia abſoluta per ſpeciem impreſſam illius eſſentiæ, o.16.c.2.per totum. Et interpretatur D.Thomas, c.3.per totum.

Beati an de potentia abſoluta poſſint videre Deũ ſine lumine gloriæ, o.16.c.4.per totũ.

De Beatis propoſitio illa, quid non vident qui videntem omnia vident, quomodo ſit intelligenda, o.15.c..4.n.13.

Beatis deſunt verba quibus demõſtrent beatitudinis magnitudinem, o.13.c.5.n.15.

Ad Beatos quæ dicuntur pertinere ſunt in duplici differentia, o.15.c.7.n.1.

Beatorum viſio, qua vident decreta libera voluntatis diuinæ, vt magis connaturali modo fiat, debet reuocari ad entitatem indiuidualem luminis gloriæ, o.14.c.18.n.12.

Beatorum animæ fulcris indigent, vt poſſint ſuſtinere gaudij cœleſtis exuberantiam, o.13.c.7.n.5.

Beatorum potentiæ, tam inferiores, quam ſuperiores ſentient illam beatitudinem, o.13.c.5.n.1.

Beatos cumulabit gaudio, & lætitia præteritorum malorum memoria pulchrè oſtẽditur, o.13.c.5.n.10.

Beatus poteſt videre Deum ſine lumine gloriæ de potentia abſoluta. o.14.c.3.n.4.

Beatos omnes vidẽtes Deum, videre omnia, quæ aliquñ fuerũt, vel futura ſunt, & oĩa quæ videt Deus ſcientia viſionis temerarium eſt aſſerere, o.15.c.4.n.1. & 12.

Beatos cognoſcere orationes, quæ ad ipſos funduntur, eſt de fide, quod omnes cognoſcant illas in verbo formaliter ſine limitatione, & vniuerſaliter non concederem, o.15.c.8.n.4.& ſeq.

Beatos non omnes eſſe inæquales, patet ex infantibus baptizatis, qui omnes erunt æquales, o.14.c.13.n.7.& 8.

Beatos videntes Deum, poſſibile eſt videre actus liberos diuinæ voluntatis, & probatur authoritate ſacræ ſcripturæ, o.14.c.18.n.1.& ſeq.

Beatos probabile eſt, videre decreta libera voluntatis diuinæ in ipſo verbo diuino, o.14.c.18.n.9.& 10.

Beatus ſolus Deus natura, nos autẽ gratia, & miſericordia, o.13.c.5.n.3.& ſeq.

Beatus in alia vita maximam habet poteſtatem, omnis ſolicitudinis, & perturbationis expertem, o.13.c.5.n.6.

Beatus cur dicatur ſtare ante thronum Dei, & volare, o.13.c.5.n.20.

Beatos non omnes eſſe æquales in beatitudine illa cœleſti, eſt de fide, o.14.c.13.per totum.

Beati videndo Deum, vident creaturas in ipſo tanquam in cauſa, quamuis eſſentia diuina ſit ens abſolutum, o.15.c.1.n.6.& 8.quod probatur authoritate Patrum, c.2.per totum.

Beatos videre creaturas in verbo ex vi viſionis, & in Deo tanquã in cauſa, an probetur ex verbis Apoſtoli, videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, o.15.c.3.per totum.

Beatus licet minus beatus poteſt plura videre in verbo ſpectantia ad proprium ſtatum, quam magis beatus, o.15.c.7.n.4.

Beatus probabiliter videt in Verbo formaliter omnia, quæ pertinent ad ſtatum ſuũ, ita tamen vt illius viſionis pondus, iuxta numerum ſit meritorum, o.15.c.7.n.5.

Beatus concurrit ad viſionem beatificam, ſicut informatus lumine gloriæ tanquam cauſa inſtrumentalis, o.16.c.4.n.1.

Beatũ ita poſſe videre Deũ, ut nullã in ipſo videat rem creatam, vel creabilem, nec obiectum creabile ſub hoc communiſſimo conceptu eſt probabile, o.16.c.6.n.6 & 7.

Bellum inter corpus, & animam graphicè deſcribitur, o.39.c.10.n.1.

Bellum inter corpus, & animam, vide plura verbo Pugna.

Beneficium, qui confert digno, poſtpoſito digniori, an violet iuſtitiam diſtributiuam, an commutatiuam, & obligetur ad reſtitutionem? o.26.c.5.n.5

Benignitas quid ſit, oſtenditur, o.40.c.12.n.2.

Benignus eſſe non poteſt niſi erga alterum, bonus autem in ſe, o.6.c.3.n.3.

Boni diverſæ acceptiones, o.6.c.1. per totum

Bonitas excellens, ſanctitas appellari ſolet, & quare, o.6.c.3.n.1

Bonitas creaturarum, & Dei, quam diverſa, o.6.c.2.n.2. & ſeq.

Bonitas in creaturis reſpectu bonitatis Dei an ſit affirmanda, o.6.c.2.n.2. & 3

Bonitas moralis, & tranſcẽdentalis an conueniat, vide Dei bonitas.

Bonum, & verum quomodo differant, o.5.c.1.n.7

Bonum cum de verbis dicitur, quid ſignificat, o.6.c.1.n.1

Bonum quomodo definitur à Zenone, o.6.c.1.n.3

Bonum aliud morale, aliud trãſcendentale, & quid, o.6.c.1.n.4

Bonum qua ratione dicatur paſſio entis, o.6.c.1.n.5

Bonum quod alicui dicitur conueniens, adhuc duplex eſt, o.6.c.1.n.5

Bonum quatenus habet perfectionem ſibi conuenientem, dubitatur an ſit ſynonimũ cum ente, o.6.c.1.n.6

Bonus in ſeipſo eſſe quiſquam poteſt, benignus non niſi in alterum, o.6.c.3.n.3

C

Caligo, nubes, fumus Deo tributa, cur claritatem nimiam ſignificant, quod Sacra ſcriptura oſtenditur, o.34.c.6.n.5

Capite plectendis ne Iudicem ſiue Regem videre poſſent olim obuelebatur facies, o.35.n.53

Cardinales tenentur Bullæ edendæ propria manu ſubſcribere, etiam ſi ſit de rebus ijs, quibus in Conciſtorio repugnauerint, o.35.n.64

S. Caroli Cardinalis Borromei de reformanda familia monitum, o.35.n.93

Caſtitas in nullo culmine perfectionis ſecura ſe putat, o.37.c.7.n.14

Cauſa melius, & perfectius cognoſcitur, quanto plures effectus videntur in ea, & quid dicendum in Deo? o.12.c.5.n.9. & 10

Cauſa principalis, & inſtrumentalis declaratur, o.14.c.8.n.10

Cauſa prima munus in agendo explicatur, etiam in actione peccaminoſa, o.21.c.7.n.26. & ſeq.

Cauſa nullo modo poteſt agere niſi aliquo modo virtute contineat effectum, o.36.c.1.n.1. & ſeq.

Cœci illuminatio cur tunc facta, quando Chriſtus appetitus fuit lapidibus à Iudæis lepidè oſtenditur, o.40.c.12.n.5.

Charitas infuſa neceſſario operatur, quo ad ſpecificationem, ſi in actum prodit, o.21.c.8.n.11

Charitas, quæ eſt amor amicitiæ inter Deũ, & hominem à religione differt, & quare, o.22.c.7.n.9

Charitatem eſſe diſtinctam à miſericordia, & illam hac eſſe perfectiorem probatur, o.25.c.3. per totum.

Charitas quomodo reſpiciat proximum, quomodo miſericordia, & quomodo beneuolentia, o.25.c.3.n.1

Charitas armat cæteras virtutes morales ad prælia latè oſtenditur, o.38.c.5. per totum.

Charitas magnus Doctor *eſt, o.38.c.9.n.3.*

Charitas in Deo eſt formaliſſimè eius ſapientia, quod latè probatur, o.38.c.9.n.3.

Charitas vbi regnat, ibi & ſapientia, ſicut in amore carnali, o.38.c.9.n.4

Charitas inſtruit alias virtutes ad pugnam o.38.c.9.n.7

Chriſoſtomus, quomodo intelligendus, qui ad tollenda peccata aliud remedium videtur ponere, quam pœnitentiam, o.40.c.17.n.8

Chriſtus ut homo dum æmulatur paternã gloriam in aliorum ſtudet regnare vtilitatem non ſuam, o.1.c.6.n.6.

Chriſti incarnatio non repugnat ſimplicitati diuinæ, o.3.c.8.n.4.

Digitized by Google

Chriſti diuinitas per petram ſignificatur in Scriptura ſacra, o. 7.c.2.n.10.& 11

Chriſti corpus, vbi exiſtit poſt Aſcenſionē, o.9.c.4.n.4

Chriſtus volens oſtendere ſe eſſe Deum, & vnam cum Patre habere naturam, qua ratione argumentandi vtitur, o.8.c.3. n. 3.

Chriſtus quomodo dicitur ſplendor Sanctorum, o.12.c.2.n.3.& 4.

Chriſtus in transfiguratione exiguam carnis rimam aperuit, vt aliquam cognitionem immenſæ beatitudinis intus abſconditæ preberet, o.13.c.5.n.5.

Chriſti amor quantus erga electos, o.13.c. 5.n.9.

Chriſtus quot modis dicitur ignorare diem Iudicij extremi, & an aliquo modo ignorare dicatur, etiam vt Deus eſt, o.15.c. 4.n.6.& ſeq.

Chriſti animæ conceditur, vt ſingulare priuilegium videre in verbo omnia quæ Deus videt ſcientia viſionis, o.15.c.4. n.13

Chriſti anima quamuis viderit in verbo ab inſtanti ſuæ conceptionis quidquid facturus erat, liberè tamen operatus eſt, o. 18.c.9.n.3

Chriſti paſſionem Deus voluit præſcindēdo ab impijs actionibus Iudæorum authoritate ſcripturæ probatur, o.21.c.7.n.11.& ſeq.& c.8.n.4.& 5

De Chriſti paſſione cur Deus loquitur in paſſiua ſignificatione, at de eius incarnatione in actiua, & paſſiua, ibidem

Ad Chriſti plagas a Deo *præfinitas quomodo Iudæi addiderunt*, o. 21. c.7.n.13. & 14.

Chriſtus cur antequam moreretur inclinauit caput pulchra redditur ratio, o.21.c. 9.n.10.

Chriſti Aſcenſio ad quid explicatur Sacra ſcriptura, o.21.c.3.n.4

Chriſtus e cœlo veniens, mirabilem, & inuſitatam exercuit mercaturam, o. 22. c.6. n.7

Chriſtus carnem aſſumens, voluit miſericordiæ ſuæ currenti, calcar addere, o.25. c.2.n.7.& 8.

De Chriſto Domino quare Ioānis 9. dicitur, baiulans ſibi crucem, o.25.c.2.n.8

Chriſtus ex ignorantia affectata inimicorū in Cruce, iuxta expoſitionem Leonis PP. occaſionem ſumpſit orandi pro ipſis, o.25. c.2.n.12

Chriſtum Dominum occidentes moliti ſunt inania, & quomodo, o.33.c.1.n.17. & ſeq.

Chriſti mors, quæ illius machinata eſt ludibrio fuit ſumma gloria, o.33.c.1.n.19. & 20.

Chriſti à mortuis reſurrectio tuba fuit toti orbi perſonans diuinitatem, o.33.c.1.n.18

Chriſtus quomodo dicatur habere imperium ſuper humerum eius, & quomodo diuinitatem ſignificat, o.33.c.3.n.4.

Chriſtus quando vult honorare Patrem, quo titulo illum alloquatur, o.34.c.6.n.4

Chriſti gloria cur ita fuit cordi Patris, *vt omni ſtudio in illam Pater incumbat*, o. 34.c.10.n.3.

Chriſtus dum ſtat medius inter Moiſen, & Eliam vocat eum Pater dilectum filium, o.34.c.10.n.4.5.& 8

Chriſtus vide Filius.

Chriſtus Dominus quod vocetur ſplendor Patris, *non præiudicat æqualitati, quam habet cum Patre*, o.34.c.10.n.13

Chriſtus cur inſufflando dabat Spiritum ſanctum, Apoſtoli vero per impoſitionem manuum, o.34.c.11.n.4

Chriſtus fuit Princeps *Euangeliſtes myſterij Trinitatis*, o.34.c.12.*per totum.*

Chriſti incarnatio quas proportiones habet cum myſterio Trinitatis, o.34.c.12.n.2.3. & ſeq.

Chriſtus triumphator eſt mundi, myſteriū Trinitatis reſerans bono eorum, qui victi ſunt, o.34.c.12.n.7

Chriſtus cur Dominus Ieſus poſt paſſionem eſt appellatus, o. 35.n.4

Chriſtus Iudex viuorum, & mortuorum cur præcinctus ad mãmillas zona aurea deſcribitur, o.35.n.52

Chriſti anima poteſt operari effectum miraculoſum abſque vllo alio motu, ſed per voluntatem ſuam, o.36.c.1.n.9

Chriſtus dicebatur omnem miraculorum virtutem in ſe continere, & quomodo, o. 36.c.4.n.3

Chriſtus an dicendus ſit creatura, & quod incipiat eſſe, o.37.c.2.n.1.

Chriſtus ex vtero Virginis ſumpſit arma ad debellandos hoſtes, o.37.c.3.n.12.

Chriſtus non ſatisfecit de rigore iuſtitiæ, vt homo, ſed vt Deus homo, quod latè probatur authoritate Patrum, & Sacræ ſcripturæ, o 37.c.5.n.1

Ex Chriſti natiuitatis circumſtantijs plurima documenta præbentur, o. 37.c.5.n.7

Chri-

Chriſtus omnem laudem reputat ingloriã, ſi deſit laus Saluatoris, pulchrè oſtẽditur authoritate Sacræ ſcripturæ, o. 37. c. 5. n. 10.

Chriſtus adeo diligit ſalutem hominum, vt nec ipſos Dæmones veniſſet perdere, niſi eorum perditio dirigeretur ad ſaluandos homines, quod lepidè demonſtratur, o. 37. c. 5. n. 10

Chriſti ſitis noſtræ ſalutis, lepide deſcribitur, o. 37. c. 5. n. 14.

Chriſtus vnctus fuit ad militaria facta, ad beneficia ſcilicet corporalia conferenda, ac ſpiritualia, o. 37. c. 5. n. 11. & 12.

Chriſtus Dominus magis paſſus eſt in Virginis vtero, quam in ligno Crucis, & quare, o. 37. c. 5. n. 14.

Chriſtus primum miraculum ob noſtram ſalutem fecit in vtero matris corpus, aptando ad pœnas, o. 37. c. 5. n. 14. & o. 38. c. 4. n. 16

Chriſtus dum matrem in Cruce alloquitur, cur eius ſuppreſſit nomen, o. 37. c. 6. n. 6.

Chriſtus ex Matre traxit miſericordiam, quod pluribus oſtenditur, o 37. c. 6. n. 6.

Chriſti tota in carne œconomia ad hoc fuit directa, vt doceret nos humilitatem, o. 37. c. 7. n. 6.

Chriſtus in morte, vt Patrem ſibi propitiũ redderet, matris illi humilitatem propoſuit, o. 37. c. 7. n. 7

Chriſtus duplici iure hereditario imperiũ rerum omniũ petere potuit, ac propoſita matris humilitate illud obtinere poſtulauit, o. 37. c. 7. n. 7

Chriſti ſacrificium pluribus nominibus Abrahæ ſacrificium antecellere lepidè demonſtratur, o. 38. c. 4. n. 13.

Chriſtus quomodo habuit neceſſitatem moriendi, o. 38. c. 4. n. 15.

Chriſti corpus debere eſſe impaſſibile rationibus, & authoritatibus Patrum, & Sacræ ſcripturæ demõſtratur, o. 38. c. 4. n. 16

Chriſtum mirabilem cœli negotiatorem, & quos fructus tuliſſe demonſtratur, o. 38. c. 4. n. 17

Chriſtus adhuc in vtero matris acceptauit mandatum de morte ferenda, quod ex Patribus, & ſcriptura oſtenditur, o. 38. c. 4. n. 18

Chriſtus ſemper loquebatur de Cruce, ſomniabatur crucem propter affectũ pro nobis moriendi, o. 38. c. 4. n. 18

Chriſti amor illi erat inimicus blandiens, amicus ſemper inſidians, ac nouum eius inuentum ad exagerandas Chriſti pœnas, quod pulchrè oſtenditur ex Scriptura, & Patribus, o. 38. c. 4. n. 22. 23. & ſeq.

Chriſti charitas quanta patiens, & compatiens crucifixores, imò ſuorum tormentorum oblitus, noſtram tantum ſalutem ſatagebat, quod lepidè probatur Sacra ſcriptura, & Patribus, o. 38. c. 4. n. 26. & ſeq.

Chriſti humilitas amoris armatu accingitur ad prælium redemptionis, o. 38. c. 6. per totum.

Chriſti incarnationis vilitatem quomodo deſcribat Apoſtolus ad Philip. 2. cuius verba expenduntur, o. 38. c. 6. n. 1.

Chriſtus incarnatus humilitate animas hominum lucrifacere voluiſſe lepidè oſtenditur, quod pulchrè exemplo conuerſionis Pauli comprobatur, o. 38. c. 6. n. 1. 2. & ſeq.

Chriſtus quot edidit in terris poſitus humilitatis præclara facinora, o. 38. c. 6. n. 4.

Chriſtus cur noluit publicè prædicere ſuæ crucis opprobrium ex Patribus oſtenditur, o. 38. c. 6. n. 4. & 5.

Chriſtus crucis opprobrium gloriam reputat, ac magis auidus ſuam ignominiam, quam gloriam oſtentare videtur, quod pulchrè oſtenditur, o. 38. c. 6. n. 5. & 6.

Chriſtus magis in gloria mortis, quã transfigurationis ſe filium Dei oſtendit, o. 38. c. 6. n. 7. & 8.

Chriſti amor ei inuſitatum triumphum parat, vt citius ſic perduceret ad ignominiã crucis, o. 38. c. 6. n. 9. & 10

Chriſti fortitudo in eius redemptione quanta, & quot eius ſint actus latè oſtenditur o. 38. c. 7. per totum.

Chriſti timorem in horto quænam excitabant, o. 38. c. 7. n. 4.

Chriſtus illuſtriorem victoriam agonia de inimico reportauit, quam Dauid de Gigante funda, & lapide, o. 38. c. 7. n. 4

Chriſti ſanguinis in horto effuſio, ac tædere, & pauere opus fuit fortitudinis non timoris, o. 38. c. 7. n. 4. 5. & 6

Chriſtus ad tuendum vexillum Charitatis, ſub quo Chriſtiani militant tam dira paſſus eſt, o. 38. c. 7. n. 8

Chriſtus clarificatus eſt, dum ad crucem rapitur cum latronibus, quod Patrum authoritate probatur, o. 38. c. 8. n. 6

Chriſtus delitijs aſſuetus æternis, ita guſtauit mortem, & dira ſupplicia, vt in Deì dextera ſedens ea eructet, vt quid dulciſſimum, quod lepidè oſtenditur, o. 38. c. 8 n. 7

Chriſtus videbatur ſcindi in partes, cum de ſciſſura agebatur ſua patientia, o.38.c.8. n.8

De Chriſti amore erga nos, & quomodo fiat extaſis, o.38.c.9.n.4

Chriſti charitas erga nos dulcis, ſapiens, & fortis, o.38.c.9.n.5

Chriſti charitas nõ ſolum ſapiens, ſed etiã callida, quomodo appellari poſſit, o.38.c. 9.n.6

Chriſti amor, vt firma eſſet lex de eius morte, euertit omnem aliam legem, quod lepidè demonſtratur, o.38.c.9.n.6

Chriſtus cur tetigit loculum, quando reſuſcitauit adoleſcentem, o.40.c.8.n.10.

Chriſtus in paſſione quantam ſuſtulit pœnã ob damnum humano generi ex peccatis proueniens rationibus oſtenditur, o.40. c.12.n.2.

Chriſtus cur quando lapidibus appetitus fuit à Iudæis, illuminauit cæcum, lepidè demonſtratur, o.40.c.12.n.5

Cognitio intuitiua quid ſit, & quæ eius proprietates eſſentiales, o.14.c.16.n.2.& 3

Cognitio Myſteriorum Dei, quam habemus in hac vita, cur à D.Paulo vocetur viſio per ſpeculum in ænigmate, o.15.c.3.n.3. & 4

Cognoſcere vnum in alio, & cognoſcere vnũ ex alio longe diuerſum eſt, quod explicatur, o.15 c.1.n.3

Cognoſci cur poſſit vna res in alia, ratio fundamentalis oſtenditur, o.15.c.1.n.3

Cognoſcere concluſionem aliquam modo opinatiuo, & modo demonſtratiuo, ex D.Thoma, quomodo differant, o.15.c.1.n.10

Cognoſcere plures effectus in cauſa, quomodo oriatur ex meliori, & perfectiori modo cognoſcendi cauſam, explicatur, o.15. c.1.n.11. & ſeq.

Compaſſio eo laudabilior, quo maior miſeria, o.40.c.12.n.1.& ſeq.

Compaſſio alterius, & voluntas ſubueniendi ſunt duo actus miſericordiæ, & quinã prior, o.40.c.12.n.1.& 2.

Compoſitio ſecundum rationem alia reducitur ad diuerſitatem rei, alia nequaquã & explicatur latè, o.3.c.7.n.3.& 4

Compoſitio ſecundum rationem, an omnis habeat negationem ſaltem præcioſionis perfectionis propria alterius partis, o.3. c.7.n.4.& ſeq.

Compoſitio duplex vna actiua, altera paſſiua, ſiue vna compoſitio ex his, altera cum his, o.3.c.8.n.2.& ſeq.

Compoſita in creaturis meliorã ſunt ſimplicibus, o.3.c.9.n.4

Comprehenſiua cognitio quot modis accipiatur, o.12.c.1.n.1.& ſeq.

Comprehenſiua cognitio non importat rem cognoſcendam omni meliori modo quo poteſt, o.12.c.1.n.2

Comprehenſiua cognitio paſſim à Patribus dicitur clara viſio, o.12.c.1.n.1.& 3.

Comprehenſiua cognitio quid ſit, & an ſit cognoſcere obiectum totum, & totaliter, o.12.c.1.n.4

Conceptus proprius, vide verbo proprius conceptus.

Concionatores teſte D.Paulo, non recipient mercedem ſecundum fructum, ſed ſecundum laborem, & quare, o.14.c.13.n.5. & 6

Concionatores Euangelij quam puri debent eſſe, & quam grauis ſit hæc cauſa, o.35. n.103.

Conſequentiarum duplex genus, quoddam eſt earum, quæ in materia neceſſaria, & vniuerſales aſſerunt propoſitiones, alterum nõ in materia neceſſaria, & ex antecedenti ſingulari, quarum diſcrimen in illatione demonſtratur, o.19.c.2.n.3. & 4

Conſequentiæ aliæ neceſſariæ, aliæ probabiles, & quænam probabiles ſint, o.19.c.2. n.4.& ſeq.

Conſiliarij Principum omnium digniſſimi debent eligi, o.35.n.40

Conſiliarius optimus Principis tribus debet eſſe ornatus, rerum vſu, magna charitate, & dicendi libertate, o.35.n. 42.& ſeq.

Conſiliarium duo retrahunt à libertate loquendi, timor ammittendi acquiſitum, & cupiditas acquirendi, o.35.n.44

Conſiliarij optimi partes deſcribuntur per Ioannem in Apocalip. o.35.n.47.& 50

Conſiliarij, ac miniſtri boni, vt eligantur, quid Principi neceſſarium, o.35.n.49. & ſeq.

Conſiliarij cum ad Principis ſtudium omnes inclinare cupiãt, quomodo poſſit huic morbo Princeps mederi, vt ſanum excipiant conſilium, o.35.n.54

Conſiliarius fidus ab adulatore, Principi in primis eſt cognoſcendus, & quomodo, o. 35.n.57

Conſiliarij duo tempora debent reſpicere, & quid in vtroque agere debeant, vt optimè ſe gerant, o.35.n.73.& 74

Con-

Conſiliarÿ Principum conſiderent an res in conſultatione adducta legi Dei aduerſetur,o.35.n.75

Cōſiliarÿ optimi eſt non ſolum de propagā da Principis gloria, ſed de adepta conſeruanda,& ea,quæ gloriæ crimen inferunt, nunquam conſulenda,o.35.n.80

A Conſiliarÿs in ferendis ſuffragÿs non requiritur concordia, & unio, ſed vt in ſententiarū varietate illam ſemper ſeruent cōcordiam, vt omnes in Reipublicæ, & Principum,bonum,ſuas dirigant ſententias,o.35.n.81

Conſiliarÿs Principum nihil debet eſſe antiquius,quam ſilentium,o.35.n.85.& 86

Conſiliarÿs Principum arcana reuelare, quam periculoſum,o.35.n.85.& 86

Conſultatione vti prudentum, optimum medium ad conciliandam Principis authoritatem,& ad pondus eius legibus dā dum,o.35.n.83

Contritionem in Sacramento pœnitentiæ in articulo mortis,an teneamur elicere,o.40 c.15.n.16

Correctio,quæ eſt Prælatorum propria,iuxta D.Thomam eſt actus iuſtitiæ, quæ bonum reſpicit,potius commune, quam priuatum delinquentis,o.35.n.122

Correctio an differri poſſit non obſtante præſenti tempore opportuno, o.40.c.15. n.7

Creare in Sacra ſcriptura ſignificatur per poſſidere,creatio vero dicitur poſſeſſio,& quare,o.36.c.5.n.4.& ſeq.

Creata omnia dicuntur mendicare eſſe, & vitam à Chriſto,o.[illegible].c.1.n.10.& ſeq.

Creata hæc etiam nobiliſſima, cur dicantur opera digitorum Dei,o.8.c.2.n.6.& 7.

Creata res qualibet per ſeipſam, & per ipſammet entitatem ſuam eſt obedientialis virtus,o.36.c.1.n.10.

Creatum eſſe, & ſtare ex varÿs editionibus habemus idem eſſe in ſacris literis, & quare,o.36.c.9.n.2.& 3.

Creatio ex nihilo quomodo oſtendat infinitatem Dei euidenter, o.8.c.2.n.2.& ſeq.

Creationis opus non ita graue, quemadmodum opus redemptionis, pulchrè oſtenditur,o.8.c.2.n.7.

Creatio quot modis accipiatur, o.37.c.2. n.1.

Creaturarum eſſe,quam diuerſum ab eſſe creatoris,o.1.c.1.n.4

Creaturæ quamuis natura incorruptibiles perituræ entia vocantur,& quare, quod pulchra ſimilitudine demonſtratur, & authoritatibus,o.1.c.1.n.4.& ſeq.

Creaturæ habent eſſe aduentitium,Deus autem proprium,o.1.c.1.n.7.vſque ad 12.

Creaturarum miſera conditio,vt nullus ſit eius gradus a quo ſeruitus repeti non debeat,o.1.c.6.n.9.

Creaturarum omnium perfectiones continentur in Deo, & quomodo, o.1.c.4.per totum.

Creaturæ in Deo nil aliud ſunt,quam creatrix eſſentia,o.1.c.4.n.9.

Creatura omnis, quamuis ſimpliciſſima admittit cōpoſitionem ex his, ſeu ex actu & potentia,o.3.c.8.n.2.

Creaturarum ordo, & compoſitio diuerſis rebus comparata,o.4.c.2.n.5.& 6.

Creaturarum bonitas tranſcendētalis, quā multiplex diuerſa,& ſimilis bonitati diuinæ,o.6.c.2.n.4.& ſeq.

Creatura eſſētia eſt bona,quomodo ſit perpetuæ veritatis,o.6.c.2.n.5.

Creaturæ intellectuales reſpectu Dei bonitatem an bonæ ſint dicendæ, o.6.c.2.n.2. 3.& ſeq.

Creaturarum tres gradus perfectionis, o.6. c.2.n.7.

Creaturarum bonitas,& ſanctitas,immunditia potius cum diuina comparata eſt dicenda,o.6.c.3.n.1.& 2.

Creaturis cognitis inuiſibilitatem Dei, & incomprehenſibilitatem inde haurimus, probatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ o.12.c.1.n.4.& ſeq.

Creaturæ poſſibiles non habent tantam neceſſitatem quantam ipſe Deus, eiusque Omnipotentia.o.31.c.2.n.2.& 3.

Creaturæ poſſibiles, & potentia diuinā potens producere, quomodo ordinanda, & quodnam prius,quodnam ſit poſterius,o. 31.c.5.n.4.

Creaturæ dicuntur poſſibiles ab Anſelmo, quia ab alio fieri poſſunt, & quomodo hoc ſit intelligendum, o.31.c.5.n.6.

Creaturarum omnium tanta eſt indigentia, vt omnia diffluerent,& in nihilum redirent,niſi à Deo continerentur, probatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ,o.31.c.9. n.3.& ſeq.& o.33.c.3.n.3.& ſeq.

Creatura non poteſt conſtitui in actu primo ad agendum per diuinam virtutem increatam ineffabiliter illi coniunctam, o.36.c.1.n.5.& ſeq.

Creatura in eſſentiali cōceptu includit potentiam

tentiam

tentiam obedientialem, ſicut è contrario in intrinſeca ratione creatoris includitur, quod habeat perfectũ dominium ſuæ creaturæ, o.36.c.1.n.11.
Creatura non poteſt eleuari, vt phyſicum Dei inſtrumentum ſine potentia obedientiali, o.36.c.2.n.1.
Creaturam poſſe eleuari à Deo ad quodcumque producendum, non implicat, o.36 c.2.n.2.
Creaturis ineſſe potentiam obedientialem actiuam, probatur per illa verba Pſalmi exquiſita in omnes voluntates eius, o.36. c.3.n.1.
Creaturarum vniuerſitas, & ordo, cur exercitus in Sacra ſcriptura dicatur, o.36.c. 5.n.3
Creaturæ omnes peccatorem Iudici ſiſtunt, pulchrè oſtenditur authoritate Patrum, & Sacræ ſcripturæ, o.37.c.5.n.9.
Crucis opprobrium gloria à Chriſto appellatur, ac magis auidus ſuam ignominiam quam gloriam oſtentare videtur, o. 38.c. 6.n.5.& 6.
Crucis opprobrij cõmemoratio nihil aptius à Chriſto putatur ad implorandum nobis diuinum auxilium, o.38.c.6.n.5.

D

DEi pulchra deſcriptio, o.34.c.3.n.8.
Deus dicitur ſupra mentem, mens ſupra vitam, vita, & ſubſtantia vltra ſubſtantiam, o.3.c.5.n.10.& 11.
Deus cur dicatur optimus maximus, vide verbo Dei nomina.
Deus quo pacto dicatur, ſolus habere immortalitatem, o.6.c.2.n.4.
Dei omnis maieſtatis ſuæ pompa ſub vna luminis metaphora in ſcripturis explicatur, o.14.c.6.n.1. & ſeq.
Deus quomodo dicatur ſpeculum creaturarum, & quomodo voluntarium, o.15.c.3. n.3.4. & 5.
Deus an ab æterno, & quo titulo dicatur Dominus, vide Dei nomina, & Dei dominium, vbi plura de hac voce. Dominus.
In Deo omnes ſunt affectus, qui ad concupiſcentiam pertinent, excepta triſtitia, o. 22.c. 11.n.3.
Deus negatione magis cognoſcitur, quam affirmatione, quod authoritate Sanctorũ Patrum, & Scriptura ſacra oſtenditur, o.34.c.4. per totum.
De Deo Scriptura ſacra ſi quid affirmat mox negando corrigit, & quare, o.34.c.4. n. 4.
Deus videtur caligine, & tenebris, pulchra oſtenditur figura, o.34.c.4.n.6.
Deum minus cognoſcit, qui familiariſſimus eſt illi, o.34.c.4.n.6.
Deus veluti in iudicio contendens cum peccatoribus, & quaſi lis ab eo illis intenditur, o.35.n.55.& 56.
Dei manus dextera ampla, arcta eſt ſiniſtra, o.35.n.22.& 23.

Dei eſſe, & exiſtentia.

Deus non ſolum ex ſe habet eſſe, ſed etiam formaliter eſt ſua eſſentia, quæ inter ſe differre probatur, o. 1. c. 1. n. 2. & ſequenti, & c.2. per totum.
Deum non aliunde habere eſſe, quam ex ſe probatur rationibus, & authoritatibus S. Scripturæ, o.1.c.1.n.2.& ſeq.
Dei eſſe eſt proprium, creaturarum aduentitium, o.1.c.1 n. 8.
Dei eſſe, quam diuerſum ab eſſe creaturarũ, & multiplicia diſcrimina enumerantur, o.1.c.1. per totum.
Deus ſolum eſſe, quo ſenſu dicatur, o.1.c.1. n.8.
Dei ita proprium eſt eſſe, vt conueniat illi in primo modo dicendi per ſe, o.1.c.2. n.1. & ſeq. quod probatur etiam ex nomine ſibi impoſito Exod. 3. Ego ſum, o.1.c.2. n. 1.
Dei eſſe tantum, eſt ſimpliciter neceſſarium, o.1.c.5. per totum.
Dei eſſe probatur ex eius immutabilitate, & æternitate eſſe neceſſarium tanquam à poſteriori, o.1.c.5.n.4.
Dei eſſe eſt neceſſarium, ergo non ſunt plures alij, o.1.c.5.n.4. quod probatur rationibus, & authoritatibus Sacræ Scripturæ, n.6.& ſeq.
Ad naturam diuinam illuſtrandam nihil magis pertinet, quam cum dicitur eſſe ens neceſſarium, pulchrè oſtenditur locis Sacræ Scripturæ, o.1.c.6. per totum.
Deus dicitur ens neceſſarium, quod ipſe nullius indigeat, ipſius autem omnia, o.1.c.6 n.1. & o.22.c.6.n.2. & ſeq.
Deus magnus ſæpe in Scriptura prædicatur, eo conſilio, vt ipſe nullius indigere, ipſius vero omnia demonſtretur, o. 1.c.6. n.2.& 3.

Digitized by Google

Dei eſſentia, & natura.

Dei natura pulchrè deſcribitur, o.2.c.1.n.7.& 8.& o.3.c.5.n.10.& 11.& o.12.c.2.n.6.& 7.& o.18.c.10.n.1.
Dei natura, & eſſentia, eo maximè illuſtratur, quod nullius indigeat, o.1.c.6.n.2.& ſeq.
Natura diuina an ſit de eſſentia attributorum, & quo ſenſu, o.7.c.6.n.2.& ſeq.
Diuina eſſentia dupliciter dicitur vno modo, vt dicit eſſe à ſe, altero, vt radix attributorum, & vltimo conſtituta, o.7.c.6.n.2.& ſeq.& o.18.c.1.n.4.& 5.
Dei natura cur communicari poteſt ſine relatione, non tamen poteſt videri ſine relationibus, o.14.c.16.n.4.
Naturæ diuinæ ratio obiectiua an includat omnes perfectiones ſimpliciter ſimplices, o.7.c.5.n.3.& ſeq.
Diuina natura eſt intellectualis, non per modum principij, aut radicis intellectionis, ſed vt ipſamet intellectio ſubſiſtens, o.18.c.1.n.1.
Dei natura cur theſauro, & margaritæ ſoleat comparari in Sacra ſcriptura, pulchrè, o.1.c.4.n.3.& 4.

Dei perfectio.

Dei eſſe omnino eſſe perfectum, & illimitatum, diffusè probatur, o.1.c.3.per totum.
Dei eſſe omnium rerum perfectiones in ſe continet, & quomodo, o.1.c.4.per totum.
Dei perfectiones extra Trinitatis myſteriū ſe ipſas non exequant, o.34.c.7.n.7.
Deus non ſolum eſt perfectus, quia nihil ei deeſt priuatiuè, ſed etiam negatiuè, cum omnis perfectio ſit ei debita, o.1.c.3.n.1.& 2.
Deo omnem perfectionem eſſe debitam, probatur rationibus, & authoritatibus Sac. Scripturæ, o.1.c.3.n.3.& ſeq.
Deus à nullo participat eſſe, ergo non poteſt habere diminutam perfectionem entis, ſed eſt ens illimitatum, & omnem entis perfectionem includens, quam argumentandi rationem à Sacra Scriptuia didicimus, o.1.c.3.n.4.& ſeq.
Ad Dei perfectionem pertinet, quod theſauro comparetur in Sacra ſcriptura, & Margarita, quod pulchrè oſtenditur, o.1.c.4.n.3.& 4.
Deus ita habet omnem perfectionem, ſibi debitam, vt omnis perfectio quatenus perfectio eſt, illi ſit debita probatur, authoritatibus Sacræ ſcripturæ, o.1.c.4.n.1.& ſeq.
In Deo perfectiones ſimpliciter ſimplices ſunt formaliter, cæteræ verò eminenter, quod probatur authoritate Sacræ ſcripturæ, o.1.c.4.n.6.& ſeq.
Perfectiones ſimpliciter ſimplices, an omnes includantur formaliter in ratione obiectiua eſſentiæ diuinæ, o.7.c.5.n.1.& ſeqq.

Deus actus purus.

Deus dicitur actus purus, quia caret omnī potentialitate, tum obiectiua, tum paſſiua o.2.c.1.n.1.& 2.
Hæc excellens Dei perfectio ſub illa metaphora in Scriptura ſacra reperitur explicata lucis ſcilicet nullam habentis admixtas tenebras. o.2.c.1.n.4.& ſeq.

Dei ſimplicitas.

Deus eſt ſummè ſimplex, o.3.c.8.per totum.
Compoſitio rationis non contradicit ſimplicitati diuinæ, & quæ, o.3.c.7.per totum.
Deo à Dionyſio Areop. tribuitur multiplex ſimplicitas, & ſimplex multiplicitas, o.3.c.7.n.2.
Simplicitati diuinæ non repugnat diſtinctio virtualis, o.3.c.7.n.1.
Deum eſſe ſimplicem certa fide tenendum eſt, o.3.c.1.n.1.
Simplicitati diuinæ non repugnat myſteriū Incarnationis, o.3.c.8.n.4.
Simplicitas diuina an ſit perfectio ſimpliciter ſimplex, o.3.c.9.per totum.
Simplicitatis diuinæ fundamētum videtur eſſe actus purus, o.3.c.9.n.3.
Simplicitas diuina probatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ, o.3.c.10.per totum.
Dei ſimplicitas pulchrè probatur authoritate Pſalmi 109.o.3.c.10.n.11.
A Deo omnis compoſitio tum ſubſtantialis tum accidentalis rejicitur, o.3.c.1.per totum. Quod probatur ab eius cauſalitate. ibidem.
Deus non eſt compoſitus ex eſſe, & eſſentia, o.3.c.2.per tot.

Deus

Digitized by Google

Deus non eſt compoſitus ex natura, & ſuppoſito, o.3.c.3. per totum.

Deus non eſt compoſitus ex materia, & forma, o.3 c.4. per totum.

Deus non eſt compoſitus ex genere, & differentia, o.3.c.5. per totum, cuius ratio latè explicatur, n.4. & ſeq.

De Deo multa prædicamenta tranſlatè prædicamus, o.3.c.5.n.2.

Deus ſi prædicamento clauderetur, conſtaret ex rationibus obiectiuis limitatis, & finitis, o.3.c.5.n.7. & 8.

Dei ſimplicitas à Patribus probatur, o.3.c.5.n.10. & ſeq.

De Deo prædicamenta ſubſtantiæ, & relationis quomodo dicantur, o.3.c.5.n.13.

Deus non compoſitus ex ſubſtantia, & accidente, o.3.c.6. per totum.

A perſonis diuinis ratio generis quomodo excludatur, o.3.c.5.n.7. & 8.

Perſonæ diuinæ non conſtant ex diuina eſſentia, & proprietate tanquam ex ijs, o.3.c.10.n.5.

Dei Vnitas.

De Deo prædicatur vnitas non ſolum affirmatiuè, ſed etiam excluſiuè, vt excludit conſortium aliorum, o.4.c.1.n.1. & ſeq.

Deum eſſe vnum, vt excludit aliorum conſortium, probatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ, & præcepto dilectionis Dei, o.4.c.1.n.4. & 5.

Vnius Dei fides, & eiuſdem dilectio ſunt connexæ, ibidem n.5.

Deum eſſe vnum demonſtratur à poſteriori ab eius gubernatione, rerum omnium ordine, & Sacræ ſcripturæ locis, o.4.c.2. latè.

Deum eſſe vnum, probatur à priori, & rationibus petitis ex ipſa notione Dei, & locis Sacræ ſcripturæ, o.4.c.3. per tot.

Deus ſi non vnus eſt, non eſt Deus, *o.4.c.3.n.4. & 6.*

Deum eſſe vnum, probatur ex verbis illis, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, o.4.c.3.n.8.

Dei veritas tranſcendentalis.

Veritatem hanc Deo *conuenire certa fide tenendum eſt, o.5.c.1.n.2.*

Veritas hæc Dei *quid ſit, latè explicatur authoritate Sacræ ſcripturæ, o.5.c.1. per totum.*

Veritas increata non pendet ab actuali operatione intellectus diuini, cum nec veritas creata, o.5.c.1.n.4.

Deus eſt verus Deus, non quia ſe videt verum eſſe Deum, ſed è contra, o.5.c.1.n.5.

Veritas in eſſendo multiplicatur in diuinis perſonis, iuxta entitates perſonales, o.5.c.1.n.8.

Sacra ſcriptura quomodo intelligenda, quando loquuntur de veritate Dei, o.5.c.1.n.8. & ſequen.

Dei Bonitas.

Bonitatem tranſcendentalem, quatenus dicit perfectionem vnicuique rei conuenientem, Deo conuenire manifeſtum eſt, & probatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ, o.6.c.2.n.1. & ſeq.

Deus ſolus bonus quo ſenſu dicatur, o.6.c.2.n.2. & 3. & ſeq.

Bonum quatenus eſt alicui conueniens, ita Deo conuenit, vt ſummum creaturarum bonum dicatur, o.6.c.2.n.10. & ſeq.

Deus quot modis dicatur bonum conueniens creaturis, o.6.c.2.n.10. & 11.

Dei bonitas moralis latè explicatur, o.6.c.3. per totum.

Bonitas excellens, quæ eſt ſanctitas, quomodo reperiatur in Deo, o.6.c.3.n.1. & 2.

Bonus eſt ita Deus, vt nihil niſi iuſtum operetur, pulchrè oſtenditur, o.6.c.3.n.1.

Bonitas Dei non poteſt melius explicari, quam per propenſionem ad ſe diffundendum, o.6.c.3.n.3.

Dei Attributa.

Dei attributa an ſint veluti proprietates, an vero Dei eſſentia, o.7.c.1.n.1.

Dei attributa ſunt re ipſa, eſſentia diuina probatur, tum rationibus, tum authoritate Sacræ ſcripturæ, o.7.c.2. per totum, ac ſymbolo animalium Throni Salomonis, ac Dei *Throni, ibid.n.5. & ſeq.*

Attributa Dei, *quæ in ordine ad noſtrum intellectum diſtinguuntur à Sacra ſcriptura figurantur, o.7.c.2.n.10.*

Dei attributa non ſunt de eſſentia diuina natura, o.7.c.3. per totum, & c.4. vbi authoritate Patrum ſcholaſticorum, & ratione probatur.

Attributum Dei *etiam dicitur voluntas diuina,o.7.c.4.per totum.*

Attributa diuina quomodo ſunt ſubſtantialia, & tamen non pertinent ad formalem conſtitutionem eſſentiæ diuinæ, o.7.c.5.n.2.& ſeq.

Attributum diuinum an dicatur ſapientia, & quomodo ſit Damaſcenus *intelligendus,o.7.c.5.n.4.*

Natura diuina an ſit de eſſentia attributorum,latè examinatur,o.7.c.6.per totum.

Natura diuina quo ſenſu eſt de eſſentia attributorum,ibid.n.2.

Dei *attributa omnia quandoque defeciſſe, & Eclypſim paſſa viſa ſunt, at nunquã amor,o.22.c.9.n.1. & 2.*

Attributa Dei *diſtinctè cognoſcere difficillimum,o.34.c.3. per totum.*

Attributa Dei *pulchrè deſcribuntur, o.34. c.3.per totum.*

Dei *infinitas*.

Deum eſſe infinitum certa fide tenendum eſt,o.8.c.1.n.2.

Infinitas Dei quoad perfectionem probatur à poſteriori creatione, tum ratione modi agendi, tũ ratione entis latitudinis creabilis,o.8.c.2. per totum.

Infinitam perfectionem diuinam productio ex nihilo ſatis probabiliter oſtendit, o.8. c.2.n.2.

Infinitam Dei *perfectionem latitudo entis creabilis huic modo agendi neceſſario annexa euidentius demonſtrat,o.8.c.2.n.3. & ſeq. Quod oſtenditur authoritatibus Sacræ ſcripturæ,& præſertim Pſal.8.*

Infinitas Dei probatur a priori, quia diuinum eſſe eſt eſſe per eſſentiam,& in nullo receptũ, & probatur authoritate Pſalmi o.8.c.3.per totum.

Dei immenſitas, eiuſque exiſtentia in omnibus locis.

Deum eſſe immenſum fide catholica eſt tenendum,o.9.c.1.n.1.& c.10.n.6.

Dei immẽſitas explicatur, & quomodo differat ab eius infinitate, & incomprehenſibilitate, o.9. c.1.n.1. & ſequen. & c.4. n.2.

Deus ita eſt vbique, vt habeat ſuam præſentiam vbicunque ſit, nec velut Angelus, vel anima rationalis eiſdem locis,ibidem.

Deo ratione immenſitatis, quænam conueniant,o.9.c.2. per totum.

Deus quod ſit intimè præſens rebus non ex eius immenſitate præcisè, ſed ex eius immaterialitate prouenit, o.9.c.2.n.1.

Deo licet conueniat eſſe vbique, & eſſe in omnibus rebus diſcrimen,tamen eſt inter vtrumque, o.9.c.2.n.3.

Deum eſſe in loco non circumſcriptiuè, neq; definitiuè, ſed eminentiori modo oſtendimus,ibidem o.9.c.2.n.3.

Deus ratione ſingularis,ac ſimpliciſſimæ entitatis ſuæ eſt vbique,o. 9.c.3.n.1.

Deum eſſe in Cœlo, & eſſe vbi eſt cœlum diuerſum eſt, primum includit denominationem extrinſecam, ſecundum nequaquam,o.9.c.3.n.3.

Deus an ſit extra hoc vniuerſum in ſpatijs imaginarijs, latè tractatur, o. 9.c.4. per totum, ac oſtenditur multis locis Sacræ ſcripturæ,ibidem.c.10.n.6.& ſeq.

Deus dicitur eſſe extra mundum in vno ſenſu,& non in altero ſenſu, & ſic conciliantur oppoſitæ opiniones,o.9.c.4.n.1.

Deum nullibi eſſe, aſſerentes Sancti,quomodo exponendi,o.9.c.6.n.5.

Deo an ratione ſuæ immenſitatis conueniat eſſe in rebus per eſſentiam, potentiam, & præſentiam,o.9.c.7.per totum.

Inter exiſtentiam Dei in loco, & in rebus diſcrimina,o.9.c.7.n.1.& ſeq.

Deum eſſe in rebus per præſentiam,eſſentiã, & potentiam,ſecundum veriorem ſententiam quid ſit,explicatur, o.9.c.7. n.2. & ſeq.

Deo eſſe in rebus per præſentiam, quomodo conuenit ratione ſuæ cognitionis, ſi obiectum cognitum dicitur eſſe in cognoſcente o.9.c.7.n.2.& 3.

Deum eſſe immenſum,non ſola fide, ſed etiã alijs rationibus euidentibus habemus, & id poteſt demonſtrari,o.9.c.8. per totum.

Immenſitatem ab immutabilitate aſſerentibus tanquam à priori poſſe inferri non aſſentior,o 9.c.8.n.1. & 2.

Immenſitas Dei ex eius infinitate poteſt tãquam à priori demonſtrari, o. 9.c. 8.n.2. & 3.

Immẽſitatẽ Dei ab eius æternitate argumẽtari non eſt à priori, neque à poſteriori, ſed à paritate rationis,o.9.c.8.n.4.

Immenſitas Dei an inferatur ex eius actione,o.9.c.9.per totum.

Immenſitas Dei an ex actione Dei creatiuæ ſaltim

ſaltim colligatur,o.9.c.9.n.6.
Immenſitas Dei, & ea, quæ ipſam conſequuntur authoritatibus Sacræ ſcripturæ probantur,o.9.c.10.per totum.
Deus replens omnia loca non ſolum effectiuè, ſed etiam formaliter authoritate Sacræ ſcripturæ demonſtratur, o. 9.c.10.n. 3.& ſeq.
Immenſitas Dei num ex aliquo loco Sacræ ſcripturæ,in quo ex operatione Dei tranſeunte colligatur,demonſtretur, o.9.c.10. n.13.& ſeq.
Deum eſſe vbique per eſſentiam,per præſentiam,& potentiam,probatur locis Sacræ ſcripturæ,præſertim ex verbis Pſal.138. Quo ibo à ſpiritu tuo,&c. o.9.c.10.n.11. & ſeq.
Immenſitas Dei quam difficile cognoſcatur, pulchrè deſcribitur,o.34.c.3.n.3.

Dei immutabilitas.

Deum eſſe immutabilem,ita vt omnium mutationum genera prorſus excludat certa fide tenendum eſt,o.10.c.1.n.1.
Immutabilitatis attributũ quomodo à priori demonſtretur ex alijs attributis diuinis,& ex quibus, o.10.c.1.n.2.& ſeq.
Immutabilitatis Dei pulchra deſcriptio, & quam difficile cognoſcatur,o.34.c.3.n.4.

Dei æternitas.

Dei æternitas quomodo differret ab æternitate Angeli,ſi ab æterno fuiſſet creatus, o.11.c.1.n.1.& 2.
Aeternitas multis differt à duratione noſtra,& explicatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ,o.11.c.2.per totum.
Dei æternitas cur quandoque ſeni,quandoque iuueni in æternitate florenti aſſimilatur in Sacra ſcriptura,o.11.c.2. n.4.
Aeternitatis nomen quot modis ſumitur in Scriptura ſacra,o.11.c.1.n.1.
Aeternitas quomodo definitur, o. 11. c. 1. n.1.
Aeternitatis ratio propriiſſimè ſumpta, an pendeat ab anima,o.11.c.1.n.3.& ſeq.
Aeternitatis ratio quamuis per negationem explicatur,non tamen negatione completur, ita vt in ſua formalitate aliquod negatiuum includat,o.11.c.1. n.5.
Aeternitas eſt duratio non cuiuſcunque entis,ſed viuentis,o.11.c.1.n.5.

Dei cognoſcibilitas, & incomprehenſibilitas.

Incomprehenſibilitatis diſputatio magis in vocum,quam in rerum controuerſia poſita eſt, o.12.c.1.n.1.
Incomprahenſio, & comprahenſio quotuplex ſit,o.12.c.1.n.1.
Deus quomodo dicatur à Paulo habitare lucem inacceſſibilem,o. 12. c.2 n. 2. & 3. & quomodo dicatur inhabitare caliginẽ, ibid.& c.3.n.3.& ſeq.
Deus dicitur comprahenſibilis à beatis, & incomprehenſibilis alia, & alia ratione, o.12.c.3.n.1.& ſeq.
Ad Dei incomprahenſibilitatem pertinet, quod præcinctus miniſtret in alia vita, ibid. n. 8. & ſignificatur per ſolium excelſum,& eleuatum, o.35.n.34.
Ad Dei incomprahenſibilitatem pertinet, quod beati inebrientur in patria, o.12. c.3.n.7.& 8.
Deum eſſe comprahenſibilem,& incomprahenſibilem,alia & alia ratione certa fide eſt tenendum,o.12.c.4.n.1.2.& ſeq.
Deum eſſe incomprahenſibilem,dum Patres loquuntur, an de incomprahenſibilitate abſoluta, an vero de illa intelligant, quæ eſt in ordine ad intellectum creatum viribus naturæ,difficile eſt definire, o.12.c. 4.n.3.& ſeq.
An loca Sacræ ſcripturæ, quæ de incomprahenſibilitate Dei loquuntur, conuincant de incomprahenſibilitate ſimpliciter, an de incomprahenſibilitate ſine lumine gloriæ, latè examinatur, o.12. c.4.n. 10 & ſeq.
Deum eſſe incomprahenſibilem aliquo modo peculiari,qui Dei infinitudinem in ordine ad creaturas declaret, de fide eſt, o.12. c.4.n.13.
Deus eſt quacunque creata cognitione incomprahenſibilis,idque eſt dogma fidei, o.12.c.5.n.1.
Modus quo Deus ſit incomprahenſibilis, explicatur,o.12.c 5.per totum.
Deus dicitur incomprahenſibilis beatis,qui ex vi viſionis Dei non cognoſcunt quidquid ex tali re cõſequi poteſt,& eius redditur ratio,o.12.c.5.n.2.4.& ſeq.
Deum eſſe incomprahenſibilem quacunque cognitione creata certum eſt de fide, modus

dus tamen explicandi, eſt ſub opinione, o. 12. c. 5. n. 11.

Deus eſt inuiſibilis per naturales vires cuiuſque creaturæ, o. 13. c. 6. per totum.

Deus appellatur à D. Paulo ſimpliciter inuiſibilis, ergo per ſe eſt talis, ergo eius viſio eſt ſupernaturalis omni intellectui creabili, o. 13. c. 8. n. 2. & 3.

Deus poteſt videri per ſpeciem impreſſam de potentia abſoluta, o. 16. c. 2. per totum.

Deus de potētia abſoluta poteſt videri abſq; lumine gloriæ, vel alia qualitate ſuper naturali, o. 16. c. 4. per totum.

Deus de potentia abſoluta poteſt videri ab homine in hac mortali vita, o. 16. c. 6. n. 10.

Deus an fuerit viſus, ſicuti eſt, à viatore aliquo, vt Paulo, Moyſe nos probabiliorem negatiuam ſententiam, vt magis conſonã Sacræ ſcripturæ ſequimur, ac innumeros Patres habemus defenſores, o. 15. c. 10. per totum.

Deum ac eius attributa diſtinctè cognoſcere difficillimum, o. 34. c. 3. per totum.

Dei incõprahenſibilitas demonſtratur optimè ex Chriſoſtemo per illa verba Iſ. 6. vidi. Dominum *ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, o. 17. c. 2. n. 4. Vbi cur ſolium non ſolum excelſum, ſed eleuatum dicatur, oſtenditur, & o. 35. n. 34.*

Diuinitas duabus maximè rebus cognoſcitur, & ſublimitate naturæ, & prouidentia, procuratione que rerum creatarum o. 33. c. 3. n. 6.

Ad Dei, *& vnius* Dei *cognitionem, vt per hæc viſibilia aſcendamus diſcurſu opus eſt, quod probatur authoritate* D. *Pauli, o. 4. c. 2. n. 8. & 9. & o. 34. c. 2. n. 3. & ſeq.*

Dei cognitio quam facilis ſecundum quod eſt, & quam difficilis ſecundum quid ſit, o. 34. c. 2. per totum.

Dei nomina.

Dei nomen Exod. 3. Ego ſum. ſignificat exiſtentiam eius, ac illi propriam, o. 1. c. 2. n. 2.

Deus Opt. Max. ab omni antiquitate dictus quod nulli ſeruitutem debeat, o. 1. c. 6. n. 2. & o. 35. n. 2.

De Deo quomodo dicantur nomina prædicamentorum ſubſtantiæ, & accidentis, o. 3. c. 5. n. 13.

Dei nomen ego ſum Exod. 3. commendat ſimplicitatem diuinam, o. 3. c. 10. n. 6.

Nominibus abſtractis, & concretis indifferenter vtimur, cũ de Deo loquimur propter eius ſimplicitatem, o. 3. c. 10. n. 7.

Nomen Dei ego ſum, qui ſum propter eius ſimplicitatem, & ſignificationis amplitudinem ſignificat omnem perfectionem reperiri in Deo, o. 1. c. 3. n. 3. & ſeq.

Poſſumus nomina imponere Deo, quæ illum non alium ſignificent, quo ſenſu dicuntur propria, non autem ipſo audito intelligamus quidditatiuè ipſum Deum, ideo ineffabilis dicitur, o. 17. c. 1. n. 1. & 2.

Nomen à Deo, vel Beatis impoſitum, num Deum quiditatiuè ſignificet, o. 17. c. 1. n. 2. 3. & 4.

Nomen impoſitum ad Deum ſignificandum, quando quiditatiue Deum repræſentat Beatis non viatoribus, quando nec Beatis, nec viatoribus, o. 17. c. 1. n. 4. & 5.

Nominibus diuinis poſſumus vti nos viatores, quæ ipſis Beatis quiditatiuè Deum ſignificant, non tamen nobis viatoribus, o. 17. c. 1. n. 5.

Nomina noua poſſumus Deo imponere, quæ quiditatiuè Deum ſignificent, o. 17. c. 1. n. 5.

Nomen quod Deum comprahenſiuè ſignificet, num nos cum Deo loquentes poſſumus ei imponere, o. 16. c. 1. n. 9.

Deo nihil vllo modo poſſumus ſignificare loquendo, quare nec nominibus vti poſſumus eo modo, vt Deum *ſignificare dicantur, & quare, o. 17. c. 1. n. 9.*

Deus vllo modo dicitur habere nomina nobis viatoribus quiditatiuè ſignificantia, vnde dicitur ineffabilis, & innominabilis, quod Sacra ſcriptura probatur, o. 17. c. 2. per totum.

Deus dicitur Dominus ad ſignificandum ipſum eſſe ineffabilem, & innominabilem, pulchrè, o. 17. c. 2. n. 2.

Deo omne nomen, & omnis laus dicitur inferior probatur authoritate Pſalmi, o. 17. c. 2. n. 3.

Nomen illud (ego ſum qui ſum) an proprium Dei nomen ſignificet, an vero modum loquendi, o. 17. c. 2. n. 1. & c. 5. n. 1.

De Nominibus Dei *quid ſenſerint Patres, o. 17. c. 3. per totum.*

De Deo potius per negationem, quam per affirmationem eſſe loquendum, docent Patres, o. 17. c. 3. n. 7.

Nullum eſſe nomen, quod Dei *ſubſtantiam propriè, ſed tantum impropriè ſignificare*

re, quomodo intelligendum, o.17.c.3.n.8.
Deus duobus modis dicitur ineffabilis, o. 17.c.3.n.8.
Deo quædam nomina conueniunt metaphoricè, quædam propriè, o.17.c.4.per tot.
Nomina propria quædam habemus ipſius Dei ſi ſpectemus rem ſignificatam, ſi vero modum ſignificandi nullum apud nos reperitur nomen Dei proprium, o. 17.c.4. n.11.
Nomina, quæ de Deo prædicantur, vel ſunt affirmatiua, vel negatiua, ibidem.
Nomina negatiua an prædicentur de Deo ſubſtantialiter, vel accidentaliter, non ſecundũ rem, ſed ſecundũ vocem, ibid.n.2.
Nomina affirmatiua Dei, vel ſunt abſoluta, vel relatiua, & eorum diuiſio, o.17.c. 4.n.2. & ſeq.
Nomina abſoluta præcipuè ſunt ſubſtantialia, tamen ſi nomine ſubſtantiæ intelligitur rei eſſentia, ſic ſolum abſoluta ſunt ſubſtantialia. ſi ſubſtantia intelligitur, vt per ſe eſt, & non inhæret, ſic abſq; dubio etiam relationes, quæ ſunt in Deo ſubſtantialiter de ipſo prædicantur, o.17.c. 4.n 4.
Nomen Dominus dictus de Deo propriè, formaliter, ac etiam fundamentaliter poteſt accipi, & quomodo prædicatur de Deo, o.17.c.4.n.3.
Nomen Dei liberalitatem ſignificat, o.28.c. 1.n.4.
Deus, & qui eſt duo ſunt nomina, quæ inter ſe comparantur, o.17.c. 5. per totum, ac quænam ſint maxime Deo propria, ibid. n.3. & 4.
Nomen Tetagramaton, & qui eſt, ſecundũ probabiliorem ſententiã non diſtinguuntur, o.17.c.5.n.5.
Nomen, Deus, eſt incommunicabile, o.17.c. 6.n.1.
Nomen, Deus, quomodo dicitur de Deo ſecundum naturam, ſecundum participationem, & ſecundum opinionem, o. 17.c. 6.per totum.
Nomen, Deus, ex falſa Gentilium opinione, non æquiuocè, ſed vniuocè dicitur de pluribus Dijs, at contra ſentiunt fideles, o. 17.c.6.n.3.
Nomina, quæ de Deo, & creaturis dicuntur an vniuocè, vel æquiuocè, vel ſaltem analogicè dicantur, o.17.c.7.per totum.
Nomina, ſapientia, bonitas, ſcientia, prouidentia, ſi ſpectamus modum ſignificandi prius de creaturis, quã de Deo dicuntur ſi vero perfectionem per illa ſignificatam prius de Deo dicuntur, o.17.c.7.n.2.
Nomina ſynonima, quæ propriè dicantur, o.17.c.8.n.1.
Nomina, quæ de Deo dicuntur nobis viatoribus non ſunt ſynonima, ſecus verò beatis nomina diuinorum attributorum, quod probatur authoritate Sacræ ſcripturæ, o.17.c.8.n.2. & 3.
Deus appellatur triumphator, & quare, ac de ſuo triumphat occaſu, & quomodo, o.35.n.6.
Nomen, Dominus, quomodo ab æterno dicitur de Deo, & quomodo in tempore, o.35. n.8. & 9.
Deus multiplici titulo hominum dicitur Dominus, o.35.n.16.
Nomen, Dominus abſolutè prolatum, illius eſt, qui dicitur Dominus dominantium, Deique eſt cognomen, o.35.n.2.
Domini titulum tunc Deo dedit Scriptura Sacra, poſt creatum hominem, & quare, o.35.n.12. & 13.

Dei cognitio, & ſcientia.

Dei ſapientia pulchrè deſcribitur, ac quã difficile cognoſcatur, o.34.c.3.n.2.
Deus ante ſcientiam viſionis dicitur habere ſciẽtiam comprehenſiuam ſui ipſius, & tamen illa non eſt intuitiua contingentium, o.15.c.6.n.1.
Deus quomodo dicatur audire, & videre, quamuis non habeat oculos, nec aures, o. 1.c.4.n.9.
Deus quia intellectualis eſt, ideo amat, o.7. c.4.n.5.
Dei ſcientia ſine vllis imperfectionibus pulchrè probatur authoritate Dauid, o. 1.c. 4.n.10. & 11.
Diuina ſcientia nouem excellentiæ numerantur, o.18.a c.1. vſque ad 10.
Nobilitas eſt prima excellentia diuinæ ſciẽtiæ, quæ ſit ſubſtantia, & veluti Deitatis conſtitutiua, quod multis authoritatibus Sacræ ſcripturæ probatur, o.18.c.1. per totum.
Scientia diuina non eſt per modum actus primi, ſed actus ſecundus, ibidem.
Sapientia à Damaſceno quomodo inter alia attributa diuina numeratur, ſi eſt veluti conſtitutiuum Dei, o.18.c.1.n.4.
Nobiliſſima eſt etiam ſcientia diuina propter eius obiectum, o.18.c.1.n.9.

Deus quomodo dicitur cognoſcere creaturas in ſeipſo, & non in ſeipſis, o. 18. c. 1. n. 6.
Secunda excellentia eſt ipſius æternitas: ſemper eſt enim in actu ſecundo, imo eſt actus ſecundus, quod authoritate Pſalmi lepidè probatur, o. 18. c. 2. n. 2.
Tertia excellẽtia eſt ſimplicitas unico actu eminenter continens omnem perfectionẽ intellectualis virtutis, quod Sacra ſcriptura probatur, o. 18. c. 3. n. 1. & 2.
Scientia diuina ſimul eſt directa, & reflexa, apprehenſiua, & iudicatiua, abſtractiua, & intuitiua, propter quid, & non talis practica, & ſpeculatiua, o. 18. c. 3. n. 4. & ſeq.
Scientia Dei *eadem numero vniuerſalis, & non vniuerſalis, nec ſingularis appellari poteſt, & quomodo, o. 18. c. 3. n. 7.*
Quarta excellentia diuinæ ſcientiæ eſt claritas, o. 18. c. 4. per tot.
Deus inſitum lumen habet, & quaſi per extramiſſionem radiorum luce perfundere videtur obiectum, ſcriptura ſacra probatur, o. 18. c. 4. n. 2. & ſeq.
Dei *obtutum nulla eſt via ſubterfugiendi, & quæ ſint. Pſalmo probatur, o. 18. c. 4. n. 3. & ſeq.*
Inter obtutum, & oculos Dei, & ipſum Solem multæ fiunt comparationes, quæ ſunt notatu digniſſima, o. 18. c. 4. n. 4. & ſeq.
Scientiæ diuinæ acumen, perſpicacia, amplitudo, & omnia ad claritatem pertinentia, omnia perſtringuntur illis verbis Pſalmi. Palpebræ eius interrogant filios hominum, ibidem.
Quinta excellentia eſt certitudo, o. 18. c. 5. per totum. Vnde omnis opinio, aſſenſus fallibilis, & formidoloſus à Deo eſt reijciendus, ibidem n. 1.
In Deo concedenda eſt ſcientia coniecturalis, ſeu probabilis obiectiuè, non ſubiectiuè, quod Scriptura ſacra probatur, o. 18. c. 5. n. 1. & 2.
Sexta excellentia ſcientiæ diuinæ, eſt, eſſe inuariabilem, & immutabilem, o. 18. c. 6. per totum.
Scientia viſionis quamuis non ſimpliciter ſit neceſſaria, ſemper tamen eſt inuariabilis, & immutabilis, o. 18. c. 6. n. 1. & 2.
Cognitio quam habet Deus *rei præſentis, præterita, & futura, nec ratione diſtinguitur, o. 18. c. 6. n. 1. & 2.*
Scientia viſionis ſi conſideretur ſecundum quod eſt reale, & intrinſecum, id totum eſt neceſſarium neceſſitate abſoluta, o. 18. c. 6. n. 2.
Scientia diuina non eſt libera, neq; quoad exercitium, nec quoad ſpecificationem, quod declaratur, o. 18. c. 6. n. 3.
Scientia diuina ſimpliciter neceſſaria, quomodo poſſit fundare reſpectum non neceſſarium, o. 18. c. 6. n. 3.
Scientia intuitiua non eſt clarior in Deo *ſcientia ſimplicis intelligentiæ, o. 18. c. 6. n. 4.*
Deus multa intuetur, quæ non vidiſſet, ſi ipſa non extitiſſent, quomodo tamen nõ augetur eius ſcientia viſionis, o. 18. c. 6. n. 5.
Septima excellentia eſt independentia ipſius ſcientiæ diuinæ, o. 18. c. 7. per tot.
Deus licet cognoſcat omnia in ſeipſis, non tamen accipit cognitionem ab obiectis, neq; dicit habitudinem tranſcendentalem ad ipſa, o. 18. c. 7. n. 1. & 2.
Non modo Deus, *ſed nec diuina ſcientia indiget creaturis, quin potius creaturæ indigent ſcientia diuina, quod probatur authoritate* D. Pauli, *o. 18. c. 7. n. 2.*
Octaua excellentia diuinæ ſcientiæ, quod eſt ſuo modo omnium creaturarum cauſa, o. 18. c. 8. per tot.
Scientia diuina immediatè dirigit potentiã exequentem, ibidem.
Nona excellentia pertinet ad extenſionem diuinæ ſcientiæ, non ex parte actus, ſed ex parte obiecti, & quanã, & quotuplex ſit extenſio, o. 18. c. 9. per tot.
D. *Auguſtinus, quæ protulit de natura diuina, quæ inter ſe videntur oppoſita, optimè dici de diuina ſcientia poſſunt, o. 18. c. 10. n. 1.*

Dei ſcientia de futuris contingentibus.

Deus non ſolum cognoſcit, ſed præuidet futura contingentia, quod probatur Pſal. o. 18. c. 9. n. 4.
Deus quomodo cognoſcat futura contingẽtia, quod eſt valde dubium, licet de fide ſit Deum illa cognoſcere probatur, o. 18. c. 10. per tot.
Theologi, qui dixerunt in hac vita explicari non poſſe modum, quo Deus illa cognoſcit, o. 18. c. 10. n. 3.
Futura contingentia non cognoſci à Deo in cauſa proxima, o. 18. c. 11. per tot.
Deus non cognoſcit illa in cauſa libera contra

Digitized by Google

tra aliquos, cum a cauſa libera infallibiliter hauriri poteſt hæc cognitio, quod & probatur Scriptura ſacra, q. 18. c. 11. n. 4. & 5. & c. 13. n. 1.

Deus cognoſcit hæc futura in ſeipſis ſimplici intuitu non inueſtigatione cauſæ, probatur authoritate Sacræ ſcripturæ, q. 18. c. 11. n. 6. & c. 13. per tot.

Deus non cognoſcit hæc futura contingentia in decreto ſuæ voluntatis, q. 18. c. 12. per tot.

Deus non ex vi ſolius voluntatis concurrendi cum cauſa ſecunda cognoſcit futura contingentia, ſed coniunctè cum illa præſcientia voluntatis humanæ, q. 18. c. 12. n. 3.

Deus ex vi permiſſionis non poteſt cognoſcere peccatum, declaratur quid ſit permiſſio, ac authoritas Pſal. examinatur, q. 18. c. 12. n. 4. & 5.

Deus in permiſſione non præcisè ſumpta, ſed vt coniuncta cum diuina præſcientia, cognoſcit futurum contingens, ibid. n. 5.

Futura contingentia per quid terminant ſcientiam diuinam, q. 18. c. 11. n. 2. & 3.

Deus cognoſcit decreta libera ſuæ voluntatis tanquam futura, fusè probatur ſoluendo rationes oppoſitas, neque oportet, vt ſupercomprehendat ſeipſum, q. 18. c. 14 per tot.

Deus cognoſcit effectum liberum contingentem in determinatione cauſæ, hoc eſt in ſe ipſo, qui eſt formalis determinatio cauſæ, q. 18. c. 15. per tot.

Deus quædam futura contingentia (præter actus prauos) cognoſcit in prædefinitione ſuæ voluntatis, ſalua creaturæ libertate, q. 18. c. 16. per tot.

Scientiam diuinam ex infimarum rerum cognitione non vileſcere, probatur authoritate Iſa. q. 33. c. 3. n. 8. & 9.

Dei ſcientia de Futuris conditionalibus.

Deus an cognoſcat futura conditionalia libera controuerſia eſt inter Scolaſticos, q. 19. c. 1. n. 1.

Rationes afferuntur, quibus hæc ſcientia conditionalium in Deo aliqui negant, & rationes quibus perſuadetur, q. 19. c. 1. per totum. & c. 2. per totum.

Deus ſcit has veritates conditionales, non ex euentu, nam nihil ſcit ex euentu, ſed in ſuo decreto effectiuo, vel permiſſiuo, ſuppoſita ſcientia conditionata, vel ſimplicis intelligentiæ, q. 19. c. 2. n. 5. 6. & 7.

Scientia de futuris cōditionalibus, quod perfectionem dicat in Deo probatur, q. 19. c. 2. n. 10. & n. 6. & 7.

Deum habere hanc cognitionem conditionalium ſeptem teſtimonijs Sacræ ſcripturæ probatur, q. 19. c. 3. per tot.

Deum habere hanc ſcientiam, dum quidam negant aſtruunt, & quomodo, q. 19. c. 3. n. 3.

Deum non poſſe cognoſcere conditionalia in ſua voluntate conditionata, neque per cōiecturas, nam melius eſſet dicere non cognoſcere, quam per coniecturas cognoſcere hæc futura probatur, q. 19. c. 3. n. 4. 5. 7. vſque ad 12.

Impugnatur dicendi modus, quo aſſeritur prædictionem de pœnitentia Tyriorum eſſe dictam quadã fraſi per exaggerationem, & alius modus quo aſſeritur Dominum ita dixiſſe in confusò ſe ſcire potuiſſe ex præſenti illorum diſpoſitione, q. 19. c. 3. n. 9.

Deum non ſcire futura conditionalia in decreto abſoluto voluntatis ſuæ probatur q. 19. c. 3. n. 10. & 13.

Dei prædictio de pœnitentia Tyriorum, & negatione Petri non nititur diſpoſitionibus cauſarum, ſed ſupponit infallibilem illius cognitionem independenter ab eius exiſtentia, q. 19. c. 3. n. 6. & ſeq. & n. 12. & 13.

Scientiam futurorum conditionalium in Deo probant Caiet. & alij Patres ex illo Geneſ. 11. non deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec opere compleant, q. 19. c. 3. n. 14.

Ex prophetijs comminatorijs etiam colligitur Deum cognoſcere infallibiliter futura conditionalia, q. 19. c. 3. n. 17.

Propoſitiones diſparatæ conditionales non cognoſcuntur à Deo, q. 19. c. 6. per tot.

Deus quomodo cognoſcat has diſparatas propoſitiones conditionales, ibid. n. 1. & traditur regula vniuerſalis ad dignoſcendum quando hæ cognoſcãtur à Deo, n. 3. Et cur illud 4. Reg. 13. ſi percuſſiſſes quinquies, vel ſepties, percuſſiſſes Syriam vſq; ad conſummationem Deum cognoſcere futura conditionalia diſparata non probat, q. 19. c. 6. n. 2.

Aſſerentes hæc conditionalia futura non poſſe à Deo cognoſci, niſi ſupponant decre-

Digitized by Google

cretum abſolutum ex parte actus, licet conditionatum ex parte obiecti impugnatur, o.19.c.7.n.1.& ſeq.

Modus quo Deus cognoſcit futura cõditionalia, explicatur per modum quo cognoſcit futura abſoluta, o.19.c.1.n. 8.& c. 8.n.1.

Argumenta quibus impugnatur hæc cognitio futurorum conditionalium ſoluũtur, o.19.c.8.per totum.

Scientia horum futurorum conditionalium quam ſcientiam mediam vocant recentiores antiqui ſcholaſtici an ſub ſcientia viſionis comprahenderint, an ſub ea, quæ dicitur ſcientia ſimplicis intelligentiæ? o.19.c.8.n.6.

Dei intellectus.

Intellectus diuinus ſecundum rationem an ſit perfectior voluntate, o.21.c.4.n.3.

Intellectus diuinus non ſe habet per modũ principij, aut radicis intellectionis, ſed vt eſt ipſamet intellectio ſubſiſtens, o.18.c.1.n.1.

In Dei intellectu, & voluntate communis ſententia admittit quædam inſtantia, ſeu ſigna ſecundum noſtrum modum intelligendi, o.18.c.14.n.3.& 5.

Intellectus diuinus non indiget conſultatione, & tamen à D. Paulo dicitur operari omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, o.35.n.29.& ſeq.

Dei intellectio circa entia rationis.

Intellectus diuinus an formet entia rationis, o.20.c.1.per totũ, ac defenditur pars affirmatiua.

Quomodo formare entia rationis non arguit imperfectionem in intellectu diuino o.20.c.1.n.2.& ſeq.

Deus primario format ens rationis, nullo habito reſpectu ad intellectum creatum, o.20.c.1.n.4.& ſeq. Quod demonſtratur authoritatibus Sacræ Scripturæ.

Deus non format ens rationis ex indigentia, o.20.c.1.n.6.

Dei voluntas.

Voluntas diuina cum ſupponat neceſſario intellectionem non eſt intellectiua per eſſentiam, o.7.c.4.n.1.& ſeq.

Voluntas diuina non poteſt pertinere ad quaſi conſtitutionem diuinæ naturæ, nec per modum generis, nec per modum differentiæ, o.7.c.4.n.1.& ſeq.

Voluntatem non eſſe de eſſentia diuinæ naturæ, probatur authoritatibus SS. Patrũ, o.7.c.4.n.3.& ſeq.

Volitio, & intellectio in diuinis, quomodo ſe habeant, declaratur latè, o.7.c.5.n.3.& ſeq.

Voluntas in Deo non eſt per modum potentiæ, ſed actus, ſicuti dictum eſt de intellectu diuino, o.21.c.1.n.3.

Voluntas diuina poteſt dici Dei attributum o.21.c.1.n.3.& o.7.c.4.per totum.

Deus eodem actu voluntatis, quamuis ſit ſimpliciſſimus abſq; vllo augumento vult omnia, quæ vult, quod fuſe declaratur, o.21.c.1.n.4.& ſeq.

Voluntatis diuinæ actus quomodo differat ab actu voluntatis creatæ quoad libertatem, o.21.c.1.n.6.& ſeq.

Voluntas diuina, quamuis vna, & ſimpliciſſima ſit, quomodo dicatur multiplex, o.21.c.2.per totum.

Voluntas diuina ſigni, & beneplaciti, quænam ſit, & quotuplex, o.21.c.2.n.2.& 3.& ſeq.

Dei præceptum indicat abſolutam Dei voluntatem, & quomodo intelligitur præceptum datum Abrahamo de immolando filium, o.21.c.2.n.5.& 6.

Permiſſio indicat Dei voluntatem non denegandi concurſum generalem rei permiſſæ neceſſarium, o.21.c.2.n.9.

Operatio indicat Dei voluntatem, qua vult id facere, vel ad id concurrere, o.21.c.2.n.10.

Voluntas beneplaciti veram in Deo voluntatem ſignificat, & quæ voluntates ad eã ſpectant, o.21.c.2.n.11.

Voluntas, quæ formaliter in Deo exiſtit, adhuc diuiditur in voluntatẽ antecedentem, & conſequentem, o.21.c.3.per tot.

Voluntas antecedens veram voluntatem in Deo formaliter exiſtentem ſignificat, & impugnatur contraria ſententia, ad quã explicandam multæ expoſitiones adducuntur illius loci Pauli 1. ad Thim. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, o.21.c.3.n.2.& ſeq.

Voluntas antecedens, & conſequens, quæ ſint, ſecundum veriorem ſententiam expli-

plicatur, quibus nominibus antecedentis, & conſequentis primus omnium vſus eſt Damaſcenus,*o.21.c.3 n.9.& ſeq.*

Voluntas diuina alia efficax, alia inefficax, o.21.c.4. per totum.

Voluntatis diuinæ efficacis ſubdiuiſio, vel eſt præueniens, & præfiniens, vel concomitans, &c. o.21.c.5. per totum.

Prædefinitio voluntatis diuinæ duplex, alia interna, alia externa, ibid. n.1.

Voluntas diuina per modum intentionis, & exequutionis, o.21.c.6. per totum.

In diuinam voluntatem quænam cadant, o.21.c.7. per totum.

Deus vult omnes creaturas liberè, ſeipſum neceſſario, ibidem n.1.

D. Thomas probat ad ſuam bonitatem Deũ *neceſſario moueri, non ſolum quoad ſpecificationem, ſed quoad exercitium, & quomodo, o.21.c.7.n.2.& 3.*

Actus voluntatis diuinæ, vt liberè terminatur ad creaturas, vtrum dicat perfectionem, & defenditur pars negatiua, o.21.c.7.n.4.

Deus vult permiſſionem peccati in pœnam alterius, non tamen peccatum ipſum, o.21.c.7.n.21.

Voluntas diuina concurrendi à voluntate permittente quomodo differat, o.21.c.7.n.32.& ſeq.

In voluntate diuina permittendi peccatum, & concurrendi ad illud nulla eſt deformitas, o.21.c.7.n.33.

Deus quomodo vult ea, quæ vult, o.21.c.8. per totum.

Deus nunquam prædefiniuit exercere iuſtitiam vindicatiuam, antequam permiſerit, & præuiderit peccatum, o.21.c.8. n.6.

Deus alia à ſe omninò liberè vult circa tamen aliqua obiecta quoad libertatem ſpecificationis poteſt inueniri neceſſitas in voluntate diuina, quod Sacra ſcriptura probatur. quoad libertatem exercitij ex ſuppoſitione poteſt ferri neceſſariò circa aliqua obiecta extra ſe, o.21.c.8.n.7. & ſeq. & n.14.15.& 16.

Dei voluntas eſt regula recti, cum eſſentialiter ſit ſua ſapientia, o.21.c.8.n.11. & 12.& o.38.c.9.n.2.

Deus omnia quæ vult immutabiliter vult, quod duobus modis poteſt intelligi, probatur Sacra ſcriptura, & ratione, quia ſcilicet inferretur animi inconſtantia, & imprudens modus agendi, quæ cum ſit diffícilis examinatur, o.21.c.8.n.17. vſque ad 25.

Voluntas diuina an poſſit æterno tempore eſſe ſuſpenſa circa obiecta ad extra; definitè vero amplecti alteram partem ſine animi inconſtantia, ſine mutatione phiſica, vel alio defectu, o.21.c.8.n.24.

In voluntate diuina eſt potentia ad oppoſita, non ad diuerſos actus, ſed reſpectu obiecti, o.21.c.8.n.27.

Deus num velit vnum propter aliud, & in quo ſenſu poſſit eſſe verum, & in quo ſenſu falſum, o.21.c.9. per tot.

Deus cur aliquando velit hoc potius, quam illud, ſumenda eſt ratio ex diuina bonitate, aliquando ex diuina libertate, & aſſignatur regula, o.21.c.9.n.2.& ſeq.

Deus quando fertur in res alias ob ſui bonitatem, an propter illam ſolum operetur, an vero ob bonitatem aliarum rerũ, o.21. c.9.n.4.

Diuinæ voluntatis non datur cauſa, tamen ex parte obiectorũ dari poſſunt rationes aliquæ, ob quas ad talia obiecta voluntas diuina terminetur, o.21.c.9.n.4 & ſeq.

Radix prima, & finis vltimus, propter quẽ Deus *vult alia à ſe, eſt ipſius bonitas, non tamen cum rem vnam alteri vult nudam bonitatem intendit, o.21.c.9.n.8. & ſeq.*

Quod Deus omnia voluerit, & fecerit propter bonitatem ſuam, probatur figura de Chriſto Domino *morientie inclinato primum capite, o.21.c.9.n.11. & ſeq.*

Prima, & formaliſſima ratio volendi res ad extra, eſt bonitas diuina, proxima poteſt eſſe vtilitas ipſarum rerum, o.21.c.9. n.10.

Voluntas diuina efficax ſemper impletur, & eſt de fide, o.21.c.10.n.1.

Voluntate efficaci triplex poteſt eſſe aliquid à Deo *volitum, & quomodo, o.21.c.10. n.2.*

Voluntas aliqua antecedens, etiam eſt efficax, iuxta Damaſcenum,*o.21.c.10.n.3.*

Voluntas aliqua diuina beneplaciti illa, quæ eſt ſimplicis complacentiæ, non ſemper impletur, o.21.c.10.n.4.

Deus non eſt omniuolens, ſicut omnipotens o.21.c.11.n.2.

Dei voluntatem non verſari circa omi poſſibile, o.21.c.11. per tot.

Dictum illud D.Thomæ quomodo intelligitur, diuinum ſcire habet neceſſariam habitudinem ad ſcita non diuinum velle

ad

ad volita, o.21.c.11.n.7.
Dei voluntas pulchrè deſcribitur, ac mira de ea dicuntur, o.34.c.3.n.5. & 6.
Dei voluntas quomodo feratur in malum culpæ, aut pœnæ. Vide Malum culpæ, Malum pœnæ, Peccatum, Prædefinitio.
Dei voluntas quomodo ſemper impletur, o.35.n.6.
Dei voluntas non ita ſe habet ad intellectū diuinum tanquam conſilij pediſſequa, ac prærequirens eius iudicium definitiuum, o.35.n.31. & ſeq.

Dei Permiſſio.

Dei permiſſio quid ſit, o.18.c.12.n.4.
In voluntate diuina permittendi peccatum, concurrendi ad illud, nulla eſt deformitas, o.21.c.7.n.13.
Dei permiſſio dupliciter poteſt conſiderari, vel præciſè ſumpta, vel coniuncta cum præſcientia diuina, o.18.c.12.n.5.
Deo illa maximè tribui ſolet, quod permittit, ac ſi faceret, quando ex certa præſcientia, & non obſtante malo præuiſo, illud permittit, quod Sacra ſcriptura probatur, o.18.c.12.n.5.
Permiſſio non habet locū in eo effectu, qui eſt futurus ex vi ipſius prioris volitatis prædeterminantis, ſed ex illo, qui ex vi ipſius voluntatis, nec abſolutè, nec efficaciter ordinatur, o.21.c.2.n.8.
Dei permiſſio reſpectu peccatorum qualis deſcribitur in Pſalmis, o.21.c.7.n.10.
Permiſſio indicat Dei voluntatem non denegandi concurſum generalem rei permiſſæ neceſſarium, o.21.c.2.n.9.

Dei liberum arbitrium.

In Deo verè, & formaliter eſt liberum arbitrium, o.21.c.1.n.8.
In Deo non eſt liberum arbitrium, reſpectu ſuæ bonitatis, o.21.c.7.n.2. & 3.

Dei Gaudium.

Gaudium, quod ex amore ſequitur ad præſentiam rei amatæ, verè eſt in Deo, o.22.c.10.n.2.
Deus non ſolum gaudet de bono ſuo, ſed etiam de bono creaturarum, præſertim rationalium, o.23.c.10.n.1.

Dei Deſiderium.

Deſiderium alterius boni non impropriè poteſt Deo tribui, o.22.c.10.n.3.
Affectus omnes, qui ad concupiſcentiam pertinent, excepta triſtitia, ſunt in Deo. o.22.c.11.n.3.

Dei Amor.

Amor cum nullam imperfectionem in ſua ratione formali includat, Deo tribuendus eſt, o.22.c.1.n.2.
Amor hominis cum cauſetur ex bonitate eius, qui diligitur, videtur procedere ex iuſtitia, at quando eſt cauſa bonitatis in dilecto, tunc procedit ex miſericordia, quod probatur Sacra ſcriptura, o.22.c.2.n.2. & 3.
Amor Dei non eſt egenus, & indiguus ſicut amor noſter, pulchrè ex Scriptura probatur, ibid.n.3.
Amorem noſtrum quomodo præcedet dilectio Patris, & in quo ſenſu quandoque ſequatur, o.22.c.2.n.4. & 5.
Amor complacentiæ diuinæ aliquando ſupponit amorem noſtrum, o.22.c.2.n.5. & ſeq.
Deus non æqualiter omnia diligere, probatur, o.22.c.3. per totum, & quomodo ſingulari dilectione complectitur ſuos in ipſum credentes. ibidem.
Deus amore propoſiti, ſeu intentionis magis prædeſtinatum diligit eo tempore, quo nō eſt iuſtus, amore exequutionis magis diligit reprobum eo tempore, quo iuſtus eſt o.22.c.3.n.4. & 5.
Deus quod aliquos præ alijs diligat, non modo ex parte obiecti, ſed aliquo modo ex parte affectus. & quomodo defenditur, o.22.c.4. per tot.
Deus amat nos amore charitatis, & amicitiæ, o.22.c.5. per tot.
Amor amicitiæ quomodo poteſt eſſe inter nos & Deum, ſi Deus amat omnia propter ſe ipſum, & amor amicitiæ eſt, quo volumus bonum alicui per ipſum, o.22.c.6. per totum.
Deus amat nos verè amore amicitiæ, quia

ob

Digitized by Google

ob nullum commodum, & vtilitatem ſuã amat, probatur locis Sacræ ſcripturæ, o. 22.c.6.n.2. & ſeq.
Amicitiæ leges inter Deum, & nos hæ ſunt, vt nobis quidquid boni acciderit ex omni parte ſit vtile, ſibi vero honorificum, quod probatur multis locis Sacræ ſcripturæ, o. 22.c.6.n.3. & ſeq.
Dei perfecta amicitia quærentis magis noſtras vtilitates, quam ſuum honorem, oſtenditur o.22.c.6.n.4.
Deus ſi vult conſulere ſuo honori, debet noſtram attendere vtilitatem, o.22.c.6.n.5. & Pſalmo probatur.
Dei amicitiæ mira lex erga nos ex Scriptura ſacra, & Seneca optimè oſtenditur, o. 22.c.6.n.6. & 7.
Amicitia inter Deum, & hominem, quomodo amorem mutuum, & æqualitatem habet, o.22.c.7.per tot.
Amicitia non reſpicit æqualitatem ſimpliciter, ſed ſecũdum proportionem, ex Ariſtotele, & hac inueniri inter Deum, & hominem, o.22.c.7.n.2. & ſeq.
Amicitia vel eſt inter æquales, vel ipſa reddit æquales, & ſic inter Deum, & hominem poteſt eſſe amicitia, ibid.n.6. & ſeq.
Amicitia inter Deum, & hominem eſt excellentiæ, & ſupereminentiæ, quæ Cant. Cantic. & à D. Paul. exprimitur, o. 22.c. 7.n.4. & ſeq.
Amicitia inter Deum, & hominem, quod nõ habeat obiectum, vide verbo Charitas.
Amor amicitiæ, quæ eſt Dei charitas, quomodo differat à Religione, oſtenditur verbis Sacræ ſcripturæ, ibidem vſque ad finem.
Si amicitia, & amor mutuus beneficijs confirmatur, cum homo non poſſit conferre Deo beneficium, quomodo poteſt eſſe Dei amicus? o.22.c.7.n.11. & c.8.n.4.
Si amicitia requirit conuictum, & ſocietatem, & bonorum communicationem aliquam, his redditur difficilis amicitia inter Deum, & hominem, o. 22.c.8.per totum.
Per amicitiam Dei quid noui acquiritur, ſi ipſe intimè eſt nobiſcum per eſſentiam, præſentiam, & potentiam? o. 22. c.8.n.2. & ſeq.
Amor amicitiæ requirit, vt non lateat, quod maximè in amore Dei erga nos oſtenditur, o.22.c.9.n.1. & ſeq.
Amare Deũ, an ſit melius, vel amari à Deo? o.22.c.10.per tot.
Deus amando ſuam omnipotentiam, neceſſariò amat, quod creaturæ ſint poſſibiles, amor tamen nõ fertur ad ipſas creaturas poſſibiles, o.2 .c.11.n.6.
Dei amor triumphat in redemptione, o.38. c.1 per tot.
Amor diuinus quodammodo dicitur Dei Deus, cum de ipſomet Deo triumphat in redemptione, o.38.c.1.n.2.
Amoris diuini epitheta, & encomia ex Sanctis Patribus, o.38.c.1.n.3.
Amoris diuini firmum teſtimonium erga nos eſt Chriſtus incarnatus, & paſſus, o. 37.c.2.per tot.
Amoris via in qua Deus ambulabat, & ambulat propter nos, non eſt quæ ad intra, ſed quæ cæpit in tempore ire ad extra, o. 38.c.2.n.1.
Amoris diuini teſtimonium fuit creationis mundi opus, cum nulla indigentia fuerit Deus impulſus, quod pulchrè ſignificatur o.38.c.2.n.1.
Amor diuinus lepidè deſcribitur, o. 38.c.3. n.3.
Amor diuinus tum notionalis tum eſſentialis, latè declaratur, o.38.c.3.n.4.
Amoris diuini beneficentia, qui eſt illius actus externus paradoxa, o.38.c.3.n.5.
Deus ſatius vult pati diſcrimen, eius ſanctitatem, quam eius erga nos amorem, o 38.c.4.n.5.
Amoris diuini exiguum pabulum ſunt creata omnia, pulchrè ex Patribus oſtẽditur, o.38.c.4.n.6.
Amoris diuini Patris, ſ. dantis filium ſuum ad mortem, magnitudo ponderatur exemplo Abraham Geneſ.22. offerentis filium, cuius hiſtoriæ ſingula verba, pulchrè explanantur, o.38.c.4.n.7. & ſeq.
Amor diuinus quam duras Verbo incarnato leges impoſuit, o.38.c.4.n.15.
Amor Chriſti, vide Chriſtus.
In Deo charitas formaliſſimè eſt eius ſapientia, quod latè probatur, o.38.c.9.n.3.
In Deo primum locum obtinet amor ſecundum noſtrum modum intelligendi, quam ſcientia viſionis, o.38.c.9.n.3.
In Deo quomodo poſſumus dicere eſſe cunctantem amorem, & præcipitem ſapientiam, o.38.c.9.n.3.
Diuino amori cauſa apparentes conuiciandi, quæ? o.38.c.10.n.3.
Deus ad quid amauit mundum, quod deuotè ex Auguſtino oſtẽditur, o. 38. c.10. n.4.

Diui-

Diuinus amor fundatur in miſericordia, humanus in iuſtitia, & alia plura diſcrimina ex Scriptura ſacra collecta demonſtrantur, o.38.c.10.n.6.7.& 8.
Amor diuinus eſt infundens, & creans bonitatem in rebus, quod probatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ, non ita humanus amor, & alia inter eos diſcrimina, o. 22. c. 5.n.1.& ſeq. & o.38. c. 10. n 6.7. & 8.
Ad amorem Dei ſtimulus, & calcar, o.22.c. 6.n.6.
Amor diuinus ſilentio, & admiratione celebrandus, o.38.c.10.n.8.
Dei amor magis à nobis timendus iram eius dirigens, quam eius furor, o. 35. n. 114.

Dei affectus odij.

In Deo eſſe affectum odij, tum abominationis, tum inimicitiæ. Probatur ex D.Thoma, & Sacra ſcriptura, o.23.c.1.n.5. & ſeq.
Deus odit peccatum odio abominationis, peccatorem odio inimicitiæ, ibidem n. 5. & ſeq.
Odium inimicitiæ Dei contra peccatores nõ eſſe inreconciliabile, quomodo exprimitur in Scriptura, ibid.n.7.
Odium, quod eſt in Deo, non poteſt eſſe niſi ſanctum, & redolens miſericordiam, ibidem n.8.

Dei Ira.

An in Deo ſit ira ad quæſtionem de nomine reducitur, o.24.c.1. per tot.
Si nominis ethymologiam, & communem uſum latinorum ſpectemus, ira propriè non eſt in Deo, ſi vero rem ipſam conſideremus, verè eſt in Deo, ibid.n.2.& 3.
Ira ſimpliciter prolata nulla adhibita diſtinctione, in Deo non eſt concedenda, ibid.c.3.n.4.
Ira in Deo an differt à iuſtitia vindicatiua, ibid.c.n.4.& 5.
Iram eſſe in Deo, probatur authoritate Sacræ ſcripturæ, ibid.c.2. per totum.
Iram Dei eſſe tranquillam ſine perturbatione animi, Sacra ſcriptura probatur, ibid.c.2.n.1. & ſeq.
Iræ diuinæ, & humanæ diſcrimen, ex Scriptura ſacra, ibid.n.2.& 3.
Ira Dei eſſentialiter dicitur iuſta, etiam illa, qua nos torno aſpicit ſupercilio (vulgo la Gronda) ibid.n.3.
Ira licet ſit in Deo, non tamen dicitur Deus iræ ſubiectus, ex Sacra ſcriptura, ibid. n.4.
Ira Dei contra impios ab æterno eſt concepta, ibid.n.4.
Ira Dei cur dicitur ira Columbæ, o.7.c.2. n.9.
In Deo nulla eſt furoris inæqualitas, o.7.c. 2.n.9.

Dei Miſericordia.

Miſericordem Deum ſe exhibere ipſiuſmet intereſt, o.22.c.6.n.5.
Miſericordia non ſecundum paſſionis affectum, ſed ſecundum effectum eſt in Deo, o.25.c.1.n.1.& 6.
Miſericordia vt ſignificat voluntatem, & affectum ſubueniendi propriè, & formaliter eſt in Deo, o.25.c.1.n.2.
Miſericordia Dei videtur ſecundum rationem perfectior ſua iuſtitia commutatiua, & diſtributiua, ibid.n.2.
Miſericordia Dei quot modis differt ab humana diffusè, o.25.c.2.per tot.
Miſericordia quomodo in Deo tantum dicatur reperiri? explicatur, o.25.c.2. n.1. & 19.
Miſericordiam quare coniungit ſcriptura cum ſumma potentia? o.25.c.2.n.1.& 2.
Deus ad miſerendum nobis, ſatis vrgetur nimio amore ſuo, & tamen calcar voluit addere carnem ſumens, pulchrè pluribus locis Scripturæ probatur, o.25.c.2.n.6.7. & 8.
Opera miſericordiæ non ſolum alterum, ſed proprium ſubiectum reſpiciunt, o.25.c.2. n. 9. & 10.
Miſericordia Dei ex ſummis malis ſumit occaſionem maximè peccatis indulgere, o. 25.c.2.n.10. & ſeq.
Miſericordia Dei quam ſuperefluens, humana, quam parca, eiuſq; opera pauciſſima, o.25.c.2,n.15. & ſeq.
Miſericordiam aliquam exhibet Deus etiã damnatis, o.25.c.2.n.17.
Dominus miſericordiæ Deus appellatur in Scriptura, & quare, o.25.c.3.n.5. & ſeq.
Miſericordia diuina maximè eſt deferendum, nam ipſius eſt, applicare quodammodo

de cætera attributa, etiam iuſtitiam punientem ad opus externum, o.25.c.3.n.6. & ſeq.

In ſola miſericordia totum Dei peculium, ac omnis diuina perfectio relucet, idque locis Sacræ ſcripturæ probatur, o.25.c.3.n.7.& ſeq.

Deum eſſe miſericordem, & eſſe perfectum in ordine ad creaturas, in idem videtur incidere, probatur Pſalmo, & aliis locis Sacræ ſcripturæ, o.25.c.3.n.8.& 9.

Miſericordiæ & charitatis comparatio, o.25.c.3.per totum, vbi n.3.& ſeq. Charitas ſimpliciter, & ſecundum ſe melior eſſe miſericordia, hæc vero ſecundum quid præſtabilis dicitur.

Miſericordia quia reſpicit miſeriam aliorum aliquo modo dicit ration͂ ſuperioritatis, & poteſtatis, charitas vero nequaquam o.25.c.3.n.4 & ſeq.

Miſericordia diuina mandata præcipuè à veritate, & fidelitate Dei excipiuntur, vt exequutioni dentur, o.27.c.1.n.4.& 5.

Miſericordia diuina inter cætera diuina attributa maieſtas, & auctoritas, o.34.c.3.n.7.& 8.

Miſeritordia diuina, omnia attributa applicantis ad operandum pro nobis, pulcher diſcurſus, o.34.c.3.n.7.& 8.& o.35.n.21.& 22.

Miſericordia diuina addita ſunt calcaria Chriſti incarnatione, quæ prius ſegnis videbatur, o 37.c.5.n.13.& 14.

Miſericordia diuina, noſtra illius ſubtrahit, & occultatos efficit, pulchrè ex Iob, o.35.n.22.& ſeq.

Deus velox ad miſerendum, ſegnis ad vindictam, o.35.n.65.& 66.

Deus miſericors, vt lex eius melius cuſtodiatur, o.35.n.100.

Dei Iuſtitia.

Iuſtitia in ſenſu proprio (non ſecundum communem rationem loquimur) non metaphorico, ponenda eſt in Deo tanquam peculiare attributum diſtinctum à cæteris, cum ſit perfectio ſimpliciter ſimplex, o.26.c.1. per tot.

Iuſtitia debitum cadit in Deo ſine imperfectione. o.26.c.1.n.4.& 7.

Iuſtitia debitum, & debiti fidelitatis quomodo differant, o.26.c.1.n.5.& ſeq.

Iuſtitia debitum quando cadit in Deum ex promiſſione ſub conditione, & quando non oſtenditur ex Sacra ſcriptura, o.26.c.2.per totum.

Ex iuſtitia Regnum cœlorum ita Deus debet iuſtis, vt dicat Chriſtus Dominus Matth.20.non eſſe dantis, ſed accipientis, o.26.c.2.n.6. Et ex fidelitate illud debet ex Apocal.& aliis locis Sacræ ſcripturæ, n.10.& 11.

Iuſtitia debitum non cadit in Deum ex lege ſibi impoſita, ſed libera promiſſione ſua, vnde præmium quandoque merces vocatur, & gratia ob eandem rationem, o.26.c.2.n.9.& 10.

Iuſtitia debitum eſſe in Deo, & ſupponere tanquam radicem eius gratiam, probatur authoritate Sanctorum Patrum, o.26.c.3. per totum.

Iuſtitia debitum cum cadat in Deum, ſupponens gratiam, & ſibi ipſi debere Deum, quod promiſit, & nobis, & vtrumque eſſe verum, explicatur, o. 26. c.4.per totum.

Iuſtitiam commutatiuam, & diſtributiuam reperiri in Deo probatur, o. 26.c.5.per totum.

Iuſtitiam commutatiuã creatã non reperiri in illa Dei iuſtitia increata, probatur, o.26. c.5.n.13.& ſeq.

Iuſtitia commutatiua non repugnat Deo ex ratione dati, & accepti, o.26.c.5.n.17.

Deus in præmio reddendo vtramque iuſtitiam commutatiuam, & diſtributiuam exercet, & defenditur ab oppoſitionibus, o.26.c.5.n.21.& ſeq.

Iuſtitia commutatiua, & diſtributiua an ſint duo attributa in Deo ſpecie diuerſa, ſecundum noſtrum modum concipiendi, o.26.c.5.n.18.

Iuſtitia debitum non poteſt eſſe in Deo ſecluſa eius promiſſione, & impugnatur cõtraria ſententia, o.26.c.5.n.22.

Iuſtitiam diſtributiuam, & commutatiuã, ſeruare Deum in diſtributione meritorũ, probatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ, o 26.c.6.n.1. & ſeq.

Iuſtitia prouidentialis quæ ſit, & an ſit in Deo, quomodo conueniat cum iuſtitia noſtra legali, & quomodo differat, o.26.c.8.n.2. & ſeq.

Ex debito legalis iuſtitiæ Deus operari nõ poteſt, cum non ſit pars communitatis, o.26.c.8.n.5.

Dei Fidelitas, & Veritas moralis.

In Deo hæc eſt veritas moralis, qua inclinatur ad dicendum verum, cum loquitur, o.27.c.1.n.1. & ſeq.

In hac veritate includitur fidelitas, & quomodo, o.27.c.1.n.1.

Dei veritas, & fidelitas quot modis differat à veritate, & fidelitate humana, o.27.c.1.n.1. & ſeq.

Dei aſſertio ſimplex, vt eſt aſſertio primæ veritatis, habet tantum veritatis pondus, vt eadem ſit promiſſio iuramento firmata, o.27.c.1.n.2.

Deus ſi loqui vult, neceſſario vult dicere verum, o.21.c.8.n.8.

Dei iuramentum quomodo dicitur eſſe ad firmandam ſuam veritatem, & quare dicatur iuramentum loqui, & non facere iuxta Abachuc cap. 1. o. 27. c.1. n.3. & 4.

Dei veritas quamuis ſit Deus *ipſe, cur à Dauide dicatur eſſe in circuitu eius, o.27. c.1.n.3. & 4.*

Dei veritas, & fidelitas cur dicatur cingorium renum Dei? *ibid.n.4.*

Dei veritas, & fidelitas excipit mandata Dei, maximè pertinentia ad eius miſericordiam, & probatur Scriptura ſacra, ibid.n.4. & 5.

Deus iurare propriè non dicitur, cum neminem habeat ſuperiorem quem citet, quomodo autem intelligatur Sacra ſcriptura de forma iurandi Dei, quæ quandoque eam illi tribuit, o.27.c.1.n.4.6. & 7.

Deus iurat aliquando propter incredulitatem hæreticorum quàm præſciebat, ibid. at aliquando iurat ſe veniam daturum pœnitentibus, n.7.

Deum non poſſe mentiri contra quoſdam Theologos probatur, o.35.n.30.

Dei Liberalitas.

Deus non ſolum eſt liberalis, ſed ſecundum D.*Thomam ſolus eſt liberalis, o.28.c.1. n.1.*

Dei dona meritò poſſunt appellari (*præſenti*) *& quare, o.28.c.1.n.2.*

Deus ita largitione gaudet, vt dona tunc acceptare ipſe videatur, cum donat, o. 28.c.1.n.2. & 3.

Deus ita liberalitatem diligit, vt & mercedem quam operarijs tribuit liberalitatè velit redolere, ibid.n.3.

Liberalitas in Dei palatio præ foribus adeſt, cum Dei nomen ſit liberalitatis, & magnificentia, ibid.n.4.

Miſericordia diuina ſicut materiam habet, quam attingere non poteſt humana miſericordia, ita philoſophandum eſt de Dei liberalitate, ibid.n.7.

Idem diuinus actus ſecundum D.Thomam poteſt habere rationem miſericordiæ, & liberalitatis, & quomodo, explicatur, ibidem.

Deus in reddenda mercede laborum, quam ſit liberalis, quamque munificus, optimè deſcribitur, o.35.n.24.

Dei Magnifitentia.

In Deo *eſſe magnificentiam, probatur rationibus, & authoritatibus Sacræ ſcripturæ, o.29.c.1.n.2. & 3.*

M*agnificentiam, & liberalitatem in* Deo *eſſe duo attributa diſtincta problematicè defenditur, o.29.c.2.n.5. & 6.*

Deum vt publicam perſonam, & ſummum Principem decet magnificentia, vt perſonam priuatam, decet liberalitas, o.29.c. 2.n.6.

Dei Magnanimitas.

In Deo eſſe magnanimitatem, probabiliter defenditur, o.30.c.1.n.9. & ſeq.

Dei magnanimitas oſtenditur pulchrè authoritatibus Sacræ ſcripturæ, o. 30.c.1 n.11.

Dei Omnipotentia.

Dei omnipotentia clarè viſa, an videantur neceſſario omnes creaturæ poſſibiles, o. 14.c.16.n.5.

Omnipotentia Dei *licet non ſit coaptata ad obiectum, quemadmodum potentia creata, habet tamen aliquam conuenientiam cum illa, o.14.c.16.n.5. & o.15.c.5. n.1. & 2.*

Deus non conſtituitur formaliter loquendo, potens ad agendum per ſuam ſcientiam,

tiam, ſed ſuam ſubſtantiam, vel omnipotentiam, ſcientia vero eſt conditio neceſſaria ad perfectum modum agendi, o.15.c.1.n.5.

Deus ſua omnipotentia nullo modo dicit relationem tranſcendentalem ad creaturas poſſibiles, o.15.c.1.n.7.& 8.

Omnipotentia Dei nec in ſui cognitione pendet ab obiecto creabili, nec etiam ſub illo conceptu communiſſimo, o.15.c.5.n.2.& 3.

Omnipotentia Dei an poſſit videri à beatis, quin videatur vt diſtinguibilis ab omnibus alijs attributis, & per conſequens, vt dicens habitudinem ad ens creabile, o.15.c.5.n.3.& 4.

Ad omnipotentiam Dei pertinet non poſſe mori, non poſſe mentiri, non poſſe falli, o.21.c.8.n.9.

Omnipotentia diuina duplex eſt conſideratio, vna veluti in actu primo, altera in ordine ad actiones, o.31.c.1.n.2.

Omnipotentia diuina in ſe ſpectata abſoluta eſt, pluribus probatur, o.31.c.2.n.3.& 4.

Omnipotentia Dei non eſſet fruſtra, ſi Deus nihil creare decerneret o.31.c.2.n.5.

Omnipotentia eſt attributum diſtinctum à ſcientia, & voluntate, probatur, o.31.c.3.n.2.& ſeq.

Omnipotentia nihil aliud eſt, quam ipſa eſſentia diuina, vt eſt infinita entitas, & ipſum eſſe per eſſentiam, quæ quatenus talis eſt, per ſe eit effectrix cuiuslibet eſſe participati, o.31.c.3.n.2.& c.6.n.1.

Cum omnipotentia Dei *concurrit intellectus, & voluntas, ille vt dirigens hæc, vt applicans, o.31.c.3.n.6. ac idipſum eſſe opinionem D.Thomæ tanquam probabilius oſtenditur c.4.per totum.*

Omnipotentia quamuis ſit abſoluta, & independens, etiam à creatura in eſſe poſſibili, non poteſt tamen à nobis concipi, nec nominari ſine reſpectu ad creaturas, o.31.c.5.n.1.& ſeq.

Obiectum poſſibile potentiæ diuinæ, quando ſumitur relatè non eſt illud, quod fieri poteſt, ſed quod non implicat contradictionem ex terminis, o.31.c.5.n.3.

Si potentia diuina conſideretur in ſe prius eſt, quam entia poſſibilia, o.31.c.5.n.3.

Num poſſe actiuum abſolutum ipſius Dei, quam actiuum relatum prius ſit, quam poſſe paſſiuum, vel abſolutum, vel relatum creaturarum, o.31.c.5.n.4. Et an id probetur aliquo pacto, authoritate Lucæ primo, ibid.n.5.

Quomodo ſit explicandus Anſelmus, qui inquit ideo aliquid eſt poſſibile, quod ab alio fieri poteſt, o.31.c.5.n.6.

Ab omnipotentia obiecto non ens quomodo excluditur non limitatione, ſed excellentia omnipotentiæ, o.16.c.5.n.7.

Non ens, *quod habet capacitatem ad eſſe, an habeat, vt tale ſit ab omnipotentia, ibid.c.5.n.7.*

Deum poſſe facere omne poſſibile, non collectiuè, ſed diuiſim debet intelligi, o.31.c.5.n.8.

Impoſſibile, & Præteritum non cadunt ſub obiectum omnipotentiæ, quod authoritatibus SS. Patrum, & Sacra ſcriptura, probatur, o.31.c.5.n.9.

Impoſſibile Deum *non poſſe facere non eſt infirmitatis, ſed virtutis, & maieſtatis, ibid.c.5.n.11.*

Potentia diuina infinitas veluti intenſiua probatur, deinde infinitas extenſiua eius & quænam ſint, quæ probãt ſuam infinitatem intenſiuam, o.31.c.6.n.1.& ſeq.

Omnipotentia ita dicitur à virtute eius extenſiua, ibid c.6.n.5.in fine.

Dei potentiam eſſe infinitam ratione naturali poſſumus cognoſcere, ibid.c.6.n.6.

Dei potentiam infinitam, eſſe omnipotentiam, an naturali ratione poſſumus cognoſcere, reſpondendum cum diſtinctione, vel de illa formaliter ſumpta, vel materialiter, ibid.c.6.n.7.

De Dei *omnipotentia, quæ poſſumus cognoſcere naturali lumine, o.31.c.6.n.7.*

Omnipotentia in ordine ad actiones, ſiue naturales, ſiue ſupernaturales, o.31.c.7.per totum.

Latitudo diuinæ omnipotentiæ ſe extendit ad ea, quæ facta ſunt, & fieri poſſunt, idemque de earum interitu, & adducuntur authoritates Sacræ ſcripturæ, o.31.c.8.per totum.

Longitudo diuinæ omnipotentiæ cernitur, quod perpetuò, & inceſſanter omnia gubernat, & conſeruat, & concurrit ad omnem cauſarum productionem, probatur ex Sacra ſcriptura, o.31.c.9.per tot.

Deus *niſi ſua potentia cuncta conſeruaret, ſtatim perirent pluribus Sacræ ſcripturæ locis probatur, ibid.c.9.n.3.& ſeq.*

De hac Dei potentia conſeruante loquens D.Paulus, quare dicit, quod portat omnia ibid.c.9.n.3.

Altitudo diuinæ potentiæ cernitur in rebus altiſſimis, & in miraculis, vt ex S. ſcriptura probatur, ibid. c. 10. per tot.

Deus facit miracula, vt cauſa abſoluta creaturæ poſſunt, vt inſtrumentum, quod optimè modus loquendi S. Scripturæ demonſtrat, ibid. c. 10. n. 3. et 4.

Profunditas diuinæ potentiæ explicatur, o. 31. c. 11. per tot. Quod ſcilicet Deus creauerit nutu res ex nihilo, in nihilo momẽto, & ſapientiſſimè fecerit, omnia pertinẽt ad profunditatem diuinæ potentiæ, & probatur ſacris ſcripturis, ibid.

Deo tam facile eſt opem ferre, quam nobis proferre verbum authoritate Pſal. probatur, o. 31 c. 11. n. 2.

Deus an potuerit facere mundũ melius quã fecit, cum diſtinctione eſt reſpondendum, ibid. c. 11 n. 4. & ſeq.

Dei potentia, alia ordinaria, alia abſoluta, & explicantur, o. 31. c. 11. n. 5.

Dei potentia coniuncta eſt cum iuſtitia, & æquitate, ſed pariter timorẽ incutit, quæ authoritatibus S. Scripturæ probantur, o. 31. c. 11. n. 6. & ſeq.

Dei omnipotentiæ pulchra deſcriptio, o. 34. c. 3. n. 1.

Deus quo potentior eo, benignior, elegantiſſimè docet Iob, o. 35. n. 22.

Dei Imperium.

Imperĳ actus nõ eſt in diuino intellectu, qui dicatur talis, o. 32. c. 1. n. 5. et 6.

Imperĳ actus in Deo, vel eſt ad ſeipſum, vel ad alium, ibid. n. 1.

Imperium Dei *ad alium, vel eſt proprium, & eſt ad creaturas rationales, & eſt actus intellectus, vel metaphoricum, & non eſt niſi voluntas exequens, quod Sacra Scriptura probatur, ibidem n. 1. 2. 3. 4. & 5.*

Imperium Dei *ad ſeipſum non poteſt eſſe niſi diuina cognitio, ibid. n. 6. & ſeq.*

Nullus actus intellectus poteſt dari in Deo, *qui propriè nomen imperĳ mereatur reſpectu ſui ipſius, ibid.*

Imperĳ actus in intellectu Dei *reſpectu ſui ipſius, an ſit illud iudicium practicum, quo poſt decretum aliquod liberum iudicat practicè id, quod per voluntatem eſt definitum, eſſe executioni mandandum, ibid. n. 10.*

Deus tunc more magnatum voluit loqui, quando creaturus erat hominem, cuius creatione nobilitandum erat eius imperium, o. 35. n. 26. & ſeq.

Dei Prouidentia.

Dei *prouidẽtia ſignificata per currum Cherubim, & per Eliam, qui erat ſimul currus, & auriga Iſrael, o. 31. c. 9. n. 3. & ſeq. & o. 33. c. 3. n. 3. & ſeq.*

Prouidentiam eſſe in Deo *certa fide eſt tenendum, o. 33. c. 1. n. 1.*

Prouidentia à gubernatione quomodo differat, quidnam ſit eius ratio, ibidem n. 1. & 2.

Prouidentiam magis ſignificare actum voluntatis, quã intellectus, vt probabilius defenditur. ibid. n. 3. & ſeq.

Prouidentia quamuis ſit præparare media ad finem, id etiam ſignificare videtur actum voluntatis, & quomodo, ibidem c. 1. n. 5.

Quomodo ſit probabilis ſententia eorum, qui prouidentiam ponunt in actu intellectus, ibid. c. 1. n. 6.

Prouidentia cum ſit rerum exiſtentium, ſupponit neceſſario creationem ex Scriptura Sacra *probatur, ibidem c. 1. n. 7. & ſequen.*

Prouidentia eſt veluti ſedula creaturarũ obſtetrix, ibid. c. 1. n. 7. & ſeq.

Ad eandem prouidentiam pertinent mater ac filius in vtero conſtitutus, egreſſus vero ex vtero ad aliam, ſicut dicitur de cuſtodia Angelorum, ibid. c. 1. n. 8. & 9.

Filius etſi abĳciatur à matre, nunquam à brachĳs diuinæ prouidentiæ, quod Sacra Scriptura probatur, ibid. c. 1. n. 9. et 10.

Diuinæ *prouidentiæ auribus nulla vox efficacior, quam ipſamet deſtitutio, et derelictio, ibidem c. 1. n. 10. & c. 3. n. 1. et ſeq. & n. 11. et 12.*

Prudentiæ diuinæ ſemper eſt ordinare media ad finem, an autem ſemper includat conſequutionem finis infallibilem, cum diſtinctione reſpondendum de fine particulari, et adæquato, ibid. c. 1. n. 11. 12. 13. 14. et ſeq.

Quomodo intelligitur id, quod canit Eccleſia; Deus, *cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, ibid. n. 16. et ſeq.*

Quomodo prouidentia diuina attingat à fine vſque ad finem fortiter, et diſponat omnia ſuauiter, ibid. n. 19.

Pro-

Prouidentia diuina non fallitur, imo eo medio, quo aduerſarij eius diſpoſitionem fruſtrari contendunt eodemmet ſuo ipſi fine fruſtrentur, quod diſcurſu oſtenditur, o. 33. c. 1. n. 16. & ſeq.

Prouidentiæ diuinæ quomodo praeparantur cogitationes noſtræ, ibid. c. 1. n. 20. & ſeq.

Deus maiorem prouidentiam gerit circa hominem, quam circa cætera animantia, quod pulchrè oſtenditur ex Sacra ſcriptura, ibid. c. 2. n. 1. & 8.

Prouidentia diuina non ſolum homines, & iumenta diſcernit, ſed etiam homines, & homines, vt teſtatur prouidentia Dei erga iuſtos, quod probatur authoritate Pſalmi, ibid. c. 2. n. 2.

Prouidentia Dei magna erga iuſtos tribulatos propter iuſtitiam, pulchrè demonſtratur, ibid. c. 2. n. 2.

Prouidentia Dei omnium maxima erga electos, ita vt cætera nihil curare videatur ex Sacra Scriptura probatur, ibid. c. 2. n. 3.

Prouidentia Dei habet latitudinem ratione effectuum, nec huic doctrinæ contrarium eſt illud Sap. 6. æqualiter eſt illi cura de omnibus, ibid. c. 2. n. 4 et 5.

Prouidentia diuina licet ſit vna, & ſimplex ratione effectuum multiplex dici poteſt, ibid. c. 2. n. 5.

Prouidentia diuina triplex eſt, phyſica, ſeu naturalis, altera moralis, tertia ſupernaturalis, quam diuiſionem in Scriptura Sacra poſſumus reperire, ibid. c. 2. n. 6. & ſequen.

Prouidentia naturalis, & moralis quomodo ad altiorem ordinē euecta ſit, ratione ſupernaturalis, ibid. n. 10.

Prouidentia diuina quædam occulta myſteria palpebrarum diuinarum motu ſignificata, ibid. c. 2. n. 11. & ſeq.

Prouidentiæ diuinæ occulta myſteria non poſſe cognoſcere naturali lumine, probatur Pſal. 72. ibid. n. 12.

Omnia cadere ſub diuinā prouidentiā, quod triplici capite oſtenditur, ibid. c. 3. per totum.

Creaturarum tanta eſt indigentia, vt omnia diffluerent niſi à Dei prouidentia continerentur, probatur ex Scriptura ſacra, ibid. c. 3. n. 3.

Deus quo excelſior eo profundior obtutus eius debet eſſe, & prouidentiam ſuam ad inferiora extendere, ibid. c. 3. n. 5.

Deum habere prouidentiam earum rerum, quæ caſus videntur ſubiecta, probatur authoritatibus Sacræ ſcripturæ, ibid. c. 3. n. 9. & ſeq.

Prouidentia Dei tanta eſt benignitas, vt quod ab alijs pro derelicto habetur ſuæ curæ proteſtetur committi, ibidem c. 3. n. 11. & 12.

Prouidentiam diuinam quomodo non ſubterfugiunt peccata, ibid. c. 3. n. 15.

Deſtitutio rerum omnium optima eſt diſpoſitio ad captanda maiora beneficia diuinæ prouidentiæ, pluribus Sacræ ſcripturæ locis probatur, ibid. c. 3. n. 12. & ſeq.

Dei Cauſalitas.

Deus cur dicatur agens naturalis ordinis, quando in Angelo ſpeciem alterius Angeli producit, non quando ſui producit ſpeciem, o. 14. c. 3. n. 6.

Cauſam reſpectiuam non eſſe in Deo, probatur ad elucidandam rationem formalem omnipotentiæ, o. 31. c. 2. n. 5.

De cauſalitate Dei, vide plura. Dei voluntas, Dei omnipotentia.

Deus Creator.

Deus cur voluerit mundum creare in tempore, o. 1. c. 6. n. 7.

Deus cur voluerit creare hominem cum libero arbitrio, o. 1. c. 6. n. 7.

Deus nulla indigentia mundum fabricauit, ſed ſua bonitate, pulchrè ſignificatur, o. 38. c. 2. n. 1.

Dei Dominium.

Dominium Dei ampliſſimū, proprium creaturæ dominium non excludit, nec donando aliquid amittit, o. 35. n. 10. & ſeq.

Domini titulum nunquam Scriptura ſacra Deo dare conſueuit, niſi poſt creatum hominem, o. 35. n. 12. & 13.

Dominij diuini ius, quam ſit ſummum, oſtenditur, o. 35. n. 14. & ſeq.

Dominio diuino ſubduntur omnes leges naturæ, quas pro libito poteſt abrogare, ibidem.

Dominij diuini ius erga hominem ſummum, o. 35. n. 16. & ſeq.

Dominij iure poſſet Deus maximè laborantes

Digitized by Google

tes homines poſt tot labores perpetuo igni tradere,o.35.n.17.& ſeq.

Dominij diuini, & humani iura erga ſeruos comparantur,o.35.n.17. & ſeq.

Dominij diuini iura, licet ſint ſumma, non vult tamen Deus ita nobiſcum agere, ſed benignè, mercedemque dabit maximam laborantibus,o.35.n.18.19.

Dominus miſericordiæ, quare dicitur Deus, *o.35.n.21.*

Deus quam benignus ſit Dominus, e contra Domini temporales, quam dominatione inſoleſcant,o.35.n.25. & ſeq.

Deus ita dominatur, vt non impendat robur ad opprimendos ſubditos, ſed illius robur, eſt iuſtitiæ fundamentum, o. 35. n. 21.

Deus *indignatur vocari* Dominus, *niſi poſt creationem hominis, cuius obſequio gaudebat,o.35.n.26.& ſeq.*

Deus quamuis ſit Dominus *ſuos ſeruos amicos dixit, & quare? o.35.n.27.*

Dominium Dei plenum, perfectum, firmum, & ampliſſimum eſt, in totam ſe extendens æternitatem,o.35.n.5 & ſeq.

Dei dominium conſtare non poſſet, ſi minimam cum ſeruitute haberet affinitatem, oſtenditur authoritate Sacræ ſcripturæ, o.1.c.6.n.9.

Dei dominium quam ſit plenum erga nos titulo creationis, ac comparatur dominio hominis erga creaturas, latè, o.40.c.2.n. 12.13.14.& ſeq.

Deus multarum rerum efficitur dominus donando, o.35.n.11.

Dictio, ſola, addita Deo, excludit ab eo omnem pluralitatem ſub ratione, & natura Dei,o.4.c.1.n.2.

Differentia eſt cõceptus ſimpliciter ſimplex, o.7.c.4.n.1.et 2.

Diligendi Deum *præceptũ quando obligat, o.40.c.15.n.12.*

Diuitiæ immenſæ quæ olim condebantur cum cadaueribus in ſepulchris, hiſtorijs oſtenditur,o.40.c.8.n.22.

In dæmonibus an poſſit eſſe aliquod lætitiæ genus ſaltem accidentalis, ex D.T*hom. & alijs pars affirmans oſtenditur, o.40. c.12.n.2.*

Dominari *ſi non ad nomen, ſed ad rem reſpicitur, cum de Regibus gentium ſermo ſit, non eſt aliud quam tyrannidem exercere,o.35.n.20.*

Domini *nomen in fronte, & in receſſu timorem incutit, & interpretatur quaſi dans minas,o.35.n.20.*

Domini temporales quam dominatione inſoleſcant, at Deus quam benignus ſit Do*minus,o.35.n.25.& ſeq.*

Dominium *altum Regum ſeu* Principum *in bona Ciuium etiam priuata, imò in perſonas ipſas in ordine ad commune bonum quodnam ſit,o.26.c.8.n.1.*

Dominium *hominis quamuis Regis anguſtiſſimum eſt, & limitatum, ſeruituti admixtum,o.35.n.7.*

Donũ ex Ariſtotele dicitur irredibilis gratia, quia ex animo profecta nil aliud reſpicit,o.13.c.2.n.2.

Donum *quare vulgo dicitur* (*Preſente*) *at dona, quæ fiunt inter homines cur futura iure optimo poſſunt appellari? o. 13. c.2.n.2.*

D*ux militiæ, aut Princeps, an ex iuſtitia diſtributiua, vel commutatiua, teneatur ſpolia diuidere inter milites, iuxta meritorum proportionem,o.26.c.5.n.11.*

B

E *Celeſia ſancta cur incipiat horas matutinas illis verbis, Domine labia mea aperies, cuius moris pulchra redditur ratio, o.22.c.6.n.4.*

Eſtaſis quomodo fiat de Chriſti amore in nos,o.38.c.9.n.4.

Electionem ad gloriam non eſſe ante merita præuiſa, ea ratione, quia actus diuinus non poteſt intenſius fieri in vnum, quam in alium improbatur, quia ſi id verũ eſſet, probaret nec de poſſibili id poſſe fieri, quod omnes negant, o.22.c.4.n.6.

E*ns neceſſarium, quod ſoli* Deo *competit, pulchrè definitur Actorum 17. o.1.c.5.n. 10.& c.6.n.1.*

E*ntia neceſſaria eſſe plura, impoſſibile eſt,o. 1.c.5.n.4.*

Epaminundæ Regis Thebanorum egregium factum, o.35.n.52.

Epiſcopatus deſideriũ antiquis temporibus valde differt ab illo, quod ſolet eſſe his temporibus noſtris,o.35.n.109.

Epiſcopatus laborem, & opus deſiderare quando liceat, o.35.n.109.

Erat, *cur tribuat* Verbo *Euangeliſta, cum de eius productione loquatur, o. 34. c.9. n.1.& cur quater* Erat *ponatur.n.2.*

Eſſe & eſſentia quomodo diſtinguantur, o. 1.c.1.n.1.& ſeq.

Eſſe & exiſtere cum tanta poteſt eſſe conili-

ſtiam miſeria, vt rationabiliter quis appetat potius non eſſe, quam ita eſſe, optimè probatur authoritate Sacra Scripturæ, o.21.c.6.n.16.
Euangelij cauſa, quam grauis, & quam puri debent eſſe eius concionatores, o.35.n.103.
Eucharistia Sacramentum figuratum per ſacrificium laudis, o.1.c.6.n.1. & ſeq.
Eucharistia Sacramentum, vide plura Sacramentum, Sacrificium.

F

FArfalla, latinè papilionis exacta deſcriptio, o.35.n.61.
Fœminis non tam cito eſt adhibenda fides, exemplo Petri lepidè oſtenditur, o.40.c.7.n.12.
Ficulneam quare Dominus maledixerit, pulchrè locus explanatur, o.40.c.8.n.16.
Fidei actus, vt fiat, quænam requirantur, o.14.c.2.n.11. & ſeq. & c.3.n.4.
Fidelitatis & iuſtitiæ debiti, quomodo differant, o.26.c.1.n.5. & ſeq.
Fides Trinitatis Myſterij quanti ſit facienda, præſertim ad demerendum fauorem à Deo, o.34.c.12.n.8.
Fieri, in Scriptura Sacra, à nobis tunc aliquid dicitur, cum factum, aut futurum declaratur, aut prædicitur, o.35.n.55.
Finis voluntas in eo, qui perfectè operatur, non eſt virtualis tantum, ſed formaliſſima, & expreſſa, o.22.c.4.n.3.
Finis intentio eſt proportionata electioni mediorum, & è conuerſo, media manifeſtant qualis fuerit intentio finis, o.22.c.4.n.4. et 5.
Filius in diuinis cur dicatur habere vitam in ſemetipſo, non autem à ſemetipſo, o.1.c.1.n.9.
Filius Dei cur appelletur à Ioanne Verbũ, plures afferuntur rationes, o.34.c.9.n.4. & ſeq. Et cur Verbum ſimpliciter dicitur & non Verbum Dei, n.8.
Filius Dei quando ſic à Ioanne appellatur, cur vtatur propoſitione, In, quando vero illum vocat Verbum, abſtineat à tali propoſitione, & dicat apud Deum, o.34 c.9.n.13. & 14.
Filij æqualitas cum Patre æterno, quomodo probetur à Ioanne, o.34.c.9.n.27.
Filij vnitas cum diſtinctione perſonæ à perſona Patris, probatur à Ioanne, o.34.c.9, n.28. & 29.
Filium non poſſe facere quidquam ſine Patre, non dicit impotentiam, ſed neceſſitatem indiuiduæ actionis cum ſumma potentia, o.34.c.9.n.30. & 31.
Filius Dei appellatur gloria Patris, o.34.c.10.n.1.
Filium eſſe æqualem Patri, ex vnitate Potentiæ, probat Ioannes, o.34.c.9.n.20.21.22. & 23.
Filij gloria cur Patris cordi tã fuit, vt videatur in illam omni ſtudio incumbere, o.34.c.10.n.3.
Filij præconia ſunt laudes Patris in diuinis o.34.c.10.n.6.
Filij gloriæ dum detrahitur, Pater ſuæ gloriæ detrahi putat, quod pulchrè oſtenditur, o.34.c.10.n.8.
Filius cur aliquando in ſcriptura ſe anteponit Patri, o.34.c.10.n.9.10. & 11.
Filius non ſolum ducit in cognitionem Patris, ſed ipſum reuelat ad differentiam creaturarum, o.34.c.10.n.12.
Filius Dei quare vnigenitus Patris vocatur à Ioanne, o.34.c,10.n.12.
Finitum, & infinitum licet propriè dicantur de quantitate molis, translata ſunt ad ſignificandum gradum perfectionis, o.8.c.1.n.1.
Fiſcum ſæpius vinci, optimi Principis eſt ſignum. o.35.n.55.
Forte, particula, quando cum cognitione coniungitur, ſæpè non ignorantiam cognoſcentes ſignificat, ſed libertatem voluntatis humanæ, o.18.c.11.n.5. & o.19.c.3.n.11.
Fortitudo cum vna ſit virtus, ſufficit ad moderandos timores, & mediocres, at non ſufficit vna virtus ad moderandum affectum pecuniæ copioſæ, & mediocris, ſed indigemus magnificentia, & liberalitate, o.29.c.2.n.3. & 4.
Fortitudinis actus, qui & eius definitio, o.38.c.7.n.2.3. & 6.
Fortitudinis duæ ſunt partes, & quæ, o.38.c.7.n.6. & n.11.
D. Franciſcus, quod viaticum dabat Fratribus ſuis peregrinantibus, o.33.c.3.n.12.
Fumus Deo tributus claritatem nimiam ſignificat ex ſcriptura Sacra oſtenditur, o.34.c.6.n.5.
Futura contingentia non quia Deus prævidit ita erunt, ſed quia erunt propterea præuidit, probatur authoritate Sacræ Scripturæ, o.18.c.9.n.5.

Fu-

Futura contingentia habent determinatam veritatem, per quam poſſunt terminare ſcientiam diuinam, o.18.c.13.n.3.& ſeq.
Futurum illud eſt determinatè futurum, de quo verum eſt dicere, quandoque eſt de præſenti, o.18.c.13.n.4.& ſeq.
Futura contingentia, quod habeant determinatam veritatem, demonſtratur ex reuelatione diuina, quæ ipſa prædicit, o.18. c.13.n.5.
Futurorum conditionalium triplex diuiſio, o.19.c.6.n.1.
Futura libera conditionalia quæ ſint, explicatur o.19.c.1.n.1.
Futurum conditione, ſeu ex hypotheſi, quod non ſit impoſſibile, nec indeterminatæ veritatis probatur, o.19.c.2.per tot.
Futurorum contingentium propoſitiones nō ſignificant neceſſariam connexionem, vel illationem vnius ex alio, ſed tantum per modum ſimplicis affirmationis, quod eſſēt futura, ſi hypotheſis exiſteret, o.19. c.2. n.3.
Futura conditionalia, & eorum cognitionem, qui Patres conſequenter illā admittunt, o.19.c.4.n.11.& 12.
Futura conditionalia probantur duobus Chryſoſtomi teſtimonijs, o.19.c.4.n.13.
Futurorum conditionalium propoſitiones diſparatæ ſub tali conditione non cognoſcuntur à Deo, o.19.c.6.n.1.

G

Gabriel miſſus ad annunciandum Myſterium Incarnationis, an ſummus Angelus fuerit, o.35.n.95.& ſeq.
Gloria cœleſtis, ex iuſtitia datur, & ex gratia, probatur, o.26.c.2.per totum, præſertim à n.9.& c.3.per totum, probatur authoritatibus SS. Patrū, & Concilij Tridentini.
Gloria Filij Dei cur ita fuit cordi Patris, vt omni ſtudio in illam Pater incumbat, o.34.c.10.n.3.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſanctō varia declarationes, o. 34.c.13. per totum.
In Gratia an ſimus quomodo certi eſſe poſſumus, o.22.c.9.n.2.& 3.
Gratiæ congruæ negatio dicitur obduratio, & obcæcatio, o.35.n.112.
Gubernatio à Prouidentia quomodo differat, o.33.c.1.n.1.
Guſtus, & Tactus non ſentiunt qualitates ſuis organis inhærentes, ſed potius rerum afficientium, o.36.c.4.n.4.

H

Hæreſis Iouiniani aſſerit omnes beatos eſſe æquales, o.14.c.13.n.2.
Hæretici magis ſunt fugiendi, quam dæmones, & quomodo cum eis tractandum, o. 40 c.7.n.7.& 8.
Hieruſalem illam cœleſtem cur ſub metaphora Ciuitatis deſcendentis non ſtantis viderit Ioannes? o.13.c.5.n.19.
Hieruſalem ruina ſignificatur commotione illa luminarium templi, o.35.n.82.
Hominem cur voluerit Deus creare cum libero arbitrio, o.1.c.6.n.7.
Homo ſtans, & permanens adhuc vanus, & inconſtans, o.11.c.2.n.6.& 7.
Homo viuens ſimulacrum mortis, o.40.c.8. n.12.& ſeq.
Homo qui exuit miſerationem deſinit eſſe homo authoritatibus PP. & Sacra ſcriptura, lepidè probatur, o.40.c.12.n.4.5. & ſeq.
Hominis nomine non ſunt digni, qui non miſerentur animarum purgatorij, o. 40. c.12.n.7.
Homo cur ab humo dicatur, ex Ambroſio oſtenditur, o.40.c.12.n.7.
Humilitatis virtutis proprietates, ac definitio, o.37.c.7.n.7.
Humilitas Mariæ, vide Maria.
Humilitatem Chriſtus, vt nos doceret, totam eius in carne œconomiam direxit, o. 37.c. 7.n.6.
Humilitas ex Patribus definitur, o.38.c.5. n.3.& ex philoſophis, ibid.c.6.n.1.
Humilitas quam glorioſa ſit, o.38.c.6.n.11.

I

Iacob ſeruiuit, Eſau, natu maiori non obſequio, ſed perſequutione, o.33.c.1.n. 21.& ſeq.
Ieſus nomen ad inclinandum Deum ad miſericordiam quam potentiſſimum, o.37.c. 5.n.8.
Ieſus nomen continet eminenter omnia alia nomina ab Iſaia 9.prolata, o.37.c.5.n.8.
Ieſus ſolus nouit peccatoribus parcere, o. 37.c.5.n.9.
In igne potentia obedientialis actiua, teſtibus pluribus locis Sacræ ſcripturæ, probatur, o.36.c.3.n.6.& ſeq.

Ignis

Digitized by Google

Ignis purgatorij, & inferni non diſtinguũtur niſi quoad durationem, rationibus probatur, o.40.c.12.n.1.

Illimitatum, & perfectum quid ſibi velit, o.1.c.3.n.1.

Immortalis quo pacto ſolus Deus *dicatur,* o.6.c.2.n.4.

Imperare eſt ſecundum veriorem ſententiam actus intellectus proponens voluntatem ſuperioris, probatur authoritate Sacræ ſcripturæ, & ſoluuntur authoritates oppoſitæ o.32.c.1.n.1.& *ſeq.*

Imperatiuum pro futuro ſæpe in Scriptu*ra ſacra vſurpatur,* o.35.n.110.

Imperatores, qui, Maximi, *titulum recuſarunt,* o.35.n.3.

Imperatoris Traiani iuſtitia commendatur o.35.n.118.

*Imperium licet ſit actus intellectus intrinſece; tamen eſt à voluntate, & ita dicitur de lege, ibid.*n.3.

Imperij actus nullus poteſt dari in intellectu, qui talis ſit reſpectu ſui ipſius, o.32.c.1.n.8.

*Imperij actus an aliquo modo dicatur iudicium practicum, quo homo notificat ſibi ſuum conſenſum, ibid.*n.9.

Imperij actus in homine, vel ad alium, vel ad ſe, o.32.c.1.n.1.

Impius quibus armis pugnat aduerſus Deũ, ipſis diteſcit diuina iuſtitia in ipſorũmet caput, o.33.c.3.n.15.

Impœnitentia eſt ſpeciale peccatum, & quando committitur, o.40.c.15.n.2.& *ſeq.*& n.8.

Impœnitentiæ peccatum an committat, qui ſtatim poſt commiſſum crimen letale non pœniteat, & latè contra aliquos pars negatiua defenditur, o.40.c.15.n.3.4.& *ſequen.*

De Incarnationis myſterio an loquatur Paulus 1.*Timoth.*3.*inquiens, & manifeſtè magnum eſt Sacramentum, &c. cuius verba variè, & latè exponuntur,* o.37.c.1.*per tot.*

Incarnatio varijs nominibus tum in Scriptura ſacra, tum à Patribus celebratur, o.39.c.4.n.6.

Incarnatione calcaria addita miſericordiæ Dei ſunt, quæ antea ſegnis videbatur, o.37.c.5.n.13.& 14.

Incarnationem Chriſti *miſeriæ humilium, & prædeſtinatorũ accelerarunt ex Scriptura ſacra, &* PP.*oſtenditur,* o.40.c.11.n.1.

Incarnationis Myſterium innotuit Angelis non quoad ſubſtantiam, ſed quoad aliquas circumſtantias prædicantibus Apoſtolis, probatur auctoritatibus Patrum, & Sacra ſcriptura, o.37.c.1.n.5.

Incarnationis Myſterij proportiones cum Trinitatis Myſterio plures enumerantur o.37.c.2.n.1.& *ſeq.*

De Incarnationis Myſterio *varia paradoxa non ſecus, ac de Trinitatis Myſterio, quæ affirmantur,* o.37.c.2.n.1.

De Incarnato Deo *paradoxa, quæ Eccleſia, & Patres enunciant,* o.37.c.2.n.3.& 4.

Incarnationis Myſterium nedum difficultatibus, ſed nobilitate videtur quodammodo Trinitatis ſacramentum antecellere, o.37.c.3.*per tot.*

Incarnationis Myſterij nec veſtigium quidem datur in creaturis, ſicut datur Trinitatis, o.37.c.3.n.1.& c.4.n.8.& *ſeq.*

Incarnationis Myſterium etiam ſecundũ ſe, quam magnum eſſe oſtenditur, o.37.c.4.*per tot.*

Incarnationis Myſterij præcones tres ſunt, & quales? o.37.c.4.n.1.& *ſeq.*

Incarnationis Myſterium ineffabile, iuxta modum loquendi Scripturæ ſacræ, o.37.c.4.n.1.& *ſeq.*

In Incarnationis Myſterio mirabilia contenta oſtenduntur, o.37.c.4.n.2.& 3.

Incarnatio cur tribuatur Spiritui ſancto, adducitur ratio allata in Concilio Niceno, o.37.c.4.n.4.

Incarnationis Myſterij celſitudo ſuperat capacitatem intellectus Angelici, o.37.c.4.n.4.

Incarnationis Myſterij ineffabilitatem mira Patrum dicta prædicant, o.37.c.4.n.4.& 5.

In incarnationis Myſterio *quot miracula continentur, latè oſtenditur,* o.37.c.4.n.6.

Incarnationis Myſterij profunditatem omnes artes liberales admirantur, o.37.c.4.n.7.

Ad Incarnationis Myſterium declarandũ ſimilitudo omnium accomodatiſſima petitur ex corpore, & anima, ac multa conuenientia, & diſcrimina enumerantur, o.37.c.4.n.9.

Incarnationis Myſterium quomodo ſit magnum pietatis, ac miſericordiæ ſacramentum authoritate Patrum, *& Sacræ ſcripturæ probatur,* o.37.c.5.*per tot.*

Incarnationis doni magnitudo ſtupore celebran-

Digitized by Google

branda,præſertim ſpectato ſæculo,quando factum eſt,o.37.c.5.n.3.& 4.
Indignus exiſtimandus eſt comparatione dignioris,qui alioqui eſt dignus, dum de Reipubl.agitur diſtribuendis præmijs,o. 35.n.40.
Infinitum,& finitū licet dicantur de quantitate molis,tranſlata ſunt ad ſignificandum gradum perfectionis,o.8.c.1.n.1.
Inimicum nullum habemus pernicioſiorem in via communi, quam nos ipſos, vnde magis timendum à nobis ipſis, quam à Dæmone,pulchrè demonſtratur, o. 39. c. 10.n.2.
Iniuriarum immemor perfecta Dei ſimilitudo eſt,pulchrè ex Patribus oſtenditur, o.38.c.8.n.8.
Inſtantia,ſeu ſigna rationis admittit communis opinio in intellectu, & voluntate diuina,& quomodo,o.18.c.14 n.3.& 5.
Intellectio non poteſt fieri ſecundum genericam rationem ab vna cauſa,& ſecūdum ſpecificam ab alia,etiam ſi de ſupernaturali ſit ſermo,o.14.c.2.n.6.& ſeq.
Intellectus creatus ad viſionem beatificam concurrit,non per naturalem virtutem, ſed per potentiam obedientialem, o.14.c. 6.n.2.& 3.
Intellectionis terminus, vt eſt actio, eſt ipſamet intellectio, vt qualitas eſt, o. 14. c. 10.n.1.& ſeq.
Intellectio, vt eſt qualitas, eſt eadem realiter,& formaliter, ac verbum mentis, o. 14.c.10.n.4 & ſeq.
Intellectio ex proprio genere eſt perfectior, quam volitio,o.7.c.4.n.1.& 2.
Intellectus in nobis eſt eſſentialiter rationalis,voluntas autem non niſi per participationem,o.7.c.4.n.3. & 4.
Intellectiuum eſt prima differētia, qua differunt naturæ intellectuales à non intellectualibus,o.7.c.5.n.3.& 4.
Intellectiuum, & volitiuum quomodo ſe habeant tum in diuinis, tum etiam in humanis, ibid.
Intellectum creatum non poſſe clarè Deum videre propria virtute, certum de fide tenendum eſt,quod pluribus authoritatibus Sacræ Scripturæ probatur, o. 12.c.2. n.1.& ſeq.
Intellectus noſter ex cognitione creaturarū incomprahenſibilitatem Dei haurit ex Sacra ſcriptura demonſtratur, o.12.c.4.n. 4. & ſeq.
Intellectus creatus quanto magis in Deum habet coniectos oculos mentis, eo magis Deus eius cognitionem ſubterfugit, o.12. c.4.n.9.
Intellectum eſſe nobiliorem potentiam voluntate,pluribus probatur, o.13.c.2.n.1. & ſeq.
Intellectus cognitionem naturalem cur Hebræi vacant aſcenſum, o.13.c.7.n.3.
Intellectus an creari poſſit in ordine ſupernaturali,ita vt connaturalis ſit ei viſio beatifica.o.13.c.8.per tot.
Intenſio qualitatum ſecundum veriorem ſententiam non eſt coaceruatio plurium graduum eiuſdem qualitatis,ſed & compoſitio per ſe taltum graduum,quorum vnus natura ſua ſupponit alium,o.15.c. 1.n.14.
Interrogatio quandoque non ignorantiam, ſed admirationem ſignificat, o. 15. c. 4. n.10.
Intuitiua cognitio,vide Cognitio intuitiua.
Ioannes Euangeliſta fuit dilectus magis à Chriſto Domino,quam Petrus amicitia quadam humana.o.22.c.10. n.5.
Ira an ſit in Deo,& quid ſentiat D. Auguſtinus,o.24.c.3.n.1.& 2.
Ira quomodo differat ab odio inimicitia, o. 23.c.1.n.4.& 5.
Iræ affectus definitur, o.24.c.1.n.2.
Ira vt à Lactantio definitur, nullam dicit imperfectionem,& ſic Deo eſt concedenda o.24.c.1.n.3.& c.2.per tot.
Ira quomodo differt à iuſtitia vindicatiua, o.24.c.1.n.4.
Iræ humanæ, & diuinæ diſcrimen ex Scriptura Sacra,o.24.c.2.n.2.& 3.
Iræ cauſa ſolent eſſe inedia,imbecillitas,debilitas,vnde infirmi,ſenes,pueri,fœminæ, iræ ſunt maximè ſubiecti, o.24.c.2.n.4.
Ira hominis,quæ nullis clauditur terminis, deſcribitur exemplo Scripturæ, o.24.c.2. n.2.
Iſaiæ cur alio pacto purgata ſunt labia,quā Hieremiæ, o.35.n.99.
Iſaias quare vltrò ſe ad legationem offert, Moyſes vero recuſat, o.35.n.105.
Iſaias ſerra,eſt diſſectus propter libertatem prædicandi, o.35.n.108.
Iſaiæ in ſua legatione cur certa dātur mandata,vade,& dic populo huic,&c. Hieremiæ vero nequaquam, o. 35. n. 115. & ſeq.
Iudæorum duplex cæcitas ex culpa vna, altera ex pœna,quæ diſtinctio ad Iſai.intelligentiam valde confert, o.35.n.112.

Iudi-

Iudicandi authoritas per ſedere in Scriptura ſacra ſæpe ſignificatur, o. 35. n. 35. & 74.
Iudices & ſi vigilantes eſſe debent, à iuſtitia quandoque cadunt ſi ſint oculati, o. 35. n. 51.
Iudex, qui in iudicio perſonam amici nouit, iuſti iudicis exuit, o. 35. n. 51.
Iudex viuorum, & mortuorum cur præcinctus ad mammillas zona aurea deſcribitur, o. 35. n. 52.
Iudicium Epaminūdæ Regis Thebanorum egregium, o. 35. n. 52.
Iudicum mos antiquus, qui interiecto velo ſe continebant, dum capitis ſententiam erant laturi, o. 35. n. 53. & ſeq.
Iudicibus optimum datur documentum, quando Principi lis eſt cum ſubdito, & anceps illi videtur controuerſia, ſcilicet ut pro ſubdito iudicent, o. 35. n. 55.
Iudices dum iudicant debent ſibi perſuadere Deum ibi eſſe præſentem, o. 35. n. 74.
Iudicium Dei perfectiſſimum pulchrè ſignificatur ex Daniele, o. 35. n. 35.
Ius duplex datur commutatiuæ, & diſtributiuæ iuſtitiæ, & quodnam, o. 26. c. 5. n. 4.
Iuſti magis ſentiunt in ſeipſis pugnam carnis aduerſus ſpiritum, quam impij, o. 39. c. 10. n. 2.
Iuſti quam prompti ſint in exequendis diuinis mandatis, & quam deuotè tractent diuina, exemplo Abrahæ Patrum, & Scriptura ſacra probatur, o. 37. c. 7. n. 8.
Iuſtificari iuxta Sacræ ſcripturæ phraſim quid ſignificat, o. 37. c. 1. n. 3. & 4.
Iuſtis, & diligentibus Deum, quomodo omnia cooperantur in bonum, pulchrè oſtenditur, o. 33. c. 1. n. 20. & ſeq.
Iuſtitia duplex, altera generalis, altera particularis, o. 26. c. 1. n. 1.
Iuſtitia definitur à Vulpiano, o. 26. c. 1. n. 2.
Ex Iuſtitia promittens, tenetur ſtare promiſſis, & quando, o. 26. c. 1. n. 4.
Iuſtitiæ debitū, & debitum fidelitatis quomodo differunt, o. 26. c. 1. n. 5. & ſeq.
Iuſtitiæ debitum quando imperfectionem arguit, & quando non, o. 26. c. 1. n. 7.
Iuſtitia virtus non modo eſt ad alterum, ſed etiam veritatis, ex D. Thoma, o. 26. c. 4. n. 1.
Iuſtitiæ commutatiuæ, & diſtributiuæ rationes formales ſumendæ ſunt ex iuribus, quæ reſpiciunt, o. 26. c. 5. n. 2. & ſeq.
Iuſtitiæ commutatiuæ, & diſtributiuæ rationes unde ſumendæ ſint, latè, o. 26. c. 5. per tot.
Iuſtitiæ commutatiuæ ius violatum inducit obligationem reſtituendi, non vero cum violatur ius diſtributiuæ, latè, o. 26. c. 5. à n. 5. vſque ad 13.
Iuſtitiæ diſtributiuæ munus apparet eſſe ſuperioris, o. 26. c. 5. n. 18.
Iuſtitia commutatiua, & diſtributiua in eodem actu aliquando concurrunt, o. 26. c. 5. n. 26.
Iuſtitiæ diſtributiuæ an potius commutatiuæ leges violet, qui dignum digniori præfert in conferendo beneficio, vel cathedra, & conſequenter an obligetur ad reſtitutionem, o. 26. c. 5. n. 5. & ſeq.
Iuſtitiæ debitum non poteſt eſſe in Deo, ſecluſa promiſſione, & impugnatur contraria ſententia, o. 16. c. 5. n. 22.
Iuſtitia commutatiua, & diſtributiua an ſint in Deo tanquam duo attributa ſpecie diuerſa noſtro modo concipiendi, explicatur, o. 26. c. 5. n. 28.
Iuſtitiæ diſtributiuæ, & commutatiuæ obiectum, an poſſit eſſe idem bonum, o. 26. c. 5. n. 29.
Iuſtitia legalis quænam ſit, o. 26. c. 8. n. 1. & ſeq.
Iuſtitiæ diſtributiuæ quales ſint leges, o. 35. n. 40.
Iuſtitia laudatur, ac quam neceſſaria in Principe, o. 35. n. 118.
Iuſtitia Chriſtiana duobus tota continetur nempè diuertere à malo, & facere bonū, quod ex Patribus probatur, o. 40. c. 9. n. 1. & 2.

L

Lacrymæ, & lamenta huius vitæ ſemina ſunt gaudij, & beatitudinis in alia o. 13. c. 5. n. 10.
Lacrymarum laudes, & prærogatiuæ è PP. excerptæ recenſentur, o. 40. c. 18. n. 1. & 4.
Lacrymarum Baptiſmus, quo omnes maculæ animorum eluuntur, authoritatibus PP. oſtenditur, o. 40. c. 18. n. 2. & 3.
Lacrymæ reddunt flentem inter mille pericula ſecurum, quod lepidè facto Cain oſtenditur, o. 40. c. 18. n. 5.
Lacrymæ veræ in inferno non ſunt, o. 40. c. 18. n. 8.
Lacrymarum vis tanta, ut tartari ignem extin-

extinguere ſufficeret, quod ex diuite guttam aquæ poſtulante, oſtenditur, o.40. c. 18.n.8.
Lacrimæ, & ſuſpiria habent in patria cæleſti proprium honorem, quod authoritatibus Sacræ ſcripturæ comprobatur, o. 40.c.18.n 9.
Lacrimæ iram Dei conuertunt in manſuetudinem, quod pulchrè ſcripturis ſacris oſtenditur, o.40.c.18.n.9.
Lacrymæ vincunt inuincibilem Deum, o.40 c.18.n.10.
Lacrymas puniendorũ prius exiccat Deus quando vult punire ſine miſericordia, o.40.c.18.n.10.
Lacrymæ in abluendis peccatis, & rebus æternis, debent impendi, pro rebus temporalibus illas effundere nullius momenti ſunt apud Deũ, quod authoritatibus PP. & Sacræ ſcripturæ lepidè demonſtratur, o.40.c.18.n.11.
Latronis boni prærogatiua ex Patribus, o. 38.c.8.n.4.
De Latronis conuerſione quid ſenſerint Patres, o.40.c.16.n.2.
Lazari ſorores prudenter Chriſto nuntium miſerunt, qui diceret, ecce quem amas infirmatur, o.22.c.10.n.1.& ſeq.
Legati partes ſunt poſthabere priuatos affectus publicæ vtilitati, quod ſacris, & profanis exemplis comprobatur, o.35.n. 117.
Legatus cum de rebus agitur eccleſiaſticis quis eſt mittendus, o.35.n.117.
Legati aliæ partes etiam enumerantur. ibidem.
Legati virtus in dicendo, Imperatoris vero in agendo eſt poſita, & ita facundiſſimum mittere oportet, o.35.n.117.
Lex à Deo data, vt melius cuſtodiatur, miſericordem, ac facilè ignoſcentem ſe exhibet, ſicut optimus legiſlator, o.22.c. 6.n.5.
Liberalitatis virtus propria bona alteri cõmunicat, non intuitu alicuius commodi, ſeu vtilitatis propriæ, o.28.c.1.n.1.
Liberalitatis virtus circa quod ſecundum Ariſtotelem verſatur, examinatur, o.28. c.1.n.5.& 6.
Liberalis poteſt dici Summus Pontifex in elargiendis eleemoſinis, o.28.c.1.n.7.
Luciferi ſuperbia nunquam Deo trino, & vno exequari ambiuit, o.34.c.7.n.10.
Lumen gloriæ an poſſit eſſe connaturale alicui intellectui creabili, o.13.c.8.n.3. & 4.
Lumen gloriæ, & viſio beatifica cur dicantur entia ſupernaturalia, o.13.c.8. n.12.
Lumen gloriæ dari, & quod ſit eius munus, o.14.c.1.& c.2.per tot.& ſeq.
Lumen gloriæ quid ſit, declaratur, o.14.c. 1.n.1.
Lumen gloriæ ita explicatum, licet non ſit de fide dari, tamen eſſet temerariũ illud negare, o.14.c.1.n.1.& 2.
Lumen gloriæ ex Concilio Viennenſi diſtinguendum à viſione, o.14.c.1.n.3.& 4.
Lumen gloriæ non eſſe auxilium ſupernaturale neceſſarium ad eliciendam viſionem tanquam improbabile reijcitur, ibidem n.4.
Lumen gloriæ efficaciter concurrit ad viſionem ſupplens defectũ ipſius potentiæ, eius ex parte ſe tenet, non obiecti, o. 14.c. 2.per tot.
Lumine gloriæ perficitur virtus intellectiua, & quomodo, o.14.c.3.n.1.& 5.
Lumen gloriæ de potentia abſoluta non requiritur ad videndum Deum, o.14.c.3.n. 4.& o.16.c.4.per tot.
Lumen gloriæ an concurrat ad viſionem beatificam, non ſolũ efficienter, ſed etiam materialiter, o.14.c.4.n.1.& ſeq.
Lumen gloriæ etiam requiritur vt diſpoſitio ad vnionem intellectus cum eſſentia diuina in ratione obiecti, o. 14. c.5. per totum.
Lumen gloriæ, & eius munus explicatur per illa verba Pſalmi 35. in lumine tuo videbimus lumen, o.14.c.6. per tot.
Lumen, quod ſe habet ex parte potentiæ à lumine, quod ſe habet ex parte obiecti, quomodo differat, explicatur verbis Pſalmi 35. o.14.c.6.n.1.
Luminis ſub metaphora omnis diuinæ Maieſtatis pompa, explicatur, o.14. c.6.n.1. & 2.
Lumen gloriæ poteſt eſſe talis perfectionis indiuidualis, vt ſit principium connaturale illius viſionis beatificæ, qua viderentur decreta libera voluntatis diuinæ, o. 14.c.18.n.12.

M

Magiſtratus ſupremi quales ſint partes, o.35.n.41.& ſeq.
Magiſtratus patentes debent eſſe omnibus, patenteſque habere aures ad miſerorum clamores, o.35.n.60.

Me-

Digitized by Google

Malum pœnæ quatenus malum eſt, non vult Deus, o.21.c.7.n.6.
Malum pœna, vel alicuius naturalis defectus per accidens, vt eſt coniunctum cum aliquo bono poteſt cadere in diuinam voluntatem, Scriptura ſacra probatur, ibid.n.7.
Malum pœnæ Deus non vult voluntate antecedente, ſed conſequente, o.21.c.7. n.8.
Malum culpæ Deus non vult neque voluntate antecedente, neque conſequente, o.21 c.7.n.1.
Malum culpæ neque quoad formale, neque quoad materiale vult Deus, probatur Sacra ſcriptura, ac reſpondetur obiectionibus, o.21.c.7.n.22.& ſeq. & n.26. vſque ad finem.
Mali culpæ permiſſionem Deus quandoq; vult in pœnam alterius peccati, non peccatum ipſum, o.21.c.7.n.20.& 33.
Malum culpæ, quod ordinetur ad aliquod bonum à Deo, non habet ex ſe, ſed ab extrinſeco illi conuenit, probatur authoritate Sacræ ſcripturæ, o.21.c.7.n.18. & ſeq.
Malum culpæ ita abominatur Deus, vt bonum eius cauſa deſinat appeti, probatur Sacra ſcriptura, o.21.c.7.n.16.
Malum culpæ Deus neque per ſe vult, neq; per accidens, probatur rationibus, & authoritatibus Sacræ ſcripturæ, o.21.c.7.n. 9.& ſeq.
Martyrium Sanctorum, eorumque paſſiones Deus quomodo vult, & prædeſtinat, præſcindendo ab actionibus Tyrannorũ, & Dæmonum, o.21.c.7.n.11.& ſeq. & c. 4.n.4.
Magnanimitas virtus, ad quod opus dirigitur, & inclinat, o.30.c.1.n.2.
Magnanimitas quomodo inclinat ad magna in omni virtutum genere, ſi omnis virtus, ſi ſit perfecta, ad opera magna ſui generis inuitat? ibid.n.2.& 3.
Magnanimitas verſatur circa honores velut circa materiam remotam, moderando eorum appetitum, quod probatur authoritate Sacræ ſcripturæ, o.30.c.1.n.4. & 5.
Magnanimitatis, quod munus primarium, quodque ſecundarium, o.30.c.1.n.7.
Magnanimitas præſertim reperitur in ijs, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti, probatur Iſaia, & Pſal.o.30.c.1.n.8.
Magnanimitas definitur, o.38.c.5.n.2.
Magni dies cur à Chriſti aduentu in terras ſint dicti. o.1.c.6.n.4.
Magnificentia ex Caietano attendit magnum in materia exteriori magnanimitas in ipſo actu magnificentiæ, o.29.c.1.n. 1.& o.38.c.5.n.3.
Magnificentiæ reſpectus ad facientem accidentarius eſt formali rationi magnificentiæ. o.29.c.1.n.2.
Magnificentia, & liberalitas, an in homine differant eſſentialiter, o.29.c.2.n.1.& ſeq.
Magnificentia quid ſit, & circa quod verſatur, oſtenditur, o.29.c.1.n.1.
Man quomodo dicebatur habere omnem ſaporem, o.36.c.4.n.1.
Man innatus ſapor, erat ſimile cum melle paniſq; oleati, ibidem.
Man illud an fuerit eiuſdem rationis cum noſtrate, ibidem. Vbi etiam an habuerit virtutem ad curandas infirmitates.
Man non tranſubſtantiabatur in varias ciborum ſubſtantias, o.36.c.4.n.2.
Man manducans guſtabat in illo eum ſaporem quem volebat, ſiue iuſtus, ſiue impius eſſet, ibidem.
Man color, odor forma, tenuitas, & ſimiles qualitates, eædem ſemper perſeuerabant, & quibus ſimiles, o.36.c.4.n.2. & 3.
Man à Deo communicabatur hic vel ille ſapor pro vario comedentis appetitu, o. 36.c.4.n.5.
Man cur dicebatur habere omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem, ibid.n.5.
B. Mariæ Virgini piè credendum eſt, eſſe conceſſum priuilegium videndi Deum in hac vita, ſi alicui conceſſum eſt, o.15. c.10.n.13.
B. Mariæ Virginis, fiat, excellentia cui plus quodammodo videtur credidiſſe Deum, quam proprio. o.37.c.2.n.6.
Ex Maria Virgine ſuppoſito incarnationis Myſterio ſumenda erat caro, o.37. c.2. n.8.
Maria Virgo iuxta plures Patres fuit eleuata ad faciendam vnionem inter Chriſti carnem, & Verbum, o.37.c.2.n.9.
B. Mariæ virginitas æmulatur virginitatem Patris in diuinis, quod authoritate Patrum oſtenditur, o.37.c.2.n.10.
B. Maria Virgo, ex quo fuit Dei Mater, authoritatem accepit ſuper omnem miſſionem Spiritus ſancti, o.37.c.2.n.11.
B. Mariæ Virginis vterus quomodo ſit cœ-

Digitized by Google

Is amplior, & antecellat ſinum Patris æterni, ac erat Deo inſtar omnium orbium, o.37.c.3.n.11.& ſeq.

In Mariæ Virginis vtero Verbum requieſcit, quod dicitur inquilinus in ſinu Patris, o.37.c.3.n.11.

B. Mariæ Virginis vtero tribuenda eſt Chriſto in cælis parta quies, ac victoria o.37.c.3.n.12.

Ex B. Mariæ vtero arma ſumpſit Chriſtus ad debellandos hoſtes, quod authoritatibus Patrum oſtenditur, o.37.c.3.n.12.

B. Mariæ Virginis vterum ingreditur reuerenter Verbum tanquam pergens ad ſuperiorem, quod pulchrè probatur authoritate Patrum, o.37.c.3.n.13.

B. Maria exiſtens in cælo cum non deſinat eſſe mater Chriſti, adhuc erga illum exercet patriam poteſtatem, o.37.c.3.n.13.

Ex B. Mariæ conceptu quodammodo Deo magnitudo acceſſit, quod pluribus Patribus oſtenditur, o.37.c.3.n.14.

B. Mariæ, ſanctitas Verbi quaſi accepta refertur, o.37.c.3.n.14.& 15.

B. *Maria manum infert in attributa diuina, pulchrè demonſtratur*, o.37.c.3.n.15.

B. Maria eſt vſura, & negotiatio Dei, dum multiplicat quodammodo diuina attributa, o.37.c.3.n.16.

B. *Maria eſt idea, & forma Dei, non ſolum humanitatis aſſumptæ, ſed etiam diuinitatis*, o.37.c.3.n.16.

B. Maria Virgo Trinitatis complementũ, o.37.c.3.n.16.in fine.

B. Mariæ Virginis viſcera quam fuerint in delitijs Verbo incarnato, quod pulchrè oſtenditur, o.37.c.5.n.14.

B. *Mariæ Virginis vbera ſugere, quanti fecerit Chriſtus*, o.37.c.5.n.14.

B. Mariæ Virgini incarnationis, ac redemptionis miſericordia non exiguam partẽ referre debemus, o.37.c.6.per tot.

In Mariæ vtero celebrati ſunt contractus redemptionis noſtræ, quod pluribus authoritatibus Patrum oſtenditur, o.37.c.6.n.2.

B. Mariæ Virginis in Incarnatione conſenſus cur expectatus ſit, o.37.c.6.n.3. *Vbi plures rationes Patrum afferuntur.*

B. *Maria Virgo nobis peccatoribus quodãmodo debet, quod ſit Mater Dei*, o.37.c.6.n.4.

B. Mariæ interceſſio efficaciſſima, omniumq; ſimul Sanctorum orationes præſtare, ac in omnibus ipſa potentior, quam cæteri in ſingulis, o.37.c.6.n.5.

B. Mariam ſanctitate, & gratia antecellere omnes reliquos ſimul Sanctos, valde probabile eſſe, pluribus authoritatibus oſtenditur, o.37.c.6.n.5.

B. Mariæ patrocinium Eccleſia inuocat, quibus formulis ſolet Sanctiſſimam Trinitatem, o.37.c.6.n.5.

B. Mariæ patrocinij neceſſitatem, & efficaciam Eccleſia demonſtrat bis, terq; ſigno dato ad eam deprecandam in die, o.37.c.6.n.5.

B. Mariam Dæmones magis expaueſcunt, quam filium, nec auſi aggredi Chriſtũ, nec propius accedere, niſi ſeiunctum à Matre, pulchrè oſtenditur, o.37.c.6.n.5.

B. Maria à conceptu Verbi claſſicum cecinit aduerſus Dæmones, pulcherrimè ex Athanaſio demonſtratur, o.37.c.6.n.5.

B. Maria mirum in modum metum intulit in ſua Aſſumptione Dæmonibus, quod eſt mirabilis aſſertio B. *Ildefonſi*, o.37.c.6.n.5.

B. Maria, Dei eſt tutiſſimum refugium, ad quam profugus aufugit à peccatis, o.37.c.6.n.5.

B. Mariæ potentia, Dei potentiam quodammodo tranſcendit, quod authoritate Patrum, & Sacra ſcriptura oſtenditur, o.37.c.6.n.5.

Sine B. Mariæ patrocinio, impoſſibile eſt aliquem poſſe ſaluari, oſtenditur, o.37.c.6.n.5.

B. Mariæ miſericordiam plures aſſerunt infinitam, quod lepidè probatur, o.37.c.6.n.5.7.& 8.

B. Maria Virgo peccatorum ſcala, o.37.c.6.n.6.

B. Mariæ nomen incredibili replet ſuauitate, ac eius efficacia quanta, o.37.c.6.n.6.

B. Mariæ nomen cur Chriſtus in Cruce ſuppreſſit, dum eam alloquitur, o.37.c.6.n.6.

Ex B. Maria quodammodo Chriſtus traxit miſericordiam, quod pluribus oſtenditur, o.37.c.6.n.6.

B. Maria vſque ad delicias ſuos paſcit, o.37.c.6.n.8.

B. Maria derelictos, & omni ope deſtitutos maximè patrocinatur, o.37.c.6.n.9.

B. *Maria ſpes deſperatorum vocatur à S. Ephrem*, o.37.c.6.n.9.

Præter

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Præter B. Virginem peccator omnes alias habet infenſas creaturas, quod pulchrè authoritatibus Patrum, & Sacra ſcriptura oſtenditur, o.37.c.6.n.9.

B. Mariæ amor erga nos inuincibilis, o.37.c.6.n.9.

B. Mariæ fidelitas, & clementia exæquat ſuam potentiam, o.37.c.6.n.9.

B. Maria velocior ad ſaluandum, quam ipſe Ieſus, o.37.c.6.n.9.

B. Mariam offendunt, qui ipſam non rogant nec poſſunt longo tempore lethalis culpæ vulnus effugere, o.37.c.6.n.9.

B. Mariæ ſuffragium ſæpe inuocare, præſertim in mortis articulo ſanum conſiliũ ex Patribus oſtenditur, & quare, o.37.c.6.n.9.

B. Maria data eſt nobis magiſtra omnium virtutum, latè oſtenditur, o. 37.c.7.per totum.

B. Maria eſt magiſtra fidei, o. 37.c.7. n.2. Eſt magiſtra Spei.n. 3. Magiſtra Charitatis, n.3.& 4. Magiſtra humilitatis, n.6.& 7. Orationis, n.8. Obedientiæ, n.9. Fortitudinis, n.10. Prudentiæ, n.11. Verecundiæ, n.12. & ſeq. Quæ omnia latè, & pulchrè authoritatibus Patrum, & Sacra ſcriptura, probantur.

B. Mariæ fides, quam meritoria fuerit, o. 37.c.7.n.2.

B. Mariæ Charitas erga Filium nunquam rectæ rationis fines tranſgreſſa eſt, o.37.c.7.n.3.

B. Maria quomodo ad charitatis apicem peruenerit, o.37.c.7.n.4.

B. Maria in tumulo deſiüt eſſe Maria, nunquam tamen deſijt eſſe magiſtra charitatis, o.37.c.6.n.4.

B. Mariæ humilitatem, Patri Chriſtus propoſuit, vt ſibi propitium illum redderet, o.37.c.7.n.7.

B. Mariæ humilitate Chriſtus propoſita, rerum omnium imperium obtinere poſtulauit; licet alio iure hæreditario illud petere potuiſſet, o.37.c.7. n.7.

B. Maria quando fecit votum caſtitatis ex Patribus oſtenditur, o.37.c.7.n.15.

B. Mariæ caſtitatis maximum teſtimonium dubitatio illa Ioſeph. o.37.c.7.n.15.

B. Mariæ miræ laudes, & prærogatiuæ à Sãctis Patribus deſumptæ, o.40.c.2.n.9. & n.16.

In Martyrum morte lætandum, non flendum, & quare, quod ex Patribus, & ſcriptura oſtenditur, o.38.c.8.n.3. & 4.

Martyrum corpora, cur poſt tot dira tormenta liberata dicuntur à perditione, o. 40. c.6.n.5.

Maximi vox in fundis, agris, ædibus, quid ſignificet, o.1.c.6.n.3.& ſeq.

Maximum in vnoquaque genere eſt cauſa omnium, quæ ſunt illius generis, o.1.c.5.n.10.

Maximum, immunem à ſeruitute ſignificat, propterea maximè proprium Dei eſt, o.1.c.6.n.2.& o.35.n.2.

Merces quam citò ſoluenda mercenarijs, exemplo ipſius Dei oſtenditur ex ſcriptura ſacra, o.28.c.1.n.3.

Mereri an poſſit quis dormiens, o. 16.c.6.n.11.

Miſeriarum quatuor gradus enumerantur à Nauarro, & quanam? o. 40.c.12.n.1.

Miſericordiæ duo ſunt actus, compaſſio alterius, & voluntas ſubueniendi, & vter horum ſit prior oſtenditur, o.40.c.12.n.1.& 2.

Miſericordia quid formaliter ſit, diſcutitur, o.40.c.12.n.2.

Miſericordia humana an ſequatur compaſſionem, & triſtitiam. an verò illam præcedat, diſputatur, o. 25. c. 2. n.3. & ſeq.

Miſericordiæ virtuti quare coniungimus viſcerum nomina, o.25.c.2.n.5.& ſeq.

Miſericordiæ humanæ, & diuinæ diſcrimina explicantur, o.25.c.2.per tot.

Miſericordiæ plura requiſita, vide Dei miſericordia.

Miſericordia impropriè dicitur, prima rerum productio, o.40.c.13.n.3.

Miſſæ ſacrificium. Vide Sacrificium.

Miſſa vnde dicatur ex ſententiarum Magiſtro, & ex Canone Miſſæ, pulchrè oſtẽditur, o.39.c.9.n.2.

Moyſes, quod non viderit eſſentiam diuinã in hac vita tanquam opinio probabilior declaratur latè, o.15.c.10.n.1.

Moyſes cur prius Deum viderit in luce, deinde elapſo tempore viderit in caligine, o.34.c.4.n.5.

Morior, & orior cur vna ſolummodo litera diſtinguantur, o.11.c.2.n.4.

Morior verbum cur præterito careat, iuxta Auguſtini animaduerſionem, o. 11. c. 2.n.4.

Morimur tunc verè, quando viuimus; nam quãdo deſinimus viuere, iam mortui ſumus, ibidem.

Mors Sanctorum cur pretioſa dicatur, le-

 pidè

pidè Scripturæ ſacra declaratur,o.40.c. 6.n.4.

Mors quam ſit imminens vita humanæ.vide vita noſtra duratio.

Mortis meditatio eſt validum antidotum contra peccati contagium,quod latè probatur,o.40.c.8.per tot.

Mortis meditatio valet ad tollendum omne peccati genus,pulchrè inductione ex Auguſtino probatur,o.40.c.8.n.8.

Mortis meditatio efficaciſſima omnium ad extorquendum nos è diaboli manibus, o.40.c.8.n.9.

Mortis meditatio quam ſalubris ad vitanda peccata,quod latè,& pulchrè ex Scripturis ſacris,& PP.oſtenditur,o.40.c.8. n.10.& ſeq.

Mortis meditationem ne relegaret Deus ab hominibus,relegauit Enoch, quod lepidè oſtenditur,o.40.c.8.n.11.

Mortis ſimulacrum homo viuens,o.40.c.8. n.12.& ſeq.

Mortis incertitudo ſimilitudine abortus, lepidè ſignificatur,o.40.c.8.n.14.

Mortis reſponſum petimus ab oraculis falſis,& quæ ſint,o.40.c.8.n.15.& 16.

Ex mortis meditatione plurima nobis perueniunt beneficia, innocentia vitæ, contemptus rerum temporalium, perfectio virtutum,ſapientia,& diuitiæ immenſæ rerum cœleſtium, quæ omnia authoritatibus Sacræ ſcripturæ,& PP.probantur o.40.c.8.n.19.& ſeq.

Ex mortis meditatione aliud beneficium nobis prouenit,ſcilicet eam amarulentã non ſentire,o.40.c.8.n.25.

Mortis meditatio plurimũ confert ad protelandam vitam,ſicut è contrario immemor mortis moritur tempore non ſuo, quod authoritatibus ſcripturæ,& exemplo probatur,o.40.c.8.n.26.& ſeq.

Mortis exordium, eſt vitæ principium, o. 11.c.2.n.2.& 3.

Mortui,& viuentia cuncta quomodo dicãtur emendicare vitam à Chriſto,pulchrè oſtenditur,o.1.c.1.n.10.& ſeq.

Mortuorum animæ. vide Purgatorij animæ.

Mulieres debent eſſe ita occultæ, vt aliam faciem quam viri habere non debent, o. 37.c.7.n.13.& 14.

Mulieres multiloquium texere cum cæteris quam dedecet,o.37.c.7.n.16.

Mulierum colloquia fugiendi datur documentum,& exemplum Syneſij Epiſcopi, denique ipſius Chriſti,o.37.c.7.n.17.

Mulierum plebicularum,præſertim fugienda conſortia,o.37.c.7.n.17.

Mundi creationis opus teſtimonium extat diuini amoris, cum nulla indigentia impulſus,illum Deus fabricauit,o.38.c.2. n.1.

Mundum cur voluerit Deus creare in tẽpore,o.1.c.6.n.7.& o.35.n.5.& 6.

Mundus hic, & eius diſpoſitio diuerſis rebus comparatur,o.4.c.2.n.5.& 6.& o.34. c.2.n.2.

Murmuratio quandoque admirationem ſignificat in Sacra ſcriptura,o.14.c.14. n.8.

N

NOmen dupliciter dicitur proprium, quemadmodum & rei conceptus, o. 17.c.1.n.1.& 2.

Nomen rem incognitam audienti nõ poteſt ſignificare,ibid.n.5.

Nomen accipiens, & tale eſſe, vt nomen imponatur, ſubiectionis eſt ſignum, ex ſcriptura ſacra probatur, o. 17. c.2. n.2.

Nomen non poſſe aliter rem ſignificare, quam concipit illam, qui nominat dupliciter poteſt intelligi,o.17.c.3.n.10.

Nomina, vide in verbo Dei nomina, ibi plura.

Nomina non ſignificant rem imponenti nomen aut vtenti, ſed audienti, o. 17. c.1. n.7.

Nomine prolato rem melius aut minus cognoſci, non pendet ex impoſitione,ſed ex modo cognoſcendi audientis, o.17.c.1. n.8.

Nomine prolato audiens nihil de re, de qua eſt ſermo percipit,ſecluſo pacto,& conuentione, ibidem.

Nominis ſignificatio dupliciter ſumi poteſt,& quomodo,o.17. c.1.n.4.& 5.

Nominis munus quid ſit, explicatur ibid. c.1.n.5.

Nominis ſignificatio eſt inuariabilis quoad rem ſignificatam, non tamen quoad modum ſignificandi,o.17.c.1.n.5.& 6.

Nominis perfecta ſignificatio, ex quo dijudicanda ſit,o.17.c.1.n.6.

Nubes veluti Nauis, Deus autem Nauclerus,optimè deſcribitur, o.33.c.3.n.9. & 10.

Nubes, fumus, caligo, Deo tributa, cur cla-

Digitized by Google

claritatem nimiam ſignificant, quod varijs ſcriptura locis oſtenditur,o.34.c.6.n.5.

O

O *Bedientiam Dei commendant cuncta creata, etiam ea, qua caſui videntur expoſita,o 33.c.3.n.10.& ſeq.*

Obiectum vt ſit proportionatum potentia, non per modum forma, ſed per modum principij iuuantis ipſam poſtulat vniri o.14.c.7.n.3.

Obiectum dupliciter habitudinem dicit ad ſcientiam, vnam principij, alteram termini, priorem non dicunt creatura ad ſcientiam diuinam,o.18.c.13.n.2.

Odium in affectu fugiente conſiſtit,& in actu poſitiuo probabilius poſitum eſt,o.23.c.1.n.1.& ſeq.

Odiũ abominationis deſcribitur, & quodnam ſit eius obiectum, o.23.c.1.n.2.

Odium propriè non eſt effectus ille,quo volumus alteri malum,ſed hic conſequitur ipſum odium,o.23.c.1.n.3.& ſeq.

Odium inimicitia quomodo differt ab ira, ibid. n.4.

Odium inimicitia, quod inquit D.Thomas reſpicere malum,vt malum, quomodo ſit intelligendum,ibid.n.4.

Odor non eſt qualitas actiua,ſicut nec ſapor o.36.c.4.n.4.

Optimus maximus cur Deus ab omni antiquitate dictus,o.1.c. .n.2.& o.35.n.2.& o.6.c.1.n.2.

Orationes, qua funduntur ad Sanctos, an ita pertineant ad eorum ſtatum, vt eas videant formaliter in verbo, o.15.c.8. per tot.

Oratio eſt magis actus intellectus, quam voluntatis,o.32.c.1.n.3.

P

P *Apilionis exacta deſcriptio, o.35.n.61.*

Parabola Matthai 20. de denario diurno, explicatur latè, o.14.c.14.per tot.

Parabola alia ſunt propria membra, alia emblemata ad explicationẽ,& ornamentum parabola appoſita,o.14.c.14.

Parabola plereque ſic à Domino ſunt dicta,vt varijs modis explicari,varijsque vſibus poſſint ſeruire,o.14.c.14.n.6.

Pater aternus cur omni ſtudio in gloriam Filij incumbat,o.34.c.10.n.3.

Patris ſunt laudes, praconia filij in diuinis o.34.c.10.n.6.

Pater aternus putat detrahi gloria ſua, dũ detrahitur gloria filij,pulchrè probatur o.34.c 10.n.8.

Pater in diuinis infirmus eſſet, ſi non generaſſet filium ſibi aqualem, o.34.c. 10, n.13.

Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto,quomodo intelligendum,o.34.c.11.n.1.& 2.

Pater in diuinis cur vnum tantum Verbũ dicit, pulchra redditur ratio ex Auguſtino,o.37.c.2.n.6.

Pater in diuinis habet vitam in ſemetipſo, & a ſemetipſo,Filius in ſemetipſo,non à ſemetipſo, creatura vero nec in ſemetipſis, neque à ſemetipſis, o.1.c.1.n.8.9.& 10.

Paternitas quandoque familiam, & principatum in ſacra ſcriptura ſignificat,o.3.c.5.

Patri aterno vterus cur à Ioanne tribuatur,o.34.c.9.n.9.& o.37.c.2.n.9.

Patientia definitur ex D.Thoma, o.38.c.5.n.1.& c.8 n.1.ex Auguſtino.

Patientia amore firmatur, ex Scriptura oſtenditur,o.38.c.8.n.2.

Patientia amore capta,quam audaces ſuos milites reddat, ex Chriſoſtomo demonſtratur,o.38.c.8.n.2.

Patiẽtia inflammata,quam praclara praſtat,o.38.c.8,n.5.

Patientia perfectos reddit,ac elaboratos, o. 38.c.8.n.8.

Patientia Iob ſedentis in ſterquilinio,pulchrè à Chriſoſtomo laudatur, o.38.c.8. n.8.

Patientiam quam horreat Diabolus, o.38. c.8.n.8.

Patientia miraculis anteponenda, eiuſque laudes enumerantur,o.38.c.8.n.8.

Patientia ſine charitate velut corpus exanime,o.38.c.8.n.8.in fine.

D.Paulus, quod non viderit eſſentiam diuinam in hac vita,vt probabilius defenditur,o.15.c.10.n.6.& ſeq.

D.Paulus quid viderit in illo raptu, explicatur, ibidem.

D.Paulus vidit Chriſtum reſuſcitatum, & glorioſum, quem viderat pradicantem,& fortè morientem,ideo conſtitutus eſt teſtis,o.15.c.10.n.9.& 10.

In Pauli conuerſione quare humiliter ſe habuerit Chriſtus, lepidè ex Patribus demonſtratur, o.38.c.6.n.1.& 2.

Paulus III. cum aliquid moliretur, quod an populus probaturus eſſe dubitabat quid faciebat, o.35.n.103.

Paulus III. de huius ſæculi hominibus loquens dicebat vix inculpatos, & integros poſſe reperiri, vnde eligendos minus inquinatos, o.35.n.91.& 92.

Pax, quæ eſt habitus, & quæ eſt actus, explicatur, o.8.c.3.n.5.& 6.

Peccans omnis eſt ignorans, in quo ſenſu eſt verum dictum illud, o.40.c.8.n.7.in fine.

Peccator ab omnibus creaturis Deo iudici ſiſtitur, quod pulchrè authoritate Patrum, & Sacræ ſcripturæ oſtenditur, o.37.c.5.n.9.

Peccator non dicitur verus homo in ſcriptura ſacra, ac induratus exuit omnem entitatem, o.40.c.1.n.3.

Peccator quot modis Deum offendit vna culpa, latè oſtenditur, o.40.c.1.n.7.

Peccator inueteratus ad opem diuinam implorandum fit ineptior, cum magis indiget, quod lepidè ex Patribus, & ſcriptura ſacra oſtenditur, o.40.c.16.n.11.& 12

Peccatorem inueteratum, vires ad pœnitentiam reuocandi quodãmodo Chriſto non ſuppetunt, quod ſcriptura ſacra oſtenditur, o.40.c.16.n.13.

Peccatorem inueteratum in articulo mortis, quot aduerſios habere dicitur, o.40.c.16.n.14.

Peccator inueteratus in articulo mortis Deum maximè habet infenſum, eiuſque miſericordiam, ac illiuſmet intimos, & familiares, necnon & maximè ſeipſum o.40.c.16.n.15.& ſeq.

Peccator peſtis eſt alios corrumpens, ideoq; fugiendi maximè heretici, qui magis vitandi ſunt, quam Dæmones, ex ſacris ſcripturis oſtenditur, o. 40. c. 7. n. 7. 8. & 9.

Peccata ſeuerius punit Deus in familiaribus, o.35.n.97.

Peccata non intelligere, peſſimum genus peccati eſt, maxima peccatori pœna inflicta ob commiſſum peccatum, o.40. c.1. n.2.

Peccata grauia præſertim ſuperbia, & idololatria quam ſint repugnantia naturæ humanæ, pulchrè oſtenditur teſtimonio Dauid, & latè ex SS.PP.o.40.c.1.n. 5. & 6.

Peccata remiſſa non habens ante oculos flendo, non eſt in via ſalutis, lepidè oſtẽditur ex ſcriptura ſacra, o.40.c.3.n.5.

Peccata venialia quamuis natura ſua ſunt leuia, grauia quandoque important mala, o.40.c.5.per tot.

Peccatis venialibus duo tribuuntur effectus, quod charitatis minuant feruorem, & ad mortifera diſponant, quod triplicĩ ratione hoc ſecundum demonſtratur, o. 40.c.5.n.1.& 2.

Peccata venialia ingreſſum ad regnum cœlorum impedire lepidè authoritatibus ſcripturæ ſacræ, oſtenditur, o.40.c.5.n. 3.& 4.

Peccata venialia committere periculoſius eſt quandoque quam grauia, o. 40. c. 5. n.4.

Peccata venialia committens, & ter admonitus, ſi non ſe emendat cauendus, tanquam ethnicus, & Publicanus, pulchrè ex Patribus, & ſcripoura ſacra oſtenditur, o.40.c.5.n.3.

Ad peccata vitanda optimum remedium ſe exercere in bonis actibus, imo ad heroicas actiones mentis aciem dirigere, vt ſic ſaltem præcepta ſeruari poſſint, quod authoritatibus ſacræ ſcripturæ oſtenditur, o.40.c.9.per tot.

Peccati grauitatem ille bene noſcit, qui bonitatem diuinam cognoſcit, o.40.c.1.n.1.

Peccati virus tanta eſt, vt non ſolum lædere, verum etiam, quod in ſe eſt, conetur deſtruere Deum, quod authoritatibus ſcripturæ ſacræ probatur, o. 40. c.1. n.8.& 9.

Peccati tanta eſt macula, vt ad ipſum expiandum virtute opus fuerit infinita, ac à Deo ſcilicet incarnato ſatisfactio præſtaretur, quod rationibus, authoritatibus plurimorum Patrum, & ſcripturæ ſacræ, latè demonſtratur, o. 40.c.2. per totum.

Peccati malignitas, & pondus tantum eſt vt ſuperet non ſolum merita omnium Sãctorum, ſed etiam merita B. Virginis, imò merita omnia perſonæ creatæ (ſi daremus) habentis infinitam gratiam, o.40. c.2.n.8.& 9.

Peccati malitia tanta eſt, vt præſtantius ſit eligi à nobis non viuere non eſſe, quam Dei inimicum eſſe, o.40.c.2.n.19.

Peccati malitia tanta eſt, vt non ſolum Deus propter parentum peccata, poſteris afficiat pœnis, vt ex loco Exodi 20. latè expe-

Digitized by Google

expoſito probatur, ſed elapſo multo temporis ſpatio, progenies, congregationes, Reſpublicas cum vno peccatore quoque pacto communicantes, aliquando conficiat. o.40.c.4 per tot.

Peccati occaſionem remotam, Sanctos etiam fugiſſe, & vereri alijs præbere occaſionē, lepidè ex PP. exemplis, & ſcriptura ſacra oſtenditur, o.40.c.7.n 12.& ſeq.

Peccati validum antidotum eſt, mortis meditatio, quod latè probatur, o.40.c.8. per tot.

Peccatorum de remiſſione reuelationem optare, difficilis res eſt, & inutilis, o.40. c.3.n.4.

Peccatorum periculis liberari per mortem, quamuis atrociſſimam fidelis, & ſuauis Dei cuſtodia eſt, ac Deum tenemur laudare, quod lepidè, & latè authoritatibus ſacræ ſcripturæ, & hiſtorijs Eccleſiaſticis comprobatur. o.40.c.6.n.3.& ſeq.

Peccatorum occaſiones fugiendæ, quod hiſtorijs Iudith, & Ioſeph lepidè ponderatis comprobatur, o.40.c.7.n.3.& ſeq.

Peccatorum occaſiones adire, quæ ad peccādum ſollicitant grauius eſt malū, quam peccare, quamuis grauiter; quod eleganter ex Athanaſio exponente hiſtoriam Exodi 32. oſtenditur, o.40.c.7.n.4.

In peccatorum occaſionis carcere incluſus, peccator nullam habet euadendi potentiam, quod pulchrè figuris Petri è carcere ab Angelo deducti, & Lazari è monumento egreſſi, ex PP. comprobatur, o. 40.c.7.n.10.& 11.

Peccatorum occaſiones proximas fugiendas eſſe, non remotas, lex docet, at quomodo intelligendum eſt illud, quod ad peccatum nunquam licet redire ad occaſionem quandoq;, o.40.c.7.n.12.

Peccatum vnum eſt pœna alterius, quo ad permiſſionem, at peccatum ipſum non cadit in Dei voluntate, o.21.c.7.n.20.

Peccatum quomodo dicatur Deus præcipere, & eſſe cauſa illius, & quomodo intelligenda ſunt ſcripturæ id ſignificantes, latè, o.21.c.7.n.24.26.& ſeq.

Peccata quomodo cadant ſub prouidentiam Dei, o.33.c.3.n.15.

Peccata noſtra tanquam numerata pecunia reponuntur in diuinum ærarium ad exercendam iuſtitiam, o.33.c.3.n.15.

Peccatum, vide Malum culpæ.

Peccatum ſæpe in ſcriptura ſacra ſumitur pro pœna peccati, o.39.c.5.n.3.

Peccatum quantum noſtræ naturæ intellectuali repugnet, pulchrè ex ſcriptura probatur, o.40.c.1.n.3.

Peccatum quam horrendum, & repugnans naturæ rationali videatur homini iuſto, o.40.c.1.n.4.

Peccatum veniale quam ſordidum Sanctis, exemplo B.Catharinæ Genuenſis videatur, o.40.c.1.n.6.

Peccatum mortale an ita ſit infinitum in malitia, ſicut e contrario contritio, & amor Dei infinitus in bonitate, quod theologicè diſcutitur, o.40.c.2.n.10.& 11.

Peccatum mortiferum cur æterna pœna iure plectatur, ſed aliter quam amor Dei vitam æternam meretur, o.40.c.2.n. 17.& 18.

Peccatum quamuis remiſſum adhuc timendum, nedū quia incerta res eſt, ſed quia Deus non ſemper condonat pœnam ſpiritualem intuitu præcedentium peccatorū & corporales permittit afflictiones, quod dilucidè exemplis, & authoritatibus ſcripturæ ſacræ declaratur, o. 40.c.3.n.2. & 3.

Peccatum remiſſum ſine intermiſſione eſt flendum, & pænitentia agenda, vt multi Sancti fecerunt, & qui? o. 40.c.3.n.3. & 4.

Ad peccatum depellendum, quam acribus remedijs, flagellis ſcilicet, & morte ipſa Deus animarum ſaluti conſulens ſubueniendum eſſe iudicat, quod pulchrè authoritatibus PP.& ſcripturæ ſacræ oſtenditur, o.40.c.6.n.2.per tot.

Peccatum datur nullo præcedente errore in intellectu, vt in Angelo, & primo homine, perſpicuum eſt, quod ex Auguſtino probatur, o.40.c.8.n.1. 2.& 3.

Peccatum procedere ex mentis cæcitate, vt pluries aſſerit ſcriptura ſacra, quomodo intelligendum ſit, cum poſſit voluntas peccare nullo præuio errore intellectus practici, & ſpeculatiui, o.40.c. 8. n. 6. & 7.

Peccatum omne eſt mendacium, latè ſumpto vocabulo. o.40.c.8.n.7.

Peccatum adducens ad mortem, quodnam ſit, vt pro illud perpatrante ad Deum non ſit orandum, latè, & diligenter expenditur, o.40.c.16.n.1.& 2.

Per, particula, *in verbis Ioannis, omnia per ipſum facta ſunt, non miniſterium, & inſtrumentum denotat, ſed cauſalitatem & immenſitatem verbi, o.34.c.9.n.24.*

Perfectiones omnium creaturarum continentur in Deo, & quomodo, o.1,c.4.per tot.

Perfectiones, aliæ in certo genere, aliæ ſimpliciter ſimplices, o.1.c.4.n.5.

Perfectionis ſimpliciter ſimplicis notio declaratur, o.1.c.4.n.5.

Perfectiones alterius continere eminenter, vel formaliter, quid ſit, o.1.c.4.n.6.& 7.

Perfectiones ſimpliciter ſimplices, an omnes includantur formaliter in ratione obiectiua eſſentiæ diuinæ, o.7.c.5.n.1. & ſeq.

Perfectionis tres gradus in creaturis, entitatiua ſuperaddita per accidentia, & conſummata, o.6.c.2.n.7.

Perfectum & illimitatum quid ſibi velit, o.1.c.3.n.1.

Perfectum dupliciter accipi poteſt, & quomodo, o.1.c.3.n.1.& 2.

Permiſſionem peccati poſitiuè vult Deus, o.21.c.7.n.33.

Permittens aliquid Deus ex ſpeciali ordinatione, dicitur præcipere, iuxta phraſim ſacræ ſcripturæ, o.21.c.7.n.24.

Perſeuerantia coronatur, & finem conſequitur, o.33.c.2.n.12.

Perſeuerantia definitur, o.38.c.5.n.1.

Perſonæ diuinæ non admittunt rationem generis illis communem, o.3.c.5.n.3. & 8.

Perſonæ diuinæ conſtant ex diuina eſſentia, & proprietate, o.3.c.10.n.5.

Perſonarum acceptio diſtributiuæ iuſtitiæ poteſt opponi, & commutatiuæ, o.26.c.6.n.3.

Peſtis antidota quæ? o.40.c.7.n.1. & 2.

Petra, Chriſti ſignificat diuinitatem in ſcriptura ſacra, o.7.c.2.n.10.& 11.

Petri nunquam ſatis miranda in captura Chriſti, fortitudo, o.38.c.7.n.2.

Pius V. Romanam curiam liberaturus varijs calumnijs, prius reformauit domeſticos, o.35.n.97.

Pœna damni quid ſit, & quam acerbior ſit pœna ſenſus, o.40.c.12.n.1.2. & ſeq.

Pœna damni non habet rationem pœnæ afflictiuæ niſi media conſideratione, quod rationibus probatur, o 40.c.12.n.3.

Pœna ſenſus, & pœna damni quomodo differant, o.40.c.12.n.5.& 6.

Pœna ſenſus quare ita dicatur, & quam acerbior ſit, rationibus probatur, o.40.c.12.n.1. & ſeq.

Pœnitentiam à confeſſario impoſitam, an pœnitens teneatur acceptare, & partem affirmatiuam, vt veriorem defendimus, rationibus, & authoritate Concilij Tridentini, o.40.c.12.n.5.

Poenitentia medicina purgatiua cur dicatur, o.40.c.14.n.2.& ſeq.

Poenitentia quomodo à Baptiſmo differat, o.40.c.14.n.2.

Poenitentiam diuina lege ita eſſe cautum ad tollendum peccatum, vt multi putent, nec de potentia Dei abſoluta poſſe tolli peccatum ſine poenitentia, o.40.c.14.n.3.

Poenitentia quomodo differt, vt eſt virtus ab illa, quæ eſt ſacramentum, & varia diſcrimina enumerantur, ſicut plures cõuenientiæ inter vtramque, o.40.c.14.n.4.5.& 6.

Poenitentia iterata circa idem peccatum, eſt laudabilis, o.40.c.14.n.6.

Poenitentia formalis, quæ eſt contritio, ſemper requiritur extra caſum obliuionis ad delenda peccata ſecundum veriorem ſententiam, o.40.c.14.n.7.

Poenitentia ſuppoſito peccato mortali ſpeciali cauetur præcepto, quod rationibus Patrum, Concilijs, & ſcripturis ſacris probatur, o.40.c.14.n.3. & c.15.n.1. & ſeq.

Poenitentiam differre poſt commiſſum peccatum, & non ſtatim de eo poenitere, an ſit ſpeciale peccatum impoenitētiæ, quod contra aliquorum obiectiones, latè partem negantem, vt veriorem defendimus, o.40.c.15.n.3. & ſeq.

Poenitentiam non differendi vſque ad mortem, datur præceptum negatiuum, & vnde oriatur hæc obligatio, examinantur rationes aliquorum, o.40.c.15.n.9.10.11. & 12.

Poenitentiam agendi ante mortem affirmatiuum præceptum quando vrget, & plures ponuntur caſus, ſed non omnes probantur, o.40.c.15.n.12.& ſeq.

Poenitentiam formalem, ſcilicet contritionem habere in articulo mortis, licet confeſſus cum attritione fuerit, an teneatur, o.40 c.15.n.16.

De poenitentia dilata, quam grauiter ſentiant Sancti Patres, o.40.c.16. per tot.

De poenitentia latronis quid ſenſerint Patres, num ſero poenituit? o.40.c.16.n.2.

Poenitentia dilata quam periculoſa figuris, & hiſtorijs ex ſcriptura ſacra decerptis demonſtratur, o.40.c.16.n.4.& 5.

Poeni-

Poenitentia ſera plerunque ficta, & infructuoſa pluribus cauſis, quæ latè, & lepidè ex PP. & ſcriptura ſacra enumerantur, o.40.c.16.n.6.& ſeq.

Poenitentia dilata vſque ad finem vitæ lethalis morbus, & mortis dolores obſtant, o.40.c.16.n.19.& 20.

Poenitentiam dilatam vſque ad ſenectutem, aut mortem, quam mirificè exaggerent Patres, qui plures adducuntur ad hunc errorem tollendum, o.40.c.17.per totum.

Ob poenitentiã dilatam Deus, qui eſt ſumma veritas, non ſtat promiſſis, o.40.c.17.n.2.

Poenitentiam congruè agens, difficilius inuenitur, quam qui innocentiam ſeruauerit ex D.Ambroſio oſtenditur, o.40.c.17.n.3.

Poenitentiam differentibus Deus quodammodo offendiculum ponit, o.40.c.17.n.4.

Poenitentiam continuè agere, etiam ſi peccata ſint deleta, optimum conſilium eſt, o.40.c.17.n.9.

Poenitentiæ fidus aſſecla, fletus, & lacrymæ, o.40.c.18.n.1.

Po enitdutia mira D.Auguſtini, o.40.c.17.n.9.

Poenitentia perſeueranter agenda, quod miris exemplis Dauid, Petri, & Syſoys oſtenditur, o.40.c.18.n.12.13.& 14.

Potentia obedientialis in igne inferni oſtenditur, o.35.n.15.

Potentiam obedientialem actiuam non poſſunt cognoſcere, qui negant ſacramenta nouæ legis eſſe inſtrumenta phyſica, o.36.c.1.n.1.& ſeq.

Potentiam obedientialem qua via poſſumus inueſtigare, o.36.c.1.n.4. & ſeq.

Potentia obedientialis inſtrumentorum Dei non eſt qualitas illis ſuperaddita, ibid.n.8.

Potentia obedientialis non eſt motus phyſicus ſuperadditus, ibid.n.9.

Potentia obedientialis actiua eſt qualibet res creata per ſe ipſam, ac per ſuammet entitatem, o.36.c.1.n.10.

Potentia obedientialis includitur in eſſentiali conceptu entis creati, ibid.n.11.

Potentia obedientialis non conſtituit rem ex natura ſua ſimpliciter potentem ad ſic operandum, ſed capacem, vt eleuari poſſit à Deo ad tale operandi modum, ſicque dupliciter ſumitur, o.36.c.1.n.11.

Potentia obedientialis de qua nunc loquimur, non ſolum ſupponitur aſſumptioni, & eleuationi, ſed etiam aſſumptibilitati, o.36.c.1.n.12.

Potentia obedientialis an differat ratione ratiocinata ab entitate creaturæ, forſitan eſt quæſtio de nomine, ibid.n.12.

Potentia obedientialis actiua dari, pluribus rationibus probatur. o.36.c.2.per totum.

Potentia obedientialis actiua patet in actibus liberis vitalibus, & ſupernaturalibus, ibid.c.2.n.1.

Potentiam obedientialem actiuam dari ex optima coniectura potentiæ paſſiuæ, ſicut exemplo artis probatur, ibid.c.2.n.2.

Potentiam obedientialem dari, probatur authoritatibus ſacræ ſcripturæ, o.36.c.3.per totum, & n.2.& 3. demonſtratur, in quo loco ſacra ſcriptura prius omnium eluxit.

Potentia obedientialis actiua in igne oſtenditur, ponderando aliqua loca diuinæ ſcripturæ, o.36.c.3.n.6.& ſeq.

Potentia obedientialis actiua adhuc ſtabilitur exemplis ſacræ ſcripturæ, ibidem n.10.

Potentia obedientialis actiua an colligatur ex ijs quæ dicuntur de Man in ſcriptura ſacra, o.36.c.4.per tot.

Potentiam obedientialem non eſſe aliquid à rebus ipſis diſtinctum, colligitur ex ſcriptura ſacra, o.36.c.5. per tot.

Potentia obedientialis probatur authoritate Patrum, & ſcholaſticorum, o.36.c.6.per tot.

Potentiam obedientialem actiuam videntur admittere omnes illi Patres, qui efficientiam phyſicam ſcramentorum concedunt, o.36.c.6.n.2.& 3.

Præceptum diligendi Deum quando obligat, o.40.c.15.n.12.

Prædefinitio voluntatis diuinæ, alia interna, alia externa, quæ declarantur, o.21.c.5.n.1.

Prædefinitio voluntatis diuinæ internæ non repugnat actibus prauis, quæ liberi ſunt, ſed quà mali ſunt, o.21.c.8.n.1.

Prædefinire non poteſt Deus actus bonos, qui eſſentialiter culpam ſupponunt, vt probabilius, o.21.c.8.n.2.

Prædefinire poteſt Deus euentus bonos, qui occaſione peccati facti ſunt, o.21.c.8.n.3.

Prædeſtinatus an magis diligatur à Deo pro eo tempore, quo non eſt iuſtus, o.22.c.3.n.4.& ſeq.

Digitized by Google

Princeps neminem iuxta ſua dignitatis faſtigium collocet, o.35.n.36.

Princeps qua vigilantia in Rempubl. gubernandam debet incumbere, o.35.n.49.

Princeps qualis, talis populus ex Dauide, o.35.n.94.

Princeps vbi multi ſunt noxij, non debet inquirere ſingulos, ibid.n.97.& ſeq.

Principatum gerere inter mortales diuinū eſt, o.35.n.1.

Principatus diuini, optimique regiminis multa in ſacris litteris prodita ſunt monumenta, o.35.n.1.

Principes ita imperant, vt ſubditis morem gerere eos oporteat, ac dominium habent ſeruituti valde affine, o.35.n.5.& 6.

Piincipum regna quomodo deſcribuntur ab ipſomet Dæmone, ibid.n.7.

Principum terrenorum conditiones vt plurimum, o.35.n.20.& ſeq.

Principes quam inſoleſcant dominatione, è contra vero Dominus Deus, o.35.n.25.& ſeq.

Principis optimi quæ ſint partes, vt benè præſit, o.35.n.28.

Principis totius regiminis caput quodnam ſit, o.35.n.33.

Prencipum dignitati eſt debitum pretioſis fulgere extrinſecus ornamentis, o.35.n.37.& ſeq.

Principum Conſiliarij, vide Conſiliarius.

Principes curare debent, vt nihil ſplendidius in eorum domibus appareat præter ſeipſos, o.35.n.37.

Principis benigni eſt non tam peccata velle punire, quam tollere, o.35.n.96.

Principes & ſi debent eſſe vigiles, quandoque ſi ſint oculati a iuſtitia cadunt, o.35.n.51.

Principibus datur documentum, quomodo ſe habere debeant in Senatu, vt Senatoribus, & Conſiliarijs animum addant liberè loquendi, o.35.n.54.& ſeq.

Prineipis optimi ſignum eſt, quod ipſo regnante ſæpe vincatur fiſcus, ibid.n.55.

Principi neceſſaria eſt prudentia, vt amicū falſum, à vero, adulatorem à fido conſiliario diſcernat, ibid.n.57.

Principi ſingulare datur documentum, vt poſſit fidelia conſilia à Senatoribus excipere, o.35.n.58.

Principes ad excitandos Iudices, & malos coercendos, interdum dum de rebus grauioribus feruntur ſententiæ, debent iudicijs intereſſe, o.35.n.59.& ſeq.

Principes domeſticarum rerum obliti, toti in Republicæ curam debent incumbere, o.35.n.60.

Principem decet in conſultandis rebus animi quies, in exequendis celeritas, & animi ardor, ibid.n.62.

Principi non minus turpia ſunt multa ſupplicia, quam Medico multa vulnera, o.35.n.66.

Principes nihil debent aggredi, niſi Deo adhibito in Conſilio, o.35.n.73.& ſeq.

Principes, & Senatus curent, an res in conſultatione adducta legi Dei aduerſetur, an non, o.35.n.75.

Principes debent conſulere theologos, cum dubium eſt an res de qua agitur licita ſit o.35.n.76.

Principes in aggrediendis negotijs non ad ærarium attendere, ſed vera Religione, & ſacris Dei legibus omnia debent definire, o.35.n.77.

Principum miniſtri, ſciant nullum efficacius medium ad decliandam inuidiam, & ad Principum gratiam conciliandam, quod mali eueniet, ſuo vitio tribuere, quod fortiter geſtum Principis tribuere virtuti, quod profanis, ſacriſque litteris comprobatur, o.35.n.78.& ſeq.

Principis authoritas nullo efficaciori modo conciliatur, ac pondus legibus datur, quam vti prudentum conſultatione, o.35.n.83.& 84.

Principum decreta prauia deliberatione definita, maiori reuerentia excipiuntur, ſi tanquam vna voce totius Senatus liquidò, populo proponantur, controuerſijs occultatis, quæ in Senatu acciderunt. o.35.n.84.& 85.

Principes debent curare, vt quæ in Senatu tractata ſunt, ſilentio comprimantur, o.35.n.85.& 86.

Principum arcana vtriuſque partis malo panduntur, & indagantur, o.35.n.88.

Principum ſtudia, ac mentem intelligere diſſimulans, quam prudens, ibidem n.87.& 88.

Principes curent, vt domeſtici, ac miniſtri vita ſint integra, o.35.n.91.& 96.

A Principibus egregijs duo ſunt expectanda, ſanctitas domi, fortitudo in armis vtrobique prudentia, o.35.n.92.& ſeq.

Principis anticipata apparatio, & prouidentia, prudentia pars eſt eximia, o.35.n.101.

Princeps pacis tempore, bellici apparatus non

non debet eſſe immemor, ibid.n.101.
Princeps in conſulendo ita loquatur, vt nemo intelligat in quam partem ſit propenſus, nec quã, nec quo, mittere velit, prius aperire, donec in promptu ſit omnis bellicus apparatus, ibid.n.101.
Principes ſciant inter regulas prudentiæ, optimam illam eſſe prudentiæ ſuæ modũ ponere, o.35.n.102.
Princeps, quanto modeſtior in iubendo, tanto promptior ſubditus in obſequendo, ibidem n. 104.
Principes caueant ne quidquam per iracũdiam in pœnis ſtatuendis committatur, quod ſacris, & profanis litteris commendatur, o.35.n.113.& ſeq.
Principes debent quoad eius fieri, poteſt differre pœnam, nam dilata exigi, exacta pœna reuocari non poteſt, o.35.n.113.
Principes caueant, vt ex more patrio ſupplicia ſumantur, quibus non debet intereſſe, præmia vero per ſe ipſum reddant, o.35.n.114.
Principes in rebus grauioribus, certa mandata non debent dare ſuis Ducibus, & legatis, ibid.n.115.
Principes cum de rebus agitur eccleſiaſticis, Eccleſiaſticos legatos debent mittere, o.35.n.117. vbi datur regula eligendi, ac eos mittendi.
Principatum rectè gerere abſque iuſtitia, nec Iouem quidem poſſe, vt veteres loquuntur, ibid n.118.
Principis iuſti munus eſt, bellum habere cum vitijs, ſine ulla perſonarum diſcretione, ibid.n.121.
Promiſſio facta ſub conditione duplex eſt, &, quæ inducit debitum iuſtitiæ ex ſacra ſcriptura, o.26.c.1.n.6.& c.2.per tot.
Promiſſio à ſimplici aſſertione, & ab illa iuramento firmata, quomodo differat, o. 27.c.1.n.2.
Propoſitio diſiunctiua, vt vera ſit, ſecundũ Logicos vnam partem veram debet habere, o.19.c.2.n.9.
Propoſitiones, quæ denotant habitudinem medij, & finis inter res à Deo volitas sũt admittendæ, ſecus vero illa, quæ cauſam diuinæ voluntatis innuunt, o.21.c.9. n.13.
Proprius conceptus alicuius rei dupliciter poteſt dici quod declaratur, o. 17.c.1. n.1.
Prudentia vera docet nihil eſſe in rebus humanis, quod incommoda ſua non habet, & quod pauciora ſunt eligenda, o.35. n.102.
Prudentiæ lex eſt attrectare, & quaſi vada negotiorum tentare, o.35.n.103.
Prudentia definitur, o.38.c.5.n.3.& ibid. c. 9.n.1.
Prudentia, quæ ſunt functiones, & quæ aſſecla, o.38.c.9.n.1.
Prudentiæ quam ſit oppoſitus amor, o. 38.c. 9.n.1.
Pugna inter corpus, & animam graphicè deſcribitur, o.39.c.10.n.1.
Pugna ſpiritus aduerſus carnem quam periculoſa ſit ex PP. & ſcriptura ſacra probatur, o.39.c.10.n.3. & ſeq.
Pugna carnis aduerſus ſpiritum armis deſideriorum perficitur, quod maximè eſt pertimeſcendum, o.39.c.10.n.5.
Pugna carnis aduerſus ſpiritum cur bellum, lucta, & laqueus dicatur, o.39.c.10. n.6.
Pugna hæc carnis aduerſus ſpiritum non ſolum plena eſt periculis, ſed continua, & diuturna, o.39.c.10.n.7.
Purgatorij animabus, quæ exhibetur miſericordia, quanti ſit facienda, oſtenditur pulchrè authoritatibus ſcripturæ ſacræ, Patrum, & Concilij, o.40.c.10. n. 1. & ſeq.
Purgatorij animabus oblationes non offerre, quam grauiſſimum peccatum docent Concilia, o.40.c.10.n.4.
Purgatorij animabus miſericordiam exhibere ſummis laudibus celebrandum, ratione perſonarum, quæ miſeriæ ſunt ſubleuandæ, luculenter oſtenditur, o. 40. c. 11.per tot.
Purgatorij animabus ſubuenientes ſunt Saluatoris, ac Redemptoris inſtar, quod pulchrè ex ſcriptura ſacra probatur, o. 40.c.11.n.2.
Purgatorij animas redimere fuit primum Chriſti opus poſt actũ redemptionis myſterium, o.40.c.11.n.3.
Purgatorij animabus maiorem opem ſuis ſuffragijs ferre poſſunt viuentes, quam tulerit Chriſtus ſuo deſcenſu ad inferos, ac Sancti in cœlo, imo & Deus ipſe de potentia ordinaria, o.40.c.11. n.4.5.& 6. & c.13.n.4.
Purgatorij animabus beneficia quæ fiunt in gratiſſimos conferuntur, o. 40.c.11. n.7.
In purgatorio adhuc animæ exiſtentes pro nobis preces fundunt, ac miracula ad bene-

beneficium viuorum fecerunt, quod ex Patribus probatur, o.40.c.11.n.7.

Purgatorij animæ ſunt pauperes, qui recipiunt eleemoſynarios in æterna tabernacula, o.40.c.11.n.8.

Purgatorij animabus miſericordiam exhibens, an poſſit amicum Patri præferre, o.40.c.11.n.7.

Purgatorij animæ an voluntariè patiātur. o.40.c.12.n.3.& 4.

Purgatorij ignis, & inferni non diſtinguuntur niſi quoad durationem, rationibus oſtenditur, o.40.c.12.n.1.& 2.

Purgatorij pœna ſenſus, maior eſt illa, quā paſſus eſt Chriſtus in Cruce, o. 40.c.12. n.1.

Purgatorij pœnæ ſenſus acerbitas, quanta ex PP. & viſionibus oſtenditur, o. 40.c. 12.n.3. & 4.

Purgatorij minima pœna an ſit grauior quacunq; acerbiſſima huius vitæ ex PP. demonſtratur, ac conciliantur ſententiæ oppoſitæ, o.40.c.12.n.3.

Purgatorij animæ omnium miſerrimæ propter tria, primum, quia acerbiores ſunt illius loci pœnæ omnibus in hac vita exiſtentibus, ſcilicet pœna ſenſus, & damni, quæ ſimul comparantur, & latè explicantur; ſecundum, propter earum durationem, & quia ſeipſas iuuare non poſſunt, quæ latè explicantur rationibus & authoritatibus, o.40.c.12.n.5. & ſeq.

Purgatorij pœnarum quæ nam ſit duratio rationibus, authoritatibus Patrum, & reuelationibus oſtenditur, o. 40. c. 12. n.4.

Purgatorij pœna ſenſus paulatim per remiſſionem non minuitur, o.40.c.12.n.5.

Purgatorij animæ non poſſunt ſeipſas iuuare, o.40.c.12.n.6.& ſeq.

Purgatorij animæ an poſſint aliquid nobis de congruo mereri, vel impetrare, aliqui Doctores affirmant, o.40.c.12.n.6.

Purgatorij animarum, qui non miſerentur indigni hominis nomine redduntur, & affertur exemplum mirabilis Chriſtinæ, o.40.c.12.n.7.& 8.

Purgatorij animabus ſuffragantes miſericordiam Dei æmulantur, & quodammodo ſuperant, & doctè inter vtramque ſit comparatio, o.40.c. 13.n.4.

Purgatorij animas contemnentes ſunt illarum atrociores inimici, quam dæmones, o.40.c.13.n.5.& 6.

Purgatorij animas num dæmones crucient, quod communiter negatur, o.40. c.13. n.5.

Purgatorij animabus legata pia relicta non ſoluentes, acriter reprehenduntur, o.40.c.13.n.7.

Purgatorij animabus an noceat reſtitutio non facta, ſed præcepta tamen in teſtamento ex Doctoribus, & S. Birgittæ reuelatione oſtenditur, o.40.c.13.n.7.

Ad Purgatorij pœnas leuandas dantur plura doctè, & piè monita ſalutis, o.40.c.13. n.8.& ſeq.

Purgatorij animabus ſuffragia præſtita pro tali anima oblata infallibilem conſequuntur effectum, o.40.c.13.n.13.

Purgatorij animabus ſuffragia præſtantes, dum viuerent, poſt mortem maximè proſunt illis ſuffragia, è contra negligentibus, permittit Deus ibi oblitos eſſe etiam à Sanctis, quod exemplis oſtenditur, o.40.c.13.n.13.& 14.

Q

QVaſi, particula in ſcriptura ſacra ſæpe non minuit, ſed quod verè eſt exprimit, o.22.c.11.n.7.

Quia, aduerbium, ſæpe in ſacra ſcriptura non cauſam, ſed conſequutionem, & ſignum ſignificat, o.22.c.2.n.4.

R

REdemptionis opus euidentius diuini amoris teſtimonium, quam creationis o.38.c.1.n.1.

Redemptionis myſterium, quæ figuræ præceſſerunt, o.38.c.4.n.14.

Redemptionis opus grauius eſt, quam creationis, pulchrè, o.8.c.2.n.7.

Ad redemptionis prælium, omnia virtutum agmina vocantur, o.38.c.5.n.4. ac ſub charitatem militant. n.5.

Redemptionis pretium totum in Chriſti morte conſummandum erat, o. 38. c.7. n.10.

Reges terreni miſeri, quorum ſeruitus dominatione creſcit, o.1.c.6.n.9. & o.38.c. 4.n.27.

Regem meminiſſe oportet, quod homo exiſtens, poteſtatem adeptus ſit diuinam, o.7.c.2.n.6.

Reges nulla re magis ſuum dominium demonſtrant, quam miſerendo, o.25.c.3.n. 5.& ſeq.

Reges

Digitized by Google

Regum terrenorum gloria externa, Chriſti Domini interna, o.13.c.5.n.5.
Reges terreni habent maximam poteſtatem, cum maxima ſolicitudine coniunctam, o.13.c.5.n.7.
Reges debent admirari, & ſimul imitari potentiam Dei, qua coniuncta eſt cum iuſtitia, & æquitate, o.31.c.11.n.6.
Reges patentes debent eſſe omnibus, ac patentes habere aures ad miſerorum clamores, eo titulo, quod Reges ſunt pulchrè ex David, o.35.n.60.
Reges exemplo Dei propenſiores debent eſſe ad miſericordiam, quam ad iuſtitiam, o.35.n.65.& 66.
Regibus, & Principibus datur optimum documentum, vt ad inſtar Dei, & Chriſti Domini regnent in aliorum vtilitatem non propriam, o.1.c.6.n.6.& 7.
Regibus antiquiſſimum omnium debet eſſe legis cuſtodia, & notitia, o.35.n.71.& 72.
Regnum Coelorum cur Theſauro & Margarita ſoleat comparari in ſcriptura ſacra, pulchra redditur ratio, op.1.c.4.n.3.
Regum Palatia cum Coeleſtibus comparata, dicuntur tabernacula Paſtorum, o.13 c.5.n.8.
Regum ius in bona ſiue perſonas quod habent, ad bonum commune Reipub. & ad iuſtitiam legalem pertinet, o.26.c.8.n.1.
Rex, ſeu Princeps debet eſſe perpetuus auriga Reipub. & currus, exemplo Dei, o.31 c.9.n.4.& 5.
Reis capitis damnandis, ne iudicem, ſiue Regem viderēt, olim obuelebatur facies o.35.n.53.
Rei, & litigatoris in iudicio eſt ſtare, o.35.n.74.
Religio, & Charitas reſpiciendo Deum quomodo differant, vide verbo Charitas.
Reſtitutionis obligatio oritur ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ, non diſtributiuæ, o.26.c.5.n.5.& ſeq.

S

Sacramenti Euchariſtia tranſubſtantiationis excellentia ex Patribus explicatur, o.39.c.1.n.4.& ibidem c.4.per totum.
In Sacramenti Euchariſtia tranſubſtantiatione plurima miracula, ex Doctoribus, & Patribus demonſtrantur, o.39.c.4.n.2.per tot.
Sacramenti Euchariſtia tranſubſtantiatio comparatur cum creatione, hancque excellere oſtenditur, o.39.c.4.n.3.& 4.
Sacramenti Euchariſtia tranſubſtantiatio Incarnationi comparatur ex Patribus, o.39.c.4.n.5.& 6.
Sacramenti Euchariſtia tranſubſtantiatio dirimit quæſtionem, an creatura poſſit aſſumi, vt inſtrumentum ad creationem, & quomodo, o.39.c.4.n.6.
Sacramenti Euchariſtia excellentia à Patribus extollitur, o.39.c.6.n.1.
Sacramenti Euchariſtia effectus latè enumerantur, o.39.c.6.n.1.
Sacramenti Euchariſtia frequentatio obſeruantiam, & venerationem parit non contemptum; cum diuina quo magis tractantur, magis illa veneramur, ſecus verò terrena, quod diffusè, & pulchrè ex ſcriptura ſacra, & Patribus probatur, o.39.c.7.n.8.& 9.
Sacramenti Euchariſtia modus, quo confert ſuos effectus mirabiles videtur, o.39 c.7.n.10.
Sacramenti Euchariſtia ſuauitas in corpora etiam redundat, ita vt eo ſolo reficiantur, o.39.c.9.n.3.
Sacramenti Euchariſtia virtute, mirabilis fit mutatio in homine pulchrè figuratur o.39.c.11.n.4.
Sacramenti Euchariſtia virtute quam fortes erant Chriſtiani primitiuæ Eccleſiæ ad ſubeunda martyria, o.39.c.11.n.8.
In ſacramento Euchariſtia vnitur corpus Chriſti, ipſum manducanti, quanam vnio fit, explicatur, o.39.c.9.n.4.
Sacramento Euchariſtia à Iuda ſumpto, cur Diabolus facit illum feſtinare ad præcipitandum? o.39.c.11.n.7.
Sacramētum multipliciter accipitur, quod latè oſtenditur, o.37.c.1.n.1.
Sacramentum Altaris eſſe Hoſtiam, & ſacrificium eſt certum de fide, quod rationibus, & authoritatibus probatur, o.39.c.1.n.1.
Sacramentum Euchariſtia ex propria inſtitutione eſt cibus animæ, & nutrimentum omnium virtutum, o.39.c.7.n.1.
Sacramentum Euchariſtia, quod eſt cibus animæ, quomodo differat à cibo corporali, pulchrè oſtenditur, o.39.c.7.n.2.

Sacramentum Euchariſtia omnium virtutum ad obtinendam perfectionem eſt conuenientiſſimum, in quo exercetur fides, o.39.c.7.n.3. Roboratur ſpes. n.4. augetur charitas, n.5. & 6. commendatur religio, n.7. quæ diffuſè ex ſcriptura probantur.

Sacramentum Euchariſtia quomodo vitam ſpiritualem non ſolum nutriat, & augeat, ſed quandoque ademptam reſtituat ex Patribus explicatur, o.39.c.8. n.1.2.& 7.

Sacramentum Euchariſtia non ſolum confert vitam animæ, ſed etiam corporis, quod authoritatibus ſcripturæ ſacræ oſtenditur, o.39.c.8.n.3.

Sacramentum Altaris quomodo ſit imago futuræ gloriæ, diffuſè ex Patribus, & ſacris ſcripturis explicatur, o.39.c.9.n. 3.& ſeq.

Sacramentum Euchariſtia hominem Deo ſimillimum reddit, tribuens illi diuinos mores, ac eius virtute in Deum nos trãſformamur, o.39.c.9.n.3.

Sacramentum Euchariſtia eminenter continet effectus cæterorum Sacramentorum, quod inductione probatur, o. 39.c. 9.n.4.

Sacramentum Euchariſtia eſt omnium mirabilium Dei compendium, quod ſimilitudine ab Arithmeticis ſumpta, declaratur, o.39.c.9.n.5.

Sacramentum Euchariſtia maximè valet ad impetrandum auxilium gratiæ diuinæ, ex Doctoribus paſſim aſſeritur, & quomodo conferat robur ſuſcipientibus ad ſuperandas tentationes ex ſcriptura & Patribus oſtenditur, o.39.c.11.n.2. & ſeq.

Sacramentum Euchariſtia armat nos in deſtructionem Diaboli, o.39.c.11.n.5.

Sacramentum Euchariſtia quam potens ſit ad ſuperandas tentationes, exemplo Petri, & Iudæ probatur, ſed diuerſimodè, o.39.c.11.n.6.

Sacrificij definitio, o.39.c.1.n.1.

Sacrificij incruenti cum cruento diſcrimina plurima latè explicantur, o. 39. c. 3. per tot.

Sacrificij natura, & eſſentia in actione, & in ritu ſacrificandi ſenſibili conſiſtit, o. 39.c.3.n.1.

Sacrificij incruenti effectus ex opere operato, eſt remiſſio alicuius pœnæ temporalis debitæ ob peccata commiſſa, quod ex illis verbis, (Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, & ex ſententia Doctorum probatur o.39.c.5.n.3.

Sacrificij incruenti fructus ex vi impetrationis ſunt omnes diuinæ beneficentiæ effectus, o.39.c.5.n.4.5.& ſeq.

Sacrificij incruenti effectus ſunt aliquo modo omnia bona temporalia, o.39. c.5. n.6.

In Sacrificio cruento omnia attributa diuina præter amorem ſunt adumbrata in ſacrificio incruento attributa omnia conueniunt, vt Deum prædicent, o.39.c. 4.n.8.

Sacrificiũ laudis cur dicat Dauid Propheta tantopere honorificare Deum, o.1.c.6. n.4.& 5.

Sacrificium laudis, ſimulacrum eſt Euchariſtiæ, o.1.c.6.n.4.& 5.

Sacrificium Miſſæ antecellere omnia vetera ſacrificia, pluribus nominibus, probatur, ac inter ea diſcrimina. o.39.c.1.n.2. & 3.& ſeq.

Sacrificium cruentum, & incruentum inter ſe comparantur, ac eorum conuenientiæ, latè ex Patribus, & ſcriptura ſacra demonſtrantur, o.39.c.2.per tot.

Sacrificium Miſſæ, conſecrata vna ſpecie eſt inchoatum, non perfectum, o.39.c.2. in fine, & ibid. c.5.n. 1. at vt ſacramentum eſſentialiter eſt perfectum in qualibet ſpecie conſecrata.

Sacrificium incruentum eſt compendium omnium Dei mirabilium, o.39.c.4.n.9.

Sacrificium Chriſti pluribus nominibus antecellere Abrahæ ſacrificium, lepidè demonſtratur, o.38.c.4.n.13.

Sacrificium incruentum quam ſalutare nobis ſit, latè, o.39.c 5.per tot.

Sacrificium incruentum quomodo aliquando obtinet à Deo remiſſionem peccatorum mortalium quoad culpam, ac auxilium nedum ſufficiens, ſed efficax ad faciendam pœnitentiam, o.39.c.5.n.5.

Sacrificium incruentum quibus prodeſt ex opere operato, & quibus per modum impetrationis, latè ex Patribus *demonſtratur, o.39.c.5.n.7.8.& 9.*

Sacrificium Altaris quomodo ſit iuge ſacrificium, explicatur, o.39.c.9.n.1.

Sanctitas, quæ eſt excellens bonitas in Angelis, & hominibus reperitur, o.6.c.3. n.1.

Sanctitas creaturarum cum Deo compara-

ta immunditia dicenda eſt, o.6.c.3.n.1. & 2.

Sanctitas an reperiatur in Deo, & quomodo, o.6.c.3.n.1. & 2.

Sapientia Dei an ſit eius attributum, o.7.c.5.n.4.

Sapientia graphicè deſcribitur, o.38.c.9.n.2.

Sapientia in Deo eſt formaliſſimè eius Charitas, quod latè probatur, o.38.c.9.n.3.

Sapor nõ eſt qualitas actiua, ſicut nec odor, & quomodo dicantur pati corpora ſenſibilia ab ijs, o.36.c.4.n.4.

Scientia infuſa præter ſpecies ſuperioris ordinis, requirit habitum, ſeu lumen infuſum eleuans intellectum, o.14.c.18.n.12.

Scriptura ſacra ille modus loquendi in te inimicos noſtros, &c. In Deo meo, &c. In verbo tuo, &c. ſignificat peculiare Dei auxilium, o.14.c.6.n.2. & 3.

Scriptura ſacra ſcriptores, Spiritus ſancti ſunt inſtrumenta non ſolum quoad verborum ſonus, ſed etiam quoad verba ipſa, o.20.c.1.n.5. & 6.

Scriptura ſacra cur de Deo ſi quid aliquid affirmat, mox negando corrigit, o.34.c.4.n.4.

Sedere in ſcriptura ſacra ſignificat authoritatem indicandi, o.35.n.35. & 74.

Senatuſconſulta Romana, quare tacita vocabantur, o.35.n.85.

Seniorum eſt iuuenes corrigere, ipſos correctione non indigere oſtenditur, o.40.c.16.n.18.

Seraphini quare collaterales Dei optimè dicantur, o.35.n.44. & ſeq.

Seraphini veluti Papiliones Dei pulchrè deſcribuntur, o.35.n.61.

Seraphini an quandoque mittantur, o.35.n.95. & ſeq.

(Sic) *monoſyllabo, quam magna complecti ſoleant in ſcriptura ſacra, o.37.c.4.n.2.*

Silentium iuxta ſacra ſcriptura phraſim mortem, vel ſepulchrum ſignificat, o.35.n.89. & 90.

Simul, aduerbium, aliquando in ſcriptura ſacra ſignificat, pariter, ſimiliter, o.31.c.11.n.2.

Solem ſuum quare dicat Chriſtus Dominus apud Matthaeum, o.36.c.5.n.6.

Solis occaſus, pulchrè tabernaculum vocatur in ſcriptura ſacra, o.12.c.2.n.5. & 6.

Somnus an faciat animam magis capacem ad percipienda diuina, o.16.c.6.n.11.

Spatia imaginaria an ſint danda, & quid ſint, o.9.c.4.5. & 6. Et quid ſentiat D. Auguſtinus de illis, c.1.n.2. & c.6.n.4. Et quid ſentiant alij Patres, ibidem per totum.

Species non ita res repræſentat, vt viſio rei ad imaginem in ſpeculo depictam terminetur, ſed ad rem ipſam immediatè, quod duobus exemplis comprobatur, o.15.c.3.n.3.

Speciei neceſſitas in potentia cognoſcente, quæ ſit, explicatur, o.14.c.7.n.2. & ſeq.

Species impreſſa diuinæ eſſentiæ, quæ ſit con principium viſionis beatificæ de potentia abſoluta poteſt dari, o.16.c.2. per tot.

Species non requiritur, vt ſit immaterialior ſuo obiecto, vt patet de ſpecie, quam Angelus inferior habet de ſuperiori, o.16 c.2.n.9.

Spiritus ſancti diuinitas, & immenſitas probatur, o.9.c.10.n.3. & 4. & o.12.c.4.n.11.

Spiritu ſancto ſe diligunt Pater, & Filius in diuinis, quomodo intelligendum, o.34.c.11 n.1. & 2. & o.38.c.2.n.1.

Spiritus ſancti diuinitas rationibus, & varijs locis ſacræ ſcripturæ probatur, o.34.c.11.n.3. & ſeq.

Spiritum ſanctum etiam à Filio procedere, probatur authoritatibus Patrum, *& ſacra ſcriptura, o.34.c.11.n.4. & ſeq.*

Spiritum ſanctum cur Apoſtoli dabant per impoſitionem manuum, Chriſtus vero inſufflando, o.34.c.11.n.4.

Spiritum ſanctum diſtinctum eſſe perſonã à Patre, & Filio, eiuſdemque ſubſtantiæ, ac filium non eſſe, probatur, o.34.c.11.n.7.

Spiritus ſanctus cur igneis linguis ſuper Apoſtolos apparuit, o.34.c.11.n.8. in fine.

Spiritus ſanctus quare non dicatur Pater Chriſti, o.37.c.2.n.9.

Stare apud ſacras, & prophanas litteras miniſtrantis, & obſequentis eſt, o.36.c.5.n.1. & 2.

S. *Stephanus cur pro ſe ſtans, pro inimicis vero flexis genibus orabat, pulchra aſſignatur ratio diſcriminis, o.26.c.2.n.7. & 8.*

Subſtantia an poſſit creari eiuſdem rationis cum Deo, ſiue ſupernaturalis, ſiue naturalis dicenda ſit, o.13.c.2.n.8. & 9.

Summi Pontifices in Patria videntes in Verbo omnia, quæ ad ſuum ſtatum pertinent, & militantis Eccleſia *decurſum, an videant diem Iudicij*, o.15.c.7.n.5. & 6.

Supernaturales actus quoad ſubſtantiam, qui dicantur, o.15.c.6.n.2. & 3. & c.8.n.12. & c.11.n.9. & 10.

Supernaturalia ſimpliciter nulli creaturæ poſſunt eſſe naturalia, alioquin non ſimpliciter, ſed ſecundum quid eſſent ſupernaturalia, o.15.c.8.n.2. & 3.

Supernaturale accidens nulli ſubſtantiæ creatæ, poteſt eſſe naturale, o.15.c.8.n.3. 4. & 7.

T

TActus, & guſtus non ſentiunt qualitates ſuis organis inhærentes, ſed potius rerum afficientium, o.36.c.4.n.4.

Temporis duratio quotuplex, & quæ o.34 c.9.n.2.

In tentationem quomodo dicatur Deus inducere, vnde oramus, Et ne nos inducas in tentationem, o.21.c.7.n.25.

Tentationem quandoque immittit Deus, ſed longe diuerſo fine, quam Dæmon, ex ſcriptura ſacra probatur, o.39.c.10. n.8.

Ternario numero in ſacris, & profanis litteris eximium in aliquo genere ſignificare comprobatur, o.35.n.72. & ſeq.

Thebani quomodo Senatũ pingere conſueuerunt, o.35.n.51.

Theſaurus quid, o.1.c.4.n.3. & 4.

S.Thomas quid ſentiat de ſpatijs imaginarijs, o.9.c.6.n.5.

S.Thomas beatitudinem ita ponit in actu intellectus, vt non omnino excludat actũ voluntatis, o.13.c.4.n.1.

S.Thomas ſentit viſionem beatificam non eſſe connaturalem vlli intellectui creabili, examinatur eius ratio, ac defenditur ab aduerſarijs, o.13.c.9.per tot.

S.Thomas tenet lumen gloriæ eſſe virtutẽ, non ex parte obiecti, ſed ex parte potentiæ ſe habentem, o.14.c.2.n.3. & 4.

S.Thomas expreſsè à viſione beatifica ſpeciem impreſſam excludit, o.14.c.9.per totum.

S.Thomas non ponit verbum ex indigentia obiecti, ſed ex intrinſeca ratione intellectionis, o.14.c.11.n.3. & ſeq.

S.Thomas quomodo eſt intelligendus, dum inquit verbum eſſe id, in quo rem intelligimus, o.14.c.11.n.4. & 5. *Et quomodo dum vocat verbum rem intellectam*, n. 7. & ſeq.

S.Thomas voluit Beatos cognoſcere creaturas in Deo tanquam in cauſa, o.15.c.2. n.2. & 5.

S.Thomas cenſet Beatum *videre creaturas exſiſtentes in verbo*, o.15.c.2.n.6. & ſeq.

S.Thomas quomodo intelligendus, quando inquit viſionem beatificam ſatiare omne deſiderium rationabile beati, o.15.c.5.n. 6. & 7.

S.Thomas an velit beatos cognoſcere omnes orationes, quæ ad illos funduntur in verbo formaliter, o.15.c.8.n.6. & ſeq.

S.Thomas vult viſionem beatificam non admittere variationem, & ſucceſſionem, o.15.c.9.n.2. & ſeq.

S.Thomas negat de potentia abſoluta poſſe dari ſpeciem impreſſam diuinæ eſſentiæ, & an poſſit interpretari, o.16.c.3.per totum.

S.Thomas an velit poſſe fieri viſionem beatificam ſine lumine gloriæ de potentia abſoluta, o.16.c.4.n.3.

S.Thomas quid ſentiat de nominibus Dei, o.17.c.3.n.9. & 10.

S.Thomas quid ſentiat de futurorum contingentium cognitione, de eorum determinata veritate, & de reali eorum præſentia in æternitate, o.18.c.13.n.6. & 7.

S.Thomas quid de cognitione futurorum conditionalium, nam noſtræ ſententiæ videtur inhærere, vnde plura eius loca; examinantur, o.19.c.5.n.1. & ſeq.

S.Thomas quid intelligat per voluntatem antecedentem, & conſequentem Dei, o. 21.c.3.n.11. & 12.

S.Thomæ quomodo intelligitur illud dictũ, ſcire diuinum habet neceſſariam habitudinem ad ſcita, non autem velle diuinũ ad volita, o.21.c.11.n.5.

S.Thomas quomodo intelligendus, quando inquit odium inimicitiæ reſpicere malũ vt malum, o.21.c.12.n.4.

S.Thomas quid ſentiat de ira Dei, an ſit ipſi concedenda, & eius varia loca conciliantur, o.24.c.2.n.1. & ſeq.

S.Thomas quomodo intelligendus, ponendo in Deo miſericordiam, non ſecundum paſſionis affectum, ſed effectum, o.25.c.1. n.1.

S.Thomæ dictum quomodo intelligendum, quod miſericordia excludit propriam miſe-

Digitized by Google

miſeriam,o.25.c.2.n.9.& 10.

S.Thomas quomodo intelligatur, dum inquit, ſi miſericordia,& charitas conſiderentur ſecundum ſe, miſericordia eſt perfectior, ſi in ordine ad ſubiectum non eſt perfectior, niſi in eo, qui nullum ſuperiorem habet,o.25.c.3.n.2.& ſeq.

S.Thomas loquens de debito æternæ gloriæ dicit ſibi ipſi Deum illam debere, nam oſtendit radicem debiti, o. 26. c. 4. n. 2. & 3.

S.Thomas vult ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ tantum oriri obligationem ad reſtituendum,o.26.c.5.n.12.

S.Thomam conceſſiſſe iuſtitiam diſtributiuam in Deo videtur clarum, de iuſtitia commutatiua magis eſt dubium, o.26.c.7.per tot.

S.Thomas aſſerit inter Deum,& Chriſtum Dominum fuiſſe iuſtitiam ſimpliciter, nulla ſuppoſita gratia,o.26.c.7.n.5.

S.Thomas non videtur concedere in Deo magnanimitatem,o.30.c.1.n.9.

S.Thomas ſentit diſtingui omnipotentiam Dei ab eius intellectu,& voluntate,o.31.c.4.per tot.

S.Thomas quem actum imperij ponit in intellectu noſtro reſpectu ſui ipſius,o.32.c.1.n.9.

S.Thomas prouidentiam ponit in actu intellectus,o.33.c.1.n.2.

S.Thomas quomodo intelligendus, dum inquit prouidentiam non deficere à ſuo fine,o.33.c.1.n.14.& ſeq.

S.Thomas admittit potentiam obedientialem actiuam,o.36.c.6.n.4.

Traianus Imperator laudatur, quod ipſo imperante ſæpe vincebatur Fiſcus,o.35.n.55. Eiuſque iuſtitia commendatur, ibid.n.118.

Tranſubſtantiatio.vide Sacramentum.

Tribulationum memoria cumulabit gaudio,& lætitia beatos in cœlo, o. 13.c.5.n.13.

Tribulatos maximè ſolatur Deus his verbis, merces veſtra copioſa eſt in cœlo, o. 26. c.2.n.4. & 5.

Tribulationibus,impij ſeruiunt iuſtis,o.33.c.1.n.21.& ſeq.

Tribulationibus parta gloria prouocat Angelos ad inuidiam,o.13.c.5.n.10.

Tribulationes non ſunt fugiendæ, ſed libenter tolerandæ,o.38.c.8.n.4.

Tribulationes tanquam proſpera,& ineundæ amplectendæ,dignitates timendæ, quod pulchrè ex ſcriptura comprobatur,o.38.c. 8.n.5.

Tribulationes à Deo miſſas nos conſolari, non auferendo, ſed per ipſas probatur pulchrè,o.36.c.3.n.9.& ſeq.

Tribulati in Chriſti Republica (quod eſt ſingulare) ſolantur eos, qui ſunt illæſi, quod ſcriptura,& exemplo probatur,o.38.c.8.n.5.

Tribulatis,& patientibus propter nomen ſuum Deus ita ſuccurrit, vt paratus ſit eſurientibus bolum è faucibus eripere, ſi talibus amicis abũdè non poſſet eſſe prouiſum,o.33.c.2.n.2.

Trinitas pulchrè deſcribitur, o.34.c.1.n.3.

S.Trinitas omnibus eſt ignota, ac de illa dicitur Deum eſſe ignotum omni, quod Deus non eſt,o.34.c.1.n.4.

Trinitas ſancta tunc ſolum cognoſcitur, cum cognoſcitur ignorari,o.34.c.1.n.4.

Trinitatis myſterium figuratur,o.31.c.10.n.4.& o.35.n.70.

Trinitatis arcanum, quam ſublime, ac reconditum,o.34.c.1.n.1.& ſeq.

Trinitatis arcanum ſacro ſilentio elucidatur,o.34.c.1.n.2.

Trinitas quomodo dicatur habitare lucem inacceſſibilem,quod nec inueſtigari quidem patitur,o.34.c.5.n.1.& ſeq.

De Trinitate paradoxa,pulcherque diſcurſus,o.34.c.5.n.3.& ſeq.

Trinitatis connexio cum vnitate,inexcogitabilis,o.34.c.5.n.2.& ſeq.

Trinitatis myſterium, quod nedum comprehendi,ſed nec inueſtigari poſſit, probatur authoritate ſacræ ſcripturæ Iſaiæ 6.o.34.c.6.n.1.& ſeq.

Ad Trinitatis myſterium cognoſcendum nullum in nobis eſt inſitum lumen,o.34.c.5.per tot.

Trinitati nubes, caligo, fumus,tributa, claritatem ſignificant nimiam, quod varijs ſcripturæ locis oſtenditur, o.34.c.6.n.5.

Trinitatis myſterium atro fumo ab Iſaia, cur oſtendatur.o.34.c.6.n.7.

Trinitatis myſteriorum,nec Seraphim proprio inniti lumine intelligere valent, quod pulchrè viſione Iſaiæ oſtenditur,o.34.c.6.n.7.

Trinitatis myſterium ænygma cur dicatur o.34.c.6.n.8.

Ad Trinitatis myſterij reuelationem, Diſcipuli in Monte Tabor ceciderunt in fa-

faciem. Contemplantur tamen faciem Chriſti ſplendentem, & quare, o.34. c. 6.n.9.10. & 11.
Trinitatis myſteriũ eſt veluti torrens difficultatum, quod tranſuadari non poteſt, quod pulchrè Eze.cap.47. Figura oſtenditur, o.34.c.6.n.12. & ſeq.
Trinitatis myſterium tribus nominibus eſt imperceptibile, o.34.c.7.per tot.
Trinitatis myſterium eſt ineffabile ratione excellentia obiecti, o.34.c.7.à n.2. vſque ad 7.
Trinitatis myſteriũ, quomodo omnes alias diuinas perfectiones antecellit, o.34.c.7. n.6.7. 8. & 9.
Trinitati neque Lucifer, licet Dei æqualitatem affectaſſet, exæquari ambiuit, o.34 c.7.n.10.
Trinitatem quomodo à D. Dionyſio licuit dicere eſſe ſuper Deum, diuinitate ſuperiorem, ac præſtantiorem, o.34.c.7.n.11. & 12.
Trinitas ſecundum ſuam rationem, & expreſſè, plures perfectiones in ſe continet, quam ſecundum ſe diuina eſſentia, o.34. c.7.n.12.
Trinitatis myſterium ineffabile, ratione creata intelligentia imbecillitatis, & ſumma medij inopia, o.34.c.7.n. 13.14. 15. & 16.
Ad Trinitatis myſterij cognitionem per ſcalam creaturarum, quare non poſſumus aſcendere, o.34.c.7.n.16. & 17.
Ad Trinitatem cognoſcendam fides facit viam, quod pulchrè oſtenditur auctoritate ſacra ſcriptura Cant.5. o. 34.c.8. per tot.
Trinitatis arcana, vincula ſunt hæreticis, corona fidelibus, o.34.c.8.n.2.
Trinitatis myſterium explicatur altiſſimè inter omnes Euangeliſtas à Ioanne, o.34. c.9.per totum. Vbi latè explicantur eius verba.
Trinitatis diſtinctio, ſcilicet perſonæ Filij a perſona Patris cum vnitate naturæ, probatur à Ioanne, o.34.c.9.n.24.25. 26. & ſeq.
Trinitatis æqualitas, Filij cũ Patre, oſtenditur à Chryſoſt. ex verbis Ioannis, ibid. c.9. n.27.
Trinitatis perſonarum diſtinctio quomodo à Ioanne probatur, o. 34. c. 9. n. 33. & 34.
Trinitatis myſterium alijs ſcripturæ locis explicatur, o.34.c.10. per tot.
Trinitatis myſterium dilucidatur varijs ſimilitudinibus, o.34.c.11.n.8.
Trinitatis Myſterij Chriſtus fuit Princeps Euangeliſtes, o.34.c.12.per tot.
Trinitatis Myſterij proportiones cũ Chriſti Incarnatione, plures enumerantur, o.34. c.12.n.2. & ſeq. & o.37.c.2.n.1. & ſeq.
Trinitatis Myſterij fides quanti ſit facienda, & cur S. Mater Eccleſia morientium animas ex hoc capite potiſſimum Deo cõmendat, o.34.c.12.n.8.
Trinitatis gloria per illa verba, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto perpulchræ expoſitiones, o. 34. c.13. per totum.
De Trinitatis Myſterio paradoxa, quæ affirmantur, o.37.c.2.n.1.
Triumphanti olim iungebatur in eodem curru viliſſimus ſeruus conuitiaturus, o.38.c.9. in fine.
Thronus Dei excelſus, & eleuatus quid ſecundum Bernardum, & Chryſoſtomum, ſignificet, o.35.n.34.
Throni multi in Daniele cur vacui in Apocalypſi pleni, cur referuntur, o.35. n.34.

V

VErbum in diuinis cur dicatur habere vitam in ſemetipſo, non autem à ſemetipſo, o.1.c.1.n.9.
Verbum mentis formant beati, cum vident Deum, o.14.c.10.per totum, quod probatur authoritate ſcripturæ ſacræ, & D. Thomæ c.11.per tot.
Verbum cur ita à Ioanne appelletur Filius Dei, pulchræ rationes afferuntur, o.34.c.9.n.4. & ſeq.
Verbum in diuinis, & in humanis dicendo generatur, o.37.c.2.n.5.
Verbum reuerenter ingreditur Virginis vterum, veluti pergens ad ſuperiorem, pulchrè oſtenditur authoritate Patrum, o.37.c.3.n.13.
Verbum quod nullam in cœlis agnouit patriam poteſtatem, nouit natus in terra, o.37.c.3.n.13.
Verbo quæ ſunt propria, Spiritui ſancto fiunt communia, dum fit Virginis filius, pulchrè oſtenditur, o.37.c.3.n.15.
Verbum, vide etiam Filius Dei, Chriſtus.
Veritas triplex in eſſendo in intelligendo, & dicendo, & hoc vltimo modo eſt virtus moralis, qua inclinamur ad dicendum

dum

dum verum, & in illa includitur fidelitas tanquam actus ſub habitu, o. 27. c. 1. n. 1.
Verum & ens non ſunt nomina ſynonima, & quid addat enti, o. 5. c. 1. n. 6.
Verum, & bonum quomodo differant, o. 5. c. 1. n. 7.
Vexillum vt milites defenderent quid Romani conſueuerãt facere, o. 38. c. 7. n. 10.
Virginitatem ſeruans immortalitatem videtur conſequi, nec vnquam pro mortuo habetur, pulchrè oſtenditur, o. 37. c. 7. n. 15.
Virtutes morales definiuntur, o. 38. c. 5. n. 1. & ſeq.
Virtutum agmina omnia vocãtur ad prælium Redemptionis, & in paſſione, ſub charitate militant, o. 38. c. 5. n. 4. & 5.
Viſio Iſaiæ 6. pulchra abſcondit miſteria; præſertim futuræ vitæ, o. 13. c. 5. n. 20. & ſeq.
Viſio beatifica, vide in verbo beatitudo, beati, & Dei incomprehenſibilitas.
Vita noſtra duratio multis differt ab æternitate, quod explicatur pluribus locis ſacræ ſcripturæ, o. 11. c. 2. per tot.
Vitæ noſtræ dies ſtatim cum incipiunt dicuntur veteres, pulchrè probatur ſacris ſcripturis, o. 11. c. 2. n. 1. & 2.
Vita noſtra in exordio, tendit ad occaſum, eſt maximè fugax, eſt mortis exordium, variabilis, nunquam in eodem ſtatu permanens, eius incrementum eſt in defectu, pulchrè aſſimilatur flori efflorenti, ac decidenti, Naui, quin etiam vento nauigiũ pellente, quæ authoritatibus Patrum, & ſcriptura ſacra probantur, o. 11. c. 2. per totum.
Vita rerum permanentium quam contemptibilis, quam exigua ſit reſpectu æternitatis, ibid. n. 6. & 7.
Viuendi tempus non videtur intermedium inter tempus naſcendi, & moriendi, & cur ita, o. 9. c. 3. n. 3.
Viuere incipiẽti puero, cur vmbelicus præſcindebatur, o. 9. c. 3. n. 3.
Viuere incipiens puer, ſaliebatur, & quare, o. 9. c. 3. n. 2.
Vnguentum à Magdalena effuſum accelerat Chriſti mortem, & quanti valoris fuerit, o. 38. c. 6. n. 10.
Vniuocè vt aliquid dicatur de pluribus quid requiritur, o. 17. c. 7. n. 3.
Vnum ſumitur affirmatiuè, & excluſiuè, o. 4. c. 1. n. 1.
Voluntas non poteſt ferri in rem incognitã, o. 7. c. 4. n. 4. & 5.
Voluntatis creatæ actus quomodo differat ab actu voluntatis diuinæ diffuſè, o. 21. c. 1. n. 7.
Voluntas non obſtante iudicio, & conſideratione actus boni, vel mali, poteſt peccare, nec cogitur eligere, quod intellectus maiori, vel firmiori aſſenſu conſiderat, quod rationibus, & experientia probatur, o. 40. c. 8. n. 3. & ſeq.
Voluntas poteſt peccare, nullo prauio errore intellectus practici, & ſpeculatiuè, o. 40. c. 8. n. 7.
Voti obligatio poſtponitur debito contracto ex iuſtitia, quamuis illa tempore præceſſerit, o. 1. c. 6. n. 8. & 9.
Vterus cur Patri æterno tribuatur, o. 34. c. 9. n. 9. & o. 37. c. 2. n. 9.
Vterus B. Virginis, vide Maria Virgo.
Vxor nihil debet facere inſcio marito, o. 37. c. 7. n. 13.
Vxor antiquitus non habebat aliud nomen, quã nomen viri, & quare, o. 37. c. 7. n. 13.

F I N I S.

Digitized by Google

THEOLOGIAE SCHOLASTICAE OPVSCVLVM PRIMVM.

Quomodo ſe habeat eſſe ad Diuinam eſſentiam.
Cap. I.

1 QVod eſſe nõ diſtinguatur re ipſa ab eſſẽtia Diuina, ipſamet Dei ſimplicitas teſtatur, vt infra videbimus. Duo tamen ſunt ad propoſitam difficultatem explicandam, potiſſimum examinanda. Vnũ eſt, num eſſe aliunde Deo conueniat, quàm ex ſua eſſentia: Alterum verò, etiam ſi primum ſtabile ſit, & firmum; num hoc eſſe ſit formaliter Dei eſſentia, ſiue de eius eſſentia. Quod autem hæc inter ſe differant, patet tum ex alijs multis, tum ex eo quòd Paternitas idem eſt cũ Diuina eſſentia, & non aliunde cõuenit Deo, quàm ex vi ſuæ eſſentiæ, & nihilominus non eſt propriè ac formaliter de eius eſſentia.

2 Quod igitur Deo non aliunde cõueniat eſſe, quàm ex ſua eſſentia: certa fide tenendum eſt, multiſque conuincitur teſtimonijs, vt eſt illud

Exod. 3. Exod. 3. *Ego ſum, qui ſum* quod perinde eſt, ac ſi Deus dixiſſet: Ex me

Gre. Naz. habeo ego vt ſim, ſic Gregor. Nazianzenus oratione 24. quæ eſt 2. in

Aug. Iſid. Hila. Cyr. Paſch. Auguſt. lib. de ver. Relig. cap. 49. Iſidor. lib. 7. Ethymol. cap. 1. Hilar. lib. 1. de Trinit. Cyrill. lib. 1. Theſaur. cap. 6. ſic communiter omnes. Secundò id probatur illa firmiſſima

3 ratione; Deus eſt nullius indigens, non ens creatum, nec factum; imò ipſe eſt factor viſibilium, & inuiſibilium, vt in ſymbolo fidei legimus, ergo habet exiſtentiam non receptam, eſt ergo ens ex ſe habens eſſe; quam argumentandi formam, Apoſtolo Magiſtro didicimus, illis verbis Epiſt. ad Rom. cap. 11. *Aut quis* Rom. 11.

prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia hoc eſt, quia ab ipſo Deo omnia dicuntur eſſe, vt à primo efficiente principio, à quo facta ſunt, & eſſe acceperunt, per ipſum ſunt, quia ipſe eſt, qui diſponit, & regit, & dirigit omnia: in ipſo autem, quia eius virtute conſeruantur, durant, permanent, & operantur, ergo quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quaſi dicat nullus. Quòd ſi in conferendis beneficijs non modo ſupernaturalis ordinis, ſed etiam ordinis naturalis, tribuit, non retribuit Deus, iuxta perſimilem ſententiam, 3

quam legimus apud Iob. cap. 41. Iob 41.

Quis antea dedit mihi, vt reddam ei? ergo habet exiſtentiam non receptam ab alio; ſed ex ſe habet eſſe.

Tertiò id patet; nam hac præſertim ratione, creatura ex vi ſuæ naturæ nõ habet actu exiſtere, quia ab alio facta, vt manifeſtum eſt ex terminis; ergo cum Deus ſit ens non factum; quinimo ipſe factor, & creator Diſcrimen inter eſſe diuinum, & creaturarum. 4

Digitized by Google

omnium, non aliunde habet eſſe, quam ex ſua eſſentia. Totum hoc explicuit mirabiliter Dauid Propheta Pſal. 101. Audi ipſum *opera manuum tuarum ſunt cæli* quid inde infert? *ipſi peribunt*, non quòd natura ſua, & phyſicè ſint corruptibiles, vel corrumpendi: imò ad ſolas cauſas naturales relati, dicuntur entia neceſſaria, non enim habent huiuſmodi cauſas, à quibus corrumpantur. Attamen cum Deo, & prima cauſa comparati, nō neceſſariò exiſtunt, ſed peribunt. Quare? Nam sūt opera manum Dei, ergo illorum eſſe, & perennitas, eſt quid aduentitium, non ex propria ortum eorū eſſentia, ergo ſi volūtas adſit creatoris, ſi illi placuerit, peribūt *Tu autē* infert de Deo eodē loco *permanes, tu aūt idē ipſe es, & anni tui non deficient*. Quæ cum proculdubio aduerſentur præcedentibus, illud ſignificant. Tu autem cum ſis ens nō factum, ſed eorum factor, & creator permanes, idem ipſe es, &, vt cum Caldaicha Paraphraſi loquar, *Tu idem, qui creaſti eos, & anni tui non deficient*, eo igitur ſenſu dicitur eſſe, & permanere Deus, omnium opifex, quo dicuntur cæli, & entia omnia creata, quamuis natura incorruptibilia, perire; ſed hæc peritura vocantur, quia aduentitium habent eſſe, vtpotè ab alio receptum, ergo optimè dicitur; Deus idem eſſe, & permanere, nec vllius capax defectus, quia non aliunde habet eſſe, quàm ex ſua eſſentia. Et

5 pulchrè quidem creaturarum omnium inopia per verbum. Pereo; deſcribitur à Dàuid *ipſi peribunt*, Nam quemadmodum in Aulicorum ore habetur illud frequenter, fame pereo, & quamuis demenſum illis ſuppeditetur à Dominis copioſiſſimū, meritò id dicunt. Cur ita? Nam cum domi nihil habeant, quo victitent, ſed tota eorum viuendi ratio in Dominorum poſita ſit voluntate, ipſi, quantum in ipſis eſt, fame perire dicuntur. Quòd ſi annuos redditus habere cæperint, liberatos ſordibus lætantur, De meo, inquiunt, victito, iam viuere poſſum arbitratu meo. Ita cum de creaturis eſt ſermo, iure optimo entia dicuntur per participationem; totum enim eorum eſſe, eſt veluti pars, (vt vulgo dicitur) latinè demēſum illis à Deo præfinitum: pereunt igitur derelicta, cum non ex ſe ipſis habeant vnde ſint, ſed aliunde; tamque Dei egent adminiculo, vt nec vel ad momentum permanere poſſint, iuxta illud *Sap. 11. Quomodo aūt poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet conſeruaretur?* niſi enim continuò vocētur ad accipiendum quo ſint, & victitēt, quēadmodum Aulici ad præfinitum demenſum, in nihilum rediguntur. Cui conſonat Dauidicū illud Pſal. 103. *Dante te illis, colligēt, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate*, ecce Deum ſuppeditantem creatis cunctis, vndé ſint, & viuant. Quod ſi quæras an ita ab illo colligant, & impleantur, vt omnis eorum victus, & exiſtendi ratio inde tantùm pendeat, audi ſequentia *Auertente aūt te faciē turbabuntur, auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur*, quæ omnia de ſubductione prouidentiæ, & conſeruationis intelligit Genebrardus, quam ſi vel ad momentum Deus ſubtraheret, in ictu oculi mundus totus periret, & ſtare non poſſet. Idque adeo verū eſt, vt dicatur, teſte Apoſt. ad Roman. 4. *vocare ea quæ nō ſunt tāquam ea quæ ſunt:* Nam quemadmodum ea quæ non ſunt, ipſo faciente de nihilo, habent eſſe, quo ſunt: ita iam facta, eodem ipſo ſubſtinente vigēt, & perſeuerant eſſe, quandiu ſunt, & niſi vocentur ad ſubſequens eſſe

per

Pſal. 101.

Pſal. 101.

Omnia creata cōparatione Dei entia peritura vocantur.

Sap. 15.

Pſal. 103.

6

Entia creata cōtinuo vocantur ad eſſe.

Rom. 4.

per momenta ſingula, iam facta, per eius ſeruatricem potentiã, nequaquam perſiſterent; quemadmodum,& facienda,niſi ad primum eſſe admittantur,per eius creatricem, virtutem, nunquam exiſterent; tãq. æqualiter ſe habere videtur ad Dei poteſtatem, & virtutem & ea quæ ſunt,& ea,quæ non ſunt, vt id ſpectans dixerit Spiritus Sanctus Sap. 7. De Sapientia Diuina: *& cum ſit vna,omnia poteſt, et in ſe permanens, omnia innouat.* Cum enim pendeat eorum eſſe à Deo,ipſa rei conſeruatio eſt veluti noua eiuſdem productio,& ſuccedentes circa eamdem rem mutationes, atq. operationes, nouitatem importãt. Et quãuis cœli inalterabiles dicantur,& incorruptibiles,multoq.magis Angelici Spiritus,oĩa tñ innouat Sapiẽtia Diuina; nã cũ oĩa cõſeruet,oĩa dicitur recẽs ꝓducere. Ad rem igitur noſtrã reuertentes ſi Aulici,qui ſingulis vel diebus, vel hebdomadibus præfinito, opus habent illi à Dominis demenſo,cum de ſuo non victitẽt, fame ſe perire fatentur, quid de creaturis omnibus dicendum, quæ nec ad momeutum innatum habent eſſe, ſed ſemper aduentitium, à Deoque ita pendent, vt vix ſubducta eius prouidentia, & cõſeruatione, continuo dilabantur,peritura entia meritò vocantur. Et quamuis cœli inter hæc viſibilia ſolidius accipiant demenſum: nam perennitate gaudent; & ad ſolas cauſas naturales relati,ſunt entia neceſſaria, optimè tamen de ipſis inquit Dauid *Cæli peribunt*, ſunt enim opera manum Dei,cumq.ipſo comparati, contingentia,ac ſi illi placuerit, interibũt: Verum tu Deus,qui creaſti eos, & omnia, permanes,idem es, & anni tui non deficient. Quartò confirmat hæc omnia id, quod communiter dicitur eſſe Dei dici propriũ;
8 aliorum omnium mutuum, Doctrina ex iiſdem Sacræ Scripturæ fontius hauſta. Nam ſi cuique rei illud dicitur proprium,quod ipſi cõuenit ſoli, & ſemper,de Deo teſtatur Iob,cap.23. *Ipſe.n.ſolus eſt*, hoc eſt,vt exponit Gregor.lib. 16. Moral.cap.18.in ſemetipſo Deus ſolus ſubſiſtit,& non aliunde habet eſſe, quàm ex ſua eſſentia. Iuxta quem ſenſum intelligenda ſunt verba illa Annæ 1.Reg.2. *Et non eſt alius extra te*, vel,vt legit Origen. Homil.vnic. in libr.Reg. *Nihil eſt præter te* ideſt, vt idem explicat, Nihil eorum quæ ſũt,hoc quod ſũt,naturaliter habẽt eſſe, tu ſolus es, cui quod eſt, à nullo datum eſt; Nos enim omnes, ideſt vniuerſa creatura, non eramus,antequàm crearemur: & ideo, quod ſumus, voluntas eſt creatoris:eſſe igitur à ſe, & in ſemetipſo ſubſiſtere ſoli conuenit Deo: bene igitur Iob *Ipſe enim ſolus eſt*, & vt 9
veram proprij rationem habere magis conſtet, quod non modo ſoli conuenit,ſed ſemper.Tygurin.legit *Ipſe perpetuò ſui ſimilis eſt*,quod alijs verbis Dauid(Tu aũt permanes) tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Adeoq. eſt illi peculiare, ac ab eo inſeparabile, in ſe ipſo eſſe,&ſubſiſtere, nec aliunde id habere, quam ex ſua eſſentia, vt volens D.Ioannes Apoſtolus, & Euãgeliſta cap.5 probare filium eſſe Patri conſubſtantialem, illo tanquam validiſſimo medio confirmet: quòd habeat Genitus vitam in ſemetipſo,ſicut,& Genitor *ſicut* inquit, *Pater habet vitam in ſemetipſo, ita ẽt dedit,& filio vitam habere in ſemetipſo.* Quæ verba Athanaſ.ſerm.4. contr. Arian.Auguſt.tract.22.in Io. Chryſoſt. Homil.38.in Ioan. Chriſto, vt Deo conuenire putant,qui accepit per ęternam generationem, vitam in ſemetipſo, ſicut & illam in ſemetipſo habet Pater, quia idem eſſe habet Diuinum, & eandem Di-

Sap. 7.

Adducitur exẽplũ aulicorum.

Eſſe Dei proprium creaturarũ mutuum.

Iob 23. Gre. Pap.

1. Sig. 2. Origen.

Io. 5.

Auguſt. Chryſoſt.

uinitatem;quæ eſt vita intellectualis non participata,nec ab alio dependens; & nota cum Chryſoſtomo, & alijs, ex his verbis etiã optimè colligi quomodo differat Filius à Patre,quomodo è creaturis cæteris;concluditur ex hoc loco contra Arianos, filium hoc ſolo differre à Patre, quod Pater habeat vitam & in ſemetipſo, & a ſemetipſo, filius non à ſemetipſo, ſed in ſemetipſo. ergo, ſola diſtinctione perſonæ, quod vna Genitoris ſit, altera Geniti,non diuerſitate naturæ, ſi enim alia vita eſſet filij, tunc dependens eſſet, & participata à vita Patris; iamque non haberet vitam in ſemetipſo,ſicut habet Pater. Concluditur ẽt differre à creaturis omnibus,quæ nec in ſemetipſis, nec à ſemetipſis vitam,& eſſe habent: Non à ſemetipſis, quia ab alio acceperunt;non in ſemetipſis, quia ab alio pendent. Sicut enim lumen à ſole in corpora receptum,pendet à ſole ipſo,ſic omnis vita, & eſſe creatum pendet à ſuprema cauſa, quæ Deus eſt, ipſe autem à nemine pendet: vnde vita eius:quæ vna eſt,& prima nullo alio eget; propterea in ſemetipſo Deus eſt,& viuit; cumque eadem vita numero eademq. eſſentia ſit Patris,& Filij, bene inquit Ioan.

Filius in diuinis cur dicatur habere viam in ſemet ipſo non autem à ſemetipſo.

10 Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo,ita etiam dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo. Adde cum id ſonet non modo eſſe ſibi ipſam vitã per eſſentiam;ſed etiam alijs vitam eſſe per communicationem, quid mirum cum acceperit à Patre Filius vitam habere in ſemetipſo, vt non ſolùm ſibi ipſi ſit vita per eſſẽtiam,ſed poſſit vitam, in quoſcunq. voluerit,effundere; vt teſtatur eodem loco Ioannes;ſicut enim Pater ſuſcitat mortuos,& viuificat; ſic, & filius,quos vult viuificat. Quin etiam D.Paul. ad Philipp.2. cum de de glorificatione Chriſti Ieſu poſt reſurrectionem loquitur, quando eius Diuinitas iam cœpit innoteſcere,ait in illius nomine omne genuflecti, coeleſtium,terreſtrium, & infernorum; ideſt ab hoc viuente Deo,atq;vitæ,& reſurrectionis auctore, viuentia cuncta emendicare vitam, atq. viuentem quoque venerabundos adorare eos, qui in coelis,qui in terris viuunt;cum etiam quorum in ſepulchris inferis, & ſubterraneis iacent cadauera; vt quę ab illo reſurrectionem,& vitam expectent. Sic ferè interpretatur Martyr. Ignatius Epiſt. 2. Ad Trallian.& in hunc ſenſum quidam illud Pſal.21. *In conſpectu eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram*, quaſi dicat. Qui mortuus in terra deponitur, ipſo iacendi habitu, videtur quaſi proſternendo ſe,adorare Deũ 11

Philip.2.

Ignat. Pſ. 2.

viuẽtem in ſæcula, & quaſi ſupplex deprecari reſtitutionem ad vitam. Sic igitur cuncta creata ſe habent ad Filium Dei,ſic ad Deum ipſum; Nã cum vitam habeat in ſemetipſo nõ modo illi proprium eſt eſſe,& viuere,ſed eſſe Auctorem, & fontem, vnde hauriant cætera omnia, quæ ſunt,& viuunt, quemadmodum teſtatur de ſe ipſo in perſona omnium Dauid Propheta Pſ.38. *Et nunc,quæ eſt expectatio mea?non me Dominus? et ſubſtantia mea apud te eſt*, non enim ſolum eſſe,& ſubſiſtere noſtrũ apud Deum, quia fons eſt, & Auctor illius,in nos omnes illud effundens,ſed iam effuſum, apud ipſum adhuc eſt;quia ita continuò pendet ab illo,vt ſine eius adminiculo, nec vel ad momentum poſſit permanere. Et quẽadmodũ mutuũ, vel vt ꝓprius loquar,cõmodatũ, vel depoſitum licet penes commodatarium ſit,eius tñ dominiũ ad cõmodantẽ pertinet, & ſi precarium ſit, ad nutum concedentis eſt reuocabile. Ita philoſophandum eſt,dùm loquimur de creaturarum eſſe,illis à Deo com- 12

Pſal.38.

cõmunicato,nã veluti commodatũ eſt,imò precarium, Dei enim proprium eſt eſſe,non aliunde illud habens,quàm ex ſua met eſſentia,creaturarum verò aduentitium.

Quod eſſe ſit Dei eſſentia, ſeu eſſentialiter conſtituens ipſam Diuinitatem. CAP. II.

1 NOn modo proprium Dei eſt eſſe,ſed ita proprium, vt illi conueniat in primo modo dicendi per ſe:Nam non ſolùm aliunde non habet eſſe,quàm ex ſua eſſentia, vt iam ſufficienter probauimus , ſed etiã, quod ab initio erat propoſitũ, ſecundo loco examinandum,eſt,an ipſius exiſtẽtia,formaliter ſit eiuſdẽ eſſentia. Et licet ſatis id colligi poſſit ex dictis : Confirmatur magis Primò nam cum Diuinum eſſe nullo modo poſſit comparari ad eſſentiam Dei,tanquam actus ab aliqua cauſa extrinſeca illi collatus, ſicut in creaturis videmus , vt firmiter comprobatum fuit ſuperioribus rationibus ; reliquum eſt, vt conueniat eſſentiæ diuinæ, vel vt reſultãs ex illa;idq. vel ſecundum rem , vel ſecundum rationem , vel tandem tanquam eſſentialiter conſtituens ipſam Diuinitatem: ſed non primũ; neq. ſecundum,ergo, ex ſufficienti partium enumeratione erit tertiũ. Aſſumptum, quod pertinet ad primam partem certum eſt ex Diuina ſimplicitate , & perfectione , vt latiùs infra,& patet facile,quia reſultantia vera,& realis non eſt ſine aliqua reali cauſalitate ad efficiẽtiam pertinente,quam intra Deum cogitare,nefas eſt. Adde,quod ſi nec ſecundum rationem poteſt hic eſſe talis reſultantia, multò minus eſſe poterit ſecundùm rem . Probatur ergo ſecunda pars,quia , vt aliquid intelligatur ab altero reſultare , oportet hoc intelligi aliquo modo vt ratione prius,& vt huiuſmodi,eſſe etiã prius in ratione entis actualis ; implicat autẽ contradictionem hoc modo concipere Diuinam eſſentiam , & vnumquodq. reſpectu ſuæ exiſtentiæ , ergo. Explicatur maior:Nam eo ipſo,quod intelligitur aliquid vt reſultãs ab alio,cõcipitur vnũ,vt radix alteriꝰ ſub ea rõe vt prius; reſultantia aũt nõ põt eſſe niſi ab ente actuali,& exiſtẽte in rerũ natura,& ideo eo ipſo, quod aliquid intelligitur tanquam reſultans ab alio;illud à quo reſultare dicitur percipitur vt actualis entitas , quia ab eo,quod non dum concipitur vt ens actu,nõ poteſt concipi aliquid dimanare,quod vere ſit res actualis,vt in præſenti eſt eſſe Diuinum. Et licèt dimanatio illa concipiatur ſecundum rationem:ea tamen res , quæ illo modo cõcipitur, realis eſt; & ideo concipi non poteſt vt manans,niſi ab ente reali , & actuali; Quòd aũt repugnet hoc modo cõcipere Diuinam eſſentiam, comparatione ſui eſſe, probatur apertè , ſi .n.eſſentia illa concipitur vt actualis entitas;iam concipitur vt includens eſſe in rerum natura ; Cum igitur eſſe Diuinæ naturæ non fluat ab alio,quod erat primũ, nec poſſit concipi vt fluens, & manans ab illa quod erat ſecundum ;Reliquum eſt,vt aſſeramus tertium, quod erat intentum ; oportere ſcilicet concipi,vt incluſum eſſẽtialiter in ipſa , ſeu,quod perinde eſt, vt conſtituẽs ipſam in ratione talis eſſentiæ,quod eſt eſſe de eſſentia eius. Secundo 2
probatur , Nam nomina ſapienter impoſita,ſolent propriam rei naturam declarare:cũ igitur Deus Exodi 3. ab ipſa exiſtentia ſibi nomen impoſuerit, *Qui eſt*, ſeu *ego ſum qui*

Eſſe Dei ſic illi propriũ in primo modo dicendi per ſe quod latè explicatur.

Exod. 3.

Thom. Rupert. *ſum*,ergo argumẽtum eſt,illud, eſſe maximè eſſentiale, vt teſtatur D. Thom.1.contr. Gent. c.22.& Rupert. lib.1.in Exod. cap.14. dicit Deum illo loco duplex ſibi impoſuiſſe nomen: Alterum naturæ, ſcilicet. *Qui eſt*, alterum dignationis, & gratiæ, ſcilicet Deus Abraham, Deus Iſaac &c. Confirmatur hoc ipſum;Nam pro eò quod legitur in

Pſalm.89. Auguſt. noſtra vulgata Pſalm.89. *A ſeculo, & vſq. in ſeculum tu es Deus* Septuaginta habent, & etiam Auguſt. Et Pſalterium Romanum *Tantummodo tu es*,non Tu es Deus, nec tamen variatur ſenſus, ergo quemadmodũ nomẽ,Deus, ipſã Dei naturam ſignificat, & id quod maximè eſt illi eſſentiale, vt Deitas,ita, & eſſe, ſumptum ab ipſa exiſtentia Probatur tertio; Nam exiſtentia eſt actualitas cuiuſq. rei, per quam ſcilicet formaliter actu exiſtit, ergo ſi eſſentia Diuina non includeret formaliter ipſam exiſtentiam, compararetur ad illam tanquam potentia ad actum,ſed in Deo nihil eſt,quod

3 talis potentiæ rationem habet cum ipſe ſit primus actus, atq. adeo pu-

Thom. rus,ergo. Tandem in hac veritate conueniunt omnes Theologi, & in ea frequentiſſimus eſt. D.Tho. non ſolum loco citato, ſed etiam prima parte q.3.art.4.& q.4.art.2.& q.6. art 3.& q.7. art.1.& alijs ſeq.& q. 13.artic.11.Iudicoq.hanc aſſertionem veritati fidei ita eſſe cõſonam, vt ſine temeritate, & fortaſſe etiam ſine errore,negari non poſſit; Vnde bene dicebat Dauid Pſal.13. *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus*, vbi per inſipientem,& ſtultum iure Genebrardus ex Hæbreo intelligit mẽ

2 te carentem,& amentem, nam mẽte,& cerebro vacui erat ille diſcurſus,concipere.ſ.Deum, & non actu exiſtentem,implicantia includens, cum talis error omnino deſtruat cognitionem, & conceptum Dei.

Eſſe Dei eſt omnino perfectum,& illimitatum.

CAP. III.

Ex Iiſdem principijs ſequitur, eſſe,quod diximus pertinere ad eſſentiã Dei perfectum eſſe vndequaque,& illimitatum Probatur primo Nam ſi perfectus dicitur ille,cui nihil deeſt, & aliquid alicui non deeſſe,poteſt dupliciter intel- 1

ligi; vel priuatiuè,quo pacto perfectum eſt omne illud,cui nihil deeſt, quod ei debitum ſit natura ſua, ad ſuam integritatem, ſeu complemẽtum: in qua ſignificatione multa ſunt perfecta in ſuis ſpeciebus, vel generibus, licet non ſimpliciter, in tota latitudine entis:Vel negatiuè, cui abſolutè nihil perfectionis deeſt, illud ens dicitur vndequaque & abſolutè perfectum, cui omnis perfectio ita eſt,debita, & neceſſario ineſt,vt de ratione ipſius ſit,omnem omnino includere perfectionem,nec vlla prorſus nec negatiuè, nec priuatiuè ei deeſſe poſſit; quis negabit eſſe de eſſentia Dei, eſſe ſimpliciter perfectum cum neutro modo vlla perfectio ei deeſſe poſſit; Quod non poſſit Deus priuatiuè carere aliqua perfectione,eſt per ſe euidentiſſimum;quia ſicut Deus ex ſe eſt,ita ex ſe habet totam perfectionem ſibi debitam, à quo.n. Superiori illa haberet,cum ipſe ſit ſupremum ens?habet ergo illam independenter ab omni alio, ergo à nullo alio priuari poteſt tota perfectione ſibi debita,nec verò ipſe poteſt ſe ipſum illa priuare; tum, quia omnis res naturaliter appetit, & retinet perfectiones ſibi debitas, niſi,ab alio potentiori illa priuetur: tum maxime,quia Deus non habet hu-

Id quod dicitur perfectum dupliciter accipi poteſt 2

2

huiuſmodi perfectionem à ſe effectiuè, ſed formaliter, ſeù negatiuè, ſcilicet, quia non habet ab alio, ſed ex formali eminentia ſuæ naturæ, quæ cum ſit res ſimpliciſſima, non poteſt aliqua perfectione priuari niſi deſtruatur tota. Eſſe autem Dei
3 deſtrui non poteſt; cum ſit ſimpliciter neceſſarium, vt latius videbimus, ergo nec minui, cum ſit ſimpliciſſimum, & actualiſſimum. Quod autem omnis perfectio, Diuino eſſe ſit debita, atq; adeò, quod non poſſit Deus omnino carere etiam negatiue aliqua perfectione, probari poſſet multis rationibus, ſed illa ſufficiat; aut enim omnis perfectio poſſibilis eſt increata, aut creata: ſi increata, in ſolo primo ente eſſe poteſt, quia nihil eſt increatum extra ipſum: ſi verò creata, ergo neceſſario eſſe debet ab hoc primo ente, vt à prima, & principali cauſa, cum nihil eſſe poſſit præter ipſum, aut ab ipſo, ergo neceſſe eſt, vt omnis talis perfectio ſit in ipſo, nobiliori, & excellentiori modo, quia perfectio effectus neceſſario ſupponitur in cauſa, quæ ex ſe, & propriè, ac ſufficienti virtute poteſt talem perfectionem cōmunicare effectui, quomodo enim dare poſſet cauſa, quod nullo pacto in ſe haberet? Atque hæc ratio eadem proportione concludit de quacumque perfectione poſſibili, vera, ac reali, ſiue illa actu reperiatur in aliqua creatura, ſiue non. Nam ſi poſſibilis eſt, non niſi à Deo eſſe poteſt, ergo neceſſe eſt, vt iam nunc aliquo modo ſit in Deo, quia nihil poteſt eſſe ab ipſo, niſi aliquo modo ſit in ipſo: eſt ergo de pfectione Dei, vt in ſe includat aliqua ratione omnes perfectiones entis, non modo exiſtentis, vel fu-
4 turi, ſed etiam poſſibilis. Probatur hæc eadem veritas multis locis ſcripturæ, vt illo Exod. 3. *Ego ſū, qui ſū* quod verbum propter eius ſimplicitatem, vt ſignificationis amplitudinem, ſimul ſimpliciſſimā, & perfectiſſimam, illimitatamq. entitatem Dei ſignificat; creaturæ, enim ſunt homo, leo, corpus, viuens, aut quid aliud, abſolutè, & vniuerſaliter non dicuntur *ſunt*; quia determinatam, habent perfectionem, maximaque pars ipſius eſſe, in eis non eſt: At verò Deus, quia omnis entis rationem & perfectionem in ſe continet, abſolute *eſt*, hoc autem ipſius eſſe tam perfectum, tamq. illimitatum ſimul cum ſimplicitate eſſe coniunctum, eodem verbo optimè ſignificatur, quod ſimplex eſt, cętera verò compoſita, & reſolubilia, ad ſignificandam creaturarum compoſitionem magis apta: ſi enim dicas Ille amat ſi reſoluas, compoſitionem inuenies. Ille eſt amans, & ſic de aliis. Ille bibit, ille comedit, Ille ambulat. At verbum *eſt*, nullam reſolutionē, admittit, ſicut nec compoſitionem, amplitudinemq. ſignificationis, ſimul cum ſimplicitate habet annexam. Item eodem lib. cap. 33. *Oſtendam tibi omne bonum*, quæ verba de obiecto beatifico, quod eſt ipſe Deus, clare viſus, intelligit D. Thom. tertio cōtr. Gent. cap. 63. docetque illa viſione omne humanum deſiderium impleri, cum nihil ſit experibile, quod ibi nō poſſideat, & experiatur. Illam autem argumentandi formam, & illationem, qua paſſim vtuntur Scolaſtici, Deus à nullo participat eſſe, ſeu rationem entis, ſed ex ſe, & ex intrinſeca natura, & neceſſitate eſt, ergo non poteſt habere diminutam, & ſolùm quaſi ex parte rationem, & perfectionem entis, ſed eſt ens illimitatum omnem entis perfectionem includens, etiam in Scriptura ſacra reperies. Sic Ioannes Euangeliſta cap. 8. poſtquam Chriſtus dixerat. *Niſi credideritis, quia*

Quomodo omnis perfectio diuino eſſe ſit debita.

Probatur ex ſcriptura ſua.

Exod. 3.

Exod. 33. Thom.

5 Ioan. 8. *quia ego ſum*, ideſt ſine circumſcriptione, & ſine vlla limitatione, includens omnem entis perfectionẽ, &c. quia Iudæi non intellexerunt, & interrogauerũt. *Tu quis es*; reſpõdit, *Principium, qui & loquor vobis* Nomen autem, Principij, poſitum eſt per modum Aduerbij, hoc enim Græca vox iudicat, quaſi diceret à principio ego ſum, qui nullo concludor tempore, qui omnia præcedo, apud quem non eſt fuiſſe, & fore, ſed ſemper, eſſe, qui & loquor vobis, ideſt, qui etiam hoc ipſum vobis annuntio, & prædico, quando dixi Ego ſum: non ergo Iudæis interrogantibus reſponſionem negat, ſed clariori ſermone vult probare, quod dixerat *Ego ſum*; illo, inquam, medio, Principium, &c. Nam qui poteſt dicere à principio ſum, ideſt à me, & à nulla pendẽs efficiẽte cauſa, idem poteſt affirmare abſolutè *ego ſum*, ſine vlla limitatione, omnem continens entis perfectionem, cum vnum ex altero neceſſaria conſequentia inferatur. Quod confirmatur amplius illis alijs verbis Chriſti eodem loco, Ioann. 8. *Priuſquam Abraham fieret, ego ſum*, cur non dixit Eram ante ſæcula, quod contextui magis videbatur accomodatum, ſed reſpondetur, id optimè ſignificatum fuiſſe illo dicto, *Ego ſum* nã habere eſſe illimitatum, & eſſe à ſe, non ab alio factum, & eſſe ante omnia ſæcula, ita neceſſario connectuntur; vt vnum ſine altero eſſe non poſſit. Clariùs eodem modo argumentatur apud Iſaiam cap. 43. Iſa. 43. Deus ipſemet, *Ego ſum, præter me*

6 *non eſt formator Deus*, ſuum eſſe probat, eſſe illimitatum, & incircumſcriptum, omnem continens perfectionem; quemadmodum ſonat illud, Ego ſum; illo vnico medio, quia præter eum non eſt formator Deus. Sum omnium creator, & factor, à nullo ipſe formatus; ſed ex me exiſtens, à nulla efficiente cauſa pendens, ergo nulli mihi limites, nec termini eſſendi præfixi. Et D. Ambroſ. lib. 4. de fide cap. 6. hanc eandem illationem indicat contineri Ambroſ. illis verbis Apoſtoli ad Roman. 11. Rom. 11. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*; qui verbũ illud Prior dedit, quod Græcè habetur [illegible] ideſt antecedit, aliter legit, nempe [illegible] ideſt inſuper dare, quaſi iam plenus ſit Deus, cui nihil poſſit ſuperaddi, & meritò quoniam ab ipſo, & per ipſum, &c. quaſi dicat cum ipſe ſit factor, & creator omnium, & à nullo factus, ſed ex ſe exiſtens, à quo nulli eſſendi præſcribuntur termini, plenus igitur eſt, & ita perfectus, et illimitatus, vt illi nihil poſſit ſuperaddi.

Eſſe Dei an ſit tale, vt omnium rerum perfectiones in ſe contineat, & quomodo.

CAP. IV.

VT melius intelligamus quomodo eſſe, quod eſt de eſſentia Dei, ſit vndequaque perfectum, et illimitatum, examinandum eſt, num tale ſit, vt omnium rerum perfectiones contineat, et quomodo. Prius cum patet ex dictis, tum etiam quia inter Creaturam, et Deum hoc videtur eſſe diſcrimen, quod illa ad ſummum, habet omnem perfectionem ſibi debitam, vel ſecundum naturam ſuam, vel etiã ſecundum omnem ſuam capacitatem, vt

eſt

Digitized by Google

Ois perfectio quatenus perfectio eſt debita eſt Deo non ſic autem creaturæ quod probatur ex Scriptura ſacra.

Exod. 33. Rom. 13.

eſt ſub ordinatione diuina. At Deus ita habet omnem perfectionem ſibi debitã, vt oīs omnino pfectio, quatenus; pfectio, eſt, illi ſit debita, & neceſſario cõueniat, & p eſſentiã ſuã. Hoc comprobant illa loca ſcripturę, vt Exod. 33. *Ego oſtendam tibi omne bonum*, & Paul. ad Rom. 11. *Ex ipſo, & per ipſum, & ipſo ſunt omnia*,
2 & quamuis particula, In, habitudinem cauſæ dicat, dicuntur enim omnia eſſe in Deo, quia ab ipſo põdent, ipſumq. reſpiciunt, vt conſeruatorem ſuum, vel in ipſum, vt in finem tendunt, iuxta illud aliud ad Coloſ. *In ipſo condita ſunt vniuerſa, & omnia in ipſo conſtant*, & Actorum cap. 17. *In ipſo viuimus mouemur, & ſumus*, quia tamen non poteſt Deus omnia continere ſua potentia, niſi in ſuo eſſe aliquo modo omnem perfectionem præhabeat, ideo ex illa particula, in ipſo, per illationem aliquam, hic etiam ſenſus poteſt cõfirmari; quin imo ſic argumentatur Dauid illis verbis Pſal. 93. quæ paulo poſt latius conſiderabimus. *Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat?* & rurſus Pſ. 49. *Et pulchritudo Agri mecũ eſt*, q̃ verba perpendẽs Ambr. 3. Examer. cap. 8. inquit; *Cum ipſo eſt enim; quã ipſe formauit, quis enim alius Artifex poſſit tantam rerum ſingularem exprimere venuſtatem?* quin, & ipſius Filij Dei notanda ſunt verba illa Lucę 11. *Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris quantò magis Pater veſter de cœlo, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* non dixit dabit panem, aut veſtem, & aut ſapientiam, aut charitatem, aut Regnum cœlorum, ſed dabit ſpiritum bonum, vnico verbo complectens omnia, Spiritum ſanctum intelligens, qui Deus eſt, in quo omnia continẽtur. Quibus mirificè conſonat, quod apud Matth. cap. 13. reperitur ſcriptum,
3 vbi comparatur à Chriſto Domino

Coloſſ. 1. Act. 17. Pſal. 93. Pſal. 49. Ambr. Luc. 11. Mat. 13.

Regnum cœlorum theſauro abſcõdito in agro, per quem Diuinitatẽ quę abſcondita eſt in agro humanitatis Chriſti intelligunt Sãctus Hilarius, & Sanctus Hieronym. iuxta illud Apoſt. Ad Coloſ. 2. *In qua abſconditi ſunt omnes theſauri Sapientiæ, et ſcientię Dei*, paulò poſt eadẽ Margaritæ ſimilis dicitur *Simile eſt Regnum Cælorum homini negotiatori, quęrenti bonas Margaritas, inuenta aũt vna pretioſa Margarita, abiit, etc.* quodq. eadem, quæ prius theſaurus eſt dicta, poſterius Margarita dicatur, Sancti Patres docent, Ambroſ. ſerm. 6. & Gregor. Nazianzen. orat. 46. quæ eſt de fide Tractatus. Interprete Rufino, nec ſine Miſterio; Nã cum Theſaurus copiam ſignificet ingentem Auri, Argenti, & lapidum pretioſorum, ne quis inde colligeret, obiectum illud beatificum, Diuinam illam eſſentiam in tot rerum ſpecies, eſſe diuiſam, Margaritæ cõparatur, quæ in ſe continet pretiũ Theſauri infiniti, Margarita, enim vna res eſt, ſed Auctore Plinio lib. 9.
cap. 35. *culmen omnium rerum pretioſarum tenet*, Prętereà cũ theſaurus cõſtare poſſit ex ſolis pecunijs, ijſq. innumeris, tum quæ ad vtilitatem ſolum, non ad voluptatem, & decorem pertinẽt. Ne quis igitur ex parabola ſuperiore colligeret coeleſtẽ Beatitudinem, obiectum illud beatificum. Deum ipſum ſolùm eſſe vtilem, non aũt decorum, & honorificum, addidit Dominus ſimilem eſſe Margaritæ pretioſæ, quę pręter vtilitatem Theſauri, habet etiã pulchritudinem, atque exornantem, & oblectantem ſplendorem, & veluti compendio omnia continentem. 4

Hilar. Hierony. Col. 2. Ambroſ. Gre. Naz. Rufin. Plinius.

Ad explicandum poſterius, quomodo ſcilicet. Diuinum eſſe omniũ rerum perfectiones vindicat, recolenda eſt illa perfectionis, diſtinctio, iuxta omnes Theologos, & Anſelmum, in perfectionem, quam vocãt ſim- 5

Duplex pfectio vnã ſimpliciter ſiplex alia perfectio in genere Anſelm.

ſimpliciter:& in eam; quam appellant perfectionem in certo genere. Illa perfectio dicitur ſimpliciter,cuius ratio formalis nullam imperfectionem ſecum affert, quæ ita deſcribi ſolet.Eſt perfectio,quę in vnoquoq.eſt melior ipſa, quàm nõ ipſa, ſiue,vt verbis vtar Anſelmi,Eſt perfectio,quam in vnoquoq.melius eſt eſſe, quàm non eſſe: deſcriptionem hanc Scot.& Caet.ita exponunt:Eſt perfectio,quæ vnicuique rei, ſi eam ſpectes,quatenus ens eſt,non autem quatenus tale quodam ens, ver. gr. vt homo,vt lapis,&c.cõuenientior eſt,& melior quam eius contradictorium,aut quodcunque aliud, ei, quoquo modo repugnans, vt viuere,&intelligere perfectiones ſimpliciter ſunt,quoniam ſi lapidem , aut quodcunq.ens ſpectes, non quatenus lapis,ſed quatenus eſt ens,conuenientius,ac melius illi eſſet viuere,quam quodcumq. aliud quod cũ vita,& intellectu pugnet; eſto lapidi,qua lapis eſt,non ſit melius viuere,quam non viuere;quandoquidẽ, eo ipſo,quod viuens eſſet,lapis non eſſet.Perfectiones verò in certo genere,vt ratiocinari,ſentire,&c.licet aliquib⁹ rebus ad certas ſpecies determinatis,conueniẽtiores ſint,quã earum oppoſitæ:attamen neq.ipſis, neq.cæteris rebus qua entia ſunt, magis conuenientes ſunt,quàm aliç quædam maiores perfectiones,quç cum illis pugnant.

Anſelm. Scot. Caiet.

6 His ita conſtitutis,Dicendum eſt perfectiones ſimpliciter,omnes eſſe formaliter in Deo, quia in ſuo formali conceptu nullam imperfectionem,ſed puram dicunt perfectionẽ, vnde ſic illas habere, ideſt formaliter meliùs eſt,quàm earum aliqua carere,ideoq.de ratione entis ſummè perfecti,in tota latitudine entis eſt,vt has omnes perfectiones formaliter includat. Adde in his perfectionibus non poſſe cogitari altiorem modum continendi illas, quam formaliter, quia intra ſuam formalem rationem, nec imperfectionem includunt,Neq.altior gradus entis excogitari poteſt , quàm ille, ad quem hæ formales perfectiones pertinẽt,qualiter ſunt viuere,ſapere, & alia huiuſmodi. At verò perfectiones in certò genere, quæ non ſimpliciter,ſed ſecundum quid dicuntur,non eſſe in Deo formaliter, manifeſtum eſt, alias aliquid limitatum, ac finitum eſſet in Deo,quod cum ipſius perfectione, & immẽſitate haud dubio pugnat: Cum autem aliquo modo hæc etiã in ipſo contineantur,vt patet ex ſuperioribus, & ex ratione entis vndequaq.perfecti, & illimitati , quod expoſtulare videtur, vt omnium rerum perfectiones in ſe præhabeat, dicamus cum D.Thom.1.par. q. 4. art.2.& alijs cōtineri in Deo eminẽter,quod à D.Dionyſio c.1. de Diuin.nõ.& cap.3.& 6.de Miſtic.Theol.mutuati videntur, qui ſæpe de

Thom. Dionyſ. Areopag.

Deo,& eius Diuino eſſe loquens,in- 7
quit illum eſſe omnia quæ ſunt,& nihil eorũ,quæ ſunt,nihil,inquã, quia hæc in ſuis rationibus, limitationẽ, imperfectionem,& compoſitionem inuoluunt , quæ Deo repugnant, omnia verò,Nam cum virtute contineat quicquid eſt in inferiori perfectione,omnia eſſe hoc pacto dicitur.Vnum autem continere,aut eſſe aliud eminenter,non hoc ſibi vult, continens,perfectione ſuperare id, quod continetur, hoc enim dato , admittendum eſſet Angelum res omnes creatas in ſe continere eminenter,ac generatim,quicquid perfectione rem aliam excedit, continere eam eminenter, quod tamen eſt ridiculum,ſed habere talem perfectionem ſuperioris ordinis, quæ virtute contineat;quicquid eſt in inferiori perfectione, quod non poteſt meliùs à nobis explicari,quàm

Explicatur quid ſit cõtinere perfectiones alterius eminenter.

per

per ordinem cauſæ ad effectum, non quòd, formaliter loquendo, & ſecũdum rationis præciſionem, poſſe res efficere, ſit eas eminenter continere, nos enim hæc ratione diſtinguimus, & cauſalem hanc loquutionẽ veram eſſe credimus, quia res continet eminenter, ideo poteſt illas efficere, ſed explicamus hanc continentiam, per ordinem ad effectum, quia non poſſumus commodius, & clarius, id præſtare. Sic explicat illã D. Dionyſ. cap. 5. de Diuin. nom. de Deo ita loquens. *Non quidem hoc eſt hoc autem non eſt, ſed omnia eſt, vt òmnium cauſa*, Sic D. Auguſt. lib. 4. Geneſ. ad literam cap. 24. & ſeqq. & lib. 4. de Trinit. à principio, & tract. 1. in Ioan. D. Anſel. in Monolog. cap. 34. & 35. & in Proſolog. cap. 17. & alij dicentes creaturas omnes in Deo nihil aliud eſſe, quã ipſammet creatricem eſſentiam.

8 Dionyſ. Areopag.

August.

Anſelm.

Oẽs creaturæ in Deo nihil aliud ſunt quam creatrix eſſentia.

9 Sed audiamus ſcripturã huius, imo totius Theologiæ baſi, breuibus explicat hãc doctrinã David Propheta loc. nuper cit. Pſ. 93. *Qui plãtauit aurẽ non audiet? qui finxit oculum, non conſiderat? qui corripit gentes non arguet?* Ecce tibi explicatum hunc modum continendi eminenter per ordinem ad cauſalitatem, & effectum, cum dicat Deum audire, quia plantauit aurem, & ipſum conſiderare, quia finxit oculum; & nota non dicere, qui plantauit aurem, & ipſe non ne habet aures? & qui finxit oculum, non ne, & ipſe habet illum? ſed, non audiet, non cõſiderat, quippe qui aures, & oculos habere, ſunt perfectiones in genere, & ſecũdum quid, quę in ſui ratione imperfectionem inuoluunt, ergo non ſunt formaliter in Deo, ſed eminenter, & quod audire Dei non ad aliquod organum, vel ad ſenſum audiendi corporeum pertineat, ſed totum, quod nos per ſenſum audiendi ſentimus ipſum cognoſcere per ſuum intellectum, & ſuam eſſentiam, audi ipſummet David alibi id declarantem. Pſal. 101. *Quia proſpexit de excelſo sãcto ſuo, Dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorũ*. Nota modum loquendi. Proſpexit; Aſpexit, vt audiret. nec ſine myſterio, vt ſic indicaretur ipſum audire Dei, nõ ſenſu aliquo audiendi perfici, ſed ipſomet Diuino intellectu, eſſeq. illum actum ipſum intuitiuum, qui proſpectus, ſeu aſpectus, vel viſio dicitur. Verùm, quia nomina hæc promiſcua ſunt, tamq. mentis, quam corporis oculo communia, tollit hanc æquiuocationẽ eadem ſcriptura illis verbis. Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc, quod cõtinet omnia, ſcientiam habet vocis*, hoc eſt, cognoſcit Deus omnia, quia vbiq. eſt, ſubit, atque complectitur cuncta, Mundi partes omnes pertingit, ac penetrat, vniuerſam naturam numine ſuo complet, omniũ linguarum notitiam habet, ita, vt nihil dici queat, quamlibet abſtruſo Idiomate, quod is non percipiet, vel priuatim, & ſecreto, vel publicè, palamq. Sic omnino præſentem intellexit locũ Iulius Papa Primus hoc nomine, Epiſt. 1. Vt igitur omnis aurium ſuſpitio, quæ per audire ingeritur, à Deo remoueatur, proſpicere, & aſpicere, voces, gemitus, Deus quandoq. dicitur, quæ ad videntem pertinent facultatem. Rurſus ne dubitatio aliqua ſuboriretur de ſenſu aliquo alio, corporeo, quẽ nomina illa ambigua non excludũt, ad tollendum omnem ſcrupulum, dictum tandem eſt, Deum ſcientiã habere vocis, vt ſic optimè perciperemus audire ipſius, qui plantauit Aurem: nec hoc organo, & ſenſu audiendi perfici, nec vllo alio corporali, ſed illa facultate, cuius eſt intelligere, & ſcire; doctè igitur David, & Theologorum more loquutus

Pſal. 93.

Adduntur loca Scripturæ ad hoc confirmandum.

Pſal. 101.

10 Sap. 1.

Perfectiones creaturarum in Deo ſine vlla imperfectione.

Iul Papa.

tus, tribuit Deo actum audiendi, nõ aures, conſiderandi, non oculum, nã cum hæc omnia imperfectionẽ habeant adiunctam, ſicut & aliæ huius generis perfectiones, quæ dicuntur ſecundum quid, non ſunt formaliter ponendæ in Deo, ſed tantum eminẽter, *qui plantauit aurem non audiet? qui finxit oculum non conſiderat?* At paulò inferius de ſcientia, & intelligere ſermonem habens, quæ ad intellectum pertinent, & perfectionẽ dicunt ſimpliciter, illa omnia admittit in Deo, vt teſtantur verba ſequẽtia eiuſdem Pſal. 93. *Qui docet hominem ſcientiam, Dominus ſcit cogitationes hominum, &c.* Verùm, quia hæc etiam, vt in creaturis reperiuntur, adiunctam habent imperfectionem nec iſta ſecũdum adæquatam rationem, quam habent in creatis, in Deo eſſe, concedit, vt indicant, ſi bene ponderentur, illa verba *Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniã vana ſunt,* quamuis ſcire, & intelligere cordis cogitationes, in homine cogitante, perfectionem dicat, habet tamen inter cæteras, hanc adiũctam imperfectionem, vt nec ipſemet cogitans, ſuæ cogitationis põdus perſpectum habeat, & quis illius ſit futurus euentus, ſæpe.n. bene de ſuis cogitationibus ſentit, exiſtimatq. accuratè, cogitatèq. media in præfinitum finem diſponere; ſed omne conſilium & inceptum fruſtra eſt, & vt ſemel omnia complectar, multa cogitat extruere, quæ demũ in nihilum cõcidunt; At Deus ſimul & cogitationes hominum, & earum pondus, quis ſit futurus euentus, quæ fruſtra eſſe, quæ ex ſententia euenire, tã clarè, tamque profundè intuetur, vt nihil illum lateat, quamuis intimum, & occultũ, nec ipſamet futura contingentia, talis enim eum decet ſcientia, vt nullam claudat neſcitiam, ſicut & rerũ perfectio nes ab imperfectionibus omnibus prorſus nuda.

Pſal. 93.

Eſſe Dei tantum eſt ſimpliciter neceſſarium.

CAP. V.

DEum eſſe abſoluta neceſſitate, ſeù eſſe ens ſimpliciter neceſſarium, ita vt exiſtere illi neceſſariò conueniat, de fide eſt. Hæc aſſertio omnium prima ponenda eſſet, ordine prioris, & poſterioris ſpectato, qui ſecundum rationem conſiderari poteſt in Deo, ipſe enim non modo eſt, ſed ita eſt, vt ex ſe ſumma neceſſitate ſibi vindicet eſſe, & illud non quocumq. modo, ſed omnino perfectum, & illimitatum. Hinc autẽ fit, vt illud eſſe ab alio non habeat, nec in eo à quoquam pẽdeat, quod quidẽ ad præcedens, negationem addit dependentiæ ab alio, ſeu cauſalitatis, vel receptionis exiſtentiæ. Poſitiuum aũt eſt prius negatiuo, & quaſi fundamentum eius, ergo quãuis in re, ipſa non ſit prius, neque poſterius, quia in Diuinis omnia ſunt idem; ſi tamen ſecundum rationem loquamur, Deũ eſſe ens ſimpliciter neceſſarium, perfectum, illimitatum præcedit: illud verò, eſſe, ab alio non habere, nec à quouis pendens, ſubſequitur. Verum quia nos prius probauimus eſſe aliquod ens, habẽs ex ſe exiſtentiam non receptam, non cauſatam ab alio, inde cõcludimus tale ens eſſe perfectum illimitatum, neceſſarium in exiſtendo, vnum tãtum, &c. hunc ordinem noſtrum ſequuti; hoc loco reliquimus probandum, eſſe Dei, eſſe ſimpliciter neceſſarium. Quod poteſt confirmari omnibus ijs, quibus probatur Deum eſſe, nam in hoc ſenſu docet fides Deum eſſe, tanquam entitatem ita ne-

1

2 Bene infertur quia eſſe Dei eſt neceſſariũ ille ab alio eſſe.

Digitized by Google

neceſſariam,& infallibilem, vt deficere non poſſit. Hoc etiã Deus ipſe ſignificauit,quando de ſe ſingulariter, & quaſi per antomaſiam affirmauit Exod. 3. *Ego ſum, qui ſum* ſibique nomen impoſuit. *Qui eſt*, nam per illam abſolutam appellationem ſignificata eſt permanentia neceſſaria,& immutabilitas Diuini eſſe, vt notarunt omnes Patres ſupra citati. Poteſt etiam hoc fieri manifeſtum à poſteriori,pluribus argumentis, & primo ex alio fidei dogmate,nempe ex eius immutabilitate,& æternitate,quod enim ita eſt immutabile,& æternum,nec initium ſui eſſe,nec finem habere poteſt,nec tranſire vlla rõne de eſſe ad non eſſe,hoc eſt eſſe ens ſimpliciter neceſſariũ,cui,vt ita dicam, actualis exiſtentia abſoluta neceſſitate ineſt, ſed vt prętermittã multa, quicquid Methaphyſici dicunt de ente neceſſariò,videbimus, Sacra ſcriptura teſte Deo ſolùm cõuenire. Et primo ponderanda eſt illa ratio,quam affert D.Thom.lib.1. contr.Gent.cap.42. Ens, quod per ſe eſt neceſſarium,habet neceſſitatẽ eſſendi in quantum eſt hoc ſingulare,ergo impoſſibile eſt, entia neceſſaria eſſe plura,ergo non poſſunt eſſe plura entia improducta. Quę rõ licet patiatur ſuas inſtãtias. ſi tamẽ in hunc modum proponatur, & explicetur,eſt valde probabilis;vbicũque ratio communis eſt multiplicabilis ſecundum diuerſas naturas ſingulares,eſto nõ ſit neceſſe ſingularitatem re ipſa diſtingui à natura cõmuni,oportet tamen,vt aliquo modo ſit extra eſſentiam talis naturæ; nã ſi eſset illi eſsentialis,re vera talis natura non eſset multiplicabilis; In ente autem improducto intelligi non poteſt,quod ſingularitas ſit extra eſsentiam naturæ eius, ergo impoſſibile eſt,vt talis natura ſit multiplicabilis. Minor probatur, quia in ente improducto neceſſe eſt,vt ipſũ eſse exiſtentiæ ſit de eſsẽtia eius,in eo enim conſiſtit intrinſeca neceſſitas eſsendi,quod ex vi eſsentiæ ſuæ habeat eſſe, ita ut eſsentialiter ſit ſuum eſse; ſed eſse non eſt niſi rei ſingularis,vt ſingularis eſt,ergo neceſse eſt,vt ſingularitas talis naturæ ſit de eſsentia eius,& conſequẽter, vt non ſit multiplicabilis. Atq. hoc ipſum eſt, quod D. Thom. ait,illud ens quod eſt improductum,ſeu ſimpliciter neceſsarium, ſeu quod eſt eſsentialiter ſuum eſse,nõ eſse hoc ens ſingulare per aliquid extra eſsẽtiam eius,etiam ſecundum rationẽ, quia niſi includeret in ſuo eſsentiali conceptu ſingularitatem,nec etiam in ſuo eſsentiali conceptu includeret eſse ſimpliciter neceſsariũ,quia eſse actu includit eſse ſingulare.

Exod. 3. · *4* · *Thom.* · **Impoſſibile eſt entia omnino neceſſaria eſſe plura.** · *Thom.*

5 Multis explicauimus hanc D. Thom.formam argumentandi, Breuibus illam cõplectitur Dauid Propheta loco ſæpius citato Pſal. 101. vbi deſcribens eſse Dei neceſsariũ per immutabilitatem, & æternitatẽ eius,illis verbis: *Tu autem permanes, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*,quid inde in bona conſequentia inferri putat? quod ipſemet inquit ſuperiori argumento conſonum *Ipſi*,ideſt cœli,*peribunt, & omnes*,vel vt in Pſalterio Romano habetur, *Omnia ſicut veſtimentum veteraſcent*. hoc eſt, cum firmum ſit Deum eſse ens neceſsarium, & improductum, ſequitur cætera omnia eſse producta,cum non poſſint dari plura entia improducta. hoc autem eo comprobat,quod alia omnia, & ipſimet coeli, de quibus minus id videtur dicendum, peritura entia ſunt,ideſt non ex ſua natura permanentia,ergo producta; nã quod hoc modo eſt defectibile,productum eſſe oportet. Pręterea D.Tho.eodem loco ex illo antecedente, quod detur primum ens ſimpliciter neceſsarium,quatenus ſingulare, nõ ſolum

Thom. · *Pſ. 101.* · 6 · *Thom.*

colligit iam dictam conſequentiam, ergo non ſunt plura entia improducta,ſed etiam illã aliam, ergo quicquid eſt; ab vno ente improducto trahit originẽ;quod quidem fit euidentius illa ratione,quam affert Sõcinas 12.Meth.q.17.& nonnulli recẽtiores accuratius explicant,eſtq. huiuſmodi. Eſſe conuenit Deo, ſeu enti neceſſario per ſe primò, ſeu ſecundum quòd ipsũ,ergo non poteſt conuenire alteri enti, niſi per effectiuam dimanationẽ à primò ente. Antecedens debet accipi iuxta dicta in ratione præcedenti,vt intelligatur illi per ſe primò conuenire non ſub aliqua ratione communi, ſed vt hoc ſingulare ens eſt,ita vt cũ dicitur huic conuenire eſſe non per accidens,neq. per aliud, non ſolum ſit ſenſus,non per aliud,ideſt nõ per aliam cauſam efficientem,ſed etiam non per aliquam rationem communem,ſeu abſtrahentem à ſingularitate,& ſane videtur euidẽs ex ipſa ratione ipſius eſſe;nam primo, & per ſe conuenit rei ſingulari, non communi;vnde etiam in his entibus, & naturis, quæ habent eſſe receptum non poteſt eſſe,per ſe primò communicari naturæ communi, ſed ſingulari,ergo illa res quæ eſſentialiter,& ſecundum quod ipſa,habet eſſe proximè, & immediatè, habet illud,vt talis res ſingularis eſt, & non ſecundum aliquam rationem communem,ergo eſſe conuenit per ſe primò tali enti,excludendo omne medium,ſiue extrinſeci agẽtis, ſiuè rationis formalis communis,ob quã ſecundum ſe, & abſtractè ſumptam, illi conueniat eſſe neceſſarium.Ita igitur explicato antecedente, clarè deducitur conſequens,non poſſe ſcilicet cõuenire eſſe,alteri enti,niſi per effectiuam dimanationem à primo ente improducto, nam licet habitudo illa,ſeu prædicatio ſecũdum quod ipſum,nõ ſemper requirat habitudinem cauſæ efficientis inter illud,quod eſt tale per ſe primo, & reliqua,quæ ſunt talia mediante ipſo, vt patet de riſibilitate,quę per ſe primò conuenit homini; & per aliud forti,quando tamen illud prius eſt res ſingularis, & omnino diſtiſcta ab aliis,eiſq.extrinſeca,non poteſt alia ratio medii,ſeu participationis excogitari, niſi per effectiuam dimanationem,cum igitur in præſenti ens per eſſentiam,cui per ſe primò conuenit eſſe,ſit quoddam ſingulare ens, quod non poteſt eſſe medium formale,nec forma aliorum, conſequens eſt,vt,non poſſit per illud cõuenire eſſe reliquis, niſi vt per medium efficiens:deducitur igitur ex illo antecedente,datur primum ens neceſſarium,quatenus ſingulare,nõ ſolum illa conſequentia. Ergo impoſſibile eſt eſſe plura entia improducta,ſed etiam hæc alia,ergo quicquid eſt,ab ipſo eſt, & ab vno ente improducto habet originẽ, & hanc etiam nouit Dauid loco citato vbi agens de permanentia Dei,& neceſſitate Diuini eſſe,non ſolùm cætera ẽtia peritura,& producta vocat, ſed etiam ab illo fatetur producta Pſal. 101. *Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli*,vbi ex duabus naturis conditis, quæ durabiliores cæteris videntur, Deum omnium conditorem vult oſtẽdere,& clariùs Deus ipſe Deutor.32.volens confirmare id, quod dixerat,*videte, quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me*,ideſt, ſe eſſe illud ens abſolutè neceſſarium, quod primum,& vnum eſt; à poſteriori probat illis verbis immediate ſequentibus,*Ego occidam, & ego viuere faciam,percutiam, et ego Sanabo, & non eſt,qui de manu mea poſſit eruere*,ſum potens ad occidendum, & ad vitam largiendam, ad affligendum,& erigendum, tamq. neceſsario,eſse,& vita omniũ à manu mea pen-

Soncinas.

7

8

9 Datur ens neceſſariũ ergo non pluralia, ſed omnia ab ipſo producta.

Pſ. 101.

Deut. 32.

pendet, vt nullus ſit, qui valeat obſiſtere, & impedire. Videte ergo, quid neceſſaria conſequentia inſeratur, quòd ego ſim ſolus Deus, & non ſit alius præter me. Nã hinc habemus dari primum, & vnũ ens abſolutè neceſſarium, per quod verum
10 Deum intelligimus. Ex hoc fonte hauſit illam doctrinã D. Paulus, cũ ita de Deo philoſophatur Act. 17. *Non indigens aliquo cum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia*, comprobat eſſe ens neceſſariũ ſibi ipſi ſufficiens, non indigens aliquo. Diuinitatis manifeſtũ inditiũ, eo ſcilicet argumento, quod ipſe vniuerſorum, quæ ſunt, & habent eſſe, ſit Auctor, & conſeruator. Vnde illud axioma: *Maximum in vnoquoque genere, eſt cauſa omnium, quæ ſunt illius generis*, quod ſumptum dicitur ex Ariſtotel. 2. Methaph. tex. 4. licet non rectè forſitan adducatur ille locus Philoſophi vnde ſumptum dicitur illud principium, re ipſa tamen inficiari non poteſt, cum de primo ente eſt ſermo, ex eo enim, quod eſt maximum ens, & abſolutè neceſſarium, eſt cauſa cęterorum, vt ſatis probãt adducta teſtimonia; ex quorum ſerie eſt etiam illud Annæ dictum in ſuo Cantico 1. Reg. 2. *Non eſt Sanctus, vt eſt Dominus, neq. enim eſt alius extra te*, hoc eſt nec Sanctitate, quiſquam, nec maieſtate cum Domino cõferri poteſt cum ſit omnium Sanctiſſimus. Idq. à poſteriori probatur, quod non ſit alius extra eum, hoc eſt qui ab eo non ſit cõditus, nec ab eo Sanctitatem acceperit.

Act. 17.

Maximum in vnoquoque genere eſt cauſa cœterorum illius generis.

Ariſtot.

1. Reg. 2.

Maximè pertinet ad illuſtrandam naturam Diuinam id, quod dictum eſt de eius eſſe neceſſario.

CAP. VI.

NIhil magis pertinet ad illuſtrãdam naturam Diuinã, Sacra Scriptura teſte, & Patribus, quàm quod nuper explicauimus de ente neceſſario. Nam ſi huiuſmodi ens duobus potiſſimùm innoteſcit, vt colligitur ex ſuperiori diſcurſu, & 1
quod ipſũ ſibi ſit ſufficiens, & quod cæteris cunctis eſse, vitam, & omnia ſufficiat; vel aliis verbis, quòd ipſe nullius indigeat, ipſius autem omnia. Iiſdem omnino apud Dauidem Pſal. 15. Illuxit Deus, & eius natura Diuina. Ponderate verba: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*. vel vt Symmacus legit & eum ſequutus D. Hieronym. *Benè mihi non eſt ſine te*, A quibus non abſonat translator Chaldęus *Bonum meum non datur niſi à te*. Septuaginta tranſtulerunt. *Si quid* 2
ego beni facio, id minimè ad te pertingit, neq. enim mea bene facta tibi conſerunt aliquid, aut proſunt, Ex quibus tranſlationibus habemus iiſdem cõſtare ẽs neceſſarium, & Deum ipſũ, & quemadmodum egregia eſt conſequutio illa Methapyſicorũ, nullius indiget, ipſius verò cætera omnia, ergo ens abſolutè neceſſarium: ita optima hæc Dauid, qui citato Pſalmo eadem forma argumentãdi infert, Numen Diuinum eſse Deum quinimo cum magnificè ſacræ litteræ, vt par eſt, loquantur de Deo, hęc illi potiſſimum tribuũt Laudi, & honori, ſic cum magnum prædicant. *Magnus es tu, & faciens mirabilia* Pſ. 85. *Quis Deus magnus ſicut Deus no-*

Pſalm. 15.

Symmac. Hierony.

ſter, Pſ.76. *Magnus & terribilis ſuper omnes Deos.* Pſ.88. *Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos*, Pſ.94. & ſæpè alibi, eo cõſilio prædicant, vt *Deum* nullius indigere, ipſius verò omnia, cõpertum ſit cũctis. Hinc ex omni antiquitate dictus Optimus, Maximus quòd nulli ſeruitutem debeat, ſed omnium Dominus dominantium, ſit, Nam & Maximi vox, in fundis agris, ædibus, hanc habet poteſtatẽ, vt immunem, liberumq. ſeruitute ſignificet, cui adhæſerit; fundus enim vti optimus, maximuſq; ſit, qui traditur, ſeruitutem non debere cẽſetur, non actum, non iter, non aquæductũ aut hauſtum, non paſſionem, &c. in quibus hæret nomẽ ſeruituris. Celſus in l. cum venderes. ff. de contrahen. empt. *Cum venderes fundum, non dixiſti, vt optimus maximuſq. eſt, verum eſt, quod Quinto Mutio placebat non liberum, ſed qualis eſſet, fundũ preſtari oportere.* Idem cẽſet Paul. de legat. 3. l. ſi mihi, & de fund. inſtruct. l. fundo legato Celſus autem ſic: *Quid ſi vt optimus, maximuſq. eſſet traditus fuerit fundus, liberũ ab omni ſeruitute praſtandũ*, Eadẽ huic voci, Magnus, vis ſubiecta eſt, Oſeæ 1. vbi *Magnus Deus Iſrael*, dicitur, hoc eſt dies brachii Domini, ſiue filii Dei, ideſt Aduentus Chriſti Saluatoris noſtri, quoniam eo die factus ipſe ſub lege eſt, vt eos, qui ſub lege erãt redimeret, & humani corporis gladio ſuccinctus, inferiorum clauſtra conuellit, portas æreas, vecteſque ferreos confregit, è tartarorum faucibus prædã abſtulit, & nos omnes de ſeruitute, ac poteſtate tenebrarũ ereptos, in Filiorum Dei ius libertatemque reſtituit: à Chriſti igitur in terras Aduentu, magni cępti ſunt procedere dies, magnique menſes ex Oraculo Sybillarum: Magnos itaq. Chriſtus dies primus aperuit, Magnoſq. Menſes, & annos in Orbẽ

Pſ. 85.
Pſ. 76.
Pſ. 88.
Pſ. 94.

Quare dicatur Deus ex omni antiquitate Opt. Max.

3

Maximi vox quid ſignificet in fundis & agris. Celſus. l. cum venderes. Paulus de legat. 3.

4 induxit, fælices nimirũ, fauſtos bene fortunatos, ac boni ominis, ſiquidem in iis nos nõ à ſeruitute modo in libertatem, ſed etiam à morte reuocauit ad vitam. Adde etiã quod hanc vim, poteſtatemq. Magni, Analogia peperit, Nam quæcumq. Magna, ſiue maxima ſunt, infra ſe habere minora vidẽtur, & hęc ab illis ſeruitutem repetere non debere. Cum igitur tam frequenter Magnus celebretur Deus, hoc illi tribuitur magnitudini, quod immunis, liberq. ſit à ſeruitute omnium, ipſius autẽ dominationi omnia ſubiecta. Hoc etiã tribuitur honori, vt fatetur ipſemet illis verbis Pſ.49. *Sacrificium laudis honorificabit me*, eodem loco paulò ſuperiùs dixerat. *Nnmquid manducabo carnes Taurorum, & ſanguinem hircorum potabo? ſi eſuriero non dicam tibi, &c.* deinde ſubiungit. *Imola Deo ſacrificium laudis*, & rurſus, *ſacrificiũ laudis bonorificabit me* cur ita? cæteris ſacrificiis veleti ſpretis hoc tantoperere probat, & expetit? Reſpondetur, iure optimo potiſſimum hoc ſacrificii genus expoſtulare: nam ſi ſacrificare eſt actus religionis, cuius materia eſt actio humana, quatenus in Dei honorẽ, & gloriã referri poteſt, ſacrificium laudis non immeritò omnibus præfertur; Nam in eo maximè Dei honor, & gloria emicabat. Sed quomodo? quia in eo nulla ſui commodi ſuſpitio hærebat; Illud enim præcipuum habebat Hoſtia laudis, quod panes abſq. fermento duo, noſtrę Euchariſtiæ ſimulacrum offerebantur, è quibus alter in vſum Sacerdotis cædebat, alter in offerẽtis vtilitatem, nihilq. ad Deũ in hoc Sacrificio, præter legis obſeruãtias, & laudes pertinebat, cũq. holocauſtum totum ad Dei honorem incenderetur, pro peccato item, & pro delicto, victima Sacerdotis eſſet, gratiæ in ſola Hoſtiæ laudis oblatione Deo redebantur, ideoq. Deus hoc ſacri-

Pſal. 49.

5 Cur ſacrificium laudis dicitur honorificare Deum.

ſacrificio potiſſimũ delectatur; *Immola Deo ſacrificium laudis. Sacrificum laudis honorificabit me*, quia nulla ſui commodi in eo erat ſuſpitio, alijs illud erat emolumento, quo maximè illuſtratur eius natura Diuina. Hanc doctrinam tanto præceptore dignã firmiter retinuit Dauid, qui poſt accepta beneficia, ſollicitus de gratitudine ait Pſ. 115. *Quid retribuã Domino?* Hebraicè. *Quid redire faciam:* cum vero Calicem reſpondet; *Calicem ſalutaris accipiam*: indicat nihil poſſe meliùs, quam, vt quis quodammodo deſtruatur, Sancti enim Patres Baſilius, Chryſoſtomus in ſecũda expoſitione, Hieronym. Auguſtinus, & cũ ijs Theodoret. & Euthymius, magno cõſenſu de Calice patientiæ, & paſſionis hunc locum intelligunt, vt ſic conſtet, nullam vtilitatem ex hac eius retributione in Deum redundare, quæ eius eſt maxima gloria, quã dum conatur æmulari Chriſtus vt homo, hoc illi à Patre datur documentum, vt regnet in aliorum vtilitatem, non ſuam, audi paternum monitum. *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ; reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos*, vel vt habetur ex Hæbreo. *Franges eos in virga ferrea*; vel, vt inquit Pagninus, *conteres eos in virga ferrea* mirum ſanè quis enim hęreditatem idcirco tradit, vt ab eo, qui hæres. ſcribitur, illa diſſipetur? Reſpondet Didymus in hæc verba, vt ſic indicaretur noſtri, non filij cauſa dictum eſſe. *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam*; Ita enim liquet nullam rei cuiuſpiam illi acceſſionem fieri, ſed ijs, qui eius indigent auxilio, ſic. n. Medico, & Magiſtro, ægroti, atque ignari traddũtur, vt ab ipſo ſani, peritiq. efficiãtur, Quodq. hac fractione nobiſcum agatur optimè, ex eo patet, quod ſic conteritur creatura animalis, vetus Adam, vt nouus reparetur, creaturaq. ſpiritualis, iuxta illud Pſ. 77. *Cum occideres eos, quærebant eum, & reuertebantur, & dilucu-lo veniebant ad eum*. Et ẽt in hunc ſẽſum intelligit Origines illud Pſalm. 50. *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum, & humilitatum Deos non deſpicies*, quem locum citãs Carterius in tranſlatione Procopij ſuper Iſaiam cap. 30. vertit *non deſtruet*, quòd ſi quæras ſi contritum eſt iam, quomodo non deſtruet? Reſpondetur concuſſum eſſe, & confractũ, imò annihilatũ, ſi ſpectes, id, quod de noſtro eſt, erectum verò, & reparatum, ſi id, quod eſt de ſuo: & ſic cor contritum, & humilratum Deus non deſtruet; vereque dicitur iuxta noſtram vulgatam; *Sacrificiũ Deo Spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies*, hoc enim ſacrificio maximè honoratur Deus, ſcilicet oblatione noſtri, & eius, quod ex noſtro eſt, cõtriti, & confracti, vt ſic ſequatur opus ſuum, quod maximè cedit in Dei cultum, qui nullius indiget, ipſius autem omnia; nihilque habere videtur antiquius, vt omnes id in Animum inducant. Hãc ob cauſam inquit Chryſoſt. Homil. 10. & 50. ad Populum Antiochenum, Deum feciſſe mundum in tempore, vt ſit cõprobaret, ſe nullius indigere; ob eãdem voluit hominem creare cum libero arbitrio, vt appareret noſtris nõ egere bonis, homines. n. qui alijs hominibus indigent; eo ſibi pactis iuramentoq. obligant; Deus autem cum noſtra non indigeat opera, liberos nos dimiſit. Vnde Auguſt. 8. de Geneſ. ad literam, inquit, Deũ noſtra ſeruitute non egere, ſed nos dominatione illius, & Irenęus lib. 4. c. 31. ſcribit ad hoc, Deum velle à nobis amari, quia id nobis bonum eſt, & nos honorare, dum munus à nobis acceptat, hocq. diſcrimine

Pſ. 115. 6 Baſ. Chryſoſt. Hier. Aug. The. Euthym. Pſal. 2. Didymus. Chriſtum eſſe aſſumptum in Regnũ ad aliorũ vtilitetem nõ ſuam pulchre demõſtratur. Pſal. 77. Pſ. 50. 7 Carterius. Pulcra redditur cauſa cur Deus voluit creare hominem liberum. Chriſoſt. Auguſt. Irenæus.

Athanaſ. ſecernit Athanaſ. orat. contr. Idolſ. creaturam à Creatore, quòd hic nec tantillum alicuius indiget; illa autem multùm, & Gregor. Niſſen. Gre. Naz. contra Eunom. his tribus probat Spiritum Sanctũ non eſſe quid creatum, immutabilitate, immobilitate, & quia non indiget alterius bonitate.

8 Totum hoc pulcherrime comprobatur illa doctrina votorum, qua habetur, quòd ſi quis poſt votum reale emiſſum, debita de Iuſtitia cõtraxerit, in ſolutione tamen præcedere debet Iuſtitia. Item quòd in votis realibus nullum eſt rependẽdi, ſeu, vt dicunt, recompẽſandi debitum, cùm propria voti obligatio extincta eſt, vel per impotentiam, vel etiam per culpam, quando præfixus obligationis terminus, vouẽtis culpa elapſus eſt, non ſic autem res ſe habet cum de violatione agitur Iuſtitiæ humanæ; obligat enim ad reſtitutionem, quemadmodum non obligat dicta voti trangreſſio; Ratioq. à priori huius diſcriminis ea reddi poteſt. Nam quamuis Religionis obligatio ad votum pertinens, ſit excellentior, quàm obligatio humanæ Iuſtitiæ; quia tamen Deo non poteſt inferri ab homine damnum in bonis ſibi vtilibus, cum ſit ſibi ipſe ſufficiens, bonorumque noſtrorum non egeat, ſolum autem poteſt offendi per debiti cultus, vel amoris negationem, aut creaturam Diuino amori, vel honori præferendo, ideo Dei comparatione ſuboriri tantum poteſt obligatio ad ſatisfactionem, pro illatis iniuriis impleturq. per conuerſionem ad ipſũ, per amorem, & poenitentiam proq. culpa commiſſa vindictam: homo verò, cum iacturam faciat ſuorum bonorum, illiſque per actiones priuetur iniurioſas; tantùm ei rependi debet, quantum per damnum auferetur; indeq; naſcitur reſtituendi obligatio, quæ propterea propria eſſe dicitur Iuſtitiæ commutatiuæ, minus enim ſibi ſufficiens, lucro expoſitũ eſſe oportet pariter, & iacturæ. Miſera creaturæ omnis conditio, vt nullus ſit eius gradus, à quo ſeruitus reperi non debeat, quin etiam (ſi de hominum loquamur ſtatu) 9
dominatione creſcit, quique inter eos purpura fulgent, nec tantillum ſuas explere poſſunt partes, ſine ſubditorum adminiculo. At verò Dei dominium conſtare non poſſet, ſi vel minimam cum ſeruitute haberet affinitatem, ab ea igitur ita remotum, quemadmodum ab omni prorſus inopia alienum, cum ipſe ille ſit, de quo Scriptura Sacra teſtatur 2. Machab. 14. *Tu Domine vniuerſorũ, qui nullius indiges*, & Actor. 17. *Hic cæli, & terræ cum ſit Dominus non in manu factis Templis habitat nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipſe det omnibus vitam, inſpirationem, & omnia*, hæc enim decent Sacratiſſimam illam Maieſtatem, vt nullius ipſa indigeat famulatu, eius autem dominatione omnia.

Suar. to. 2. de Relig. lib. 6. de voto c. 3. in fi. & li. 4. c. 15

Totum id, quod eſt dictum comprobatur doctrina de voto

2. Machab. 14. Act. 17.

Vtrum Deus ſit purus actus.

OPVSC. II.

Cap. I.

1 AD intelligẽtiam terminorum, animaduertẽdum eſt Actum purum ſignificare illam rem, quæ omni caret potẽtialitate, tum obiectiua, tum etiam paſſiua; Nam actus hic non dicitur Actus formalis, vel actuans; ſed in ſe actu exiſtens, includenſq. eſſe, quod eſt vltima, vel prima rei actualitas: Purus, verò quia omnem potentiam excludit, præter actiuam: Nam cum vnũquodq. agat prout eſt in actu, vis ipſa

Definitur quid ſit purus actus.

ipſa agendi etiam actualitas quædā eſt, quæ virtutis potius, vel facultatis nomen meretur, quàm potentiæ; quia tamen id, quod actu eſt, non ſemper agit, neq. enim actu agere ſemper agētis eſt perfectio; hinc factum eſt, quod agendi illa facultas, & vis, licet actualitas quædam ſit, potentia dicatur, ſed actiua. Quibus ſic declaratis, Deum eſſe Actum purum, omnis potentiæ tam obiectiuæ, quam paſſiuæ expertem, non
2 difficile probatur. Ad excludendam priorem, & omnem ſtatum eius exiſtendi in potentia, ſufficiunt ea, quę ſuperius dicta ſunt, de Diuino eſſe, quod cum ſit eſſe per eſſentiam, & ab intrinſeco neceſſarium, ex terminis patet, nunquam fuiſſe in potētia obiectiua. Et confirmatur, Nam eſſe à ſe independens à quacunque cauſa, vagatur per omnia Diuina, quicquid enim eſt in Deo, ens, ſummè neceſſarium eſt, & increatum, & independens, vnde non datur aliquid potentiale in Deo. Addiq. poteſt ſecunda ratio, quam tangit D.
Thom. Thom. 1. par. q. 3. artic. 4. Si in *Deo* eſſet potentia ad eſſe, ab aliquo agente eſſet reducenda ad actum, & hoc vel eſſet extrinſecum, quod repugnat primo enti; vel eſſet intrinſecum, quod cum ipſo eſſe ſtare nō poſſet, non enim poteſt res aliqua eſſe ſibi cauſa eſſendi. Quod autē ſit expers omnis potentiæ paſſiuæ veræ, & realis, quod erat, poſterius, patebit ex ijs, quæ mox dicentur de eius ſimplicitate: ſicut igitur de fide eſt Deum eſſe ſimplicem: Ita eadē fide tenendum eſt in eo nullam eſſe potentiam paſſiuam; quod quidem diffuſiùs explicabitur inductione facta per omnes compoſitiones, quæ cum ab illa natura Diuina prorſus ſint alienæ, ab illa etiam omnem paſſiuam potentiam remouent. Id ipſum illo etiam principio probatur, quòd ſit Deus à ſe, & ens ſummè neceſſarium; Nam quemadmodum inde deducitur, vt implicet cōtradictionem Deum non eſſe; ita etiam neceſſaria cōſequutione habemus, non poſſe eſſe in ſubſtantia Diuina potentiam aliquam paſſiuā, quæ cum proportionato actu faciat vnionem, & compoſitionem; quia vt rectè dixit Gregor. Nazianzen. Greg. Naz.
orat. 2. de Theol. eo ipſo, quod ſubſtantia coaleſcit ex multis, non repugnat diſſolui: quamuis enim Philoſophi doceant coeli ſubſtantiam eſſe incorruptibilem, licet compoſita ſit ex materia, & forma; & Angelos eſſe incorruptibiles, etiam ſi compoſiti ſint ex natura, & ſuppoſito, & eſſe, & eſſentia: nihilominus veriſſimum eſt per ſe, & intrinſecè non repugnare illam compoſitionem diſſolui, ſaltem per extrinſecam potentiam, & Angelos poſſe annihilari, vel priuari ſua perſonalitate, & materiam, & formam coeli diſiungi, & partes integrales coeli diuidi. At Deus cum ſit ens ita neceſſariū, vt per eſſentiam ſit tale, implicat per quamcumque potentiam ſiue intrinſecam, ſiue extrinſecam, priuari ſuo eſſe, ſiue annihilari, ergo in ſua ſubſtantia nihil poteſt reperiri, quod ſe habeat ad inſtar potentię paſſiuæ, faciens cum proportionato actu vnionem, & conſequenter cōpoſitionem: eſt igitur actus purus.

Hæc Dei tam excellens perfectio ſub illa Metaphora in Scriptura Sacra reperitur explicata, lucis 4
ſcilicet, nullas habentis admixtas tenebras 1. Io. 1. *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vlla*, & optimè; nam 1. Ioan. 1.
ſi cum primum videmus rem aliquā produci, & incipere extra ſuas cauſas, eſſe, tranſireq. de potentia obiectiua ad actum, qui apud ſcholaſticos entitatiuus vocatur; de ea ſolemus dicere (ac ita prouerbio fertur) in lucem prodiit. Præterea ſi vnumquodq. per ſuam paſſiuam po-

Cur Deus in ſcriptura dicatur lux in qua tenebræ non ſunt vllæ.

potentiam manet occultum,& veluti in tenebris latet, per actum autem,& formam innoteſcit, materia enim,vt inquit Ariſtotiles,differentiam non facit, & res cum actu eſt, ſpeciem habere dicitur, & definitur,ſeu deſcribitur;ante autem, veluti incognita, definitione caret; Meritò Deus,ac Diuina illa entitas quæ neſcit potentiam obiectiuam, omnemque excludit paſſiuam, lux dicitur à Ioanne,in qua tenebræ nō ſunt vllæ,& D. Tho. in primam ad Timot. 6. *res quæ actus quidem ſunt, ſed non purus,lucēt tantum,non etiam lux ſunt,Diuina autem eſſentia cum actus purus ſit,lux eſt, vnde de homine ſanctiſſimo,dicitur tamen, Non erat ille lux,de Dei autem Verbo Erat lux vera,omnem hominem illuminās;* hæc ille. Dicitur autem Deus lux vera, non quòd alia falſa, ſed quia ipſe lux per eſſentiam, ac vt Philoſophi de Deo loquentes, pura, ſeu actus purus abſq. vlla tenebrarum admixtione.

Thom.

Ioan. 1.

Nulla res creata dicitur ita lucida nec ipſemet Sol vt in ea nullæ dicātur eſſe tenebrę.

5 Quod ſi de corporibus his lucidis ſermo ſit, ac de ipſomet ſole,à quo omnis lux,& claritas in hæc inferiora proficiſcitur, non ita luminoſa ſunt, vt tenebris omnino opponantur, ſed cum ijs ipſis vidētur habere cognationem, nam cum maioris lucis, quam actu habeant,ſint capacia, per potentiā ſaltem Diuinam, illaq. qua fulgent, poſſint priuari, neque hæc capacitas,quæ potentia obedientialis paſſiua dicitur, ab entitate ipſa, qua omnibus lucēt,diſtinguatur, ſequitur,quod in eorum luce quaſi imbibatur tenebrarum ratio, ergo non lux vera dicuntur, quia non pura, nec illa lux,in qua tenebræ non sūt vllę, quod de Deo tantum veriſſime dicitur, cum lucis huius corporeæ rationem per methaphoram ad ipſum transferimus, & de Chriſto,etiam vt Deus eſt,vnius naturę, & ſubſtantiæ cum Patrę,De quo intelligitur illud David Elogium Pſ. 67. *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem*, ideſt poſtea quam aſcendit in altum, ſedet in ſummo cœlo 6
ad fontem lucis, vnde oritur omne lumen;tenetq. ſtationem ſuā Patri per omnia æqualis, lucem habitans inacceſſibilem. Quod optimè cohæret cum eo,quod ſupra, in eodem Pſalmo dictum eſt (*Qui aſcendit ſuper occaſum*) quia etiam vnum ex altero infertur, quia ſub ſe habet tenebras omnes, hoc eſt ſuper occaſum aſcendere. Dicitur etiam aſcendere ad Orientem, ad Lucem illam inacceſſibilem, vnde oritur lumen omne, quod communicatur Angelis, & hominibus. S. Hieronym. vertit *Qui aſcendit ſuper cœlum cæli à principio:* vox enim Hebraica Chedē,vtrumq. ſignificat, & Oriētem, & principium, & vtrumq. eſt verum; Chriſtus enim vt *Deus* à principio ſedet ſuper cœlum coeli, vt homo verò poſt *Reſurrectionem* ſuam, aſcendit ad coelum coeli ad Orientem, ſupremo aſſiſtens orienti,ideſt fonti luminis, qui lux illa eſt,in qua tenebræ non ſunt vllæ. Quibus omnibus mirificè conuenit illud Cant. 1. vbi ſponſa, cum ſponſo loquens,inquit: *Indica mihi vbi paſcas; vbi cubes in meridies;* dicitur autem ſponſus cum Deus ſit habitari in meridie,non ſolū ob illā rationem,nam Deus non habet ma- 7
ne,quod illuceſcat, non veſpere, quod occidat, lux ſemper plena dies, cui nihil accedit, nihil ſuccedit, apud quem non eſt tam quotidie,quàm hodie, neq. hodie labētis temporis,ſed ſemper ſtātis ęternitatis,quod non venit, vt habeat, neq. aliquando vadit, vt iterum redeat,ſed idem æternum manet, vt æternum maneat, dies perēnis, qui nullis inchoatur exordijs, nullis clauditur finibus dies ſolſtitialis, cui neq. acceſſio fit vllæ, neque vlla de-

Pſ. 67.

Hierony.

Cant. 1.

Cur ſponſus dicatur cubare in meridie pulcrè redditur ratio

deceſſio, dies omnium maximus, qui lucet ſingulis, fulget vniuerſis: Non ſolum, inquam, ob hanc rationem, ſed dicitur cubare in meridie, ob illam aliam; nam cum ſol meridie maximè è perpendiculo ſe nobis exhibeat, ita ſua luce ibi ſtantes afficit, vt vmbram propriam ſubter ſe ipſos poſitam cernant. Vt igitur omni rõe intelligeremus Deum eſſe lucem puram, tenebrarum omnium expertem, non ſolum lux vera appellatur, inhabitanſq. inaceſſibilem lucem, ſed etiam lucẽ meridianam, vt Creaturarum vmbris ſuperior, ipſas ſubter ſe relinquat. Quid plura? Nonne Theologi ex eo, quod Deus eſt ipſũ eſſe per eſſentiam, inferunt eumdem eſſe actũ purum? hoc etiam Scriptura Sacra docet, ſic ſonãt verba illa Iob. c. 14. *Quis poteſt facere mundum de immũdo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es?* quorum verborum hic poteſt eſſe ſenſus, vt ſignificẽt neminẽ eſſe mundum præter vnum Deum, referanturque ad Diuinam originem Verbi Dei ex Patre, in qua nihil eſt immũdum, aut ſordidum, ſed puriſſima omnia, atq. ſplendida, ſicut ſcriptum eſt Pſal. 109. *In ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te*, ſed quomodo hic Dei mundities, & puritas ob omni ſorde aliena exprimitur? in illa illatiua *nonne tu qui ſolus es?* es ille qui ſolus es per eſſentiam, ens ſummè neceſſarium, à nullo dependens, ergo in te nihil immundum, aut ſordidum, ſed puriſſima omnia, ergo actus purus.

Iob. 14.

Pſ. 109.

De ſimplicitate Dei.

OPVSC. III.

Cap. I.

1 DEum eſſe omnino ſimplicẽ, certa fide eſt tenendum, habetur enim ex definitione Concilii Generalis Lateranenſis IV. & refertur in cap. firmiter. De Summ. Trinit. vbi definitur Deum eſſe vnã eſſentiam, ſubſtantiam, ſiue naturã omninò ſimplicem, & in Concil. Rhemenſi cõtra Gilbertũ Porretanum, idem habetur: quare hæc quęſtio ex principiis ſupernaturalibus facilè expediri poteſt. Iuxta verò principia naturalia, ſi recolantur ea, quæ dicta ſunt de Deo, ipſum eſſe ens neceſſarium, actum purum, primũ omniũ principiũ, à quo cætera omnia, illum verò à nullo alio, ens eſſe illimitatum, & infinitum, omnes continens perfectiones, vel eminenter, vel formaliter: clarè videbimus ab eodem reiiciendam eſſe omnem compoſitionem, ſimplicitati repugnantem, & conſequenter ens eſſe omninò ſimplex.

c. Firmiter

2 Vt autem hoc magis pateat, nam oppoſitum per alterum magis innoteſcit, aliqua de ente, quod dicitur compoſitũ, ſunt prænotãda, ſi enim intelligamus quot ſunt genera cõpoſitionum, facilius ad dignoſcendam naturam entis omninò ſimplicis deueniemus. Compoſitio igitur prima ſui diuiſione, in ſubſtantialem partiri poteſt, & accidentalem; quę poſterior, ſit ſubſtantiæ cum accidente, nam de compoſitione accidentis nihil nunc dicere oportet, vbi enim nõ reperitur compoſitio ſubſtantiæ cum accidente, nec compoſitioni accidentis cum accidente, vllus relinquit locus.

Compoſitio multiplex.

Prior

Prior verò, quæ dicitur ſubſtantialis, adhuc quadruplex excogitari poteſt, ſcilicet ex eſſe, & eſſentia; ex natura, & ſuppoſito; ex materia, & forma: & ex genere, & differentia, aut, quod perinde eſt, ex ſpecie, & differentia indiuiduali, ſeu ex quocunque gradu ſuperiori, & inferiori. Præter has nulla alia poteſt inueniri; quamcumque enim dabis, vel vna harum erit, vel ad has neceſſe erit reuocari, aut ſub ratione actus, & potentię, aut ſub ratione partium integralium. His ergo excluſis, omnis compoſitio à Deo ſimul reiicitur, ac eſſe ens omninò ſimplex; facilè cognoſcetur. Excludentur autem manifeſtis conſequentiis, ſi quę de eo hucuſque dicta ſunt, firmiter teneamus, ſcilicet, eſſe primum omnium ens, pimam cauſam, item ens neceſſariam, actum purum, illimitatum: ac ita perfectum, & abſolutum, vt omnes contineat perfectiones, vel formaliter, vel eminenter. Probemus ſingula.

3 Si perpendamus ipſum, eſſe cauſam primam, videbimus omnem inde in vniuerſum compoſitionẽ excludi, nam cum compoſitum reale partibus debeat, quod eſt: ſi Deus non excluderet omnem huiuſmodi compoſitionem, aliis deberet, id, quod eſt, non ergo erit cauſa omnium prima. Dices cauſam primam ſolum excludere cauſalitatem paſſiuam in eo genere, in quo eſt cauſa prima, Deus autẽ eſt ſolum cauſa prima efficiens, finalis, & exemplaris, non vero formalis intrinſeca, aut materialis, ideoque non repugnat, vt conſtituatur ex partibus, & habeat modum quemdam cauſalitatis paſſiuæ, ratione earum, quandoquidem dependentia à cauſis intrinſecis non tollit rationem primæ cauſæ extrinſecæ, vt videre eſt in Cælo, quod inter corpora eſt cauſa prima, ſuo modo vniuerſalis, & nihilominus eſt compoſitum naturale. Verum hoc argumento, vſus eſt Ambroſi⁹ in Symbol. Apoſtol. c. 1. Ambroſ. *Deus inquiens, compoſitus eſſe non poteſt, cum aliqua eo anteriora præxtitiſſe, putare nefas ſit, nihilque quod ab eo factum non ſit*, & ante illum Ori- 4 gines lib. 1. Periarchon c. 1. his verbis Origen. *Deus qui omnium eſt principium, compoſitum eſſe non eſt putandum: ne fortè priora illo principio inueniantur elementa eſſe, ex quibus compoſitum eſt omne, quicquid illud eſt, quod compoſitum dicitur*. Neque allata reſponſio vim tollit argumenti, alia enim eſt ratio cauſæ ſimpliciter primæ, alia primæ ſecundum quid, vt eſt Cælum; etenim cauſa prima ſecundum quid ſicut non excludit concurſum actiuum cauſæ primæ à qua dependet, ita neque cauſalitatem veluti materialem partium; at cauſa ſimpliciter prima debet ab omni dependentia ab alia cauſa eſſe prorſus abſoluta, nam ſi ab alia dependeat in quouis genere ita vt eius exiſtentiam ſupponat, nequaquam poterit eſſe cauſa efficiens illius, & conſequenter cum eo admiſſo detur aliquis effectus indepẽdens ab ipſius cauſalitate actiua; iam ipſa nõ erit cauſſa prima efficiẽs. Quod 5 ſi rurſus aliquis reſpondeat ex eo, quod pars componẽs primam cauſam non dependeat ab ea efficienter, nõ ſequi dari effectum aliquem cauſæ efficientis, independentem à prima cauſa, nam pars ea erit ex ſemetipſa, & ideo non erit effectus illius cauſę efficientis. At hæc reſponſio non ſatisfacit argumento, ſaltem enim illa pars, quæ habet rationem potentiæ, indiget virtute cauſę efficientis, vt ſit, nullum enim ens potentialitati immixtum ex ſe ipſo eſt; Denique dependentia à partibus arguit dependẽtiã à cauſa extrinſeca efficiente copulante eaſdem partes, ac producente totum com-

compoſitum hæc autem dependentia omninò diſſoluit rationem cauſæ primæ; patet ergo ex eo, quod Deus eſt cauſa ſimpliciter prima, omnem ab illo compoſitionem à parte rei omninò reijci. Id ipſum colligitur ex eo, quod eſt neceſſarium. Illud quod tale eſt, ipſum à ſe ipſo eſſe oportet; ergo non debet aliis id, quod eſt, ergo non partibus componentibus, ergo ſimplex. Præ-
6 terea ſi eſt ens ſummè perfectum nullam admittens imperfectionem ergo non habet partes, quibus conſtet. nàm quod tale eſt, aliquid continet quod non ſit omninò perfectum: imò quod expectet per aliud perfici, nempè ſingulas partes, quibus perfectius eſt totum, ex his reſultans, vel vnam, quæ ſe habeat veluti potentia expectans per alteram perfici tanquam per actum. Adde, vt dictum eſt nō poſſe intelligi quomodo pars illa potentialis ex ſe habeat eſſe, quia neceſſitas eſſendi à ſe formaliter dicit ſummam actualitatem, & perfectionem, quod proprium eſt actus puri, ergo non ſtat cum potentia. Adhuc repugnat talem potentiam ex ſe habere vnionem cum ſuo actu, ſed neceſſe eſt, vt illam habeat vel à cauſa extrinſeca, & ita non repugnat per eandem cauſam diſſolui, & ſeparari. Non erit igitur ens neceſſarium, & perfectum vel certè ab ipſo actu ſe ſe vniente ſua virtute tali potentię, & ſic ille erit cauſa prima, & non tale compoſitum. Eſt igitur Deus prima cauſa, ens neceſſarium illimitatum, perfectum, ergo illi repugnat realis cōpoſitio. Sed accedamus ad ſingula compoſitionis genera, & videbimus ex iiſdem fontibus hauriri argumenta ad illa confutanda, & reijcienda.

Deus non eſt compoſitus ex eſſe, & eſſentia.

C R P, II.

QVòd in Deo non detur com- 1
poſitio ex eſſe, & eſſentia, ex præfatis principijs fit euidens; ſi .n. eſt primum ens, non aliunde habens eſſe, quam ab eſſentia ſua, ergo intrinſecè includitur in illa, ita vt hæc propoſitio, Deus eſt, in primo modo ſit dicendi per ſe, cum aliarum rerum omnium eſſe non pertineat ad earum quidditatem, & eſſētiam. Et declaratur hoc magis, quia cum Deus neque ſit, neque intelligi poſſit in potentia ad eſſe, ex neceſſitate enim ſimpliciter actu eſt, ergo eſſe non intelligitur aduenire eſſentiæ Diuinæ, vt exiſtenti in potentia obiectiua ad illud. Nec verò comparari poteſt ad eandem, vt ad potentiam receptiuam, cum nulla talis poſſit eſſe in ipſo: omnis enim potentia paſſiua, vt huiuſmodi, reducitur ad actum ab aliquo agente; &
tunc vel illud agens eſſet extrinſe- 2
cum, & hoc repugnat primo entis vel intrinſecum, & hoc repugnat ip-
ſi eſſe, quia non poteſt res aliqua ſi- D. Thom.
bi eſſe cauſa eſſendi, vt optimè animaduertit D. Thom. prima par. q. 3. art. 4. ergo ipſum eſſe nullo modo poteſt compoſitionem facere cum eſſentia Dei, ſed eſt formaliſſima ipſamet Dei eſſentia. Accedit quod eſſentia Diuina eſt ens infinitum, &
illimitatum, omnem continens per- 2
fectionem, ergo intrinſecè eſt ipſum eſſe, quod eſt maxima perfectio, & aliarum omnium veluti fundamentum. Eſt igitur Deus ens primum, neceſſarium illimitatum, actus purus, ergo intrinſecè, & eſſentialiter eſt ſuum eſſe.

Non

Non eſt compoſitus ex natura, & ſuppoſito.

CAP. III.

1 IIſdem rationibus cõfirmatur cõpoſitionem ex natura, & ſuppoſito, Deo repugnare, nam illud eſſe; quod eſt eſſentialiter illimitatum, primum, & independens, neceſſarium, ac omnis potentiæ tum obiectiuæ, tum receptiuę expers, eſt eſſentialiter ſubſiſtens; quia eſt perfectiſſimum, & perfectius eſt eſſe ſubſiſtens, quàm non ſubſiſtens, vt per ſe notum eſt. Et declaratur hoc magis, quoniam ſubſiſtentia eſt de eſſentia Deitatis, nihil autẽ; quod eſt de eſſentia alicuius facit cũ eo compoſitionem, hæc enim exigit talem inter componẽtia diſtinctionem, vt vnum non includatur in eſſentia, ſeu ratione formali alterius. Hęc tamen ratio non procedit, ſi applicetur ad perſonas Diuinas, quandoquidem vt plures Theologi docent, & nos docuimus in Tract. de Trinit. Relationes
2 Diuinæ, quæ intrinſecus pertinent ad rationes ſuppoſitales Perſonarum, non ſunt de intrinſeca ratione Diuinæ eſſentiæ, ideòque ex hoc capite non repugnaret, vt cum illa facerent compoſitionem. Quod autem adhuc, non obſtante Trinitate Perſonarum, nulla ſit compoſitio in Diuinis, ex natura & ſuppoſito propter ſummam Dei ſimplicitatẽ, vt fides ipſa docet, poteſt quadam generali ratione probari, ob quam compoſito repugnat Deo, ſcilicet, quia compoſitio ſupponit limitationem in extremis componentibus, ſed hæc limitatio repugnat Deo, ergo. Maior declaratur, quia compoſitio ſupponit diſtinctionem à parte rei inter extrema componentia, diſtinctio autem non eſt niſi ob limitationem, vel oppoſitionem. Diſtinctio inter extrema non oppoſita nõ poteſt in Deo reperiri, quia talia extrema ſunt limitata, & imperfecta: illa autem, quæ eſt per oppoſitionẽ, extremorum, licet locum habeat intra Deum, non eſt apta ad compoſitionem quia oppoſita, vt huiuſmodi licet inter ſe non vniantur; in tertio autem cui non opponuntur, vniuntur, propter rationem dictam. Non tamen exiſtimo neceſſarium illud, quod multi dicunt, non diſtingui eſſentiam, & Perſonas; quia eſſentia Diuina eſt de intrinſeca ratione 3
perſonalitatis, aloqui ipſum eſſe per eſſentiam, non eſſet re ipſa de eſſentia Perſonalitatis Diuinę; vnde ſequeretur ipſam non eſſe eſſentialiter neceſſarium, ſed per participationem, & conſequenter fieri ab aliqua cauſa, vel ſaltem manare ab eſſentia Diuina, ſicut in creaturis ſuppoſitum manat à natura; nam in tractatu de Trinitate docuimus probabiliter poſſe defendi eſſentiã Diuinã, dupliciter accipi: & pro ratione 4
exiſtẽdi à ſe, hoc eſt non exiſtẽdi ab alio tanquam à cauſa; ad differentiã modi, quo creaturæ sũt à Deo, quæ ab ipſo ſunt, tanquam à cauſa, eſſe autẽ hoc pacto ab alio, naturę diſtinctionẽ, neceſſario arguit. Item accipi & alio modo, prout intelligitur ex rõnibus ſibi eſſentialibus cõſtituta, quatenus fundamentũ eſt, & velut radix tum omniũ Attributorum, tũ etiam Perſonalitatum; & priori modo, eſſe de cõceptu eſſentiali tàm relationum, quàm perſonalitatum, ac cuiuſcũq; rationis exiſtentis in Deo poſteriori verò non eſſe de eſſentia perſonalitatum, vel relationum, imò nec Attributorum.

Non

Non eſt compoſitus ex materia, & forma.

Cap. 4.

1 COmpoſitionem ex materia, & forma euidentius reijcimus à Deo: tum à poſteriori, quia in Deo non eſt compoſitio ex partibus integrantibus, ſeu quantitatiuis: omne autem ens ex forma, & materia conſtans, habet etiam quantitatem, & partes integrales; tum à priori (vt excludatur aliud genus materiæ, quàm aliqui finxere, non ſubiectæ quantitati, nec eius capacis, ac proindè ſpiritualis, & indiuiſibilis quoad partes integrantes) & eſt huiuſmodi. Hæc cõpoſitio dicit imperfectionẽ ex propria habitudine materiæ ad formam, quam reſpicit vt actum, perficientem potẽtialitatem ipſius, ergo repugnat Deo, cui nihil imperfectum, & potẽtiale poteſt eſſe intrinſecum, cùm ſit actus purus,

2 & ens perfectiſſimum. Præterea materia, vt pura potentia non poteſt eſſe ex ſemetipſa, ſed indiget actione alterius cauſæ: hæc non poteſt eſſe compoſitum, quod eſt poſterius materia; ergo vel eſt forma ipſa, vel aliud agens extrinſecum; Hoc autem poſito planè ſequitur compoſitum ex materia, & forma non poſſe eſſe primam cauſam, atque adeo neque Deum. Si quis autem dicat ea, quæ conueniunt formæ, competere ipſi compoſito, ideoque ſi forma ſit cauſa prima; ipſum quoque compoſitum dici debere cauſam primam; non diſſoluit argumentum; quia enti per eſſentiam nihil perfectionis ſimpliciter conuenit per aliud, ſed omninò per ſe primò quæ verò conueniunt ratione formę, non conueniũt per ſe primò compoſito ex materia,

3 & forma. Nec valet dicere quęcunque conueniunt enti quatenus ipſum, & conuertibiliter, competere per ſe primò: ea autem, quæ conueniunt ratione formæ cõueniunt cõuertibiliter, & quatenus ipſum, & conſequẽter per ſe primò. Nam quę conueniunt alicui non ex ſua propria, & adęquata ratione formali, ſed ratione alterius, quomodolibet diſtincti ab eo ex natura rei, licet cõueniant ex proprijs eſſentię principijs, illi cõuenire dicitur per participationem, vt patet in potentia diſcurſiua hominis, quæ conuenit ipſi neceſſariò, & conuertibiliter per participationem tamen; At enti per eſſentiam cõuenire aliquid licet neceſſariò, & cõuertibiliter; participatione tamen alterius, quis nõ videat eſſe abſurdiſſimum, & ex terminis ipſis impoſſibile?

Non eſt compoſitus ex genere, & differentia.

Cap. 5.

QVod nõ ſit compoſitio in Deo ex genere, & differentia, non 1
ita facilè patet; nam compoſitio ſecundum rationem ſtat cum ſumma Dei ſimplicitate, ſed hæc compoſitio ex genere, & differentia, eſt rationis, non ergo repugnat ſimplicitati Diuinæ. Et confirmatur auctoritate D. Auguſtini lib. 5. de Trinit. cap. 8. 10. & 11. qui docere videtur quædam prædicamenta de Deo dici translatitiè, & impropriè, vt quale, quantum, ſitus, habitus, & tempus: quædam verò propriè, vt ſubſtantia, & relatio. Et idem poſtquam dixit dicto cap. 8. multa Prædicamenta de Deo translatione prædicari; ſubdit hæc verba. *Quod autem ad faciendum attinet, fortaſſis de ſolo Deo veriſſimè dicitur ſolus enim Deus facit, & ipſe non fit, neque patitur.* Quibus docere videtur Prædica-

Auguſt.

Quędã prę dicamenta ex Auguſt. de Deo dicuntur trãſlatitiæ.

Damaſcen.

 dica-

dicamentum actionis Deo propriè conuenire. Accedit etiam Damaſcenus, lib. 1. De fide cap. 9. qui ita Deo tribuit nomina filiationis, & Paternitatis, vt non à creatis translata fuerint ad Deum, ſed potius contra, ex Deo nobis fuerint communicata. Probat autem ex illo ad Epheſ. 3. *Ex quo omnis Paternitas in Cœlo, & in terra nominatur*. Expreſſius id idem docuit lib. 1. Inſtitutionum cap. 7. poſt quam enim dixit eſſentiam, quam alij dicunt ſubſtantiam, genus eſſe ſupremum, ſubiungit. *Huius autem ſummi, primique generis ſpecies ſunt. Prima id, quod corpore vacat, & corporis inanimum*, & paucis interiectis *complectitur enim eſſentia corpore vacans, Deum, Angelum, Animam Dæmonem*.

Epheſ. 3.

Thom. Deus non eſt in prædicamento.

D. Tho. 1. par. quæſt. 3. art. 5. hac ratione probat Deum non eſſe in Prædicamento, nec ex genere conſtare, & differentia ſpecies, quæ eſt in aliquo prædicamento, ita conſtat ex genere, & differentia, vt id, à quo ſumitur differentia, cum eo, à quò ſumitur, genus comparetur, ſicut actus cum potentia; in Deo autem non eſt aliquid, vt potentia, & aliquid, vt actus, ergo ex genere, & differētia conſtitui nō poteſt. Hanc rationem infirmam putat Vaſq. diſput. 23. cap. 3. in 1. par. ſi enim repugnat Deo eſſe aliquid per modum potentiæ, ex quo ſumitur genus, & aliquid per modum actus, ex quo ſumitur differentia, eo eſſet, quia ſequeretur Deum nō eſſe ſimplicem, ſed re ipſa compoſitus ex actu, & potentia, at qui hoc nulla ratione ſequitur, ſi dicatur compoſitionem generis differentiæ eſſe ſolum per rationem noſtram: ſic autem nullum eſt abſurdum plura in Deo concedere tanquam componentia, quorum aliqua per modum potentiæ, aliqua per modum actus intelligantur; noſter enim intellectus in re ſimpliciſſima, qualis eſt Deus, hæc facilè concipere poteſt; ſicut etiam diſtinguere eius attributa, quæ ex natura ſua non diſtinguntur, id enim proueniret ex imperfectione intellectus cognoſcentis Deum inſtar aliarum rerum.

Vaſq.

Attributa Diuina nō diſtinguūtur ex natura rei:

Verum optima videtur eſſe ratio, D. Thom. non dari in Deo aliquam rationem obiectiuam per modum potentiæ expectantis conſummari per aliquod per modum actus eſt abſurdum; nam daretur aliquod in Deo ſecundum rationem obiectiuam, imperfectum; perficiendum per actualitatem ſibi proportionatam qua ratione probabimus infra vitam intellectiuam reperiri in Deo per modum intellectionis, & actus ſecundus non per modum intellectus, & principij radicalis. Et vt hoc magis intelligatur, aliquod imperfectum ſecundum rationem dupliciter dici poteſt; vel vt ſola imperfectio ſit ex parte intellectus inadæquatè, & imperfectè cōcipientis rem ſummè perfectam; vel quidem, vt ratio obiectiua ſit in ſe imperfecta; qua ratione in homine ratio animalis obiectiua eſt imperfecta prior imperfectio ſecundum, eſſe intellectus, quæ interuenit in cōpoſitione ratione nō repugnat Deo, ſiquidem eſt formaliter in ipſis rationibus mētalibus, nec Deum denominat ſecundum eſſe actuale, ſed ſecundum eſſe intellectus: nō enim quia mens creata inadæquatis rationibus apprehendit eſſentiam Diuinam, ea dicitur in ſe imperfecta, ſed ſolum imperfectè apprehenſa. hoc verò nullo modo redundat in aliquem defectum eius, ſed intellectus non concipient, ipſum conceptu perfecto, & adæquato. At imperfectio obiectiua repugnat Deo, nam daretur aliqua ratio in ipſo à parte rei veluti inchoata, & imperfecta, quæ expectaret perfici, & conſummari

4 Thom.

5 Imperfectū ſecundum rationem, & dupliciter dici poteſt.

ſummari per aliquid aliud, tanquam per actum, & conſummatam rationem eius. At verò in Deo, qui eſt actus purus, & ens vndequaq; perfectum non ſolum realiter, ſed nec in conceptu obiectiuo poteſt habere locum ſimilis imperfectio: Talem igitur conſtitueremus Deum, ſi daremus illum compoſitum ex genere, & differentia. Et confirmatur hoc magis, quia differentia in ſuo conceptu obiectiuo, & præciſo non includit genus; at in Deo nulla poteſt dari propria differentia, quæ non includat totam perfectionem eſſentialem Dei, non enim poteſt exiſtimari ſubſtantia incompleta; nam illud ipſum, quicquid ſit, eſt ens increatum, & eſſentialiter ſuum eſſe; & ideo ex vi illius rationis formalis, qua ibi concipitur quantumuis præciſè ſumptæ, eſt illud ens cõpletum, & perfectiſſimum, ergo in ſe includit quemcumque ſuperiorem conceptum, quantumuis perfectum; quod in hunc modum declaratur; nam genus, vt huiuſmodi non poteſt dicere infinitam perfectionem, cum ſit quid informe, & potentiale. Rurſus nec differentia propria poteſt dicere infinitam perfectionem, cum non includat perfectionem generis, quæ neceſſario debet eſſe perfectio ſimpliciter ſimplex, ſi tale genus Deum comprehendit, ergo ex tali genere, & differentia non conſtituitur infinita eſſentia ergo ſimpliciter repugnat infinitam eſſentiam, vt huiuſmod, ex genere, & differentia componi.

7 Altera ratio, qua, ad idem probandum vtitur D. Thom. quęſt. 7. de Pot. art. 3. & in 1. diſt. 8. quæſt. 4. artic. 2. Bonauent. art. 3. quęſt. 4. Henriq. in ſumm. artic. 26. quæſt. 2. Riccard. in 1. diſtinct. 8. art. 3. quæſt. 1. Ocham quæſt. 1. litera L. Argentin. quæſt. 1. art. 1. concluſ. 2. Capreol. quæſt. 2. concluſ. 1. & alij, eſt huiuſmodi. Quicquid eſt in Prędicamento, clauditur ipſo, & continetur; id aut quod eſt infinitum, ſicuti Deus, claudi, aut contineri nequit ab alio, ergo nequit eſſe in Prædicamento. Meliùs forſitan proponeretur ratio hoc pacto. Quicquid ponitur in Prædicamento, directè ſcilicet, cõſtat ex rationibus obiectiuis limitatis, & finitis; ſed hoc repugnat Deo, qui eſt infinitus, ergo. Minor clara Probatur maior; nam conſtat ex genere, & differentia, ratione determinabili, & ratione determinante, ita præciſè, vt neutra in altera eſſentialiter includatur; at hic modus conſtitutionis proprius eſt rei finitæ, quæ ex vi ſuæ differentiæ conſtitutiuæ, includit limitatam, & præciſam aliquam perfectionem, & ita propoſita ratio meliùs ab obiectionibus defenditur oppoſitis, ac præterea præcedentem confirmat. Sed obijcies datur cõceptus aliquis cõmunis perſonis Diuinis ſecundum rationes reſpectiuas, in quo videntur vniuocè conuenire, vt ratio perſonæ, vt huiuſmodi tribus Perſonis Diuinis conueniens ergo. Verum 8
ratio generis ab illo communi conceptu excludenda eſt; vel quia ratio perſonæ non pertinet ad eſſentialem rationem rei; vel quia Diuinæ Perſonę non diſtinguntur eſſentialiter, vtrumque enim horum eſt contra generis rationem. Adde, quod ratio obiectiua, ſe habens ex parte generis, determinatur, & contrahitur per differentiam, tanquam per aliquid extra ipſius rationem, ergo potentialis eſt, & imperfecta, limitata, & finita; hæc autem omnia Deo repugnant.

Thom. Bonau. Henriq. Riccard. Ocham. Argentin. Capreol.

Quod eſt ſub genere multiplicari poteſt.

Aliæ rationes, quæ ſolent afferri 9
ad hoc idem probandum, vt quodcunque eſt ſub genere, & Prædicamẽto, multiplicari poteſt, ſed Deus, vt Deus multiplicari non poteſt, ſed eſſentialiter eſt hic ſingularis

 Deus,

Deus, & ideo concipi non poteſt vero cóceptu communi, & vniuerſali: quare non poteſt in eo eſſe genus, vel ſpecies in ordine ad Deum, vel plures Deos. Item nulla ratio, vel ſubſtantiæ, vel relationis, &c. apprǽhendi poteſt ab intellectu noſtro vniuocè cõmunis Deo, & creaturis, ergo. Hæ, inquam, rationes ſupponunt id, quod diximus de illimitatione, & infinitate Dei, de actu puro omnis potentiæ tum obiectiuæ, tum paſſiuæ experte: quæ quidem à priori probant Deum non conſtare ex genere, & differentia: quare non poſſum non mirari eos, qui priores rationes reſpuunt, & has poſteriores approbant, cum hæ ex illis tãquam ex immediatis principijs pendeant, & omne robur ſumant.

10 Boetius. Hæc veritas probatur authoritate Patrum.

Hanc etiã ſententiam confirmant auctoritates Patrum, vt Boetij lib. de Trin. circ. 10. med. qui de Dei ſubſtantia loquens, ita ſcribit. *Nam ſubſtantia in illo, ſcilicet Deo, non eſt verè ſubſtantia, ſed vltra ſubſtantiam*, & paucis interiectis *nam cum dicimus, Deus, ſubſtantiam quidem ſignificare videmur, ſed eam, quæ ſit vltra ſubſtantias*. Quem locum elucidans

Gilbertus.

Gilbertus in commentario illius libri, inquit *nam quæ vocatur eius ſubſtantia, in illo quidem eſt, de quo prædicatur, ſed non in eo verè eſt ſubſtantia, ideſt non ea veritate rationis, qua dicitur ſubſtantia quodlibet illud eſſe, quo ſubſiſtens eſt aliquid, eſt ſubſtantia, quod in eo eſt, ſed aliqua rationis proportione vocatur ſubſtantia*. Quibus verbis Gilbertus ſententiam Boetij expreſſit, nempè ſubſtantiam in Deo non eſſe eiuſdem rationis cum noſtra, ſed proportione quadam ſubſtantiam vocari. Quod ſignificantius exprimens D. Dionyſ. Areopag. lib. de miſtic. Theol. cap. 5. & de

Dionyſ. Areopag.

11 Diuin. nom. cap. 1. illis nominibus, vtitur, cum de Deo loquitur. *Deus ſupra mentem mens eſt, & ſupra vitam vita eſt, & denique ſupra omnia* à quo

Boetius.

ſumens Boetius vbi ſupra dixit Deũ non eſſe ſubſtantiam, ſed ſupra ſubſtantiam, & D. Auguſt. 7. de Trin. cap. 5. inquit Deum dici abuſiuè ſubſtantiam, quia ſcilicet non eſt ipſe talis ſubſtantia, quales aliæ res ſunt, quæ prædicamento ſubſtantiæ continentur. Et idem de cognitione veræ vitæ cap. 3. ad fin. ſi tamen ipſius eſt numeratis decem Prædicamentis, & modis, quibus ſingula de Deo prædicari videntur, ſubdit. *His quidem decem cuncta humana conditio includitur, & ab his omnibus proprietas ſummæ eſſentiæ euidenti ratione pænitus excluditur* Caſſiodorus ſuper illa verba Pſal. 2. *Dominus dixit ad me* ſic habet *non potuit* nempè Propheta, *ſubſtantialiter per genus, & differentias ad eius proprium peruenire, quod magis creaturis, quã* Creatori videtur poſſe congruere, nam quomodo ſuper eius naturam genus aliquod præualet *reperiri, cum ipſum rerum omnium conſtet Auctorem* Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromat. cap. 5. probans Deum eſſe ineffabilem, *quemadmodum enim*, inquit, *dici potuerit, quod neque eſt genus, neque differentia, neque ſpecies, neque indiuiduum?* Bernardus Epiſtola ad Fratres de Monte Dei in fine. *Ipſa, inquit, eſt ſumma ſubſtantia, non ſubiecta Prædicamentis vocum, ſed rerum omnium ſubſiſtens cauſale principium*. Anſelm. in Morologio cap. 26. expreſsè docet Deum non contineri in Prędicamẽto ſubſtantiæ, quia ab eſſentiali eius communione excluditur. Hoc ipſum docet S. Maximus centuria 3. c. 3. relatus à Cypariſsiot. Decad. 10. cap. 8. Sic verò ait. *Nihil eorum, quæ ſunt, eſt, non circumſcriptum, quoniam neque liberum à Prædicamento, ſolus Deus eſt extra Prædicamentum, & idcirco ab omni circumſcriptione liber,*

Auguſt. Caſſiodor. Clemens Alexand. Bernardus. Anſelm. Maximus. Cypariſs.

vtpotè

*vtpotè in infinitum celſior omni ſub-
ſtantia,& mente,& ratione,& intelli-
gentia.* Idem ſignificat Theorian. Theorian.
Orthodoxus in colloquio cum Ca-
tholico Armeniorum, circa princi-
pium, vt videre eſt tom.4. Biblio-
thecę Sanctorum Patrum, vbi ſub-
ſtantiam diuidit in corpoream,& in
12 incorpoream, vt Anima, inquit, &
Angelus,ſtatuens hęc duo membra
diuiſionis adęquatę ſubſtantię in-
corporeæ:& quia dicere quis poſſet
Deum contineri ſub incorporea
ſubſtantia,ſubijcit. *Quippè Deus vl-
tra ſubſtantialis eſt, ſupra omnem poſi-
tus eſſentiam, & ſi quid, is etiam vlte-
rius* quaſi dicat non poſſe contineri
Deum ſub ſubſtantia incorporea,
quia eſt ſupra omnem ſubſtantiam,
& eſſentiam,nullis Prędicamenti li-
mitibus circumſcriptus.

13 Nec obſtant quę à principio ſunt
allata; hoc enim ſibi volunt illi Pa-
tres, duo ſcilicet Prædicamenta
ſubſtantiæ,& relationis, hoc eſt no-
mina illorum Prædicamentorum
Deo propriè conuenire, ſed non
vniuocè. Quo ſenſu loquutus eſt
Auguſtin. D. Auguſt. loc. ibi citata lib.5. De
Trin. cap.10.quinimo poſt illa ver-
ba ſubdit. *Si tamen de illo* hoc eſt de
Deo *propriè aliquid de ore hominis
poteſt*,vt inſinuaret in omni appella-
tione, qua Deum nuncupamus,
quantumuis propria videatur, ſem-
per eſſe aliquid ad modum transla-
tionis:Prædicamenta verò,quæ ex-
trinſecus tantum de Deo enunciā-
tur,quale eſt Prædicamētum actio-
nis, in præſenti non curamus, licet
14 enim actio Dei poneretur in Prædi-
camento, nō propterea ipſe Deus:
ſi autem Damaſcenus inquit Pater-
nitatis nomen non fuiſſe translatum
ex creatura ad deitatem,ſed ab hac
ad illam deriuatum,ſolum intelligi-
tur ex ipſius ſententia nomina dicta
de Deo relatiuè,non dici Metapho-
ricè,ſed propriè:an autem dicantur

Quomodo ſunt intelligendi Patres quādo dicunt duo prædicamēta cōuenire Deo.

de Deo,& Creaturis vniuocè, inde
non colligitur. Imò D.Dionyſ.c.5. Dionyſ. Areopag.
de miſtic.Theol.ait in Deo nec filij,
nec Patris rationem eſſe,& Baſilius Baſilius.
lib.5.contra Eunom.cap.13. inquit 15
nec filium, nec generationem Dei- Epheſ.3.
tatis eſſe proprium, ſed ex humana
ſimilitudine adductum. Adhoc ip-
ſum ſignificandū nomina hęc tranſ-
lata à creaturis ad Diuina, non ſe-
cundum eamdem rationem vniuo-
cam de vtroque extremo dici, quā-
uis propriè in Deo reperiantur. Ad
id, quod adducitur ex Apoſtolo ad
Eph. cap.3. *ex quo omnis Paternitas
in Cælo, & in terra nominatur*. Re-
ſpondetur non inde probari nomi-
na iſta,& vocabula filij, & Patris ex
Diuinis ad humana fuiſſe translata;
nec enim in Cęlis vlla eſt Paterni-
tas, quæ à Dei Paternitate deſcen-
dat,ſunt autem familiæ,& tribus, &
Principatus in quacunque familia;
nam vt ait Hieronym. in magnis Hieronym.
Comment. quæ habentur in 6.tom. 16
Angeli æquè ac homines habent
ſui generis Principes, quos Patres,
gaudēt appellare Princeps enim eſt,
& dicitur ſubditorum Pater,& Prin-
cipatus eſt quædam paternitas ſic
ſerui Naaman 4.Reg.5.eum vocant 4.Reg.5.
Patrem,ideſt Dominum,ac Princi-
pem ſenſus igitur D. Pauli eſt Fle-
cto genua mea ad Patrem Domini Epheſ.3.
mei, Ieſu Chriſti, ex quo omnis pa-
ternitas in Cœlo, & in terra nomi-
natur,metonymicè eſt, ac ſi dixiſſet
omnis paterna cognatio, & familia
hominum, & Angelorum eſt, & de-
riuatur. Hanc interpretationem ſe-
quitur omnes Patres Græci,Chry- Chryſoſt. Theophyl. Theodor. Oecumen.
ſoſt.Homil.7.ad Epheſ. Theofilat.
Theodoret. & Oecumenius. Nec
nouum eſſe in Scriptura ſacra pa-
ternitatem accipi pro familia, quæ
ab vno capite,& parente deſcendit,
animaduertit Hieronym. loco nu-
per citato, & recentiores paſſim in
hunc locum Pauli. Vide etiā Agel- Ant. Agel.
lium

lium in Pſal.95. in ea verba. *Afferte Domino patriæ gentium*, & etiam Gerebrad.

Quod non detur in Deo compoſitio ex ſubſtantia, & accidente.

Cap. 6.

1 EX his quæ ſuperius ſunt dicta, ſatis poteſt cõſtare repugnare Deo, & Diuinæ ſimplicitati compoſitionem ex ſubſtantia, & accidente; nam cum ſuaptè natura ſit ſummum ens, ac perfectiſſimum, nullius indigens, quo nihil melius excogitari, ne dum eſſe poteſt; ſequitur, in ſua eſſentia, & ſubſtantia omnem plenitudinem perfectionis continere, nec alterius peregrinæ naturæ, aut formæ, qualis eſt accidentaria, indigere; quare non ſolum eſſentialiter; ſed neque accidentariè componi poteſt: vnde optimè
Cyrillus. inquit Cyrill. Alexandr. lib. 11. Theſaur. Perfecto ex ſe ipſo nihil poteſt accidere; nam accidens ideo addi ſolet eſſentię, quia eſſentia talis eſt, cui aliqua perfectio deeſt, quę per accidens ſuppletur. Obiectio quæ hic fieri poteſt, ſumpta ex relationibus Diuinis, optimè ſoluitur à
Suar. Suar. in Methaph. diſput. 30. ſect. 5. à num. 3. vſque ad ſeptimum
2 Adde quod Deus eſt actus purus, ſed ſubſtantia reſpectu accidentis eſt in potentia paſſiua, & receptiua, ſiue realiter, ſiue modaliter illud à ſubiecto differat, ergo. Prętereà Deus eſt primum ens, ergo nõ compoſitum ex ſubſtantia, & accidente; omne enim compoſitum eſt poſterius ſuis, componentibus, & dependens ab illis. Hoc ipſum docent
Gregor. Nyſſen. 3 Patres, ſic Greg. Nyſſen. Homil. 5. in Cantic. de Diuinitate, inquit *Nihil eſt quod circa ipſam conſideretur, non tempus, non locus, non figura, non quantitas*. Idipſum ſibi volunt, cum dicunt omnia, quæ in creaturis ſunt accidentia, cum Deo tribuuntur, in ſubſtantiam ipſius tranſire. Sic Auguſt. lib. 5. de Trin. cap. 4. & 5. Boetius de Trin. & alij, & eſt definita hæc veritas à Leone I. Epiſt. 93. ad Turibium cap. 5. & in Concil. Rhemenſ. contra Gilbertum. August. Leo. I. Concil. Rhemenſ.

Compoſitio ſecundùm rationem non ineptè concedi poteſt in Diuinis.

Cap. 7

COmpoſitionem ſecundum rationem non repugnare ſimplicitati Diuinæ ex eo primum conſtat, nam Perſona Diuina verè eſt ſimplex, & intelligimus illam conſtantem ex eſſentia, & relatione; ac ſubinde ex illis conſtitui, & componi. Hæc autem compoſitio eſt ſecundum rationem; re ipſa autem in illa ſimpliciſſima entitate eſt formalitas abſoluta, & reſpectiua, ab hac habet Perſona Diuina ſuum eſſe proprium; ab illa eſſe commune. Deinde ſicut diſtinctio actualis quę eſt à parte rei eſt imperfectio repugnans Deo, virtualis verò minimè, imò ſtat cum illa eminentiſſima entitate Diuina; ita compoſitio actualis, & à parte rei, eſt imperfectio à Deitate aliena; compoſitio verò rationis nequaquam; quare ſicut diſtinctio virtualis non affert diuiſionem, nec officit vnitati Diuinæ; imò eam maximè commendat: ita compoſitio rationis nõ excludit ſimplicitatem Diuinam, ſed ſummam eius indicat perfectionem. Et explicatur hoc magis, nam illa diſtinctio virtualis, quæ à parte rei eſt eminentiſſima eius entitas, quæ vna exiſtens,

ea

ea omnia præſtat, ac ſi eſſet multiplex, admittit diſtinctionem actualem rationis; imò eſt eius fundamẽtum, ergo etiam admittit compoſitionem ſecundum rationem; nam hęc duo mutuò ſibi correſpondent. Et confirmatur rurſus, nam ſimplicitas Diuina magis repugnat multiplicitati, quam vnitati; ſed ea non obſtante, datur multiplicitas virtualis, ergo dari etiam poteſt ſimilis coniunctio earumdem in vnam rationem, ex illis virtute compoſitam.

2 Multiplicitationis nõ repugnat ſũmæ ſimplicitati.

Præterea hęc etiam eſt ſententia Patrum; qui cum dicunt ſimplicitatem opponi compoſitioni; eo ipſo; quòd in Deo concedunt multiplicitatem rationum, fatentur etiam aliquam rationis compoſitionem, Deum autem eſſe multiplicem, ratione Attributorum; aſſerunt Patres, vt Dionyſ. Areop. cap. 1. de Diuin. nom. inquiens *Deo attribuitur multiplex ſimplicitas, & ſimplex multiplicitas* quæ optimè cohærent tuendo ſimplicitatem ſecundũ rem, multiplicitatem ſecundum rationem formalem. Eodem modo Auguſtinus lib. 6. de Trin. cap. 6. appellat ſimplicem multiplicitatẽ, & multiplicem ſimplicitatem. Et rurſus Epiſt. 102. *legitur quidem, & ſpiritus ſapientiæ multiplex, ſed rectè dicitur etiam ſimplex; multiplex enim quoniam multa ſunt quæ habet; ſimplex autem, quoniam non aliud quam quod habet eſt* Cyrill. Alexand. lib. 9. de adoratione in ſpiritu, & veritate, inter principium, & medium. *Quãuis* inquit *vnigenitus ille ſecundum naturam vnus ſit, & vt Deus ſimplicem habeat eſſentiam, diuerſitate tamen efficientię quaſi multiplex eſſe videtur; neque verò aliquid in eo externum eſt, & aduentitium; tametſi Diuinis attributis quodamodo haud ſimplex intelligatur* Riccard. lib. 2. de Trin. cap. 21. *Quidni mirum ſi ibi concordet, & in vnum concurrat identitas cum multiplicitatis infinitate?* Eadem eſt expreſſa ſententia Baſilij lib. 1. contra Eunom. inter princip. & med. & Athanaſ. Dialog. 1. de Trin. poſt medium Fauent DD. qui loquentes de rebus Diuinis illos vſurpant terminos: partialiter, partem, totum, non quidem ſimpliciter ſed cum addito noſtro intelligendi modo: hi enim ſatis indicant agnoſcere ſe compoſitionem rationis propter imperfectum modum, quo Diuina intelligimus.

Dionyſ. Areopag. — Auguſt. — Cyrillus. — Riccard. — Baſilius. — Athanaſ.

3 Nec eſt alicuius momenti dicere compoſitionem rationis neceſſariò ſupponere realem, in qua fundatur, vt videtur ſentire Capreol. in 1. diſt. 2. quæſt. 3. in ſolutionibus ad argumenta Aureol. citans D. Thom. q. 3. de verit. art. 2. ad 3. qui ſic inquit. *Pluralitas rationis quandoque reducitur ad aliqualem diuerſitatem rei ſicut Socrates, & Socrates ſedens, differunt ratione; & hæc reducitur ad diuerſitatem ſubſtantiæ, & accidentis, & ſimiliter homo, & animal rationale differunt. Et hæc differentia reducitur ad diuerſitatem materiæ, quia genus ſumitur à materia, differentia vero ſpecifica ſumitur à forma* Ex quibus verbis colligit Capreol. ex S. Thom. ſententia, multiplicitatem, & compoſitionem rationis reduci ad aliquam compoſitionem ex parte rei, quæ ſe habeat per modum actus, & potentiæ. Sed immeritò, non enim vult multiplicitatem rationis ſemper fundari in multiplicitate reali, imò inquit oppoſitum ſubdit enim *quãdoque verò differentia ſecundum rationem non reducitur ad aliquam rei diuerſitatem, ſed ad vnitatem rei, quæ eſt diuerſimodè intelligibilis* ſolùm verò loquitur de multiplicitate oppoſita ſimplicitati: nam poſtquam dixit quandam multiplicitatem rationũ reduci ad diuerſitatem rei, idque exemplis oſten-

Capreol. — Thom.

oſtendit, ſubiungit. *Talis differentia ſecundum rationem repugnat maximè vnitati, & ſimplicitati*. Illam verò alteram, cui non reſpondet diuerſitas in re conſtet ſimplicitati non repugnare, & ideo Deo concedit. Et quamuis in illo loco D. Thom. non loquatur de compoſitione, ſed de multiplicitate; tamen ſicut ad illam non neceſſariò exigit diuerſitatem rei: ita neque ad compoſitionem rationis exigit compoſitionē rei; nam hæc ſe mutuo correſpondent.

4 Dices in omni compoſitione id, quod eſt, vel concipitur per modum partis, habet annexam negationem ſaltem præciſionis, perfectionis propriæ alterius partis; hoc autem poſito, neceſſariò intelligitur ratio potentialitatis; nam per compoſitionem vnius partis cum altera, vtraque vel ſaltem vna fit particeps perfectionis alterius, quā ipſa non claudit intrinſecus in ſua ratione formali, & conſequenter habet rationem potentiæ: ſi quidem ſecundum ſe caret illa, eſtque

5 apta perfici per illam. Verum reſpondemus ad compoſitionem rationis non requiri actualem, aut virtualem rationem potentiæ, aut incompleti à parte rei; non actualem, quoniam vbi non eſt vlla diſtinctio ex natura rei, non poteſt eſſe propria; & actualis ratio potentię paſſiuæ. Quoad virtualem verò oſtenditur quoniam ad virtualem multiplicitatem ſat eſt continere eminēter plura actu diſtincta; ad vnitatem verò ſufficit, vt mens, obiectum, plura eminenter continens, pluribus rationibus conceptibiliter coniunctis, concipiat per modum vnius: quæ duo dari poſſunt abſque virtuali ratione actus, & potentię, ſiue incompleti. Et quāuis potentialitas reſpondeat compoſitioni vnius partis cum alia, in his, quæ ſola ratione diſtinguntur, hæc compoſitio fit ſolum per intellectum; & ita non eſt abſurdum, vt rationes formales intellectus, quibus reſpondent obiectiuæ virtuales, habeant ſuo modo potentiam, vt inuicem copulentur. Si quidem modo ſeorſum, modo ſimul concipiuntur; ex hac autem potentialitate nulla colligitur imperfectio obiecti, ſed intellectus inadæquatè concipientis, & rationum ipſarum formalium, quæ ſingulæ deficiunt à perfecta repræſentatione obiecti in ſe. Nec maior perfectio compoſiti ſecundum rationem arguit potētialitatē partis ſecundum eſſe obiectiuum, ſed ſolùm ſecundum eſſe intellectum; quoniam non eſt vlla maior perfectio actualiter, ſed ſolum cōceptibiliter, quatenus idem obiectum nunc concipitur ſub vna ratione formali adæquata, ex pluribus conſtituta; nunc verò ſub vna tantùm ratione inadæquata, quæ poſteriori modo appręhenditur ſub negatione præciſa alterius perfectionis, ac totius, priori verè cum illis coniuncta, hoc autem nullam arguit imperfectionem in obiecto: nam aptitudo ad eſſe extrinſecum, 6
quòd abſq; mutatione ſubiecti denominati accedit, ac recedit; nihil imperfectionis inuoluit, nihil enim additur, vel detrahitur obiecto, ex eo, quod poſſit aliter, atque aliter appręhēdi ab intellectu. Item obiectum ipſum dici non debet perfectius, aut imperfectius, completum, vel incompletum, ſed magis, vel minus perfectè, adæquatè, vel inadæquatè conceptum; vnde tota hæc diuerſitas formaliter eſt in ipſis rationib⁹ mētalibus; extrinſecus verò ac denominatiuè in obiecto: quemadmodū multiplicitas actualis eſt in conceptibus ipſis, extrinſecùs, & denominatiuè in obiecto ex hoc autem nō ſequitur vlla poten-

tentialitas in obiecto, nam ad rationem potentialitatis ſaltem virtualis, requiritur vt aliqua ratio obiectiua ſaltem ſecundum rationem ſuam præſcindat ab actu, vel ſe habeat indifferenter ad ipſum, & eius priuationem: quæ duo non neceſſariò interueniunt quotieſcunq; eſt multiplicitas ſolum ſecundum rationes formales ab intellectu cõceptas, & negatio præciſionis ſecundum ipſas cum aptitudine coniunctionis intellectualis, & ita non eſt abſurdum concedere compoſitionem ſecundum rationem in *Diuinis*; ſtante ſumma ſimplicitate, & actualitate à parte rei.

Vtrum Deus ſit ſummè ſimplex. Cap. 8.

1 DEus abſolutè, & abſque diſtinctione eſt ſummè ſimplex, quemadmodum nulla res creata ita dici poteſt; quod fusè per varia rerum ſimplicium genera diſcurrendo oſtendit Albertus 1. par. tract. 4. quæſt. 10. membr. 2. & 4. & in 1. diſtinct. 8. art. 24. Idque adeo verum ſupponit *D.* Auguſt. vt ſolum *D*eum abſolute ſimplicem vocet, Creaturas autem comparatè, ſic lib. 11. *De* Ciuit. *D*ei cap. 10. *Eſt ſolum bonum ſimplex quod eſt Deus, & ob hoc ſolum incommutabile eſt: ab hoc bona creata ſunt alia bona, ſed non ſimplicia, & ab hoc mutabilia,* & lib. 6. de Trin. cap. 6. ex inſtituto probat ſolùm *D*eum eſſe ſimplicem, & Bernard. ſerm. 80. in Cantic. *ſola* inquit, *ſumma, & increata natura hanc ſibi vendicat veram, ſingularemque ſuæ eſſentiæ ſimplicitatem, vt non aliud, & aliud inueniatur in ea.*

Albertus. Auguſt.

2 Quod vt melius intelligatur, recolendum eſt duplicem dari poſſe compoſitionem: vnam actiuam; alteram verò paſſiuam: ſiue vnam, quæ dicitur compoſitio cum his; alteram, quæ dicitur ex his: hæc illis omnibus conuenit, quæ intrinſecus componuntur ex ſuis partibus, ſiue eſſentialibus ſiue integralibus, ſiue ſubſtantialibus, ſiue quantitatiuis, & accidentalibus: illa vera in his reperitur: quæ quamuis ſpectata propria entitate ſimplicia, ſunt dicenda; in aliorum tamen compoſitionem ingrediuntur. At ſi percurras per omnium creata, nullum ens reperies omnis compoſitionis expers: licet enim nonnulla entia careant compoſitione reali ex alijs, ſunt tamen capacia componibilitatis cum alio; nam creatura omnis vel eſt ſubſtantia, vel accidens: vtrumque autem horum eſt componibile; accidens quidem cum ſubiecto, ſubſtantia verò ſi eſt incompleta, venit in compoſitionem completæ cum alia parte ſubſtantiali. Si verò completa, ſubſtat accidentibus, & conſequenter venit in compoſitionem cum illis. Præterea vnumquodque ens creatum quamuis alias ſimpliciſſimum, admittit illlam compoſitionẽ ex his, quæ actu eſt, & potentia, nam eſt dependens, & participatum à cauſa prima; vbi verò eſt dependentia, & participatio, neceſſario eſt ratio potẽtialitatis; Nam id, quod depẽdet à cauſa efficiente, requit potẽtiam eius actiuam non niſi per potentiam paſſiuam, etſi non realem, & Phyſicam, ſaltem obiectiuam: & ita eſſe creatum antequam exiſtat, concipi poteſt ſolum in potentia logica, vt ſit; exiſtens verò, in potentia vt cõſeruetur, & permaneat; quod enim non neceſſario permanet, vt poteſt permanere habet potẽtiam paſſiuam ſaltem Methaphyſicam, vt permaneat, quare cum ipſummet eſſe, quod omnium actualiſſimum eſt, habeat in creatura admixtam rationem potentiæ; omnis prorſus res creatas, ac modus realis

Duplex cõpoſitio.

entis

entis creati admittit compoſitionẽ
3 ex actu, & potentia; Et Dei videtur eſſe proprium, vt ſit ſummè ſimplex, omniſque compoſitionis expers, & quod non admittat compoſitionem ex his, iam ſatis probatum eſt, quòd verò non ſit componibilis cum alio, & illi repugnet etiam compoſitio cum his; ex iiſdẽ principijs facilè poteſt conſtare; nam omne id, ex quo aliquid componitur, imperfectius eſt ipſo compoſito, at qui Deus eſt rerum omnium perfectiſſimus; ergo ex ipſo nulla res alia componi poteſt: vnde qui dixerunt Deum eſſe Animam mundi, & cõtra eius ſimplicitatem, & immenſitatem, & contra veram Philoſophiam, & Theologiam ſunt loquuti.

Nullum ſimplicitati Diuinæ ex Incarnationis myſterio affertur præiudiciũ.

4 Nec vllum huic ſimplicitati ex Incarnationis miſterio affertur prę-iudicium, nam adhuc verũ eſt ſuppoſita illius fide, Deum propriè cũ aliquo alio nullam rem componere: nam quamuis Perſona Chriſti quatenus ſubſiſtit in duabus naturis, humana, & Diuina, aliquo modo compoſita ex vtraque natura dici poteſt, vt docet etiam D. Thom. 3. par. quæſt. 2. artic. 4. Cęterum non ita, quaſi aliquid maius, & perfectius ex coniunctione eiuſmodi naturarum exiſtat, quàm ſit ipſa ſola natura Diuina; habet enim ipſa eminentiori modo perfectionẽ omnem humanitatis. Adde, quod Verbum Diuinum, quod in Miſterio Incarnationis vicem ſupplet ſuppoſiti creati, non eget ope alienæ naturæ, vt ſubſiſtat, neque ipſa rationem habet entis incompleti, ſed permanet totum completum, atque perfectũ: neque omne, quod tam ineffabili ſit miſterio aliquam imperfectionẽ affert ſuppoſito Diuino, quia ſit ſine ipſius mutatione per vnionem alterius ad ipſum; ideoque Verbum Diuinum, & eius perſonalitas, non dicitur propriè pars, nec componibilis cum altero, compoſitione oppoſita ſummè illi ſimplicitati.

5 Si igitur cũcta creata perluſtres, nihil inuenies compoſitionis expers, & quod magis videtur à compoſitione ex his alienum, illud ipſum intimius componibile cum his reperies; ſolus Deus abſolutè, & abſque diſtinctione eſt ſummè ſimplex, nec immeritò, nã vt ait Bernard. 5. de conſideratione cap. 7. *Natura ſimplex multiplici anteferur*, & Anſelm. in Monolog. cap. 17. & de Incarnatione Verbi cap. 6. *omne ſimplex, quà ſimplex, eſt perfectius compoſito*. Et Auguſt. de quantit. Animæ cap. 11. *Pluribus profectò habendum eſt id, quod diuidi non poteſt; prępponamus igitur neceſſe eſt, & quod minus diuidi poteſt: omnino ergo præponendum eſt, quod omnino diuidi non poteſt, & omnino compoſitione caret*; & idem de moribus Manicheorum cap. 6. *Nihil aliud eſt eſſe, quàm vnum*
6 *eſſe*, & ita quę magis vnum ſunt, magis ſunt; quæ verò ſunt enim vnum ſimplicitate, ſũt magis vnum, quam compoſitione. Hanc rationem videtur attigiſſe Hugo de Sancto Victore in cap. 7. Cęleſtis Hierarchię his verbis. *Vnum collectione dicitur, & vnum compoſitione, & vnum ſimilitudine: quæ omnia quia non totum quod ſunt vnum ſunt, verè vnum non ſunt, & vnitatis nomen ſimilitudine tantùm mutuantur, non proprietate: Diuinæ autem naturæ, cuius eſt vnum eſſe, & ſimplex eſſe, totum quod eſt, verè vnum eſſe eſt, & ideo rectè non ſolum Monas, ſed Enas quoque appellari debuit, quia vnitas eius in vera eiuſdem atque indiuiſæ ſubſtantię ſimplicitate ſubſiſtit*. Itaque magis eſt quod eſt res ſimplex, quàm compoſita; quia ſimplex eſt totum ſuum eſſe, nihil enim in ea eſt, quod non ſit ipſa; compoſita verò non eſt totum

Bernardus.

Anſelmus

Auguſt.

Hugo de S. Victore.

tum quod eſt, imò ſingulæ eius partes non ſunt idem quod ipſa; atque adeò cum *Deus* ſit idem quod ipſe, perfectiſſimo modo, quo eſſe aliquid poteſt, neceſſarium eſt, vt ſit ſimpliciſſimus, & excedat omnem modum ſimplicitatis repertum in creaturis.

An ſimplicitas ſit perfectio ſimpliciter ſimplex. Cap. 9.

1 Licet Caiet. de ente, & eſſentia cap. 2. ſentiat ſimplicitatem nullam dicere perfectionem; quia nihil dicit poſitiuum, ſed ſolam negationem; Scot. verò in 1. diſt. 8. quæſt. 1. ad 1. & quodlibet. 5. aſſerat contrarium, doceatque eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicē, diſſenſio videtur potius in verbis eſſe, quàm in re: ſi enim ſumatur formaliter, & ſecundum id, quod primo ſignificat, nullam dicit perfectionem, cum nihil dicat poſitiuum, ſed ſolùm negationem, ſupra rem enim quæ ſimplex denominatur, non addit rem aliquam, vel modum poſitiuum, ſed tantum compoſitionis negationem; non enim poteſt intelligi qualis ſit ille modus poſitiuus, aut quæ ſit neceſſitas fingendi illum, item quia ſimplicitas aut eſt idem, quod vnitas quædam perfecta, & indiuiſibilis, aut certè ſolum ratione, ſeu habitudine proportionali hæc inter ſe diſtinguntur, quia vnitas multitudini, ſimplicitas compoſitioni opponitur: ſicut ergo vnitas non addit aliquid poſitiuum rei vni, ſed negationem tantum: ita nec ſimplicitas rei ſimplici. Hæc dicta ſint, ſi ſimplicitas formaliter, & ſecundum eius præcipuum ſignificatum accipiatur.

Caiet.

Scot.

Diffinitur quid ſit ſimplicitas.

2 At ſi illam vſurpemus ratione connotati, & fundamēti, & ratione illius, quod indicat, & circunſcribit, dico exactam, & omnimodam ſimplicitatem fundari in perfectione aliqua ſimpliciter ſimplici: quod dictum ſit propter ſimplicitatem, quam vocant ſecundum quid, quæ eſt quaſi reſpectiua, & potius minor compoſitio, quæ in hoc aliquando poſita eſt quod res ſit ex paucioribus compoſita; aliquando verò quòd res ſit depurata à ſuis contrarijs; ſicut aqua dicitur ſimplicior quò magis eſt in naturali diſpoſitione; tādem verò in illo quòd res componentes melius vniantur: quomodo cęlum poteſt dici ſimplicius igne. At verò ſi de exacta loquamur, & omnimoda ſimplicitate, quæ omnem excludit imperfectionem realem, & formalem, omnemq. negat compoſitionem tàm actiuā, quàm paſſiuam, ſeu cōpoſitionem ex his, & compoſitionem cum his, qualis eſt illa, quæ tribuitur Deo; hæc, inquā, fundatur in aliqua perfectione ſimpliciter ſimplici: immediata autem ratio, ſeu fundamentū huius negationis, videtur eſſe actus purus, ſiuè ens per eſſentiam, & videtur eſſe ſententiam D. Auguſt. 3 lib. 11. de Ciuit. Dei cap 10. qui indagans rationē ſimplicitatis, ſic ait *Propter hoc itaque natura dicitur ſimplex, cui non ſit aliquid habere, vel quod poſſit amittere, vel aliud ſit habens, aliud quod habet*, quibus verbis explicat rationem actus puri, ac per eſſentiam, nam ſoli naturæ, quę eſt actus purus nō eſt aliquid habere, quod poſſit amittere, vbi enim eſt permixtio potentialitatis, eſt etiam non repugnantia, vt amittatur id quod habetur: & in ſolo ente per eſſentiam non eſt aliud habens, & id, quod habet. Quod clarius adhuc expreſſit eodem capite ad fin. his verbis. *Secundum hoc ergo dicuntur illa ſimplicia, quæ principaliter, verèque Diuina ſunt, quod non aliud*

Auguſt.

eſt in eis qualitas, aliud ſubſtantia, nec aliorum participatione, vel Diuina, vel ſapientia, vel beata ſunt. Negatio igitur alietatis ſecũdum perfectiones, non niſi in ratione actus puri fundatur, qui impermixtè, & inconfusè eſt totum quod eſt: Negatio verò participationis niſi enti per eſſentiam conueniri poteſt.

4 Poteſt eadem ſententia confirmari illis auctoritatibus, quæ paulò ſuperiùs allatæ ſunt, quæ hoc ſibi volunt, quod nuper explicauimus, & cæteris paribus id quod eſt ſimplicius eſſe perfectiùs. Vnde Diu. Tho. 1. contra gent. cap. 18. inquit in vnoquoq; genere eſſe perfectius, ac nobilius id quod eſt ſimplicius; nam ſimplicitas, vt ſimplicitas nullam maiorem perfectiouem excludit ab illo ente: quanquam benè quidem ſimplicitas aliqua, vt eſt talis, vel talis ſimplicitas: ſicut v.g. ſimplicitas materiæ primæ excludit perfectionem maiorem, quæ eſt in ſubſtantia compoſita. Quo ſenſu D. Tho. 1. par. q. 3. art. 7. ad 2. dixit. *Compoſita in creaturis eſſe meliora ſimplicibus, quia perfectio bonitatis creatæ non inuenitur in vno ſimplici, ſed in multis, ſed perfectio Diuinæ bonitatis inuenitur in vno ſimplici.* Hæc ille.

Thom.

Compoſita in creaturis meliora ſint ſimplicibus non ſic cum loquimur de Deo.

Dei ſimplicitas ex Scriptura ſacra. Cap. 10.

1 DEum eſſe ſimplicem multa loca Scripturæ ſacræ confirmant. Et primum omnium venit in mentem illud Paul. ad Philip. 2. *Qui cum in forma Dei eſſet &c.* quod Dei ſimplicitatem maximè comendat, & demonſtrat; volens enim Apoſtolus probare vnam eſſe indiuiduã naturam, indiuiduamq; ſubſtantiã Patris, & Filij aſſerit de Chriſto *Qui cum in forma Dei eſſet &c.* qui loquendi modus non concludit intentum cum de homine, vel de re materiali Sermo eſt, cum enim in his forma non ſit tota natura, non licet argumentari ab eadem forma, ad eandem prorſus naturam. At cum natura Dei nõ ſit ſicut forma, & natura hominis, quæ ſcilicet vna ſpecie, numero tamẽ eſt multiplex, & in alijs, alijſque hominibus alia eſt, & alia; nam natura Dei, ſiue Diuinitas vna prorſus eſt, & indiuidua, ac ſimpliciſſima, vt nullos gradus, nullam diuiſionem, nullam multiplicationem admittat; ſed vbicunq; & in quibuſcunq; Perſonis eſt vna, & eadem prorſus tàm ſpecie, quàm numero, ſat erat D. Paulo ad demonſtrandam eandem indiuiduam naturam Patris, & Filij aſſerere de Chriſto illam eſſe in forma Dei.

Philip. 2.

2 Verùm huic propoſitioni obſtare poteſt illud Ioan. cap. 16. vbi loquens Chriſtus de Spiritu ſancto inquit *De meo accipiet, & annunciabit vobis.* quæ verba referri debent ad eſſentiam, quam per proceſſionẽ habet Spiritus ſanctus cõmunicatã à Filio, ergo phraſis illa loquendi, indicat non totum quod eſt in Filio accipere Spiritum ſanctum, ſed aliquid accipere, aliquid non accipere, hoc enim ſibi volunt verba illa, *De meo accipiet*, ergo datur compoſitio à parte rei, & in re ipſa poteſt deſignari quod communicatur Spiritui ſancto, & quod communicari non poteſt; hoc autem Diuinæ ſimplicitati repugnat. Ioan. 16.

3 Sunt qui præfata verba non ad eſſentiam, ſed ad doctrinã referunt, & ad id, quod à Filio habebat Spiritus ſanctus in mandatis, tanquam legatus ab eo miſſus in mundum, cum ſit ipſo poſterior origine; vt ſit ſenſus quia meo nomine veniat, quia non aliam, quam meam vobis, tanquam legatus meus, doctrinam traddet, propterea enim operum, atque doctrinæ illius gloria, in glo-

Digitized by Google

riam meam redundabit, quod eſt clarificare me, quia meo nomine, & non alia, quàm mea myſteria vobis traddet, non alia, quam mea opera faciet.

Dydimus Alexand. Gregor. Nazianz.

Verùm quid Dydimus Alexand. in lib. 2. de Spiritu ſancto, & Gregor. Nazianz. Orat. de fide, & alij illa verba ad eſſentiam, & ſubſtantiã, ſeu Diuinitatem referũt, quam Spiritus ſanctus à Filio accipit, & in qua vnum eſt cum eo, poſſunt ſine vllo ſimplicitatis Diuinæ diſcrimine interpretari, ſi ita intelligantur, vt illud *De meo* nõ ſit dictum ratione naturæ, quaſi non acceperit totam, & perfectam Diuinitatem, accipit enim eandem, quam habet Filius, ſed ratione effectus annuntiãdi ſit poſitum, ſenſuſque perfectus erit, quia illud meum à me ſemper accipiens, de illo meo annuntiabit vobis. Dicitur autem de futuro ac-
4 cipiet, vt ſe accommodet tempori, quando annuntiaturus eſt, nã æternitas omne complectitur tempus, præſens, præteritum, & futurum; & ita vnum tempus exprimitur, vt alterum nõ excludatur; Accipiet igitur, non quod non acceperit, & accipiat, ſed quia annuntiabit de futuro, dictum eſt, Accipiet, in futuro.

5 Quod ſi rurſus obijcies. Si quod dictum eſt, totum referatur ad proceſſionem ad intra, adhuc optimè dicit. De meo accipiet, nam cum in Filio ſit proprietas incommunicabilis, & eſſentia communicabilis procedens ab eo Spiritus Sanctus communicabile accipit, quod eſt incommunicabile nequaquam, ergo aliquid eſt in Filio, quod cõmunicat; aliquid, quod ſibi retinet proprium, quod cum eius ſimplicitate non poteſt ſtare. Verum hoc latius explicare pertinet ad myſterium de Trinitate, nunc breuiter ſufficit dicere, Perſonas Diuinas nõ conſtare ex Diuina eſſentia, & proprietate, tanquam ex ijs, quæ in re ipſa habeant actualem diſtinctionẽ diſtinguuntur autem ratione, habentq. fundamentum à parte rei, eminentem ſcilicet illam entitatẽ, vt nos poſſimus illa duo concipere tanquam diſtincta, & hoc pacto ratione diſtingui illudque ipſum ſufficit, vt eadem omninò à parte rei exiſtens, vt eſſentia per proceſſionẽ communicetur; vt relatio ſit incommunicabilis. Hoc autem non derogant Diuinę ſimplicitati, cum hæc ſolùm conſiſtat in ſumma identitate rei, cum omnibus rationibus realibus, quæ in illa ſunt, ſeu de illa dicuntur. Sed hæc latius in materia de Trinitate.

Comendat eamdem Diuinam 6
ſimplicitatem, quod ſcriptum eſt Exod. 3. vbi interrogatus Deus de nomine Reſpõdit (Ego ſum qui ſũ; ſic dices filijs Iſrael, qui eſt miſit me ad vos) ergo ſi nomen ad ſignificandam rei ſubſtantiam eſt impoſitum, dum inquit Deus *Qui eſt* eſſe ſibi nomen, ergo à ſua ſubſtantia, & eſſentia eſſe non poteſt præſcindi: Non datur igitur in Deo compoſitio ex eſſe, & eſſentia, & optime illud verbum (eſt) Diuinam ſimul perfectionem, & ſimplicitatẽ ſignificat: Perfectionem propter illius amplitudinem, omnem enim entis rationem, & perfectionem in ſe continet. Creaturæ igitur, quia finitam, & limitatam habent naturam, dicuntur Homo, ſeu corpus, viuens, aut quid aliud: at abſolutè nõ dicunt, ſunt, eum maximè pars ipſius eſſe in illis nõ reperiatur. Deus enim quia illimitatus, & infinitus abſolutè eſt ſignificat etiam cum infinita perfectione coniunctã omnimodam ſimplicitatem, nam cum cætera verba ſint compoſita, & reſolubilia, ſolum inter omnia, verbũ (eſt) eſt ſimplex, optimè igitur

Exod. 3.

Simplicitas Diuina ex Scriptura ſacra.

7 Deus inquit (qui eſt) eſſe ſibi nomē. Adde conſuetudinem Diuinarum ſcripturarum, quæ cum Deo loquũtur, indifferenter vtuntur nominibus concretis, & abſtractis. Deutor. enim Deus, vita lux, charitas, Sapientia, ergo non eſt compoſitio ex natura, & ſuppoſito contra Gilbertum Porretanum Epiſcopum Pictauienſem, qui ſenſit non eamdem rem in Deo ſignificari nominibus concretis, & abſtractis, vt nomine Deus, & Deitas, vel nomine Perſona, & Natura, vel nomine verus, & veritas, & ſimilibus, vt refert D. Bernard. ſerm. 80. in Cant. & licet illum errorem eiurauerit Gilbertus, vt idem Bernardus narrat Diſcipuli tamen eius retinuerunt: ad hăc igitur indicandam ſimplicitatem, & remouendam potiſſimum à Deo illam compoſitionem ex natura, & ſuppoſito, iuxta ſcripturarum conſuetudinem, de illo loquentes, indifferenter vtimur nominibus cŏcretis, & abſtractis, vt animaduertit D. Thom. 1. par. q. 3. art. 3. ad primum, & alibi ſæpè, & etiam Albertus 1. part. tract. 4. q. 20. Membr. 4. nec nō complures Patres, quos refert Gregor. de Valent. 1. par. diſput. 1. q. 3. punct. 3.

Gilbertus Porretanus impugnatur.

Bernardus.

Thom.

Albertus.

Gregor. de Valent.

8 Quod non ſit compoſitus ſicut corpora, quamuis inter illa, ſimpliciſſima, probăt illa verba D. Paul. ad Rom. 1. *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*, vbi Paulus per inuiſibile Dei intelligit quæ ad Diuinam naturam pertinent, & ad illius ſubſtantiam; quia hæc inuiſibilia Dei ſeparantur ab Apoſtolo ab his, quæ facta ſunt, inquit enim à creatura Mundi per ea, quæ facta ſunt, quaſi diceret Deus quidē inuiſibilis eſt; ab orbe tamen conditā & ab exordio mundi opera viſibilia fecit; ex quibus humanus intellectus diſcurrens, aſſurgit, & quæ inuiſibilia Dei, & per ſe incognoſcibilia ſunt, conſpicit, & certa notitia, & manifeſtè cognoſcit. Dices his verbis non probari Deum non
eſſe corpus: Nam Angeli multorũ 9
Patrum ſententia, ſunt corporati, dicuntur tamen ab eis inuiſibiles, quod ſubtiliora quædam corpora habeant, quæ Spiritui, hoc eſt vento aſſimilentur, & ſub aſpectum nō cadant. Sed prætermitto Angelos eſſe incorporeos, idq. ex phraſi Scripturæ optimè deduci, vt alibi videbimus: ſi coniungamus hanc locum Pauli, cum alijs ipſius, vt cum illo 1. ad Timoth. 1. *Regi ſæculorum immortali, & inuiſibili*; Item cap. 6. *quē nullus hominum vidit nec videre poteſt*, clarè intelligimus ſenſum Sacræ Scripturæ eſſe Deum naturaliter nec corporis, nec mentis oculis, nec vllis naturæ viribus videri poſſe; ſed eos qui illum vident, ſupernaturali lumine gloriȩ opus habere, vti patet in Beatis, & nos latiùs infra dicturi ſumus: Quomodo igitur erit corpus, vel corporis particeps ſi eſt ita inaſpectabilis, vt nullius creatæ naturæ viribus videri poſſit? Et confirmatur magis ſi cauſam perpendamus, quam affert Apoſtolus, cur nullus hominum Deum videre poſſit. Si igitur habitator eſt lucis, quam attingere na-
turæ viribus nemini contingit, er- 9
go nemo ſiue Philoſophus, ſiue Angelus quantumcumq. ingenio polleat, niſi Diuinæ gratiæ ſplendore illuſtratus Deum videre poteſt, ergo ſi ita inuiſibilis, quomodo erit corpus, vel corporatus?

Rom. 1.

1. Timot. 1. eodē loco cap. 6.

Quod non ſit cŏpoſitus ex ſub- 10
ſtantia, & accidentibus, tot loca Sacræ Scripturæ teſtătur; Quod vel ſignificat illum eſſe perfectiſſimum, & nullam rem poſſe cum illo comparari. non eſt autem perfectiſſimũ, quod indiget additamento Accidentium: vel cum ea, quæ in creaturis

turis accidentia ſunt, ſoli Deo tribuunt, quia ipſi ſoli conueniunt per ipſius eſſentiam; atq. adeo perfectiſſimo modo, vt Potentia 1. Thimot. 6. fortitudo 2. Reg. 2. Iuſtia 2. Machab. 1. & alia ſimilia; vel cum, ea item, quæ in creaturis accidentia ſunt in abſtracto etiam ſignificata affirmant eſſe Deum ipſum, aut Deum illa; quo loquendi modo indicant illa eſſe ſubſtantiam eam, quæ Deus eſt, vt cap. 8. Prouerb. Filius Dei vocat ſe Sapientiā Ioan. 1. *Deus erat Verbum*, & cap. 14. *Ego ſum veritas*, & 1. Corinth. 1. *Chriſtus Dei Sapientia*, vel tandem cum affirmant Deum eſſe omnino immutabile, omne enim illud, quod Accidentibus ſubiectum eſt, videmus quædam illi ineſſe, ſecundum quæ ſit mutabile.

1. Thim. 6. 1. Reg. 2. 2. Machab. 1. Prou. 8. Ioan. 1. Ioan. 14. 1. Cor. 1.

11 Sed ad hoc ipſum ſignificandum non incongruè poteſt adduci ille locus Sacræ Scripturæ, qui habetur Pſal. 109. illis verbis, *Dixit Dominus Domino meo*, vbi notandum pro primo verbo, Dominus, in Hebræo ſtare Geouà, at pro quadam reuerentia ſeptuaginta interpretes verterunt Dominum non Deum, hoc enim nomen, Geouà, in ſumma fuit religione Pron. Secundo verbo Dño meo ſtat in Hębreo, Adomai, quod ſignificat, Dominus meus, ſed cur non legitur etiam ſecundo loco Geouà de Chriſto, cum ſit æqualis Patri? Reſpondetur, quod quemadmodum Dei eſſentia nullum admittit accidens, ſeu Epithetum, ita etiam hoc nomen, quia vt ipſi dicũt, propriam Dei eſſentiam ſignificat; cum nullo accidente, ſeu Epitheto in lingua Hębraica ſolitũ eſt coniugi: ſicuti nec ritè dicimus Diuinitas, ſeu Deitas mea: quare cum vellet Dauid vocare Chriſtum Dominum ſuum, neq. potuerit dicere Geouà, quia Geouà non admittit Pronomina, neceſſario erat illi dicẽdum Adonai, quod ſignificat Dominus meus, cum tamen alibi de de Chriſto ad ſignificandum eadẽ, ipſum præditum, eſſentia, & potentia cum Patre, dicatur illud nomen Geouà, vt teſtatur illa verba Pſal. 23. *Attolite portas Principes veſtras, & introibit Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis, &c.* vbi in Hæbreo legitur Geouà, & Ieremiæ 23. vbi habetur *Ecce dies aduenient dicit Dominus, &c.* ponitur Geouà, quem quidem locum Rabini interpretantur de Chriſto vide Gerebrardum, & Maldonatum in citata verba, Pſ. 109.

Pſal. 109. Genebrard Maldonat.

12 Quod autem ſit ita ſimplex, vt nullam propriam admittat actiuam compoſitionem, ſeu, vt dicunt, cum his contra illorum errorem, qui ſentiebant, Deum eſſe Animam Mundi, illa loca demonſtrant Sacræ Scripturę, quibus dicitur Deus excelſior coelo eſſe Iob 22. & Coelos Cœlorum eum capere non poſſe 2. Paralip. 2. Si autem Deus eſſet Anima mundi, eſſet profectò intro ipſũ concluſus, & definitus, vt extra illũ nullo modo eſſe poſſet, quod eſt abſurdum, vt inferius latiùs dicetur. Et tandem, vt paucis multa cõplectar, omnia loca Scripturæ, quæ ſuperiùs adduximus ad probandũ Deum eſſe actum purum, eius ſimplicitatem confirmant; Nam hæc ſe inuicem conſequuntur, eſſe purũ actum, & eſſe ſimplicem, totius cõpoſitionis expertem: illud quidem prius, hoc verò poſterius.

Iob 22. 2. Paral. 2.

De vnitate Dei.

OPVSC. IV.

Cap. 1.

1 PRædicari de Deo vnitatem affirmatiuè eſt tam manifeſtum, vt nulla indigeat probatione, nam

cum in hac ſignificatione de quolibet ente dicatur, nec neget eſſe alia ſimilia, ſed negat diuiſionem in ipſa re, quæ vna dicitur, cōſtituatq. diſtinctionem, ſeu diuiſionem ab alijs, ſicut perſpicuum eſt Deū eſſe ens, ita etiam & eſſe vnum. At prædicari de Deo vnitatem excluſiue, vt excludit conſortium aliorum ſimilium, ſicut ſed dicitur eſſe vnus, vel cum dicimus Phænicem eſſe vnam, latius eſt declarandum, idq. probare contendimus teſtimonijs Sacræ Scripturæ, docereq. quomodo ſit demonſtrabile viatoribus ſaltem à poſteriori, & tandem confirmare rationibus petitis ex ipſa notione veri Dei.

2 Deum eſſe vnū vt excludit conſortiū aliorum Deorū ꝓbatur ex Scriptura ſacra.

Deum igitur eſſe vnum hoc poſteriori modo, vt excludit conſortium aliorum Deorum, non ſolum contra Idolorum cultores, & gentes; quæ Deos plures eſſe crediderunt; ſed contra Gnoſticos Hæreticos, quorum magiſter fecit Carpocrates, vt ait Irenæus lib. 1.cap.24. duos Deos eſſe putantes vnum bonum, & alterum malum, teſte Auguſt.lib.de Hæreſ.cap.6.& & Epiphanio hæreſi 33.&36.& etiā Ireneo lib.3.cap.18.qui ait eos cōfixiſſe plures Deos, & contra Apellem, à quo nominati ſunt Apollitæ, teſte Euſeb.lib.5.Hiſtor.cap.13 & Auguſt.lib.de Hæreſibus cap.23 & contra Manicheos ex Auguſtin. lib.eod.cap.46.nec non cōtra Cerdon.& Marcionem duos ponentes Deos, quorum alterum bonum Patrem Chrſti, alterum iuſtum, ſeu ſeuerum, Creatorem mundi, eſſe aiebant, teſte Ireneo lib.1.cap.28.& 29.& Auguſt.lib.de Hæreſ.cap.21. & Theodoreto lib.1.Heret.Fabul. & tandem contra Valentinum, & alios, eumdem amplectentes errorem; paſſim docent Sacræ litteræ, quæ & vnum conſtituunt Deum, & omnem alium ab hoc cōſortio excludunt. Ita illud Dauid Pſalm. 85. *Tu es Deus ſolus*, nam dictio excluſiua, ſolus, addita verbo Deus excludit ab eo omnem pluralitatem ſub ratione, & natura Dei: quamuis autem addi etiam ſolet naturis communibus, & tunc non excludit multitudinem ſaltem indiuiduorū, vt cum dicitur ſolus homo riſus eſt capax, cum quo non repugnat, vt plures ſint homines riſus capaces: quando tamen additur termino ſingulari, excludit prorſus omnem omnino multitudinem, vt cum dicitur ſolus Dauid interfecit Goliam, omnis alius à conſortio illius facti prorſus excluditur; pronomen autem, Tu, ſingulare eſt, & cum dicitur *Tu es Deus ſolus* cætera omnia excluduntur à reali Deitatis participatione, illudq. ſingulare tantū appellare debemus Deum, cum quo loquitur Propheta. Aduerte tamen dictionem, ſolus, naturarum pluralitatem excludere, non perſonarum, quando enim in Sacra Scriptura ſiue veteri, ſiue noua, ait Chryſoſt.homil.72.in Matth. Dicitur vnus eſſe Deus, & præter eum alius non eſſe; non ad diſtinctionem filij, ſed ad excluſionem dictum eſt, Idolorum. Et Patres in illud Ioan. cap.17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*; Ad eorum, qui quamquam falſo, Dei tamen appellantur, ſublationem, illam dictionem, ſolùm, poſitam eſſe exiſtimant. Sic Gregor. Nazianzen.orat.4.Theol. Auguſt. tractat. 105.in Ioan.& lib.6.de Trin.cap.9. Ambroſ.lib.5.de Fide cap.2.Hylar. lib.9.de Trin.& alij etiam, ergo iuxta Sacræ Scripturæ phraſim in loco citato Pſal. illud, ſolus, naturarū excludit pluralitatem, non perſonarum. Quod perbellè poteſt confirmari illis verbis 1.Reg.2. *Non eſt Sanctus, vt eſt Dominus, neq. enim*

Irenæus. Auguſt. Epiphan. Irenæus. Euſeb. Auguſt. Auguſt. Theodore.

Pſal. 85. 3 Chryſoſt. Io.cap.17. Greg.Naz. Auguſt. Ambroſ. Hylarius. 1.Reg.2.

eſt

eſt alius extra te, quæ ea indicãt excludi à cõſortio illius ſanctitatis per eſſentiam, quæ produci dicuntur ad extra, quæuè naturæ diſtinctionem habent, qualis inter cauſam intercedit, & effectum, non autem Perſonæ, quæ ad productionem pertinent, vt aiunt ad intra; iuxta quã regulam intelligenda ſunt cætera Sacræ Scripturæ teſtimonia, quæ in hac adducuntur ſententiam, vt
Iſai. 37. illud Iſaiæ cap. 37. *Tu es Deus ſolus omnium Regnorum terræ*, & illud
Iſai. 45. aliud cap. 45. *Ego Dominus, & non eſt alius extra me non eſt Deus*, & rurſus ibidem. *Conuertimini ad me omnes fines terræ, quia ego Deus, & non eſt alius.* Item illa, quæ Dominum Deum ex toto corde diligendum
Math. 22. Marc. 12. præcipiunt Matth. 22. & Marci 12. connexæ enim hæ ſunt inter ſe vnius Dei fides, & dilectio eiuſdem ex toto corde, ſuperque omnia; nã qui plures credit, amorem diuidit, nec vnum ex toto corde diligit, nemo enim duobus Dominis ſeruire poteſt rectèq. Marcus inculcaturus præcipuum mandatum de diligendo Deo, illud præfatur ex Deuter.
Deuter. 6. ſumptum cap. 6. *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt*, nam qui errant in ſtatuendo Deo, aut putant cum Domino alios multos, aut aliquẽ aliũ eſſe Deum, non poſsũt illi ex toto corde diligere Dñm Deũ.

Et, vt breuibus multa complectar, Deum eſſe vnum, etiàm excluſiuè, quia præter illũ nullus eſt, nec eſſe poteſt, verus Deus, veritas eſt Catholica, quia docet non ſolùm præfata loca Sacræ Scripturæ, ſed
Deutér. 32. alia innumera Deuter. 32. *Videte, quòd ego ſim ſolus, & nõ eſt alius præter me*
Pſal. 17. Pſal. 17. *Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum noſtrorum* Sapientiæ 12. *Non eſt*
Sap. 12. *alius Deus quam tu*, & D. Paul. 1. Co-
1. Cor. 8. rinth. 8. *Nobis vnus eſt Deus*, & rurſus ibid. *Scimus, quia nullus eſt Deus niſi vnus*, item Galat. 3. *Deus autem* Galat. 3.
vnus eſt, Quæ omnia, & alia multa, quæ poſſent adduci, non ſolùm probant vnum dici Deum, ſed omnem prorſus alium excludi, & omnino Deum non ſolum dici vnum affirmatiuè, ſed etiam excluſiuè, quod erat intentum. Quæ veritas confirmata eſt in Symbolo Concilij Niceni, *Credo in vnum Deum*. Cõcil. Nic.

Deum eſſe vnum demonſtratur. Cap. 2.

VT eluceat, hoc dogma lumini naturali, maximè eſſe conforme, vti debemus ad eiuſdem cõfirmationem ijs quæ videntur Dei effectibus, & rationibus, vt dici ſolet à poſteriori, qualis eſt illa D. Thom. Thom. 1. cõtra Gent. cap. 42. à mũdi gubernatione, rerumq. omnium petita; Mundi enim totius partes interſe contrariæ exiſtentes, quales ſunt Ignis, Aqua, Terra, & Aer, nequaquam poſſent retinere concordiam, niſi aliqua eſſet ſuperior vis, atq; virtus, qua illa ſic diſſidentia coercerẽtur. Item mundus hic ſublunaris, & inferior quomodo pẽderet à cœleſti, & ſuperiori? quouè pacto cœleſtis in vtilitatem inferioris eſſet factus, vt teſtatur motus coeli, aſpectus ſyderum? aut quanam ratione vniuerſitas hæc corporum, ex quibus Mundis huius machina coaleſcit, inueniretur tam ordinata, tamq. accommodata, ſibiq. ipſi conſentiens, vt neſcias, quod mireris, Magnitudinem ne, ac pulcritudinem vniuerſi, multitudinem, varietatem, ac vires rerum, quibus conſtat? an Ordinem, conſentionem, & concentum, quem eædem ipſæ res inter ſeſe identidẽ conſeruant, & retinent, niſi vnus eſſet Artifex, vna omniũ cauſa? quo argumento ab ipſis ſupremæ om-

2 nium cauſæ effectibus de ſumpto
Damaſcen. Ioannes Damaſcenus maxime ni-
titur, ad Dei vnitatem declarandã
his, qui Deum eſſe inficiantur, mũ-
dumq. caſu factum affirmant, qua-
lis Epicurus, & Cryſippus fuit.
Quod ſi rurſus conſideremus hũc
ordinem, hos effectus, eorumque
actiones omnes propter finem, nõ
poſſe conſiſtere, niſi detur vna
omnium cauſa, intellectu prædita,
potenſq; effectuum, qui illi tribuũ-
tur; qui niſi per creationem poſſunt
fieri, hoc argumento, ad vnam cau
ſam non per aggregationem, & cõ-
ſenſionem pluriũ, ſed per naturalẽ,
& ſimplicem vnitatem, qualem in
tendimus, probandam peruenie-
Suar. mus, quod latè proſequitur Suar. in
in Metaph. diſp. 29. ſect. 2. §. ſed iam
3 occurrit ſecunda euaſio. Nec elu-
ditur hæc ratio dicendo præter hoc
vniuerſum æſtimari poſſe aliud fa-
ctum, ab alio ente non facto teme-
rè enim, (vt omittam errorem cõ-
tra fidem) affirmaretur id, quod
nulla ratione, vel coniectura in ſu-
ſpitionem venire poteſt. Quod qui-
dem adhibito diſcurſu à priori, (vt
infra videbitur euidentius) conclu-
ditur. Optimè igitur ex mirabili or-
dine totius vniuerſi, atq; accómo-
datiſſima diſpoſitione etiam minu-
tarum partium illius ad ſuos fines;
ad vnum omnium primum princi-
pium, à quo omnia ſint, regantur, &
gubernentur, poſſumus peruenire:
Ambroſ. vnde Ambroſ. lib. 1. de Fide Trini-
tatis cap. 2. *Vnum Deum communis
natura teſtatur, quia vnus eſt mundus*,
& quod nos latè proſequuti ſumus
Dauid ad compendium contulit,
Pſal. 85. Pſ. 85. *Magnus es tù, & faciens mira
bilia, tu es Deus ſolus*, quaſi dicat mi-
Probatur vnitas Dei ex ſtructu. Mundi authoritate Pſalmi. rabilis totius vniuerſi ordo, pul-
chritudo, conſenſio, concentus, vi-
res, & ad ſuos fines minutiſſimarum
partium operationes, apertè teſtan-
tur, te ſolum vnicum illud eſſe prin-
cipium, à quo habent eſſe, cuiuſque
nutu reguntur, & gubernantur.

Fauent huic argumentationi cę- 4
tera ſacræ Scripturæ teſtimonia,
quæ Deum oſtendunt eſſe cogno-
ſcibilem ex creaturis, nam omnia
illa loquuntur de vero *Deo*, & vno,
& primis illud *D.* Pauli dictum;
quod Actor. c. 14. legitur. *Et qui-* Act. 14.
*dem non ſine teſtimonio ſemetipſum
reliquit benefaciens, dans pluuiam,
& tempora fructifera, implens cibo,* 1
& lætitia corda noſtra: In quæ verba
animaduertunt Expoſitores, & Pa-
tres magnum teſtimonium pro *Deo*
contra nos, mundi eſſe creationem,
& armatum teſtem in vltionem, ſi
cuius potentiam, ſapientiam, libe-
ralitatem produnt creaturæ, hunc
non vereamur, & amemus. Con- 5
templari licet in Creaturis Deum, Idem probatur alijs locis ſcriptura ſacra.
tanquam in Speculo, perſequi, vt in
veſtigio, recognoſcere tanquam in
libro, exaudire ceù in Cythara; cõ-
ſiderare velut in pictura: Speculi
ſimilitudine vſus eſt Paulus, vocans
Fidem ænigma 1. Corint. 13. Et Triſ- 1. Cor. 13.
megiſtus in Pimandro, eamque de- Triſmegiſt.
clarans Beatus Antoninus 1. par. Antonin.
tit. 6. cap. 6. cum libro creaturas
comparauit idem ibid. Baſilius hõ-
mil. 11. Examer. Antonius apud Baſilius.
Athanaſ. in vita, Chryſoſt. in Pſal. Antonius apud Athanaſius.
148. Cytharæ exemplum vſurpat Chryſoſt.
idem eodem loco necnon Athanaſ
orat. contra Idol. & Auguſt. de Ge- Auguſt.
neſ. ad litteram. Picturæ Athanaſ. Athanaſ.
vbi ſupra veſtigium paſſim placuit
Theologis, aut etiam opus artifi-
ciatum appellare. Quodq; hoc te-
ſtimonium ſui ipſius relictum à *Deo*
in hac Mundi machina teſtetur nõ
modo eius *Deitatem*, ſed ſimul vni-
tatem patet ex contextu; nam præ-
fata *D.* Paul. verba Actor. 14. ad il- Act. 14.
la; quæ paulò ſuperiùs habentur,
relationem habent. *Annunciantes
vobis ab his vanis conuerti ad Deum
viuum, qui fecit Cœlum, & terram,*
&

& mare, & omnia, quæ in eis ſunt. Quibus plures Deos deteſtatur Apoſtolus, vnumq; *Deum* prædicat, ac huius *Dei*, qui viuus, & vnus eſt, ſubdit relictum eſſe teſtimonium in orbe terrarum, cuiuſuis tanta eſt, vt nemo illud valeat effugere. Nec dubitauit Auguſtinus alicubi aſſeuerare magis dubitare ſe in ſuo corpore eſſe Animam, cuius tot, tamq; compertos effectus experiabatur, quàm vtrum in hac rerum vniuerſitate ſit *Deus*, ac vnus *Deus*. Quod ſi his *D*. Pauli verbis nuper explicatis coniungamus illa alia eiuſdem, quæ reliquit ſcripta in cap. 1. Epiſt. ad Roman. *Inuiſibilia enim ipſius* (ſcilicet *Dei*) *à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & Diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles* fiet euidentius. Appellat autem Apoſtolus virtutem *Dei* potentiam, qua cuncta fecit, conſeruat, diſponit, & gubernat; *Diuinitatem* verò propriam eius ſubſtantiam, & eſſentiam: qui igitur propriũ conceptum habet veri *Dei*, ille dicitur diuinitatem eius noſſe; qui verò non ſentit de *Deo* ſicuti eſt, aut negando quæ habet, aut affirmando quod non habet, non cognoſcit diuinitatem *Dei*; cum igitur, Apoſtolo docente, diſcamus illum cognoſcere diuinitatem *Dei*, qui cõceptum habet veri *Dei*: conceptus autem veri Dei illud in ſe continet, quod vnus ſit, excludens à ſui cõſortio omnem alium, vt magis patebit inferius, cum de rationibus petitis ab ipſa ratione *Dei*, ergo ſi, Paulo teſte, *Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas*: ergo, eodem aſſerente, & eius vnitas. Et notanda eſt illa vox *Intellecta*, ſignificat enim opus eſſe diſcurſu, collatione, & illatione, vt per opera ſenſibilia, reſque creatas aſcendamus ad cognoſcenda inuiſibilia *Dei*, ideſt Attributa eius ſpiritualia, virtutem quoq; eius, hoc eſt potentiam, quæ licet inter eius inuiſibilia contineatur; eam tamen præ alijs hic exprimit *D*. Paulus; quia inter alia maximè relucet, & reſplẽdet illa in creatione, & rebus creatis. *Et diuinitas* ergo *Deum* eſse, & vnum eſse, non eſt per ſe notum, ſcilicet ex ipſis terminis, ſicut cognitis terminis per ſe notum eſt, vnum, & duo facere tria; ſed ad hoc, vt quis cognoſcat *Deum*, & vnum *Deum*, opus eſt diſcurſu, ſcilicet ex ijs, quæ facta ſunt, colligendo ipſum vnum factorem *Deum*. & hoc eſt quod Sapientia inquit cap. 13. *A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter*. Iſidorus clariùs (ex proportione) verſio latina Sixtiana ſeptuaginta Per proportionem. & alia antiquior per Analogiam, *poterit Creator horum uideri*. Ita enim euidens eſt ſcientia, quæ ipſius Creatoris poteſt naturaliter comparari per Analogiam ab effectibus, qui cum vna ſuprema cauſa, eaque æquiuoca, omnia virtute, eminenterque continente, nexum habent, vt hoc loco viſio appelletur. Et ibidem vani, & ſtulti appellantur illi, qui ex ijs, quæ videntur bona non potuerunt intelligere, propria eorum malitia excęcati, *Eum qui eſt* quæ quidem verba illis Iob cap. 14. æquiualent. *Nonne tu, qui ſolus es?* Nam qui eſt per eſsentiam, nec mutuatum ab alio habet eſse, ſed à ſe ipſo eſt eundem & ſolum eſse oportere, patet ex ſuperioribus, moxque ex ijs, quę ſubijciemus, magis patebit; ergo ex cognitione creaturarum; collatione, & illatione facta; eius qui eſt, & ſolus eſt notitiam haurimus, quæ alio nomine ueri, & vnius Dei ſcientia eſt dicenda.

Auguſtin.

Rom. 1.

Iſidorus Clarius.

Iob cap. 14. 10

Probatur

Probatur idipſum à priori, & rationibus petitis ex ipſa notione Dei.

Cap. 3.

1 CVm per Superiores diſcurſus probatum ſit *Deum* eſſe ens neceſſarium, ex hoc Attributo poſſumus à priori demonſtrare præter illud non poſſe eſſe aliud ens neceſſarium, & à ſe, & conſequenter, *Deum* eſſe vnum. Quod autem illud ex dictis ſit perſpicuum, ex eo patet, Nam ſufficienter deductum fuit dandum eſſe in hoc orbe terrarum ens, quod non eſt ab alio, & à quo cætera omnia: hoc autem ens eſſe neceſſarium ex eo conſtat; nam cum debeat ſaltem natura præcedere ea, quæ ab ipſo ſunt; aut ergò fuit à caſu, aut per ſe. A caſu eſſe nequit; tum quia ea quæ ſunt per ſe priora ſunt iiſque ſunt per accidẽs, ut ait Philoſophus 11. Methaph. ſumm. 3. cap. 2. Ea verò quæ ſunt à caſu ſunt per accidens, tum quia caſus, & fortuna, vt docet idem 2.
Ariſtot. Phyſ. cap. 6. ſunt in iis, quæ habent cauſam, & ideo ad genus cauſæ pertinent efficientis, cauſa autem prima eſt expers omnis cauſæ, nequaquam ergo potuit eſſe à caſu; ſi autẽ fuit per ſe, & à ſe, ergo ex proprijs, & intimis eſſentia, vt ita dicam principijs, adæquatam habet rationem eſſendi, atq. adeo eſt ens neceſſariũ quæ enim ex principijs eſſentię cõueniunt neceſſariò conueniũt. Hoc

2 autem ita conſtituto, tamquam à priori inferri manifeſtè illud poſterius; ſcilicet ens neceſſarium, & à ſe non poſſe eſſe niſi vnum, multipliciter attenditur ex doctrina D. Tho. 1. contr. Gent. cap. 42. cum Ferrarienſi, Henriq. in ſumm. art. 25. q. 3. & Scot. in 1. diſt. 2. q. 3. in ſexta via, & nos rationibus methaphyſicis id ſupra confirmauimus Cum de eſſe Dei ſimpliciter neceſſario.

Thom. Ferrar. Henriq. Scot.

3 Nunc lubet id ipſum comprobare teſtimonijs Sacræ Scripturæ, & primam omniũ perpendamus Deutor. illa verba cap. 32. *Videte, quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me, ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego ſanabo, & nõ eſt qui de manu mea poſſit eruere*, & videbimus Deum probare ſe ipſum eſſe Deum ex ſumma ſua Deitatis independentia, quod ſit, & non ab alio, & à quo cætera omnia, quæ ad notionem pertinent entis neceſſarij, quid enim ſibi vult illud: *Ego occidam, & ego viuere faciam; percutiam, & ego ſanabo*, & quæ ſequuntur, niſi vitam, & mortem erectionẽ & caſum, ab ipſo ſolo expectanda, nec vllum reperiri in rerum natura, qui illi valeat obſiſtere, & per vim ab eius animaduerſione aliquẽ eripere? Si igitur ita ſe habet Deus ad cuncta creata, ergo ens eſt neceſſarium, ergo apertis oculis licebit intueri, quod ipſe ſit ſolus, & non ſit alius Deus præter eum, & Dauid cum oſtendiſſet quicquam Deo inuito, atq; auerſo (quamuis maximo conatu cœptum) perfici poſſe, cum ille ſit, à quo omnia pendent, cuiuſq. nutu cuncta moderantur, Pſalmum concludit, & definit dicens Pſal. 85. *Et cognoſcant, quia nomen tibi Dominus, tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram*. Quin, & Chriſtus 4

Deuter. 32. Pſal. 85.

ipſe hanc argumentandi rationem nos docet, qui volens oſtendere ſe Deum eſſe, ſibique cum Patre eamdem numero naturam eſſe cõmunem, illo vtitur principio, quod ſit à ſe, & ab ipſo omnia, notatę verba, Io. 10. *cognoſco oues meas, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea, Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt,* &

Ioan. 10.

& nemo poteſt rapere de manu Patris, ego, & Pater vnum ſumus quæ ad compendium relata, illam continent ratiocinationem accepi à Patre id, quod omni re creata eſt maius, contra quod nihil prȩualet, nec cœptum perfici poteſt, cum ab illo ſint omnia, ergo ipſi ſum Deus æqualis, eamdemque numero naturam habeo cum Patre communem, eſt ergo Deus ens neceſſarium, ergo vnus.

5 Hoc ipſum probant omnes aliæ rationes, quæ deduci poſſunt ex ipſa notione Dei; nam ſi verum eſt, quemadmodum eſt veriſſimum, Deum eſſe ens ſimpliciſſimum, actum purum, infinitum, primam cauſam, & finem rerum omnium vltimum, eumdem non poſſe eſſe, niſi vnum, certa conſecutione intelligimus; vnde optimè Tertull. contra Marcionem cap. 3. *Deus ſi non vnus eſt, non eſt,* & confirmatur hoc ſingillatim; nam ſi duo ſunt dij v. g. numero diſtincti, & ſpecifica eſſentiæ ratione conuenientes, iam eſſentia vtriuſque erit ſecundum indiuiduam quidem rationem partibilis, & ſic neuter ſummè ſimplex. Deinde neuter habebit vel in perſona, vel in eſſentia ſua indiuiduam perfectionem alterius, & ſic neuter erit infinitè perfectus. Præterea neuter actus purus; nam daretur in vnoquoque compoſitio ex ſpecie, & differentia indiuiduante, quarum altera ſe haberet, vt potentia, altera verò vt actus. Et con-

Tertullian.

6 firmatur hoc magis; nam vel vnus intelligeret alium, vel non: ſi non intelligeret, ergo eſſet imperfectus cognitione, ac proinde non eſſet Deus: ſi intelligeret, vel per ſpeciem alterius ſuperadditam ſuæ eſſentiæ, vel per ſuam eſſentiam, vel tandem per eſſentiam alterius, quȩ cum intellectu huius coniuncta, haberet rationem ſpeciei intelligibilis ſi des primum, daretur in eo compoſitio, & inſuper non eſſet actus purus: ſi ſecundum ergo in ſua eſſentia contineret eminenter eſſentiam alterius Dei, ergo ille alius eſſet imperfectus, ac proinde non eſſet Deus: ſi tertium; vtique actus intelligendi neceſſario eſſet tum res diſtincta à Deo intelligente, tum effectus à ſpecie, aut ab eſſentia alterius Dei, ac proinde in Deo ita intelligente daretur accidens, & compoſitio, neque eſſet actus purus, neque omninò immutabilis. Ad hæc, neuter eſſet cauſa prima rerum; nam, vt dictum eſt, neuter infinitè perfectus eſſet; quod autem infinitè perfectum non eſt, huic aliquid deeſt: cui verò aliquid deeſt, id non prima cauſa, ſed ab aliqua priori cauſa eſt, à qua nimirum non plus perfectionis accepit; ſi enim ex ſe ipſo eſt, quidnam illi perfectionem limitaſſet? an ipſum ex ſe maiorem perfectionem reſpuere, atq; repudiare potuit? Hinc etiam conſequens eſt, vt neuter eſſet finis vltimus omnium rerum, nam cui aliquid perfectionis deeſt, id tale nõ eſt, quod rebus alijs omnibus, tanquam præſtantiſſimum quiddam anteponi poteſt.

Firma igitur ſint hæc, Deum eſſe ſummè ſimplicem, infinitum, actum purum, primam cauſam, & finem rerum omnium vltimum; quæ ad Dei pertinent notionem; nam ex his omnibus, imò ex ſingulis euidentes deducuntur rationes, probantes eumdem eſſe vnum. Vnde Ferrar. animaduertit illa verba Domini, quæ leguntur in Iſaia cap. 43. *Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit* eſſe explicationem eorum, quæ immediate præceſſerunt, quòd ſolus ipſe ſit; hoc enim accepto, quod Deus ſit primum ens, & omnium cauſa (vt eius nomen præfefert) neceſſaria conſe- 7

8

Ferrar.

Iſai. 43.

cutione

cutione deducitur illum met eſſe vnum. Ita Diui Pauli dictum illud poſt confutatam idolorum vanitatem, quæ nihil habent numinis, quale præſeferunt, quod *nullus eſt Deus niſi vnus* prima Corinth.8. æquiualet argumentationi illi; eſt Deus, ergo vnus, ac illi alteri; non eſt vnus, ergo non eſt Deus, nam notio Dei illã intime includit vnitatem, quæ omnem alium à conſortio Diuinitatis excludit.

1.Cor.8.

9 Notandumque eſt, vt nullum ex Apoſtoli dicto Trinitatis Myſterio, inferatur præiudicium cum prius dixiſſet Paulus *nullus eſt Deus, niſi vnus* ſubdit, *vnus Deus Pater ex quo omnia, & nos in illum, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum*, vt omnes intelligant per ſuperiora verba excludi tantum falſos, non Filium, & Spiritum ſanctum ſicut cum ſtatim dicitur *vnus Dominus Ieſus* excludi tantùm falſos Dominos, puta Deos gentium, non Patrem, & Spiritum ſanctum.

10 Tandem, vt totum hunc diſcurſum concludam, atque definiam, illud ad eamdem veritatem confirmandam, maximè videtur appoſitũ, quod habetur apud vtrumque Euangeliſtam Matthæum, & Lucam cap. 4. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies* vbi animaduertunt expoſitores, & inter alios Burgens Deuter. cap.6. vnde illa ſumpta ſunt verba, non addere, præſertim Hębraicè illam dictionem *ſoli* vult tamẽ idem Auctor intelligi in pronomine *illi* quod emphaſim affert, cumque excluſione intelligi poſtulat, illi, non alteri: quemadmodum id quod præceſſit *Dominum Deum tuum* non alium, aut aliud *adorabis* ſed opportunius rei, de qua agimus, dicendum eſt Septuaginta interpretes, & latinum, addidiſſe *ſoli*, vt ſententiam exprimerent, idem enim eſt *Dominum Deũ tuum adorabis, & illi ſeruies* ac ſi dictum eſſet Dominum Deum tuum ſolum adorabis, illique ſoli ſeruies; nam non eſt Deus niſi vnus.

Luc.4.

Burgens. Deuter.6.

De veritate Diuini eſſe. Cap. I.

OPVSC. V.

1 CVm pręter illam veritatem voluntatis, quam mortalem poſſumus appellare, quæ in nobis ſignificat virtutem quamdam, qua inclinamur ſemper ad loquendum verum; in voluntate autem diuina attributum, quo non ſolum inclinatur Deus, ſed etiam quo ad ſpecificationem determinatur ad dicendum verum; ita vt, ſi loqui vult, non niſi verum dicere poſſit; triplex adhuc ſoleat diſtingue veritas, ſcilicet in ſignificando, in cognoſcendo, & in eſſendo primaque veritas propriè reperiatur in vocibus, vel ſcripturis, aut etiam in conceptibus, quos non vltimatos vocant; altera ſit in intellectu cognoſcente res, ſeu in cognitione, & conceptione ipſarum rerum: tertia in rebus ipſis, quæ traſcendentalis dici ſolet veritas, noſtri non eſt inſtituti, cum hic de veritate diſſerimus diuini eſſe, de prima loqui veritate, quæ ad materiam pertinet de fide, vbi de locutione Dei certa, & infallibili conſequenter agitur, nec vllo pacto ambigitur hanc veritatem eſſe in Deo, vel potiùs à Deo, quia eſt in verbo eius externo; nec de altera item veritate, quæ in cognitione, ſeu mente Dei, certa, & infallibilis ſemper reſidet, ad materiam enim de ſcientia ipſius ſpectat, de qua infra: de tertia tantum veritatis ſignificatione hic mens eſt agere, quæ dicitur veritas rei, & traſcen-

traſcen-

traſcendẽtalis; tractaturi etiam ſuo loco de illa veritate mortali, quæ pertinet ad voluntatem,& alio nomine fidelitas dici ſolet.

2 Quod autẽ hæc veritas rei Deo conueniat, certa fide tenendum eſt, vt multa teſtantur Sacræ ſcripturæ loca, in quibus dicitur verus Deus ſic Chriſtus Ioann.17. *Hæc vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum*. Sic Paul.1. ad Theſſalonic.1. *Conuerſi eſtis à ſimulacris, ſeruire Deo viuo, & vero* ſic prima Ioan.5. *Hic eſt verus Deus* ſic tandem Ieremiæ 2. *Opus artificum vniuerſa hæc, Dominus autem Deus verus eſt*, & alia multa poſſent adduci ex Sacris literis, quibus ſicut definitur hũc eſſe verum Deum, verum Spiritum, veram ſubſtantiam, verum ens: ita etiam in illo eſſe eam veritatem, à qua talis ſumitur denominatio.

Ioan.17.
1.Theſſal.1.
1.Ioan.5.
Ierem.2.

3 Explicatur quid ſit Dei veritas.

Quid autem ſit hæc veritas, nũc breuiter eſt explicandum. Dicimus igitur Dei veritatem nihil aliud eſſe, niſi ipſius entitatem, ſeu Diuinitatem, connotando cognitionem, ſeu conceptum intellectus, quo talis res, prout eſt, repræſentari poteſt. Probatur primò à ſimili nam quemadmodum verum aurum dicitur ab entitate intrinſeca, quam in ſe habet, quatenus fundare poteſt illius cognitionem, & veritatem eius: ita etiam philoſophandum eſt de Diuina veritate; de illa enim ſermo eſt, quæ veritas rei dicitur, & traſcendentalis, vagaturq; per omnia. Secundò poteſt confirmari à ſufficienti partium enumeratione, non enim pendet Dei veritas ab intellectu creato, neque ab eius operatione, non conſiſtit in ſola denominatione verę cognitionis, quam Deus de ſe habet, non in entitate ſolùm intrinſeca, quam habet vnaquæque res, ergo propria illius ratio poſita tantum eſt in eo, quod diximus. Probatur aſſumptũ, 4
diſcurrendo per membra ſingula; Non ab intellectu creato; quia licet nullus eſſet intellectus creatus, adhuc Deus eſſet verus Deus, cum ipſe tàm à ſe neceſſario, ac eſſentialiter ſit verum ens, & Deus verus, quàm neceſſario eſt ens, & Deus: ſicut igitur non habet entitatem dependentem ab intellectu creato; Ita nec veritatem; nec ab eius operatione, tum propter eandem rationem; tum etiã quia ſi veritas creata non pendet ab actuali operatione intellectus Diuini; quantò magis increata veritas independens erit ab operatione cuiuſcunque creati intellectus? licet enim ſit impoſſibile eſſe aliquod ens, quod actu, nõ verè concipiatur ab aliquo intellectu ſaltem diuino, nihilominus tandem etiam ſi intellectus apprehendat illam hypotheſim impoſſibilem in re poſitam, nimirùm, quod omnis intellectus, etiam diuinus, ceſſaret ab actuali rerum conceptione, hoc non obſtante, adhuc eſſet in rebus veritas; compoſitum enim ex corpore, & anima rationali eſſet verus homo, & aurum eſſet verum aurum, &c. vel ſecundùm veritatem eſſentiæ, ſi intelligamus non manere res exiſtentes, vel etiam ſecundũ exiſtentiam, ſi vngamus, ceſſante actuali operatione adhuc cõſeruari res exiſtentes à Deo, operante per ſuam potentiam exequentem ſi ergo res creatę, ſiuè poſſibiles veritatem habent non dependentem per locum intrinſecum ab actuali Dei cognitione, quilibet ex ſe inferre poterit veritatem diuinam ab operatione intellectus noſtri eſſe prorſus independentẽ, &, ſi conſequenter loqui volumus, à relatione rationis, ac à denominatione extrinſeca ab aliquo actu eiuſdẽ intellectus, talis enim relatio, vel denominatio omninò pendet à tali operatione.

Quod

5 In quo cõſiſtat veritas Dei.

Quod autem non conſiſtat diuina veritas in ſola denominatione à cognitione vera, quam Deus de ſe ipſo habet, inde probatur; nam licet non poſſit eſſe verus Deus, quia ſe verum Deum eſſe cognoſcat; hęc enim ipſa actualis cognitio pertinet ad eſſentiam, & ſubſtantiã veri Dei, vt latiùs infra, formaliter tamen ac præcisè loquendo nõ ideò hoc ens eſt verus Deus, quia videt ſe eſſe verum Deum, ſed è contrario res ſe habet, ideò videt ſe eſſe verũ Deũ, quia re ipſa verus eſt Deus; tùm quia non poteſt dici ens commenſuratum in ratione veri per aliquam ſcientiam; tùm etiam, quia illa cognitio, qua ſe verum Deum cognoſcit, eſt purè ſpeculatiua, ergo non dat obiecto veritatem ſuã realem, ſed ſolùm intuetur illam, ergo illam ſupponit; non igitur Deus denominatur Deus verus à veritate cognitionis, quam de ſe habet; ſed potius veritas hæc in eſſendo ſecundum rationem ſupponitur à cognitione illa.

6 Probatur tandem tertium membrum, nam cum veritas non addat enti ſupra rationem eſſentiæ, vel entitatis, proprietatem abſolutam, & realem, non modo non diſtinctam ex natura rei, vt res ſolet à re diſtingui, vel vt modus à re modificata, ſed neque etiam ratione ratiocinata, vt ſuppono ex Methaphyſicis, & alioquin ens, & verum, non ſunt nomina ſynonima; nam poteſt ens appræhendi, non appræhenſa ratione veri, ideſt non includendo illam expreſsè, & formaliter licet non econtra; neceſſario fatendum eſt veritatem cuiuſque rei, ac omninò ipſius Dei intrinſecè dicere entitatem realem rei, quæ vera denominatur, ac præter illam nihil ei intrinſecum neque abſolutum, neque relatiuum, neque ex natura rei, neque ſola ratione diſtinctum addere; connotare autem illam cõformitatem aptitudinalem, qua Deus, imo vnaquæque res nata eſt veram ſui æſtimationem, & cognitionem gignere, ita vt illa conformitas ad intellectum nõ vt ad cauſam, vel menſuram, ſed vt ad repręſentantem ſeu cognoſcentem aptitudine potius, quàm actu, compleat rationem veri, & veritatis, quæ in rebus reperitur, ac in ipſo Deo.

7 Soluuntur obiectiones in contrarium.

Verùm obijcies contra dicta, hoc differre inter bonum, & verum, quod hoc includit in ſui ratione, & denominatione aliquam cõformitatem cum intellectu, illud autem formaliter in ratione, & denominatione ſua non includit conformitatem cum appetitu, quamuis hæc, boni rationem conſequatur: vndè ratio veri traſcendentalis non propriè ſupponitur in obiecto, vt formaliter attingitur ab intellectu; ſed eſt denominatio ſumpta ex proportione, vel conformitate inter ipſum obiectum, & potentiam, ſeu actum eius; & ideo dici ſolet illa veritas conditio conſequens, vel concomitãs obiectum intellectus potius, quàm formaliter illud conſtituens: bonitas autem ſupponitur in obiecto appetitus, & eſt ratio formalis attingendi illud. Sed reſpondetur, ac reſponſione magis explicantur quæ ſupra ſunt dicta, veri rationem compleri non per actualem conformitatem cum actu intellectus cognoſcentis, nec per denominationem à cognitione vera ſed per aptitudinalem iam dictam, quia natum eſt in quolibet intellectu, verum ſui conceptum gignere: quare ſi per impoſſibile omnis intellectus, etiam diuinus, ceſſaret ab actuali rerum conceptione: nihilominus adhuc eſſet in rebus veritas. At ſi fingeretur alia hypotheſis impoſſibilis, ſcilicet quod res nec intelli-

telligatur, nec poſſit ab aliquo intelligi, & adhuc eſſet in rerum natura; tunc poſſet dici vera fundamentaliter, & non repugnanter; non tamen poſitiuè, & formaliter; quia tunc non eſſet poſſibilis veritas cognitionis, & conſequenter veri denominatio ceſſaret, & hoc inter cętera poteſt eſſe diſcrimen inter bonum, & verum, quod bonum non connotet nec actum appetitus, nec potentiam, cum ſit quid prius appetibili, dicaturque tale,& entis paſſio prout dicit conuenientiam ad alterum, ſeu prout eſt bonum alteri: verum autem abſque aptitudinali conformitate ad potentiam cognoſcentem, nō poſſit conſiſtere. Firmum igitur ſit veritatem Dei nihil aliud eſſe, quam ſuammet entitatem, prout in quocunque intellectu verum ſui conceptum gignere poteſt.

8 Sed ſcrutemur ſcripturas quid de hoc ſentiant Dauid Propheta probat hanc ſententiam, veritatem diuini eſſe nihil aliud intrinſecè dicere, quam entitatem realem ipſius Dei, qui verus denominatur illis verbis Pſal. 70. *Nam, & ego confitebor tibi in vaſis Pſalmi veritatem tuum Deus* quo loco veritas non modo in ſeruandis promiſſis fidelitatem ſignificare poteſt, ſed etiam, teſte noſtro Agellio, naturam diuinam à parte rei nō fictam; quemadmodum finguntur habere dij falſi: ita vt ſit ſenſus pro adepta ſcilicet victoria ad Cytharam, & Pſalterium concinens, Confitebor tibi, teq; laudabo, quod ſis verus Deus, ideſt habens naturam diuinam à parte rei, non vt dij gentium falſi, de quibus id fictè dicitur, & ſentitur. Simile quid pollicetur Ezechias in ſuo Cantico apud Iſaiam 37. dicens *viuens, viuens ipſe confitebitur tibi; ſicut & ego hodie, Pater filijs notam faciet veritatem tuam*. Viuentes ſcilicet, & quibus adhuc faciendi bonum adeſt poteſtas, beneficijs acceptis te laudabunt, ſicut & ego, promittereque videtur, ſe, cum Pater factus erit, ac liberos procrearit, illis fidem, & religionē eius annuntiaturum, cuius omnis fundamētum eſt Dei veritas, quod ſcilicet ille ſit Deus, à parte rei habens naturam diuinam, non falsò, & fictè, quemadmodum dij gentiū, iuxta illud Ioan. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum* ideſt non aliter ad vitam ęternam peruenire poterimus, niſi cognoſcamus te ſolum eſſe verum Deum, & Ieſum, quem miſiſti, cum religio Chriſtiana vniuerſa, & fidei Articuli omnes ad hæc duo reducantur; ad veritatem diuinitatis, dari ſcilicet vnum Deum, naturam habentem diuinam à parte rei, & ad myſterium Incarnationis Chriſti, per quam Redemptio perfecta eſt; ſine qua fide nemo vitam habet æternam.

Adducitur ad idem probādum teſtimonia ſacra ſcriptura.

Pſal. 70.

Agel.

Iſai. 37.

Ioan. 17.

9 Confirmant hanc doctrinā verba illa Auguſt. de immortalitate Animæ cap. 11. *Si quidem veritatem eam dicimus, qua vera ſunt omnia, in quantumcumque ſunt; in tantum autem ſunt, in quantum vera ſunt* hæc ille quorum verborum non ille eſt ſenſus, quaſi ea cauſalis ſit vera. Hæc ſunt entia, quia ſunt vera, cum potius oppoſitum ſit ſentiendum: ſed quia vult non per aliam entitatem eſſe vnum quodque ens; & verum ens, ſed per eamdem intrinſecùs, ideo dixit. *In tantum autem ſunt, in quantum vera ſunt*, hoc eſt per illam met realitatem, & non aliam habent eſse, per quam habent veritatem. Quare cum veritas hęc traſcendentalis ſit in vnaquaq; re entitas rei, ad vberiorem explicationē huius doctrinę de ueritate diuini eſſe dicimus hāc

Auguſt.

Digitized by Google

ueritatem in eſſendo multiplicari in diuinis perſonis iuxta entitates perſonales, ſeu relatiuas earum, licet quoad eſſentiam Dei vna ſit; hoc poſterius patet ex dictis, prius poteſt probari illis verbis primæ Ioan. 5. *Vt ſimus in vero filio eius, hic eſt verus Deus* ergo Perſonæ filij duplici nomine conuenit veritas in eſſendo, & quia filius, & quia Deus: priorem veritatem habet à ſua proprietate relatiua, & incommunicabili: poſteriorem verò à diuinitate communicabili, ergo prior veritas eſt propria filij, poſterior communis omnibus perſonis non communitate rationis, ſed reali, quod per ſe manifeſtum eſt; quia pater eſt verus Deus, & Spiritus ſanctus ſimiliter. Rurſus idem diſcurſus fieri poteſt in patre; quia & eſt verus pater, & verus Deus, & in Spiritu ſancto, quia eſt verè procedens, & verus Deus, ergo in tribus perſonis ſunt tres veritates perſonales, & incommunicabiles, ac communis, ſola, & eſſentialis, quæ à perſonalibus ratione diſtinguitur, cum perſonales inter ſe realiter diſtinguantur.

1. Ioan. 5.

10 Quod autem veritas diuini eſſe, præter illam entitatem intrinſecam ſuæ naturæ debitam connotet connotet conformitatem quandam aptitudinem, qua natus eſt Deus verã ſui cognitionem in quocunque intellectu gignere, teſtantur eadem ſupracitata ſacræ Scripturæ loca; illud enim & non aliud videtur velle, cum dicimt Deum eſſe verum Deum, quemadmodum nõ ſunt dij Gentium, & cum veritatem prædicant diuini eſſe; hoc eſt Deum noſtrum talem habere naturam à parte rei; vt non poſſit fallere eos, qui illum apprehendunt vt Deum, ſed veram ſui ipſius talem gignere cognitionem: & clariſsimè Ambroſ. lib. 1. de fide cap. vlt. in illa verba Ioan. vlt. loco adducta ait *Verum Filium Dei, & verum Deum dicit; ergo ſi verus Deus, vtique non creatus,* (hoc pertinet ad entitatem intrinſecam) deindè ſubdit *nihil fallax habens, neque fucatum, nihil confuſum, atque diſſimile* (hæc ad illam connotationem, quæ complet rationem veri, & veritatis, quæ in ipſo Deo reperitur) & Auguſt. lib. 2. Soliloq. cap. 5. *Verum inquit, quod ita ſe habet, vt videtur cognitori ſi velit, & poſſit cognoſcere* clariùs Anſelm. dialog. de verit. cap. 9. dicit veritatem eſſe rectitudinem, ſola mente perceptibilem, & tandem Diu. Thom. 1. par. q. 16. art. 5. inquit *Veritatem inueniri in re, ſecundum quod habet eſſe conformabile intellectui;* & 1. contr. gent. cap. 60. declarans definitionem illam Auicennæ *Veritas rei eſt proprietas eſſe vniuſcuiuſq. rei, quod ſtabilitum eſt ei*, addit *in quantum talis res nata eſt de ſe facere veram æſtimationem*.

Magis explicatur hæc diuina veritas.

Ambroſ.

Auguſt.

Anſelmus.

Thom.

De Bonitate Diuini eſſe.

OPVSC. VI.

De varijs boni acceptionibus. Cap. I.

1 Non me latet varias eſſe Boni acceptiones; Bonum enim, aut Bona nonnumquam abſolutè ſignificant iucunda, vt delectabilia, Luc. 16. *Recepiſti*, inquit Abraham immiti diuiti, *bona in vita tua*, ideſt lautitiem cibi, potuſque. *Quis eſt homo*, ait optimus Abrahæ filius, Pſal. 33. *qui vult vitam, diligit dies videre bonos*, ideſt hilares. & Pſal. 104. *Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur Bonitate*, ideſt lætitia, & ſuauitate. Complura ſuppetunt alia exempla iſtarum dictionũ, pro iucundo, aut vtili; non tantùm pro honeſto, quod eſt ſimpliciter, & perfe-

Luc. 16.

Pſal. 33.

Pſal. 104.

Variæ afferuntur acceptiones boni.

perfectè bonum. & latinè etiam, omniumque ferè linguis Bona dicuntur pro facultatibus, Bonum etiam in ſacris literis dicitur boni hominis verbum, & fauſta futuræ fęlicitatis prædictio, iuxta illud Dauidicũ Pſal. 44. *Eructauit cor meum verbum bonum*, & Zachar. cap. 1. *Loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria*, ideſt ominantia fęlicitatem, quæ ad Ieruſalem pertinere debebat, cum ad eam Dominus, vt paulò poſt additur, reuerteretur in miſericordia. Vidit acutè Hieronym. qui *Bona*, inquit, *de futurorum promiſſione, conſolatoria de præſentium neceſſitate*, in omniumque ore eſt illud, Bene ſit, vel bonum, cum bonum quis euentum precatur, vel optat, vel ominatur. Lege Virgil. Eglog. 8. ſub fin. ibique Pontanum, qui citat alios Auctores. Quod eſt quoque dicere bona verba, item in menſa, & inter ſcyphos iactatam hanc vocem, benè, teſtis eſt Liuius lib. 19. Sicque vſurpat Plautus in Perſa, actione 5. ſcęna 1. & in ſtico actione 5. ſcęna 4. Tibull. lib. 1. Eleg. 1. Ouid. 1. de Arte, & 2. de Faſt. quos refert Briſſonius lib. 1. de formul. exponens priores illas formulas, & iſtam Benedicere, Benè viuas, valeas, Ambules, &c. Adde (bonum) rectum, fęlix, ac Beatum quoque ſignificare; teſtatur Virgil. Eglog. 5. Amat bonus otia Daphnis, hoc eſt fęlix, Beatus; fraudis expers, atq; doli cuiuſquam, & quòd ſupra dixerat candidus, non malignus. & Zachar. illa verba Bona in noſtra vulgatâ, recta habet Chaldęns: quare verbum, Bonum, non dignitatem modò rei, cuius oraculum audit, ſed oraculi ueritatem etiam, atque promiſſionum certitudinem, magnitudinemque complectitur; quin etiam, & Bonum pro beneficio uſurpari illud teſtatur, quod cum bonus, optimuſque dicitur Iuppiter, bona dans, & benefaciens, ac benedicens intelligitur, quod bonitatis maximè proprium eſt, ideſt Dei, qui ipſa Bonitas eſt: nihil uidit Cicero 2. de natura deorum. *Sed ipſe Iuppiter*, inquit, *ideſt iuuans Pater &c. à maioribus noſtris, optimus maximus dicitur, & quidem ante Optimus, quàm Maximus, quia maius eſt certèque gratiùs prodeſſe omnibus, quàm magnas opes habere*. Et cum D. Paul. ad Romanos 5. inquit, *Nam pro bono forſitan quis audeat mori*. Catarinus, & Vatablus bonum uocari cēſent eum, qui beneficus eſt, quique beneficentia ſua multorum amorem ſibi conciliat. & cum idem ad Galat. 5. Spiritus fructus enumerat, dicens, Bonitas, Benignitas, &c. per bonitatẽ, beneficentiam intelligit, quam Zeno ita definit, ait Hieronym. *Bonitas eſt virtus, quæ prodeſt, ſiuè virtus ex qua oritur vtilitas, aut effectus qui ſit fons vtilitatum*. & aliæ poſſunt enumerari Boni acceptiones; Vnde tot ipſius partitiones in bonum honeſtum, bonũ delectabile, & bonum utile in bonum corporis, in bonum animæ, & bonum extrinſeſecum, quod fortunę bonum appellari ſolet, teſte Ariſt. 1. Aethyc. c. 8. qui rurſus bonum diſtinguit in laudabile, & honorabile; quæ diuiſio à poſteriori dicenda eſt, & ex effectu ſumpto, & quaſi pręmio bonitatis; nec omnia uidetur exhaurire bona; nam bonum delectabile, quantum in ipſo eſt, neque honorabile eſt, neque laudabile, niſi quatenus idem utile eſt, uel cum honeſtate coniunctum, & ad illam quoquo pacto cõfert: Diuidi etiam ſolet in bonum ſimpliciter, & bonum ſecundum quid, quæ diuiſio uarijs modis intelligi poteſt, ut uidere eſt apud Metaphyſicos cum de bono; & ex dicendis patebit illum quoq; admittere ſenſum, ut bonum ſimpliciter

[Margin notes: Pſal. 44. Zachar. 1. — Hieron. — Virgil. — Liuius. Plautus. — Tibullus. Ouidius. Briſſonius. — Virgilius. — Zacharias. — Cicero. — Rom. 5. — Catarinus. Vatablus. — Galat. 5. — Zeno. Hieron.]

dicatur illud, quod totam entis bonitatem, & perfectionem in ſe continet; Bonum verò ſecundum quid eſt illud, quod ex parte tantum bonum eſt; atque hoc modo ſolus Deus eſt Bonum ſimpliciter, omnis verò creatura eſt bonum tantùm ſecundum quid.

4 Sed prætermiſſis alijs acceptionibus, & diuiſionibus, illam tantum aſſumamus, quæ nobis viam aperit ad illam bonitatem inueſtigandam, & conſequendam, quã de Deo volumus explicare; Bonum igitur in præſentiarum, duplex dici poteſt; Vnum morale, alterũ verò traſcendentale. Bonitas moralis propria rebus intellectualibus eſſe dicitur; illæ enim inter cæteras omnes, bonæ appellantur bonitate morali, vel actuali, quia bona exercẽt moralia, vel illam habitu, & aptitudine retinẽt, quatenus diſpoſitæ ſunt, & propenſę ad illud bonum exercendum. hæc autem bonitas quando excellens eſt in hominibus, & Angelis, ſolet ſanctitas appellari. & licet interdum in nobis ſignificet virtutẽ Religionis, vt vult D. Tho. 2. 2. q. 81. art. 8., id tamen non eſt de ratione Sãctitatis vt huiuſmodi, ſed eius eſt perfectam ſignificare munditiam, cum firma ad ſummum bonum ad-
5 hæſione. Bonum traſcendens uno modo eſt illud, quod à perfectione intrinſeca, & eſſentiali deſumitur, & hoc conuertitur cum ente, omne enim ens eſt bonum, nihilq; eſt uerè bonum, niſi quod uerè eſt. Itẽ Bonum ſub hac ratione ſumptum, eſt aliquo modo paſſio, ſeu proprietas entis, & cum illo conuertitur, & ſecundùm rationem illud ſupponit, & ab eo aliquo modo diſtinguitur ſecundùm rationem formalem à nobis conceptam, & ſignificatam, & ideo aliquo modo dicitur paſſio, nõ enim eſt in eo rigore, in quo requirit paſſio diſtinctionem aliquam ex natura rei à ſuo ſubiecto, ſed ſolùm vt dicitur de quolibet Attributo ſecundùm rationem diſtincto ab eo, cui attribuitur: quod fuſiùs declarandum Metaphyſicis relinquo. Altero modo Bonum adhuc traſcendentale dicitur illud, quod alicui eſt conueniens, quod dupliciter intelligi poteſt, vel quod ſibi ipſi ſit conueniens, & ita non differt à bonitate, priori modo dicta; nihil enim aliud ſibi vult eſſe bonum illo modo, quam habere ſuã perfectionem intrinſecam, & eſſentialem. & hoc, vt patet ex terminis, eſt habere perfectionem ſibi conuenientem. Vel quòd alteri ſit conueniens, & ita etiam paſſio entis eſt, & conuertitur cum illo, non enim excogitari poteſt aliquod ens verum, & reale, quod non ſit aliquo modo conueniens alteri. Ratioq; generalis reddi poteſt, quia omne ens eſt in ſe aliquo modo bonum, & perfectum; omne autem bonum non ſolum ſibi ipſi conueniens eſt, ſed alteri etiam, vel ſe ſe illi communicando aliquo modo, vel vt ab illo fiat, & ad aliorũ commodum, vel ſaltem vt ad mundi pulchritudinem, & aliquale complementum ordinetur; quin & ipſæ creaturę dicuntur Deo conuenientes, tanquam opera ipſum decentia, & bonitati eius, & Sapientiæ con-
ſentanea. Atque hac ratione nul- 6
lum eſt ens, quod ſub obiectum nõ poſſit cadere voluntatis, tanquam conueniens alicui rei, ſeù ad aliquẽ finem ordinatum; licet igitur ratio boni, quæ eſt paſſio entis, & bonum traſcendentale dicitur, poſſit accõmodari vnicuiq; enti, quatenus perfectionem habet ſibi cõuenientem; clariùs tamen reperitur in quolibet ente, quatenus alicui alteri conueniens eſt, & conſentaneum; nam priori modo magis poteſt dubitari, num bonũ, & ens ſe habeant, vt paſſio, & ſubiectum; an verò nomina ſint ſynonima, & in ethymologia potiùs differentia, quàm in re ſignificata:

Duplex bonum pertinẽs ad præſentem materiam.

Thom.

ficata: quamuis illa ratio conuenientiæ, quæ connotat in vnoquoq; ente naturam habentem naturalem inclinationem, capacitatem, vel cõiunctionem cum tali perfectione, vnũ ab altero quoquo pacto diſtinguit: licèt .n. nihil magis ſit eſsẽtiale enti reali, quã habere aliquid perfectionis, nec poſſit cõcipi, vt ens reale, niſi cõcipiatur, vt habẽs aliquid perfectionis, connotare tamen talem conuenientiam, ſeù denominationem non eſt ita entitati eſſentiali intrinſecum, vt non ſegreget ali-
7 quo modo paſſionem à ſubiecto. Clariùs tamen (vt dixi) ratio boni, quæ eſt paſſio entis, in quolibet ente reperitur, quatenus alicui alteri eſt conueniens, & dicitur. Accedit, quòd hæc ratio boni vt alteri dicitur conueniens, ſupponit, ſeù includit rationem boni in ſe, nihil enim eſt alteri bonum propriè, & in rigore, niſi quod in ſe bonũ, & perfectionem habet, quæ poſſit poſtmodum alteri conuenire. Dixi propriè, & in rigore, quia interdum carentia alicuius formæ cenſetur bona alicui, quamuis formaliter nullã perfectionem ei conferat, aut in ſe habeat. Veruntamen priuatio non eſt propriè bona, ſed ita interdum denominatur, quia forma priuat diſconueniente, & ſub ea ratione appetibilis eſt; Bonum igitur alterius, bonũ in ſe ſupponit, & prærequirit.

Bonitatem traſcendẽtalem Deo conuenire demonſtratur. Cap. II.

1 His ita conſtitutis, quod Bonitas traſcendẽtalis priori modo dicta Deo conueniat, nulla indiget probatione; nam ſi bona hoc modo res dicitur, quia omnem habet perfectionem ſibi conuenientem, ac in ſuo eſse ita eſt perfecta, vt omnia, quæ ad complementum ſui eſse requiruntur, in ſe cõtineat, iuxta Ariſtotelis deſcriptionem 9. *Ariſt.* Meth. dicentis perfectum eſse, cui nihil deeſt, naturali ratione euidẽs eſt Deum eſſe bonum, & perfectum: nam cum *Deus* ſit ens neceſſarium, & ſuum eſſe ſit ſimpliciſſimum, eademque neceſſitate ſit verus *Deus*, habet neceſsario totum id, quod re ipſa requiritur ad verum eſse per eſsentiam; nõ poteſt igitur illa perfectione priuari, quia neceſsario eſt, nec parte, cum expers ſit partium, nec augeri poſſit, nec minui, ergo neceſsario eſt perfectum ens, & perfectus Deus: vnde non ſolum bonus eſt, & dicitur, ſed ſingulari modo bonus. Maximum enim diſcrimẽ eſt inter Dei perfectionem, & creaturarum: nam creatura dici poteſt bona ad ſummum, quia omnem habet perfectionem ſibi debitam; vel ſecundum ſuam naturam, vel ſecundùm omnem ſuam capacitatem, vt ſtat ſub ordinatione diuina. At *Deus* ita habet omnem perfectionem ſibi debitã, vt omnis omninò perfectio, quatenus perfectio eſt, illi ſit debita, & neceſſario illi conueniat. Hoc indicant verba illa Exod. 33. iuxta expoſitionem etiam D. Thom. vbi *Deus* promittens Moyſi viſionem ſuam, dixit. *Ego oſtendam tibi omne bonum* iure optimo appellans ſe ipſum omne bonum, cum totam entis bonitatem, tanquam ſibi debitam in ſe contineat, & ideo ſingulari modo bonus, quod illa verba præſeferunt, quæ habentur apud Matth. cap. 19. vbi adoleſcenti, dicenti *Magiſter bone* reſpondet Chriſtus *quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus Deus;* & apud Luc. cap. 18. *Quid me dicis bonum? nemo bonus, niſi ſolus Deus* in quę verba optimè animaduertit Iãſenius non negare Chriſtum ſe bonum eſſe, & Deum, ſed id ſignificare, ab illo ſe non appellandum bonum,

a Diſcrimen inter bonitatem traſcendentalem Dei, & creaturarum.

Exod. 33.

Thom.

Math. 19.

Luc. 18.

Ianſenius.

num, qui ipſum purum hominem credebat.

3 Nec hinc inferendum eſt, & homines, & Angelos, & omnia præter Deum ſuo modo non eſſe bona, quod eſſe falſum multis ſcripturæ exemplis probat Epiphanius aduerſus Arianos hęreſi 69. ſed dicit neminem eſſe bonum prętor Deum, eo modo, quo Deus bonus eſt, tum quia ſoli Deo omnis omninò perfectio debetur, vnde hoc pacto ſolus Deus dicitur bonum ſimpliciter, creaturæ verò bonum ſecundum quid, ſi per prius illud intelligamus, quod totam entis bonitatem, & perfectionem in ſe continet, per poſterius vero quod ex parte tantum bonum eſt, tum etiam, quia ſolus Deus eſt bonus per ſe, & natura ſua; & quemadmodum dixit

1. Thim. 6. 4 D. Paul. 1. ad Timoth. 6. Solum Deum habere immortalitatem; cũ & Angelos; & Animas noſtras immortales eſſe conſtet, quia nemo præter Deum natura ſua, id eſt non alterius participatione immortalis eſt. Ita etiam de bonitate eſt philoſophandum: tum tandem, quia ſolus Deus dicitur bonus per eſſentiam, creaturæ verò nequaquam; nam ſi loquamur de bonitate integra, & perfecta rei, quo pacto includit exiſtentiam, & omnia alia attributa non ſolum eſſentialia, ſed etiam accidentalia, Deus ſolus ſingulari modo eſt bonus per eſſentiam, quia Dei eſſentia non perficitur per accidentia: ſed quicquid perfectionis conuenire poteſt alicui naturæ, ei conuenit eſſentialiter; at perfectio ſubſiſtendi, quæ in ſuppoſito conſiderari poteſt, Deo etiam cõuenit per ſuam eſſentiam; perfectio autem incommunicabiliter ſubſiſtendi, quæ magis propria eſt ſuppoſiti, vt huiuſmodi, neceſſitate naturali ei adhuc conuenit, & per ſuam eſſentiam ſaltem identicè illam habet, & hoc ſatis eſt, vt etiã ex hoc capite dicatur Deus ſe ipſo bonus, & perfectus per ſuam eſſentiam.

5 Si verò loquamur de illa perfectione, & bonitate, quæ eſſentialis dicitur, & quam neceſſario ſupponunt in creaturis accidentia, & ea, quæ circa rei naturam ſunt; adhuc creaturę non poſſunt dici bonę per eſſentiam, quemadmodum Deus, nam quamuis hæc propoſitio, eſſentia creaturæ eſt bona, eſt perpetuæ veritatis, ſi copula abſtrahat ab actuali exiſtentia, vt in rigore poteſt, nihilominus verum non eſt bonitatem eſſentialem creaturæ eſſe æternam, aut eſſe ſimpliciter ex vi ſuæ eſſentiæ, ſicut verè dicitur de bonitate diuinæ eſſentiæ; nam cum Deus exiſtat per ſuam eſſentiam formaliter, quæ quidditatiuè eſt ſua exiſtentia; vtique ſicut ex ſua eſſentia independenter à quocunque alio habet eſſe in actu entitatiuo: ita ex ſua eſſentia independenter à quocunque alio, habet, quod ſit bonus; res verò creatæ quoniam eſsẽtiam in actu entitatiuo ſub exiſtentia, habent, dependenter tum à cauſa efficiente, à qua talem eſſentiam accipiunt; tum etiam ab exiſtentia ſub qua illam ita accipiũt, non dicuntur bonæ per eſſentiam ſuam, & ex vi ſuæ eſſentiæ, ſed per participationem à cauſæ efficiente, à qua accipiunt eſſentiam in actu entitatiuo ſub exiſtentia, & ſimul dicuntur bonæ per exiſtẽtiam, tanquam per conditionem requiſitam, vt ſint in actu entitatiuo, & ſubinde vt habeãt bonitatem actu, & hoc ſignificat D. Dionyſ. cap. 4. Dionyſ. Areopag. de diuin. nom. cum ait *Deum eſſentia ſua, & per ſe eſſe bonum, alia verò per participationem à Deo*, & hęc omnia 6 videntur indicari illis verbis Euangeliſtarum, vnus, & bonus Deus, vel, nemo bonus niſi ſolus Deus,

Deus, ideſt bonus, cuius natura ſit, bonitas abſoluta, perfecta, indepẽdens, immutabilis, fons, atque origo omnis eius, quæ alibi reperiatur bonitatis. Vide Burgenſ. in præfata verba Matth. Et in hunc ſenſum D. Dionyſ. cap.3. de diuin. nom. nomen. *Bonus* tanquam proprium
Damaſcen. Dei ponit. Quinimò Damaſc. lib.1. de fid. cap.12. primarium Dei nomen eſſe cenſet bonum: hoc tamen
Thom. D. Thom. 1. par. quæſt.13. artic.11. ad 2. limitat ad ea nomina, quæ ſignificant Deum ſub ratione cauſæ,
Clittoueus quod etiam notauit Clittoueus in Damaſcenum; vel certè id intelligendum eſt de omnibus, quæ adiectiuè dicuntur de Deo, vt cum dicimus Deus eſt ſapiens, iuſtus, bonus; inter hæc enim meritò præfertur bonus; nõ verò reſpectu eorum nominum, quæ ſubſtantiuè Deum, eiuſque naturam ſignificant.

Thom. 7 Quod ſi D. Tho. 1. par. quæſt.11. art.3. tres gradus perfectionis diſtinguit in creaturis entitatiuæ, ſuperadditæ per Accidentia, & conſummatæ per conſequutionem vltimi finis, Deus Optimus Maximus non ſolum duabus alijs cætera omnia antecellit, vt probatum eſt, ſed etiam hac tertia: non quòd perfectiori modo illam habeat; ſed quòd ea non indigeat, eiuſque ſit incapax, vtpotè imperfectionem inuoluentis, non enim ordinatur Deus ad alium tanquam ad vltimum finem; ſed ſicut Deus dicitur eſſe à ſe, quatenus non eſt ab alio: ita dicitur quieſcere in ſe, quia extra ſe ipſum non habet finem, ſed ſibimet eſt illud bonum, quod in vltimo fine eſſe poteſt, demptis imperfectionibus, & ex hoc etiam capite eſt per eſſentiam bonus. Quod cõ-
8 firmari poteſt illo loquendi modo
Iſai 44. Iſaiæ cap.44. *Ego primus, & nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus*, & paulò poſt. *Numquid eſt Deus abſque me*? neuè quis ſuſpicetur hoc modo loquendi ipſum ſimul cum alio Deum conſtituere, & conſequenter vltimum finem; audi quid ſcriptum reperiatur apud eumdem cap.45. *Ego Dominus, & non eſt amplius, extra me non eſt Deus*, & paulò Iſai.45.
inferius. *Tantum in te eſt Deus, & non eſt Deus abſque te, verè tu es Deus abſconditus*, & notandum, quod loco illorum verborum, quę in noſtra habentur vulgata *tantum in te eſt Deus, & nõ eſt Deus abſque te* in Hebræo legitur. *Profectò in te eſt Deus, neque amplius, niſi Deus* ideſt, vt inquit Forer. Et non amplius eſt alius Deus quærendus &c. vbi in bona conſequentia infert Propheta in te eſt Deus, ideſt tu habes veram deitatem, & omne bonum, ergo non eſt quærendum aliud bonum extra te, nec quærẽdus Deus, quod enim petitur, intus habetur. Quod ſi vis 9
videre paucis mutatis verbis, illum argumentandi modum, Deus dicitur eſſe à ſe, & non ab alio, ergo etiã quieſcere dicitur in ſe, quia non habet extra ſe finem, perpende il- Iſai.45.
lud Iſaiæ cap.45. *Quia hæc dicit Dominus creans cælos, ipſe Deus formans terram, & faciens eam, ipſe Plaſtes eius &c. ego Dominus, & non eſt alius* quod tantumdem valet, ac ſi diceretur ego à me ipſo ſum, cum omnium rerum ſim creator, ergo in me ipſo omnis quies, nec quærendus eſt alius Deus, nec finis extra me: tantum igitur cæteris omnibus in bonitate præſtat, vt optimè dicatur *vnus eſt bonus Deus; nemo bonus; niſi ſolus Deus* illeque ſolus laudari meretur, vt perfectè bonus, & ab illo ſolo petendum eſt omne bonum, illud ſignanter, quò ad vitam peruenitur æternam, quod abſque illo, vt à nullo magiſtro doceri: ita à nullo præſtari poteſt. Huc etiam tendunt illæ Sacræ ſcripturæ voces, quibus aſſeritur Deum non habere ſimi-

Iſai.44. ſimilem Iſaiæ cap.44. *Quis ſimilis* & cap.46. *mihi?*& cap.46. *Cui aſſimilaſti me, & adequaſti me; & feciſti ſimilem?* & Pſal.34. Dauid Pſal.34. *Domine quis ſimilis tibi*.

10 Alia acceptio boni traſcẽdentalis. Altero modo bonum traſcendentale dicitur, quia conueniens eſt alteri, ac proindè ei eſt appetibile; hocautem ipſum, duobus intelligi poteſt modis, vel quatenus vnumquodque perfectionem habet ſibi conuenientem, & amabilem; quæ conuenientia, ſi per modum relationis conſideretur, ſolum eſt per conſiderationem noſtram; vt tamen in ſe virtuale habet fundamentum, vocari ſolet bonitas traſcendentalis, iuxta probabilem opinionẽ: hoc autem pacto Deum eſſe ſummum bonum per ſe notum eſt, & euidentiſſimum, habet enim perfectionem ſibi maximè conuenientem, vt iam diximus, & conſequenter amabilem; vnde ſe neceſſario amat. Vel dicitur vna res bona reſpectu alterius, quia eſt illi cõueniens; & hoc etiam modo dicendum eſt Deum eſſe ſummum creaturarum omnium bonum; non vt formalis eorum bonitas, quomodo quidam errauerunt, exiſtimantes omnes res creatas diuina bonitate eſſe bonas: quod quàm ſit falſum, ex eo patet; quia diuina bonitas nõ poteſt eſſe forma creaturis inhęrens, aut cum eis in compoſitionem venire, vt eas formaliter bonas conſtituat neque etiam creaturæ eſſe, aut dici poſſunt bonæ per ſolam extrinſecam à bonitate Dei denominationem; ſicut enim in ſe habent proprium eſſe, ab eſſe Dei diſtinctum: licet ab illo participatum: ita in ſe propriam habent bonitatẽ, & perfectionẽ à bonitate diuina diſtinctã; ab illa tamẽ manãtẽ, & participatã: eſt ergo Deus bonum conueniẽs omnibus creaturis in genere efficiẽtis, & finis, nam ab illo bono omnis profluit creaturæ bonitas, ac pendet, & in illius boni conſequutione, vel aliquali imitatione Summa creaturæ perfectio conſiſtit; & hoc modo dixit D. Auguſt. 8. de Trinit. cap.3. Deum eſſe bonum omnis boni; & tandẽ quemadmodum vna res non tantum eſt conueniens alteri per modum formæ, aut materiæ, ſeu partis, ſed etiã per modum obiecti, vt Imago rectè depicta cenſetur bonum quoddam ei conueniens, qui in ea videnda delectatur. Item per modum Amici; inter eos enim, qui ſunt intellectualis naturæ, Amicitia eſt magnũ bonum, & vnus Amicus eſt bonum alterius propter ſe amabile, quia *Amico fideli nulla eſt comparatio*: Deus igitur non ſolùm ſub ratione efficientis, & finis eſt bonum omnium creaturarum, ſed etiam quà Amicus fidelis, & obiectum beatificum, excellẽtiſſimo modo eſt bonum hominum, & Angelorum; & ideo etiam dicitur Summum bonũ iuxta hanc boni acceptionem, quia alteri maximè conueniens. *Quam bonus Iſrael Deus ijs, qui recto ſunt corde*, inquit Dauid Pſal.72. ideſt beneficus Iſraelitico populo, ſiuè Iudæis fidelibus, nimirùm ijs, qui recti ſunt corde. Vel alio pacto, quod ferè in idem recidit, Deus, qui in ſe ſemper eſt bonus, eſt etiã alijs talis, fideli ſcilicet, & ijs præſertim, qui recto ſunt corde. Nec ſat eſt Dauid illum vocare bonũ, ſed prorumpit contenta voce in admirationem bonitatis, atque benignitatis Diuinę aduerſus eos, qui recto corde: Sinceraque ac vera ſtudent intẽtione in omnibus Deo placere, ſiuè bonis afficiat, ſiuè mali quidpiam illos pati, aut iubeat, aut ſinat: & Ierem. Thren.3. *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, Animæ quærenti illum*. Sicut enim fons aquę perennis iugem lympham ſitienti, &

Marginalia (right column): Auguſtin. (beside "D. Auguſt."); 11 (beside "bonum omnis boni"); Pſal.72. (beside "Pſal.72."); Thren.3. (beside "Thren.3."). Left margin: 9 (beside "ſcendentalis, iuxta probabilem").

& haurire volenti præbet: ita Deus, cuius exhauriri bonitas nequit; nũquã deſinit beneficia in nos effundere: ne tum quidem quando punit, & flagellat, ſed ſperantibus, & ſubſiſtentibus præſertim, iuxta illud Abachuc cap. 2. *Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit*: & D. Dionyſ. cap. 4. de diuin. nomin. inquit Deum eſſe omnium bonum, ſicut ex quo omnia ſubſiſtunt; nec prætereundum eſt Dauidicum illud Pſal. 72. ad ea omnia, quæ nuper dicta ſunt, firmanda, ſatis aptum: *Quia ecce qui elongant ſe à te peribunt, &c. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt*: hoc eſt, illis à te elongãtibus malè erit, peribunt; mihi verò adhærere Deo, illique fide, ſpe, & charitate propinquare, atque coniunctum eſſe, bonum eſt, vtile, iucundum, honorificum.

Abachuc.

Dionyſ. Areopag.

Pſalm. 72.

De Bonitate Morali ipſius Dei. Cap. 3.

1 PRæter bonum traſcendentale, & naturale diximus dari bonũ morale, quod idem eſt quod bonum honeſtum propriè, ac ſtrictè ſumptum; pro illo ſcilicet, quod per ſe decet, & conſonum eſt naturæ intellectuali, vt talis eſt: & ita dici bonum Deum, per ſe euidens eſt; imò altiori, & excellentiori modo eſt Deus ſummè bonus, quia eſt ſummè rectus in omnibus operibus ſuis, vt nullius ſit capax obliquitatis, & peccati. Hoc ſibi volunt verba illa Pſalm. 47. *Secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ, iuſtitia plena eſt dextera tua* vbi nota, vt bene aduertit Agellius, nõ dicere iuſtitiam facit dextera tua, vt alibi dixit Pſal. 117. *Dextera Domini fecit virtutem* ſed *plena eſt* dixit, vt indicaret non ſolum iuſtitiam facere, ſed nihil facere, niſi iuſtum, nullumque eſſe in eius dextera iniuſtitiæ locum: quemadmodum, & alibi idem dixit Pſalm. 144. *Fidelis Dominus in omnibus vijs ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis* & iterum *Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis* quod ſi hæc bonitas, cum excellens eſt, tum in hominibus, tum in Angelis, ſanctitas ſolet appellari, Deus ita excellenti modo eſt bonus, vt continuò ab Angelis proclametur *Sanctus, Sanctus, Sanctus* Iſaiæ 6. & per antonomaſiam, ipſe ſolus dicatur Sanctus, & primo Reg. 2. *Non eſt Sanctus, vt eſt Dominus, neque enim eſt alius extra te* vbi ſanctitatem Domini eſſentialem, & independentem deſcribit ſcriptura, inquit enim nullam cum ſanctitate Domini poſſe comparari, reddenſque rationem, ſubdit (neque enim eſt alius extra te) ideſt nullus alius eſt ſanctus, qui à te non ſit creatus, & à te nõ acceperit ſanctitatem, ergo omnis alia ſanctitas eſt dependens, & participatio tuæ ſanctitatis; tu verò independenter ſanctus, & fons ſanctitatis omnis, non per participationem, adhęrenſque ſummo, & infinito bono per eſſentialem adhæſionem; tantumque diſtat inter ſanctitatẽ Dei, & creaturarum, vt omnis alia ſanctitas, cũm diuina comparata, immunditia, & nequitia potius dici poſſit, quam ſanctitas. Ac optimè D. Gregor. ſuper illa verba Iob. cap. 4. *Pauor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt*, inquit, *carnes meas verba non habent, quia infirmitate mea apud te funditus ſilent: oſſa autem mea, (fortiorum actorum) tuę magnitudinis laudem dicunt; quia ipſa quoque qua eſſe in me fortia crèdidi, tua conſideratione contremiſcunt. hoc, inquit, qui fortia operando profecerat, per ſpiritum ſubleuatus, clamabat David, nempè hac verba proferens.*

Pſal. 47.

Pſal. 117.

Pſal. 144.

Iſai. 6.

1. Reg 2.

2 Gregor. Iob cap. 4.

Digitized by Google

Pſal.34. *ferens*. Pſal.,34. *Omnia oſſa mea dicet Domine quis ſimilis tibi?*

3 En tibi Bonitatem traſcendentalem Dei,& moralem. quod ſi pręcipuè ſolet Deus denominari bonus ex plenitudine omnis perfectionis, & quatenus ex plenitudine eius potēs eſt ad ſe diffundendum, & communicandum alijs, quibus bonus eſſe poteſt: quomodo de Bonitate Dei pręcipuè videtur agere. D.Dionyſ.cap.4.de diuin.nom. (Dionyſ. Areopag.) Hanc veritatem legere potes confirmatam in toto Pſal.105. (Pſal. 105.) *Confitemini Domino, quoniam bonus*, loco quorum verborum, quę habentur in vulgata, Septuaginta legunt, *Quoniam benignus*. Dicitur quidem Dominus bonus ratione perfectionis ſibi debitæ, & ſummè bonus ob perfectionis plenitudinē, quia omnis vtriq; perfectio illi debetur. Verùm quia non poteſt explicari hæc Dei bonitas niſi intelligamus ipſum ex plenitudine ſuæ perfectionis eſſe propenſum ad ſe diffundendum, & communicandum alijs, Bonitatem illam Septuaginta Interpretes per benignitatem explicant, quæ eſt reſpectu alterius; Bonus enim in ſe eſſe quiſpiam poteſt, Benignus non niſi erga alterum. Idem comprobari poteſt illis verbis, Pſal.24. (Pſal.24.) *Secundum miſericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam Domine*, vbi inquit Dauid miſereri, & habere ſui miſericordiam maximè decere bonitatem diuinam, & hoc eſſe debere præcipuum motiuum, quo moueatur ad miſericordiam, ſuammet propriam bonitatem; cum talis ſit bonitas diuina, taliſq; illius bonitatis natura, vt cum plenitudine perfectionis ſecum ferat annexā propenſionem ad ſe diffundendum, & conſequenter ad diffundendum tali modo, ſubleuando miſeros. Huc etiam facit illud Pſalm. 118. (Pſal.118) *Bonus es tu, & in Bonitate tua doce me iuſtificationes tuas*, hoc eſt, vt animaduertunt Gerebrardus, & Agellius, (Gerebrard. Agell.) In tua natura, quæ omnium eſt plenitudo perfectionum, poſitū eſt, vt ſis benignus, & alijs facilè tribuas; nihil ergo à tua natura alienū peto; ſed oro, vt quæ tua eſt benignitas, id mihi boni tribuas, vt me doceas, &c. Sed de bono diuino abundè, licèt nunquam ſatis.

An Attributa diuina ſint veluti proprietates Dei, an potius de eius eſſentia.

OPVSC. VII.

Cap. I.

1 CVm præter traſcendentia, quæ de Deo verè, & propriè prędicantur, dentur quædam alia, quæ Attributa ipſius dicuntur, vt eſſe iuſtū, miſericordem, immutabilem, incomprehenſibilem, & alia nam cum non poſſimus in hac vita diuinam eius perfectionem apprehendere, prout in ſe eſt, ideo neceſſariò debemus multis conceptibus, & nominibus eam explicare. Præter igitur prædicata omnia, quæ de Deo dicuntur, qua ratione eſt ens, quæuè poſſunt in illo à nobis concipi ſecundum quandam coordinationem eſſentialem, per conuenientiam, & differentiam à creaturis, vſque ad propriam Dei eſſentiam cōſtituendam, poſſunt alia tribui Deo, quæ cum dicantur de illo iam quodammodo in ſua entitate, & eſſentia concepto, Attributa eius dicuntur. De his igitur nunc eſt pertractandum. Sed antequam ad ſingula explicanda accedamus, præmittendum eſt vniuerſim. An ea, quæ Attributa dicuntur, ſint veluti proprietates

prietates Dei, an potiùs de eius eſſentia.

3 Pro tituli intelligentia animaduertendum eſt poſſe in re propoſita dubitari; num Attributa ſint eſſentia diuina, & præterea num ſint de eſſentia ipſius Dei; non enim hæc duo conuertuntur, eſſe in re idem cum eſſentia, & eſſe de eſſentia; illi enim priori ſufficit, quod in re non ſit diſtinctio; ad hoc autem poſterius neceſſe eſt, vt non poſſit rei eſſentia eſſe completè cõſtituta, præciſo eo, quod dicitur eſſe de eius eſſentia, & conſequenter vt hoc ipſum ita in eius ratione includatur, vt in nullo poſſit reperiri talis eſsẽtia, quin de eius ratione ſit quicquid dicuntur eſſe de eſsentia talis naturæ: & patet diſcrimen allatum tum in diuinis, tum in humanis: In diuinis, nam relationes in Deo ſunt ipſamet eſsentia diuina, iuxta ſanam doctrinam: & tamen non ſunt vt huiuſmodi de eſsentia rationis *Dei*, iuxta veriorem ſententiam, in humanis, ac in creaturis, differentia indiuidualis in re à natura indiuidua non diſtinguitur, & tamen non eſt de eius eſsentia.

Notandum pro titulo intelligentiam.

Attributa Diuina ſunt eſſentia Dei. Cap. 2.

1 QVod autem Attributa diuina ſint ipſa eſsentia, & entitas Dei, vt eſt à parte rei, & vnã & eadem entitas inter ſe, patet; nã illa diuina eſsentia vt eſt à parte rei, eſt formaliter, & intrinſecus quicquid eſt in Deo, ſiuè abſolutum, ſiuè reſpectiuum, vel eſsentiale, vel perſonale; alioquin Deus, & diuina eſsentia non eſset omninò ſimplex, contra id, quod definitum eſt cap. firmiter, & cap. damnamus, de ſumma Trinitate, & fide Catholica: conſequutio probatur; quia non poſſent conuenire Deo tales perfectiones ſine aliqua compoſitione, & naturali reſultantia, potentialitate, alijſque imperfectionibus, nec aliquid deeſſet ad veram propriarum paſſionũ rationem, ſi hoc pacto Deo ineſſent. Præterea non plus diſtinguntur attributa diuina inter ſe, & ab eſſentia, quam relationes ab eadem diſtinguantur eſſentia, quod etiam ipſe Scot. confitetur: ſed in Concilio Florentino ſeſs. 14. 18. & 19. ſæpè aſſeritur relationes ſola ratione diſtingui ab eſſentia, quod licet nõ ſit definitio Eccleſiæ, eo quod non habeatur in definitionibus, ſed in diſputationibus circa proceſſionẽ Spiritus ſancti in eo Concilio inter Latinos, & Græcos habitis; doctiſſimo illo Ioanne agente partes Latinorum, & Marco Epheſino partes Græcorum; eſt tamen maximæ cuiuſdam auctoritatis; non ſolum propter viri eruditionem; ſed etiã quia Concilium annuere, approbareque videtur diſputationem, neque ea de re vlla fuit concertatio, ſed conſenſus vnanimis inter Græcos, & Latinos, ergo multò magis affirmandum eſt attributa diuina nec inter ſe, nec à diuina eſſentia diſtingui ex natura rei. Tandem ſi ſapientia v.g. ex natura rei eſſet à deitate diſtincta; ita nimirum, vt ratio vna formalis ex natura rei non eſſet alia, ſequeretur deitatem conſideratam præcisè à ſapientia, non eſſe ſe ipſa ſapientem, ſed aliquo alio ex natura rei diſtincto. Verum quia aliter philoſophandum eſt de ſapientia diuina, ac de attributis, cum ipſa pertineat ad conſtitutionem eſſentiæ diuinæ, etiam ex ſententia eorum, qui aſſerunt attributa non eſſe de eſſentia Dei, vt latiùs videbimus; neque numerari debet inter attributa cætera; poſſunt in exemplum aſſumi omnipotentia, miſericordia, iuſtitia, & alia huiuſ-

c. firmiter. c. damnamus.

Scot.

Cõcil. Flor.

Ioannes.

Marcus Epheſin.

3

huiuſmodi, quorum etiam comparatione deitas ſe habebit inſtar potentiæ ad ſuum actum, quod prorſus ab ipſa alienũ eſt, cum ſit actus purus, omniſque potentiæ, vel paſſiuæ, vel obiectiuę expers, dareturque aliquid in Deo perfectibile ſicque, ſe ipſo non eſset omni ex parte perfectus, ſed indigeret, vt aliquo alio perficeretur, vt omnipotentia, iuſtitia, fidelitate, cæteriſque attributis.

Concludendum eſt igitur, illud primum ens, quod eſt ſuum eſſe per eſſentiam, eſſentialiter eſſe ſummè perfectum, & in ipſomet ſuo eſſe omnem perfectionem, omniaque attributa includere, vel vt magis propriè loquamur, dicendum potius eſt, entitatem diuinam, ſiue eſſentiam Dei, vt eſt à parte rei, eſſe formaliter omnia attributa potius: quàm illa includere eſſentialiter, tum quia cum nulla ſit diſtinctio incluſi, & includentis, nulla à parte rei dicenda erit incluſio: tum etiam quando aliquid dicitur eſſentialiter includi, illud, eſſentialiter, ſumitur, vt præciſum, & diſtinctum ab eo, quod includitur perſonaliter, vel per modum attributi, ſeu proprietatis: at à parte rei in diuinis nulla eſt diſtinctio inter eſſentiam, ſeu naturam diuinam, & perſonalitates, vel attributa, concludendum eſt igitur attributa omnia diuina, & inter ſe, & cum eſſentia eſſe eamdem rem, eamdemque formalitatem, & omninò eſſe ipſam eſſentiam, & naturam rei.

9 Adducitur auctoritate ſacr. Script. ad figurandã rẽ propoſitam.

Hæc autem omnia, & pręter hęc, diſcrimen, inter humanas virtutes, & diuinas, ampliſſimis viuiſque figuris in ſacris literis repræſentantur, pręſertim in Throno Dei, cuius apparatus, & Maieſtas, multis in locis fuerunt deſcripta Iſaiæ 6. Daniel 7. Apoc. 4. & in Throno Salomonis tertio Reg. 10. qui, quod eius fieri potuit, Dei ſublime ſolium, maieſtatemque referebat. Et quãuis de quatuor Cherubinorum, vel quatuor animalium quadriformiũ ſignificatione, ingens, & nunquam hactenus ſedata diſcrepatio, & diſſenſio extiterit, nos illa quatuor Cardinales virtutes, ſedenti in Throno, aliaſque regenti neceſſarias ſignificare, cũ Ambroſ. lib. 3. Virgin. ſentimus. Quamquàm ſingulas ſingulis reſpondere aliter, ac ille, libeat explicare. 6
Prudentiam cenſeo, ſiue ſapientiam, ſiue prouidẽtiam; quæ omnes Cognatæ ſunt, reſpondere Aquilæ, quæ eſt celſiſſimi volatus, eſt etiam ex Ariſtot. 9. de Hiſtor. Animal. cap. 1. volucris ingenioſiſſima, & ſingulari docilitate prædita, atque mirabilia ingenij, documenta in vænando, prædãdo, incubando, excludẽdo, educando pullos, renouandaque iuuẽtute præbet. Iuſtitiam verò, ſiue ſanctitatem, & omnis Religionis cultum, reſpondere Boui, aut Vitulo, cui primus in Religione, & Sacrificijs locus eſt, præſertim apud Egyptios, propter ſuum illũ Apin, aut Serapim celeberrimum, de quo Herodotus Aelianus in Hiſtor. lib. 20. fortitudinem, & inuictum robur, quod maximè ad executionem, & defenſionem iuſtitiæ pertinet, Leoni reſpõdere quadrupedum fortiſſimo, ex cuius oſſibus percuſſis, quaſi ex ſilice, ignis excutitur, Auctore Ariſtot. 2. de part. Animal. c. 9. Vis præterea illi ſumma in pectore, vt ait Plin. & magnos animos fronte quadrata, & cauda indicare ſcribit Solinus. Tãdem temperantiam, cum qua coniuncta eſt clementia, beneficentia; humanitas, hominis ſpecie repræſentari, ac nulla maior ad clementiam admonitio, quàm vt meminerit Rex hominem eſſe, atque hominibus imperare, & conſiderare, vt

Iſai. 6. Daniel. 7. Apocal. 4. 3. Reg. 10.

Ambroſ. Ariſtot. Plinius. Solinus.

Apoſt.

Galat.6. Apoſt.ait Galat.6. *ſe ipſum*. Quare
Philip. elegãter dicebat Philipp.Rex apud
Rom.6. Stobæum ſerm.48. Oportere me-
7 miniſſe Regẽ, quod homo exiſtens, poteſtatem adeptus ſit diuinam, vt res honeſtas, & diuinas inſtituat, ſermone autẽ humano vtatur: quare humanum, apud Paul.ad Rom.6. eſt aliquid lene, & temperatum, nõ ſupra vires hominis imbecilles: hęc de Throno Dei, ac Regijs, ac Principibus virtutibus, ipſis animalium notis figuratis Salomonis autem Thronus, qui Dei ſolium, & maieſtatem in terris referebat, duobus animalibus, ex illis quatuor diuini Throni erat ornatus; habebat enim duos Leones iuxta manus, aut brachia Throni. Addunt verò Septuaginta *ex poſteriori parte Bouis effigiem legentes, prominentia vitulorum ipſi Throno ex poſterioribus eius*. Cũ autem, qui ſederet in Throno eſſet purus homo, nulla alia hominis facie opus erat, quæ indicaret ea quę per hanc notam figurantur: nulla item in Throno Salomonis Aquila; cum enim hæc Symbolus eſſet, Sapientiæ, ſatis fuit ſedentem in Throno, atque diſputantem de rebus diuinis, & humanis palam docere, & audiri ab hominibus, apertaque Sapientiæ documenta tum ſuis, tum exteris præbuiſſe, ſicut & lenitatis, atque eximię pulchritudinis humana ſpecie, per quam; vt Ie-
Eccleſ. 47. ſus Sydracides dixit, Eccleſiaſt.47. *Dilectus fuit in pace ſua* ergò tantum erant affigenda, & adhibenda Throno Salomonis bina alia Symbola fortitudinis, atque iuſtitiæ; vel ſanctitatis: nimirum bini anteriores Leones, bini poſteriores vituli. Sed
8 ad rem noſtram, non modo hęc animalia non oportuit alata eſſe; quemadmodum illa Dei; quippe non erant Salomonis virtutes diuinæ, aut cæleſtes, conſtantes, & immutabiles, ſed humanæ, & inconſtantiæ, atque mutationi obnoxiæ. Sed quod ad propoſitam difficultatem explicandam caput eſt, neque ſinguli leunculi, aut viruli erant quadriformes, ſicut quadriformia erant ſingula animalia in Throno Dei; nam diuinæ virtutes, atque attributa ita peculiaribus nominibus; peculiaribuſque rationibus, & formis diſtinguntur, vt tamen re ipſa minimè ſeparentur inter ſe; ſingula enim attributa multiformia ſunt, ideſt iuſtitia eadem ipſa eſt Clemẽtia, fortitudo, Sapientia, ſanctitas, in fortitudine item tres aliæ, atque cęteræ virtutes omnes, & in omnibus ſingulis omnes ſimul. Oportet itaque animalium Throni gloriæ Dei ſingula multiformia eſſe; non item virtutes humanas, quæ ſingulæ ita ab alijs ſeparantur, vt ſuis anguſtis limitibus atq; terminis cœrcitę, neque iuſtitia ſit miſericordia, neque fortitudo, ſanctitas, aut Religio. Itaque Salomonicus Leo tantum Leo eſt, non vitulus; at diuinus, & Leo ſimul eſt, & Vitulus, idemque Aquila, & Homo, & ſingula animalia ſimul omnia. Huc etiam facere videntur verba illa 9
Ierem.25. *facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ Columbæ, & à facie furoris Domini* quæ connexio vnius cum altero? Columba enim miſericordiæ, & manſuetudinis eſt Symbolus, furor autem ad iuſtitiam, & iram pertinet; nec ad quãcumque ſed ad pergrandem, & immenſam, verum reſpondetur diuinam Columbam eſſe multiformẽ; ſimulque eſſe Leonem, Tigrim, fe- 6
rociſſimaque animalia, tantamque eſſe entitatem diuinorum attributorum, vel ex eo; conſtare poteſt quod Columba ſit Tigris, in diuiniſque ſint vnum, quæ in humanis ſunt contraria, nullaque ratione connectuntur. Confirmaturque magis alia lectione, vt animad-

F uertit

Nicol. de Lyra.

uertit Nicolaus de Lyra ex raſa loco enim horum verborum *A facie iræ Columbæ* alia habet litera *A facie iræ vinoſæ* ideſt à facie vindictæ Dei inebriantis, occaſionemque præbuit huius diuerſitatis dictio Hebraica hic poſita, ſcilicet *Iona* æquiuoca vox tum Columbam, tum vinoſitatem ſignificans. Item loco ſubſequentium verborum *A facie iræ furoris Domini* habetur in Hebræo *A facie iræ furoris ſui* referunturque ad eumdem, de quo dictum fuerat *A facie iræ Columbæ* quę omnia nō vacant Myſterio, vt dum de diuinis attributis agitur, apponatur illa particula *Iona* quæ Columbam ſonat, & vinoſitatem, inebriati furorem, & manſuetudinem; ſic enim facilè intelligimus in Deo Columbam non ſolum Columbam eſſe, ſed etiam Tigrim, infeſtaque animalia; miſericordiamque eius, ac clementiā eſſe etiam formaliter iram, & iuſtitiam. Idque demonſtratur tam mira illa cōnexione *Iræ Columbæ* quaſi dicat irę māſuetę, irę tranquillæ ſuper quæ verba Greg.

Gregor.

Quia in Deo nulla furoris inæqualitas reperitur, furorem Domini iram Columbæ nominauit; vt enim vim diuinæ diſtrictionis imperturbabilem demonſtraret, & iram dixit, & Columbæ: quaſi dicat: diſtrictum iudicium inconcuſſus exerit, qui permanens māſuetus, punit: vnde & in extremo iudicio in ſemetipſo incommutabilis manens, nulla viciſſitudine, ac mutabilitate variatur; Sed tamen electis, & reprobis nequaquam ſub ſpecie eiuſdem immutabilitatis oſtenditur, quia & tranquillus iuſtis, & iratus apparebit iniuſtis, teſte etenim conſcientia, intra ſemetipſos defecerunt, ſed non æqualiter modificantur, quia iuſtis, cum benignum oſtendit, ante acta iuſtitia, illis terribilem culpa. Hæc ille. Deus igitur quamuis iuſtis, & iniuſtis ſub diuerſa ſpecie in extremo Iudicio appareat, idem tamen in ſe ipſo ſemper manet; cum & eius tranquillitas ira ſit, & ira tranquillitas maxima.

Attributa igitur diuina, & inter ſe, & cum natura diuina vnam à parte rei eſse. entitatem, & formalitatem, & conſequenter omnia eſſe diuinam eſſentiam, & rationibus, & auctoritatibus ſacræ Scripturæ huc uſque eſt ſufficienter probatū. Quod ſi Theologi ſentiunt Attributa diuina, quæ tum inter ſe, tum 10
cum eſsentia ſunt à parte rei vna ſimplex res, vnaq; formalitas, comparatione intellectus Viatoris, qui ea appręhendit ita diſtingui ratione, vt diſtinctio non ſolùm ſit in cōceptibus formalibus, quibus appręhenduntur, ſed etiam in cōceptibus obiectiuis, per comparationē tamen ad formales, per quos percipiuntur. Quare diſtinctum conceptum obiectiuum docent eſse Deum, vt habet rationem Sapientiæ, per comparationem ad cōceptum, quem de diuina Sapientia format Viator à ſe ipſo, vt habet rationem iuſtitiæ, miſericordiæ, &c. diſtinctum, inquam, non re, neque ratione formali, quaſi in Deo alia res, aut alia ratio formalis ſit ſapientia à iuſtitia, miſericordia, aut à quouis alio Attributo. Sed ratione, facta collatione ad diſtinctos conceptus formales, quos Viator effingit: quibus quo ad ea, quæ in ſe ipſo Deus formaliter compręhēdit; inadęquatè repręſentatur. Totum hoc in Scriptura eleganter figuratur, in duobus præſertim locis, quorum prior eſt Cantic. 2. *Columba mea in foraminibus petræ.* Poſterior verò

Cant. 2.

Pſal. 39. *Statuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos;* Per petrā, Chriſti ſignificari diuinitatem plura teſtantur ſacræ Scripturæ loca, vt illud 2. Reg. 22. *Dominus petra mea, & robur meum,* vbi legitur

Pſal. 39.

2. Reg. 22.

Iehouah,

Iehouah, ideſt Deus, qui in eſſentia diuina eſt in tribus ſuppoſitis, ipſe
Pſal. 30. eſt petra mea, & robur; & Pſal. 30. loco illorum verborum. *Eſto mihi in Deum protectorem*, in Hebræo legitur *in petram*, ſiuè *rupem fortitudinis*, & quod in verſu ſequenti ſubiungitur. *Quoniam fortitudo mea*, reperitur dictum in eadem lingua. *Quoniam ſaxum meum*, ſed nota Myſte-
21 rium. Hanc petrã, diuinitatis ſymbolum, in ſe ipſa integerrimam, abſque vllo prorſus foraminem, cum excisis foraminibus quãdoque deſcribi in ſacris literis, quandoque verò ſicuti eſt, Integram, & intactã; nam cum inuitatur Anima ad diuinitatis contemplationem, vt in illo
Cantic. loco Cantic. *Columba mea in foraminibus petræ*, quam intellectu potiſſimum fieri certiſſimum eſt, conceptibus ſuis formalibus inadęquatè illam appręhendentibus, veluti ſcalpello, quædam in illa quaſi foramina excidit. Nam cum per cognitionem res trahamus ad nos ipſos, & res cognita dicatur eſſe in cognoſcente, cumque vas exiguum noſtri intellectus non poſſit immenſam, & infinitam entitatem diuinam ſimul capere ſicuti eſt, erit Sapientia diuina in ordine ad illum veluti quoddam foramen à miſericordia, & Iuſtitia diſtinctum, pluraque Attributa diuina, plura petræ foramina, dum conſiderare poſſumus plures diſtinctas rationes in ipſis conceptibus obiectiuis Attributorum, non ſecundum ſuam naturam conſideratis, ſed vt cõceptibus noſtris formalibus inadęquatè repręſentatis. At cum de affectibus agitur hominis, qui pedum nomine deſignari ſolent, quibuſque extra nos trahimur ad rem, ſicuti eſt, benè dicitur ab Pſalmiſta, *Statuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos*, nulla foraminum facta mentione, quia cum vna ſimplex ſit diuinitas à parte rei abſque vllius diſtinctionis reſpectu, optimè per vnam, & integerrimam petram ſignificatur.

Attributa Diuina non ſunt de eſſentia naturæ Diuinæ. Cap. 3.

CVm iam ſatis probatũ ſit Attributa diuina à parte rei eſſe eandem entitatem, & formalitatem diuinam videndum nunc eſt, an ſint de eius eſſentia; ita vt non modo inter ipſa, & deitatem in re nulla ſit diſtinctio, ſed etiam vt nõ poſſit intelligi illa natura plenè conſtituta, præciſis Attributis. 1

In qua difficultate ſentiendum cenſeo Attribûta diuina non eſſe de eſsẽtia diuinæ naturæ, licet enim entitas diuina, vt eſt à parte rei vnica, & ſimpliciſſima ratio ſit quicquid eſt; in ea tamen cum fundamento in re intellectus noſter concipit, & diſtinguit aliquas perfectiones, quæ ſunt per modum naturæ; aliquas verò per modum perfectionum, & proprietatum: priores non ſupponunt alias, quin potius ſunt radix, & fundamentum cæterarum; poſteriores verò naturam veluti conſtitutam ſectantur; cæterum naturam ipſam non explicant. Sic Athanaſ. Epiſt. de decret. Synod. Nycen. diſtinguit inter ſubſtantiam Dei, & ea, quæ ſunt circa ſubſtantiam. Sic Damaſc. lib. 1. de fid. c. 4. *Quæcumque de Deo*, inquit, *per affirmationem dicimus, non ipſius naturam, ſed circa ipſius naturam ſunt, oſtendunt, ſiuè bonum, ſiuè iuſtum, ſiuè quodcumque dicere libeat, non Dei naturam, ſed quæ naturæ inſunt exponis*; & cap. 12. de iiſdem Attributis ait, Non quid ſubſtantiæ ratione ſit ſignificare, ſed quidpiam eorum, quæ naturam aſſectantur. Et paulò poſt, *Bonum, iuſtum, & ſan-* 2 Auctoritates Patrum quę explicant noſtrã concluſionem. 3 Athanaſ. Damaſcen.

ctum, cæteraq; huius generis; naturam illa quidem comitantur, cæterum naturam ipſam non explicant. Eodemq; modo, quo de Attributis Dei loquutus eſt Superioribus locis, loquitur cap. 13. de rationibus Dei notionalibus, vt omnibus innoteſcat qua ratione iſtæ proprietates non pertinent ad formalem diuinę naturæ rationem, eadem nec pręfata Attributa. Sic, quem imitatus eſt Damaſcenus, loquutus fuiſſe videtur inter Patres Gregor. Nazianz. Orat. in ſanctam Natiuitatē, quæ eſt 38. & orat. 2. in Paſch. quæ eſt 42., dum in Deo, quem pelagū diuinæ eſſentię vocat, diſtinguit eā, quæ circa ipſum ſunt, & quæ in ipſo: Verùm ſi attente legatur, teſte etiam ſuo expoſitore Niceta, per ea quæ in ipſo ſunt, quæ pertinent ad eſſentiam: per illa autem, quæ ſunt circa ipſum, Dei effecta intellexit, ſubdit tamen in illis locis, vbi talem affert diſtinctionem. *Quid enim ſit illa natura ſimplex exquiramus, neque enim ſimplicitas illi natura eſt*, vbi Nicetas ſic explicat ſimplicitas nequaquam Dei natura eſt, ſed aliud eſt natura diuina, aliud ſimplicitas, quę circa naturam conſideratur.

Greg. Naz.

4 Probatur hoc ipſum auctoritate Scholaſticorum, qui dicunt quaſdā perfectiones in Deo conſtituere diuinam naturam, & eſſentiā, vt fundamentum aliarum quaſi ſecundarum, & conſequentium. Ita Altiſiod. lib. 1. Summ. cap. 3. q. vlt. Alēſ. 1. par. q. 51. membr. 1. Albeſt. 1. ſentēt. diſt. 2. art. 19. latè Henriq. 1. par. Summ. art. 27. q. Ad primum; & artic. 32. qui eſt de proprietatibus diuinæ eſſentiæ, q. 1. præſertim ad 3. & q. 4. ad primum; & art. 33. q. 2. ad medium, quibus in locis oſtendit ipſam eſſentiam eſſe veluti fundamentum, in quo fundantur, & radicantur formales rationes attributorum. Idem docet Capreol. in 1. diſt. 8. quæſt. 4. art. 1. ex doctrina D. Tho. vbi etiam attributa vocat perfectiones ſecundarias. Tandem probatur hoc ratione, quia licet entitas diuina, vt eſt in ſe, & à parte rei ſit vnicè, & ſimpliciſſimè omnis perfectio, ex eius tamē infinita oritur perfectione, vt vnica in ſe exiſtens, excellētiori modo præſtet, quod in nobis multæ rationes diſtinctæ ſcilicet naturæ, ſubſiſtentiæ, & proprietatum; hinc eſt, vt præſtet fundamentū intellectui imperfecto, vt ſuo modo concipiendi cum fundamento in re in ea appręhendat, & diſtinguat quadam perfectiones quaſi primas, & fundamētales, conſtituentes ipſam, vt natura diuina eſt, vt ſic illam concipere poſſit tanquam fundamentum aliarum perfectionum, quæ ipſam ex proprio conceptu ſupponunt, & comitantur, quę quaſi perfectiones ſecundarię concipiuntur, & ad modum proprietatum, vt ex communi conceptione Doctorum oſtendi, & aperte colligitur ex varijs propoſitionibus, quæ formaliter verificantur de eſſentia, non autem, vt huiuſmodi de attributis, vt eſſe in Patre principium quò, generationis, & in filio generationis terminū formalem, aliæque poſſent afferri de quibus infra. Verum quia omnia, quæ pertinent ad intellectum diuinum ſunt de conſtituentibus naturam, cum ipſa ſit eſſentialiter vita intellectiua, non per modum principij radicalis, ſed vt eſt vita, & intellectio actualis, vt infra videbimus, noſtrum erit probare quæ pertinēt ad voluntatem eſſe perfectiones ſecūdarias, attributaque quæ ex proprio conceptu ſupponunt, & comitantur naturam. Quod ſi idipſum probetur de voluntate, formaliùs, nec verboſè attingemus propoſitum.

Altiſiod. Alenſ. Albert. Henriq. Capreol. 5

Voluntas non eſt de eſſentia diuinæ naturæ. Cap. 4.

1 VOluntatem diuinam non eſſe de eſſentia diuinæ naturæ, probatur, & rationibus, & auctoritatibus. Prima igitur ratio ſit huiuſmodi. Conſtitutiuum Dei, & naturæ diuinæ eſt intellectiuum, ſeu actualis intellectio per eſſentiam; ſed voluntas, quæ ſe habet in diuinis per modum actualis volitionis non eſt talis, ergo. Maior clara, magiſque conſtabit infra, cũ de vita intellectiua Dei: minor probatur; quod enim ſupponit intellectionem, non eſt intellectiuum, ſeu intellectio per eſſentiam; ſed potius tale dicitur per aliud; id autem repugnat ei, quod tale eſt, & dicitur per eſſentiam; ſed volitio ſupponit etiam in diuinis intellectione; in Deo enim eſt amor, ſeu appetitio intellectiua; hæc autem eſt illa quæ fertur in obiectum cognitum ab intellectu, cum ſit de eius intrinſeca ratione ſupponere talem cognitionem, ita enim definitur; nec eſt id tantum de ratione amoris creati, ſed de ratione amoris intellectualis, vt abſtrahit à creato, & increato; nec de potentia abſoluta fieri poſſet, vt volitio feratur in incognitum, ergo conuenit amori diuino: imo non ſupponere, eſſet maxima imperfectio; nam ferretur in obiectum cęco modo; non autem ita ſe habet, quia ſemper fertur in obiectum ſibi per intellectionem propoſitum, & ita dicitur ſupponere intellectionem ſibi proponentem obiectum. Secunda: quicquid concipimus Methaphyſicè pertinere ad diuinæ naturæ conſtitutionem, vel per modum generis concipimus, vel per modum differentię, etiam ſi in Deo propriè nec genus ſit, nec differentia; ſed ſecundùm quamdam ſimilitudinẽ, vt in ſimili docet D. Tho. de pot. quæſt. 10. artic. 1. ad 13. ex Damaſc. lib. 3. de fid. cap. 4. Sed volitio non poteſt concipi ad modum generis, cum poſterior ſit intellectione; amari enim non poteſt niſi præcognitum, at genus, vel quod per modum generis concipitur, vt prius cõcipi debet; nec per modum differentiæ; tum quia intellectio nõ latius patet quàm volitio; tum etiã quia in gradu intellectiuo hæc ſe habet, vt participatio illius; & illam veluti conſequens. Tum tandem, quia intellectio, teſte Ariſt. 12. Methaph. text. 39. ex proprio conceptu eſt perfectior. Nec dici poteſt intellectione, & amore conſtare quaſi vltimam differẽtiam; quia, vt patet ex methaphyſicis, ratio, quæ ſe habet, vt differentia, debet eſſe cõceptus ſimpliciter ſimplex; at volitio, vt oſtendi, neceſſario ſupponit intellectionem, vt priorem, rationeque ratiocinata ab ea diſtinguitur, ſi ergo vtraque conſtare non poteſt vna ſimplex differentia, dubitandum non eſt, intellectioni potius conuenire hanc rationem, quàm volitioni, cum illa ſit prior in gradu intellectuali, fundamẽtum volitionis, ac per eſſentiam intellectualis; hæc verò poſterior, præcedentem ſupponens, intellectualiſque per participationem, & per aliud. Et explicatur hoc magis; nam per id primo vnumquodque conſtituitur, per quod primo diſtinguitur à quocunque alio, ſed poſito intellectiuo per modum actualis intellectionis, præſcindendo à volitione, Deus primo diſtinguitur à quocunque alio, ergo. Præterea conſtitutiuum non poteſt conſtituere id, cuius eſt conſtitutiuum dependenter à ſuo poſteriori; ſed intellectiuum, vt eſt intellectio, eſt conſtitutiuum Dei, ergo nõ 2

Thom. Damaſcen. Ariſt.

poteſt id dependenter habere à volitiuo, vt eſt volitio, quæ eſt quid poſterius, non enim poteſt concipi niſi poſt intellectionem, ergò niſi adueniens naturæ diuinæ conſtitutæ, ergo non conſtituit. Tertia principium formale quo, generandi, eſt eſſentia diuina, vltimò conſtituta, & tamen, vt eſt intellectio, non vt eſt volitio, ſicut ſpirandi, vt eſt volitio, non vt eſt intellectio; ergo volitio non pertinet ad conſtitutiuum deitatis, & eſſentiæ diuinæ.

3 Probatur idipsũ auctoritatibus, & primum ex Iuſtino lib. Chriſtianarum quæſtionũ ad Græcos, q.3. in refutatione reſponſionis Græcorum, qui inter cætera ex profeſſo probat aliam eſſe eſſentiam Dei, aliam voluntatem non numero, ait, ſed ratione, & paulò poſt. *Eſt quidem*, ait, *Dei eſſentia ineſt verò eſſentia voluntas* ergo ſi ſecundum rationem voluntas concipitur in eſſe eſſentiæ, non igitur pertinet ad primam eius conſtitutionem, ſed ſecundum rationem illam ſupponit, & infra *ſi voluntas Dei ex eſſentia eſt, eſſentia non ex voluntate, alia certè eſſentia Dei, alia voluntas* ſubditque eſſentiam Dei eſſe, voluntatem verò illi adeſſe; atque ita non eſſe idem, non enim ait id quod ſit, & id quod adſit idem. Tandem varijs rationibus probat voluntatem eſſe quid veluti conſequens ipſam eſſentiam, nec omninò idem cum ipſa.

Iuſtin. Auctoritater Patrum quibus cõfirmatur noſtras eſſent.

4 Confirmatur deindè hæc veritas auctoritate Ariſt. & D. Tho. qui ſimul conueniunt intellectum in nobis per ſe, & eſſentialiter eſſe rationalem; voluntatem verò non niſi per participationem, & quatenus à ratione dirigi poteſt, & illi nata eſt obedire. Ita Ariſt. in Aethyc. lib. 1. cap. vlt. & D. Tho. 1. 2. q. 56. art. 6. ad 2. & q. 59. art. 4. ad 2. & q. 61. art. 2. in c. & ad 2. & 2. 2. q. 58. artic. 4. ad 3. & 3. par. q. 18. art. 2. & eſt communis ſententia Theologorum, & Philoſophorũ. Ex quo principio colligitur, in Deo, in quo propter infinitam eius perfectionẽ non reperitur in gradu intellectuali ratio potentiæ intellectiuæ, & volitiuæ, vt latius explicabimus infra, intellectionem, per eſſentiam eſſe intellectualem, volitionem vero nõ niſi quaſi per participationem, quatenus apta eſt ſequi intellectionem, & ab ea dirigi. Hinc ſequitur volitionem ipſam non ſpectare per ſe primo ad conſtitutionem naturę diuinæ in gradu intellectuali, cum ea ſe ſupponat intellectionẽ priorem in illo gradu; ſolum igitur ſpectare poteſt ad ſecũdas perfectiones per modum affectionis, & Attributi ipſius naturæ, vltimo per intellectionẽ conſtitutæ in gradu intellectuali. Accedit etiam, quod D. Tho. illud axioma, volitionem ferri non non poſſe in rem incognitam, neceſſarioq; ſupponere præuiam cognitionem obiecti, in quod ferri debet, etiam in diuinis firmum eſſe, & ſtabile ſæpè oſtendit, vt 1. par. q. 27. art. 3. ad 3. & q. 36. art. 2. & 4. contra gent. cap. 24. Ex quo principio colligit S. Doctor Ordinem inter proceſſionem Verbi, & Spiritus ſancti, *ſicut enim Amor*, inquit, *ſupponit intellectionem: ita proceſſio Spiritus ſancti ſupponit proceſſionem Verbi*. Sic autem explicata hæc veri- 5
tas nõ parum confert ad explicandum diſcrimen inter vtramq; proceſſionẽ in diuinis; cur ſcilicet vna dicatur generatio; altera ſpiratio; quod quidem ſatis controuerſum eſt in materia de Trinitate; & ad aſſignandum vnum Attributum tãquam rationẽ alterius; adeò vt hæc cauſalis vera cenſeatur. Quia Deus intellectualis eſt, ſeu intelligit, ideò amat; in vnaquaque autem natura illud cenſetur maximè eſſentiale,

quod

Ariſtot.

quod eſt veluti primum, ante quod non intelligitur talis natura in ſuo particulari eſſe conſtituta, & quod eſt veluti radix, aut ratio cæterorum.

Rationes quę poſſunt adduci in oppoſitum, non difficile ſoluuntur. Cap. 5.

1 Prima ratio.

His ita conſtitutis, non difficile ſoluuntur rationes, quæ in contrarium afferri ſolent: quarum prima illa ſit, Deus ex vi ſui eſſe neceſſarij ex ſe ipſo eſt ens eſſentialiter ſummè perfectum, ergo præciſè conceptum hoc ens, ſecundum id, quod eſt de eius eſſentia, includit omnem perfectionem poſſibilem, ergo Attributa, quæ ſignificãt has perfectiones ſimpliciter ſimplices, ita in Deo continentur, vt ſint de eius eſſentia. Verùm ad hoc dicitur ens ſimpliciter infinitum, & ſummè ſimplex, identificare realiter, & formaliter, formalitate rei quicquid eſt in ipſo; non autem ſequitur illam rationem obiectiuam eſſentiæ, quæ reſpondet conceptui noſtro formali, dum eſſentiam nominamus, & concipimus, includere formaliter illa Attributa, quæ ex intrinſeca ſua ratione ſupponunt iã eſſentiã conſtitutam; id enim quod eſt prius ſecundum ſuam rationem, non poteſt includere vt huiuſmodi id, quod eſt poſterius, ſic enim vnũ non eſſet prius, nec alterum poſterius, ſi de ratione vnius eſſet alterũ, & ſic ſoluitur etiam illa cõfirmatio, quæ fieri ſolet. Hę perfectiones ſimpliciter ſimplices, vt huiuſmodi, nõ ſunt prius in Deo eminenter, quàm formaliter, quia nullam includunt imperfectionem, vel rationem, quã abſtrahere ab eis oporteat, vt in eſſentiali Dei ratione contineantur; Nec poteſt altior, vel eminẽtior eſſe modus cõtinendi has perfectiones, quàm formalis, ergo cum in prima, & eſſentiali ratione Dei neceſſario ſint continendæ; quia alias non eſſet illa ratio ſimpliciter infinita; efficitur, vt in ea formaliter contineantur, ergo ſimiliter firmandum eſt eſſe de eius eſſentia. Ad hanc confirmationem negatur aſſumptum, & ad probationem dicimus, quod licet nullam dicant imperfectionem, ex ratione tamen intrinſeca dicunt formalitatem, ſupponentem naturã conſtitutam, & ſic incompoſſibilẽ in illo priori formaliter cum ratione obiectiua eſſentiæ.

2 Altera ratio.

Altera ratio, Iſta Attributa non ſunt aliquid accidentale in Deo, ſed ſubſtantiale; & pertinent ad illud eſſe diuinum ſubſtantiale, ergo non concipiuntur aduenire naturę ſubſtantiali iam cõſtitutæ. Reſpondetur attributa quidem diuina eſſe ſubſtantialia, quemadmodum inquit D. Thom. 1. par. quæſt. 37. art. 1. ad 2. de amore diuino: quia verè ſubſiſtunt. (Thom.) Et ratio eſt, quia cum attributa diuina exiſtant exiſtentia diuina, quæ eſſentialiter eſt à ſe, & proinde illimitata in ratione exiſtentiæ, & ratione per ſe exiſtẽdi, erunt per ſe exiſtentia, exiſtentia quidem abſoluta, & eſſentiali, & ita ex proprio conceptu ſubſtantialia. Et quamuis noſtro modo concipiendi cum fundamento in re ſint extra formalem, & eſſentialem conſtitutionem naturæ diuinæ; non ſunt tamen extra ſubſtãtialem eius conſtitutionem, & conſummationem, ſpectantem ad ſubſtantialem eius infinitatem in tota ratione entis ſubſtãtialis abſoluti: ſicut enim in homine Phyſicè cõſiderato, pręter partes, quæ ſunt de ſubſtantia eius Phyſica, vt caput &c. ſunt alię, ſine quibus Phyſica hominis natura, conſiſtere poteſt, vt pedes, ma-

gitized by

nus &c. quæ etiam ſi non ſpectent ad eius compoſitionẽ Phyſicè eſſentialem, ſpectant tamen ad eius ſubſtantialem perfectionem,& cõſummationem, nec vllo modo accidentales dici poſſunt. Sic in compoſitione Methaphyſica concipimus aliquas rationes, quæ etiam ſi non pertineant ad compoſitionem eſſentialem per modum generis, & differentiæ, ſunt tamen ſubſtantiales rationes ſpectantes ad eſſentiæ ſubſtantialis cõſummationem: huiuſmodi ſunt appetitiuum in animalibus,& volitiuum in naturis intellectualibus, cum enim animalia per ſenſitiuum tanquam per eſſentialem differentiam conſtituantur, & diſtinguãtur eſſentialiter ab omnibus alijs: per appetitiuum ſolum poſſunt ſubſtantialiter perfici, vt habeant principium appetendi bonum ſibi conueniens, ſimiliter etiã de volitiuo dicendum eſt,cum ſupponat intellectiuum tanquam differentiam ſubſtantialem, per quam ſufficienter diſtinguntur naturæ intellectuales à non intellectualibus, ac proinde ſolum pertinere poteſt ad cõſummationem ſubſtantialem tanquam principium quò, naturæ intellectualis, in bonum ſibi conueniens inclinetur. Optimè igitur D. Thom. nunquam appetitiuum, vel volitiuum ponit tanquam gradum diſtinctum à gradu intellectiuo,vel ſenſitiuo,ſed tanquam illud conſequens, vt patet ex diuerſis ipſius locis 1.par.quæſt.19.art.1.& quæſt.76.art.3. & 80. artic.1. & 4. contr. Gent. cap.19. in quorum compluribus etiam probat in omnibus habentibus cognitionem eſſe appetitum, non quia ſpectat ad gradum eſſentialem,ſed vt tendant in bonum non habitum, & quieſcant in bono iam comparato.

Ex quo patet in *Deo* intellectualem naturam habere amorem, vt Deus in ſua infinita bonitate per intellectionem cognita, quieſcat; amor igitur ille ſpectabit ad ſubſtãtialem naturæ diuinæ conſummationem per modum affectionis, & attributi, non quia ſit ratio accidentalis,vt in nobis affectio,& proprietas propter limitatam naturæ creatæ perfectionem, quæ per rationes accidentales perficitur; ſed quia illa ratio ſubſtantialis amoris, & aliæ, quæ propriè dicuntur attributa, ſupponunt priores perfectiones, conſtituentes diuinam naturam, & ideo dicuntur eſſe extra illam tanquam ſecundarię perfectiones, & attributa, ſubſtantialia tamen; eſſentia enim diuina propter ſuam infinitam perfectionem, nullam rationem ſibi identificat, quæ non ſit eo ipſo ſubſtantialis, debet enim exiſtere, quatenus diuina, exiſtentia à ſe, quæ eſt ratio per ſe, ſubſtantialiterque exiſtendi. Et cõfirmatur nam ſpiratio actiua, etiam ſi concipiatur, vt ſupponens Perſonas conſtitutas Patris, ac Filij, non eſt tamen illis accidẽtalis, ſed ſubſtantialis conſummatio eorum, vt ſunt principium Spiritus ſancti, ergo etiam ſi amor, & alia attributa concipiantur ſupponere naturã diuinam eſſentialiter, & formaliter conſtitutam,non ideo appræhendi debent, vt rationes accidentales, ſed vt ſubſtantiales perfectiones. Denique in hoc omnes cõueniunt, etiam qui dicunt attributa formaliter à natura diuina diſtingui, vt Scot. & qui eum ſequuntur.

3 Tertia ratio illa natura in creatis, quæ eſt intellectualis, vt radix intellectionis, ſunt tertia ratio eſſentialiter hoc habet: ita etiam vt ſit radix volitionis, quia per eamdem indiuiſibilẽ differentiã vtrumque habet, ſed denominatur ab intellectione, quia illa eſt prior operatio; ergo illa natura, quæ eſt a- *Tertia ratio.*

ctua-

actualiſſimè intellectualis tanquam ipſamet intellectio ſubſtantialis, æquè eſſentialiter eſt volens, tanquam ipſamet ſubſtantialis volitio, patet conſequentia, quia quicquid perfectionis conuenit eſſentialiter naturæ creatæ, vt intellectuali radicaliter, conuenit altiori modo, & actualiſſimè naturę intellectuali per eſſentiam, ergo ſicut illa eſſentialiter eſt radix volendi: ita hæc eſſentialiter eſt ipſa volitio. Reſpondetur primo negando antecedens, imò potius retorqueri poſſet argumentum; nam cum in Angelis, & hominibus negari non poſſit ſaltem ratione ratiocinata, intellectiuum ſubſtantiale diſtingui à volitiuo; cum illud ſit proxima radix potentiæ intellectiuę, hoc verò volitiuæ, quæ realiter diſtinguntur; vel ſaltem, iuxta omnium ſententiam, intellectiuum ſit proximum principium intellectionis, & volitiuum volitionis, quæ ſecundùm omnes realiter diſtinguntur: aperte ſequitur, differentiam, quà primo, & eſſentialiter naturę intellectuales differunt à non intellectualibus, eſſe intellectiuum ſubſtantiale; quia eſt prius ſecundum rationem ratiocinatam, & veluti fundamentum volitiui, per ſe, & eſſentialiter intellectuale, cum volitiuum ſolùm tale ſit per participationem, vt ſupra oſtẽdi; cum enim differentia eſſentialis ſit conceptus ſimplex, nec poſſit includere vtramque rationem; differunt enim ſaltem ratione ratiocinata, apertè fit priorem cõceptum intellectiui, eſſe differentiæ eſſentialis; alium verò volitiui, cum priorem ſupponat, ſolum ſpectare ad conſummationem ſubſtantialẽ modo explicato. Præterea ſi per impoſſibile nec Angelus, nec homo eſſet volitiuus, per intellectiuum ſufficienter diſtinguerentur naturæ intellectuales à non intellectualibus, & definitio hominis, quæ eſt animal rationale, hoc apertè ſupponit, cum in eius differentia eſſentiali nulla fiat mentio volitiui quoniam quaſi virtute, & radicaliter in rationali includitur. Deinde reſpondetur negãdo conſeqentiã, licet enim in nobis, per impoſſibile, ex intellectiuo, & volitiuo conſtaret vna eſſentia, ex intellectione tamen, & amore nullo modo conſtare poſſet, quoniam amor ex ſua intrinſeca ratione ſupponit intellectionem, ſibi proponentem obiectum. Quod ſi vrgeas, adducendo aliqua loca D. Thom. 1. par. q. 20. artic. 3. ad 2. & quæſt. 54. artic. 2. & quæſt. 59. art. 2. & quæſt. 61. art. 2. ad 1. & q. 14. art. 4. in initio quibus eodem modo videtur loqui de intelligere, & velle Dei, actumque voluntatis affirmat eſſe Dei eſſentiam, ſicut, & intelligere. Reſpondetur D. Thom. præfatis locis loqui identicè; quemadmodum ipſemet ſe explicat 1. par. q. 19. art. 1. & art. 7. ad 1. & 4. contr. Gent. cap. 19. At intelligere eſſe ipſam eſſentiam Dei formaliter ex ſententia eiuſdem S. Doctoris latiùs explicaturi ſumus, cum de differẽtia inter proceſſionem verbi, & Spiritus ſancti. Cum verò ait amorem dici eſſentialem, vel quid ſimile, ſolùm intendit non dici notionalem, ſed ſecundum rationem abſolutam, & communem, quæ a ſcholaſticis vocatur eſſentialis, non quia pertineat ad formalem, & eſſentialem naturæ diuinæ conſtitutionem. Thom.

Quarta ratio ſumi poteſt ex Damaſceno 1. de fid. cap. 4. qui inter alia. Attributa, quæ ait eſſe circa naturam Dei, numerat ſicut iuſtitiam; ita & ſapientiam, ergo ſicut dicimus nos ſapientiam, quæ eſt ipſa intellectio diuina, quamuis dicitur attributum pertinere ad conſtitutionem diuinæ naturę, ita affirman- Damaſcen.

mandum eſſet de iuſtitia, quæ includitur in amore. Verùm ſatisfaciemus huic obiectioni cum de ſcientia Dei in prima excellentia differatur igitur in illum locum.

An diuina natura ſit de eſſentia omnium, & ſingulorum attributorum. Cap. 6.

a SVnt qui exiſtimant affirmantem ſententiam illis rationibus maniſeſte demonſtrari; nam bonitas Dei e. g. eſſentialiter eſt actus increatus, quia non eſt creatura, ergo eſſentialiter eſt Deus, ergo includit in ſuo eſſentiali conceptu eſſentiam diuinam. Maior patet; quia cum bonitatem, vel iuſtitiam cum diuinitate comparamus, non agimus de ipſis in communi, & analogicè ſumptis, vt abſtrahunt à creatis, & increatis, hoc enim modo non habet locum quæſtio; nam eo ipſo, quòd abſtrahunt, euidens eſt non includi in huiuſmodi conceptibus eſſentiam Dei; agimus ergo de bonitate, & iuſtitia, & cæteris attributis increatis, ergo ſunt actus increati, & quaſi formæ ſubſiſtentes increatæ; vnde neceſſe eſt, vt ſint eſſentialiter increatæ; tum quia in illis conceptibus nihil volumus eſſētialiter includi, niſi quod eſt eſſentiale talibus attributis, ergo ſi includitur, quòd ſint increata, profectò eſſentialiter includitur: tū etiam, quia ſi ſunt ens increatum, ſunt ſuum eſſe actualis exiſtentiæ, ergo habent illud ex vi ſuæ eſſentiæ, quia non aliunde habent; iam ergo probatur prima conſequētia, quia nihil eſſe poteſt eſſentialiter ens actu, niſi quòd eſſentialiter eſt Deus; quod enim eſt eſſentialiter ens actu, eſt ſuum eſſe per eſſentiam, quod eſt proprium Dei. Secunda verò conſequentia per ſe nota eſt. Præterea attributa ſunt formaliter ens non finitum, ſed infinitum; ac proinde ipſa eſſentia diuina; eſſe enim ens infinitum, proprium tantum eſt Dei. Verum decidenda eſt omnis hæc controuerſia; adhibita illa diſtinctione de duplici acceptione eſſentiæ diuinæ; 2 Duplex acceptio eſſentia Diuina. vel ſcilicet, vt eſt ratio eſſendi à ſe; vel vt accipitur pro natura diuina, ex rationibus ſibi eſſentialibus cōſtituta; quatenus eſt fundamentum, & veluti radix omnium attributorum, perſonalitatum, & principium operationum; nam quemadmodū eſſentia dupliciter ſumi poteſt; vel vt eſt abſtractum entis, & vt ſignificat rationem eſſendi, vt docet D. Thom. Thom. Opuſc. de ente cap. 1. & 1. par. quæſt. 39. artic. 2. ad 3. & in 1. diſt. 27. art. 1. quæſt. 1. & quæſt. 5. de Pot. art. 4. ad 3. & Damaſc. 1. de Damaſcen. fid. cap. 8. 10. 15. 19. & alibi, vel pro natura, quæ eſt ipſa eſſentia, quatenus eſt principium proprietatum, & operationum, vt idem D. Thom. eod. cap. 1. de ente. & d. quæſt. 39. art. 2. ad 3. Ita etiam eſſentia diuina poteſt accipi, vel pro ratione propria eſſendi ipſius Dei, quæ eſt ratio eſſendi, ſeu exiſtendi à ſe; hoc eſt non exiſtendi ab alio tanquam à cauſa, ad differentiam modi, quo creaturæ ſunt à Deo, quæ ſunt ab alio tanquam à cauſa; eſſe autem ab alio tanquam à cauſa, eſſe ab illo natura diſtincto importat, & totum eſſe communicante, & ita videtur ſumpſiſſe D. Auguſt. lib. 2. de Trin. Auguſt. cap. vlt. & 12. de Ciuit. Dei cap. 16. & alij Patres de quibus in quęſt. 13. D. Thom. art. 11. vbi probatur nomen Dei *qui eſt* cuius abſtractum eſt eſſentia diuina hoc modo ſumpta; eſſe maximè proprium Dei, quod benè exponit ibi Caietanus Caiet. circa

circa ſolutionem ad primum ſecũdùm rationem quaſi genericã Dei, quoniam eſſentia, vt huiuſmodi explicite ſolum ſignificat rationẽ ipſam eſſendi. Vel poteſt ſumi pro natura diuina, vltimò, vt ita dicam; conſtituta, quatenus eſt fundamẽtum, & veluti radix omnium attributorum; perſonalitatum, & principium, operationum: ſi priori modo ſumatur dicimus illam de cõceptu eſſe eſſentiali. Attributorum, non autem ſi ſumatur poſteriori modo; hæc autem omnia latiùs nos explicauimus in illa quæſtione. An relationes diuinæ in ſuo formali conceptu includant ipſam eſſentiam.

An Deus ſit infinitus, & quomodo poſsit probari?

OPVSC. VIII.

Cap. I.

Ariſt. 3 QVamuis finitum, & infinitum, teſte Ariſtotele, propriè dicantur de quantitate molis, tranſlati tamen ſunt huiuſmodi termini ad ſignificandam quantitatem, ſeu gradum perfectionis, quomodo dixit Auguſtinus 6. de Trinit. cap. 8. in his, quæ nõ mole magna ſunt, hoc eſt maius eſſe, quod eſt meliùs eſſe, propriè enim nos dicimus illud eſſe finitum, cui in quantitate talis eſt præfixus terminus, vt vltra non extendatur; & inter finitas quãtitates intelligimus vnam eſſe alia maiorem, quia vlteriorem terminum attingit; cui autẽ nulli præſcribuntur limites, illud in tali genere infinitum dicimus. Hac igitur analogia vtẽtes, ad declarandam perfectionem entitatiuam, & actiuam virtutem rerum, illa entia vocamus finita, quæ per quoſdam proprios perfectionis gradus ita intra illam terminantur, vt ab alijs præſcindant, eaſque nullo modo in ſe contineant nec formaliter, nec virtute; & hoc pacto omnia entia creata limitata vocamus, & finitas inter ea autem illud, quod plurium particeps eſt perfectionum, maius alio dicimus: At verò in quo tota perfectio poſſibilis in latitudine entis aliquo modo continetur, vel formaliter, vel eminenter, illud vocamus ſimpliciter infinitum non quantitate molis, ſed excellentia perfectionis, & virtute pariter agẽdi; hæc enim duo ſe ſe inuicem conſequuntur; à priori enim probatur infinitas virtutis infinitate perfectionis, & eſſentiæ; quemadmodum è conuerſo hæc ex illa infertur argumento à poſteriori.

Auguſt.

His ita conſtitutis, Deum vtroque nomine eſſe infinitum, docet fides ſic illud Pſal. 144. *Magnitudinis eius non eſt finis*, quod ob incomprehenſibilem eius eſſentiam, & potentiã expoſitores intelligunt dictum, quemadmodum, & verba illa Baruch 3. *Magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus*, definitum hoc eſt in Concil. Lateran. ſub Innocentio III. in cap. firmiter, de Summ. Trinit. conſtat ex Sanctis Patribus Dionyſ. Areopag. cap. 9. de diuin. nominib. Gregor. Nazianz. orat 38. & Auguſt. de cognit. verit. cap. 7. dicente neceſſarium eſſe dari aliquod ens de quo, quaſi de fonte cuncta profluunt, ideoque oportere, vt in illo cuncta contineantur; atque adeo vt nõ hanc tantum, vel illam: ſed omnem ſine termino habeat perfectionem: vnde eſt etiam illud eiuſdem 8. de Trinit. cap. 3. *Bonum hoc, & bonum illud: tolle hoc, & illud, & vide ipſum bonum, ſi potes, & Deum videbis non alio bono bonum, ſed bonum omnis boni.* Multa alia poſſunt adduci tum

Pſal. 144. Baruch. 3. Cõcil. Lat. Dionyſ. Areopag. Gregor. Nazianz. Auguſtin.

Deus infinitas iuxtà duplicẽ infinitatis acceptionẽ.

ex

ex Patribus, tum ex Philoſophis excerpta; ſed videamus quomodo hoc Dei infinitas rationibus poſſit demonſtrari.

Probatur à poſteriori. Cap. 2.

1 Ex creatione ꝑbatur Deum eſſe infinitum. QVod ſi via, quam dicunt à poſteriori, eundum eſt, certa, & germana, qua id cōſequi poſſumus, videtur eſſe ipſa creatio. Et quidem tum ſi ſpectemus modum agendi; tum etiam latitudinem entis creabilis, modus agendi ex nihilo, reddet hoc firmū, vt animaduertit D. Tho. 1. par. q. 45. art. 5. ad tertium, & primo contr. gent. cap. 43. ex eo enim colligit potentiam infinitam agentis, & ſubindè eſſentiā; nam virtus infinita eſſe nequit niſi ab eſſentia infinita. Prima autem conſequentia eo videtur niti, quia quò agēs poteſt producere aliquid ex potentia paſſiua, magis diſtante ab actu, eò eſt maioris potētiæ actiuæ, & iuxta proportionē exceſſus, diſtantiæ talis ad diſtātiam ab actu, requiritur proportio exceſſus, potentiæ actiuæ, ad potentiam actiuā; ſed ſi creſcat in infinitum diſtantia ab actu, in aliqua potentia paſſiua, propter ſuperadditam reſiſtentiam, ſemper manebit magis diſtans ab actu, quod producitur ex nihilo, eo quod producatur nulla re præſuppoſita, in qua eſſet in potentia, & de cuius potentia educeretur, ergo ad producendum ex nihilo opus eſt potētia infinita; ſi igitur Deus produxit per creationem aliquid ex nihilo, habet potentiam infinitam. Et confirmatur, nam vniuerſa natura, licèt in ea ſint agentia nobiliſſima, quæ producunt res multò maioris perfectionis, quam ſit materia prima, eā tamen producere nequit, quòd aliundè non eſt, niſi quia materia non poteſt niſi ex nihilo produci, ad quod tamen neceſſaria eſt virtus infinita nō qualiſcunque, ſed ea, quæ ad nullum genus entis ſit limitata; quæque ſit prima ſimpliciter cauſa totius eſse, vt ex mox dicendis magis conſtabit.

Thom.

1 Obiectio. Dices non rectè ex hoc diſcurſu inferri, fore necesſariam virtutem ſimpliciter infinitam, ſed illam tantum, quæ ſit alterius ordinis. Et declaratur magis, nam cum infertur ad producendum aliquid ex nihilo maiorem requiri virtutē &c. illud, ex nihilo, non deſignat aliquam potentiam paſſiuam, remotiſſimam ab actu, ſeu valdè indiſpoſitam, ſed potius carentiam omnis potentiæ paſſiuæ, ergo nō poteſt concludi, quod potentia productiua ex nihilo ſit maior, vel infinita per augmentum, vt ita dicam, potentiæ eductiuæ, ſed ſolùm quod potentia ſic actiua, ſcilicet ex nihilo, ſit alterius; & ſuperioris ordinis, omni potentia tātùm eductiua, etiamſi potens ſit ad educendam formam ex quacunque potentia reali, quę ſit remotiſſima.

Solutio. Verùm cum à Deo factæ ſint tot ſubſtantiæ tam perfectæ, nullaque earū acceperit virtutem ad creandum, vel minimam rem, & quæ eſt propè nihil, ſignum eſt id ſolum prouenire ex limitatione omnium harū creaturarum, quantumuis perfectarum, indeq; etiam conijci, cuius neceſſariò eſse debet potentia creatiua non eſse alium niſi ipſius eſse per eſsētiam; nam inter participata entia; non poteſt nouus ordo, ſeu nouus gradus reperiri, præter eos, qui facti ſunt, cum ergo ſupputando concluditur potentiam creatiuam debere eſse alterius ordinis, habetur eſse infinitum; nam ille ordo nō eſt alius, niſi in quo eſt ipſum eſse per eſsentiam. Et hoc ſignificauit Athanaſ. ſerm. 3. contra Arianos, cum dixit: *Adminiſtrare creaturarum,*

Athanaſ.

rium, atque ſeruorum eſt; condere autem atque creare, ſolius Dei, & Verbi eius, ac Sapientiæ. Declararique hoc amplius poteſt; nam ipſe modus efficientiæ per creationem indicat ſummam quandam efficaciã, & independentiam in Creatore; quia cum ad agendum nullam ſupponat potentiam realem extra ſe, ſed tantùm requirat potentiã obiectiuam, ſeu poſſibilem per nõ repugnantiam, ſumma indicatur vis eius potentiæ actiuæ; & ideo fortaſſe dixit Cyrill. lib. 2. contra Iulianum, *efficaciter poſſe operari, vt Creatorem, & producere res, quæ aliquando non erant, eſſe vnum ex ijs, quę propria ſunt ſolius, & omnium Summa ſubſtantia*, & idem ſuper ea verba Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: inquit, *Si roges vnde nam, ex quaue regione homo venit in mundum? reſpondebimus ex regione quadam venit, quæ appellatum nihil, paupere, deſerta, ignobili, inculta, ſterili, miſera, rebus omnibus egente, in qua neque animal vllum, neque vermiculus, neque arbor, neque ſeges, neque herba vlla gignitur: hæc hominis Regio; hæc patria ex ea in hunc mundum iter eſt longiſſimum. quid longiſſimum dixi? Iter eſt infinitum non Equus, non non Rheda, non Currus, non Nauis, non vis aliqua finita ex hac regione hominem in hunc mundum adducere potuit: quomodo ergo venit in hunc mundum? nullis circumſcripta terminis, Dei potentia illum adduxit: quod ſi eadem potentia in mundo, potenti compręhenſum manu, non retineat, mox in patriã ſuã fugiet, & reuertetur, mox in nihilum diſſoluetur*. Vide igitur modum efficientiæ per creationem indicare ſummam quandam efficaciam, & independentiam in operãte. Accedit, quòd cum creatio ſit prima omnium actionum, per quam communicari poteſt eſſe participatum, hoc ſenſu videtur primo, tẽdere ad producendum ens totum in quantum ens; vnde ſatisfit veriſimile, hanc actionem talem eſſe, vt natura ſua eſſentialiter poſtulet manare ab ipſo eſſe per eſſentiam; ideoque non poſſe dari entitatem participatam, quę vim habeat ad talem actionem. Contra hanc rationem ſumptam ex modo agendi ex nihilo, ita propoſitam, & ita roboratam, non militant obiectionis, Scot. quas inuenies apud Ferrarienſ. primo contra gent. 43. & apud Caiet. 1. par. q. 45. art. 5. ad tertium.

Adducuntur Patres ad idem cõfirmandum.

Cyrillus.

Ferrar.

Caiet.

3 Huic autem modo agendi ex nihilo illud eſt neceſſario connexum; latitudinem, ſcilicet rei creabilis in infinitum extendi poſſe, & augeri in perfectione; quo virtus infinita, pariterq; infinita eſſentia creantis maximè elucet; nam ſi ad productionem non indiguit vel aliqua materia, quæ actioni eius ſupponeretur, vel aliqua adiuuante cauſa, ſed ſola ſua potentia totum perfecit, ſupponendo ex parte effectuum, quod eis non repugnat eſſe, ergo ſignum eſt eadem poteſtate, & facilitate potuiſſe Deũ facere omne id, quod non repugnauerit eſſe; atque adeo quicquid creabile eſt. Et explicatur magis, nã cum in creatione ex nihilo producatur id, quod neque in ſe, neque in alio præſupponit rationẽ entis participati, ergo ſignum eſt hoc eſſe obiectum adęquatum illius potentiæ, & conſequẽter virtutem illam extendi ad omne id, quod poteſt eſſe particeps rationis entis, hoc autem eſt omne creabile: ſi autem Dei potentia ad omne huiuſmodi extenditur, ergo ſimpliciter eſt infinita: quamuis enim non poſſit creare rem ſimpliciter infinitam, ſibique æqualem (cum id apertam inuoluat repugnantiam) poteſt tamen entia in infinitum perfectiora, quæ magis, ac magis participent eius perfectionem, ergo neceſſe eſt

Roboratur eadem ſententia.

G vt

vt in cauſa ſupponatur infinita virtus; tum quia eſt cauſa Superior, & excedens in perfectione totũ ſuum obiectum; tum etiam quia ſi eſſet finita non poſſet vltra aliquem certum terminum in actione ſua progredi. Si autem ex creatione non
4 tantùm ob modum agendi ex nihilo, ſed ob latitudinem etiã rei creabilis, poteſtas Dei infinita optimè infertur, eſſẽtia quoque talis colligitur, cum hæc ſe inuicem conſequantur. Audi Paulum Apoſtolum ad Rom. 1. optimè ita philoſophantem. *Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & Diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles &c.* ideſt vt exponit Tertull. lib. de Anima cap. 8. & Auguſt. ſerm. 143. Ab exordio ipſo, quando mundum creauit, per ea, quæ ſunt facta, non inuiſibilia Dei ſolùm, vt eſſe Sapientem, iuſtum, prudentem, & cætera huiuſmodi, ſed eius ſempiternam virtutem, ideſt infinitam potentiam, & diuinitatem, ideſt eſſentiam, & ſubſtantiam tali conſonam virtuti conſpici. Sed ponderandum eſt illud verbum *intellecta* quo ſignificat opus eſſe diſcurſu, illatione, ac collatione, vt per opera ſenſibilia, quæ facta ſunt, ad inuiſibilium Dei aſcendamus cognitionem. Hoc pacto fecit Deus hæc omnia viſibilia, non quocumque modo, ſed per creationem, nulla ſuppoſita materia, nulloq; indigens ſubiecto, ergo ſi nullum præerat eſſe, per ſe illud fuit productũ à Deo, ergo poteſt eius potentia producere omne, quod non repugnat eſſe, atque adeò quicquid eſt creabile, ergo virtus eius talia potens, eſt infinita; Nam cum creabile in infinitum extendi poſſit, & augeri in perfectione, niſi poteſtas eius eſſet infinita, certi limites ei præfigerentur in actione, quos non poſſet præterire: quod ſi hæc infinita, pariter & eſſentia; nam virtus infinita eſſe nequit niſi ab eſſentia infinita.

Rom. 1.

Adducũtur Scripturæ ſacræ quæ teſtãtur eãdem veritatem.

Ita ergo intellecta inuiſibilia per ea, quæ ſunt facta, inquit Paulus, 5
conſpiciuntur, infinita quoque virtus eius, & diuinitas. quod & Salomon aſſeruit illis verbis Sapiẽt. 13. *A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter*, ſeu *per analogiam*, ita enim habet Græcus textus, *poterat horum Creator videri*, & paulò ſuperius *vani autem ſunt omnes homines in quibus nõ ſubeſt ſcientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui eſt, neque operibus attendẽtes agnouerunt quis eſſet Artifex*, vbi repræhenduntur homines, qui per ſe, ac ſpõtè abripiuntur in varios alios errores, quando Dei ſcientia ſunt deſtituti, vaniquè efficiuntur, ac ſuo fruſtrantur fine, cum ignorant Deum, cuius cognitio, finis illorum eſt: hãc autem potuiſſe conſequi, inquit Sapiens, per ea, quæ videntur bona. Et conſidera myſterium, hoc illis tribui notæ, 6
quod per ea, quæ ſunt facta, non intellexerunt eum, qui eſt, ideſt qui abſolutè, & ſimpliciter eſt, nullos limites includens eſſe, illum qui de ſe ipſo teſtatus eſt Exod. 3. *Ego ſum qui ſum*, vnde Tetragrammaton nomen ſumptum putatur, quod proprium eſt Dei: nam per hæc ſenſibilia, quæ ſunt facta, nõ ſolùm eorum Artifex cognoſci poteſt, ſed ſi accedat diſcurſus, & collatio intellectus; ſuperiùs explicata, ille Artifex, cuius eſſe ſit incircumſcriptum, & illimitatum, omne complectens eſſe.

Sap. 13.

Exod. 3.

Verùm pulcherrimè, huius Theologię fundamenta iecit Dauid Propheta, qui illius tam profundæ admirationis Pſal. 8. *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra*: reddens cauſam, inquit, *Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper Cœlos*, vbi per

Pſal. 8.

nomen

nomen vt doctè animaduertit Gerebrardus ex dictione Hebræa, quæ tàm latè patet, nonnulli intelligunt virtutem, & Dei poteſtatem: hanc inquit Dauid, eſse admirabilem, omnem excedentem captum creati intellectus: quare? *quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper Cælos*, hoc eſt, vt exponit D. Tho. eleuata eſt magnificentia tua, ideſt laus, vel virtus tua, qua potes facere magna, *Super Cælos*, improportionabiliter excedens facultatem Cœlorū, ſi enim harum duarum rerum faciamus cōparationem, inquit Propheta, iuxta tanti Doctoris ſententiam, Cœlorum ſcilicet inter omnia corpora, facilè habētium Principatum, & virtutis diuinæ; qua ſunt effecti, intelligemus hanc tam longè eſse Superiorem, vt nulla inter hæc duo ſeruari poſſit proportio, ergo poteſtas hæc diuina ita ſuperat creatam omnem intelligentiam, vt nūquam ſatis poſſit admirari, quod propriū earum rerū eſt, quæ nullis clauduntur finibus. Confirmantur hæc omnia verbis ſequentibus; perſeuerās enim Dauid in magis explicanda ſuę admirationis cauſa, inquit, *Quoniam videbo Cælos tuos, opera digitorum tuorum*, in quæ Euſebius ita ſcripſit, *Quamuis magna ſint ſecundum ſe Cælum, & ſydera, noui tamen, quod exigua ſint maximè, & minima operum tuorum opera. Si quidem ſunt digitorum tuorum, non manuum, neq; alicuius magnæ potentiæ; tanquam ſi quis ea diceret extremorum digitorum, ſic tropicè dij vires nominat, quibus ſenſilia, & viſibilia condidit:* Hæc Euſeb. eum ſequuntur, non nominantes, Sanctus Chryſoſt. & Euthym. *vt magis* inquiunt, *appareat Conditor, qui tanta, & ita immenſa corpora, tantilla diuinæ ſuæ potentiæ parte ſit fabricatus, dicit Cælos opera digitorum Dei, quia non vniuerſam quidem mouit ſuam operationem, quādo Cælos fecit. Sed quid dico totam? Sed qui ne minimam quidem*: & pulcherrimè D. Tho. in hæc eadem verba. *Quando facit quis eleuare: quod eſt graue, ſupponit humerum; ſed quando facit eleuare quod eſt leuè, ſupponit digitum, & ideo dicit Pſal. Videbo Cælos tuos, opera digitorum tuorū, quaſi Deo facere Cælos, & illos collocare in Superiori parte vniuerſi, ſit ei leuiſſimum; & ideo opera digitorum dicuntur.* Hæc D. Tho. ex quo licèt inferre, quàm grauiùs ſit Redēptionis, quàm creationis opus; nam ad illud portandum ſuppoſuit humeros. Filius Dei iuxta illud Iſaiæ 9. *Cuius imperium ſuper humerum eius*: quod ſit obiter dictum. Si igitur per creationem non ſolùm ob modum agendi ex nihilo; ſed etiam ob latitudinem rei creabilis, quæ in infinitum extendi poteſt, ſeù augeri in perfectione, infinita virtus Dei æqualiſque ei eſſentia, & cætera illius inuiſibilia conſpiciuntur, ad hanc philoſophicam Dauidem prę monſtraſſe viam, teſtantur præfata verba Pſalm.

Thom. Euſeb. Chryſoſt. Euthym. Thom. Pſal. 8. Thom. Iſai. 9.

Probatur idipſum à priori.

Cap. 3.

1 SVpereſt alia via ad eamdem veritatem demonſtrādam, quæ dicitur à priori, ſed illa videtur optima, quam D. Thom. magiſtro 1. par. quæſt. 7. art. 1. didicimus, qui eò probat Deum eſſe infinitū, quod eſt ipſum eſſe per eſſentiam in nullo receptum, ſed per ſe ſubſiſtens; quę conſequutio in eo fundari videtur, etiā ex mente tanti Doctoris; quod eſſe infinitum in eſſentia, in quadam negatione conſiſtat, quę abſolutam rei perfectionem indicat, & nullam imperfectionem. Primum autem ens hoc ipſo, quod eſt vnum ens per eſſentiam, perfectiſſimum

eſt, ergo includit etiam hanc perfectionem, quæ eſt eſſe infinitum ſimpliciter: quare idem Auctor 1. par. quæſt. 4. artic. 2. ex hoc, quod Deus eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, infert ita eſſe ſummè perfectum, vt omnem eſſendi perfectionem in ſe includat. Cuius illationis vis tum eo videtur comprobari, quod cum Deus à nullo participet eſſe; ſeu rationem entis, ſed ex ſe, & intrinſeca natura, & neceſſitate ſit id, quod eſt non poteſt in ſe habere diminutam, & ſolum quaſi ex parte rationem, & perfectionem entis; eſt ergo aliquo modo includens totum ens, totamque entis perfectionem: tum etiam illo alio quia eſſe per eſſentiam non habet vnde limitetur; eſſe autem per participationem limitari poteſt aut voluntate dantis tantam perfectionem; aut capacitate recipientis; ſiue illa capacitas intelligatur per modum paſſiuę potentiæ, ſiue tantum per modum obiectiuæ, & non repugnantiæ. In primo autem ente, quod eſt ſuum eſſe, nullum principium, aut ratio limitationis intelligi poteſt, quia ſicut nullam habet cauſam ſui eſſe, ita non poteſt in illo habere limitationem aut ex parte dantis, aut ex alio principio optimè igitur Diu.

Thom. Thom. eò quod Deus eſt ipſum eſſe per eſſentiam; non receptum, ſed per ſe ſubſiſtens, comprobat eſſe infinitum, & nos ſupra cum de eſſe

2 Dei eodem argumento vſi ſumus ad probandum eſſe diuinum eſſe illimitatum, & conſequenter infinitum; quin, & D. Paul. ad Hæbr. 1. probat diuinitatem filij infinitamque eius eſſentiam æqualem eſſe Patri,

Pſal. 101. illis verbis Pſalm. 101. *Tu autem idem ipſe es cui aliquando Angelorum*

Hebr. 1. *dixit idem ipſe es* vt in Hebręo legitur; *Tu autem ipſe es* eſt illud eſſe, quod ſimpliciter dicitur eſſe per eſſentiam, in nullo receptum, per ſe ſubſiſtens, ergo (infert Apoſtolus) Deus infinitus in eſſentia, in potentia, ſicut Pater, quemadmodum nullus eſt, nec dici poteſt Angelorum: infinitas enim hæc in nullo alio conſiſtit niſi in hoc, quod perfectio primi entis nec eſt ita pręciſa ad vnum perfectionum genus, ſicut nos in creaturis diſtingui videmus, vt illud ſolum includat, & non cætera, eo eminentiſſimo modo, qui ad ſummam perfectionem pertinere poteſt, neque etiam in ſingulis perfectionum generibus, ita eſt limitata ad certum aliquem, & definitum gradum, qui in participato ente intelligi poſſit, quin habeat perfectionem illam nobiliori, & excellentiori modo, quàm poſſit à creatura participari, etiam ſi magis, ac magis in infinitum participetur, ſed hoc totum includitur in eo, quod dicimus primum ens eſſe tale per eſſentiam, in nullo receptum, ſed per ſe ſubſiſtens, ratione cuius dicitur omnem poſſibilem perfectionum in ſe continere, ergo ex hoc capite, quod eſt ſuum eſſe per eſſentiam, tanquam à priori bene infertur infinita eius virtus, & diuinitas.

De immenſitate Dei eiuſque exiſtentia in omnibus rebus, ſeu locis.

OPVSC. IX.

Cap. 1.

CVm fides Catholica in cap. firmiter de ſumm. Trin. & fid. c firmiter
Cathol. & in Symbolo Athanaſ. docet Deum eſſe immenſum ſub illis verbis *immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus* non Athanaſ.
de immenſitate ipſius eſſe diuini ſecundum ſe, & vt negat terminum

in

in perfectione eſſentiali intelligit; nam ita infinitus dicitur, attributumque eſt ab hac immenſitate, de qua agimus, ratione diſtinctum, & tanquam quid prius hoc aliud inferens tanquam poſterius. Non de immenſitate in ordine ad intellectum, quæ proprio nomine incompræhenſibilitas appellatur. Neque in ordine ad durationem, ſic enim dicitur æternitas, ſed de immenſitate loquitur in ordine ad locum, quæ terminum negat in ſubſtantiali præſentialitate, ſeu terminum loci, perfectionemque importat, qua Deus dicitur immenſus, & inlocabilis, quam Patres, & Doctores explicãt per verbum illud, incircum-
2 ſcriptum. Sic autem declarata immenſitas diuina, eſt modus magnitudinis eius, ſeu potius magnitudo ipſa virtualis, qua Deus, quantum eſt ex parte ipſius, aptus eſt ad coexiſtendum rebus omnibus, ac locis, ſine vllo termino, non ſolùm in quantum præſentibus, ſed etiam poſſibilibus, etiam ſi in infinitum multitudine, & magnitudine augeantur, & quia omnis perfectio in Deo debet eſſe per modum actus, abſque vlla potentialitate, ideo non ſolum habet in ſubſtantia ſua aptitudinem ad hanc præſentiam, ſed ex parte ſua actu illam habet, ſemper ac neceſſario, quia hoc etiã pertinet ad immutabilitatẽ ſuam. Dico autem ſemper ex parte ſua, quia præſentia videtur dicere relationem ad rem, cui altera præſens eſſe dicitur; & talem præſentiam Deus non habet neceſſario ad rem aliam extra ſe, quia nulla alia res neceſſario eſt; ex parte ergo termini non eſt neceſſaria Deo ſemper talis præſentia; ex parte tamen fundamenti, vt ita dicam, ſemper, & neceſſario in Deo reperitur; hoc enim ad eius pertinet excellentiam, eſt enim hæc immenſitas ita conſiderata, noſtro modo intelligendi, diſpoſitio quędam, ſeu perfectio diuinæ eſſentiæ, qua conſtituitur apta, vt coexiſtat præſens omni loco, & rebus omnibus in loco exiſtentibus; cum autem loca poſſibilia in infinitum poſſint multiplicari, & augeri, & ratione huius perfectionis ſemper maneat eſſentia diuina extra quęuis locũ maiorem, ac maiorem in infinitum, non quidem incluſa, ſed nec excluſa, ab hac ratione exceſſus ſupra omnem magnitudinem, & locum, hoc attributum immenſitatis nomen accepit. Nec tamen hinc inferendum 3
eſt tribuendum eſſe diuinæ ſubſtãtiæ diſpoſitionem quamdam, ſeu modum exiſtendi, habentem actu infinitam quamdam quaſi extenſionem, quam nos per comparationem ad infinitum ſpatium imaginarium declaramus, nam propterea immenſitatem hanc quantitatem virtualem volumus appellari; quia non extendit Deum formaliter, hoc enim eſt proprium quantitatis corporeæ; ſed ita deitatem afficit, vt ſit tota in toto, & tota in qualibet parte loci; imò illam intimè pręſentem rebus omnibus conſtituit. Quantitas autem propria, ratione partium materialium, quibus diſtendit corpus, eſt in cauſa, vt illud naturaliter eſſe nequeat intimè præſens alteri corpori, & vt magis innoteſcat eminentia huius diuinæ immenſitatis, & differentia inter illam, & omnes præſentias non modo rerum corporalium, ſed etiam corporis expertium, vt ſunt creaturæ ſpirituales, non modo eſt infinita, cum cæteræ omnes ſint finitæ, ſed etiam eſt prorſus inextenſa, & indiuiſibilis; cum aliæ vel omni ratione extenſæ, & diuiſibiles, vt corporeę; vel ſaltem aliqua, vt creaturæ ſpirituales; hæ enim licet habeant indiuiſibilem præſentiam ex

Diſcrimina explicantur inter præſentiã Dei in rebus, & alias pręſẽtias nõ modo rerũ corporaliũ, ſed etiã corporis expertium.

parte ſubiecti, habent tamen in tali modo præſentiæ aliquam extenſionem, ſeu partium diſtinctionem, in ordine ad diuerſas partes loci, ſeu ſpatij, cuius ſignum eſt euidēs, quia poteſt Angelus amittere pręſentiā in ordine ad vnam partem ſpatij, & conſeruare in ordine ad aliā; ergo illæ partes præſentiæ in re ſunt diſtinctæ, aliàs non poſſet à parte rei vna deſtrui, conſeruata alia. Idē eſt dicendum de anima rationali ſuum informante corpus; licet enim modus vnionis ad totum corpus indiuiſibilis ſit ex parte ſubiecti; diuiſibilis tamen eſt in ordine ad diuerſas corporis partes; ſi enim vna pars abſcindatur v.g. manus amittit anima partialem vnionem cum illa parte materiæ, conſeruata vnione cum reliquis corporis partibus. Et idem proportionaliter eſt intelligere de præſentia locali. Non ſic autem philoſophādum eſt de immenſitate diuina, & eius præſentia, quæ eſt omninò indiuiſibilis, & inextenſa, ſiuè in ſe abſolutè concipiatur, ſiuè per comparationem ad quodcunque corpus; ſeu ſpatium extenſum. Quod quidem diſcrimen ex alio melius intelligitur; nam ſubſtātiæ aliæ immateriales, quamuis habeant totam ſubſtantiam ſuam in toto, & totam in qualibet parte, non tamen in qualibet illarū habent totam ſuam præſentiam; Anima enim rationalis eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet illius parte; non tamen cū qualibet habet totā ſuam vnionem, quod ſatis conuincit argumentum ſupra factum; ſi enim poteſt integra ſua ſubſtantia partem vnionis amittere, ſignum eſt, vbi habet totam ſuam ſubſtantiam, non ſemper habere totam ſuam præſentiam: At verò diuina ſubſtantia ita eſt tota vbicunque eſt, vt ibi etiam habeat totam ſuam præſentiam, & immenſitatem, Diuina prorſus eminentia, & perfectione digniſsimam; quę cū partiū omninò ſit expers, nō poteſt alicubi aliquid perfectionis eius exiſtere, quacunque ratione cōſideretur; quin ibi etiam tota ſit, & ideo vbicunque ſe exhibet præſentem totam immenſitatem exhibet, quod quamuis noſtram capacitatem videatur traſcendere; non tamen Deo negandum eſt. Nam ſi vix concipimus quomodo Anima noſtra ſit in toto corpore; & tota in qualibet eius parte, quomodo dubitandum eſt, quod ſuo modo commune eſt omnibus rebus ſpiritualibus, altiori ratione tribuere Deo, ac tali ſubſtantiæ infinitæ proportionata, quamuis noſtra intelligentia id conſequi non poſſimus.

Ratione huius immenſitatis quænam Deo conueniunt. Cap. 2.

Ex hoc attributo immēſitatis ſic explicato ſequitur vbiquitas Dei, ſeu Deū eſſe vbiq; & in omnibus rebus, nā præſentia ſubſtantialis ipſius in omnibus rebus, & locis realibus optimè, euidēterq; tanquam à priori, ex eius immenſitate infertur; per illam enim Deus intelligitur eſſe ita diſpoſitus, & quaſi diffuſus (vt more noſtro loquamur) ad exiſtendum per eſſentiam, ſeu ſubſtantialem præſentiam in quacunq; re, vt nihil ex parte eius ad illam deſit, ac proindè eo ipſo, quod aliquid creatur, ſeu eſt, neceſſariò eſt realiter indiſtans à ſubſtantia Dei, & ſubſtantia Dei ab ipſo; hoc autem eſt eſſe Deum in tali re per eſſentiam: vnde ſi per impoſſibile, poſſet aliqua res exiſtere, ſine Dei efficientia, nihilominus eſſet in illa per eſſentiam ſuam, eo ipſo, quòd alia res eſſet; quia non poſſet talis entitas non habere intra ſe intimè Dei entitatem: licet quod pertinet

non

non ſolum ad ſubſtantialem indiſtantiam,ſed etiam ad intimã præſentiam Dei in rebus ipſis, non videtur ſequi ex eius immenſitate præciſè ſumpta, ſed conducit ad id ſumma eius immaterialitas, & ſimplicitas; ſi enim concipiamus Angelum nullis terminis circumſcribi, poſſet Angelus dici immenſus, & habere vim coexiſtendi prǽſentialiter omnibus omninò rebus, non tamen eſſet intimè præſens ſpiritualibus, nam, vt eſt communis ſententia Theologorum in 2.diſt.8. nunc non eſt intimus animæ,aut alteri Angelo, à quo tamen eſt indiſtans ſecundum ſpatium,ergo,neq; tunc eſſet,quoniã,vt ſuppoſui, quo ad alia, præter extenſionem virtualem,non eſſet vllo modo mutãdus, ergo Deus non ratione ſuę immenſitatis ſolitariè ſumptæ; ſed quatenus eſt actus purus, licèt non in-

2 formans, ſed ſubſiſtens, ratione ſuæ immaterialitatis eminẽtiſſimæ,omnis potentiæ paſſiuæ expertis, & ſummæ ſimplicitatis, habet, vt ſit intimus rebus omnibus, etiam ſpiritualibus, quod animaduertit Albert.in primo diſt.37.art.5.& ſignificarunt Patres, dicentes Deum propter ſummam ſimplicitatem, & ſubtilitatem omnia penetrare. Ita Anaſtaſius Synaita lib. 2. de rectis fid.Cathol.dogmat. Gregor. 2.Moral.cap.8.in illud Iob.1.*Egreſſus eſt Satan à facie Domini*; & Auctor lib. de Speculo apud Auguſt. cap.32.

Albertus.

Anaſtaſius Synaita. Gregor. Papa. Iob 1. Auctor lib. de ſpeculo.

3 Licet autem Deo eſſe vbique,& in omnibus rebus conueniat ratione ſuæ immenſitatis; diſcrimen tamen maximum eſt inter hæc, non ſolum,quia vnum prius, aliud verò poſterius, ſed etiam quia hoc prædicatum eſſendi in rebus, ſeu vbique proprie, & actualiter non conuenit Deo ex neceſſitate, ſed dependenter à libertate ſua; at immenſitas omninò neceſſariò,& immutabiliter;nam ſemper Deus tam immenſus fuit ſicut nunc eſt; & licet nihil extra ſe produceret.

Diſcrimen inter immẽſitatem Dei & vbiquitatẽ ipſius.

Et vt melius hæc explicentur;illud attributum non inter ea connumerari debet, quæ Deo neceſſariò conueniunt neceſſitate abſoluta;ſed tantum conditionata; quia ſi alia res eſt, neceſſe eſt etiam, vt Deus ſit in illa, ratione ſuæ immẽſitatis;ſimpliciter autem,& abſolute dicitur liberum; at hoc abſolute neceſſarium, abſolutaque Dei perfectio, nullo modo à creatura pendens, illud non addit Deo aliquam perfectionem, vel modum realem; ſed ſolum concomitantiam quamdam alterius rei, vel aliarum rerum exiſtentiam,quę eo ipſo,quod ſunt, habent diuinam ſubſtantiam non modo ab ipſis indiſtantem, ſed illis intimè præſentem:& hoc ſignificamus cum dicimus Deum eſſe in ipſis; hoc verò eſt intrinſecus modus,& intima perfectio diuinę ſubſtantiæ; & ideo illud ex tempore, hoc vero ab æterno Deo conueniens.

Animaduertendum etiam eſt, quod cum dicimus Deum eſſe in rebus tanquam in loco, non eſt intelligendum circumſcriptiuè,quod eſt proprium corporum: non definitiuè, quod limitationem dicit, ſed eminentiori modo,quem ſignificamus, cum dicimus Deum eſſe vbique. Vndè replere locum formaliter non conuenit Deo propriè ſed Methaphoricè; nam repletio formalis propriè dicitur de rebus corporeis, quæ loci capacitatem omninò adæquant; & ideo ſecum non patiuntur ſimul aliud corpus in eodem loco;Dei autem præſentia non impedit, quo minus alia pleraque poſſint in eodem ſimul eſſe; replet autem Methaphoricè, tum quia explet capacitatem extẽ- 4

ſiuam

ſiuam cuiuſque loci, cuius omnibus, & ſingulis partibus præſens eſt; tum etiam quia replet capacitatem intenſiuam creaturæ, non quaſi formaliter; & intrinſecè illam perficiat, ſed quoniam creatura habet aptitudinem, vt coexiſtat enti perfectiſſimo, cuius præſentia, & quaſi ſocietate illuſtratur: quæ aptitudo aliarum rerum pręſentia minimè completur; omnes enim habent infinitam diſtantiam à perfectione Dei, qui eſt omnis perfectio ſimpliciter; & idcirco ſola præſentia ipſius repletur vacuitas immēſa creaturæ; & quodammodo ſatiatur eius appetitus; hoc qualicunque contactu ſummi boni: quæ omnia ex iis, quę mox ſubijcientur planiùs poterunt intelligi.

Vtrum ratione immenſitatis ſit proprium Dei eſſe vbique.

Cap. 3.

1 OMiſſis alijs rationibus, quæ à pluribus adducuntur, præcipua ratio vbiquitatis diuinæ in eo eſt poſita, vt ratione eiuſdem ſingularis, ac ſimpliciſſimæ entitatis neceſſario ſit in omnibus locis deſignabilibus interminabiliter. Ita S.Thom. in 1. ſent. diſt. 37. quæſt. 2. art. 2. & 1. par. quęſt. 8. art. 4. Aegid. in 1. diſt. 37. 2. par. 1. par. principalis quæſt. 2. Riccard. art. 1. quæſt. 3. Ocham. q. vnic. à litera E. Baſſol. quæſt. vnic. art. 2. Gabr. quæſt. vnic. art. 3. dub. 2. & Aquilan. quęſt. vnic. art. 3. Marſil. quæſt. 39. art. 1. concluſ. 4. Dico ratione eiuſdem ſingularis, ac ſimpliciſſimæ entitatis, quoniam id, quod propriè, & per ſe eſt alicubi, debet eſſe ſingulare; nam vniuerſalia per accidens, & ratione ſingularium ſunt in loco; & quamuis admiſſa, & ad actum reducta, poſſibilitate infiniti ſecundum quantitatem diſcretam, natura vniuerſalis eſſet vbique, non tamen ratione eiuſdem ſingularis entitatis, ſed ratione vnius in vno loco; ratione alterius in alio, non tamen in omnibus ratione eiuſdem. Addidi (ſimpliciſſimæ) ad declarandum modum indiuiſibiliter exiſtēdi in loco, non ratione diuerſarum partium, vt ſunt corpora, ſed ratione eiuſdem eſſentiæ ſimpliciſſimæ; quæ eſt tota in toto, & tota in quauis parte: qua ratione excluditur corpus infinitum, ſi eſſet poſſibile, à conſortio vbiquitatis diuinę; nam eſſet quidem vbique ratione diuerſarum partium, non tamen ratione eiuſdem indiuiduæ, & ſimpliciſſimæ entitatis.

Thom. Aegid. Riccard. Ocham. Baſſol. Gabriel. Aquilan. Marſil.

2 Addi etiā poteſt, ſubſtantias incorporeas non eſſe hoc modo præſentes, locis, in quibus ſunt; nam quamuis ſubſtātia ipſa ſimplex ſit, atque indiuidua, modus tamen ipſe præſentialitatis diuiſibilis eſt, & ita non eſt totus in toto, & totus in qualibet parte, quemadmodū anima rationalis, tametſi indiuiſibilis ſit; non tamen habet totam vnionem cum qualibet parte; etenim corrupta vnione ad aliquam partem, adhuc manet integra ſubſtantia animæ; & vnio ad reliquas partes: at verò eſſentia diuina ita eſt vbique, vt habeat ibidem totā ſubſtantiam pręſentiam, atque immenſitatem.

Verùm obijcies etiam hæc indiſtantia Dei ad creaturas, & præſentia concipitur à nobis, vt diuiſibilis; nam ſublata re, vel loco, cui Deus præſens erat pro aliquo tempore, iam deſinet præſentia Dei erga rem illam, vel locum, manente præſentia eiuſdem erga alias creaturas: Sed reſpondemus aliud eſſe Deum exiſtere in aliqua re, aliud 3

3 Aliud eſt exiſtere Deum in aliqua re, aliud verò exiſtere vbi res illa eſt.

exiſtere

exiſtere vbi eſt res illa: vt puta, aliud eſt Deum eſſe in Cœlo, aliud eſt eſſe vbi eſt cęlum: priùs includit denominationem extrinſecam, vel habitudinem rationis ortam ex præſentia Cœli, vt dimanantis à Deo, ex qua dimanatione, vel præſentia ſolum reſultat in Deo relatio rationis, vel denominatio extrinſeca, eſſe autem, vbi eſt Cęlum, vel quælibet alia res creata non includit denominationem extrinſecam ab illa re, ſed ſolùm id quod, eſt ex parte Dei, præſupponitur neceſſariò. Quo ſic conſtituto; adhuc eſt differētia inter præſentiam Dei, & cęterarum rerum ſpiritualium; nā anima rationalis corrupta vnione ad aliquam partem, non modo deſinit eſſe in illa, vt forma illam informans, ſed deſinit eſſe vbi erat illa. Quod magis in Angelo redditur perſpicuum; quando amittit præſentiam in ordine ad vnam partem ſpatij, & conſeruat in ordine ad alias: at Deus licet deſinat eſſe in re, in qua erat, reipſa ſublata, vnde ex hac parte præſentia eius dici poteſt diuiſibilis, nunquam tamen deſinit eſſe vbi res illa erat, quod eſt fundamentum illius præſentiæ extrinſecę, & id, quod ex parte Dei præſupponitur neceſſario, vt hoc ipſo, quod res alia ibi exiſtit, & ab eo manat, dicatur Deus exiſtere in illa: quod fundamentum inuariabile, & indiuiſibile ſemper permanet intrinſecùs in Deo exiſtens, nec poſſet denuò Deo addi ſine illius mutatione.

3 Aliud eſt exiſtere Deum in aliqua re, aliud verò exiſtere vbi res illa eſt.

Vtrum Deus dicendus ſit eſſe extra hoc vniuerſum, vel in ſpatijs imaginarijs. Cap. 4.

1 HAnc controuerſiam optimè videtur dirimere D. Bonauentura

Bonauen.

in 1. ſent. diſtinct. 37. 2. par. artic. 1. quæſt. 3. qui diſtinguit duplicem ſignificationem huius termini, extra, nam vel ſignificat ſitum, & poſitionem, vel exceſſum, & excellentiam immenſitatis reſpectu loci: priori modo negat Deum eſſe extra mundum in ſpatijs imaginarijs; poſteriori concedit. Eadem ferè diſtinctione vtitur Riccard. diſt. 37. art. 1. quæſt. 4. ait enim dupliciter intelligi poſſe eſſe extra mundum primo, vt extra mundum ponatur ſpatium, in quo Deus ſit; ſecundo vt immenſitas eius excedat mundum, nec ab eo definiatur: & priori modo negat Deum eſſe extra mundum; poſteriori verò concedit. Idē alijs verbis aſſerit Carthuſianus, à quibus ſumpſere poſtmodum recentiores aliqui. Probatur vtrumque dictum, & quod Deus non ſit extra mundum in ſpatijs imaginarijs iuxta priorem ſenſum, ſic oſtēditur: nam ſpatium nihil eſt, ſed ſolum à nobis imaginatione fingitur, & ideo ſpatium etiam imaginarium illud vocatur: ſed ſitus, & poſitio ordinem ad aliquid poſitiuum, in quo ſit, id quod eſt extra aliud dicit. Et confirmatur; nam ſicut Deus ante creationem rerum non dicitur præſens rebus poſſibilibus, quia nihil ſunt actu; ſic nec præſens illi ſpatio, cum nihil etiam ſit. Rurſus ſicut Deus ante tempus non fuit in alia duratione, quàm in æternitate ſibi propria, quia hæc fuit ab æterno, & nulla alia: eodem modo ab æterno in nullo fuit alio, quàm in ſe ipſo, quia præter ipſum ab æterno nihil fuit; ipſe autem cum ſit indiuiſibilis, nec latitudinem habeat, nec profunditatem, non dicebatur replere ſpatium, vel ſitum, aut diſtantiam habere. Accedit, quod, ſi etiā fingendi detur licentia, nulla huius ſpatij neceſſitas poteſt adduci; in naturalibus enim agentibus rectæ

Riccard.

intel-

intelligitur, quod propinquitas ad mobile poſſit eſſe neceſſaria conditio in ordine ad agendum; quia & illa propinquitas aliquid eſt reale, & præterea agens operaturum eſt ex paſſo educendo formam de potentia eius. At verò præſentia ad ſpatium imaginarium nihil reale eſſe poteſt; ſed ſolum aliquid ita imaginarium, ſicut & ipſum ſpatium; neque Deus operaturus eſt ex ſpatio educẽdo effectum de illius potentiâ.

Quomodo ſit intelligendum cũ dicimus Deum eſſe extra mundum.

2 Probatur, ſimul, & declaratur poſterius dictum; nam cum dicimus Deum eſſe extra mundum in ſpatijs imaginarijs, non eo modo id intelligimus, quaſi velimus Deum ibi eſſe cum habitudine ad rem aliam, quam contingit, vel quantitate molis, vel quantitate virtutis actiuæ, vel relatiua præſentia ſubſtantiæ ſuæ, vel quantitatis; ſed nihil aliud volumus explicare, niſi talem modum exiſtendi, ſeu talem diſpoſitionem (vt noſtro modo loquamur), ſubſtantiæ ſuæ, vt ex parte ſua ita exiſtat, vt ſine ſui mutatione poſſit intimè, & realiter eſſe in quacunque re, ſi illam velit creare; & hunc modum eſſendi habet Deus ex vi ſuæ immenſitatis; quia verò nos non poſſumus hanc veluti diſpoſitionem in ſubſtantia ſpirituali concipere niſi per ordinem ad ſpatium, eo quod Deus ex vi prædictæ diſpoſitionis ex ſe aptus eſt ad exiſtendum in quibuſcunque corporalibus ſpatijs, etiam ſi infinitum protendantur, ideo illam diuinæ ſubſtantiæ immenſitatem, & exiſtendi diſpoſitionem, per modum cuiuſdam extenſionis, & per ordinem ad corpora explicamus: & quando vel re ipſa, vel mente, realia corpora ſeparamus, neceſſariò apprehendimus veluti quoddã ſpatium aptum repleri corporibus, cui tota diuina ſubſtantia ſit præſens, & tota in toto, & tota in ſingulis eius partibus: vnde præſentia illa, licet vt concipitur, & ſignificatur per modum relationis; nihil ſit, & mera relatio rationis illud autem abſolutum, quod per hanc relationem nos volumus in diuina ſubſtãtia declarare, re vera eſt aliquid in ipſo Deo, quod immenſitatem eius appellamus: hanc vero diſpoſitionem, vel præſentiam non ita concipimus, & explicamus per ordinem ad res creabiles, vt huiuſmodi, ſicut per ordinem ad ſpatia; & ideo non dicitur Deus eſſe præſens rebus poſſibilibus ſicut ſpatijs imaginarijs, quæ ita appræhendimus, ac ſi exiſterent, non per deceptionem, quia non affirmamus ea exiſtere; ſed per ſimplicem appræhẽſionem, vt per comparationem ad ſpatia appræhenſa, illam diuinæ ſubſtantiæ immenſitatem, & exiſtendi modum declaramus.

Ita explicatum hoc dictum probatur primò; nam ſi certè Deus concluderetur hoc mundo, vt in ampliori neque actu eſſet, neque eſſe poſſet, nõ eſſet immenſus; nam ſuo modo finitis terminis clauderetur; imo non repugnat fieri creaturam ſpiritualem tam perfectam, quæ poſſit eſſe toti mundo, & cuilibet parti eius præſens; nam vnus Angelus nunc poteſt eſſe præſens v.g. toti huic Ciuitati, & poteſt alius Angelus fieri perfectior, qui maiorem impleat locum: & hoc argumento poteſt in infinitum procedi extra omnem proportionem; ergo deueniri poterit ad Angelum, qui toti huic mundo præſens eſſe poſſit; eſt ergo hæc perfectio finita, & non ſufficit ad immenſitatẽ Dei, ergo neceſſario addendum eſt, ita Deum eſſe nunc in hoc mundo, vt quantum ex parte ſua eſt, poſſit eſſe in maiori, & in pluribus rebus, & maioribus in infinitum, ergo fatendum

dum eſt potiùs nunc Deum actu eſſe extra mundum, in infinitis ſpatijs imaginarijs, modo nuper explicato.

Quomodo Corpus Chriſti ſit ſituatum in Cęlo per Aſcẽſionẽ.

4 Perſuadetur hoc ipſum efficacius illo argumento ſi Deus non eſſet extra mundum in ſpatijs imaginariis eo modo, quo diximus, verè mutaretur, ſed hoc eſt abſurdum ergo. Probatur maior multipliciter, in qua tota rationis vis videtur eſſe; primo quia per Aſcenſionem Chriſti factum eſt, vt corpus illius ſit ſupra vltimam ſphæram, ita vt pedes ſint ſupra eius conuexum; atque ita, & Corpus Chriſti (iuxta probabilem ſententiam, vel ſaltem non repugnat ita conſtitui) eſt extra totum hunc mundum, replens illud ſpatium, quod ante non replebatur corpore; ergo etiam eſt ibi præſens Deus ſecundum ſubſtantiam ſuam, ergo ab æterno erat ibi præſens, ergo eadem ratione eſt extra Cœlum in omnibus ſpatijs, quę in infinitum ibi excogitari poſſunt. Probatur penultima conſequentia, quæ argumenti robur totum in ſe continet; nam ſi antea nō eſſet ibi præſens per ſubſtantiam ſuam, non poſſet acquirere relationem illam præſentię ſine ſui mutatione; ſicut Chriſti corpus non potuit incipere eſſe ibi præſens, ſine aliqua ſui mutatione; quia antea nullo modo ibi erat actu, eſt enim, quantum ad hoc pertinet, eadem ratio; nam ſicut Corpus Chriſti nō dicitur ibi eſſe præſens per denominationem à ſubſtantia Dei; ſed per aliquod, quod in ipſo eſt quicquid illud ſit, quod nomine pręſentiæ, aut vbi ſignificatur. Ita etiam ſubſtantia Dei non dicitur eſſe ibi præſens per denominationẽ à corpore Chriſti, vt videtur per ſe euidens; nam ſi cogitatione fingamus ſubſtantiam Dei in aliquo definito loco; v.g. in primo mobili incluſum, non poſſet à Chriſti corpore extrinſecùs denominari pręsẽs ibi, vbi eſt Corpus Chriſti, ergo denominatur præſens ab aliquo, quod eſt in ipſo; non poſſet autem illud de nouo acquirere ſine ſui mutatione.

5 Nec eluditur huius rationis vis illa reſponſione, quod Deus de nouo incipit eſſe in Cœlo, & in quacunque re creata ſine ſui mutatione, non eſt par ratio, eſſe enim in Cœlo includit denominationẽ extrinſecam, vel habitudinem rationis ortam ex præſentia Cœli, vt dimanantis à Deo; ex qua dimanatione; vel præſentia ſolùm reſultat in Deo relatio rationis, vel denominatio extrinſeca; eſſe autem vbi eſt Cœlum, vel quælibet alia res creata non includit denominationem extrinſecam ab illa re, ſed ſolum quòd ex parte Dei neceſſario præſupponitur, vt hoc ipſo, quod res alia ibi exiſtit, & ab eo manat, dicatur Deus exiſtere in illa: quod fundamentum nō poteſt ad Deum accedere ſine ſui mutatione. Idque ex eo patet; nam ſi fingeremus ſubſtãtiam Dei incluſam in Cœlo Lunæ, & nunc primum crearetur Cęlum ſtellatum, non inciperet Deus ſecundum ſuam ſubſtantiam eſſe in Cœlo nuper creato, niſi prius tranſiret à ſpatio, in quo eſt Cęlum Lunæ, vſque ad illud, in quo produceretur Cœlum ſtellatum, ergo licet eſſe Dei in Cœlo ſtellato dicat denominationem extrinſecam, vel habitudinem rationis ortam ex ipſiuſmet Cœli præſentia, vt dimanantis à Deo, adhuc non poſſet Deo conuenire niſi præſupponeretur illud fundamentum ex parte Dei, vt prius intelligatur eſſe vbi creatum eſt Cœlum. Idque à ſimili poteſt fieri euidens; nam Deum coexiſtere creaturis ſub hac denominatione, poteſt denuò incipere,

quia

quia includit exiſtentiam creaturæ, & denominationem ab illa, ſeu relationem rationis ad illam. Fundamentum autem, quod ex parte Dei ſupponitur, vt neceſſario coexiſtat creaturæ hoc ipſo, quod illa exiſtit, nō poteſt tunc primum conuenire Deo, ſine ſui mutatione, cum nihil aliud ſit, quam ipſum exiſtere Dei. Probatur rurſus eadem maior; nam ſi ſupra Cœlum crearetur de nouo corpus planum, & ab Angelo moueretur ſupra vnū latus Empyrei, Deus ſucceſſiue acquireret præſentiam extrinſecam, erga Cœlum, eamque ſucceſſiuè perderet ſimul cum corpore illo; ſi ab æterno extra Cœlum non fuiſſet, & ſic mutationi eſſet obnoxius. Probatur conſequentia; nam quoties inter duos terminos reſultat noua relatio, opus eſt, vt ex parte alterius ſaltem intercedat aliqua mutatio; inter Deum autem, & partes conuexas Cœli Empyrei in tali caſu oritur noua relatio præſentiæ extrinſecæ, ergo danda eſt aliqua mutatio ſaltem ex altera parte; non ex parte Cœli, quod ſupponimus quieſcere, ergo ex parte Dei.

Dicet aliquis ſat eſſe ad impediendam rationem motus ex parte Dei, vt moueatur illud planum, cui Deus intimè præſens eſt; nam illo applicato varijs partibus Cœli, Deus manet præſens illis extrinſecùs. Verum hæc ſolutio non probatur; nam ſaltem admittit in Deo motum per accidens, quo moueretur ad motum corporis: ſimili ferè modo, quo moueretur anima illius corporis, ſi eſſet animatum: Deo autem non minus repugnat motus per accidens, quàm per ſe. Probatur præterea eadem maior illo argumento; ſi totum vniuerſum per Dei potētiam moueretur motu recto per inanem illam vaſtitatem, & Deus ſolum in ipſo vniuerſo eſſet, ſequeretur cum ipſo quoque moueri, quod eſt abſurdum, quia ſimul cum ipſo vniuerſo mutaret ſubſtantiam à punctis imaginarijs, quod ſatis eſſet, vt moueretur; vt ergo dicamus Deum ita non moueri, aſſerendum eſt Deum ſimul eſſe in tota illa vaſtitate extra Cœlum. Nec dicendum eſt totum vniuerſum ſimul motu recto moueri non poſſe, nec per potentiam diuinam; quemadmodum nonnulli recentiores reſpondent, ne cogantur concedere Deum cum vniuerſo, loco moueri: nam qua ratione id ſit impoſſibile, nullo pacto perſuaderi poteſt, idque optimè demonſtrat Vaſq. 1. par. diſp. 29. cap. 5. num. 25. & 26. Vaſq.

Quod ſi reſpondeatur Deum in eo caſu non moueri; quia extra ipſum nō poſſet eſſe corpus, vel punctum imaginatione fixum, à quo Deus diſtet, quia ſuapte natura, vbicūque figeretur punctum, Deus eſſet, nec inde diſtare poſſet, ideoque etiam ſi moueretur hoc vniuerſum ſecundùm locum, Deus nō moueretur; iam conceditur argumentū, quod contendit, Deum non eſſe incluſum huic vniuerſo, ſed eſſe extra illud in infinitis ſpatijs, eo modo, quo explicatum eſt in poſteriori dicto; alioqui figi poſſent puncta, à quibus recedere poſſet, & ſic loco moueri: quemadmodum concedunt, quod in tali caſu totum vniuerſum moueretur localiter; nā quamuis extra illud; corpus non ſit quia tamen poſſet eſſe, & punctum etiam imaginatione fixum; à quo poſſet diſtare; vtique motu recto verè diceretur moueri.

Tandem poteſt confirmari hoc poſterius dictum ratione ſumpta ex alio mūdo poſſibili; nam ſi Deus crearet alium mundum extra hunc, quæ ſua eſt potentia, ita vt non eſſent cōtigui, ſed diſiuncti, & diſtantes; tunc ergo Deus eſſet in vtroq; mundo,

Digitized by Google

mundo, ergo in ſpatio interiecto, quia non poſſunt intelligi in Deo illæ duæ præſentię in duobus mundis tanquam diſcretæ; ſi enim vnus Angelus non poteſt eſſe in duobus locis diſcretis, niſi aliquo modo ſit præſens medio ſpatio, quomodo poteſt id tribui Deo, qui eſt immenſus, omninò immutabilis, & maximè vnus, & ſimplex. Nec dicendũ eſt ſupponi id, quod eſt impoſſibile; nempè creari poſſe duos mundos diſtantes, & non per interiectũ corpus; nam ſi poteſt Deus creare duos mundos diſtantes per corpus interiectum, vt Aduerſarij concedunt; creet igitur illos Deus, & ſtatim annihilet corpus medium, immutatis manentibus duobus mundis, non enim id eſt negandum potentiæ diuinæ; manerent ergo illi mundi diſtantes ſine interiecto corpore; Poſſunt ergo eodem modo creari: & in vtroque caſu procedit argumentum. Idemq; eſſet, ſi Deus conſeruatis cęlis annihilaret totam rerum generabilium ſphærã, & elementorum, vacuò manẽte toto ſpatio medio, ergo diſtantia nõ requirit realem ſpatium interiectum, quamuis à nobis nõ intelligatur niſi per ordinem ad quantitatem, vel lineam, quæ interponitur, vel interponi poteſt; intrinſecum autem fundamentum diſtantiæ ſi per modum relationis declaretur, non eſt aliud, niſi vnum extremũ eſſe hic, & aliud ibi, circumſcriptiuè, aut definitiuè.

An Angel. poſſit eſſe in duobus locis diſcretis, & non pręſens medio ſpatio.

Conciliantur dicta Patrum, & Scholaſticorum, qui de hac tractant materia. Cap. 5.

1 ITa ſufficienter, & vt eſt à parte rei, explicata eſt his duobus dictis quæſtio hæc de exiſtentia Dei extra cœlum, & in ſpatijs imaginarijs, vt veriſimile credendum ſit, quotquot de hac pertractarunt materia, à veritate hac non receſſiſſe; quod ſi quandoque vel à ſe ipſis, vel ab alijs videntur diſſidere; nunc iuxta prioris dicti ſenſum, nũc verò iuxta poſterioris, eorum ſententiæ ſunt accipiendę, & interpretandæ: quamuis non deſint, qui breuibus vtrumque dictum, & complectantur, & explicent.

Series Patrum, qui probant prius dictũ.

Series Patrum, & Auctorum, qui probant prius dictum, hæc eſt. Tertull. lib. contr. Praxeam cap. 5. ita inquit *Ante omnia Deus erat ſolus, & ipſe ſibi & mundus, & locus, & omnia.* 2 Tertullian.

Quod ſi Deus fuiſſet in illo interuallo imaginario, licet ſolus fuiſſet locus, ſiquidem in alio eſſet tanquam in loco Auguſt. lib. de fid. contr. Manich. cap. 37. cum argueret contra Manichęos vetus teſtamentum impugnantes; quod multa in eo falſa, & inepta continerentur; contra verò, Euangelium tanquam diuinam Scripturam ſuſciperent, contendit eodem modo contra Euangelium, atque contra vetus teſtamentum argui poſſe; & proindè vtrumque eodem modo explicandum eſſe, moxque ſubiungit; *quia ſi alius ita cęcus ſit, vt reprębendere velit illud Domini, quod in Euangelio dictum eſt (Matth. 5.) non iurabis per Cælum; quoniam ſedes Dei eſt, neque per terram, quoniam ſcabellum eſt pedum eius, & hoc dicat, quod vos mira dementia dicere ſoletis vbi erat Deus antequam eſſet Cælum, & terra? &c.* Tandem poſt alia, quæ aliqui contra Euangelium poſſent obijcere, ſubdit *Nonnè ignorant, vbi caput habeant, & tamen aliquid ſibi videntur dicere*, vbi Auguſt. ſtultam eſſe dixit Manichęorum interrogationem. Vbi eſſet Deus ante Mũdi creationem, nulla ſanè alia de cauſſa, niſi August.

quia alibi, quàm in ſe ipſo eſſe non poterat. Idem in illa verba Pſal. 122. *Qui habitat in Cælo*, vt oſtendat Cęlos ſpirituales, ideſt Sanctos viros in æternum manſuros, nō autem Cœlos corporeos eſſe Dei habitaculum, ait. *Nam ſi Cælum iſtud corporeum, quòd oculis videmus, intellexerimus eſſe habitaculum Dei, tranſitura eſt habitatio Dei, quia Cælum, & terra tranſient. Deinde antequam faceret Cælum, & terram, vbi habitabat? Sed dicet aliquis antequã faceret Deus Sanctos, vbi habitabat? in ſe habitabat Deus, apud ſe habitabat, & apud ſe eſt Deus*: Ecce nullum alium locum præter ſe ipſum ante Mundi creationem Deo concedit Auguſtinus. Hoc etiam ſibi voluit Plotinus Aeneid. 6. lib. 8. cap. 16. dum inquit: *Potius dicendum, quod Deus ſit ipſum vbique, quàm quod ipſe ſit vbique.* Quo etiam modo loquitur Hugo Victorinus in ſumm. ſentēt. tract. 1. cap. 4. & nonnulli Scholaſtici, quatenus aiunt ſicut ſemper eſſe ſignificat æternitatem; ita vbique eſſe immenſitatem; non igitur mirum, ſi Deus cum non alibi, quàm in ſe ipſo ſit, vbique eſſe dicatur; quia ratione immēſitatis eſt ipſum vbique, ipſe ſibi locus adęquatus.

Pſal. 122.

Plotin.

Hugo Victor.

Series Patrum, qui confirmant poſterius dictum. Cap. 6.

1 HAec altera eſt ſeries Patrũ, & Auctorum, qui confirmant poſterius dictum Magnus Dionyſ. cap. 9. de diuin. nomin. ſic ait. *Magnus appellatur Deus iuxta propriam ipſius magnitudinem, qui magnis omnibus ſuimet conſortium tradit, & extrinſecus ſuper omnem magnitudinem funditur, & ſupra expanditur, omnem continens locum, omnem traſcēdens numerum, omnem tranſiliens infinitatem:* Loqui Dionyſium de magnitudine virtuali Dei, quæ recurrit cum immenſitate, vel ſaltem illam includit; patet ex verbis ipſis; ait. n. eam extrinſecus ſuper omnem magnitudinem fundi, & ſupra expandi, ergo cenſet à parte ſuperiore ſuperemineret, atque adeſſe conuexæ ſuperficiei Cœli Empyrei; quid enim aliud ſignificant verba illa fundi, & expandi: niſi ſubſtantia diuina adſit vndequaque præſens ex ſuperiore, atque extima parte mundi; non verò dicitur fundi, & expandi, quantumlibet in ſe ſit infinita. Hoc ipſum dilucidè declarat D. Gregor. Pap lib. 2. Moral. c. 8. in illud Iob 1. *Egreſſus eſt Sathan à facie Domini*, *quò exitur*, inquit, *ab eo qui vbique eſt? hinc namq; eſt, quod Dominus dicit, Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Hinc rurſus de eo ſcriptum eſt Cælum metitur palmo, & omnem terram pugillo concludit Sedi, quippè cui præſidet, interior, & exterior manet, Cælum palmo metiens, & terram pugillo concludens. oſtenditur, quod ipſe ſit circumquaq; cunctis rebus, quas creauit, exterior; id enim quod interius concluditur, à continente exterius continetur; per ſedem ergo, cui præſidet, intelligitur eſſe interius, ſupraque per pugillum, quo continet, exterius, ſubterque ſignatur, quia enim ipſe manet intra omnia, ipſe extra omnia, ipſe ſupra omnia, ipſe infra omnia, & ſuperior eſt per potentiam, & inferior per ſubſtentationem, exterior per magnitudinem, interior per ſubtilitatem, ſurſum regens, deorſum continens, extra circundans, interius penetrans, nec alia ex parte ſuperior, alia inferior, aut alia ex parte exterior, atq; alia manet interior, ſed vnus, idemque totus vbique præſidendo ſubſtinens, ſubſtinendo præſidens, circundando penetrans, penetrando circundans: vnde ſuperius præſidens, inde inferius ſubſiſtens, & vnde exteriùs* ambiens,

Dionyſ. Areopag.

Gregor. Papa.

ambiens, inde interius replens, ſine inquietudine ſuperiùs regens, ſine labore inferius ſubſtinens, interius ſine extenuatione penetrans, exteriùs ſine extenſione circundans, eſt itaque inferior, & ſuperior ſine loco, eſt amplior ſine latitudine, eſt ſubtilior ſine extenuatione. Hæc illæ. Sanè ea veiba, quod ipſe ſit circumquaque cunctis rebus, quas creauit, exterior; non ſolùm ſignificant Deum ratione ſuæ immenſitatis manere extra res, ſed ex omni exteriore mundi parte eſſe circumcirca præſentem; aliàs dici nequit circumcirca exterior. Iam verò illa alia verba (exterior per magnitudinem) item illa (extra circundans) & illa (exterius ambiens) idem prorſus declarant, cætera addita ſunt ad oſtendendum modum, quò Deus eſt interiùs, & exteriùs præſens nō per diuerſas partes magnitudinis, ſed vna ſimplici ratione immenſitatis, hoc enim ſignificat cum ait (exterius ſine extenſione circundans) circundare non negat, ſed non eodē modo, quo res quantæ; circundat, itaque exteriùs non propriè extenſione quantitatis, ſed virtuali immenſitatis. Similia ferè

Ezech. homil. 17. habet in Ezechiel. Homil. 17. à medio, Hylarius poſtquā retulit illud

Hylarius.

2 Iſaiæ. 40. *Qui tenet Cœlum palmo, & terram pugillo*, & rurſus illud c. 66. *Cœlum mihi Thronus eſt, terra ſcabellum pedum meorū. Concluſum*, inquit *palmo Cœlum, rurſum Deo Thronus eſt, & terra, quæ pugillo continetur, eadem & ſcabellum pedum eius eſt, ne in Throno, & ſcabello ſecundùm habitum conſidentis, protenſio ſpeciei corporeæ poſſet intelligi, cum id, quod ſibi Thronus, & ſcabellum eſt, rurſum illa ipſa infinitas, potens palmo, ac pugillo, apprehendente concluderet; ſed vt in ijs cunctis originibus creaturarū Deus intra, & extra, & ſupereminens, & internus, ideſt circumfuſus, & infuſus in omnia naſceretur, cum & palmo pugilloque continens, poteſtatem naturæ exterioris oſtenderet, ac Thronus, ac ſcabellum ſubſtrata eſſe, vt interno exteriora monſtraret, cum exteriora ſua, interior inſidens, ipſe rurſum exterior, interiora concluderet, atque ita totus ipſe intra, extraque ſe continens, neque infinitus abeſſet à cunctis, neq; cuncta ei, qui infinitus eſt non ineſſent.* Et paulò poſt, *Nullus ſine Deo, neque vllus non in Deo locus eſt, in Cœlis eſt, in inferno eſt, vltra maria eſt, ineſt interior, excedit exterior. Itaque cum habet, atque habetur, neque in aliquo ipſe, neque in omnibus eſt.* Sanè illa verba Deus intra, & extra, & ſupereminens, aliquam habitudinem Dei ad mundum ſignificant, non niſi ſecundum modum præſentiæ, ea verò talis eſt, vt verè ſit illi præſens ex parte intima, & extima; hoc autē intelligi nequit, niſi Deus verè exiſtat ſupra, & extra mūdum, & quo ad hoc habeat ſimilem habitudinem ei, quam haberet corpus de nouo conditū extra vniuerſum, quod apertè ſonant illa verba: *Ipſe rurſum exterior interiora concluderet*, indicant enim Deum noſtro intelligendi modo eſſe circumfuſum cœlis, totumq; orbem vniuerſum claudere, non quidē mole corporis, ſed propriæ ſubſtantiæ, immenſitate, ratione cuius circumfunditur Cœlo, idq; apertè ſumitur ex illis verbis *ineſt interior, excedit exterior*, quomodo enim excedit exterior, ſi extra Cœlum, & mundum nō eſt, quantalibet enim res ſecundum ſe ſit perfectior, & maior alia, & ratione ſuæ magnitudinis poſſit eſſe in alijs locis extra illam, nequaquā dicitur eſſe actu extra illam, niſi re ipſa verè extra illam exiſtat, vt patet in corpore Chriſti, exiſtente ſacramentaliter in ſpeciebus conſecratis, quibus eſt multo maius ſecūdum naturalem magnitudinem, & tamen niſi ſit extra illas ſecundū

exiſtentiam naturalem, nō verè dicitur exiſtere extra ſpecies. Similiter quantumuis Deus ſit immenſus, & maior mūdo, niſi tamen actu exiſtat ſupra, & extra mūdum, non dicitur verè eſſe extra illum.

[3] Chryſoſt. Chryſoſt. in Ioan. homil. 4. *licet Deus innumeros mundos crearet, ſine ſui mutatione ſufficientem eſſe* inquit *ad gubernandos omnes, eodem vtique modo, & cum eadem præſentia, cum qua in hoc exiſtit*: ergo loquitur de præſentia non quæ reſultaret ex creatione alterius mundi, qua diceretur in ipſo eſſe &c. Nam hæc variatur ad termini variationem, ſed de præſentia, quæ præſupponitur ex parte Dei, & quid intrinſecum in ipſo eſt, qua non dicitur eſſe in nouo mundo, ſed eſſe vbi creatus eſt nouus mundus, ergo erat extra hūc antiquum, niſi velimus ponere mutationem in Deo, per hāc enim per quam dicitur præſens huic mundo; ſi eſſet hic incluſus, non diceretur eſſe vbi producitur nouus mundus.

Athenagoras. Athenagoras in legatione pro Chriſtianis *Deus ita mundum excedit, vt impleat vndequaque quicquid ſupra ipſum eſt, nec locum vllum ſe vacuum relinquet*, Macharius. S. Macharius ſenior Aegyptius Homil. 12. *Deus* inquit *eſt vbique, & ſuper Cælos* Damaſcen. Damaſc. lib. 1. de fid. cap. 16. *Deus incircumſcriptus, cuncta replens, & ſupra omnia eminens, totus in omnibus, & totus ſuper omnia*, & rurſus c. 17. Deus vbique exiſtens, & ſuper omne vbique. Elias Cret. Helias Cretenſis in orat. primam Apologet. Nazianzeni pag. 41. *Quis neſcit Deum vbique præſentem eſſe, omnia implere, & ſupra omnia eſſe*, & idē in orat. 24. quæ eſt in Aegyptiorum Aduentum, pag. 653. *Quis locus Dei eſſe poſſit, qui cælum, & terram implet, atque vbique præſens eſt, & omnia ſuperat?* Cōcil. Eph. Cyrillus Alex. Imò Concil. Epheſ. tom. 1. cap. 6. ex ſententia Cyrill. Alexād. aſſerit naturam diuinam eſſe omni termino, & loco, etiam imaginario ſuperiorem.

Quod pertinet ad Auguſt. adducitur eius auctoritas; 11. de Ciuit. Dei cap. 5. vbi videtur Deum in infinitis ſpatijs extra mundum conſtituere. [4] Auguſt. Sed reſpondent nonnulli recentiores, Auguſtinum contra Philoſophos illos, Deum in infinitis ſpatijs imaginarijs non collocare; ſed ex eorum ſuppoſitione non potuiſſe in infinitis ſpatijs non producere infinitos mundos; ſic enim contra eos rectè colligit ſi Deus ab æterno non potuit eſſe otioſus, vt ab æterno non conderet vniuerſum, eadem ratione non potuit extra hunc mundum in infinitis ſpatijs nō producere infinitos mūdos; non dixit non potuit non exiſtere in infinitis ſpatijs imaginarijs, ſed non potuit non alios infinitos mundos extra hunc mundum producere: hoc autem rectè colligitur ſi Deus per infinita tempora non potuit ab opere vacare; at obſtant huic intelligentiæ verba illa eiuſdem. *An fortè ſubſtātiam Dei, quam nec includunt, nec determinant, nec diſtendunt loco; ſed de ea, ſicut de Deo ſentire dignum eſt, fatentur incorporea præſentia vbique totam tantis locorum extra mundum ſpatijs abſentem eſſe dicturi ſunt, & vno tantum, atque in comparatione illius infinitatis, tam exiguo loco, in quo mundus eſt, occupatam non opinor eos in hac vaniloquia progreſſuros.* Quod ſi rurſus reſpondeatur Auguſt. per hæc verba non contendere, vt ſpatia illa imaginaria ſint tanquam reale aliquid extra Deum, vbi ipſe ſit, tanquam in loco, contrarium enim teſtantur illa ipſius verba, quæ in fine capitis ſcripta reliquit *Inane eſſe cogitare extra mundum infinita loca, ſicut inane eſt ante initium huius mundi cogitare infinita tempora præceſſiſſe,*

ſed

Digitized by Google

ſed tantum velle probare Deum nõ ita eſſe in hoc mundo, vt in illo cõcludatur; ſed Deum eſſe ſupra Cœlum, ſub ea diſpoſitione, vt ex vi ipſius ſit in actu primo ad coexiſtendum cuiuis corpori, vel loco, ſi ſupra Cœlum crearetur, ſine ſui mutatione: id nos non inficiamus, ſic enim expreſsè Auguſtini auctoritas confirmat poſterius noſtrum dictum; quod ſit euidentius ex alijs ipſius locis, & auctoritatibus, is enim de cognit.ver.vit. cap.29. inquit. *Vbique ſcilicet in omnibus, & extra omnia eſt totus*, & de eſſentia Trinitatis in initio. *Extra omnia*, inquit, *eſt, ſed non excluſus, intra omnia eſt, ſed non incluſus*, & lib.de ſpecul. cap.2. cum Deo loquens *quò ergo*, inquit, *te inuoco, cum in te ſimiliter, aut vnde venis in me? quo ego recedam, quo ibo? extra Cœlum, & terram fortaſſe, vt inde veniat in me Deus meus, qui dixit Cœlum, & terrã ego impleo? capiunt ergo te Cœlum, & terra, quoniam tu imples eas; an imples, & reſtat, quod te non capiunt? & quò refundis quicquid impleto Cœlo, & terra ex te reſtat? an ne opus habes, vt à quoquam contivearis, qui contines omnia, quoniam quæ imples, continendo imples?* & lib.1. Cõfeſs. cap.2. & 3. & lib.7. cap.5. diuinam ſubſtantiam comparat mari infinito, vndique per immenſa ſpatia diffuſo, & mundum dicit eſſe veluti ſpongiam finitam in eo incluſam.

5 Bernard. ſerm.6. de dedicat. Eccleſ. inquit. *Qui vbique eſt, in Cœlis tamen eſſe dicitur, non diuerſus, ſed diuerſa diſtinguens; apud homines ergo malos eſt præſtans; atque diſſimulans, apud Electos operans, & ſeruans, apud ſuperos paſcens, & cubans, apud inferos arguens, & damnans*: Sed ſerm. de triplici cohærentia hoc poſterius dictum apertè innuit, dum ait: *Quò abijt dilectus, ex dilecto, & quæremus eum? vbi eſt? quid dixi miſer? ſed vbi non eſt? Altior eſt Cœlo, inferno profundior, nuſquam eſt, & vbique eſt, quia neque adeſt vlli, neq; vllo capitur loco*. Hæc ille. Id autem, quod dixit, *Nuſquam eſt* expoſuit illis alijs verbis, *Neque vllo capitur loco*, quoniam non ita eſt in loco, quaſi loco aliquo cõtineatur, ſed ſemper exiſtentia illius ſuperat, exceditque omnem locum, qui aſſignari valeat. Et ita etiam intelligendi ſunt Patres; quando dicunt Deum nullibi eſſe; volunt enim nullibi eſſe, vt in loco adæquato, quo circunſcribatur, vel definiatur. Confirmant idipſum omnes illi Patres, qui aiunt Deum circumcontinere, complecti, concludere, ambire circundare omnem rem, vel locum: Irenęus lib.2. aduerſ. hæreſ. cap.2. Origen. lib.7. contr. Celſum: paulò ante med. Iſidor. lib.1. ſent. de ſumm.bon. cap.2. §.3. qui ſic ait *Immenſitas diuinæ magnitudinis ita eſt, vt intelligamus eum intra omnia, ſed non incluſum, extra omnia, ſed non excluſum; & ideò interiorem, vt omnia contineat; ideò exteriorem, vt incircumſcriptæ magnitudinis ſuæ immenſitate omnia cõcludat*: Vide etiam Ambroſ. in illud ad Epheſ.3. *Vt poſſitis cõprehendere quæ ſit latitudo &c.* Hieronym. in illa verba Iob. c.11. *Excelſior Cœlo eſt*, Gregor. lib.16. Moral. c.15. in illa verba eiuſdem cap.24. *Si ad Orientem venero*, vbi ſic ait, *Incircumſcriptus ſpiritus omnia intra ſe ipſum habet; quæ tam & implendo circundat, & circundando implet*, & alios Patres, qui loquuntur in hanc ſententiam.

Bernardus. Iræneus. Origen. Iſidorus. Ambroſ. Hieron. Greg. Pap.

D. Thom. quodlib.11. q.1. art.1. fauet huic aſſertioni dicens, *quia Deus non ſolum excedit creaturas, quę ſunt, fuerunt, & erunt, ſed etiam omnes, quæ poſſunt imaginari, ergo Deus non ſolum eſt in illis, quæ ſunt, fuerunt, & erunt, ſed etiam in illis, quæ poſſunt imaginari eſſe*.

Thom.

Digitized by Google

Carthuſ. Carthuſianus in primo diſt. 37. q. 1. expreſſis verbis idipſum docet in hunc modum: *quamuis natura abhorreat vacuum, nec illud realiter ſit, tamen cum imaginatio ſit non entium, & impoſſibilium, nihil probibet etiam imaginari vacuum & nunc, & ante mundi productionem ad hunc ſenſum, quòd ſi verè extra mundum eſſet locus penitùs infinitus, ſicut imaginatio apprehendit in loco illo. Deus verè, incircumſcriptibiliter extitiſſet, & nunc tam verò, & illimitabiliter, & inextenſibiliter eſt extra hunc mundum, ac ſi extra mundum eſſet locus realiter infinitus*. Non potuit clariùs explicare modum, quo Deus verè, & illimitabiliter eſt extra mundum, quàm dicendo tàm verè eſſe extra illum, ac eſſet ſi extra mundum daretur locus realiter infinitus, qui, ſi daretur, ex omnium ſententia, Deus eſſet extra hunc mundum verè, & realiter.

Series Auctorum qui confirmant vtrumque dictum.

6 Bonauent. Riccard. Series Auctorum, qui confirmant vtrumque dictum eſt D. Bonauent. & Riccard. locis ſupr. cit. inter quos poteſt etiam numerari Carthuſianus nuper relatus, cuius verba ſi attentè conſiderentur, hunc etiam continent ſenſum; à quibus poſtmodum ſumpſere Bannes. Thom. Gregor. de Valent. Bannes 1. par. quæſt. 8. in art. 2. D. Thom. Gregor. de Valent. ead. 1. p. diſp. 1. q. 8. punct. 2. & alij recentiores etiam.

An ratione immẽſitatis Deo conueniat eſſe in rebus per eſſentiam, potentiam, & præſentiam.

Cap. 7.

Diſcrimen explicatur inter exiſtẽtiam Dei in loco, & in rebus.

DIſcrimen eſt inter exiſtẽtiam Dei in loco, & in rebus; quòd ſi per locũ intelligamus omnem partem ſpatij, non ſolum eius, quod occupat mundus, ſed etiam infiniti, quod eſt extra Cœlum, illud conſtitui poteſt, quod Deus ante omnem actionem habet eſſe vbique; ita vt ſi videremus eius ſubſtantiam oculis corporeis, illam intueremur ante omnem eius operationem infinitè diffuſam. At contra ſe res habet cum ſermo eſt de alia exiſtẽtia; prius eſt enim Deum operari ad extra, quàm eſſe in rebus creatis, illiſue eſſe præſentem; nam relatio præſentiæ Dei comparatione rerum creatarum, ſupponit earum exiſtentiam, actio autem Dei prior eſt exiſtentia illarum, vt pote per quam res creatæ accipiunt eſſe; at ſi per locum non ſpatia imaginaria intelligamus, ſed locum poſitiuum, & Phyſicum, adhuc poteſt afferri aliud diſcrimen; partim enim conueniunt hæc, partim differunt; exiſtentia ſcilicet Dei in loco, & in rebus: cõueniunt quidem in ratione fundamẽtali ex parte ipſius Dei, hoc eſt in immenſitate, atque indiſtantia; differunt verò in modo applicationis ſuæ immenſitatis, & in modo indiſtantiæ à rebus. Prior pars oſtenditur, quoniam Deus ratione ſuæ immenſitatis habet, vt coexiſtere poſſit rebus omnibus, ac locis; ratione vero indiſtantiæ, vt ſit præſens illis ſecundum ſubſtantiam. Poſterior verò patet, quoniam eſſe in rebus dicit

cit intimam, ac ſimultaneam indiſtantiam Dei à rebus; ita vt ſi Deus concipiatur extrinſecus rebus, non verè dicatur eſſe in ijs, quamuis ſit immediatus ipſis ſecundum externam ſuperficiem; eſſe verò in loco dicit exiſtentiam Dei intra locum cum ſola indiſtantia extrinſeca à ſuperficie concaua loci; ita vt ſi per impoſſibile, Deus non eſſet intimus eiuſmodi ſuperficiei, ſed tantùm circa illam, adhuc eſſet in loco. Viſum eſt igitur hucuſque quomodo conueniat Deo eſſe in loco tum poſitiuo, & Phyſico, tum etiam imaginario, ratione ſuæ immenſitatis; videndum nunc eſt, quomodo ratione eiuſdem conueniat illi eſſe in rebus.

2 Quamuis autem Deus multipliciter dicatur eſſe in rebus ratione plurimorum attributorum, vt videre eſt apud magiſtrum in 1. diſt. 37. & alios ſcholaſticos ibidem; omiſſis cæteris tres modi ſunt declarandi, quos inter alios enumerat magiſter, & alij Theologi poſt Gregor. in illa gloſ. ſuper illud Cantic. 5. *Quo abijt dilectus tuus?* ſcilicet per eſſentiam, potētiam, & præſentiam, vt deinde definiamus quo pacto conueniat Deo eſſe in rebus ratione ſuæ immenſitatis. Et quamuis non omnes conueniant in illis explicandis, ſed eſt magna ſententiarum diuerſitas circa illorum intelligentiam, omnibus alijs omiſſis, ſecundum communem, & veriorem ſententiam, quæ eſt D. Thom. 1. par. quæſt. 8. artic. 2. Caiet. & recentiorum ibidem Albert. in 1. diſtinct. 37. artic. 5. Aegid. quæſt. 2. Riccard. art. 1. quæſt. 1. Capreol. artic. 1. concluſ. 3. Gabr. quæſt. vnic. art. 1. notab. 3. ita hæc diuiſio eſt explicanda, vt eſſe in rebus per eſſentiam, ſit res eſſe in rerum natura, & Deum non diſtare ab illis ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſed illis eſſe intimè coniunctum: hoc modo rex non dicitur eſſe in toto Regno, nec in tota domo ſua, (in quibus tamen alio modo dicitur eſſe) ſed eſt in ea parte, vbi aut ſedet, aut ſtat, aut cubat, quamuis nec intimè illis rebus coniunctus, Deus autem, quæ ſua eſt immenſitas, abſque tropo, & figura Sinedoches in toto vniuerſo, & ſingulis eius partibus intimè per eſſentiam eſt. Eſſe verò per præſentiam conuenit Deo ratione ſuæ cognitionis, quatenus ea, quæ ſunt in rerum natura conſpiciuntur ab ipſo, ratione cuius conſpectionis dicuntur eſſe in conſpectu, & præſentia eius; non autem dicitur Deus præſens rebus ratione cuiuſque ſcientiæ, ſed ratione cognitionis, quæ ad res tunc temporis exiſtentes terminatur: quare ſcientia poſſibilium non ſufficit, vt Deum rebus præſentem faciat; imò neque ſufficit ſcientia futurorum, aut præteritorum, etiam ſi hæc ſcientia viſionis appelletur; hoc enim genus exiſtentiæ in rebus per præſentiam à præſentia viſus corporei translatum eſt; viſus autem non niſi rebus exiſtentibus in proſpectu, & homo ratione viſus eiſdem præſens eſſe dicitur; ita vt ratione nullius alterius ſenſus præſens eſſe dicatur: quamuis igitur omnia quæ Deus cognoſcit, latiore ſignificatione dicantur ei præſentia, nempè obiectiuè, ipſe tamen non dicitur abſolutè eſſe in rebus per præſentiam, ratione cognitionis, niſi res etiam exiſtant. Et ſic ſoluitur argumentum illud. Obiectum potius dicitur eſſe in cognoſcente, quam cognoſcens in obiecto cognito, ergo per cognitionem non Deus dicitur eſſe in rebus per præſentiam, ſed econtra.

Reſpondetur enim quod quamuis res creatæ poſſint dici eſſe in Deo ratione eſſe intellectualis, 3

quod

Marginal notes: Deus multipliciter dicitur eſſe in reb. ratione plurimorũ attributorum. — Gregor. Papa. — Thom. — Caiet. — Albertus. — Aegid. — Riccard. — Capreol. — Gabriel. — Explicatur quomodo conueniat Deo eſſe in creaturis p præſentiã.

quod in ipſo habent, & præſentes
Deo ratione terminationis extrin-
ſecæ diuini intuitus, quæ enim ſunt
in proſpectu alicuius, verè illi præ-
ſentes dicuntur; hoc tamen non
ſufficit, vt creaturæ eſſe dicantur in
Deo per præſentiam, non enim eſt
aptus, aut conſuetus loquendi mo-
dus, vt obiectum dicatur eſſe per
pręſentiam in potentia vitali, à qua
videtur intuitiuè, ſed vice verſa, po-
tentia in obiecto, vt patet ex illo
Iob cap. 7. Iob cap. 7. *Oculi tui in me*, & ex illo
Prouerb. 7. Prouerb. 7. *Oculi ſtultorum in finibus
terræ* dicitur enim potentia eſſe in
obiecto, quaſi motu ſuo vitali ad il-
lud vſque pertingat. Et hic modus
explicandi exiſtentiã Dei per præ-
Thom. ſentiam, eſt D. Thom. in 2. ſcripto
in 1. ſent. diſt. 37. quæſt. 1. artic. 2.
& 1. par. quæſt. 8. art. 3. quem ſe-
Caiet. quuntur Caet. Iauell. & alij recen-
Riccard. tiores Thomiſtæ; Riccardus in 1.
Ocham. diſt. 37. art. 1. quęſt. 1. Ochan. quęſt.
Gabriel. vnica littera C. D. Gabr. quæſt.
vnic. art. 1. notab. 3. & art. 2. con-
cluſ. 2. & alij. Imò eſt etiam D. Au-
Auguſt. guſt. lib. de eſſentia diuinitatis in
princip. vbi *Deus*, inquit, *eſt vbique
præſens, ſed latens; præſens quia ipſe
omnia cognoſcit; latens, quia non vi-
detur à nobis*.

3 Tandem eſſe Deum per poten-
tiam in rebus hoc ſibi vult res eſſe
in rerum natura, & ſubeſſe poteſta-
ti diuinæ; quatenus enim Deus vir-
tute ſua, & actione omnia conti-
net, & conſeruat, & cum omnibus
actu operatur, dicitur in illis eſſe
per potentiam. Ex quibus primum
colligimus omnes iſtos tres modos
ſupponere vtriuſque extremi exi-
ſtentiam; quod tanquam notum vi-
Iauell. detur prærequiri à D. Thom. 1. par.
quæſt. 8. art. 3. Deinde habemus,
Quomodo conueniat Deo eſſe in creaturis per potentiam. quod ab initio quærebamus, nem-
pè modum exiſtendi ipſius Dei per
eſſentiam, pertinere ad immenſi-
tatem; hæc enim indiſtantia eſſen-
tiæ ſuæ ab omnibus rebus creatis;
quæ vocatur præſentia ſubſtantia-
lis in omnibus illis, euidenter ex
immenſitate infertur; Deus enim
per immenſitatem ſuam intelligi-
tur eſſe ita diſpoſitus, & quaſi dif-
fuſus, noſtro loquendi modo, ad
exiſtendum per eſſentiam, ſeu ſub-
ſtantialem præſentiam in quacun-
que re, vt nihil ex parte ipſius ad
illam deſit, & proinde eo ipſo,
quod aliquid aliud creatur, ſiue eſt,
neceſſariò eſt realiter indiſtans à
ſubſtantia Dei, & ſubſtantia Dei ab
ipſo; exiſtere igitur Deum in rebus
creatis, per eſſentiam, pertinet ad
eius immenſitatem; ſicut exiſtere
per potentiam pertinet ad ipſius
omnipotentiam, prouidentiam, &
gubernationem; eſſe verò per præ-
ſentiam ad ſcientiam ſpectat, intel-
ligereturque Deus eſſe ita per præ-
ſentiam, etiam ſi in Cœlo tantum
eſſet, atque inde videret omnia.

Quibus medijs poſſumus demonſtrare hanc immenſitatem Deo conuenire.

Cap. 8.

Non ſentio cum illis Theolo- 1
gis, qui ſola fide exiſtimant
probari poſſe immenſitatem Dei,
& immediatam eius præſentiam re-
bus omnibus; quoniam, vt patebit
ex infra dicendis poſſunt ad hoc
attributum cõfirmandum afferri ra-
tiones euidentes. Nec etiam cum
illis ſentio, qui putant hoc ipſum ab
immutabilitate tanquam à priori
poſſe inferri; nam eſſe Deum immu-
tabilẽ ita vniuersè ſumptum, ex
eius oritur ſimplicitate; nam ſi la-
tiùs, magiſque impropriè ſumatur
hoc nomen; mutatio, ita vt crea-
tionem etiam, vel annihilationem
compre-

comprahendat, ſic requirit ſaltem compoſitionem ex eſſe, & eſſentia; ſeu ex actu, & potentia obiectiua, quæ (qualiſcunque illa ſit) in Deum cadere non poteſt. *Si autem ſumatur magis propriè qualis eſt omnis mutatio accidentalis* requirit euidentius aliquam cõpoſitionem: quia neceſſe eſt, vt aliquod ſubiectum ſub vtroque mutationis termino maneat; quodque per mutationem aliquid acquirat, vel amittat, quod fieri ſine compoſitione nullo modo poteſt; vnde D. Thom. 1. par. quæſt. 9. art. 1. ex Dei ſimplicitate eius immutabilitatem optimè infert. Tandem ſi de mutatione ſecundum hoc accidens, v.g. ſecundum locum ſermo ſit, & ex ſimplicitate, & magis proximè (noſtro intelligendi modo) ex Dei immenſitate infertur; eſt igitur Deus immenſus, ergo neque habet quò denuò feratur, neque quo loco ſe priuare poſſit; tantum ergo abeſt, vt Dei immenſitas ex eius immutabilitate colligatur à priori, vt potius eius immutabilitas, ſaltem ſecundùm locum, per immenſitatem tanquam per prius attributum, noſtro concipiendi modo, comprobetur. Poteſt autem, mea ſententia, hæc Dei immenſitas ex eius infinitate à priori demonſtrari hoc pacto ſi loquamur de rebus corporeis, & quantis, ipſas poſſe eſſe præſentes alicubi, perfectio aliqua eſt, eſſetque maior, ſi poſſent ſimul adeſſe multis in locis; ſed tantæ non ſunt capaces perfectionis. Si verò de rebus ſpiritualibus agamus, maior perfectio eſt in ipſis poſſe adeſſe alicubi ſine cõmenſuratione quantitatiua nõ exhibendo ſcilicet partem ſui, parti loci, & totam ſubſtantiam toti loco, ſed totam ſubſtantiam exhibendo, præſentem toti ſpatio, & cuilibet parti eius, & quò ſubſtantia ſpiritualis perfectior eſt, eo maiorem quamdam ſphæram habere poteſt in hac præſentialitate; & hoc planè ad perfectionem ſpectat, ergo habere ex ſe infinitam quamdam præſentialitatem, maxima perfectio eſt, ergo hæc debita eſt diuinæ ſubſtantiæ infinitæ, & ſumme ſpirituali, quia talis perfectio ſua natura nulla includit imperfectionem. Vnde vlterius, quia omnis perfectio in Deo debet eſſe per modum actus abſque potentialitate, ideo non ſolum habet in ſua ſubſtantia aptitudinẽ ad hanc præſentiam, ſed ex parte ſua actu illam habet ſemper ac neceſſario; & hæc eſt eius immenſitas, quæ optimè infertur, (vt patet ex diſcurſu facto) ex eius infinitate.

Dices illud principium, quo nititur tota hæc argumentatio, ſubſtantia ſcilicet ſpiritualis quò perfectior eſt, eo maiorem poteſt occupare locum, eſſe tantùm creditum. Sed primò non mihi venit in mentem vbi reuelatum ſit Angelum perfectiorem poſſe eſſe in maiori loco; vel hoc ad fidem pertinere. Deinde hoc videtur Dogma Theologicum, vel potius Methaphyſicum, lumineque conſtare ipſius naturæ; nam ſi naturæ lumine nõ conſtat ſubſtantiam ſpiritualem, quò pefectior eſt, eo poſſe occupare maius ſpatium; etiam non conſtat, limitationem ad locum eſſe imperfectionem, quod patet eſſe abſurdum. Tunc igitur ſic argumentor. Habere locum limitatum arguit in ſubſtantia exiſtente in loco, imperfectionem, ergò quantò magis protrahuntur loci limites, magis ab imperfectione recedit, & euadit conſequenter perfectior, ergo nullos habere loci limites, & eſſe hoc pacto illimitatum, ſeu, quod alio nomine dicitur, immenſum; ſummam, & infinitam arguit in tali ſubſtantia perfectionem; optimum igitur

igitur ducitur argumentum ab infinita Dei perfectione, ad probandam eiuſdem immenſitatem, idque, vt patet, eſt à priori.

4 Argumentum verò ſumptum ab æternitate, quo vtitur Marſil. in 1. quæſt. 39. art. 1. concluſ. 1. ad probandum hoc ipſum, non eſt à priori; imò, nec, propriè loquendo, à poſteriori; quoniam nec immenſitas eſt ratio cur æternitas conueniat Deo, nec econtra, æternitas eſt ratio, cur eidem conueniat immenſitas, ſed ſolùm procedit à paritate rationis; nõ enim habet maiorem extenſionem virtualem æternitas in ordine ad coexiſtentiam temporis, & eorum, quæ ſunt in tempore, quàm immenſitas in ordine ad coexiſtendum loco, & ijs, quæ loco continentur, æternitas autem ex ſua infinitate habet, vt reſpondeat omni tempori, & rebus exiſtentibus in illo, ergo eamdem vim habebit immenſitas ad coexiſtendum omni loco, & rebus loco contentis.

Marſil.

An ex actione Dei colligatur eius immenſitas. Cap. 9.

1 SEd quæri adhuc poteſt an ex actione Dei colligatur eius immenſitas, & præſentia ad omnia. Quod ſi dicatur nullo pacto inde colligi tale attributum; nam quamuis demus neceſſario Deum eſſe præſentem vbi actu operatur; non hinc habemus eius immenſitatem; cum enim non exerceat actionem ſuam niſi circa res, quæ in hoc ſunt mundo; non poſſumus ex hoc principio, quamuis à poſteriori colligere ipſum eſſe extra mundum infinitè diffuſum. Poſſemus dicere ſi cõcedatur illud prius, ex actione quã actu exercet, colligi præſentiam eius ſubſtantialem ad res omnes, & ad loca, vbi, & in quibus operatur, extendendo poſtmodum argumẽtum ab actione actuali ad poſſibilem, optimè concludit Deum eſſe immenſum; ſi enim neceſſe eſt Deũ eſſe præſentem vbi actu operatur, illa, inquam, præſentia, quę antecedit actionem, neceſſe etiam erit eſſe realiter præſentem vbicunque operari poteſt; cum igitur eius omnipotentia extendatur ad producendum quodcunque opus extra hunc mundum in infinitum, ex vi eiuſdem argumentationis fatẽdum eſt ipſum eſſe immenſum. Diſcutienda eſt igitur veritas illius prioris, vt poſſimus ſcire quid ſentiendum ſit de eo, quod eſt poſterius.

2 Verùm meo quidem iudicio difficilè probatur ex actione ipſius Dei indiſtantia ipſius; illa inquam, quæ præcedit actionem, & prærequiritur tanquam quid priùs; non enim ex eo, quod agat immediatè immediatione virtutis, quaſi ſic inferendo quod intẽditur, Deus agit immediatione virtutis, ergo ſatis inde colligitur per ſuam ſubſtantiam adeſſe ſuis effectibus, quia virtus eius non eſt aliud, quam eius ſubſtantia. Poſſet enim facile reſponderi duplicem eſſe virtutem; propriam ſcilicet, ſeu innatam agẽti, & diffuſam, vt in ſole lux eſt virtus innata; influentia verò aliqua eſt virtus diffuſa: de priori igitur verum eſt dicere Dei virtutem eſse eius ſubſtantiam. Attamen cum dicimus Deum agere immediatè immediatione virtutis, ſi diſtinguẽdum hoc eſt ab immediatione ſuppoſiti, non poteſt intelligi de virtute propria, & innata, ſed de diffuſa, hæc autem non eſt idem cum ſubſtantia Dei, vt per ſe conſtat, ergo ex actione Dei non poteſt colligi Deum eſse in omnibus per ſuam ſubſtantiam, ſeu virtutem innatam,

Difficilè probatur ex actione Dei ipſius indiſtantia.

quod

quod idem eſt; ſed per virtutem diffuſam.

3 Dices colligi ex actione Dei, quæ eſt immediata imediatione etiam ſuppoſiti, non ſolum virtutis. Verum ſi eſſe immediatum immediatione ſuppoſiti illud intelligimus, quod, (vt vult Caiet. 1. par. quæſt. 8. art. 1. ſine alia interiecta, & ſuppoſita ſibi cauſa operatur, non colligitur intentum, ſcilicet loco eſſe coniunctum cum effectu, hoc enim ſine loci propinquitate optimè ſaluari poteſt, & intelligi; aliud eſt enim immediatè, hoc eſt nulla diſtantia interpoſita; aliud verò nullo alio interiecto agente operari: poſſet ergo aliquod agens immediatione ſuppoſiti, ideſt nulla interiecta cauſa ſecunda, operari, & tamen longè à materia in qua operatur, diſſitum eſſe. Quòd ſi dicant, qui contrarium ſentiunt, idem eſſe operari immediatione ſuppoſiti, quod nullo corpore, & diſtantia interiecta operari, & ex eo, quod Deus ita agit immediatione ſuppoſiti, colligi indiſtantiam eius ab effectu; tunc illis reſpondendum eſt, ſupponi in argumentatione eorum quod eſt probandum. Dices hanc indiſtantiam colligi ex actione Dei nõ quocunque modo ſumpta, ſed vt eſt primi agentis, operantis ex virtute infinita; quod autem hoc pacto eſt infinitum, non ex indigentia, ſed ex perfectione ſecum affert, vt ſit præſens rei, in qua operatur. Verum ſic non demonſtratur vbiquitas Dei ex actione, ſed ex infinitate, quod petinet ad aliam viam demonſtrandi hoc ipſum præterea infinitas potentiæ alterius rationis eſt ſine ordine ad locum ſolum enim dicitur talis per reſpectum ad effectum; immenſitas verò per reſpectum ad locum dicitur infinita; nec eſt euidens illa cõſecutio, in qua ex infinita virtute ad agendum, infertur immenſitas; nam hæ ſunt veluti quantitates diuerſarum rationum, ſicut intenſio, & extenſio; nam infinitas virtutis actiuæ eſt quaſi intenſiua; immenſitas verò eſt quaſi infinita extenſio; vnde non eſt euidens hanc ex illa ſequi.

Poſſet rurſus dici ex actione agẽtis, vt ſic colligi eius indiſtantiam, non ex limitatione virtutis, ſed ex ipſamet ratione agentis; nam ſicut forma, vt forma eſt, requirit ad ſuum effectum formalem vnionem cum materia, & indiſtãtiam ab ipſa; nec poſſet forma aliqua quamuis fingeretur infinita, dare ſuum effectum ſine illa propinquitate; vel ſicut cauſa, finalis ad ſuam cauſalitatem requirit propinquitatem per cognitionem; nec poteſt aliter illam exercere, etiam ſi infinita ſit: ita agens, vt agens requirit ad agendum propinquitatem, & immediationẽ cum paſſo, vel effectu, ſine qua non poteſt agere, etiam ſi infinitus ſit. Verùm hoc quod dicitur agens neceſſariò dicere eſſe coniunctum cum effectu, nec poſſe illum à ſe remouere, ſi de loci diſtãtia intelligatur, facilè negari poteſt, & iterum aſſumitur quod ipſis probandum erat; ſi verò intelligunt effectum cũ cauſa ita eſſe connexum, vt ab ea non pendere nõ poſſit, id negari nequit; inde tamen non ſequitur ſimul ſecundùm locum eſſe debere. Et cõfirmatur; nam, vt patet ex materia de Incarnatione, humanitas Chriſti agit in diſtans: ergo non eſt de ratione agẽtis, vt ſit loco propinquus paſſo. Quod ſi dicas in principali agente requiri hanc conditionem: item in omni inſtrumento, quod agit modo naturali; non autem in inſtrumento, quod agit modo ſuper naturali, & aſſumitur ad agẽdum ab agente infinito, & immenſo, quod per ſe ipſum adeſſe poteſt effectui 4

effi-

efficiendo: huic autem non repugnat eleuari ad efficiendum effectũ à ſe diſtantem, & ſic eſt Humanitas
5 Chriſti. At Deus cum ſit agens principale, & non poſſit agere niſi connaturali,& perfectiſſimo modo, optimè ex actione eius colligitur loci propinquitas cum effectu,quia de ratione talis agentis eſt loco indiſtare ab eo,quod per illud producitur. Et explicatur hoc magis: nam quamuis agere in diſtans poſſit in aliquo agente videri perfectio, non tamen poteſt eſſe perfectio ſimpliciter,ſed ſuppoſita imperfectione; abſolutè tamẽ multò melius eſt eſſe omninò indiſtans à ſuo effectu. Sed peto ab ijs; vel agere in diſtans arguit imperfectionem in agente formaliter,nõ enim ſic haberet plenum dominium in effectum, nec ita effectus eſſet connexus cum cauſa, vt ab ea pendere non poſſit; & hoc ſupra impugnatum eſt, poteſt enim effectus loco diſtare à cauſa,& cum illa ita eſſe connexus, vt ab ea non poſſit non pendere: nulla igitur imperfectio inde arguitur in ratione agentis formaliter, vel dices inde colligi ſubiectum illud,quod eſt agens,non eſſe vbique quod concedimus, hoc enim nihil aliud eſt ex actuali actione Dei,nõ colligi vbiquitatem eius. Et hoc eſt,quod ab initio dicebamus. Vel ſi aliquid inde colligitur, illud eſt, illationem hanc ex actione Dei tum actuali, tum potentiali colligi, ſcilicet immenſitatem eius; non tamen illam fundari in eo principio purè philoſophico,quod agens,& patiens debent eſſe ſimul,ſed in proportione, & paritate rationis; nam ſi Deus in omnibus operatur, ergo in omnibus eſt,cum non ſit minus infinitus in exiſtendo,quàm in agendo.

6 An ex actione creatiua Dei colligatur vbiquitas ipſius.

Tandẽ dici poſſet,licet ex actione Dei; quæ ſupponit ſubiectum, non colligatur vbiquitas eius,hanc enim poteſt agere per virtutem diffuſam, non neceſſariò innatam; ex actione tamen Dei creatiua optimè colligimus ipſum eſſe præſentẽ omnibus. Cum igitur in rebus omnibus ſit aliquid, quod immediatè ſit per creationẽ Dei, & per ipſum immediatè conſeruatur, nam conſeruatio eſt continuata creatio inde poteſt colligi vbiquitas Dei. Sed adhuc non habent intentum; nam inde tantũ colligitur Deum creando,& conſeruando agere immediatione virtutis,ideſt per virtutem nõ diffuſam,ſed innatam: præterea immediatione ſuppoſiti,ideſt nulla interiecta re creata operari; non tamen habetur nõ eſſe diſſitum ab eo, quod producit;cum igitur ab actione,quam actu exercet, non colligamus vbiquitatem Dei, nec ab ea, quam poteſt exercere, inferre poſſumus eius immenſitatem; & cum ex illa non habeamus Deum eſſe iuxta res,quas producit, multò minùs eſſe intra ipſas, & illis intimè præſentem.
7 Nec conuincit quod dicũt aliqui, Deum cauſare exemplariter,& efficienter, pertinere ad intimam præſentiam vtriuſque nam poteſt Deus ſic formare,ſeu producere aliquid ad inſtar illius, vel ad inſtar Idæarum, quæ ſunt in mente ipſius, quamuis ageret in diſtans; quid enim prohibet potentiam infinitam, cui omnia ſunt poſſibilia, ſic producere, præſertim cum nec de ratione exẽplaris, nec efficientis ſit eſſe intimè præſens rebus,quæ producũtur,& ad inſtar alterius habent eſſe; non enim concipiendum eſt,quemadmodum ſigillũ impreſſione materiæ mollis,reddit in illa effigiem ſimilẽ propriæ, & eſt quodammodo intra partes eiuſdem effigiei; ita deitatem intimam fieri ipſi eſſentiæ creatæ, quam immediatè applicatione ſui figurat, & pro diuerſitate applicationis conſtituit diuer-

Chriſtof. Gell. 1. par. lib. 2. tract. 9. cap. 13. num. 12.

diuerſas rerum ſpecies, & figuras. Hæc autem ſint probabiliter dicta; non enim improbabilem exiſtimo opinionem D. Tho. & Sectatorum, quā latè declarat, & defendit Suar. in Metaph. diſput. 30. ſec. 7.

Thom.

Suar.

De immenſitate Dei, & de ijs, quæ ipſam conſequuntur ex Scriptura ſacra. Cap. 10.

1 DE ipſo fonte ſacræ Scripturæ hanc aquam ſapientiæ ſalutaris, de immenſitate ſcilicet Dei eſſe hauſtam, nunc eſt oſtendendum. Et quod ſit immenſus, nonnulli colligunt ex illis verbis Baruch. cap. 3. *Magnus, & non habet finem, excelſus, & immenſus*: ſed ad literam intelligenda eſſe de loco, in quo elucet eius maieſtas, patet ex contextu; priùs enim præmiſerat Propheta illa verba. *O Iſrael quàm magna eſt domus Domini, & ingens locus poſſeſſionis eius*: Deinde ſubditur, *Magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus*, & ita intelligunt Expoſitores cōmuniter. Nicolaus de Lyra aſſerit eſſe *Magnum*, & non habentem finem, ideſt terminationem, ſeu finitionem à parte poſt; nā eſt incorruptibilis: *Excelſum*, quia Cœlum Empyreum, in quo Deus peculiari modo reſidet, eſt locus omnium ſupremus, *Immenſum* verò non ſimpliciter, quia nulla creatura ſic eſt immenſa; ſed ad nos cōparatum; quia eius quātitatem metiri non poſſumus. Sic etiam hæc verba interpretatur Dionyſ. Carthuſ. Hugo Cardinal., qui ſentit poſſe intelligi etiam de Templo Ieroſolymitano, ac magnū, & immenſum per hyperbolem dictum.

Baruch. 3.

Nicol. de Lyra.

Dionyſ. Carthuſ. Hugo Cardinal.

2 Meliùs hæc veritas colligitur ex illo 2. Paralip. 2. *Cælum, & Cœli Cœlorum non te capiunt*, ſi enim tanta hac vniuerſi mole non circumſcribitur, nec continetur, ergo inde conijcitur magnitudinis illius nullam poſſe reperiri menſuram. Præterea ex illis verbis Pſalm. 144. *& magnitudinis eius non eſt finis*, quod quamuis de magnitudine naturę, & quātitate perfectionis poteſt intelligi, etiam de hac magnitudine immenſitatis veriſſimè dicitur, & de vtraq; loquutum eſſe Prophetam, ſunt qui ſentiunt. Sic Gerebrardus in hæc verba Pſal. *Eius magnitudo eſt imperueſtigabilis, infinita loco, & ratione*; citatq; in hanc ſententiam Auguſtinum, cuius verba poſſunt in hunc accipi ſenſum; ſed non clarè de hac magnitudine loquitur immenſitatis. Exponunt autem de vtraque magnitudine, & naturæ, & vt ita dicam, molis, præfata verba Pſalm. nonnulli alij recentiores, cū de immenſitate Dei; nec immeritò. Nec ſolùm citata ſacræ Scripturæ loca hanc atteſtantur veritatem, ſed etiam omnia alia; quæ docent, vel aliquo pacto indicant, Deum hoc orbe terrarum nō contineri, ſed extra illum longè, latèque eſſe diffuſum, vt latiùs infra dicturi ſumus.

2. Paral. 2.

Pſal. 144.

Gerebrard.

Auguſt.

Quod autem ratione huius immenſitatis conueniat Deo eſſe vbique, pleraq; teſtantur loca ſacræ Scrip- Scripturæ ſic illud Iſaiæ cap. 66. *Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum*, alloquens Iudæos, qui Deum in templo clauſum arbitrabantur, inquit. Ego immenſus ſum, nihil non impleo, in Cœlo ſedeo, terram pro ſcabello pedum habeo, quid igitur adeo ſolliciti eſtis de domo mea, vt eius quoque cura, ego tangi debeam? & quod hæc loca repleat formaliter; hoc eſt immediata pręſentia ſubſtantię ſuę, non tantum effectiuè, confirmant verba illa Sap. cap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarū, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis* 3

Iſai. 66.

Sap. 1.

quo loco non eſt ſermo de repletione effectiua, ſed formali; nam Salomon ibi vult oſtendere ex eo Deum eſſe conſcium cogitationum noſtrarum, & teſtem ſermonū, quoniam replet orbem terrarum; Ad id autem parum facit ſola repletio effectiua, nō enim repugnat ſubſtantiam aliquam locum replere effectiuè, & ab illo longè diſtare, ac conſequenter non percipere quę in eo fiūt, ex ratione repletionis actiuæ, ſol enim corpora vniuerſa ſua replet luce, nec tamē omnibus pręſens eſt, nec, ſi vim haberet audiendi, ex vi actiua replendi, poſſet percipere verba vbique prolata; cum ergo Salomon ex eo contendit ſpiritum Domini eſſe teſtem ſermonū noſtrorum, quia replet omnia, intelligi debet de repletione formali ratione propriæ ſubſtantiæ; & præſen-

4 tiæ. Et ita intelligunt hunc locum Athanaſ. de communi eſſentia Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ante med. Epiſt. 1. ad Serap. de Spiritu ſancto, & Epiſt. ad eundem contra eos, qui dicunt Spiritum ſanctum eſſe creaturam inter medium, & finem: Auguſt. epiſt. 57. ad Dardanum q. 1. Ambroſ. in illud Pſal 118. *Propè es tu Domine*, & alij cōplures.

Auguſt. Ambroſ.

Ad eundem ſenſum accipi debet illud Ierem. 23. *Cœlum, & terram ego impleo*, adducuntur enim ad idem probandum, hoc eſt Deum nihil latere eorum, quæ ſunt apud nos, ſic enim habet contextus. *Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus? numquid non Cœlum, & terram ego impleo dicit Dominus?* Audiui quæ dixerūt Prophetę in abſcondito; nam ſi propterea ait non poſſe abſcondi ſub illo ea, quæ falſi prophetæ in abſcondito dicunt, quia ipſe Cœlum, & terram implet; intelligi profectò debet de repletione formali qua replet omnia, exhibendo ſe omnibus immediatè præſentem.

Ierem. 23.

Adducuntur Patres ad hanc veritatem cōfirmandam. Athanaſ.

Ita hunc locū intellexerunt communiter Patres, Irenęus lib. 4. aduerſ. hæreſ. c. 34. Origen. homil. 12. in Geneſ. circa princ. Euſeb. Cæſar. de demonſtrat. Euangel. lib. 9. demonſtr. 12. Athanaſ. contra Gregales Fabell. poſt med. & de humana natura ſuſcepta poſt med. & de vnita ſubſtantia Trinitatis lib. 5. in fin. Hilar. in illud Pſal. 118. *Propè eſt tu Domine*. Nazianz. orat. 34. quæ eſt 2. de Theologia num. 14. Ambroſ. in illud Pſalm. *Propè es tu Domine*. Hieronym. epiſt. 146. ad Damaſum, & in cap. 66. Iſaiæ in initio. Et ſuper illum locū Ierem. 23. Auguſt. lib. 2. de Trinit. cap. 5. tract. 36. in Ioann. ſerm. 8. de verb. Apoſt. c. 1. epiſt. 57. ad Dardanum q. 1. Cyrill. Alexād. lib. 13. Theſaur. cap. 2. Theodor. in Cōment. Ierem. cap. 23. & ſerm. 10. de prouid. inter princ. & med. Hanc etiam veritatē docere voluit Chriſtus apud Ioan. cap 4. quando Samaritanæ interroganti de loco orationis reſpondit *Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare*; hæc autem adoratio in ſpiritu inter alia hoc continet, quod non eſt ad certum definita locum, ſed vbique fieri poteſt; quia vbique Deus eſt. Et ita intellexerunt hanc veritatem, & hunc locum inter alios Patres multos, quos poſſem enumerare, Athanaſ. lib. quod perfectum hominem ſumpſerit Deus ad Liberium *Deus*, inquit, *Spiritus eſt, loco incomprehenſibilis, neque vſpiam eſt Regio vbi non exiſtat*: Vnde orat. contr. Idol. poſt med. ait (notū eſſe omnibus Deum eſſe vbique) Baſil. orat. in princip. Euangel. Ioann. *Totum* ait, *quodcunque noueris, & quocunque ſpiritu tuo penetraueris, Deo plenum inuenies*. Cyprian. de Idol. vanit. poſt multa concludit, *Ergo Deus vnus eſt, & vbique totus diffuſus*, Hylar. lib. 1. de Tri-

5 Irenæus. Origen. Euſeb. Athanaſ. Hylar. Gregor. Nazianz. Ambroſ. Hieron. Auguſtin. Cyr. Alex. Theodor. Athanaſ. Baſilius. Cyprian. Hylar.

Trinit. *Nullus ſine Deo, nec vllus non in Deo locus eſt*, Idem lib. 2. *Deus vbique eſt*, quid moror? hoc ipſum clarè videtur teſtari Dauid illis verbis Pſal. 138. *Quo ibo à ſpiritu tuo?* quæ verba in illum ſenſum eſſe prolata, quod Spiritus Dei vbique fuſus ſit, & omnia compleat; & quod ſit eſſentialiter, & actu vbiq; non ſolùm ſentiunt recentiores paſſim, vt Gerebrardus, Ianſenius, Agellius, Bellarminus, & alij, ſed etiam Baſil. Euthym. & Lyran. in Comment. eiuſdem loci, & indicāt Hieronym. & Auguſt. ibid. quin etiā, vt clariùs doceret fuga nobis non poſſe conſulere, atque præſidiùm parare, vt Deum effugiamus ſubdit: *Si aſcendero in Cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in Infernum, ades*, Hæc iam duo extrema ponens, quæ ſurſum, & deorſum verſus opponūtur, ac omnes locorum differentias quodammodo continent: ſed de huius loci intelligentia fuſius infra.

Pſal. 138.

Gerebrard. Ianſen. Agel. Bellarmin. Euthym. Nicol. de Lyra. Hieron. Auguſt.

Quod autem Deus ita ſit vbiq; ex ratione ſuę immēſitatis, vt nullo nec circunſcribatur, nec definiatur loco, certa fide eſt tenēdum, idque probant tum ex citatis ſacrę Scripturæ locis aliqua; tum alia multa, quæ mox adducemus; & non ſolū manifeſtè hoc ſibi volunt verba illa 2. Paralip. 2. *Cœlum, & Cœli Cœlorum te non capiunt*. Item illa alia 3. Reg. 8. *Si Cœlum, & Cœli Cœlorum te capere non poſſunt*, vnde ſumens Eccleſia canit de Beata Virgine, *Quem Cœli capere non poſſunt tuo gremio contuliſti*, ſed indicant verba illa Iſaiæ cap. 66. *Cœlum Sedes mea*, quod nō ſolùm dictū fuit, vt quemadmodum in Regio Throno Maieſtas ſplendet magis, & ibi eum ſpectamus, & veneramur præcipuè; ſic quia diuina Maieſtas, & virtus maximè ſpectatur in Cœlo, ibi ſedes eius eſſe dicitur. Et ſicut Thronus ornari ſolet eximio cultu, vt de Throno Salomonis conſtat 3. Reg. & de Aureo Reclinatorio Cātic. 3. ſic quia Cœlum collucet maximè ſyderibus variſ, & tota ſpecie gratiſſimū eſt, meritò inter cętera creata oīa Cęlū Dei ſedes cēſeri debet. Sed ad illum etiam ſenſum præfata verba referunt tum Patres, tum recentiores aliquot, vt illis ſignificetur Deum ſubſtantia ſua omnia creata excedere, ſupereminere, & traſcendere; nam ſi *Cœlum illi ſedes eſt* ergo toto pectore ſuæ ſedi eminere ſignificatur, ergo Cœlo non continetur, nec includitur, ſed extra Cœlum manet etiam. Quod clarius oſtendit illud Iob. cap. 11. *Excelſior Cœlo eſt; & quid facies? profundior inferno; & vnde cognoſces?* quaſi diceret. Tu neque oculis, neque cognitione penetrare longius, altiuſque poteris, quam in terræ viſcera, & ſubterraneas omnes cauitates; at Deus ſuis pedibus longè inferiora, & profundiora terit, & premit, neque poteris altius aſcendere, quàm ad ſupremam Cœlorum ſuperficiem; at ille vniuerſo orbi eminet ab humero, & ſupra; propterea namque dicitur ſedere in Cœlo, vt toto pectore ſuæ ſedi eminere ſignificetur; vnde etiam illud Amos 9. *Aedificat in Cœlo aſcenſionem ſuam* ideſt in cęleſti area erigit ſublimem ſuam arcem, atque adeo ſuprema Cęli facies infimum eſt Arcis diuinæ fundamentum; ex qua, & illa etiam Sophar apud Iob aſſertione, facile poteſt colligi ea quam ſupra explicauimus de ſpatijs ſententia, Deum nimirum extra cœlum per ſuæ eſſentiæ immenſitatem non ſolum veris corporibus, ſed cuicunque quod mens noſtra imaginatione fingere poteſt, loco, & ſpatio eſſe præſentem.

2. Paral. 2.

3. Reg. 8.

Iſai. 66.

Iob 11.

Amos 9.

Quòd ſi quis dicat non colligi ex ijs verbis, quantus ſit Deus, dicitur enim excelſior Cœlo, profundior

dior inferno; quanto autem ſit excelſior, quantoue profundior, ibi non perhibetur. Sed ex immenſitate ipſius poteſt ſumi reſponſum; ſi enim ob immenſitatem dicitur excelſior Cęlo, itemque inferno profundior, ergo ſine ſine vtrumque rectè de ipſo poſſumus affirmare; nam ſicut infinitas negat terminum in perfectione eſſentiali; ita immēſitas in præſentialitate, vt ſic dicam ſubſtantiali, ſeu negat terminum loci, vt more noſtro loquamur. Ad quod valde apppoſitum videtur illud Iſaię cap. 40. *Quis menſus eſt pugillo aquas, & Cælos palmo ponderauit?* quod non ſolum ad perſuadendum potētiæ ipſius magnitudinem dicitur, qui quaſi nihil agens, pugillo continet; & palmo ſuſtinet omnia, quemadmodum nos dicimus cum ſignificamus ab aliquo quicquam aut poteſtate teneri, aut auctoritate, & nutu gubernari *l'hà dentro il pugno, nella pianta della mano*. Sed etiam ad eius immenſitatem declarandam; ad quam percipiendam eo vel maximè manu ducimur, ſi concipiamus mare Dei pugillo concludi, & Cœli vaſtitatem, palma manus eius ponderari, ergo nulla ipſius cum tota huius orbis mole poteſt eſſe comparatio. Quod teſtimonium ad hoc ipſum vſurpant Patres, Gregor. 2. moral. cap. 8. in illud Iob 1. *Egreſſus eſt Satan à facie Domini*, & in Ezechiel. homil. 17. Athanaſ. de vnita, ac ſēpiterna ſubſtantia Trinitatis, in fin. Hylar. de Trinit. lib. 1 non longè à princ. Petrus Damian. de Dei omnipotētia epiſt. 4. c. 6. Hieronym. in illud Ezech. 40. *Introduxit me in atrium*, & in locum nuper citatum Iſaiæ, vbi ex verſione Aquilæ per pugillum dicit intelligi minimum digitum, vt ſit hæc ſententia aquam totam, quæ minor eſt, vno digito Dei menſurari; molem terræ tribus digitis; Cœlum, quod maius eſt terra, & aqua ſimul iunctis, palmo ponderari: quæ quidem metaphorica ſunt, cum ſpiritus ſit Deus, nec digitos, nec palmos propriè habeat; Scriptura tamen his comparationibus ſatis oſtendit multò maiorem eſſe Deum, quam ſit eius creatura.

Iſai. 40. — Gregor. Iob 1. — Athanaſ. — Hylarius. Petrus Damianus. Hieronym.

8 Caietanus cōtēdit id ipſum probari ex illo Ioann. 12. *Ego lux veni in mundum* in quæ verba inquit *ſi non eſſet extra mundum, non diceret ego lux veni in mundum*. Addunt aliqui locum illum Pauli ad Hebr. cap. 1. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, adorent eum omnes Angeli eius*. Sed hęc teſtimonia non ſunt ad rem; non enim agunt de aduentu verbi diuini ad nos per acceſſum localem, quaſi ex loco, in quo erat, venerit ad locum, in quo non erat; ſi enim facienda vis eſt in verbo (veni) ſicut ex illo colligitur fuiſſe antea in termino à quò; ita etiam colligi debet non fuiſſe in termino ad quem: dicere autem verbum diuinum ante Incarnationem nō fuiſſe in mundo per realem præſentiam, abſurdum eſt, & hęreticum.

Caietan. Ioan. 12. — Hebr. 1. — An veritas hæc probetur ex illo teſtimonio Ioannis. Ego lux veni in mundum.

Senſus igitur prioris teſtimonij eſt ego qui lux eram æterna ſine principio, veni carne aſſumpta, vt illuminarem omnes, eriperemque ex his tenebris quotquot in me voluerunt credere; nec alia via vllus è tenebris liberabitur, niſi per eam, quæ in me eſt, fidem: quare ex illis verbis non colligitur Verbum diuinum eſſe extra Cęlum, ſed eſſe in ſe, vel in toto mundo, inuiſibile, incorporeum; non eo inquam, modo, quo per Incarnationem incępit eſſe in mundo. Accedit, quod eo loco mundi nomine non intelligitur vniuerſa moles creaturæ corporeæ, ſed orbis terrarum, in quo viuunt homines.

Poſte-

10 Poſteriùs teſtimonium variè expoſitores interpretantur. Sunt qui ſentiunt illud *iterum* non cum verbo *Introducit* eſſe coniungendum, ſed referendum eſſe ad præcedentia; ac ſi dictum eſſet iterum cum introducit. Et ideo Eraſmus vertit. *Rurſum autem, cum inducit primogenitum &c.* qua dictione vti ſolemus, cum aut nouum teſtimonium ſcripturæ, aut nouam rationem addimus, vt cum dixit Paul. eod. cap. 1. *Et rurſum: ego ero illi in Patrem*, & idem cap. 2. *Et iterum: ego ero fidens in eum*. Verùm nimis violenta eſt hæc interpretatio, & male vertit Eraſmus quis enim non videat cum dicitur. *Et cum iterum introducit* ſecũdam introductionem intelligi ab Apoſtolo, alioquin dixiſſet, vt ſemper ſolet, & iterum cum introducit. Alia eſt interpretatio, quæ quoquò pacto fauet ſpatijs imaginarijs, & eſt Chryſoſt. Ambroſ. Oecumenij in hæc verba. E Cyrill. lib. de fid. ad Regin. qui ſic explicãt, vt Chriſtus qua Deus dicatur primò inductus in orbem terrarum per æternam generationem: cum enim genitus fuit à Patre, ſatis omnia impleuit ſpatia hæc, in quibus poſtea orbis hic, ideſt Cœlum, & terra creata ſunt iterum verò, ſiue ſecundò dicatur hic Chriſtus inductus in orbem per Incarnationem, cum eum piperit B. Virgo: non contemnenda expoſitio propter tantorum Patrum auctoritatem, ſicque intellectus D. Paulus, ſententię de exiſtentia Dei in ſpatijs imaginarijs aliquam videtur tribuere auctoritatem. Sed ſi diſcurſum perpendamus Apoſtoli, quo toto de Chriſto non Deo, ſed homine loquitur; eumque, vt hominem tam primo, quam ſecundo, in orbem inductum ſignificat, aptior illa videtur expoſitio, vt primò inductus ſit Chriſtus homo in orbem per Incarnationẽ, paſſibilis, & mortalis; iterum verò ſiue ſecundò per Reſurrectionem à morte, glorioſus, & impaſſibilis. Vel tandem (& omnium erit aptiſſima expoſitio) ſi intueamur Pſalm. 96. vnde hæc ſumpta ſunt, & quem hic citat Apoſtol. qui manifeſtè de ſecundo Domini aduentu ſcriptus eſt, & ad viuum depingit tam iudicium extremum, quam Regnum, & Maieſtatem Chriſti, venientis ad iudicium, cum nubibus, igne, terremotu, & fulminibus, cum præcedentibus *Iterum inducit* ideſt inducet Deus Pater Chriſtum in die iudicij tanquam Iudicem, vt iudicet orbem; tumque Angeli omnes, qui primo eum adorauerunt, in natiuitate iterum, ſiue ſecundò, eumdem publicè adorabunt in gloria; tunc enim Pater quaſi inaugurabit filium, eumque mittet re ipſa in poſſeſſionem totius orbis terrarum. Et ita exponunt hunc locum Lyran. Caiet. Catherin. & nonnulli recentiorem etiam.

Chryſoſt. Ambroſ. Oecum. Cyrill.

Pſal. 96.

Nicol. de Lyra. Caiet. Catherin.

11 Quod autem Deus ſit vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, appoſitè videntur oſtendere verba illa Pſalm. 138. *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? ſi aſcendero, &c. etenim illuc manus tua deducet me* non mea ſolùm ſententia, ſed multorum etiam expoſitorum, vt ſit ſenſus *Quo ibo à ſpiritu tuo*, ideſt quamnam rationem inuenire poſſum, vt à ſpiritu tuo abſim, ideſt à te ipſo, qui ſpiritus es vbique diffuſus, & omnia comples? *Et à facie tua fugiam?* ideſt quid comminiſcar, & excogitem, vt à facie tua; hoc eſt conſpectu, & cognitione tua abſcondar, cuius oculi vniuerſa conſpiciunt? *etenim illuc manus tua deducet me* tantùm abeſt, vt ſic tuam præſentiam, & poteſtatem paſſim effugere, vt etiã illuc me deducas, ac illic velut captiuum teneas (manus) potentiæ, &

Pſal. 138.

virtutis Dei, nota. Ita exponunt hunc locum incognitus, Ianſenius, Gerebrardus, Agellius, & ante omnes Hieronym. & quamuis aliter hæc verba Dauid exponi poſſint, hæc tamen valdè videtur inhærens literæ, expoſitio.

Ianſen. Gerebrard. Agell. Hieronym.

12 Sunt qui cõtendũt exprimi hũc triplicẽ exiſtendi modum illis verbis Pauli ad Rom. 11. *ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia* ſed hanc expoſitionem nullus ex Patribus, aut probatis Sacræ ſcripturæ interpretibus ſequitur; ſed verus ſenſus eſt *ex ipſo* ideſt ex Deo omnia eſſe dicuntur; quia ab ipſo, vt à primo efficiente principio facta ſunt, & eſſe acceperunt. *Per ipſum* ſunt, quia ipſe eſt, qui diſponit, & regit, & dirigit omnia *In ipſo*, autem ſunt, quia eius virtute conſeruantur, permanent, & operantur. Licet autem hæc tria conueniant Deo, ideſt tribus Perſonis Sanctiſſimæ Trinitatis; tamen vt docet S. Auguſt. lib. 1. de Trin. cap. 6. & ex eo paſſim DD. propoſitio, ex, appropriatur Patri, cumque inſinuat, tãquam primum omnium principium, à quo omnia promanant, & à quo omnis poteſtas, actio, & effectio profluit (Per) verò appropriatur filio; quia (Per) ſignificat originem à Patre, & ſapientiam, per quam facta ſunt omnia; rurſum (Per) ſignificat mediatorem, oſtium, Paſtorem, & viam noſtram ad Patrem; quæ omnia cõpetunt Filio. Ita S. Baſil. lib. de Spiritu Sancto cap. 5. & 26. (In) denique appropriatur Spiritui Sãcto, vtpotè cui attribuitur bonitas, amor, vnio, & perfectio; eſt enim Spiritus Sanctus amor notionalis Patris, & Filij, eſtque ipſe in Trinitate quaſi finis, à quo ad aliam Perſonam non fit progreſſus.

Rom. 11. Auguſt. Baſilius.

13 Num autem ſit Sacræ ſcripturæ locus, in quo ex operatione Dei tranſeunte colligatur eius immenſitas, & præſentia rebus omnibus; cõtrouerſia eſt apud Scholaſticos, cuius deciſio ex illius loci intelligentia maximè pendet, qui in vtrãque partem ſolet adduci ex Actor, ſcilicet hiſtoria, cap. 17. vbi Paul. Apoſt. Athenienſes alloquens, inter alia multa hæc inquit. *Quærere Deum, ſi fortè attrectent eum; aut inueniant; quamuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum, in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus*. Dubium nunc autem eſt, num Apoſtoli ea mens ſit, Dei immenſitatem colligere ex ipſius operatione trãſeunte, quaſi velit dicere, ex eo quod ipſius Dei factura ſumus, ipſo ſubſtentamur, & conſeruamur, neceſſario inferri non longe eſſe ab vnoquoque noſtrum; ſitu ſcilicet, & loci propinquitate, ſicut quidam Theologi ſibi perſuadent. Verum ſunt qui animaduertunt Apoſtoli inſtitutum eſſe oſtendere quam facile Deus ab vnoquoque hominum cognoſci, & adorari poſſit; nam cum vidiſſet Athenis, Aram, cum eiuſmodi inſcriptione *Ignoto Deo*, & redarguiſſet inſcitiam illorum, qui Deum ignotum colerent, ſubiungit *quod ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis, Deum; qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo ſunt, hic Cæli, & terræ cum ſit, Dominus; non in manufactis templis habitat*, & infra. *Fecitque ex vno omne genus hominum habitare, ſuper vniuerſum faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum; quærere Deum, ſi fortè attrectent eum* quaſi dicat, vniuerſa hæc operatus eſt, vt homo Auctorem ſuum quærat, & quaſi attrectet manibus; non quidem præſentia loci, aut tactu ſubſtantiæ, quæ manuum attrectationi ſunt neceſſaria, ſed propinquitate ſecundùm veram cognitionem, & Religionem. Quia verò voce illa *fortè* qua vſus fuerat, dubitationem inge-

Act. 17. An ſit aliquis ſcript. locus ĩ quo ex Dei actione probetur eius imméſitas.

Digitized by Google

ingerere videbatur, quaſi ſeipſum corrigens ſubiecit *quamuis non longe ſit ab vnoquoque noſtrum; in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus* hoc eſt ad eius cognitionem comparandam, non opus eſt à nobis ipſis diſcedere, habemus enim in eius operationibus ſufficiens argumentum agnoſcendi illum. Itaque id, quod inquit Apoſtolus *non longè eſt ab vnoquoque noſtrum* ex vi diſcurſus eius volunt non intelligi de præſentia ſecundùm exiſtentiam realem eſſentiæ diuinæ in nobis; ſed de præſentia obiectiua, quæ facilè eſt cognoſcibilis ex ſuis operationibus erga nos. Perſuadeturque magis, quod verba illla *quamuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum* referuntur ad illa alia. *Si fortè attrectent eum* quæ de cognitione, cultu, & amore noſtro erga Deum, ſunt intelligenda.

14 Sunt qui contendunt locũ Pauli abſque dubio intelligendum non ſolùm de præſentia Dei ſecundùm rationé cognoſcibilitatis obiectiuæ; verùm etiam de præſentia ſecundùm eſſentiã; ita ut velit Apoſtolus operationé Dei in rebus medium eſſe cum ad notitiam Dei acquirendam, tum etiam ad arguendã immediatam præſentiam ſecúdùm eſſentiã in eiſdem; cũ enim D. Paulus viderit Aram illam inter Athenienſium ſimulacra, cum ea inſcriptione *ignoto Deo* duo reprehenſione digna in ea re animaduertit: Alterum quod veri numinis notitia carerent, & colerent numen ignotum: alterum, quod crederẽt verum Numen inſtar inanium Deorum Ara, ideſt Templo contineri, ac indigere Baſilicis ad habitandum, aut hominum cultu, & veneratione; vtrũque ex operationibus diuinis redarguit. Primum quidem, quoniã ignorare non licet Deum conditorem vniuerſi, & ſuiſmet effectibus quaſi radijs, ſe ſe mentis humanæ oculis ingerentem. Secundum verò quoniam is, qui nullis certis locorum ſpatijs includitur, non indiget Templo, cui quaſi addictus ſit, ad habitandum, & is, qui non longè eſt ab vnoquoque noſtrum, ſed ſingulos mirabiliter inhabitat, non opus habet Ara, vel Templo, quò homines conueniunt ad cultum illi exhibendum, cum in ſe ipſis Deum præſentem habeant, & vtramq; præſentiam, nempè cognoſcibilitatis obiectiuæ, & indiſtantiæ ſecundùm propriam eſſentiam intellexit illis verbis: *Quamuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum*; & vtramq; ſufficienter probauit ratione, quã ſubtexuit ſequentibus *in ipſo* viuimus, mouemur, & ſumus; nam ab effectibus actu pendentibus à cauſa efficiente, agnoſcitur cauſa non ſolùm abſolutè, ſed vt actu præſens operi ſuo. Et quod de præſentia loquatur etiam ſecundùm eſſentiã Apoſtolus, ſentit Chryſoſt. homil. 38. Chryſoſt.
in Act. Apoſt. idq; confirmat exemplo corporalium: *Sicut enim aer, in quo viuimus, & ſine quo viuere non poſſumus, debet eſſe diffuſus, & non procul à nobis: ita profectò omnium opificem, &c.* A Chryſoſtomo ſumpſit Theofilat., qui idem ferè reli- Theophyl.
quit ſcriptũ. Expreſſius Hieronym. in cap. 66. Iſaiæ, dicens Paulũ protuliſſe illa verba, vt Iudaicum conuincat errorem, Iudęi enim putant inuiſibilem, & incorporalem, & incompræhenſibilem Deum Templo Ieruſalem poſſe cõcludi. Vnde verba illa Pauli æquiualere dicit illis *non ne Cœlum, & terram ego impleo?* & idem in fine comment. in Abacuch tractans verba illa *Dominus in Templo ſancto ſuo* poſt alias expoſitiones ait: *Aut certè iuxta illud, quod Cœlos, & terram, & maria, & vniuerſum mundum Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus, mens agitat*

tat molem; & magno ſe corpore miſcet, mundus omnis qui Cælo conſtat & terra, & Cælorum circulis clauditur, Dei domus eſſe perhibetur; vnde & Apoſtolus confidenter ait in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Hunc eundem locum expreſsè videntur etiã intelligere de præſentia ſecundùm eſſentiam Athanaſ. de Incarnat. verb. Dei, inter med. & fin. Oecumen. & Lyran in hunc locum Pauli,& Patres,qui ad probandam Dei immenſitatem, eo teſtimonio vtuntur Iren. lib. 4. aduerſ. hæreſ.cap. 36. Hylar. & Ambroſ. in dicto Pſal.118. *Prope es tu Domine*, Theodoret in illud aliud Pſalm. 138. *Quo ibo à ſpiritu tuo*, quinimò ex hoc Pſalmo poteſt hoc idẽ probabiliter deduci, vt ſcilicet probetur præſentia Dei ſecundùm eſſentiam, & ſubſtantiam in omnibus rebus ex eius operatione;cum enim Dauid dixiſſet: *Quo ibo à ſpiritu tuo? Et quo à facie tua fugiam?* in priori verbo realem præſentiam ſubſtantiæ; in poſteriori ſcientiam, iuxta expoſitiones ſuperius adductas intelligens, ſubdit, *Si aſcendero in Cælum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades.* Sic veluti reſpondens ad priorem partem, neminem ſcilicet poſſe effugere à ſpiritu Dei, quia vbiq; eſt præſens;Idque deinde probat ſequentibus verbis. *Si ſumpſero pennas meas diluculo, &c. etenim illuc manus tua deducet me.* Inde enim oſtendit Deum eſſe in omnibus locis,ad quæ homo fugere,aut auolare poteſt;quandoquidẽ niſi Deo adiuuante, & ſubſtentãte illuc nequit peruenire, vt animaduertunt Incognitus,Iãſenius,& alij.

Athanaſ. — Oecum. Lyran. — Iren. Hylar. Ambroſ. — Incognitus Ianſenius.

15 Verùm poſſet ad hæc teſtimonia reſponderi,hoc non affirmari in his locis per modum illationis, ſeu approbando conſequutionem,ſed ſolùm affirmando ita eſſe; nec aliud probare Patrum auctoritates. Vel, etiã ſi admittatur illatio (quòd aliquibus videtur magis cõſonum litteræ) poſſet fundari,non in eo principio purè philoſophico, quod agens, & patiens debet eſſe ſimul; id enim non conuincunt nec rationes,vt vidimus,nec auctoritates, ſi ritè perpendãtur;poſſunt enim pluribus modis interpretari;ſed in proportione,vel paritate rationis,nam ſi Deus in omnibus operatur,ergo in omnibus eſt, cum non ſit minus infinitus in exiſtẽdo,quàm in agendo. Vtcumque tamen fundetur illatio, illud ſemper inde habemus, ex actione colligi præſentiam,& ex infinita actione poſſibili colligi immenſitatem. Et hæc ſint probabiliter dicta.

De immutabilitate Dei.

OPVSC. X.

Cap. 1.

DEum eſſe immutabilem;ita vt omnia in vniuerſum mutationum genera prorſus excludat,certa fide tenendum eſt. 1 Ita paſſim teſtãtur verba Scripturæ ſacræ, Malach.3. *Ego Dominus, & non mutor.* numer.23. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec, vt filius hominis mutetur.* Iacobi 1. *Apud quem non eſt transmutatio, neque viciſſitudinis obumbratio*, & definita eſt hæc veritas in cap. firmiter. de ſumm.Trinit. & fid. Cathol. Quin imò hoc immutabilitatis Attributum, prout Deo conuenit, ita proprium eſſe illius,vt ſit incommunicabilis creaturæ,eadem certitudine eſt aſſerendum. Id ſibi vult illud D.Paul.1.ad Timoth.6.Qui ſolus habet immortalitatem,ideſt immutabilitatem,vt exponit S.Auguſt. lib.1. de Trinit. c.1. & Gregor. lib.12. Moral.c.17. & merito; nam immutabilitas eſt ratio,& quaſi cauſa incorruptionis,

Malach.3. — Nmu. 13. — Iacobi 1. — c. firmiter. — 1.Timot.6. — Auguſt. Greg.Papa.

&

Digitized by Google

& immortalitatis. Et rurſum omnis immutabilitas eſt quædam immortalitas, ſicut omnis mutabilitas eſt quędam mors, & contra, quia quod mutatur, trãſit ab eo, quod erat, ad aliud, quod non erat, quod eſt quædam mors, & interitus prioris eſſe, quod mutatione hac deperit; Vnde optimè Bernard. ſerm. 81. in Cãtic. *Omnis mutatio quadam mortis imitatio eſt*.

Bernardus.

2 Hoc autem Dei Attributum ſecundùm omnia, quæ includit, non opinor poſſe ex aliquo effectu immediatè probari euidenter, ſed ex alijs attributis quaſi à priori demonſtrandum eſt: optimè igitur infertur primò ex neceſſitáte eſſendi, & ex perfectione talis eſſe: ex priori capite illud demonſtrat Baſſol. in primo diſt. 8. q. 3. art. 2. & Dionyſ. Ciſtertienſis quæſt. vnic. art. 2. Fundamentum eſt huiuſmodi: quoniam non intellecta vlla alia ratione formali ex ſola neceſſitate abſoluta, per ſe primò, & à priori colligitur immutabilitas, ergo eſt optima, & proxima radix illius. Conſequẽtia patet; Antecedens verò oſtenditur, quoniam id, quod eſt abſolutè neceſſarium, fieri nequit, vt incipiat eſſe quod non erat, aut deſinat eſſe quod erat; omnis verò mutatio eſt tranſitus ab eſſe ad non eſſe; aut vice verſa, à non eſſe ad eſſe, ergo intellecta ſolum ratione neceſſitatis, inducitur repugnantia mutationis, ſiuè immutabilitas. Minor clara. Maior probatur; nam abſoluta neceſſitas non permittit, vt non ſit, quod neceſſe eſt eſſe, & ideo ſi ens abſolutè neceſſarium, habet àliquẽ actum, vel formam, in quauis duratione, repugnat, vt in alia illam non habeat; ſi enim ſine illa poteſt conſiſtere; nequaquam illam vendicat neceſſario, neque è contrario affici poteſt forma, vel actu, quo neceſſario caret: id verò, quod eſt mutationi obnoxium, debet eſſe aptum, vt ſaltem pro diuerſa duratione, ſubſtet formæ, & eius priuationi. Ex poſteriori capite id ipſum etiã facilè infertur, quia cum Deus eadẽ neceſſitate, qua eſt, habeat omnem perfectionem eſſendi, non poteſt in ea diminutionem pati; cum verò in eo eſſe habeat plenitudinẽ omnis perfectionis, non poteſt ſecundum eam recipere augmentũ, ergo non poteſt pati mutationem, aut perfectiuam, aut corruptiuam, aut perfectionis diminutiuam, ergo nullam. Quod totum poteſt probari ex Pſalm. 101. illis verbis. *Tu autem idem ipſe es, &c.* ſecundùm diuerſas translationes: nam in originali, ſcilicet in Hebræo habetur *Tu autem ipſe es*, at noſter Interpres trãſtulit, *Tu autem idem ipſe es*, & optimè, nam hæc ſe inuicem conſequuntur; ex eo enim quod Deus eſt eſſe ſimpliciter, ſine addito, ſine limitatione, à ſe ipſo, & ſummè neceſſariũ; habet etiam, quod ſit idem ſemper eſſe immutabile, & inuariabile. Quin etiam Deus ipſe ex eodem capite non ſolùm probat ſuam immutabilitatẽ Phyſicam, ſed etiã moralẽ. Sic Geneſ. 27. volens probare firmum futurum pactum ſuum cum Abraham, præmittit priùs illa verba *Ego ſum*, quaſi dicat; pactum meum tecum erit immutabile, inalterabile, & irreuocabile, me dignũ, qui, cum ſimpliciter ſim, & à me ipſo, ac ens ſummè neceſſarium, nullius ſum capax mutationis.

An immutabilitas Dei poſſit ex aliquo eius effectu immediatè pbari.

Baſſol. Dionyſ. Ciſtertienſ.

Pſal. 101.

Poteſt etiam à priori hoc idem Attributũ probari ex ratione actus puri; vnde ſumit argumentum Diu. Tho. 1. par. q. 9. art. 1. cum Caiet. & Syluest. ibid. & in 1. diſt. 8. q. 3. artic. 1. Riccard. artic. 2. q. 1. & Franciſcus à Chriſto. diſt. 39. q. vnic. de immutabil. concluſ. 1. Suadetur autem hoc pacto, quoniam illa perfectio eſt optima ratio immutabilitatis, 3

Thom. Caiet. Syluest. Riccard. Frãciſcus à Chriſto.

tatis, quæ pugnat formaliter cũ radice mutabilitatis. Radix verò eius eſt potẽtialitas, & cum hac pugnat formaliter ratio actus puri, ergo hæc eſt optima ratio immutabilitatis. Maior eſt euidens; nam contrariorum effectuũ contrarię ſunt cauſæ, & cum proxima radice mutabilitatis, formaliter pugnare nequit, niſi proxima ratio immutabilitatis; excluſa enim mutabilitate, hoc ipſo ſuccedit immutabilitas; ergo quod illam proximè excludit, hanc proximè inducit. Prior pars aſſumptionis, eſt de mente Scoti in 1. diſtinct. 5. q. 2. §. Ideo tenenda, vbi ait mutationem de ratione ſui dicere potentialitatem, intellige, antecedenter, tanquam cauſam, & radicẽ; non verò formaliter. Oſtẽditur autem, quoniam ſubiectum, quod eſt aptum recipere, vel habere aliquã formam cum indifferentia ad eius oppoſitum, poteſt tranſire à priuatione ad actum, & vice verſa, & cõſequenter mutari. Conſequentia patet; quoniam potentia paſſiua conſiſtit in hac indifferentia, ſiuè aptitudine, cuius actus eſt ipſamet paſſio, ſiuè mutatio, ergo præciſis omnibus alijs rationibus, & manẽte ſola ratione potẽtiæ paſſiuæ, dabitur mutabilitas. Et confirmatur: nam ſi ſubiectum caret potẽtia paſſiua, pati nequaquam poteſt, repugnat enim dari actum, ad quem non eſt potentia. Poſterior verò pars eſt manifeſta, quoniã potentia, & actus formaliter opponuntur, & actus purus repugnat in eodẽ ſubiecto cum potentia paſſiua.

Quomodo hoc attributum immutabilitatis probetur à priori.

Scot.

4 *Per ſimplicitatem Dei optimè probatur eius immutabilitas iuxta PP. ſententiam.*

Eſſe quoque ſimplicitatem optimam rationẽ immutabilitatis videntur ſentire cõmuniter DD. qui ex eo, quod Deus ſit ſimplex, probant eſſe immutabilem. Et patet nam omne ſubiectũ mutationis eſt componibile cum aliquo ex terminis ipſius; ſummè autem ſimplex, neque eſt compoſitum, neq; componibile cum alio, ergo ſimplicitas eſt optima radix immutabilitatis.

Sunt qui contendunt nõ ita optimè probari immutabilitatem ex ratione actus puri, & ſimplicitatis quemadmodum ex ratione neceſſitatis eſſendi; nam ſublata, per impoſſibile, ratione neceſſitatis, & cõceptis alijs perfectionibus, præciſè ſecũdum proprias rationes formales, non repugnat, vt concipiantur ſub aptitudine ad mutationẽ; contra verò poſita neceſſitate, & præciſis omnibus alijs, erit immutabilitas; ergo. Probatur antecedens quo ad priorem partem, nam ſi res aliqua fingatur actus purus, & ſimplex, contingens tamen, eo ipſo conceditur mutabilis inter extrema, atque eſt contingens. Verùm immeritò id dicunt; nam ſi per actum purum intelligamus, quemadmodum debet intelligi, illum, qui eſt expers omnis potẽtiæ tum paſſiuæ; tum obiectiuæ; & per rem ſimplicem, eam, quæ omnem excludit compoſitionem, etiam illam, quæ eſt ex eſſe, & eſſentia, implicat in primo modo dicendi per ſe dari actum purum, & rem ſimplicem, & adhuc contingentem; optimè igitur dictum eſt omnibus his rationibus à priori probari immutabilitatem Dei, & quandam immutabilitatem, nempè ſecundùm locum, probari etiam ex immenſitate Dei, dictum eſt ſupra, cum de immenſitate Dei.

De Aeternitate Dei.

OPVSC. XI.

Cap. I.

Aeternitatis nomen, licet (vt mos eſt Sacræ ſcripturæ) ſumatur pro longa, & diuturna duratione,

1 *Aeternitatis nomen multipliciter ſumitur.*

Pſal.75. tione, quo pacto dicuntur Montes æterni Pſalm.75. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*. Item Deuter.33. Poma collium æternorum Deuter. 33.ſicut, & æternum de re dici ſolet, quæ quamuis habitura ſit finem, nullus tamen ei præfigitur, quo pacto intelligit Auguſt.tom.4. Auguſt. Geneſ. 17. quæſt.31.in Geneſ.illud Geneſ.17. Dabo tibi, & ſemini tuo poſt te Terram Chanaan in poſſeſſionem æternam ideſt non per decem, aut viginti, aut aliquot alios definitos annos. Confirmatque acceptionẽ hanc vocabuli æternum, teſtimonio Horatij, qui in eadem ſignificatione ea vtitur. Horatius. Eodemque modo quæſt.43. in exod. intelligit illud Exod.12. Exod.12. *Celebrabitis hunc diem ſolemnem Domino, in generationibus veſtris cultu ſempiterno* ideſt cui nullum vobis præfigo terminum; neque enim, vel generationes filiorum Iſrael, vel militans Eccleſia duratura erant in æternum, vt filij Iſrael abſque vllo omninò fine diem illam in generationibus ſuis eſſent celebraturi. Non tamen ita accipiendum eſt æternum, vel ęternitas, cum Deum æternum eſſe prædicamus, ſed æternitas, quæ tanquam quid proprium Deo tribuitur, eſt illa, quam Durãdus in 1. Durand. diſt.19.quæſt.2. inquit ſignificare durationem interminabilem, ſeu interminatam, quod dictum, eſt verum; ſano modo intellectum; ſi inquam illam durationem interminatam dicamus Dei eſſe ęternitatem, quæ ſit huiuſmodi tam ſecundum ſe totam, quam ſecundum quodlibet ſui, tam actu, quam potentia; nam ſi motus Cœli fuiſſet ex æternitate, duraretque in æternum, tẽpus (quod eſſet eius duratio) eſſet interminatum ſecundum ſe totum à parte ante, & à parte poſt, ſed non ſecundum ſuas partes, quæ planè haberent terminum. Item ſi Deus creaſſet Angelum ex æternitate, ſtatuiſſetque eum conſeruare in æternum, eſſet eius duratio tota ſimul; nec haberet terminum; adhuc autem differret ab æternitate Dei; quia quamuis ſecundum nihil ſui haberet actu terminum, poſſet tamen ſecundum ſe illum habere. Tum quia in quocunque inſtanti poſſet Deus Angelum redigere in nihilum; tum etiam quia potuit illum Deus producere ex tempore; atque adeo illius duratio potuit habere principium.

Dices diſtingui ſatis durationem Angeli à duratione Dei in eo caſu; nam æternitas Dei duratio quædam eſt, quæ nullam ſucceſſionem admittit neque in eſſe, neque in proprijs, & internis actibus rei æternæ; duratio verò illa Angeli licet non in ſe ipſa; ſaltem in aliquibus operationibus, motibuſque eiuſdem ſuppoſiti adiunctam haberet ſucceſſionem. Sed quamuis hæc differentia aſſignata ſit vera; non ſumitur tamen ex ijs, quæ formaliter, & per ſe pertinent ad rationem durationis, ſed ex adiunctis; & extrinſecis; nam cum in tali Angelo alia ſit duratio ipſius eſſe; alia verò operationis, & in priori non ſit ſucceſſio ſit autem in poſteriori; cum hæ duę durationes eſſentialiter ſint diuerſæ, vna non poteſt conſtitui in ſua ratione per aliam; ſed vnaquæque per ſuam intrinſecam rationem formalẽ, & per eandem vna earum differt ab alia, & à quocunque quod non eſt ipſa; & ita etiam à Dei æternitate, ergo non rectè aſſignatur differentia inter æternitatem, & durationem illam Angeli, præſertim permanentem, & immutabilem ex adiuncta ſucceſſione, quam admittit; nam cum poſſit pręſcindi ſubſtantia Angeli ab operationibus, & duratio prioris à duratione poſterioris, aſſi-

gnanda

gnanda erit differentia inter illam durationem ſubſtantiæ Angeli, & ipſius Dei, non ſumpta ab eo, quod eſt poſterius, ergo per illud potiſſimum diſtinguntur, quod duratio ſubſtantiæ Angelicæ ſit permanēs, & immutabilis actu, non tamen potentia; æternitas verò, quæ eſt duratio Dei interminata, & interminabilis, actu non habens terminum, incapaxquè habendi illum; tam per internam capacitatem; quàm per omnem extrinſecam potētiam, cum ab intrinſecò ſit neceſſaria, à nullo dependens, & conſequenter omninò immutabilis.

Thom.

Caiet.

An æternitatis ratio propriiſſime ſumptæ pendeat ab Anima.

3 Hæc ratio æternitatis propriiſſimè ſumptæ non pendet ab Anima, nec contradicit verbis illis D.Tho. 1.par. quæſt.10. art.1. *in apprehenſione vniformitatis eius, quod eſt omninò extra motum, conſiſtit ratio æternitatis* nam, vt benè inquit Caiet. id intelligendum eſt non de appræhenſione formali noſtri intellectus; alias niſi nos diuinum eſſe appræhenderemus, aut per aliquam noſtram appræhenſionem aliquid ei attribueremus, in Deo non eſſet æternitas, quod eſt ridiculum. Sed de obiectiua, ideſt de vniformitate appræhenſa, correſpondente noſtrę appræhenſioni, quando concipimus æternitatem: hęc autem vniformitas, ſeu æternitas rectè explicatur per illam negationem omnis ſucceſſionis actualis, & poſſibilis in toto eſſe rei æternæ; quæ quidem negatio excludit omne aliud; quod ratio æternitatis non admittit nam dicit negationem prioris, & poſterioris. Item principij, & finis; non ſolùm actu, ſed etiam potentia; finis enim, & principium ſine aliqua ſucceſſione eſſe non poſſunt, ſaltem ipſius eſſe poſt non eſſe; vel è contrario ipſius non eſſe poſt eſſe. Dicit præterea negationem omnis ſucceſſionis concomitantis in quolibet intrinſeco actu, aut perfectionē. Dei eſt enim vniformitas ſimpliciter in toto eſſe Dei; in eo autem omni forma, omniſque Dei perfectio includitur.

4 Neque hinc fit, vt attributum æternitatis cum attributo immutabilitatis confundantur, quamquam ſint propinquiſſima, cum negatio mutationis, quam dicit immutabilitas, ſecundùm rationem ſit diſtincta à negatione omnis ſucceſſionis creatæ, quam dicit ęternitas. Quin etiam D.Tho. 1.par.quęſt.10.art.2. ex immutabilitate, tanquam ex aliquo priori infert Dei æternitatem; quam argumentandi rationem mutuatus eſt ex illis verbis Pſalm.101. *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient* ex eo, inquam, quod Deus idē ſemper eſt, & immutabilis, probat Propheta eius æternitatem; quæ optimè per illa verba deſcribitur. *Et anni tui non deficient* nam ſi æternitas, vt dictum eſt, includit negationem principij, & finis non ſolum actualis, ſed etiam poſſibilis, hoc per præfata verba optimè explicatur; iſta enim negatio debet intelligi iuxta oppoſitam affirmationem; de Cœlis dicitur *Ipſi peribunt* non quod actu ſint perituri, ſed quod poſſunt perire, ſic ordinante Dei voluntate. Ita & illud. *Et anni tui non deficient*, vt notior ſit antitheſis, debet negare, quod de Cęlis eodem loco affirmatur; ergo quod nō poſſunt deficere per vllius voluntatis nutum, ac per vllam potentiam. quod ergo hoc pacto eſt expers finis, caret etiam omni principio; nā eſt ens ſummè neceſſarium, à nullo prorſus dependens.

Thom. Ex immutabilitate Dei tanquam à priori infertur eius æternitas.

Pſal. 101.

5 Quamuis autem dictum ſit æternitatis rationem optimè per negationem illam explicari, non tamen volumus negatione compleri: ita, vt in ſua formalitate aliquod negatiuum includat, ſed dicimus poſitiuam

uam illam perfectionem durationis diuinæ, quam per æternitatē ſignificamus circumſcribi, & declarari à nobis per hanc negationem; ſicut & ſimplicitas, & ſimilia alia Attributa diuina per negationem explicātur. Quid autem ſit illud poſitiuum huius negationis fundamentum ſolet controuerti: diſſenſio tamen videtur parui momenti. Vide Suar. diſput. 56. Metaphyſ. ſect. 4. num. 15. Molin. 1. par. diſput. 4. in art. 1. q. 10. D. Thom. & alios.

Suar. Molin. Thom.

6 Hæc autem æternitas propriiſſimè ſumpta, quæ ſoli Deo conuenit, ita à Boetio 5. de conſol. proſ. vlt. definitur. *Eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio*. Per particulā *interminabilis* excluditur omnis duratio habens principium, & finem: per particulam *tota ſimul* excluditur duratio ſucceſſiua, quæ careret terminis, vt eſſet tempus, ſi motus fuiſſet ex æternitate, duraretque in æternum. Per particulam *perfecta poſſeſſio*; excluditur æuum infinitum, quale eſſet ſi Angelus ex æternitate eſſet productus, duraretque in æternum: Tum quia; quod terminari; ac deſinere poteſt, non perfectè poſſidetur: tum etiam quoniam eſt quid coniunctum cum variatione, ac mutatione accidentaria eius ſubſtantiæ, in qua eſt, Ponitur in definitione particula *vita*, vt intelligamus æternitatem non eſſe durationem cuiuſcunque entis, ſed viuētis cuius eſſe, & duratio eſt vita, Hæc autem dicta, & æternitatis formalitas magis innoteſcet ex ijs, quę interſunt inter ipſam, & durationes cæteras.

Boetius. Definitio æternitatis ppriiſſime ſumptę quę ſoli Deo cōuenit.

Diſcrimina inter æternitatem, & durationem noſtram potiſsimum ex ſacra Scriptura.

Cap. 2.

Quanta ſit æternitatis præſtantia tū ex ijs, quæ diximus, colligitur; tum ex cōtrariorum natura, quæ ab ipſa maximè diſtant; cum igitur inter cæteras durationes, noſtra illi potiſsimùm aduerſetur, diſcrimina inter vtramque breuibus ſunt examinanda: vt propoſitū facilius cōſequamur. Aeternitatem diximus durationem eſſe, neſcientem terminum, cum principij omnis, & finis ſit expers: ad quā ſignificandam talibus vtitur dicēdi modis ſacra Scriptura. *Ante Luciferum* Pſal. 109. *In initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret* Prouerb. 8. *Claritate quam habui, antequā mundus fieret* Ioan. 17. *Ante mundi conſtitutionem* ad Epheſ. 1. Vt multifariam interminatā ſignificaret durationem; ſit cum de noſtræ vitæ ſpatio ſermo eſt, audi quid dicat Dauid Pſal. 38. *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos*. Hieronym. *Breues* Chaldæus *leues*, alij ex Hebræo *Palmales, drodantales, quatuor digitorum*, in emendata editione Septuaginta legitur *veteres* quomodò etiā habetur in Pſalterio Romano, Ambroſiano, Arabico, Aethiopico: & ita etiam legit Auguſt. quod non ſine myſterio dictum eſt, poſuiſſe Deum dies noſtros veteres, ſtatim cum incipiunt; quia non diutius duraturos ab exordio vitæ; quam vſu, ac vetuſtate attritæ, conſumptæque veſtes, iuxta illud Pſal. 101. *Omnes ſicut veſtimētum veteraſcent*, & Diu. Paul. ad Hebr. 8. *Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, propè interitū eſt*: 1

1 Primum diſcrimen. Pſal. 109. Prou. 8. Ioan. 17. Epheſ. 1. Pſal. 38. Hieron. Auguſt. Pſal. 101. Hebr. 8.

ergo ſi Deus ab initio poſuit dies vitæ noſtræ veteres, dicentur homines, etiam quando ſunt in ortu vitæ eſſe propè interitum. Idipſum & Iob 14. Sanctus Iob dicere voluit illis verbis c. 14. quæ plura myſteria, quàm elementa continent *ſicut flos egreditur, & conteritur* eo ipſo, quod egreditur ex non eſſe ad eſſe, conteri incipit, & abſumi. Septuaginta, *Tanquam flos efflorescens decidit*, vide loquutionis eximiam phraſim, grandem complectens Philoſophiam: videntur quidem verba contraria efflorescere, & decidere; cum enim flos efflorescit, extollitur, erigitur, ſtat, & conſiſtit, cum decidit, cadit, inclinatur, & marceſcit. Sed ſi rem expendis, verè flos decidit, & conſumitur, iam cum efflorescit; nã eius vita tunc decidit; homo quaſi flos, cum efflorescit, decidit; non ſolùm decidit, quando informatur, quãdo vires amittit quãdo ad ætatem pervenit decrepitam, ſed cum efflorescit, cum iuueneſcit, cũ virilitatem tenet; tunc enim vita illius decidit, tranſit, & cõſumitur, nullumque inſtans eſt, quo vita non decidat, &

2 conſumatur. Ex hac doctrina explicat S. Hieronymus id, quod Deus Hieron. homini dixit, quando in Paradiſo voluit ſub ſui obedientia illum continere Geneſ. 2. *In quacunque die comederis, ex eo morte morieris*, quomodo hoc verum fuit, ſi poſt eſum vetitum vixit Adam pluſquam nongentis annis? Cõmunis explicatio eſt, vt illud *morte morieris*, idem ſit, ac mortalis eris, aut morti ſubiectus eris. Ita Chryſoſt. homil. 17. in Geneſ. Ambroſ. de vocatione gentium cap. 8. & Auguſt. 13. de Ciuit. Dei cap. 23. quod Hieronymo non diſplicet, qui ait rectè Symmacum interpretatum fuiſſe *mortalis eris*, ſed iuxta doctrinam traditam, Hieronymus aliam cenſet aptiorem intelligentiam, vt dicamus hominem,

(Geneſ. 2. — Chryſoſt. — Ambroſ. Auguſt. — Hieron.)

comet inſtanti, quo fructum vetitum comedit iam incepiſſe mori, & id fuiſſe adimpletum *Morte morieris* vita enim in mortem mutata fuit, ac ab illo momento homo iam cepit mori; nam ſi mori eſt conſumi vitam, ab illo inſtanti quis incipit mori, à quo incipit vita conſumi; nos, inquit Hieronym. ex quo naſcimur, mori incipimus, vt Manilius Manilius. ait. *Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet*. Quod ſi priſcam illam Puerperij legem, ac inueteratam reſpiciamus cæremoniam, de qua Suetonius in Claudio cap. 12. Hieronym. in Ezzecchiel. cap. 16. Galen. de ſanit. tuend. cap. 7. & Salomon ipſe Sap. 7. quando natus Puer ſtatuebatur in terra, ſaliebantque illum, & veluti condiebant, ne cito in genito, ſibi mortis ſemine computreſceret. Inſuper lotum infantem inuoluebant pannis, (ſicut mos eſt apud nos etiam) obligabantque faſcijs, omnia videntur illius, quam quiſque ſimul ac oritur, ſecum fert mortis prænotionem ſignificare.

(Galen. — Sap. 7.)

Aeternitas omnis ſucceſſionis ex- 3 pers. At quid tam ſucceſſiuum, fugaxque, quod continuò labatur, & ſeneſcat, quam hominis vita, eiuſque periodus: de quo ſapienter Iob Iob 14. 14. fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. *Quicquid temporis viuitur* inquit Auguſt. 13. Auguſt. de Ciuit. Dei cap. 10. *De ſpatio viuendi demitur, & quotidie fit minus, minuſque quod reſtat hoc ipſum, quod dicto, quod ſcribitur*, inquit Hieronym. Epiſt. 3. Ad Eliodor. ad fin. Hieron. Secundum diſcrimen. *Quod relego, quod emendo, de vita mea tollitur; quot puncta Notarij, tot meorum damna ſunt temporum: ſcribimus, atque reſcribimus; tranſeunt Maria Epiſtolæ, & ſcindente ſulcum carina, per ſingulos fluctus ætatis noſtræ momenta minuuntur*. Hincque intelliges illam Sapientis Concionato-

ris

ris ſententiam, qui docens omnia ſuum tempus habere, tanquam omnium fundamentum primò poſuit, Eccleſiaſt.3. *Tempus naſcendi, & tempus moriẽdi* diminuta videtur loquutio, non enim omnia hominis tempora deſignat; nam inter naſcẽdi tempus, & moriẽdi, mediat tempus viuendi, quo inter ortum agitur vita, & interitur. Sed ſapienter ſapiens loquutus fuit; *vita namque principium*, inquit Ambroſ. *mortis exordium eſt, nec prius augeri incipit ætas, quam minui* non itaque inter tempus naſcendi, & moriendi, datur medium ſed ipſum inſtans, quo homo naſcitur in vtero matris, principium videtur eſſe moriendi, & nõ prius viuere, quam mori, & conſumi incipit. Nihil igitur tam ſucceſſiuum, ac fugax, quam hominis vita eiuſque periodus. Quod ex illa cõſuetudine præſcindendi vmbilicum naſcenti puero, optimè demonſtratur, humanam vitam à die ortus, nauigationis cuiuſdam periculoſæ ſimillimam eſſe: quippe cum vmbilicus (vt nunc taceam aliud eius munus) primum in vtero naſcatur tanquam anchora, qua fœtus tutatur contra fluctuationes, (vt dicebat Democritus, referente Plutharco lib. de amore prolis) & tanquam retinaculum, aut pedamentum conceptæ ſobolis, certè quid erit aliud præſcindi vmbilicum, quam præcidere anchoras, & anchorareos funes, quibus ſolutis, digreſſus ex portu materni vteri, infantulus ſe ſe vorticoſo vitæ huius pelago committat? vita igitur noſtra nauis eſſe videtur, in medio maris fluctuans, Prouerb.30. Sap.5. Eccleſ.32. Quin etiam vento ſimilis, nauigia pellenti, dicẽte Dauid Propheta Pſal.77. *Spiritus vadens, & non rediens*, hominem, his verbis aſſerente nihil aliud eſſe, quam Spiritum, & ventum inanem, ambulantem, & non redeuntem: nam ſicut ille vbi flauerit, non redit, ſed progrediendo conſumitur; & in auras euaneſcit; ita homo vbi viuere cœperit, nunquam in eodem ſtatu permanet; ſed tãquam vento pulſus labitur, & ambulando, viuendoque cõſumitur, vſque dum in mortis portum, ſepulteræque, lictus ſe receperit.

[Marginal notes: Eccleſ.3. — Ambroſ. — Cur naſcẽti puero præſcinditur vmbilicus. — Plutarc. — Prou.30. Sap.5. Eccleſ.32. Pſal.77. — Tertium diſcrimen.]

4 Dei æternitas ita vniformis eſt, vt obſeruauerit D. Dionyſ. cap.10. de Diu. Nom. Sacram ſcripturam repræſentare quandoque Deum, quaſi ſenem, & antiquum, ad ſignificandam eius ęternitatem, iuxta illud Ioann. Apoc.1. *Caput eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix*, & Daniel pariter cap.7. *Et capilli capitis eius quaſi lana munda*. Aliquando tanquam Iuuenem, & ętate florentem ſic eius capillamentũ deſcribit ſponſa Cantic.5. *Comæ eius ſicut elatę palmarum, nigræ ſicut coruus*, vt denotet cũ eius antiquitate cõiunctam eſſe immarceſcibilem pulchritudinem. Noſtra autem duratio ita variabilis, vt de homine affirmet Iob cap.14. *Nunquam in eodem ſtatu permanet* continuò labitur, ſeneſcit, dum viuit moritur, ipſiuſque ortus vetuſtatem, & finem olet, docetque D. Auguſt. l.13. de Ciuit. Dei cap.9. & 11. hominem ſimul viuere, & mori. Imò nunquam verè mori, niſi dum viuit, cum enim viuere deſinit, nõ moritur, ſed mortuus eſt iam. In cuius confirmationem conſiderat Sanctus Doctor (vt videas, quàm ſeriò Sancti Patres, quę nobis minutiſſima videntur, expendunt) quid peculiare, quod ſecundùm regulas Grammaticæ, habet verbum (morior) duo quidem ſunt verba inter ſe maximè affinia, quæ vna ſolummodò litera diſtinguntur: Orior, & Morior: vt videas, quàm exigua ſit diſtantia inter hęc, ortum hominis ſcilicet, & occaſum. Expendit præterea Auguſt. ſe ore-

[Marginal notes: Dionyſ. Areopag. — Apocal.1. — Daniel 7. — Cant.5. — Iob 14. — Auguſt. — Nunquam verè homo dicitur mori, niſi dum viuit. — Maxima affinitas inter hęc dua verba orior, & morior.]

dere non humana induſtria, ſed iudicio fortaſſis diuino factum fuiſſe, vt hoc verbum, Morior, in latina lingua, nec Grammatici declinare potuerint ea regula, qua cætera talia declinantur; nam ab eo, quod eſt (Orior) fit verbum præteriti temporis (Ortus eſt) & ſi qua ſimilia ſunt, quæ per temporis præteriti participia declinantur; ab eo verò, quod eſt (Morior) ſi quæramus præteriti temporis verbum, reſponderi ſolet, (mortuus eſt) v. litera geminata, verè tamen hæc dictio (mortuus) potius nomen eſt, quàm verbum, quomodo fatuus Arduus, Carduus, Conſpicuus, & ſi qua ſimilia, quæ non ſunt pręteriti temporis; ſed quia nomina ſunt, ſine tempore declinantur, & ſine tempore ſignificant. Non itaque propriè, & in rigore Grammaticæ verbum (Morior) pręteritum tempus habet, & meritò, inquit Auguſt. vt ſignificatio vocis rei ipſi correſpõdeat; moritur enim homo de præſenti cum viuit; nec aliud tempus moriendi requiras, niſi tempus præſens, quo viuis.

August.

5 Aeternitas poſſeſſio iure dicitur; quia cum tota ſimul ſit, tota à re ipſa æterna poſſidetur. At tãtùm abeſt hoc dici poſſe de hominis cuiuſque vita, & duratione, vt ipſius incrementum in defectu, & detrimento ſitum eſſe videatur, iuxta illud Gregor. *Quid eſt enim quotidianus defectus, niſi quadam prolixtas mortis; ipſa quippe incrementa temporum, detrimenta ſunt, vitę etenim noſtræ momenta quanta eſſe cœperint, tanta non eſſe incipiunt*. Quod ſignificantius expreſſit Dauid Propheta, cum dixit Pſalm. 101. *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt* quibus verbis non modo fugacitas, & inſtabilitas vitę noſtræ indicantur, quæ vmbrę propria ſunt, atque perpetua; ſed etiam illud aliud eius incrementum detrimentum potius dici, & eſſe; nam

Quartum diſcrimen.

Greg. Pap.

Pſal. 101.

quemadmodum vmbra quo maior, eo nocturnis tenebris propinquior, & ſimilior eſt; nõ aliter vita hæc noſtra, quo magis longeua, eo nocturnis mortis tenebris propinquior. Si igitur quò creſcit, eo deficit hominis vita, ſimpliciter defectus iure optimò poteſt appellari; hocque nomine illam inſigniuit Dauid Propheta cum dixit Pſalm. 38. *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi* quę vltima verba illum habent ſenſum, vt ſciam quid mihi vitæ reliquum ſit. Quod ſi D. Auguſtinus perpendens illa alia Dauid verba Pſalm. 101. *Ingenerationem, & generationem anni tui*, ęternitatem dixit vere appellari annos Dei permanentes in omnes generationes, omniaque ſæcula complecti, ac ſuperare etiam, quia non veniunt; vt tranſeant, nec eſſe dicuntur, vt non ſint, cum nunquam mutentur, nec aliud ſint anni Dei, quam ęternitas Dei, ſubſtantia Dei, Deus ipſe, qui nihil habet mutabile, vbi nihil præteritum, quaſi iam non ſit; nihil futurum, quaſi nõdum ſit, ſed non eſt ibi niſi, eſt; non eſt ibi fuit, & erit: quando de vitæ noſtræ annis ſermo eſt, quorum menſis dies, & hora ideo venit, vt non ſit, & antequam veniat non eſt, cum iam venerit non erit, nihilque illorum ſtet, meritò de illis proferre poſſumus Dauidicum illud Pſal. 89. *Quæ pro nihilo habentur eorum, anni erunt*, vbi ſi coniungamus pronomen illud (Eorum) cum nomine Inundatio, ſiue fluxus; non cum nomine, (Anni) quemadmodum coniunctum reperitur in Hebr. (vt nonnulli recentiores animaduertunt) reddetur ſenſus noſtro propoſito ſatis conſonus, eritque huiuſmodi: inter ea, quæ fluunt, & pro nihilo habentur eorum, ideſt hominum, anni ſunt. Vel clarius anni vitæ noſtræ

Pſalm. 38.

Auguſt.

Pſal. 101.

Fluxibilitas vitæ noſtræ deſcribitur.

Pſal. 89.

ſtræ

ſtræ, ſeu huius vitæ tempora computantur inter eas res humanas, quæ ſunt contemptibiles.

Pſal.90.

Quod ſi æternitas illa, quamuis participata, cum ſit tota ſimul, æternitatemque per eſſentiam æmuletur, ad replendum humanum valeat deſiderium, iuxta promiſſum illud Pſalm.90. *Longitudine dierum replebo eum* quæue plurium dierum numero deſignatur, quãuis dies vnus ſit ſemper manens, vel potius vnum momentum ſemper durans, abſque vlla mutatione, aut viciſsitudine; quia nobis loquitur Spiritus Sanctus, qui non nouimus aliam durationem, niſi in diebus multis, aut longis: meritò ſemper fluentes dies, & anni illis omninò oppoſiti, tanti valere cenſentur ad nos explendos, quanti valet nihil. *Quæ pro nihilo habentur eorum, anni erunt.*

6 Etiam res createç permanentes fluunt.

Dices non idem eſſe iudicium de rebus creatis permanentibus, licet corruptibilibus, quorum durationem quidam æuum appellant, quatenus ea vox ad quamlibet longiorem durationem, quæ ſit permanens, ſignificandam extenditur: alij inſtans permanens, ergo talis duratio, quæ non in continua ſita eſt ſucceſsione, aliquid eſt exiſtimanda. Sed audi quid dicat Dauid Propheta Pſalm.38. *Verum tamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens* in Hebræo verò legitur *omnis homo ſtans* poſsemus dicere nõ ſolum hominem ſtationem ſuam in vita retinentem, ſed quemuis locum tenentem honorificum, vento, & vanitati eſſe ſimilem. Sed ad rem noſtram; homo etiam dum permanet, dum totus ſimul exiſtit, dum ſucceſsionis eſt expers, adhuc vanitatis meretur nomẽ; mirabile, inquam, dictu; dum ſtat, vanus eſt, & inſtabilis, vt ſtet ſimul, & non ſtet, quin eius ſtatio inſtabilitas dicitur; nam ſi eius duratio permanens, & per intrinſecam potentiam eſt defectibilis, & per extrinſecam, quid ſolidi vnquam habere poteſt? *Vniuerſa vanitas omnis homo ſtans.* Quod ſi quis dubitauerit an id intelligatur dictum de homine non ratione ſubſtantiæ, quæ eſſe habet permanens, ſed eorum, quæ in ipſo ſucceſsionem continuò patiũtur, Dauid omnem tollit ſcrupulum eodem loco dicens. *Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.*

Pſal.38. Pſal.38.

7 Quæ cum vera ſint de quacunque creatura, etiam Angelica cum Deo collata, vt affirmant omnes Theologi, & docet etiam Hieronym. epiſt.57. ad Damaſ. quis dubitabit id verè poſſe proferri de ſubſtantia ipſius hominis, quæ non ſolum per diuinam potentiam, quemadmodum etiam ſubſtantiæ Angelicæ, ſed ab intrinſeco quoque, vt non ſunt illæ, eſt defectibilis, obque hãc cauſam ſola inter omnes alias, duratio diuina, quæ eſt æternitas propriiſsimè ſumpta, non ſolum dicitur interminabilis vitæ poſſeſsio, ſed perfecta poſſeſsio: ſi enim daremus Angelum ex æternitate productum, quia per diuinam ſaltem potentiam terminari, & deſinere poſſet, eius æuum, quamuis æternum, non poſſet dici interminabilis vitæ perfecta poſſeſſio.

Hieron.

8 Illius igitur duratio eſt interminabilis vitæ non ſolum poſſeſſio, ſed perfecta poſſeſſio qui eſt ens neceſſarium, à nullo dependens, totius entitatis, & durationis, fons, & origo, Deus ipſe, de quo Dauid Propheta Pſalm.101. *Tu autem Domine in æternum permanes* quæ verba, vt ſint aduerſatiua præcedentium, vt ſonat illa particula (autem) oportet, vt durationem ſignificent, non ſolum expertem principij, & finis, ſed omnis etiam augmenti, & diminutionis, & omnis omninò motus, & ſucceſſionis: & quod caput eſt, ſi animaduertamus hoc ipſum

Pſal.101.

infra eodem Pſalmo Cœlorum defectui opponi, illis verbis. *Ipſi peribunt, tu autem permanes* ſignificare id, quo Dei æternitas completur, permanentiam inquam, nec intrinſecus, nec extrinſecus defectibilem. Si igitur explicatam æternitatem Deo conuenire, ac ipſi ſoli, de fide eſt, iuxta definitionem Concilij Lateranenſis ſecundi cap. firmiter de Summ. Trin. & fid. Cathol. *Vnus ſolus eſt verus Deus æternus*, & Symboli Athanaſij in Cõcilio Florentino approbati *Aeternus Pater, Aeternus Filius, Aeternus Spiritus Sãctus*, & D. Paul. ad Hebr. 1. hinc probat diuinitatem verbi diuini, quia eſt hoc modo æternum; quod nec Angelis, nec creaturæ vlli conuenire poteſt; & Auguſt. vel Fulgentius de fid. ad Petr. cap. 6. *Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites ſolum Deum verum, æternum, & incommunicabilem eſſe*.

Cõcil. Lat. c. firmiter. Cõcil. Flo. Hebr. 1. Auguſt.

An Deus ſit omninò incompræhenſibilis.

OPVSC. XII.

Cap. 1.

1 QVia omnis ferè diſputatio de incompræhenſibilitate Dei in vocum magis, quàm in rerum controuerſia poſitã eſt, vt difficultates omnes circa hanc materiam facilius dirimantur, primum omnium variæ compræhenſionis acceptiones ex Patrum, & ſcholaſticorum ſententia ſunt declarandę. Deinde demonſtrandum quomodo ſecũdùm rectam fidẽ dicatur Deus incompræhenſibilis.

Multiplex acceptio cõprehenſionis.

Patres paſſim nomine compræhenſionis claram Dei notitiam, quã Beati habent in Patria videntur intelligere; nam cum ea Deus totus in ſe videatur, nec quicquam illius lateat, non ineptè ab ipſis viſio Dei clara, cõpræhenſio eſt nũcupata, vt inductione facta ex tot Patrum tum Latinorum, tum Græcorum auctoritatibus, quas colligit, & ponderat Vaſq. 1. par. diſput. 52. cap. 3. & 4. facilè patebit; & nos infra latius examinabimus. Quod etiam confirmat vulgatũ illud Theologorum dictum, qui Beatos omnes, vt à viatoribus diſtinguntur, compræhenſores ſolent appellare. Accipitur ſecundò compræhenſio, vt definitur à quibuſdam pro notitia, æqualis perfectionis cum ipſo obiecto, & videtur eſſe ille comprænhenſionis modus quem quinto loco Nominales numerant, dum varias huius vocis acceptiones excogitant, tunc enim inquiunt, compræhendere aliquid contingit, quoties cognitio eamdem habet proportionem cum reliquis cognitionibus, quam habet res ipſa cognita cum alijs rebus quo circa cum nulla cognitio, qua Beati vidẽt Deum ita excedat alias viſiones, & cognitiones, ſicut Deus ſuperat res omnes, ſequitur hoc pacto Deum à ſe ipſo ſolùm perfectè compræhendi. Id quod iuxta hanc ſententiam non ſolùm ſequitur, ſi dicamus quamlibet viſionem beatificam non eſſe infinitam ſecundum intenſionem, ſed etiam ſi hoc modo ſit infinita, quia ſic etiam non habebit eamdem proportionẽ cum alijs cognitionibus, quam Deus habet cum rebus omnibus, ſi aliquam habere dicendus eſt. Idem videtur dicere, licet alijs verbis D. Thom. 1. par. quæſt. 12. art. 7. vt res aliqua compręhendatur inquit, non ſatis eſt videre quicquid in ea eſt, ſed etiam omni modo, quo ex ſe poſtulat cognoſci, hac enim ratione ſolum cognitio poteſt eſſe adæquata obiecto cognito, ac proinde ipſum intra ſe compręhendere. Non aſſerit rem eſſe ęognoſcendam meliori

Vaſq. Thom.

lliori modo, quo poteſt; ſic enim formica ab Angelo inferiori non compræhenderetur, cum meliori modo poſſet à Deo, & ab aliquo Angelo ſuperiori cognoſci; ſed neceſſarium eſt rem cognoſci tam perfecta cognitione, quam ipſa ex ſe poſtulat; hoc eſt, vt cognitio in ſe ſit tantæ perfectionis in genere cognitionis, quantæ perfectionis obiectum in genere cognoſcibilis: quare cum Deus ex ſe infinitus ſit, ideoque poſtulet infinitè cognoſci, nulla cognitio erit illi adæquata, niſi ſit infinita: nec quacunque ratione, ſed qualis eſt ea, quam Deus de ſe ipſo habet, ergo hac ſolum compræhenditur.

3 Tertio accipitur compręhenſio (vt alias omnes eius acceptiones prætermittam pro cognitione, ſeu viſione rei, ſicuti eſt, vt nihil illius videntem lateat. Cœterum duobus modis contingit cognoſcere de re aliqua quicquid illius eſt, & ad ipſam pertinet: vno modo cognoſcendo id tantùm, quod eſt in ipſa formaliter, & ad illius eſſentiam, vel etiam proprietates intrinſecas pertinet, & hoc modo videntur illam accepiſſe D. Auguſt. ſerm. 8. de verb. Dom. & Nazianzen. Orat. 34. quæ eſt 2. de Theol. num. 9. & 19. cum docet Dei compræhenſionem reſeruari nobis in præmium in alia vita; eamque Auguſt. apertè diſtinguit à cognitione in vniuerſum, cũ ait aliud eſſe videre rem aliquam; aliud verò, vidẽdo, ipſam rem compræhendere Nazianzen. autem loquitur de compræhenſione, quàm nullus mortalium in hac vita conſequi poteſt. Nomine igitur compræhenſionis, aliquid ampliùs, quàm cognitionem communiter intelligit. Sed de loco D. Auguſt. latiùs inferius in hoc eodem tractatu.

Duob' modis cognoſcere contingit de aliqua re q̄ quid illius eſt.

Auguſt. Gregor. Nazianz.

Auguſt.

Altero autem modo dicitur res aliqua compræhendi, quando non tantum cognoſcuntur, quæ in illa ſunt formaliter; ſed ita ea omnia cognoſcuntur, vt ex vi talis modi cognoſcendi compræhendantur quæ quouis modo ab illa eſſentia emanãt, vel emanare poſſunt; & hoc ipſum eſt cognoſci non tantùm rem totam, ſed etiam totaliter, idemque eſt rem compræhenſam, ſcientis cognitioni finiri, vt id. m D. Auguſt. dixit lib. 12. de Ciuit. Dei cap. 18. & Epiſt. 112. cap. 8. Hunc modum indicat D. Thom. 1. par. quæſt. 12. artic. 8. dum inquit *nullus intellectus creatus totaliter Deum compræhendere poteſt; nam nullus intellectus creatus videndo Deum, poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, vel poteſt facere; hoc enim eſſet compræhendere eius virtutem*. Nec forſitan diuerſum incompręhenſibilitatis modum tradidit loco ſuperiùs citato art. 7. dum probat Deum non poſſe compræhendi à Beatis, quia lumen gloriæ non poteſt eſſe infinitum: quæ quidem ratio eſt quaſi remota, & à cauſa efficiente; altera autem eſt proxima, & à cauſa formali; viſio enim creata ideo non eſt compræhenſio, quia non oſtendit in Deo, omnia quæ poſſunt oſtendi; non autem illa omnia oſtendit; quia finita eſt, & à lumine procedit finito; finito inquam, & eſſentialiter, & intenſiuè: neutro enim modo ex eius ſententia poteſt eſſe infinitum. Hinc concludit D. Thom. eo loco, Deum finitè cognoſci per viſionem creatam, & ideo nõ compræhendi, quia non cognoſcitur quantum cognoſcibilis eſt. Hunc etiam modum ſequitur Alexander 1. part. quæſt. 7. membr. 1. & Ocham. & Nominales in quarto modo compręhenſionis, hunc videntur numerare, cum aſſerunt Deum ideo non compręhendi, quia non poteſt ſecundùm omnia prædicata, quæ ipſi conueniunt, à Beatis videri: intelligunt autẽ procul dubio non de prædicatis intrinſecis

Auguſt.

Thom.

Thom.

Alexan. 1.

Ocham.

ſecis

ſecis ipſius Dei; ſic enim nihil eſt in ipſo, quod non videatur; ſed de prædicatis, quæ conueniunt Deo per ordinem ad extrinſeca, quæ ſunt effectus ipſius; nempè ad creaturas, vt quod poſſit hoc, vel illud facere, quod hoc, & illud ſit facturus.

Intellectũ creatum non poſſe propria virtute comprehẽdere Deum primo comprænhenſionis modo, certa fide tenendum eſt.

Cap. 2.

1 HIs ita de varijs comprænhenſionis acceptionibus explicatis; demonſtrandum nunc eſt, quonam comprænhenſionis modo à nobis dicatur Deus incomprænhenſibilis. Et quidem intellectum creatum non formatum lumine gloriæ, nec alio pacto eleuatum à Deo non poſſe naturali ipſius virtute Deum comprænhendere nec prima comprænhenſionis acceptione, docet fides Catholica; nec ſolum damnati ſunt Anomæi, qui auſi ſunt affirmare Deum in hac vita ab intellectu noſtro virtute propria comprænhendi, hoc eſt clare videri ſicuti eſt, & totum agnoſci poſſe, ſed etiam Beguinæ, & Beguardi qui eumdem errorem docuerunt poſtea in Germania, damnati autem ſunt in Concilio Viennenſi, & refertur in Clem. Ad noſtrum, de Hæretic. vbi inter alios ipſorum errores, quartus connumeratur, in hunc modum. *Homo in hac vita conſequi poteſt Beatitudinem, quam Sancti habent in alia*, & ſtatuitur de fide doctrina, quam explicat D. Thom. 1. par. quæſt. 12. artic. 4. Intellectum ſcilicet creatum per ſua naturalia diuinam eſſentiam videre non poſſe; errorque huic veritati contrarius ex ſcriptura facile poteſt refelli, vt ex illo ad Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna*; vita autem æterna in diuinæ eſſentiæ viſione eſt poſita, vt latius infra videbimus, ergo videre Dei eſſentiam conuenit intellectui creato per gratiam. Et confirmatur; nam ſi ad iuſtificationem, quæ via eſt ad vitam æternam, & Beatitudinem peculiari Dei ope indigemus, iuxta illud ad Rom. 3. *Iuſtificati gratis per ſanguinem ipſius*: multò magis ad videndum Deum ſicuti eſt, peculiare Dei auxilium erit neceſſarium. Præterea ſi fides cognitio ſuboſcura, quam de Myſterijs in ænigmate habemus, eſt Dei peculiare Donum, vt ſæpè teſtantur ſcripturæ, & patet ex materia de fide; num poteſt id in dubium verti de clara Dei viſionem.

Clemẽt. ad noſtrum. — *Thom.* — *Rom. 6.* — *Rom. 3.*

2 Verùm intellectum creatum non poſſe naturali virtute Deum comprænhendere: quemadmodum illum comprænhendunt Beati in patria, clariſſime probatur contra Anomœos, & cœteros hæreticos verbis illis Apoſtoli primæ ad Timoth. 6. *Qui lucem habitat inacceſſibilem, quam nullus hominum videt, nec videre poteſt*. Notaque cum Chryſoſt. homil. 3. de incomprænhenſibili Dei natura tom. 5. diligentiam Pauli; *non enim dicit, qui lux inacceſſibilis, ſed qui lucem inacceſſibilem habitat, ſcilicet vt intelligas, quam ipſe habitans Deus inacceſſibilis ſit; quando domicilium, quod inhabitat, inacceſſibile eſt; non tamen ita hæc refert vt, Dei locum, & domum eſſe ſuſpiceris; ſed quò latiùs, quam ipſe Deus: incomprahenſibilis ſit, accipias: quapropter nec locum incomprahenſibilem inhabitare dicit; ſed inacceſſibilem, quod longe pluſquam incomprahenſibile eſt; quod enim inquiſitum, inueſtigatumque cõprahendi non poteſt, id eſſe incomprahenſibile dicimus; quod autem re inueſtigandi quidem vllo pacto operam patitur,*

1. Thim. 6. — *Chryſoſt.* — *Deus habitare lucem inacceſſibile.*

titur, & ad quod nemo propiùs accedere poteſt, id inacceſſibile eſt, v.g. mare incomprehēſibile dicimus quòd ſubeuntes vrinatores, multumque altitudinis tranſmittentes, fundum attingere nequeunt; Inacceſſibile verò, quod nemo vel ingredi, vel tentare audet, ſic veneſicæ Circis lucos, inacceſſibiles vocauit Poeta: vt igitur ſignificantiùs Dei incomprehenſibilitatem declararet, lucem dixit Apoſtolus inhabitare inacceſſibilem.

Aeneid. 7.

3 Viribus tamē noſtris intellige nō autem ſpeciali gratiæ priuilegio; vnde cautè legendus eſt Chryſoſtomus in illis Homilijs de incompræhenſibili natura Dei; adeo enim ibi Anomeorum errorem declinare voluit, vt dubium ſit, an in extremum etiam inciderit. Poteſt igitur Deus inacceſſæ lucis vocari habitator, quod ad illius Beatitudinis lucem perfruendam, nemo niſi ſpeciali priuilegio diuinitus conceſſo mentis, aut corporis viribus peruenire poteſt, iuxta interpretationem D. Auguſt. lib. 2. de actis cum Fælice Manichæo cap. 7. qui exponens hęc verba Pauli, inquit; *Namquid ad illam lucem non accedunt Sancti, de quibus ſcriptum eſt, Accedite ad eum, & illuminamini, & illud Beati mūdo corde quoniam ipſi Deum videbunt. Sed quia non ad eam poteſt accedere niſi cui Deus ipſe donauerit, vt accedat, ideo per ſe ipſam inacceſſibilis eſt.* Et idem Auctor in Pſalm. 118. quæſt. 6. *ſic enim illud dictum eſt Deus habitat lucem inacceſſibilem, vt audiuimus tamen accedite ad eum, & illuminamini, qua vtique ſic ſoluitur quæſtio, vt inacceſſibilis ſit viribus noſtris, accedatur autem ad Deum muneribus ſuis:* & D. Dionyſ. Areopag. Theologorum Princeps epiſt. 5. ad Doroth. *Caligo* inquit, *Diuina eſt inacceſſibilis, in qua habitare dicitur Deus, & quidem cum ſit illa inuiſibilis propter eximiā claritatem, & inacceſſibilis propter immenſam luminis copiam:* Deinde ſubdit iuxta quandam tranſlationem (teſte Dionyſ. Carthuſ. eius Interprete) *Ad hanc pertingit, eaq; abſorbetur quiſquis Deum videre, ac noſſe meruerit, &c.* Et confirmatur; Nam vnigenitus Patris Filius cui, cum natura diuina illi ab æterno communicata, huius inacceſſibilis lucis data fuit poſſeſſio, iuxta illud Iob 36. *Quod lux ſit poſſeſſio eius*; & verba ipſiuſmet Ioan. 17. *Clarifica me Pater apud te met ipſum claritate quam habui priuſquam mundus eſſet:* Dicitur tamen à Dauid Propheta ſplendor Sanctorum, id enim ſignificant illa verba Pſal. 109. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum:* vbi ponitur pluralis pro ſingulari, ideſt pro ſplendore Sanctorum; quæ licet 4
ſint obſcuriſſima; ſi tamen per diem virtutis, intelligamus æternitatem, qua fuit genitus à Patre; vt nonnulli recentiores exponunt, per ſplēdorem Sanctorum debemus intelligere habitum Chriſti, & verbi, quo fuit veſtitus ab omni æternitate, de quo, quidem habitu loquitur idem Dauid Pſalm. 103. dicens *Benedic Anima mea Dn̄m, Dn̄e Deus meus magnificatus es vehemēter. Confeſſionē, & decorē induiſti, amictus lumine, ſicut veſtimento*, ſed nota myſteriū; nā qui dicitur amictus lumine, imò inhabitare inacceſſibilem lucem, vt his tropis, & ſimilitudinibus, quàm ſit incompræhenſibilis eius natura, innoteſceret, idemmet dicitur ſplendor Sanctorum, qui Beatis lucet in Patria, quemque intueri, ipſis tantum fas eſt, vt ſic omnes intelligant quàm ſit verū, quod fides docet Catholica; compræhendi quidem ab intellectibus, formatis lumine gloriæ, quemadmodum ſunt Sanctorum omnium in patria, obiectum illud, quod ipſiſmet, ſi ſolæ ſpectentur vires naturæ, eſt

Auguſt. Pſal. 33. Math. 5. Pſal. 118. Dionyſ. Areopag. Dionyſ. Carthuſ. Iob 36. Ioan. 17. Pſal. 109. Maldonat. Pſal. 109. Pſal. 103.

Rom. 1.

eſt incompræhenſibile nam, quamuis docente Paulo, ad Roman. 1. *Inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur,* verum etiam eſt iam inde ab hominibus natis, & in poſterum quicquid fuerit futuri temporis, intellectum creatum, quamuis creatura Duce, ſuis relictum viribus, inuiſibilitatem, vt ita dicam, & incompræhenſibilitatem Creatoris inde haurire, ſplendoremque illum Beatis perpetuò lucentem ab ipſo opertum, inter tenebras latitantem conſpicere; tandumdemque ſemper ſe ſubducentem, quantum percipitur. Quod per bellè oſtendit Dauid, ſi ritè perpendantur illa eius verba Pſalm. 17. *Poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius*, non ſolùm in tenebris latitat; nam cum circunfundatur gloria, & ſplendore incredibili, & vltra quam ferre poſſit humanus conſpectus, apud nos eximia illius claritas, & inacceſſa lux, ſicut nox tenebreſcit, & obſcuratur. Sed quod magis mirum videri debet, creaturæ omnes, quæ nobis prælucent ad cognoſcendum Deum, ipſum operiunt, & abſcondunt, id enim indicunt, neq; extorta, illa verba. *In circuitu eius tabernaculum eius*, nam per id, quod in Deo eſt, eſſentiam diuinam, per illa verò, quæ ſunt circa Deum, creaturas intelligit Gregor. Nazianz. Orat. 42. quæ eſt 2. in Paſcha per tabernaculum autem, locus, quo quis abditur, ne ſit in aperto, non impropriè accipitur. Et Agellius noſter per illud Pſalm. 18. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, occaſum ſolis ſentit eleganter deſcribi; nocte enim apparente; quando ſol occidit, tanquam in tabernaculum ſe recipit, quo abſcondatur: quin etiam occaſus, vel occubitus aſtris quodã modo ſomnus eſt, quieſq; ſm̃ vulgarem æſtimationem, quæ non attendit, ab ipſis, dum ſubducuntur nobis, luſtrari aliud Hemiſpheriũ. Huc facit ſæpiùs vſurpatus à Virgilio verſus.

Creaturæ quomodo nos ducant ad cognitionem Dei lepidè demõſtratur.

Pſal. 17.

Greg. Naz.

Pſal. 18.

1. Georgic. Aeneid. 4. & 9.

Tythoni linquens croceum Aurora cubile.

4. Carmin. Ode 15.

Vocat & Horatius Heſperium cubile; ſecundum enim illam vulgi de dormitione, & ſomno Aſtrorum opinionem, locum habeant neceſſe eſt, quo ſe recipiant, & quieſcant. Vnde Poetarum more loquens Dauid de occaſu Solis, inquit; *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*, & de ortu poſtmodum, quaſi tunc vigilet, & è ſomno excutiatur; *Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*. Ad rem igitur noſtram reuertentes, qui creatura duce in illam increatam lucem intelligendi aciem intẽderit, non Orientem Solem inueniet, ſed Occidentem, nam *In circuitu eius tabernaculum eius*. *Quid autem amo, cum te amo?* inquit Auguſt. lib. 10. Confeſs. cap. 16. cum Deo loquens, *Non ſpeciem corporis, nec decus temporis, nec candorem lucis, ecce, iſtis amicum oculis, non dulces melodias ſuauiũ cantilenarum, non florum, & vnguentorum, & aromatum ſuaueolentiam, non manna, & mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus: nõ hæc amo, cum amo Deum meum; & tamen amo quãdam lucem, & quandam vocem, & quendam odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei, vbi fulget Animæ meæ quod non capit locus, & vbi ſonat quod non rapit tempus, & vbi olet quod non ſpargit flatus, & vbi ſapit quod non minuit edacitas, & vbi hæret quod non diuellet ſatietas. Hoc eſt, quod amo, cum Deum meum amo, & quid eſt hoc? Interrogaui terram, & dixit non ſum: & quæcumque in eadem ſunt, idem confeſſa ſunt. Interrogaui mare, & abyſſos, & reptilia animarum viuarum, & responderunt; Nõ ſumus Deus tuus quæ ſuper nos, &c.* & multa alia proſequitur Auguſt. in hanc ſententiam. Ex quibus licet manifeſtè colligere è creaturarum

Pſal. 18.

Auguſt.

ſchola,

ſcholà, intellectum noſtrum illã doctrinam de Deo haurire, quam Gregor. Nazianz. orat. de fid. ſcripſit in hæc verba, *Certè hoc eſt Deus, quod cum dicitur non poteſt dici, cum æſtimatur, non poteſt æſtimari, cum definitur ipſa definitione creſcit, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt.* Et vt

Greg. Naz.

7 multa paucis periſtringam, ille vêrè ſub his Doctoribus proficit, qui clarè percipit, ſe in illiùs cognitione prorſus deficere: quamuis .n. creata hæc omnia lineamenta quædam conditoris ſint, & illius tã ſuperemineentis naturæ velut vmbræ; interq; ea arte facta eius ſapientiam; bene inſtructa prouidẽtiam fortia potentiam, fragrantia ſuauitatem, dulcia dulcedinem, pulchra pulchritudinẽ, magnifica maieſtatem, magna immenſitatem perpetuò repręſentent. Non tamen Magnus eſt Deus ſicut magni dicuntur Cœli, nec maieſtatem conſeruat ſicut Reges ſæculi; nec pulcher eſt fœminarum inſtar, nec vt mel dulcis, nec tandem florũ ſuauitas, aut maris fortitudo, vel ſapientia huius mundi in eo reperitur, *In circuitu eius tabernaculum eius.*

8 Nam, quamuis teſte Gregor. Nazianz. circa ipſum Deum dicantur eſſe creaturæ, velamento tamen illi ſunt, non luci; tabernaculumq; illi conſtruunt, quo abſcondatur, non forum, quo omnibus pateat. Nec illud mouere debet, quod ſæpè dicitur germanam viam eſſe creata hęc, qua ad Deum itur, in iiſque eius relicta veſtigia; nam ſoluit difficultatem Dauid Propheta Pſal. 76. illis verbis, *In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur*, hoc eſt inquit Cyrill. lib. de adoratione in ſpiritu, &c. *vt enim in aquis videre veſtigium, aut hominis fortaſſe, aut nauis, aut innatantium belluarum nemo poteſt; ſic nemo diuitias, & ineffabiles vias, in quibus nullum eius eſſet*

Greg. Naz.

Pſal. 76.

Cyrill.

veſtigium aſpicere. Quod ſi accuratius perpendantur illa verba: *Et ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur*; faciliùs quis intelliget vias Dei quam ſint inueſtigabiles; nam qui in vado ambulat, facilè impreſſum relinquit veſtigium. At qui in profundo, nequaquam: Viæ igitur Dei in mari, ſemitæ illius in aquis multis, quid mirum ſi veſtigia eius non cognoſcentur?

Firmum ſit igitur intellectum in hac mortali vita, viribus nixum proprijs Deum non poſſe compręhendere: quin etiam ſi huius vocis, cõpręhenſio, ſignificationem diligenter attendamus à corporalibus ad ſpiritualia translatam; quę eſt vnam rem intra aliam ita cõtineri, vt nihil illius non contineatur, videbimus Deum intra ſinum noſtræ intelligẽtiæ non modo non cõtineri, & conſequenter non compręhendi, ſed etiam, ſi ipſa ſuis operetur viribus, fugari. Huc enim tendunt verba illa Cãtic. 6. *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerũt*, ſeu, vt Hębraicè legitur, *Quia ipſi me extulerunt*: hoc eſt iuxta litteralem ſenſum, ex communi Sanctorum Patrum Ambroſ. lib. de Iſaac cap. 8. Theodoreti, Trium Patrum, Caſsiodor. Gregor. Pap. Rupert. Anſelm. & aliorum ſententia, ne oculis mentis me videre contendas, quem nõ videbit homo, & viuet; quia quò magis in me coniectos habueris oculos, eò tuam cognitionem ſubterfugiam, quantumque percipiar, tantumdem me ſubducam, clariuſque percipies, quam ſuperior ſit tua intelligendi vi meæ naturæ ſublimitas. Cui cõſonat etiã Dauidicum illud Pſal. 63. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*, id eſt vt inquit Cyprian. Prol. de oper. Cald. licet homo cor eleuet, vt mente Deum cõmprehendat, Deus tamen altius adnolat, 9

Cantic. 6.

Ambroſ.

Theodor.
Caſſiodor.
Greg Papa
Rupert.
Anſelm.

Pſal. 63.

uolat, cum magis ſe exibeat non modo eius captui difficilem, ſed etiam incompræhenſibilem. Indubitatum igitur ſit, intellectum creatum, ſibi relictum, Deum non poſſe compræhendere. An autem id valeat aſſequi eleuatus ab ipſo, mox eſt videndum.

Beati dicuntur compræhendere Deum in futura vita, & non compræhendere alia, & alia ratione. Cap. 3.

1 NOn ſine Myſterio Deus nunc inhabitare tenebras, nunc caliginem dicitur in Sacris litteris ſic Dauid Propheta Pſal. 17. *Poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius* loco quorum verborum legit Paraphraſis Caldaica. *Collocauit maieſtatem ſuam in caligine*, & Pſalm. 96. *Nubes, & caligo in circuitu eius*, & Salomon ait ſecundo Paralip. 6. *Dominus pollicitus eſt, vt habitet in caligine*, vt ſic indicaretur id, quod propoſuimus, Deũ Beatis eſſe manifeſtum; eſſe etiam occultum, ipſumque à ſanctis in patria compræhendi, & adhuc eiſdem eſſe incompræhenſibilem alia, & alia ratione.

Pſal. 17. Pſal. 96. 2. Paral. 6.

Tenebrarum enim hæc eſt proprietas, vt apparente ſole, vel lumine euaneſcant ſtatim, cum nihil ſint aliud, quam luminis priuatio; præſente autem forma, priuationem abſcedere neceſſe eſt; caligo verò reſiſtit lumini, ſoliſque radijs, eiuſque calore non modo non diſſipatur quantocyus, ſed multum temporis durant ſimul, de loci eiuſdem
2 poſſeſſione, quaſi præliantur, quod totum non modo Philoſophia teſtatur, & ipſa rei natura; milleque comprobant experientiæ; ſed etiam Iſaia Magiſtro, apertè id diſcimus, qui volẽs oſtẽdere Gentiles Oriente Euangelicæ veritatis luce ſtatim illuminatos, Iudęos verò adhuc obduratos, & in tanto lumine cæcutire, methaphora vtitur, ad id demonſtrandum tenebrarum, & caliginis, in illa prorumpens verba cap. 60. *Surge, illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt; quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur Dominus*, & quæ ſequuntur. In quæ D. Hieronymus terram ad Gentilitatem refert, quæ, ſine lege viuens, expers Religionis, & veri cultus, ac ferè rationis terrena prorſus ſapiens, non immeritò terra, veluti inanis, & rudis nuncupatur. Illud verò *Populos*, ſiue, vt Hebraicè legitur *Tribus*, refert ad Iudęos, qui cognitionem habentes rerum diuinarum, viuentes ſecundum legem, ad verum Dei cultum eruditi, populi, tanquam ratione vtentis gaudent nomine. Et D. Gregor. Pap. Homil. 10. in Euang. *Redemptore nato, Paſtoribus in Iudæa Angelus apparuit, atque ad adorandum hunc, ab Oriente Magos non Angelus, ſed ſtella perduxit; quia videlicet Iudæis tanquam ratione vtentibus rationale animal, ideſt Angelus prædicare debuit; Gentiles verò, quia vti ratione neſciebant, ad cognoſcendum Dominum non per vocem, ſed per ſigna perducuntur*, alloquitur igitur Iſaias præfatis verbis puſillum illum Gregem, paruamque Eccleſiam, quæ primum per Apoſtolos congregata eſt in Syon, de quibus in actibus Apoſtol. cap. 2. legimus, quod de vniuerſo Orbe terrarum viri Religioſi fuerint in Ieruſalem, qui ſuſceperint ſermonem Dei, hortaturque vt ſurgat, veniénſque ſibi lumen amplectatur, & foueat; cum illi tantum illuceſcere tunc temporis datum ſit deſuper, exiſtẽte terra, ideſt Gentilitate in tenebris; & populis ideſt

Iſai. 60. Confirmatur hęc veritas pulchro Iſaiæ loc. Gregor. Papa.

Digitized by Google

idest Iudæis in caligine, & conſequenter vniuerſo errante orbe terrarum. Sed audi Myſterium de gentilitate ſubditur ſedẽte in tenebris, *Et ambulabunt Gẽtes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui*, de Iudęis verò laborãtibus caligine ſcriptum legimus Ioann. 12. *Excecauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur; & ſanem eos*, & Luc. 8. *Vt videntes non videant, & audientes non intelligant*, nam quamuis caligine tenebræ ſint obſcuriores: hoc tamen, mox vt illuceſcit, fugantur; cum tamen illa, & lux veluti cognatione quadam inter ſe contineantur. Oriens igitur Euangelij lux ſtatim gentilitatis noctem, tenebraſque eliminauit: vnde dicitur. *Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui*. At eadem Iudæorum caliginem adhuc ſuperare non potuit, quid mirum, ſi in media luce caligent, & cæcutiant?

Luc. 8.

3 Cum hæc autem ita ſe habeant, iure optimo obiectum illud Beatificum, Deus ſcilicet Optimus Maximus, & tenebras inhabitare, & caliginem dicitur in Scriptura Sacra, vt ſic ſatis indicaretur id, quod diximus ab initio, Deum manifeſtari Beatis in alia vita, & adhuc manere occultum, compræhendique ab ipſis vna ratione; alia verò eſſe ijſdem incomprænſibilem; nam oriente lumine gloriæ illis Beatis mentibus, ſtatim pelluntur tenebrę, & videbitur Deus ſicuti eſt; at non deſinit inhabitare caliginem, quæ nulla vi, creati luminis poteſt diſſi-
4 pari. Ex his puriſſimis fontibus viſus eſt hauſiſſe illam Theologiam Dionyſ. Areopag. epiſt. 5. vbi ſic ait caligo diuina lux eſt, tum inuiſibilis propter eximiam, & ſubſtantię ſupereminentem claritatẽ; tũ inaccesſibilis pro immẽſa ſuper ſubſtantialis luminis ex ſe manãtis copia. Ad hanc pertingit, & abſorbetur quiſquis Deum noſſe, ac videre meruerit; eoque ipſo, quod non videt, nec cognoſcit, (hoc eſt non comprehendit) Deo viſionem, omnemque cognitionem trãſcendenti familiarius iungitur; hoc ipſum noſcens, quod poſt, & ſuper omnia eſt, quæ in ſenſum cadunt, & cum Propheta exclamat. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam*, & Apoſtolus eam agnoſcens, vias eius inueſtigabiles, iudicia eius inſcrutabilia, donum eius inenarrabile, pacem omnem ſenſum ſuperantẽ te-
5 ſtatus eſt. Sic ille notãdumq; eſt colligi ex Dionyſio expoſitionẽ illorũ verborum Pſal. 138. quod quamuis confortata ſit ſciẽtia noſtra lumine gloriæ; non poteſt tamen peruenire ad illum gradum, vt cognoſcat obiectum beatificum quantũ eſt cognoſcibile; tantumque abeſt, vt caligo illa diſſipetur vi luminis gloriæ, vt potius intellectum ita munitum abſorbeat: Remanet igitur Deus illic etiam occultus. Hoc eſt, quod ſolet dici à Scholaſticis Deum cognoſci
6 totum à Sanctis in patria, nõ tamen totaliter; Hoc quod D. Tho. docet 1. par. q. 12. art. 7. ad primum, Beatos in Regno Cœlorum comprehendere Deum, ſi pro eo accipiatur, quod eſt apprehendere, & vt inſequutioni opponitur. At non comprehendere, ſi illud ſignificet, quod totam rem complecti, & includere: nam nullum finitum infinitè poteſt capere: nec contra nullum infinitum finito includi poteſt. Hoc primus omnium docuit D. Paul. illis verbis ad Philipp. 3. *Sequor, ſi quomodo comprehendam*, dicens enim, *ſi quomodo* ſatis denotat illam comprehenſionem nõ fore perfectam, & exactam pro obiecti dignitate; eſſe tamen terminum ſui curſus, & inſequutionis,

Dionyſ. Areopag. Optimè hàc doctrinam cõfirmat.

Pſal. 138.

Ad Rom. 11.

1. Cor. 9.

Ad Philip. 4.

Pſal. 138.

Thom.

Philip. 3.

nis, & ideo comprahenſionem vocari: vnde ipſemet ad omnes fideles loquens primo Corinth. 9. ait, *ſic currite, vt comprahendatis*, & ad Epheſ. 3. *Vt poſſitis comprahendere, cum omnibus ſanctis &c.* vſque ad id *Supereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti*, ex quo vltimo verbo conſtat illam comprahenſionem, non fore exactam, cum charitas Chriſti ſuperet noſtram ſcientiam.

1.Cor. 9.

Epheſ. 3.

7 Quod autem omnis creatus intellectus, eiuſque cognitio vincatur ab illo obiecto, nulluſque illi reperiatur æqualis, vno excepto intellectu diuino, pulchrè oſtenditur in Scriptura ſacra, methaphora ſumpta à Conuiuio, comeſtione, potu, & inebriatione. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini, chariſſimi*, Cantic. 5. quæ verba de Conuiuio Cęleſtis patriæ à D. Bernardo intelliguntur, ſerm. de aquæductu, in Natiuit. B. Virg. circ. princ. æterna autem fœlicitas quam rectè explicetur methaphora comeſtionis & potus, alibi declarabimus. Sed notandum valde eſt amicos, & chariſſimos à ſponſo imitari non ſolum ad comeſtionem, & potum, ſed etiã ad ebrietatem, *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*, cum ipſe de ſe ipſo dicat eod. Cantic. cap. 5. *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo*: nulla inebriationis facta mentione: ſed non mirum, nam quemadmodum qui virtutem habet; vnde vinum conquoquat, bibat vt lubet; nihilominus remanet ſobrius; at, qui non habet, niſi abſtineat, ebrius redditur; nimioque potu, alienatus fit mente, ſic cum vinum illud, quod in patria propinatur Beatis non ſit ex virtute vlla creata, ſed increata, & diuina, guſtari quidem à Cęleſtibus Conuiuis poteſt, ſed dum guſtant, ſuccumbunt potui, & inebriantur. At cum idem vinum ſolus Deus fa-

Cantic. 5.
Bernardus.

Cantic. 5.

Sancti non ſolũ comedant, & bibunt in illo conuiuio cęleſti, ſed etiam inebriãtur, & cur ita.

cile ferat; ſoluſque ſua cognitione claudat, & complectatur beatificum illud obiectum, ſolus bibendo non redditur ebrius, ſoluſque, quãtus quantus eſt, ſe ipſum comprahendit; admodumque nobiſcum facit, quod Dominus talibus Conuiuis ipſe miniſtrabit; ſed præcinctus, ſic pollicetur ſeruis ſuis vigilantibus ſollicitis ac accinctis ad ipſum excipiendum, quando intempeſta venit nocte. *Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*, Luc. 12. Procul dubio ſub huius Lautiſſimæ Cęnæ methaphora de inuſitato, & incredibili honore loquitur, gloriaque; quæ omnia exhibiturus eſt in Cœlo hominibus hic ſibi obſequẽtibus. Sed cur Conuiuæ diſcumbent, cur ipſe miniſtrabit, cur tranſiens hoc præbebit miniſterium, infra explicabimus. Sat erit nunc dicere præcintum videri Dominum ab illis cœleſtibus conuiuis; nam cum incomprahenſibilis ſit ab omni intellectu creato, niſi pręcinctam illam ſapientiam, præcinctam omnipotentiam, præcinctam immenſitatem, præcinctam infinitatem, præcinctam omnium rerum continentiam eminentialem, præcinctam deitatem ipſam fas erit illis intueri, nam quamuis omnibus manifeſtus appareat, ſolus ſibi ipſi etiam in Cœlo eſt diſcinctus, qui ſolus quantus eſt, à ſe ipſo tantum cognoſcitur: Cęlicolis autem illis conuiuis, qui nõ ſolum comedunt, & bibunt, ſed inebriantur; cum virtutem non habeant ad illud cõcoquendum vinum, ſufficientem, præcinctus miniſtrabit. Ita etiam intelliguntur illa verba Ioann. 1. *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprahenderunt*, ab Origene, ſiue ab Auctore illarum Homiliarum in diuerſos, Homil. 2. vt ſit ſenſus. *Lux in tenebris lucet ideſt in natura rationali, quam per* bas

8

Luc. 12.

Cur præcinctus miniſtret Dominus Cõuiuis cęleſtibus.

9

Ioan. 1.

Origen.

has tenebras vult intelligi; hæc enim quantum in ſe eſt, non habet lumen intelligentiæ, & rationis, niſi à Deo donetur: vnde ex ſe tenebricoſa eſt. Cum autem verbum ei intellectum, & vim rationis communicat, ſit rationalis, & luminoſa; in his ergo tenebris lux, nempè verbum lucet, infundendo, & communicando vim intellectiuam, & rationalem, quæ quidem omnibus eſt hominibus communis. At hoc non obſtante, tenebræ eam non comprahenderunt; nam quamuis lumen rationis acceperint à verbo, non potuerunt tamen ipſum comprahendere, nec totam lucem acceperunt ad id neceſſariam, cum infinita ſit; natura ergo rationalis ex ſe non habet vim rationis, & intelligentiæ, ob id ex ſe obſcura eſt, ſed eam à verbo accipit, & verbum in ea ſplenduit, neque tamen totum lumen, ſeu lucem verbi potuit capere, & ideo tenebræ eam non comprahenderunt; non enim creatura rationalis poteſt Deum cognoſcere quantum cognoſcibilis eſt. Hæc ille, qui quamuis videatur loqui de facto, & de potentia ordinaria; ſi tamen benè ponderentur eius verba, id probat etiam de poſſibili, & de potentia abſoluta, cum dicat huiuſmodi creaturam non compręhendere verbum, cum non acceperit totam lucem ad id requiſitam: hanc autem nec accepit, nec poteſt accipere, ſi de ea infinitate ſit ſermo, quæ ad id (vt infra videbimus) eſt neceſſaria; ergo nec compræhendit obiectum quantum eſt cognoſcibile, nec poteſt vllo modo id aſſequi, ſed ſoli Deo id eſt ſeruatum, qui lux eſt infinita per eſſentiam.

10 Nec his contradicit, quod ſcriptum reliquit idem Ioann. cap. 3. primę ſuæ Epiſtolæ illis verbis, *videbimus eum, ſicuti eſt, & ſimiles ei erimus*, cum horum verborum ſit ſenſus, videbimus eum non in ſplendore ſuæ eſſentiæ, vt dicebant quidam hæretici, ſed ſicuti eſt, ideſt in eſſentia ſua. Confirmaturque per id, quod ſequitur: *Et ſimiles ei erimus*, ergo ſi videt ſe ipſum in eſſentia ſua, & nos vtique videbimus in eius eſſentia. Sed nota, ſimilitudinem eſſe, non æqualitatem, ſi ſimiles ei erimus, ergo non æquales, ergo Deo excepto, nemo ipſum valet compræhendere, nec quantum in ipſo cognoſcibile eſt, aſſequi. Cum igitur huc vſque ſit explicatum, Deum poſſe compræhendi, & eſſe etiam incompræhenſibilem alia, & alia ratione; examinandum nunc eſt, an hæc doctrina certa fide ſit amplectenda.

Ioan. 3.

An quod dictum eſt de Dei compręhenſione, & incompræhenſibilitate; certa fide ſit tenendum.

Cap. 4.

SI compræhenſio accipiatur, vt opponitur inſequutioni (etenim appręhenſio, tentio, atque conſequutio eius, quod inſequebamur, compræhenſio dici ſolet) certa fide tenendum eſt Beatos compræhendere Deum in alia vita: nam quemadmodum fide eſt certum illos clarè Deum videre in patria, eamque viſionem eſſe per modum habitus, cumq; ſecuritate, quod nunquam amittetur: ita eadem certitudine eſt affirmãdum, eoſdem Deum compræhendere; per eam namque tenent, atque aſſequuntur id, in quod per ſpem, & deſiderium, dum in via erãt, tendebãt, quinimò compræhenſio hoc modo ſumpta, vt notant Theologi 1. 2. quæſt. 4. artic. 3. vna eſt ex tribus dotibus animæ. Hæc concluſio confirmari poteſt omnibus illis locis, quibus ſupra

probauimus Deum eſſe inuiſibilem viribus naturæ, omni creaturæ: nam in his etiam definitur ſupernaturaliter videri in patria, & ſic compræhendi. Videndus eſt D. Thom. in art. 4. quæſt. 12. & eius expoſitores communiter. Id etiam patet ex illis Patribus, qui dicunt non poſſe nos Deum compræhendere donec perueniamus ad patriã. Ita Irenęus lib. 4. contra hæreſ. cap. 36. & 37. qui cum vno loco neget Deum poſſe compræhendi, alio verò concedat, manifeſtum eſt, non loqui de eodem intellectu, eodemque modo, ſed de viatoribus, contra Anomœos in priori loco, de Beatis verò in poſteriori. Per compræhenſionem vtrobique intelligens claram Dei viſionem ſicuti eſt. Ita etiam Nazianz. orat. 34. quæ eſt ſecunda de Theol. nu. 19. qui quærens quare Deus nõ conceſſerit nobis compręhenſionem eſſentię ſuæ; reſpondet tribus de cauſis; quarum tertia eſt, vt aliquid nobis tam illuſtre in prẹmium laboris huius vitæ adſeruaretur. Eodẽ modo loquitur Origen. 1. Periarch. cap. 1. Cyprian. in princ. operis de Cardinalib. Chriſti operibus compluresque alij.

Thom. — Irenæus. — Gregor. Nazianz. — Origen. Cyprian.

2 Quod ſi quæras, an excepta hac ſola compræhẽſionis ſignificatione fide certũ ſit Deum nõ poſſe compræhendi, omniq; creato intellectui eſſe incõpręhenſibilem? Reſpondeo de fide eſſe, Deum eſſe incompræhenſibilem quacunq; creata cognitione, ſi id intelligatur de compręhenſione abſolutè, & ſimpliciter dicta, itaut ſenſus ſit Deum eſſe incõpręhenſibilem à creatura compręhenſione propria, & ſimpliciter perfecta; licet non ſit de fide certum in quo cõſiſtat hæc compræhenſio. Nec vna pars alteri contradicit; nõ enim nouum eſt veritatem aliquam eſſe fide certam, modum autem explicandi, vel defendendi illam, cadere ſub opinionem; ideoq; non licet ex eo, quod aliquod principium in opinione poſitum ſit, inferre concluſionem etiam eſſe opinabilem; niſi illatio ſit ita euidens, vt omninò neceſſario ſequatur. Idque ex diſcurſu, probando vtramque aſſertionis partem fiet euidentius.

Probatur hęc veritas tum auctoritate Cõciliorum, tum PP. & Scholaſticorum.

3 Quod autem ſit de fide Deum eſſe incõpręhenſibilem aliquo modo peculiari, qui Dei infinitatem in ordine ad cognitionẽ creaturæ declaret. Probatur primo, quia ita definitur in Concil. Lateranenſ. in cap. firmiter. Secundò id docent omnes Theologi. D. Thom. 1. par. q. 12. art. 7. 3. par. q. 10. art. 1. 3 cõtr. gent. cap. 55. Scholaſtici communiter, in 3. ſentent. diſt. 24. Bonauent. art. 1. q. 2. Riccar. q. 4. & ibi Albert. art. 1. vbi inquit eſſe blaſphemiam contra diuinitatem Chriſti, aſſerere ab eius humanitate compręhendi. Scot. Gabriel. Palud. q. 1. & alij in 4. diſt. 49. vbi Sotus 4. 3. art. 1. Tertiò id probatur ex Patribus, Greg. 10. Moral. cap. 7. aliàs 10. *In retributionis ait, culmine reperiri omnipotens per contemplationis ſpeciem poteſt, ſed tamen ad perfectum non poteſt. Et ſi hunc in claritate ſua quandoque conſpicimus, non tamen eius eſſentiam plenè contuemur.* Verùm recentiores quidam ſentiunt D. Gregor. loqui, non de Beatis videntibus Deum ſicuti eſt, ſed tàm de hominibus, quã de Angelis, viatoribus tamen, & ſine lumine gloriæ, ſola gratia contemplationis præditis, de hiſq; dicere *In culmine retributionis*, hoc eſt in altiori gradu contemplationis, qui in hac vita eſt veluti præmium bonorum operum, quantùmuis ipſa creatura, natura quidem ſua anguſta dilatet ſe ipſam, diuinæ eſſentiæ fulgorẽ in ſe videre nõ poſſe, cum verò dicit, Deum in claritate ſua à nobis concipi; non loqui, volunt de clara viſione, ſed de contempla-

Cõcil. Lat. c. firmiter. — Thom. — Bonauen. Riccard. Albertus. — Scot. Gabriel. Paludan. Sot. Gregor. Papa.

templatione huius vitæ, qua Dei eſſentiam, & claritatem conſpicimus; ſed non plenè, hoc eſt non clarè, & ſicut eſt, intuemur. Sic etiam paulò inferius dixit fulgorem eius hoc eſt Dei à nobis non compræhendi.

Sed quicquid ſit de Gregorij ſenſu in citato loco, videtur confirmari id, quod diximus auctoritate eiuſdem lib. 18 Moral. cap. 28. aliàs 27 vbi primum explicat illam claritatem Dei eſſe ipſam Dei ſubſtantiam, cum illi ſimplici, & incommutabili eſſentię non aliud ſit claritas, & aliud natura, ſed ipſa ei natura ſua claritas, & ipſa claritas natura ſit. Deinde loquens de viſione, quam habent Beati in patria, tàm homines, quàm Angeli, ex plurimis id confirmans ſacræ Scripturæ locis, tandem verba profert in hanc ſententiam. *Longè quippe diſpariliter, & videt creator ſe, quàm videt creatura Creatorem; nam quantùm ad immenſitatem Dei quidam nobis modus fingitur contemplationis, quia ipſo pondere circumſcribimur, quo*
5 *creatura ſumus.* Nec eluditur hoc teſtimonium illa reſponſione, quod differentia aſſignata ibi à Gregorio inter Deum, & intellectũ creatum non in eo ſit poſita, quod Deus ſe ipſum cõpręhendat, vt dicunt Scholaſtici; creatus verò intellectus ipſum Deum non compręhendat, ſed quia Deus videns ſe ipſum in ſe quieſcit, nec ad alium tranſit, vt in eo quieſcat; nos verò vidẽdo Deũ, in ipſum quodãmodo per alas viſionis tẽdimus, vt in ipſo quieſcamus: quare nec æqualis eſt noſtra quies, aut viſio, ei, quã Deus de ſe habet, & qua in ſe quieſcit. Hæc, inquam reſponſio, perſpectis verbis Gregorij eò loco, manifeſtè confutatur; nã vtrumque ibi dicit, nec Deo nos eſſe æquales in viſione, nec in quiete; hæc enim ſunt illius verba. *Sed profectò non ita conſpicimus Deum, ſicut ipſe conſpicit ſe, ſicut non ita requieſcimus in Deo, quemadmodum ipſe requieſcit in ſe.* Differentia autem inter viſionem noſtram, & diuinam, in quo poſita ſit, pendet ex verbis, quæ retulimus, immediatè præcedentibus; nobis enim, quia creaturæ ſumus, quantùm ad immenſitatem Dei, modus fingitur contemplationis; at Deo, qui creator eſt, illimitatus, & immenſus, nulli præfiniuntur limites, ſibique ſoli tantus, quãtus eſt, ſemper eſt cognitus: quinimò inæqualitas, & diſcrimen inter quietẽ noſtram in patria, & illã, quam Deus de ſe ipſo habet, ex hoc fonte videtur manare: quia enim Deus eſt immenſus, hinc eſt, quod æqualis infinitæ ſubſtantiæ debet eſſe eius cognitio; cumque nõ poſſit dari niſi vnum, quod ſit huiuſmodi in tota entis latitudine, videndo ſe ipſum, debet in ſe quieſcere, nec ad alium tranſire, in quo quietem inueniat; non enim eſt dari aliud prius, nec digniùs. Nos verò quia creaturæ, & proindè finitæ, ac limitatæ, quo creaturæ ſumus, ad finitã arctamur entitatem, finitamque cognitionem, quæ immenſo obiecto nulla ratione poteſt fieri æqualis; cumque hæc entitas non a nobis ipſis in nobis ſit, in alio opus eſt, quieſcamus; In Deum igitur quodammodo per alas viſionis tendimus, vt quietem inueniamus. Hactenus de ſenſu Gregorij.

Adducitur ſecundo loco Am- 6
broſ. lib. 1. in Lucam, tractans illud Ambroſ.
Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam,* Ioan. 1.
quod ad Angelos videtur extendere, & declarare, dictum eſſe ratione incompræhenſibilitatis. Verum in quo ſenſu negat Ambroſius illo loco Deum viſum eſſe à creatura vlla, in eodem concedit poſſe mereri, vt eius verba teſtantur, quæ ſunt hæc. *Si poteſtas non eſt videndi, eſt gratia promerendi, vt videre poſſimus,*

& ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia Deum videndi, gratiam non habemus. Et quid mirum ſi in præſenti ſæculo, niſi quando vult Dominus, non videtur? in ipſa quoque reſurrectione non eſt facile Deum videre, niſi ijs, qui corde ſunt mundo. Hæc ille citatur tertio loco

Auguſt. Auguſtinus epiſt. 112. cap. 8. & 9. Sed ibi refert ſententiam Ambroſij, nec ab eo vllo pacto diſſentit. Clarius id videtur docere de tempore ſerm. 190. vbi inquit Deum non poſſe nec definiri, nec comprehendi, & eodem loco ſimpliciter eſſe ait incomprehenſibilem, & inextimabilem, ſicut eſt immenſus, & æternus, ſicut igitur ita eſt immenſus, & æternus, vt etiam de potentia abſoluta non poſſit non eſſe talis; ita etiam eſt incompræhenſibilis, vt nulla ratione à creatura compræ-

7 hendi poſſit. Tertius locus adducitur eiuſdem ſerm. 38. de verbis

Ioan. 1. Dom. in illud Ioann. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.* Sed inquiunt recentiores

Auguſt. quidam Auguſtinum palam loqui de viatore à quo dicit Deum non poſſe compræhendi. Sed reijci poteſt hæc euaſio verbis eiuſdem, eodem loco dicentis, *de Deo loquimur, quid mirum ſi non comprahendis? ſi enim comprahendis non eſt Deus*, vbi videtur indicare rationem ex parte Dei, cur non compræhendatur eſſe, quà Deus eſt immenſus, & infinitus: ex parte verò creaturæ, quà creatura, eſt finita, & limitata; ſicut enim illud non poteſt Deo nō conuenire; ita & hoc à creatura non poteſt ſeparari; ſed in patria eędem vigent rationes ergo. Et confirmatur; nam paulò inferius ſubdit. *Quis ergò oculis cordis comprahēdit Deum? ſufficit, vt attingat, ſi purus eſt oculus; ſi autem attingit, tactu quodam attingit incorporeo, & ſpirituali; non tamen comprahendit; & hoc, ſi purus eſt, & homo ſit beatus contingendo corde illud, quod ſemper Beatum manet, & eſt illud ipſa Beatitudo perpetua, & vnde ſit homo viuus vita perpetua.* Sed adhuc perſiſtunt, de fendendo loqui Auguſt. de viatore, à quo dicit non poſſe Deum compræhendi, licet poſſit aliquo modo attingi. Quod verò dicit, *& hoc ſi purus eſt, & homo ſit Beatus*, interpretantur non de Beatitudine perfecta, ſed huius vitæ. Perpetuam autem Beatitudinē ſentiunt ibi appellari Deum ipſum, qui eſt obiectum noſtræ beatitudinis, qualiſcunque illa ſit, ſicut ipſam appellat lumen ſempiternum, quo illuminatur homo, non tantum in alia, ſed etiam in hac vita.

Sed dura nimis videtur hæc expoſitio, vt patet ex contextu; nam cum dicat Auguſtinus nos illum tāgendo fieri Beatos, cumque eſſe beatitudinem perpetuā; illud, perpetuam, intelligit de ea, quæ ſemper Deo conuenit, non relatiuè etiam ad beatitudinem noſtram, nimis extorta eſt interpretatio. Adde, quod ibi ſubdit. *Vnde ſit homo viuus vita perpetua*, quod debet referri non ſolum ad illud obiectum beatificum, quod fons eſt noſtræ ſempiternæ vitæ; ſed ad totum id, quod dictum fuerat, de tactu illius obiecti, ſcilicet, quod homo ſit beatus contingendo corde illud, quod ſemper beatum manet, ergo, per tangere corde illud obiectum, intelligit videre clarè Deum, vt ſit in patria: quæ viſio tactus quidam dicitur, & apprehenſio, vt inſequutioni opponitur. Auguſt.

Obijcies verba eiuſdem dicentis *ſufficit, vt attingat.* At de beatis non rectè diceretur Deum ab eis ſolùm attingi, cum intus in ipſo videant quicquid eſt. Verum poteſt reſponderi, quamuis totus Deus à beatis videatur in patria, quia non videtur totaliter, nec quantum cognoſcibi- 8

lis

lis eſt;ſic enim à ſe ipſo tantùm cõpræhenditur, illud clare videre, obiectum, attingere eſt,cum ſic intuentibus,infinitè remaneat occultus;& confirmatur;nam paulò ſuperius dixerat Auguſtinus. *Quis ergò oculus cordis comprehendat Deum*? quaſi dicat, nullus quod de perfecta, & exacta compræhenſione verum eſſe comprobatur. Vnde quãdo ſubdit, *ſufficit, vt attingat*, comparatione talis comprehenſionis illa verba intelligit; cum qua ſi conferatur clara quęcunque viſio creata in patria,tactus quidam incorporeus, & ſpiritualis obiecti, non immeritò dicitur.

Obijcies tandem id, quod non longè à principio eodem loco Auguſt.ſcribit in hæc verba. *Dicimus quam incomprabenſibile quod lectum eſt,& tamen lectum eſt, non vt comprahenderetur ab homine, ſed vt doleret homo, quia non comprahendit, & inueniret vnde impeditur à comprahenſione, & remoueret ea, & inhiaret perceptioni incommutabilis verbi, ipſe ex deteriori in melius commutatus*, ergo non cẽſet impoſſibilem Dei cõpræhenſionem abſolutè, ſed ſolum viatoribus, vt viatores ſunt, nam ſi videntibus Deum ſicuti eſt impoſſibilem eſſe putaret non exhortaretur ad remouendum ea, quæ ipſam impediunt. Verũ ſoluitur hęc obiectio adhibita diſtinctione de duplici modo videndi rem, ſicuti eſt, quam ſupra explicauimus, & ipſam hoc loco videtur D. Auguſt. indicare. Auguſt. Imò audientes id, quod ibi lectum fuit de incompræhenſibilitate Dei, duplici ſolatur via; & ſpe ipſum cõpræhendendi, in ſæculo futuro, ſi remoueantur impedimenta, & impoſſibilitate id aſſequendi, quod nobis tot debet eſſe materia gaudiorum, quot ipſum habere Deum; ſi enim compræhendi poſſet Deus non eſſet. Hæc autem licet videantur contraria; tamen iuxta varias compræhenſionis acceptiones, vera eſſe probantur.

Vltimò adducitur alius locus Auguſtini lib.4. de Geneſ. ad litteram cap.6.tom.3.vbi inquit. *Quanquam, & ſi corda mundiſſima, & mentes ſimpliciſſimas gereremus, ſanctiſque Angelis iam eſſemus ęquales, non vtique eſſet nobis nota diuina ſubſtantia,ſicut ipſa ſibi*,quamuis autem loquatur de facto, maximum inde argumentum ſumitur ad probandũ idem eſſe dicendum de poſſibili, ſi enim hoc creaturæ non repugnat, vnde conſtat beatis non eſſe conceſſum. Et Minutius Felix in Octauio incompræhenſibilem ait eſſe Deum,quia infinitus eſt, & immenſus, & ſubdit, *ſibi ſolus tantus, quantus eſt, notus*. Tandem poteſt afferri auctoritas Tertulliani in Apologet. cap.17. antiquiſſimi inter Latinos Patres, cuius verba admodum ſunt notanda, *inuiſibilis eſt*, ait, *licet videatur,incomprehenſibilis, etiam ſi per gram repręſentetur*.

Auguſt. Minutius Felix. 9 Tertullian. Adducuntur Patres Græci ad idem confirmandum.

10 Poteſt eadem veritas confirmari auctoritate Græcorum Patrum, vt Theophil.Antiochen. lib.1. ad Autolycum, dicentis, *nec magnitudo eius comprehendi, nec altitudo mente valet capi,fortitudine nemini eſt conferendus,eiuſque ſapientia planè cenſetur incomprehenſibilis*. Citantur in eamdem ſententiam Chryſoſt. pluribus in locis,Epiphan. Cyrill. Alexandr. Theophilactus,Baſil Nyſſen. Gregor. Nazianz. Irenæus; Damaſcenus, & alij quorum plurimi loquuntur contra Anomæos, qui iactabant ſe compræhendere poſſe Deum in hac vita,& dum ipſos impugnant in errorem extremè contrarium inclinare videntur, præſertim Chryſoſt.illos igitur prætermitto. Legantur quid de ipſis ſenſerint Suar.tom.1.in 3.par.diſput.26. ſec.2.Vaſq.1.par. diſp.52.cap.4. & alij recentiores. Loca Sacræ ſcripturæ, quæ ad incompræhenſibilitatem

Theophyl. Antioch. Chryſoſt. Epiphan. Cyr. Alex. Baſilius. Nyſſen. Gregor. Nazianz. Iren. Damaſcen. Suar. Vaſq.

tem probandam adducuntur, ſi nudè ſumātur, nec adiungamus communem ſenſum, & traditionem Patrum, non videntur omninò conuincere, & benè illa videtur interpretari inter cæteros Vaſq.

11 Sunt qui putant non leue ſumi argumentum ex illis ſcripturis, quibus probatur diuinitas Spiritus Sācti, eo quod compræhendat diuinam naturam. Ita argumentatur Athanaſ. in diſput. cum Ario in Concil. Nycæn. in fin. & ex vi eiuſdem argumenti colligunt Patres Spiritum Sanctum eſſe Deum, ponderantes illud Pauli, 1. Corinth. 2. *Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei*, & paulò poſt, *quę ſunt Dei nemo nouit, niſi Spiritus Dei, qui eſt in ipſo*. Illud enim ſcrutari, & noſcere, eſt compræhendere, vt notauit Baſil. lib. 5. contr. Eunom. & Idacius Clarus lib. contr. Varimandum Chryſoſt. Theodoret. & D. Thom. in Paul. qui adiungit illud ſap. 7. vbi de Spiritu Sancto dicitur omnia proſpiciens; qui enim Deum compræhendit omnia proſpicit. Quod ſi aliquis reſpondeat Spiritum Sanctum virtute ſibi connaturali compræhendere Deum, & inde rectè colligi diuinitatem eius, & hoc non eſſe communicabile creaturæ: hinc tamen non ſequi non eſſe communicabile per gratiam. Sed hoc eneruare videtur argumentum Patrum; tum quia Paulus non dicit Spiritum Sanctum ſcrutari virtute naturali, vel gratis donata ei, ſed ſimpliciter loquitur: vnde poſſent Hæretici reſpondere Spiritum Sanctum habere illam ſpecialem gratiam, quia eſt excellentiſſima creatura; ſicut in multis alijs de verbo dicebāt; ergo, vt argumentum ſit efficax oportet, vt ex ipſa ratione compræhenſionis ſimpliciter ſpectata ſumatur; ſicut Paulus loquitur, & Patres argumentatur: tum etiam quia illo modo; & cum illo addito etiam ex ſimplici viſione Dei poteſt colligi aliquem eſſe Deum, ſi virtute naturali ipſum videat. At ſancti non ita loquuntur, ſed ſpecialem vim faciunt in ipſa compræhenſione.

Athanaſ. Cōcil. Nyc.

1. Cor. 2.

Baſilius.

Idac. Clar. Chryſoſt. Theodor. Thom.

An loca ſcripturæ conuincenter probēt hanc veritatem.

Sed quod pertinet ad locum Diui Pauli; ſi rite perpendantur eius verba, non conuincit; nam illud, ſcrutari; non modo ſignificat exactam, & perfectam cognitionem, quemadmodum eſt compræhenſio; ſed etiam ſi cum ſequentibus coniungatur, illam, quæ eſt propria, & naturali virtute; inquit enim Apoſtolus, *quis enim hominum ſcit quę ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt: ita & quę Dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei*, ſed ſit eſt, quod ſpiritus hominis naturali virtute ſcit quę ſunt hominis, ergo ſpiritus Dei eodem modo ſcit, quæ ſunt Dei, & naturali virtute ſcrutatur profunda eius. Et hoc indicat etiam D. Thom. in hæc verba Pauli, dum inquit, Spiritus Sanctus, qui eſt in ipſo Deo, vt potè Patri, & Filio conſubſtantialis, ſecreta diuina per ſe ipſum videt. Quinimò ex ſentētia eiuſdem Auctoris ex eo, quod eſt Spiritus Sanctus in Deo, & conſequenter Patri, & Filio conſubſtātialis, infert Paulus per ſe ipſum videre ſecreta diuinitatis. Quod autem dicitur ex ſimplici viſione Dei poſſe colligi aliquem eſſe Deum, ſi virtute naturali Deum videat, parum refert; nam id non modo non eneruat argumentum, quod ſumitur ex auctoritate D. Pauli, ſed magis roborat, ſi enim videre Deum propria, & naturali virtute non poteſt creaturæ communicari, cum ſolius ſit Dei, quanto minus illum hoc pacto compræhendere? 11

Quod autem petinet ad citatos Patres Græcos, ipſi probant diuinitatem Spiritus Sancti verbis præfatis D. Pauli, ergo intelligunt iuxta

ſenſum

ſenſum illi litteræ conſonum, à nobis nuper explicatum. Quin etiam Athanaſ. diſp. cum Ario in Concil. Nycęn. in fin. Arium exponentem illa verba Apoſtoli, *Spiritus ſcit omnia, quę ſunt Dei*, quatenus Deus voluit, reijcit illa ratione, ergo hoc pacto nihil eximium tribuis Spiritui Sancto ſupra hominum genus? Roboratque ſuum argumentum ſimilitudine, quam eo loco ſubdit Paulus: quemadmodum ſpiritus hominis ex ſe cognoſcit quæ ſunt in homine; ita ſpiritus Dei ex ſe non ex diuino beneplacito quæ ſunt ipſius Dei. Et quamuis per profunda Dei intelligat infinitudinem, & ipſius incompręhēſibilitatem, ſubdatque, quod ſi à creatura condita compręhendi poſſet, non eſſet incompræhenſibilis, negare id videtur creaturæ iuxta ſenſum, in quo D. Paul. concedit Spiritui Sancto. An autem omninò illud negandum ſit naturæ creatæ, non conuincitur ex verbis Apoſtoli, ſed ex propria tantum ſententia id videtur aſſerere: num autem id aſſerat, eſt ſatis dubium.

Athanaſ. Côci. Nyc.

Quod igitur ſit de fide Deum eſſe incompræhenſibilem aliquo modo peculiari, qui Dei infinitudinem in ordine ad creaturas declaret, ſatis videtur probari ex dicto cap. firmiter de Summ. Trin. & Fid. Cathol. vbi cum ſtatuit Deum eſſe incompræhenſibilem, non agit contra Anomæos, ſed abſolutè certam de Deo fidem, & profeſſionem docet, vt patet ex illis verbis. *Eſſe perſpicuum credimus, & ſimpliciter confitemur vnum eſſe Deum, infinitum incommutabilem, incompręhenſibilem*, vbi tam abſolutè, & ſimpliciter definit eſſe Deum incompræhenſibilem, ſicut, & immutabilem: quemadmodum, ergò ita immutabilis eſt, vt etiam de potentia abſoluta mutari non poſſit; ita dicendus eſt, incompræhenſibilis, vt nulla ratione à creatura poſſit compræhendi. Accedit hoc ſenſu Theologos, & ſcholaſticos omnes Catholicos loqui de Dei incompræhenſibilitate; niſi enim ita intellexiſſent hoc modo Deum eſſe incompræhenſibilem; non tanta conſenſione, & diligentia ſtuduiſſent defendere, & explicare Deum non compræhendi à beatis; nam ſi creaturæ non repugnat, vnde conſtat beatis id non eſſe conceſſum? maximèque vrget argumentum in Chriſti anima, cui Deus dona gratiæ, & gloriæ cumulatiſſimè conceſſit; vnde dubium non videtur, quin Concilium Lateranenſe in eodem ſenſu de Dei incompræhenſibilitate fuerit loquutum.

c. firmiter. Côcil. Lat.

Explicatur modus, quo dicitur Deus eſſe à nobis incompræhenſibilis.

Cap. 5.

CVm iam acceptum ſit Deum eſſe quacunque creata cognitione incompræhenſibilem, idque eſſe Dogma fidei, explicandus nūc eſt certus modus, quo prædicetur talis, de qua re variæ exiſtunt opiniones; prætermiſſaque ea, quæ aſſerit Deum eſſe incompræhenſibilem, quia ab hominibus in hac vita cognoſci non poteſt ſicuti eſt, nihil enim aut parum excellentiam Dei comendat; nam Angeli ſunt illo modo incompræhenſibiles, & Animæ noſtræ, multæque res aliæ: At Patres, & Scholaſtici aliquid ſingulare Deo tribuere volunt per illud Attributum in Dei excellentia fundatum. Præterea quando Concilium Lateranenſe in cap. firmiter. definit Deum eſſe incomprȩhenſibilem,

Côcil. Lat. c. firmiter.

ſibilem,nõ agebat,vt diximus,contra Anomęos,qui Deũ poſſe à nobis propria virtute compræhendi in hac mortali vita affirmabãt, ſed abſolutè veram de Deo fidem, & profeſſionem docebat.

Sunt,qui exiſtimant Deum à nobis dici incompræhenſibilem in ſecunda compręhenſionis ſignificatione, initio huius tractatus explicata; quia ſcilicet non poteſt dari in genere entis tam perfecta cognitio,ſicut eſt obiectum compręhendẽdum. Verùm quamuis de fide ſit Deum non poſſe ita compręhendi à creatis, nec ab vllo creato intellectu cum fide conſtet nullam aliam cognitionẽ eſſe illi obiecto hoc pacto adæquatam, niſi infinitam, qualis eſt illa,quam Deus de ſe ipſo habet,nec vlla res alia præter Deum poteſt habere; non tamen requiritur per ſe, & formaliter ad rationẽ compręhenſionis,vt patet ex Diu. Thom. ex definitione ipſa, tradita ab Auguſtino,& ex compræhenſione corporea;vnde ad ſpiritualia cõpræhenſionis nomen tranſlatum eſt. Sicut enim vt vnũ corpus aliud compræhendat corporea compræhenſione, parum refert an eiuſdem naturę ſit,& perfectionis;Auri enim Sphæra optimè à ferrea compræhendi poteſt; ſed opus tantum eſt, vt quãtitas conuexa quantitati cõcauæ adæquetur,vt intra illam tota eſſe dicatur. Ita etiam,vt obiectum intelligibile intellectione compræhendatur,non eſt opus ipſam intellectionem eiuſdem eſſe perfectionis ſecundum eſſe, cuius eſt ipſum intelligibile, ſed oportet, & ſatis eſt, ſi repræſentatio illius ità latè pateat,vt intra ſe quicquid in ea re repræſentari poteſt, diſtinctè ſicuti eſt,contineatur. Tunc autem etiam ſi obiectum ſit infinitum ſecundum eſſe,& cognitio ſecundum eſſe finita, repręſentatio tamen quoad extenſionem infinita eſſe diceretur, & intra ipſam obiectum etiam infinitum finiri; non ergo Dei compræhenſio per ſe, & formaliter requirit cognitionem tantæ perfectionis in genere cognitionis, quãtę eſt obiectum in genere cognoſcibilis; niſi forſitan conſequutione quadam id ſit neceſſarium; quia cum Deus ſit obiectum infinitè cognoſcibile obiectiuè, non poteſt compręhendi niſi infinitè cognoſcatur; non poteſt autem infinitè cognoſci niſi per virtutem infinitam, & omninò per viſionem infinitam, nõ graduum intenſione,& accidentalem, ſed perfectionis,& eſſentialem, quod infra eſt à nobis examinandum.

2 Tandẽ dici poteſt eo modo Deũ eſſe incompręhenſibilem, qui indicatus eſt ſupra in tertia compręhenſionis acceptione,iuxta quam,cum de ratione compræhenſionis ſit ita videre totum, quod eſt in re formaliter, & intrinſecùs,vt ex vi talis viſionis etiam cognoſcatur quicquid ex tali re conſequi poteſt,vel ab ea pendet; optimè infertur Deũ à Beatis non compręhendi; non enim in patria ità cognoſcitur Deus, vt ſimul per illam viſionẽ, & ex vi illius videãtur omnia, quæ quouis modo ab illa eſſentia emanant,vel emanare poſſunt. Verùm quamuis multi prædicent Deum ita eſſe incompręhenſibilem; in reddenda tamen ratione cur ita ſit, ideſt cur ex vi illius viſionis omnia,quæ à Deo ſunt,vel fieri poſſunt,nõ ſit poſſibile cognoſci, diſſentiunt.

3 Sunt qui exiſtimant id nullo modo fieri poſſe, quia nulla creatura, nulluſque effectus nec futurus, nec poſſibilis tali pacto poteſt in Deo videri: ſed meo iudicio,ita opinantur, ſimul adſtruunt veram compræhẽſionis rationem, & deſtruunt. Accommodatum adferunt principium ad explicandam Dei incompręhen-

pręhen-

Digitized by Google

præhenſibilitatem, quod ſcilicet nõ ita creata cognitione cõplecti poſſit, vt totus, & totaliter cognoſcatur; hoc eſt ſecundum ea, quæ in ipſo ſunt formaliter, & ea, quæ ab ipſo poſſunt emanare; non tamen bene illo vtuntur, dum ſentiunt nullã poſſe creaturam videri in Deo; nam quod concomitãter ſe habet ad aliquid non poteſt pertinere ad rationem illius, ſed creaturæ; ſecundum ipſos, cõcomitanter tantum, vel peculiari reuelatione cognoſcuntur à Beatis in Verbo, nec poſſunt vllo modo videri ex vi viſionis ipſius eſſentiæ, ergo quod plura, vel pauciora, vel omnia videantur, per accidens ſe habet ad rationem cõpræhenſionis. Et explicatur magis; nam tunc ad rationem rei neceſſarium eſt cognoſci omnia, quæ ex illa manare poſſunt, vel pendere, quando hoc confert aliquo modo ad exactam rei cognitionem, vel quando in re, vel ex re cõpræhenſa cognoſci poteſt id; quod ab illa fit, vel fieri poteſt, ſed Deus non ita comparatur ad ſuos effectus, vt hi recẽtiores opinantur, ergo cognitio effectuum nihil conferre poteſt ad comprehenſionem Dei, ſiuè eadem, ſiuè diuerſa actu videantur. Maior patet, quia ſi cognitio effectuum non eſt in cauſa, neque ex cauſa, nullo modo pertinet per ſe ad perfectam cognitionem cauſæ, ergo neq; pertinere poteſt ad comprehenſionem; hæc enim vltra cognitionem addit exactam eiuſdem rei cognitionem, tum iuxta mentem Auguſtini, tum iuxta communem harum vocum vſum: Accedit quod ex horum ſententia ſequitur, vel Deum ſe ipſum non compræhendere, vel ſcientiam Beatorum poſſe eſſe cõpræhenſionem: Nam ſi negant Deum cognoſcere creaturas in ſe, tanquam in cauſa, cum aliàs ad rationem comprehenſionis concedant requiri, vt ex vi viſionis illius rei videatur etiã quicquid illam conſequi, vel ab ea pendere poteſt, neceſſaria cõſequutione infertur, Deum ſe ipſum non compræhendere. Vel ſi non requiritur ad diuinæ eſſentiæ cõpræhenſionem, vt illa ſcientia Dei ſit repræſentatiua, omnium, quæ ipſam conſequuntur, vel poſſunt emanare ex vi diuinitatis cognitæ, ergo quod repræſentatiua ſit, tantum ſe habet concomitanter ad cognitionem Dei, & non prouenit ex illa, ſed ex entitatiua perfectione illius ſcientiæ quaſi materiali; vel tandem concedendum eſt creaturas poſſe compræhendere Deum; cum enim doceant poſſe Deum manifeſtare per ſcientiam creatam omnes creaturas poſsibiles in ſe ipſis per propriam cognitionem; præterea eſſe poſsibile vnico actu Deum, & creaturas videre, etiam ſi non videantur creaturæ in Deo, ſed concomitanter, ergò etiam poterit facere Deus vnam viſionem creatam, qua Deus ipſe, & omnes creaturæ poſsibiles, & futuræ videantur, ergo illa viſio eſſet compræhenſio. Quod ſi dare nobis formident concomitantiam illam referri ad compræhenſionem; nec etiam modum explicare poterunt, quo Deus ſe ipſum compræhendat, ſed hæc latius cum de illa difficultate num creaturæ videantur in Deo tanquam in cauſa.

Alij igitur, eidẽ inhærentes principio, & compræhenſionis acceptioni, alia ratione probant ab intellectu creato Deum non poſſe compræhendi, quia nullo pacto putant fieri poſſe, vt creatura ex vi viſionis eſſentiæ diuinæ videat quicquid Deus videt, & ſcit ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & viſionis; vel enim illa viſio eſſet finita, vel infinita; finita eſſe non poteſt ſufficiens ad repræſentandum adæquatè totum Deum ſecundum omnia, quæ

in ipſo formaliter, & eminenter cõtinentur, ac repræſentabilia ſunt, & omninò ad compræhẽdendam Dei immẽſitatem: infinita autẽ nec admittitur, nec eſſe poteſt, ita vt ad illum effectum ſufficiat, ergo. Minor quoad priorem partem probatur, & declaratur; nam plùs diſtat omnis viſio creata poſsibilis à perfectione illius obiecti, quàm diſtet viſio, quam habet inferior Angelus de Superiori, à perfectione ipſius ſuperioris Angeli, ſed Angelus inferior non poteſt ſuperiorem compræhendere tali viſione non ſolum ex defectu intentionis, vel claritatis, ſed etiam quia non poteſt totum illud obiectum diſtinctè ex parte obiecti intra ſe capere; eo quod cognoſcibilitas obiecti ſuperet capacitatem cognoſcentis, ergo multò magis ſuperabit eſſentia diuina quamcumque viſionem creatam poſsibilem. Et confirmatur, & explicatur magis; nam plus diſtat potentia creata, quantumuis eleuata ab eſſentia diuina in ratione, & proportione obiecti, & potentiæ, quam diſtet inferior Angelus à ſuperiore; quia illa eſt diſtantia infinita, & diuerſi ordinis; hæc autem finita. Et quamuis intellectus noſter eleuatus per lumen gloriæ ſit ordinis diuini, dicitur tamen talis per participationem; obiectum verò eſt huiuſmodi per eſſentiam; cum Angelus inferior, & ſuperior ſint ambo ordinis naturalis in gradu intellectiuo, ac tali per participationem. Accedit, quod in caſu de quo loquimur, non habet locum eleuatio; loquimur enim de viſione ipſa, quæ non eſt amplius eleuabilis ad repræſentandum, quia ex natura ſua formaliter repræſentat, comparando igitur actum ad actum reſpectu ſuorum obiectorum, quæ naturaliter repræſentant, procedit ratio facta; & ſecundum eam rationem magis limitatus, & improportionatus eſt actus viſionis creatæ ad repræſentandum adæquatè Deum; quam intellectio inferioris Angeli ad repræſentandum ſuperiorem. Nec in probanda hac parte amplius eſt immorandum ex terminis per ſe nota viſa eſt Patribus, & Theologis.

Hinc eſt, quod Gregorius ait loco ſupra examinato, *quantum ad immenſitatem Dei, quidam nobis modus figitur contemplationis, quia eo ipſo pondere circumſcribimur, quo creatura ſumus*, & loquitur de viſione beata, quam dicit hoc ipſo, quod creata eſt, & finita, non poſſe circumſcribere immẽſitatem Dei; circumſcribere autem non ſignificat intẽſe aut clarè videre, ſed veluti intra ſe capere totam illam immenſitatem, totamque eius quaſi extenſionem in ſe complecti. Et Theologi omnes non alia ratione probant creaturam non poſſe compræhendere Deum, niſi quia finita eſt, & lumen gloriæ receptum in creato intellectu, finitum, vt conſtat ex D. Thom. 1. par. quæſt. 12. art. 7. Bonauent. in 3. diſt. 14. artic. 1. quæſt. 2. Riccard. artic. 1. quæſt. 1. Scot. q. 1. ad primum Durand. quæſt. 1. art. 10. Maior. in 4. diſt. 49. quæſt. 15. & alij quamplurimi. 5

Lib. 18. Moral. cap. 18.

Thom. Bonauent. Riccard. Scot. Durand. Maior.

Poſterior verò pars ſuperius aſſumpta, ſcilicet illam viſionem non poſſe eſſe infinitam, probatur nam, vel eſſet infinita extenſiue ex parte viſionis ideſt per verum argumentum, & additionem realem, vel eſſet infinita intenſiuè in intenſione graduali, neutrum eſſe poteſt, ergò. Prius huius ſub diuiſionis mẽbrum, non poſſe dari; tum quia repugnat dari aliquod infinitum in actu huiuſmodi; tum quia extenſio actus ad plura obiecta non fit hoc genere augmenti, latè, & optimè probatur à Suar. tom. 1. in 3. part. diſput. 26. ſec. 3. non ergò exiſtimo in illo amplius

Suar.

plius

plius eſſe immorandum. Poſterius verò ex eo demõſtratur; quia quod vna viſio beata repræſentet plures, vel pauciores creaturas in Deo nõ prouenit ex intenſione viſionis, ſed ex perfectiore entitate indiuiduali ipſius viſionis, ergo quod repręſentet omnes non prouenit ex infinita intenſione; neque ad hunc effectum per ſe loquendo erit illa intenſio neceſſaria. Antecedens declaratur primo; quia ſi viſio Dei ſit, vt vnum, & per illam videatur in Deo ſpecies humana v.g. etiam ſi intendatur, & fiat vt duo, non extendetur ad plures creaturas; ſed per illam videbitur Deus clarius, & ſimiliter ſpecies humana in Deo, ergò extenſio viſionis ad plura obiecta ſecundaria non prouenit ex intenſione. Antecedens patet, quia ſi illa viſio verè intenditur, illi gradus viſionis ſunt per ſe ſubordinati, ita vt ſecundus natura ſua ſupponat primum, & tertius ſecundum. At verò repræſentatio ſpeciei humanæ, vel alterius non habent inter ſe ſubordinationem, vt per ſe notum eſt, ergò ex vi intenſionis præcisè non poteſt fieri illa extenſio ad repræſentandas alias ſpecies.
6 Secundo quia augmentum intenſiuum vt ſic, totum eſt ex parte ſubiecti per maiorem conatum potentiæ, & conſequenter per maiorem radicationẽ eiuſdem actus in eodem ſubiecto, circa idem obiectum, ergo neceſſe eſt totam intenſionem verſari circa eaſdem res viſas: nam ſi conatus potentiæ extenderetur ad noua obiecta etiam ſecundaria, non neceſſario creſceret in intenſione, & claritate circa primum obiectum, vt ſic, ergo hæc duo augmenta ſunt diuerſarum rationum, nec vnum ex alio neceſſariò ſequitur, neque è conuerſo, quo fit, vt eadem numero viſio, quæ repræſentat Deum, & decem creaturas in ipſo, poſſit eſſe intenſa, & remiſſa, illas decem creaturas clarius, vel minus clare repræſentando, & non plures, neque pauciores, & è contrario fieri poteſt, vt duæ viſiones ſint inæquales in repræſentando plures, vel pauciores creaturas, & tamen in gradibus intenſionis ſint æquales, ac denique non repugnat viſionem, quę ad plures creaturas extenditur eſſe pro conatu operantis intenſiorem, vel remiſſiorem, ſicut Angelus inferior videt interdũ in vno principio omnes concluſiones, quas videt ſuperior, licet hic maiori claritate illas, & non plures videat. Interdum verò fieri poteſt, vt plures concluſiones vnus actus conſideret, quàm alius in eodem principio, quamuis actu minus intenſo, ſeu minori conatu, nullam ergo vim habet illa ſupputatio, ad videndum in Deo tot creaturas requiritur viſio, vel lumen ita intenſum, & ad plures intenſius, ergo ad infinitas infinitè intenſum; negatur enim antecedens, quia non requiritur certa intenſio, ſed ſolum talis indiuidua entitas viſionis, quæ ſi exiſtat, licet remiſſa, manifeſtabit eadem omninò, & ſi eadem fiat intenſior, non repræſentabit plura, ſed eadem clarius. Imò etiam ſi eadem habeat plures gradus intenſionis, nõ manifeſtat quaſdam res per vnum gradum, & alias per alios, ſed omnes per quemlibet gradum, quia omnes gradus tendunt in idem obiectum, eiuſque repręſentationem clariorem reddunt: quod non poſſent facere, ſi res diuerſas repræſentarent. Igitur licet daretur viſio Dei, repræſentans omnes creaturas poſſibiles non neceſſariò eſſet infinitè intenſa, imò illamet poſſet in infinitum intendi, ſicut poteſt in infinitũ intendi amor beatificus Dei, etiam ſi ad noua obiecta non extendatur.

Quod ſi obijcies; qui videt in 7

Deo omnes creaturas poſſibiles videt totam, vt ſic dicam, intẽſionem omnipotentiæ Dei, ergo videt infinitam Dei virtutem intenſiuè, ergo actu infinitè intenſo. Antecedens probatur; quia licet in effectibus illa ſit extenſio quædam: in virtute tamen ipſa effectrice, eſt intenſio, quia ex perfectione eius intenſiua prouenit, quod ad tot effectus, & in infinitum perfectiores extendatur, ergo ex cognitione omnium effectuum in diuina omnipotentia colligitur illam potẽtiam cognoſci ſecundum totam intenſionem perfectionis ſuæ. Sed reſpondetur, negando ſecundam conſequentiam, committitur enim æquiuocatio nã aliud eſt videre totam intenſionem obiecti; aliud videre tota intenſione, totoque conatu, quo poteſt illa intenſio obiectiua videri; rectè ergo colligitur illo argumento diuinam perfectionem obiectiuè videri infinitè idest ſecundùm infinitam intenſionem obiectiuam; non tamẽ inde neceſſariò ſequitur videri infinita intenſione ex parte actus, & ex parte videntis, quia poteſt maiori, & minori conatu, vel claritate. Quin potiùs omnes videntes Deũ, vident totam eius infinitatem intenſiuam, quia illa ſimpliciſſima, prorſuſque indiuiſibilis eſt, licet finitè videant. Is autem qui videret in Deo omnia poſſibilia, peculiari modo videret totam illam infinitatem, quodammodo penetrando illam totam ex parte obiecti, quatenus ex parte illius diſtinctè videret continentiam eminentialem omniũ rerum in ipſa; non tamen inde neceſſario ſequitur, quod videret toto conatu poſſibili ex parte videntis, & conſequenter neque infinita intentione.

8 Concludendum igitur eſt, impoſſibilem eſſe talem viſionem eſſentiæ diuinæ ab intellectu creato, vt ex vi illius cognoſcantur in ipſo omnia poſſibilia, & conſequenter impoſſibilem compræhenſionem tertio modo acceptam; nam vel viſio eſſet finita, vel infinita: finita nõ eſt ſufficiens; infinita non poteſt eſſe; vel enim eſſet infinita extenſiuè ex parte viſionis per verum augmentum, & additionem realem; vel eſſet infinita intenſiuè in intenſione graduali: vtrumque repugnat dari, nec per ſe confert, vt actus extendatur ad plura obiecta, vt ſatis probatum eſt, ergo. Si autem dicas eſſe infinitam intenſione perfectionis, & eſſentię, vtique concedendum eſſet hanc eſſe ſufficientem, imò neceſſariam, verum huiuſmodi eſt ſola increata viſio, qualis eſt ipſius Dei; implicat autem creaturam videre Deum viſione increata.

An poſſibile ſit intellectũ creatum ita cognoſcere eſſentiam diuinam, vt ex vi illius cognitionis videat in illo omnia poſſibilia.

Et in hanc ſententiam dixiſſe videatur D. Thom. 1. part. quæſt. 12. art. 7. Ad videndum omnia poſſibilia in Deo, neceſſariam eſſe viſionem compræhenſiuam, & infinitam intenſiuè, non intenſione inquam graduum, & accidentali, ſed perfectionis, & eſſentiali. Et Ferrarienſi 3. contr. Gent. cap. 56. §. Pro ſolutione, cognoſcere omnia in cauſa non poſſe fieri ſine compræhenſione cauſæ, & ſi cauſa eſt infinita, non poſſe id fieri ſi compræhenſione intenſiua, & infinita. Et Sot. in 4. diſt. 49. quæſt. 5. art. 3. concluſ. 3. viſionem omnium in Deo neceſſario connecti cum infinita claritate; vt verum hoc eſſe intelligatur non de infinitate graduali, ſed de eſſentiali, vt nuper expoſitum eſt.

Thom. *Ferrar.* *Sot.*

9 Hæc, & alia aſſeruntur ab ijs, qui iuxta tertiam compræhenſionis acceptionem defendunt Deum eſſe incompræhenſibilem: illa, inquam, ratione, quod nec per potentiam abſolutam poſſit fieri, vt creatura ex vi viſionis in eſſentia diuina videat omnia poſſibilia.

Verum

Digitized by Google

Obiectiones contra dicta.

Verum nonnullæ ex his aſſertionibus, niſi melius declarentur, maximas patiuntur difficultates. Et primò, quantò plures effectus videntur in cauſa; tanto perfectius videtur cauſa, ex parte ſcilicet videntis, ergò intenſius videtur. Et confirmatur auctoritate D. Thom. 1. p. quæſt. 12. art. 8. qui pro manifeſto habet, quod quantò aliqua cauſa perfectius videtur, tantò plures effectus eius videntur; & contra. Nec vllo modo negari poteſt, quin cauſa clarius, & diſtinctius concipiatur quando concipitur, vt coniuncta ſuis effectibus, cum repræſentatione clara diuerſorum modorum, quibus illi manare poſſunt à cauſa, ergo clariori viſione, & omninò intenſiori. Adde, quod longè diuerſum eſt ex eodem D. Tho. 3. contr. Gent. cap. 56. cognoſcere effectus in ſe ipſis, & cognoſcere illos in cauſa, ex cognitione plurium, vel pauciorum effectuum in ſe ipsis, nõ rectè colligitur maior, aut minor cognitio cauſæ, neque etiam ex cognitione, omnium, at ex cognitione plurium effectuum in cauſa, tanquam in obiecto cognito, quod ſit ratio obiectiua cognoſcendi illos, optimè colligitur maior cognitio cauſæ; imò illa cognitio plurium effectuum in ſe, pertinet ad maiorem extenſionem actus, cognitio autem plurium effectuum in cauſa, ad eiuſdem maiorem extenſionem, quæ ſi vera ſunt de quibuſcunque effectibus cognitis in ſuis cauſis, quantò magis id affirmandum eſt ſi ſermo ſit de cognitione creaturarum poſſibilium in eſſentia diuina tanquam in cauſa, vbi viſio, qua videtur aliqua creatura in Deo, quatenus intelligitur terminari ad eſſentiam diuinã prius ratione, quam ad creaturas ipſas viſas, non oſtendit aliquam perfectionem formalem nouam in ipſa eſſentia diuina, quam oſtendere non valet alia viſio, quæ illam creaturam non manifeſtat: diuina enim eſſentia, virtus, & potentia eſt res in ſe omninò abſoluta, nullum habens reſpectum realem, nec prędicamentalem, nec traſcendentalem ad creaturas poſſibiles: ſimiliter ſimplex, & indiuiſibilis; non poteſt igitur clara viſione videri, quin totum videatur, quod formaliter eſt in illa, ergo cum talis viſio non extendatur ad manifeſtandum aliquid in cauſa, quod non manifeſtabat alia, oportet fateri, vt illam eamdem perfectionem meliori, & expreſſiori modo repræſentet, & intimius illam penetret, hoc autem quomodo intelligitur poſſe fieri niſi intenſiori, & clariori viſione.

Thom.

10 Præterea non poſſumus explicare à poſteriori quomodo aliquis peculiari modo videat totam infinitatem Dei illam quodammodo penetrando, videndo totam illam omnium rerum continentiam eminentialem in ipſa, niſi quia videt in Deo omnia poſſibilia, ergo qui plures creaturas poſſibiles videt in Deo, intimius penetrat illam Dei infinitatem, ergo clarius, & intenſius videt, hæc enim videntur eſſe manifeſta ex terminis.

Soluuntur adducta in oppoſitum.

11 Verum hæc omnia, & non difficilè ſoluentur, & ſimul optimè explicabuntur, ſi dixerimus, concedendo intimius, & perfectius penetrari eſſentiam diuinam ea viſione, qua videntur plura poſſibilia in Deo, quam illa, qua videntur pauciora. Verùm id eſſe tribuendum non intenſioni viſionis, intenſioni, inquam, graduum, & accidentali, ſed diuerſæ entitati indiuiduali ipſius, etiam ſi indiuiſibilis ſit; quia ſicut intellectus perfectior alius alio eſt, non ex maiori intenſione, ſed ex maiori perfectione indiuiduali, ſic intelligi facile poteſt de viſione; atque idem conſequenter dicẽdum

eſt de lumine; principium enim accommodari debet ſuo effectui; hoc autem modo ſcopulos illos aufugimus, quomodo viſionis intenſio, quæ fit per gradus per ſe ſubordinatos, conferat ad extenſionem, ac plurium ſpecierum repræſentationem, quæ nullam inter ſe ſubordinationem habent. Nec commentitia dicenda eſt illa viſionum diuerſitas indiuidualis; nam quamuis obiectum primarium idem ſit, Deus ſcilicet clarè viſus, diuerſo tamen modo, magis, vel minus claro, & perfecto concipi cum coniunctione ad vnum obiectum ſecundarium potius, quàm ad aliud, ſatis eſt, vt viſiones indiuidualiter diſtinctę natura ſua habeant illam diuerſitatem in ſuis effectibus formalibus. Sic igitur explicata, & probata ratio de viſione omnium poſſibilium in Deo probabiliter defendit Deũ nõ poſſe ab vlla creatura comprænhendi: quamuis enim certum ſit Deum cõparatione cuiuſcunque intellectus creati, quantumuis eleuati, eſſe incompræhenſibilem, quod tamen illa viſio omnium poſſibilium in Deo ſit compræhenſio, eſt ſolum opinio in illatione quadam probabili, ſed incerta, fundata.

De Beatitudine, ac Beatis.

OPVSC. XIII.

Cap. I.

1 VT meliùs percipiamus quomodo ſe habeat Deus, & diuina eius natura in ordine ad cognitionem noſtram, & penès ea Attributa, quæ per quandam habitudinẽ obiectiuam, ſeu per denominationem à virtute cognoſcendi, vel loquendi, creata illi conueniunt prætereà, quę dicta ſunt de eius incompræhenſibilitate, ad ea confugiendum eſt, quæ pertinent ad futuram vitam, & viſionẽ beatam. Et quamuis aliqua obiter dicta ſint, aliquantò latiùs hęc materia eſt explicanda. Verùm quia in animo eſt leuiter tranſire, quò ad eius fieri poteſt, & tantũmodò perſtringere vnamquãque difficultatem, quæ reliqua eſt: ad duo capita poſſent non incommodè omnia reduci. Prius erit ad ea pertinens, quæ re ipſa, & de facto conueniunt Beatis, poſteriùs verò ad illa, quæ poſſent adhuc fieri per diuinam potentiam, ac de poſſibili contingere. Verùm quia Beati omnes per beatitudinẽ tales ſunt, & nuncupantur, non erit abs re nonnulla de eius natura ante omnia præmittere.

In quo poſita ſit Beatitudo futuræ vitæ.

Cap. 2.

LIbenter amplector illorũ ſententiam, qui Beatitudinem in operatione intellectus ponendam ſentiunt: nam illa proculdubio, vt ferè omnes concedunt, in operatione præſtantiſsimæ potentiæ collocanda eſt, ſed huiuſmodi eſt intellectus, non voluntas, ergo. Probatur minor, primò, quia potentia intellectiua immediatiùs fluit ex Animæ eſſentia, volũtas verò quodammodo medio intellectu. At quando vna paſſio ſequitur ex alia, vel mediante alia, ea, quæ immediatè oritur ex eſſentia, perfectior eſt, quia hæc eſt quaſi principium alterius. Aſſumptum patet tum ex communi ratione potentiæ appetitiuæ, quæ ita conſequitur cognoſcitiuam, ſicut appetitio cognitionem. Tum etiam ex propria ratione volũtatis, quæ libera eſt; at eius libertas oritur ex indifferentia, & perfectione 1

intel-

Digitized by Google

intellectus. Deinde potentia rationalis per eſſentiam, qualis eſt intellectus, perfectior eſt, quàm illa, quæ talis eſt per participationem, quemadmodum eſt voluntas, quæ ſua natura cęca eſt, & niſi ratione ducatur, non poteſt operari. Præterea intellectus eſt regula omnium operationum voluntatis, ac eatenus voluntas benè, vel malè operatur, quatenus vel eſt rectæ rationi conſona, vel ab illa diſſona, teſte Ariſt. 1. Ethyc. cap. 3. necnon Auguſt. de liber arbitr. cap. 8. 9. & 10. & Cicerone 2. de offic. Et quamuis applicatio ad operandum ſit à voluntate, rectitudo tamen operis eſt ab intellectu: quamuis enim hæ potentiæ mutuò ſe iuuent, plus tamen eſt quod voluntas habet ab intellectu.

Ariſt. August. Cicero.

2 Ad hæc, in rebus intellectualibus differētia perfectionis naturalis potiſſima iudicatur ex parte intellectiuæ potentiæ, nam voluntas ferè eſt eiuſdem rationis, vel ſaltem non poteſt tam facilè diſtingui, & in Angelis eorum perfectio maximè relucet in modo cognoſcendi; nā vnus altiori modo; & per vniuerſaliores ſpecies cognoſcit, quàm alius; In voluntatibus autem difficilè inuenitur diſtinctio, quia in modo operandi parum differunt, ergo ſignum eſt quod perfectio naturæ intellectualis potiſſimùm ex potentia intellectiua dijudicatur ergo illa eſt in tali re dicenda perfectiſſima potentia.

3 Nec alicuius ponderis eſt id quod dicitur, voluntatem eſſe perfectiorem, eo quod liberior; nā electio mediorum imperfectior, quam intentio vltimi finis, quæ neceſſaria eſt quantùm ad ſpecificationem, ac viſio ipſa Dei, quin etiam amor ipſius in vita beata, eſt actus præſtantiſſimus, & tamen neceſſarius.

4 Tandem obiectum intellectus eſt ſimplicius, & abſtractius, quàm obiectū voluntatis, & aliquo modo immaterialius, ergo ipſa potentia eſt perfectior; nobilitas enim & perfectio potentiæ ex nobilitate obiecti deſumenda; illud autem obiectum eſt nobilius, quod abſtractius eſt, & immaterialius. Declaratur antecedēs, nam intellectus cognoſcit obiectū ſuum ſub abſtractione ab exiſtentia, conſiderādo ſcilicet nudā rei quidditatem; voluntas verò non fertur in rem, niſi prout habet ordinem ad actualem exiſtentiam; nulla enim res appetitur, niſi vel prout actu exiſtit, vel exiſtet, quam rationem Scot. in 4. diſt. 49. quæſt. 4. cauillatur multis, ſed optimè, & diffuſè defendit eam Caiet. 1. par. quæſt. 82. art. 3. quæ quidem ratio ſubtilis eſt, & ad oſtendendam perfectionem intellectus valde accommodata; hæc enim eſt vis intellectiuę potentiæ, quod poteſt rem quamcumque ſub omni præciſione conſiderare, & eſſentiam ipſam ab exiſtentia ſeparat, & vniuſcuiuſque propriam rationem inquirit, & intuetur. Quod ſanè arguit virtutem magnam intellectus, eiuſdemque immaterialitatem. Voluntas verò quodam ſimplici modo fertur in obiectū ſuum, illius exiſtentiam appetendo, qui modus operandi minus certè abſtractus eſt, & minus immaterialis. Cum igitur iure optimo beatitudo illa cœleſtis in operatione præſtantiſſimæ potentiæ ſit collocanda, & ex his probatum ſit multis nominibus eſſe nobiliorem intellectū voluntate; meritò amplectenda eſt illorum ſententia, qui illam ponunt in operatione intellectus.

Scot. Caiet. Declaratur noſtra ſententia.

Verum ne omninò ab illa beatitudine formali, quæ eſſentialiter eſt talis; & ipſa per ſe noſtrum appetitum explet; amorē, & omnem prorſus actum voluntatis excludamus, dicimus viſionem non quocunque modo acceptā eſſe huiuſmodi beatitudinem, ſed illam, quæ dicitur 5

compræhenſio, differunt autem hęc duo ratione, nam viſio ſolum dicit claram viſionem obiecti viſibilis. Compræhẽſio præterea eſt talis viſio, & tentio obiecti concepti; ita vt non includat amorem tanquam ſui partem eſſentialem, & intrinſecam, prærequirit illum tanquam diſpoſitionem ſubiecti videntis, & appræhendentis, & licet ſit actus intellectus, qui fertur in obiectum illud beatificans, quod eſt ſumma veritas, non reſpicit illud ſolum, vt eſt intelligibile, ſed etiam vt eſt id, in quo conſtituit voluntas, quæ eſt appetitus totius hominis, vltimum finem, & ſummum bonum poſſidentis, & tenentis illud, & quemadmodum videre eſt in auaro, qui ſi non amaret pecunias nec in eis conſtitueret vltimum finem; poſſidendo illas non diceretur, ſaltem ſecundum æſtimationem ſuam, beatus, at quia eas vehementer amat, ac in eis ponit vltimum finem, illarum poſſeſſio habet veluti rationẽ compræhenſionis beatificantis. Dices, qui amat pecuniam, licet illam videat, non tamen tenet, & poſſidet. Ita eſt ſanè. At ſi quis amaret imaginem, illam videndo, teneret; cum igitur voluntas noſtra amet illud obiectum beatificum, & claram viſionem, videndo illud compræhendit: compræhenſio igitur, & conſequutio, vt huiuſmodi non dicit viſionem, ſed dicit habere obiectum eo modo, quo natum eſt haberi, licet igitur hæ duæ rationes in vnica Dei viſione vniantur, diſtiguntur tamen eo modo, quo diximus.

8 Ex quo confirmatur id, quod ſuperius probatum eſt: nam beatitudo eſt conſequutio vltimi finis, eiuſque poſſeſſio, ſed actus voluntatis non poteſt eſſe cõſequutio vltimi finis, ergo in ipſo nõ conſiſtit beatitudo, ſed in actu intellectus. Probatur minor, nam actus hic voluntatis, qui poteſt dici conſequutio, vel eſt rei abſentis, qui alio pacto dicitur deſiderium, vel rei præſentis, vel abſtrahit à ſummo bono adepto; indifferenterque elici poteſt eo adepto, & non adepto, quod deſiderium non ſit conſequutio vltimi finis, notius eſt, quàm vt probatione egeat, deſiderium enim ſignificat cupiditatem rei abſentis, & non habitæ; quod autem amor, ſeu delectatio rei præſentis non ſit conſequutio, ex his patere poteſt; nam delectatio conſequitur bonum iam adeptum, & poſſeſſum, ergo non eſt adeptio vltimi finis. Quod non ſit amor abſtrahens ab vtroque, ex terminis poteſt eſſe perſpicuum; nam ſi natura ſua eſt indifferens, non poteſt eſſe determinatè alterum horum, ideſt, adeptio, & conſequutio ſummi boni.

Et hæc dicta ſint, ſi de Beatitudine proponatur quæſtio ſtrictè, ac propriè eius ſumpto vocabulo, pro tali ſcilicet adeptione ſummi boni, quæ ipſa per ſe noſtrum expleat appetitũ, ac ideo ſit eſſentialiter Beatitudo formalis, quauè operatione eſſentialiter reddamur Beati. Nam ſi quæſtio moueatur de Beatitudine, eius vocabulo latè ſumpto, pro eo ſcilicet, quo qualicumque modo reddamur formaliter Beati, ac ſimpliciter, abſq; alia diſtinctione quæratur in quonam actu beatitudo formalis conſiſtat, nulla ſanè inter doctos debet eſſe controuerſia, ſaltem de re, & ab omnibus concedendum eſt, quod peculiariter notarunt, ac rectè Ioan. Maior. in 4. diſt. 49. q. 3. & ſupplementum Gabriel. ead. diſt. q. 2. cõcluſ. 1. nempè beatitudinem formalem cõſiſtere, & in actu intellectus, quo eſſentia diuina videtur, & in actu voluntatis, quo Beatus illa viſa fruitur, ac in vtroque actu, & poſtremò etiã in his omnibus ſimul, quæ ad perfectionem tum Animæ, 7 Io. Maior. Gabriel.

tum

tum corporis abſolutā, ac omnibus his modis inueniemus vocabulum Beatitudinis eſſe vſurpatum.

Probatur adhuc, quia ſumma dilectio, quam habet beatus, non cōſequitur viſionem, quatenus terminatur ad Deum, ſub ratione ſummè intelligibilis, ſed quatenus terminatur ad Deum ſub ratione ſummi boni amati ab ipſo beato, ergo viſio non habet rationem beatitudinis formalis, quatenus omninò præcedit amorem, ſed vt præſupponit ipſum ex parte ſui obiecti, ſiue vt rationem formalem, ſiue vt conditionem neceſſario requiſitā. Conſequentia patet quia ſumma dilectio conſequitur beatitudinem formalem; quod probatur, tum ex ipſa ratione delectationis quę eſt appetitus quies, ex hoc enim ſequitur quod ſumma delectatio ſit ſumma quies, & hæc non poteſt reperiri ſine conſequutione ſummi boni, quæ eſt beatitudo formalis. Tum etiam quia delectatio non ſolum eſt effectus beatitudinis, ſed etiam ſignum, immo, & menſura à poſteriori, quia ex eo quod aliquis delectatur, colligimus eſſe cōſequutum ſuum bonum, ſiuè verum, ſiuè apparens, & quanto magis delectatur, colligimus eſſe conſequutum maius bonum, ergo ex eo quod ſummè delectatur colligimus eſſe conſequutam ſummum bonum, quod eſt eſſe beatum; atque adeo ſumma delectatio eſt ſignū beatitudinis formalis, conſequiturque eam. Antecedens patet tum quia nunquam aliquis delectatur propter præſentiam, aut poſſeſſionem alicuius rei, niſi ipſam amet; quamuis enim habeam præſentem Petrum, & videam eum cōſtitutum in ſumma dignitate, ſi nullo modo diligam eum, non delectabor imò ſi odio habeam cruciabor; & quamuis aliquis percipiat cibum, ſi nullo modo appetat eum, non delectabitur, imò potius moleſtia afficietur, & faſtidio, vt in infirmis contingit. Tum etiam quia in falſa, & apparenti beatitudine non ſequitur delectatio ex poſſeſſione boni, vt abſtrahit ab eius amore; auarus enim non cenſet ſe beatum, neque ſummè delectatur, quia pręcisè poſſidet pecunias; ſed quia poſſidet pecunias, quas amat, vnde ſi non amaret, non delectaretur, quamuis eas poſſideret, ergo ſimiliter in vera beatitudine nō poteſt ſequi ſumma delectatio, ex viſione ſummi boni, niſi præſuppoſito eius amore. Dices qui amat pecuniā licet eam videat, non tamen tenet, & poſſidet, nec inde exiſtimabitur beatus; ergo nec etiam qui amat ſummum bonum, videndo ipſum eſt propterea dicendus beatus. Sed reſpondemus ita ſanè dicendum de pecunia, at ſi quis amaret imaginem, illam ſemper videndo, teneret. Cum igitur volūtas noſtra amet illud obiectum beatificum, clarè videndo illud, tenet, & compræhendit conſequutio igitur, & compręhenſio obiecti, non dicit viſionem tantùm, ſed dicit etiam habere obiectum eo modo, quo natum eſt haberi; & licet hę rationes in vnica Dei clara viſione vniātur, diſtinguntur tamen eo modo, quò diximus.

Obijcies, voluntatem tendere in bonum, intellectū autem in verum, quomodo igitur dictum eſt beatitudinem formalem poſitam eſſe in viſionem ſummi boni, & c.? At reſpondetur ſi conſideremus rationem ſub qua tendit vtraque potentia; ita diſtinguntur. At ſi conſideremus rationem, in quam tendit, potentia, etiam intellectus appræhendit, ſeu videt ſummum bonum in ſe, & reſpectu hominis videntis, & poſſidentis. *Explicatur quomodo volūtas tēdat in bonū intellectus autem in verum.*

Confir-

Confirmatur hæc doctrina Sacræ Scripturæ teſtimonijs.

Cap. 3.

1 HAec doctrina de beatitudine, quæ eſſentialiter dicitur formalis beatitudo, quauè nos eſſentialiter reddimur beati, ita à nobis ſupra explicata, Sacram Scripturam pro ſe videtur habere loquentem. Id optimè præſeferunt, vt ab illis exordiar, verba Chriſti, Patrem cęleſtem alloquentis Ioan. 17. *Pater quos dediſti mihi, volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi;* precatur Patrem, præmium ſcilicet, & beatitudinẽ ijs omnibus, qui à Patre ei ſunt dati, de quibus prius dixerat in eod. cap. *vt vnũ ſint, quemadmodum nos vnum ſumus.* Et quodnam præmium, quamnam beatitudinem illis præcatur? *Vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi*, hoc eſt, vt videant diuinitatem, & gloriam meam, quam ab æterno per ineffabilem illam generationẽ mihi dediſti, & huic carni in tempore vniſti. En tibi paucis deſcriptam illam beatitudinem formalem, eſſentialiter talem, quam multis ſupra complexi ſumus; nam quod compendio quodam hic dicitur præmiũ eſſentiale in patria eſſe oſtenſionem diuinæ claritatis, diuinæque eſſentiæ, amantibus, & amicis, quemadmodum erant Diſcipuli, Chriſto à Patre dati. Nos diffusè proſequuti ſumus, docentes beatitudinem illam eſſentialem eſſe quidem Dei claram viſionem, non tamen quamcumque, ſed illam quæ prærequirebat ex parte ſubiecti videntis, tanquam diſpoſitionem, amorem ſcilicet, quæue verſabatur ita circa obiectum ſummè intelligibile, vt idem a voluntate, quæ totius hominis appetitus dicitur, ametur tãquam vltimus finis; amantes igitur clarè vident, ergo comprehendunt, ergò ſunt eſſentialiter beati. In idẽ incidunt eiuſdem Chriſti verba illa alia Ioann. 14. *Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum*, de illa manifeſtatione ſermo eſt, teſte Auguſt. tract. 75. in Ioan. quæ, fiet in gloria, cum clarè Deus videbitur, ſed non abſque præuio amore; viſio enim clara obiecti ſummè dilecti, & tanquam vltimus diligentis finis, eſt eſſentialis beatitudo formalis, noſtrum explens appetitum. Huc tendit dauidicum illud Pſal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, ideſt tunc explebo omnem appetitum, verèque ero beatus, cum contemplabor, & videbo clarè te ipſum, reſurgendo in gloria. In Hebræo, pro *apparuerit gloria tua*, habetur, *cum excitabitur ſimilitudo tua*, & ſenſus eſt idem; tunc enim apparebit gloria Domini, quando excitabitur in nobis Dei ſimilitudo, de qua ſcriptum eſt 1. Ioan. 3. *ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt*, verbum illud mentis, viſio illa clara, quæ Dei expreſſa dicitur ſimilitudo, hac ſatiabimur tanquam beatitudine eſſentiali, formaliter omnem explente appetitum. Sed nota illud aliud etiam dauidis Pſal. 41. vt tota hæc doctrina illius etiam auctoritate firmetur, *ſitiuit anima mea ad Deum, fortem, viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei* ideſt quando reſpiciam ſplendorem diuinitatis tuæ, voces ſunt eiuſdem, cum ſuſpirio deſiderantis; nam quemadmodũ qui ſummè amaret imaginem, illam videndo teneret, ac illa viſione ſatiaretur. Ita non mirum ſi Dauid, qui tantopere efflagitabat illam viſionem Dei, vt teſtantur hęc eius verba, nuper citata, ipſemet dicat,

Ioan. 17.
2 Ioan. 14.
3 Pſal. 16.
Pſal. 41.

cat,

Digitized by Google

cat, *ſatiabor; cum apparuerit gloria tua*, & omninò ſicut Propheta amat, & deſiderat faciem Dei, vt illam videat, & ſic videndo ſatietur, ita affirmandum eſt charitatem non quærere dilectum, vt in eo delectetur, tanquam delectatio ſit finis præcipuus, ſed vt illum adipiſcatur, & poſſideat, quod viſione beatifica perficitur; in hac, de qua loquimur, materia, quid tamen conſequens eſt, vt in bono iam adepto delectetur; quodque illa viſio talibus prædita cōditionibus, poſſeſſio ſit ſummi boni, illa verba Pſal. 121. appoſitè figurare videntur. *Vt videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ*, hoc eſt, teſte Gregor. Nyſſ. lib. de beatitud. vt poſſideas bona Ieruſalem, ſicut & illud, quod ſequitur eodem loco. *Et videas filios filiorum*, ideſt & poſſideas. Nec myſterio vacat, quod loquens Dauid de fœlicitate illa Ieruſalem terrenæ, qua fruebantur Iudæi; Dei adimplentes legem explicet eius poſſeſſionem per verbum videndi, vt ſic intelligamus futuram illam cæleſtem fœlicitatem, cuius typus, & figura erat terrenæ fœlicitas Ieruſalem poſitam quidem eſſe in viſione beatifica; ſed non quatenus eſt ſola tantùm viſio, ſed etiam vt eſt comprehenſio, tentio, & poſſeſſio, hanc eamdem ſentẽtiam breuibus complexam, & propriè explicatam continent illa eiuſdem Dauidis verba Pſal. 26. *Vt videam voluptatem Domini*, multi Codices habent, *vt videam voluntatem Domini*, ſed rectè correcti ſunt in editione Sixti V. & Clementis VIII. & poſitum, *vt videam voluptatem Domini*, vt habebant emendatiſſimi Codices manuſcripti. Per voluptatem autem hoc loco non eſt accipienda actio delectationis, ſed obiectum, ideſt pulchritudo, venuſtas, ſuauitas: nam vox hebræa noham, propriè

Pſal. 121.

Greg. Nyſſ.

Pſal. 26.

Editio Sixti V.

pulchritudinem ſignificat: vox autem Græca τερπνότης poteſt delectationem, & voluptatem ſignificare, quam vocem latinus interpres accepit, ſed ſignificat etiam venuſtatem, & pulchritudinem, & pro pulchritudine hoc loco vocem illam Theodoret. accepit: quare vox latia (voluptas) ſi cum Hebræa, & Græca conuenire debet, accipienda eſt pro voluptate obiectiua, ideſt pro pulchritudine, & venuſtate, quod ipſum etiam verbum videndi, ſiue contemplandi requirit, non enim propriè videmus delectationem actionis, ſed rem delectabilem, itaque S. Hieronym. vertit, *vt videam pulchritudinem Domini*, & S. Auguſt. legit, vt contempler delectationem Domini, & exponit per delectationem ſpeciem delectabilem, hoc ipſum, quod diximus pulchritudinem, & venuſtatem Domini, quod intellectus, & viſionis obiectum eſt, non voluntatis, & amoris. Ita tamen, vt ex parte videntis, & intelligentis, amorem prærequirat. Porro, S. Dauid hoc loco propriè fœlicitatem expreſſit, iuxta ſententiam ſolidioris ſcholæ à nobis declaratam; nam cum præcedentibus verbis deſiderium inhabitandi perpetuò in domo illa cœleſti iuxta Auguſtini interpretationem expoſuerit, *vnam petiĳ à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*, ſubdit ſtatim quiſnam ſit huius amoris, & deſiderij finis, in illud erumpens, *vt videam voluptatem Domini*, actionem nobiliſſimæ potentiæ, omnium præſtantiſſimæ erga ſummum, & valde amatum obiectum, ideſt intellectualem Dei viſionem, ſatis indicans, ex qua ineffabilis voluptas, & delectatio ſequitur. Conueniunt 5
cum his verbis Dauidis illa Iſaiæ cap. 32. *ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ*,

Auguſt.

Iſai. 32.

ducis,& in requie opulenta, loquitur Propheta, iuxta Nicolai de Lyra,& aliorum etiam expoſitionem, de pace,& gaudio illa cæleſti;& de tabernaculis, ideſt manſionibus, quæ ſunt in domo Patris, ſed nota inſuetum loquendi modum. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis*, pulchritudinem cum pace non de more connectentem; pulchrum enim ad viſum, & intellectum pertinet; pax verò, ſiue de illa ſermo ſit, quæ eſt habitus,& actus primus, ſiue de ea, quæ eſt actus ſecundus, ſemper pertinet ad uoluntatem: priori enim modo nihil aliud videtur eſſe, quam vnio affectuum,& voluntatū, quam efficit charitas in genere cauſæ formalis per modum actus primi, inclinando reſpectu Dei voluntatem hominis ad coniunctionem cum diuina voluntate; reſpectu verò proximi inclinando ad concordiam in rebus honeſtis, ac tandem pacificans vnumquemque cum ſemetipſo, dum optimum ordinem inter appetitus conſtituit, inferiorem ſuperiori ſubijciendo. Si autem accipiatur pax poſteriori modo, & in actu ſecundo, nihil aliud eſt, quàm actus voluntatis, quo quis appetit hunc bonum ordinem cum Deo, cum proximo,& in ſe ipſo: quę igitur cognatio pacis, quæ tota poſita, eſt in voluntate, cum pulchritudine, quæ ad viſionem, & intellectum refertur, iuxta illud Geneſ. 3. *Pulchrum viſu*. Sed ſatis Theologicè illā ęternam fęlicitatem ſeruorū Dei Iſaias declarat; nam licet obiectum illius ſit Deus increata pax, cuius participatione pacificantur Angeli, & homines, iuxta illud Apoſt. ad Philipp. 3. *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, &c.* Vt autem omnes intelligant expleri appetitum omnem beatorum in apparitione illius obiecti pacifici, cum clarè illis manifeſtatur per intuitiuam viſionem, inquit ſeſſurum populum Dei in pulchritudine pacis. Optimè etiam illam eſſentialem appetitus ſatietatem per totius hominis ſeſſionem deſcribens.

Nicol. de Lyra.

Iſaias ſatis theologicè explicat illā fęlicitatē æternam.

Geneſ. 3.

Philip. 3.

6 Id tandem perſuadet, quod lib. Exod. cap. 33. ſcriptum legitur, vbi cum Moyſes vehæmenter peteret à Domino, vt oſtenderet illi faciem ſuam reſpondit Dominus, *Ego oſtendam tibi omne bonum* ex qua interrogatione ſimul,& reſponſione manifeſtè liquet noſtram beatitudinem in Dei viſione, & manifeſtatione poſitam eſſe.

Exod. 33.

Magna ſcholaſticorum Theologorum pars, ac nonnulli etiam antiquiores Patres, probant beatitudinem in viſione ideſt in actu intellectus, Deum clarè, aperteque videntis, ſitam eſſe, illis verbis Chriſti, apud Ioann. 17. *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*, ſed manifeſtum videtur ex cōtextu, & ex Cyrill. lib. 11. cap. 16. hæc verba non formalem ſenſum reddere; ſed cauſalem; ita vt intelligenda ſint de cognitione, quæ ſit cauſa,& radix æternæ vitæ; non autem de illa, quæ formaliter dicenda ſit vita ęterna; nam cum ſupra dixiſſet Chriſtus, *Clarifica me Pater, vt & Filius tuus clarificet te*, hoc eſt notum fac mundo Filium tuum in carne poſitum; quam manifeſtationem in hunc volo finem, vt Filius tuus clarificet te ideſt, vt diſpenſationis myſterio illuſtrato, nomen Patris mundo manifeſtetur, & celebretur, ſubdit deinde. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant, &c.* ideſt hæc eſt cauſa vitæ æternæ, & hac ſola via homines ipſam conſequuntur, nempè fide diuinitatis, & myſterij diſpenſationis, vt credatur Deus, & credatur Chriſtus; articuli enim fidei ad hæc duo reducuntur; ad veritatem diuinitatis,& ad myſterium Incarna-

Explicatur verus ſenſus verborū Ioannis hæc eſt vita æterna.

Ioan. 17.

Cyrill.

carna-

carnationis Chriſti, per quam redemptio perfecta eſt, ſine qua fide nemo vitam habet æternam. Illud autem, *te ſolūm, verum Deum*, non excludit Filium, & Spiritum Sanctum, ſed Deos falſos quos gentes colebant. Per Euangelium autem reuelatum eſt non eſſe alium Deum præter Patrem Domini Noſtri, Filium, & Spiritum Sanctum; non ergo excluduntur, quia idem, & vnus Deus cum Patre ſunt. Quod ſi quis contendat hæc verba in ſenſu formali eſſe intelligenda, vt ſentire videtur Euthymius, illud *vita æterna*, non de cœleſti eſt accipiendum, quæ propriè beatitudo dicitur, ſed potius de quadam illius inchoatione, quæ per fidem viuam in Chriſtum, & in Deum habetur; ſicut enim in Patria re ipſa Ciues illi Cœleſtes Dei clara viſione beati ſunt, ſic etiam dum peregrinamur à Domino, hac fide in eundem, ſpe dicimur beati, & pignus illius futuræ habere, & hæredes illius eſſe. Sed prior ſenſus magis contextui videtur accommodatus; nam claritatem petit Chriſtus conferri omnibus, vt vitam æternam det eis; hoc eſt petit, vt credant, & ad fidem perueniant, vt credentibus ipſe, det vitam æterna; aliud ergò eſt hæc æterna vita, quam Chriſtus dicit ſe daturum; aliud claritas, & fides, quæ à Patre petitur: quando igitur concludunt. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te; non ad idem referri poſſunt, ſed cognitio ad fidem, vita ad cœleſtem beatitudinem referenda eſt, vt ſit ſenſus cauſalis, cauſa vitæ æternæ, & via ad eam, perueniendi hæc eſt, vt credãt in Deum, & Redemptorem. Verùm ſiue hoc, vel illlo modo dicatur, non magnopere laboro; illud tantum ſufficiat, quod in animo erat oſtẽdere; beatitudinem ſcilicet formalem eſſentialiter in ipſa clara Dei viſione eſſe poſitam, hac auctoritate minimè probari.

Beatitudo latè ſumpta nō ſolū conſiſtit in viſione, ſed etiam in alijs actibus voluntatis.

Euthym.

Si autem de beatitudine ſermo ſit, latè ſumpto eius vocabulo, pro eo ſcilicet, quo, qualicunque modo reddemur formaliter beati, cui dubium, quod hæc beatitudo in actu intellectus non ſolum poſita eſt, ſed etiam in actu voluntatis, vnde gaudium ſæpè in Scriptura Sacra beatitudo dicitur. Cui conſonat Euangelicum illud Matth. 25. *Intra in gaudium Domini tui*, & Ioann. 16. *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Vnde Auguſt. 10. Confeſs. cap. 22. ait, *Beata vita hæc eſt gaudere de te, & ad te, & propter te*, & cap. 23. *Beatitudo eſt gaudium de veritate*, nam quemadmodum voluntas conſequitur intellectum; ita beatificatur conſequenter; ex viſione namque beatifica amor, & voluntatis gaudium, & fruitio deriuãtur. Adde, quod quãuis in beatitudine ſit ſolidum gaudium, & verum; non tamen inde cõcluditur, quod gaudium ſit beatitudinis eſſentia; ſed dicitur beatitudo eſſe gaudium eo loquutionis genere, quo ſolemus ſæpè numerò cauſas nomine effectuum deſignare: ſicut frigus dicitur pigrum quoniam pigritiam, & ignauiam cauſat, & concupiſcentia dicitur peccatum, quoniam ad peccatum incitat, & allicit.

Math. 25. Ioan. 16. Auguſt.

Probatur idem ſenſiſſe D. Thomam, & alios etiam Patres.

Cap. 4.

D. Thom. qui incompræhenſione vult poſitam eſſe noſtram eſſentialem beatitudinẽ formalem, inquit 1. 2. quæſt. 4. art. 3. ad 3. illam non eſſe aliquam operationem præter viſionem, ſed quandam habitudinem

1 Thom.

dinem præterea dicere, ad finem iam habitum. Et in primo ſent. diſtinct.1. quæſt.1. art.1. inquit. Ex viſione ſequi compræhensionem, cum enim dixiſſet fęlicitatem hominis in optima operatione ſitam eſſe;optimam verò operationem eſſe altiſſimæ potentiæ, ſcilicet intellectus, ad nobiliſſimum obiectum, quod eſt Deus; ſubdit, *ex viſione autem ipſum viſum, cum non videatur per ſimilitudinem,ſed per eſsētiam, efficitur quodammodo intra vidētem, & iſta eſt comprahenſio, quæ ſuccedit ſpei, conſequens viſionem*. Et rurſus 1.2.quæſt.4.art.2.ad 3.inquit,quod beatitudo noſtra formalis, quæ eſſentialiter eſt talis,poſita in actu intellectus, non ſolum reſpicit obiectum, vt eſt ſummum intelligibile, ſed etiam vt eſt vltimus finis voluntatis; hæc enim ſunt eius verba. *Charitas non quærit bonum dilectum propter delectationem,ſed hoc eſt conſequens, vt delectetur in bono adepto, quod amat; & ſic delectatio non reſpondet ei,vt finis,ſed magis viſio, per quam finis fit ei præſens*. Et cum in eadem 1.2. quæſt.4. art.8. ad 3. dicat perfectionem charitatis eſſe eſſentialem beatitudini,ne ſibi ſit cōtrarius,qui dixerat ead. quæſt.4. artic.3. ad 3. Beatitudinem noſtram eſſentialem non eſſe aliquam operationem præter viſionem, dicendum eſt ex ipſius ſententia eſſe de eſſentia non tanquam partem illius formæ, vel operationis, quæ nos beatificat; ſed eſſe quodammodo de eſſentia, & eſſentialiter requiſitam ad perfectam beatitudinem, & beatificationem, quia eſt diſpoſitio neceſſaria ex parte ſubiecti, vt poſſit beatū reddere, & ex parte obiecti, vt teneatur, & proponatur per modum vltimi finis, quemadmodum ſupra declarauimus. Et tandem ſi quis percurrat lib.3. contr. Gent. præſertim cap.26. manifeſtè percipiet ex eius ſentētia viſionem illam claram eſſe noſtram beatitudinem, vt tamen habet rationem compræhenſionis, & poſſeſſionis ſummi boni.

2 Hanc doctrina è ſchola Auguſtini videtur hauſiſſe D. Thom. ipſe enim ſæpè verba illa Ioan.17. *Hæc autem eſt vita æterna,vt cognoſcant te ſolum, verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*, de fęlicitate alterius vitæ, quam eſſe formaliter claram Dei uiſionem, intelligit 1. de Trin.cap 8. & cap.13. uel 14. & de Spiritu, & littera cap.22. & Epiſt. 112. de videndo Deum, ad Paulinum. Item eod.1. de Trin. cap.8. loquens de illa clara uiſione,inquit. *Hæc enim contemplatio promittitur actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum*. Præterea,quod tota merces, quæ promittitur diligētibus Deum in uiſione Filij, &c. poſita ſit. Et in hāc ſententiam eod. lib.cap.19. adducit uerba illa Ioan. 14. *Qui diligit me diligetur à Patre meo,& ego diligam eum, & oſtendam illi me ipſum*, & eod.lib. cap.10. inquit. *Et ipſa viſio eſt facie ad faciē, quæ ſummum præmium promittitur iuſtis,& ipſa fiet, cum tradet Regnum Deo, & Patri*, in quo ſuæ formæ uiſionem uult intelligi eod. lib. c.13. uel 14. Et poſt multa, *Nam viſio formæ Dei non niſi mundis corde, quia ipſi Deum videbunt, ideſt ſolis pijs exibebit, quorum dilectioni hoc ipſum promittit, quia ſe ipſum oſtendet illis*. Et poſt aliquod interuallū aſſerit ſolam illam uiſionem eſſe ſummū bonum noſtrum, cuius adipiſcendi cauſa præcipimur agere quicquid rectè agimus. Idem lib. 13. de Trin. cap.5. inquit. *Beatus qui habet quicquid vult, & nihil mali vult*. Itaque uita eterna non eſt amare quod habes, ſed habere, quod amas. Attentio, & poſſeſſio non ad uoluntatem pertinet; ſed ad intel-

Auguſt. Thom. Ioan.17.

Ioan. 19.

intellectum, cuius actio apprehenſio dicitur, & comprehenſio. Tandem Epiſt. 112. de vidend. Deum, ad Paulin. poſt med. inquit Dei uiſionem eſſe ſummam mercedem, quæ promittitur diligẽtibus Deum, & in hanc eamdem ſententiam de ſpiritu, & anima cap. 57. in fin. ait *Illum videre* (ſcilicet Deum) *ſumma fęlicitas eſt, ſumma iucunditas, vita æterna, & vita beata*.

3 Quando autem inquit primo de doctrina Chriſtiana cap. 32. *Hac eſt autem ſumma merces, vt Deo perfruamur*, & lib. 10. Confeſs. cap. 21. *Omnes i ſum gaudium beatam vitam vocant*, & cap. 23. *Beata vita eſt gaudium de veritate, hoc eſt enim gaudium de te, qui veritas es*. Et lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 9. *Quisquis ergo fruitur eo, quod amat, verumque & ſummum bonum amat, quis eum beatum niſi miſerrimus neget?* & huiuſmodi ſimilia; uel de beatitudine conſummata loquitur; nam quamuis beatitudo formalis alterius uitæ in uiſione conſiſtat, negari tamen non poteſt, illam conſummari, per alios uoluntatis actus; uel, quod ferè in idem incidit, beatitudinis uocabulum latè ſumit, pro eo ſcilicet, quo qualicunque modo reddimur formaliter beati.

Vt uerùm tamen fatear, auctoritates D. Auguſt. non ſunt ita conuincentes pro hac ſententia, quam nos amplexi ſumus, ſicut illæ D. Thom. nam cum ſæpè dicat beatitudinem poſitam eſſe in uiſione, interdum in fruitione, ſiue gaudio, ſi quis ſubſtineret ex eius ſententia utrumque actum, & intellectus, & uoluntatis ad beatitudinem eſſentialem requiri, non poſſet ita inficiari. Et confirmatur; nam cum ait primo de Trin. cap. 13. uel 14. ſolum illam uiſionem eſſe ſummum bonum noſtrum, illa dictio excluſiua, ut patet ex contextu, nõ actus uoluntatis excludit, ſed miſionem corporalem Filij hominis, qua uidebitur in iudicio, quando congregabuntur ante eum omnes gentes.

Poteſt probari præfatæ ſententia auctoritate Gregor. Nazianz. qui cum de beatis loquitur in oratione in plagam grandinis; ſic inquit. *Illos lux omni oratione maior exceptura eſt, & Sanctæ, Regiæque Trinitatis purius iam, clariuſque colluſtrantis, totamque ſecum tota mente miſcentis, cõtemplatio, quam quidem ego, vel ſolam Regnum Cælorum potiſſimum eſſe arbitror*. 4 Greg. Naz.

De quibuſdam veluti attributis beatitudinis, ad eius præſtantiam declarandam in illa verba. Matth. 25. Intra in gaudium Domini tui, &c. Cap. 5.

1 CVm iam quænam ſit beatitudinis cœleſtis eſſentia, ſatis quoad eius fieri poteſt ſit perſpicuum, & in quo actu ſit poſita intellectus ſcilicet an voluntatis, ſupra oſtenderimus: nunc quæ circa illam ſunt, ad pleniorem eius cognitione; ſunt explicanda in cuius narrationis exordio illud Domini examinandum occurrit. Intra in gaudium Domini tui, in quoquot ſunt verba, tot inuoluuntur ſententiæ, & ad prima verba declaranda, intra in gaudium Domini tui, ſatis appoſitę illud Chriſippi; lubet vſurpare, qui cum voraginem tot alluuiones aquarum deuorãtem admiraretur, dixit, ò abyſſe cum te capere non valeam me recipe, & ſe præcipitem dedit, at multo verius quilibet beatus illius beatitudinis profunditatem, & abyſſum perſcrutans, dicere poteſt, ò beatitudo cum te capere non valeam, me recipe, quinimmò Matth. 25.

re ipſa ita euenire, præfata teſtantur verba. Intra in gaudium Domini tui iuxta Burgẽſis, vel potius Caietani expoſitionem, vt ſic ſignificetur, non tam gaudium intraturum in ipſum beatum, qui modici gaudij videri poteſt capax; quam ipſum capaciſſimum, & incompræhenſibile gaudium à gaudio quaſi abſorbendum; quod benè perpendit Anſelmus, à quo mutuati ſunt cęteri, explicans illud Ioan. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum, ſic inquiens inueni gaudium plenum, & pluſquam plenum, pleno toto homine, gaudio illo adhuc ſupra modũ ſupererit gaudium, non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes, ſed toti gaudentes intrabunt in gaudium Domini ſic ille.

In proleg. c. 26. c. 16.

2 Sed alia myſteria his idem verbis indicantur, quibus beatitudinis illius, & beatorum pariter prærogatiuæ magis eluceſcunt quod ſi cum Theologis loqui volumus, id primum dicam Lucę verba nos admonere; Beatos immediatè gaudere de ipſo Deo viſo, non de viſione Dei contra durandum in 1. d. 1. quæſt. 2. & in 4. d. 49. quæſt. 5. Si enim loquimur de gaudio ex amore beneuolentiæ, certum eſt, beatos gaudere de ipſo Deo, eiuſque bonis immediate delectari abſque vllo ordine ad commodũ proprium, ſi autem loquamur de gaudio, quod ex amore procedit concupiſcentię; ſic etiam immediatè gaudent, delectantur, & fruuntur Deo non ſolum viſione Dei, quia Deus eſt ſummum bonum noſtrum, non ſolum ratione alicuius effectus, vel viſionis, ſicut ſol nobis eſt bonus ratione luminis, & caloris, ſed etiam immediatè, & per ſe, ergo immediatè, & per ſe delectat, eoque fruimur immediatè.

Beati gaudent immediatè d Deo ipſo viſo nõ de viſione Dei.

3 Sed expendamus ſingula verba. Intra in gaudium Domini tui. Non dicit, vt notat Auctor operis imperfecti, ad gaudium; ſed in gaudium, vt poſſeſſor ſit gaudij; non tantum ſpectator, alludit fortaſſis hęc phraſis ad illam, ſi introibunt in requiem meam. Præterea. Intra in gaudium Domini tui. Nec tamen in palatium dicit, aut regnum meum, denique nec in Cœlum; ſed in gaudium Domini tui, tanquam ipſum Domini gaudium, futura ſit habitatio ipſius: tanquam vngendus, & obumbrandus ſit, perpetuo Domini gaudio. Ad hæc intra in gaudium Domini tui. Vniuerſam inquit Chriſoſt. hoc verbo monſtrat beatitudinem, gaudium enim eſt quies animi in bono adepto; gaudium autem Domini noſtri eſt de ſe ipſo, quemadmodum eſt ſe ipſo beatus, vt potè ſummo bono, admittitur igitur in gaudium Domini, quia admittitur ad fruẽdum Deo, quia adipiſcitur viſionem Dei, & in ea quieſcit, impleturq; in eo illud Pſal. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo*. Quare vna eſt beatitudo noſtra, Non erit ab re dicere illud, gaudium Domini poſitum eſſe ad verum gaudium, veramque fœlicitatem, qualis non eſt mundana, ſignificãdam, nam quemadmodum iuxta illud Dauidicum. *Credo videre bona Domini in terra viuentium*. Id meretur dici bonum Domini, quod per ſe bonum eſt, quodque ipſi Domino, eſt bonum ipſumque beatum reddit, ita iuxta eandem dicendi formulam, fęlicitas illa dicitur gaudium Domini; quia non fallax, non mundana, ſed ſolidum, verumque gaudium tandem. *Intra in gaudium Domini tui*. Non inquit, in gaudium quod tuum eſt, ſed Domini tui, nam quamuis beatus in partem beatitudinis illius admittitur, ſolus Deus natura beatus, nos autem gratia, & miſericordia, & tanquam

In hunc loc. cum Matth.

Pſal. 15.

Pſal. 26.

ſeruis quibus nihil debetur; ex Domini liberalitate licebit intrare in gaudium quod ſuum iure eſt, non noſtrum.

4 Diſcrimen inter beatitudinem Chriſti, & noſtram.

Quod ſi hic loquendi modus cũ eo conferatur, qui in eadem habetur ſcriptura, cum de gloria Chriſti quod dixi, multò magis fiat perſpicuum, cur enim Lucas de beatitudine agens Chriſti, ea profert verba. *Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.* At nos Matthęo teſte non dicimur intrare in gloriam noſtram, ſed vnicuique dicetur beato. *Intra in gaudium Domini tui.* Niſi quia ille natura beatus, vt Deus eſt, idemque vt homo, gratia vnionis hypoſtaticæ, ſemper ab intrinſeco fœlix, nos autem aliunde expectamus beatitudinem meritis paratam Chriſti; qui diſcipulis dixit. *Vado parare vobis locum.* Hoc ipſum ſonant verba illa Apocalipſis, *& oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ, ſplendidum tanquam cryſtallum procedentem à ſede Dei, & agni.* Per fluuium, inquit Ambroſius; qui nullo ſolis ardore exiccatur, ſanctorum gloria, perpetua intelligitur quæ à ſede Dei procedere dicitur, & agni, quia ab illo fluuius gloriæ ſanctorum procedit, à quò iiſdem in carne poſitis proceſſit riuus omnium bonorum, at cum de agno agitur ex ipſomet, inquit Ephrem, ſcaturiebat eius gloria, & Damaſc. ait Chriſtum in ſua tráſfiguratione exiguam carnis riuulã aperuiſſe, vt aliquam immenſæ beatitudinis cognitionem intus abſconditam præberet, quemadmodum ſi quis ingentem auri, argenti, gemmarumque Theſaurum per tenuiſſimam oſtenderet rimulam, ſic Dominus immenſas illas gloriæ opes, per rimulam indicauit carnis, Regum gloria externa eſt, ab externis rebus auro argẽto veſtibus, equis, comitatuque aduenis; ideoque cum transfigurari volunt, omnia extrinſecus emendicant. At ſummi Regis omnis gloria ab intus, nihil opus fuit quærere foris. Verum hoc quod ex Damaſceno dicitur, commune eſt etiam cæteris beatis intrinſecus enim ſunt, & dicuntur tales, per viſionem beatificam, illorum intellectibus perpetuò inhærentem; quare quocunque eunt, ſemper ſecum ferunt beatitudinem, iuxta illud. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.* Item per amorem voluntatis perennem per dona quibus tum cæteræ animæ potentiæ tum ipſa corpora ornantur; hoc igitur conuenit Chriſto cum cæteris beatis; at diſcrimen eſt, quod Chriſti beatitudo duplici nomine eſt intrinſeca, cum eo ſemper eſt, & ab ipſo manat. Noſtra verò licet nobiſcum permaneat; aliũde tamen procedit, ex benignitate confertur Dei, meritiſque Chriſti, quid igitur mirum ſi de Saluatore in Cœlum aſcenſuro dicat Lucas *Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.* Vnuſquiſque verò noſtrum (modo fideliter pręcepta ſeruauerit) auditurus eſt. *Intra in gaudium Domini tui.*

c.24. — Ioan.14. — c.22. — Oratione de tráſfiguratione. — Damaſcen. Chriſti beatitudo dicitur eſſe ab intrinſeco — duplici nomine, noſtra verò vno tãtum. — Matt.18. — Explicatur quomodo noſtra beatitudo dicitur reddita ex iuſtitia, & data ex miſericordia.

Sed nequis falsò hinc inferat, noſtrum omne excludi meritum, reuocet in memoriam illud gaudium, illamque beatitudinem eſſe vincẽtis præmium, iuxta illud. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei mei*, ſed nota vincenti præmium non reddi, ſed dari, non quod nullo modo ſit debitum dicente Apoſtolo. *Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.* Sed vt totam hanc veritatem paucis complecteretur Ioãnes, dixit. Illud gaudium, & præmium eſſe vincentis, & dari, non reddi, vt debitum aliquod 5

Apoc.2. — 2.Timot.4.

agnoſceremus in retributione gloriæ, comparatione meritorum; & gratiam, & miſericordiam, ſi operum noſtrorum perſcrutemur radicē, talia eleuantem merita, vt illius ſit condigna præmij.

6 Sed de his latius cum de iuſtitia diſtributiua, & commutatiua Dei. Nunc pertinaces non erimus, ſi adhuc in eo perſiſtamus gaudio, in quod ita immergētur beati, vt Iſaias Propheta ipſum Beatorum populum appellet ipſiſſimum gaudium.

c. 65.

Creo, inquit, *Ieruſalem, exultationem, & populum eius gaudium*. O regnum, inquit Aug. beatitudinis ſempiternæ, vbi iuuentus nunquam ſeneſcit, vbi decor nunquam palleſcit, vbi amor nunquam tepeſcit, vbi ſanitas nunquam marceſcit, vbi gaudium nunquam decreſcit, vbi vita terminum neſcit, ſic ille. Cur non gaudebunt? cur non meritò dicendi ſunt illius Ciues ipſamet exultatio, & gaudium? Et ne ſatiati videamur ab eo recedere, quod licet ſit perpetuum, nunquam generat faſtidium; lubet in his verbis diutius immorari, inde validiſsima illius ineffabilis gaudij argumenta capturis; ſi illius immenſitatem, æternitatem, & cum perpetuitate iucunditatem profundius contemplemur, & tandem certam viam, qua tenditur ad illud.

In ſoliloq. c. 35.

7 Eſt ita ſuperfluens, & immenſa illa cœleſtis lætitia, vt nunquam deficiat cum hæc terrena nunquam ſufficiat, quod mihi videtur expreſſum in duplici oleo altero virginū imprudentum, altero Eliſæi; nam virginibus quidem fatuis defuit oleum in vaſis, Eliſæo tamen nō tam oleum, quam vaſa defecerunt, quæ loca rectè intra ſe conferens, & expendens Vgo Victorinus habet, inquit, oleum Deus habet oleum, & mundus, ad oleum Dei vaſa deficiunt, oleum mundi in vaſis deficit, oleum Dei dulcedo æternorum; oleum mūdi delectatio præſentium, illa ſufficit, iſta deficit, quaſi tam ſit proprium temporalis gaudij marceſcere, quàm proprium eſt cœleſtis, ſemper abundare, & quaſi illud gaudium temporale, & terrenum, non ſufficiat capacitati cordis noſtri, quia plus appetimus quam habemus, huic autem non ſufficiat capacitas cordis noſtri, quia anguſtior eſt, quam vt immenſitatem illius gaudij complectatur.

Explicatur quomó ſit profluēs & immēſa illa beatitudo.

Matt. 25. 4. Reg. 4. Lib. 1. Miſcellaneor. c. 51.

Ita immenſum, vt non minuatur, quod à pluribus participatur. Terrena hæreditas diuiſa ſingulis fratribus, non ſufficit, indiuiſa ad omnes non extenditur, cum tamen æterna illa hæreditas, ſingulis tanquam indiuiſa ſufficiat, & ad omnes tanquam diuiſa extendatur; quod D. Ambroſ. elegāter obſeruauit nō minuitur, inquit, hæredi, quicquid à cohæredibus vendicatur, manet æmolumentū integrum, & eò magis ſingulis creſcit, quo pluribus fuerit acquiſitum. Alia conditio eſt hæreditatis humanæ, ſi diuiſa fuerint æmolumenta, minuuntur, & hæredis eſt damnum, adſcriptio cohæredis, indiuiſum Regnum Chriſti eſt, & indiuiſa hæreditas, ſolida ad ſingulos Chriſti dona perueniūt, omnes habent, & nemo fraudatur; ſic ille. Inter quæ Ambroſij verba illa in primis notanda, eo magis ſingulis venit, quo pluribus fuerit acquiſitum, quæ, maximè eius immenſitatem commendant, quò enim à pluribus participatur gloria cœleſtis, eò ſingulis abundantior, ſcilicet accidentaliter. Sic in Thabor vt gloriam ſuam Ieſus faciat ſcintillare, triadem fecit cum Elia, & Moyſe, quos cum diſcedentes videret Petrus, vt retinere poſſet, ait, *Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum*. Quaſi manente Domino, metueret vnum

8 Nō minuitur illa beatitudo cœleſtis quāuis a pluribus participetur, imò ex ex hoc c. augetur.

In Pſ. 118. ſerm. 14.

Luc. 9.

ex ternario perdere; ſic inſinuat Anſelmus aiens Petrus ad ea quæ cernebat, reſpondit. *Bonum eſt nos hic eſſe*. Viroſque iam diſcedentes cupiebat ibi retinere, noua tabernaculorum ædificatione. Cur ſic Petre? ſi Deũ glorioſum habes, cur quæris retinere creaturas? manentis Ieſu gloria perfunderis, ſine habeat quo velit Moyſes, diſcedat Elias, quid de conſortio hominum ſperas? ò acutum piſcatorem, rectè ipſe præſagit, tot portas gaudij claudi, quot abſunt à gloriæ participatione creaturæ. Hinc eleganter Anſelmus cõcludit, ſi cum duobus tantum ſanctis Moyſe, & Eliæ transfiguratam in monte hominis Chriſti ſpeciem, videre, bonum maximum duxit, quis ſermo explicare quanta ſint gaudia iuſtorum, cum acceſſerint ad Syon montem, & ad Ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem Cœleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam ipſumque Ciuitatis artificem Deum facie ad faciem conſpexerint? ſic ille. Quò igitur plures apparuerint gloriæ participes, eo abundantius, erit gaudium ſingulorum.

9 Accinit Bernardus Epiſt. 103. dicens Cœlorum beatitudinem non inuidemus tibi, nec enim communicatur tibi, nobis minuitur, nec noſtri proinde termini reſtringuntur, ſi & tu regnaueris, quæ nam verò inuidiæ cauſa poteſt eſſe, vbi ſortium magnitudini, conſortium multitudo, nihil detrahit. Hæc Bernardus.

10 Vide quanta ſit illius gaudij opulentia, amplitudo, immenſitas, quod cum intrauerint beati, tanta lætitia exundabunt, vt nullius præteriti laboris recordationi pateat aditus, quod explicãter Iſaias apud 70. dicit, *Obliuiſcẽtur tribulationis ſuæ, p.* c.65. *& non aſcendet ſuper cor eorum erit enim Cœlum nouum, & terra noua, & non recordabuntur priorum, nec veniẽt ſuper cor eorum, ſed gaudium, & exultationẽ inuenient in ea*. Vbi expendendum eſt illud, *& non recordabuntur priorum*. Quippè non ait, non recordabuntur priorum laborum, nec priorum ærumnarum; ſed tantum priorum, quia inter tot lætitię exundationes, nec ęrumnarũ poſſint meminiſſe vocabula, quo ſpectant illa verba Abbatis Cellenſis, nomen mortis, nomen laboris, nomen languoris, nomen paupertatis, nomen doloris, nec nominatur inter vos ciues Cęli domeſtici Dei, quid autẽ? Vitæ iucũditas, iubilatio, exultatio, glorificatio; ſic ille quid dicam? Parũ abeſt, vt memoria paſſionis Chriſti periclitetur inter cœleſtia gaudia. Hinc eſt quod Dominus Ieſus reſurgens à mortuis, vt eat in domũ paternam, vulnerum cicatrices impreſſas in carne ſua ſeruauit, niſi enim ſic impreſſæ manerent, vix fieri poſſet vt inter gloriæ gaudia, exiſteret memoria præſſurarum; ſic Auguſtinus, neceſſarium enim erat, vt manifeſtarũ præſens expreſſio cicatricum, crucifixi corporis faceret fidem quia ſplendor nouę lucis priſtinam obduxerat veritatem, & cognitionem quodammodo obſcurauerat; ſic ille: tot ora, quot fuerunt vulnera manere debebant impreſſa rediuiuæ carni; ne veritas anteactæ paſſionis periclitaretur inter cœleſtia gaudia; Equidem tot erant luminum radij, tot gaudiorum exundationes, vt penè videretur impoſſibile, paſſioni vnquam ibi fuiſſe aditum. Quin etiam illud addam ad idem argumentum explicandum ſatis idoneum, ſi qua erit præteritorum malorum memoria, ad cumulandum erit beatos gaudio, & lætitia. Huc pertinent verba illa Pſal. *Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei*. Quæ quamuis de terreſtri hac Ciuitate Eccleſia ſcilicet militãte, & de tribulationũ aquis metapho-

Nec nomina laborũ, & ærumnarum in illa beatitudine cadent in memoriam.

Lib. de panib. c.7.

Memoria paſsionis Christi quodãmodo periclitatur iter æterna gaudia.

Serm. 156. de temp.

Memoria prçteritorũ malorũ auget gaudiũ beatorum.

Pſal. 45.

by Google

ricè poſſint intelligi; vt ſit ſenſus ob præſentem Dei opem, ipſi tribulationum fluctus beatificant, & gaudio exultare faciunt exaltando Dei Eccleſiã, vt quondam diluuij aquæ arcam; & efficiẽdo in ſpe gaudium, iuxta illud Pauli. *Repletus ſum conſolatione ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra*. Si tamen cum Baſilio Procopio, & alijs locum hũc de cęleſti illa Ciuitate volumus interpretari; ordinem ſæculorum magna velocitate labẽtium, & curſum nunquam intermittentium, fluminis impetũ dicere poſſumus, ſine ceſſatione aquas ſuas rapientis, & deuoluentis donec in Oceanum demergantur, atque diſpereant; huiuſque fluminis impetum lætificare mirificè Ciuitatem Dei; quamuis enim nunc quidem dum flumen fluit, & tẽpora labuntur multi de prouidentia Dei diſputãt, nec deſunt ex Dei ſeruis, qui iſto turbati fluminis impetu, quod multa detrimenta ſæpè afferat bonis, multa commoda malis, graues tentationes paſſi, de prouidentia Dei quæri viſi ſunt; iuxtà Dauidicum illud. *Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns:* & infra. *Ecce ipſi peccatores. Et abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias, & dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die*; Poſt euolutũ temporum curſum, & flumen hunc in mare demerſum, cum ſancti in Cœlo, totum illum ordinem ad memoriam reuocabũt; rationeſq; omnium illarum viciſſitudinum in libro diuinæ prouidentię perſpicuè legẽt incredibile dictu eſt, quam vehementer fluminis illius impetus, per memoriam reprę ſentatus, lætificabit Ciuitatem Dei, ibique vidẽtes Beati, cur permiſerit primum Angelum, ac primum hominem labi, cur diuina miſericordia, angelo derelicto, hominem liberauerit, cur Deus in populum peculiarem elegerit, filios Abrahæ, quos tam duriſſimæ præuidebat futuros ceruicis, & (vt vniuerſalem prætermittã prouidentiam) ibi videntes cur iuſtorum plurimos, ac penè omnes permiſerit in mundo preſſuram pati vt eos glorioſiſſimè coronaret, horum omnium recordatione ingenti perfuſi lætitię. Cruces benedicent, & tormenta, quæ paſſi ſunt in mundo, vtpotè in coronas perpetuas conuerſa, & cum Propheta dicent, *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meã*. En tibi fluminis impetum lætificantem Ciuitatem Dei; præteritorum malorum memoriam, & torrentem omni ſempiterno gaudio obſtacula ſecum deuoluentem, Beatorum ſtatum illud in quam, in quod intrabunt, gaudium Domini ſui. Huc ſpectat illud Chriſti loquens Apoſtolis. *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium*. Et vt Græcè habetur γενήσεται In gaudium erit, ſeù fiet, quaſi dicat, non ſolum ceſſabunt lachrymæ, & lamenta veſtra, ſedet tanquam gaudij ſemina fuerint, ſuccedet eis inexplicabile gaudium, tãtumq; abeſt vt præteritorum malorum memoria, minuet illud gaudiũ, vt potius illi afferat incrementum, nam immenſitate, (& vt ita dicam) voracitate ſua; omnia mala abſorbet, & vertit in ſe ipſam. Quin ſal adhibent tormẽta, & cruces, hic tolerata, ad illam ineffabilem lætitiam, nam gaudium, & gloriam tot parta laboribus iucundiſſimè ſapit, tamque ſapit iucundè, vt Petrus Apoſtolus poſt tot prælia, & certamina triumphãs glorioſus, & exultans in Cœlo, poſſet quantum in ipſo eſt, Michaelem Archangelum concitare ad inuidiam, ſi eſſet capax

2. ad Cor. 7

Pſal. 72.

Pſal. 93.

Ioan. 16.

Lachrymæ, & lamenta huius vitæ ſemina ſũt gaudij in alia.

Gloria parta tot laboribus, & ærumnis nata eſt prouocare angelos ad inuidiam.

Lib. de ſimilitudinibus c.71. pax quod elegãter, inquit Anſelmus dò eius verba, ſi enim Michael diceret Petro, tu Dominum negaſti, poſſet Petrus reſpondere, verum quidem eſt, quod dicis, ſed tu pro Domino nullum, vel vnum colaphum ſuſtinuiſti, ſic ille, ad quæ verba preſſo ore ob muteſceret Michael, & veluti victus manus daret, ſic enim reddetur poſt calamitates, & contumelias iucundior, & ſuauior illa ſempiterna lætitia, vt nata ſit etiam beatos Angelos prouocare ad inuidentiam. Hoc eſt quod lepide dixit Tertull. nos ieiunijs aridi, & omni continentia expreſsi in ſacco, & cinere volutantes, inuidia Cœlum tundimus, ſic ille. In Apolog. c.40.

11 Beati, qui paſsi ſunt propter Chriſtum, decorẽ allaturi ſunt gloriæ cœleſti. Audeo dicere pro Chriſto paſſos poſt obitum, in gaudium illud ineffabile intraturos, non modo, vt illo perfruantur, ſed vt ipſum perficiant, quaſi decorem, & gloriam ipſimet allaturos, hoc indicant illa Prouerb. verba expectatio iuſtorum lætitia. c.10. Plures huius loci expoſitiones Hugo Cardinalis excogitat, inter cæteras illam. Expectatio iuſtorum lætitia ideſt ipſamet lætitia illos expectat in Cœlo, quod, quidem maius ac nobilius eſt, innuitur enim non modo ab ipſis beatitudinem ſuam expectari, ſed ab ipſa etiam beatitudine ipſas auide ſperari, quaſi decorem, & incrementum ab illis acceptura. Seneca alicubi docuit plurimum intereſſe inter illos, qui magiſtratum aliquem expectant, & eos, quos magiſtratus ipſe, dignitaſque præſtolatur. Illi enim ſperant magiſtratum, qui magiſtratu honeſtandi ſunt; illos verò magiſtratus ipſe expectat; qui ipſimet magiſtratui decorẽ, & gloriam ſunt allaturi, ergò ſi ita eſt, verè affirmare licet iuſtum hominem in hac vita pro Chriſti nomine paſſum, à lætitia, & beatitudine expectari cum ipſa à tali iuſto poſſeſſa, decoratur quodammodo, & honeſtatur. Et quemadmodum quædam honoris inſignia, vel ſtemmata non modo ſplendida ſunt, quia ingentes adiunctos habent prouentus, ſed etiam quia nobilibus tantum impenduntur ſic etiam illa Cœleſtis beatitudo non modo ſplendorem habet, quia ipſa per ſe magna, & locuplex eſt, ſed etiam mirum in modum amplificatur, & decoratur; quod non niſi iuſtis pro Chriſti nomine paſsis confertur quapropter meritò dicimus non ſolum beatitudinẽ ab huiuſmodi hominibus ſed etiam ipſoſmet à beatitudine auide expectari.

En tibi opulẽtia amplitudo, immẽſitas illius gaudij; quod nõ modo præteritæ, memoria triſtitiæ, & paſsionis non minuit, ſed inde potius decorem incrementum, & gloriam miro modo accipit. 12

Intra in gaudium Domini tui, tam plenum tantique ponderis, vt hominis capacitatem, vel vno ſui gradu explicat. O mirum; capacitas noſtra eſt veluti infinita, & tamen ad vnum gloriæ gradum ita ſatiatur in quocunque beato, vt omnibus ſuis iuribus prætermiſſis, ſtatim acquieſcat, maiora non petens. Cur ita? Deſudant Theologi in inquirenda ratione ſed omnes in eo conueniunt, vt ad illius gaudij immenſam plenitudinẽ referant quod eſt tanti ponderis; vt eius vel minimus gradus, ita ſit ſatis ad ſatiandum noſtrum deſiderium, vt non modo omnem voluntatem, ſed etiã velleitatem, ſe altius tollendi, obijciat. 13 Tãta eſt immẽſitas illius beatitudinis, vt vno ſuo gradu, expleat capacitatẽ noſtram.

Maiora dicturus ſum, nec vana fides, (cum habeat Auguſtinum Auctorem) tanta eſt, inquit, dulcedo futuræ gloriæ, vt ſi qua vna in infernum deflueret, totam damnatorum amaritudinem, dulcem efficeret, 14 Serm. 8. de transfigur.

Notabile Auguſt. dictū de beatitudine cęleſti.

ceret, ſic ille. Quanta ſit eius opulentia, & amplitudo, ex hoc alio conijce quod D. Paulus loquens de ijs ſanctis; quibus dignus non erat mundus, ideſt tantæ ſanctitatis, & dignitatis, vt mundus eos habere non mereretur illa verba proferat. *Lapidati ſunt, ſecti ſunt tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes anguſtiati, afflicti*; ijſque itineribus illis eundum, inquit, in Cœlum, & intrãdum in gaudium Domini ſui. O quam aſperi, quamque incommodi, & tamen ſæpè dicunt SS.PP. Domini benignitatem prædicantes, illum eſſe tam bonum tamque benignum, vt omni nos labore leuatos, ad præparatum transferat regnum, tanquam ſi letica veheremur in Cœlum audi (vt præterea alios multos) Chryſoſt. in illa verba Lucæ de illo fœlici mendico dicentis. *Factum eſt autem, vt portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ*. Vbi acutè ponderat illud. *Vt portaretur ab Angelis*. Ac ſaltem, inquit, ambulans, laboraret, portabatur ab Angelis, adeò ſine labore noſtro ducimur, & reducimur ad patriam, vt eo etiam labore paruo, quo afficeremur ambulantes, à Domino releuemur. At quomodo poſſunt hęc ſimul conſiſtere quæ ſunt toto Cęlo diuerſa, quin prorſus oppoſita, lapidari, ſecari, occidi, omnibus anguſtijs præmi, ad aperiendam ſalutis viam, & eoſdem tam dira paſſos omni labore leuatos, ad præparatum trãsferri regnum? ſed in promptu eſt reſponſio; ſi enim illa abſolutè ſpectentur, proculdubio lapidari eſt lapidari, ſecari, ſecari, & occidi, pariter occidi. Horret natura, quin etiam horum malorum generum; horret animus recordari. At verò comparatè ſi quo tendimus, non quæ patimur, cogitamus, tanta eſt illius gaudij amplitudo, tamque opulenta felicitas, vt quamuis tot ſit parta laboribus, meritò dicimur, omni nos labore leuatos, transferri in regnum, & veluti letica vehi in Cœlum.

Ad Hebr. 11.

Qua ratione Beati, q tot paſſi sũt tormẽta letica dicantur vehi in Cęlum.

In catena, c.16.

Nunquam ſatis dici poteſt quam ſit immẽſum illud gaudium eſt inenarrabile, ineffabile. Hoc indicant illa verba Pſal. *Exultationes Dei in gutture eorum*. Licet noſtra vulgata editio legat. *Exaltationes Dei in gutture eorum*. Auguſt. tamen, & quidam alij legunt. *Exultationes Dei in gutture eorum*. Iuxta illud. *Vox faucibus hæſit*, quo loquendi modo ſatis indicatur, deeſſe ſanctis, verba, quibus nobis eorum gaudium, & beatitudinem exprimere poſſint, nã quemadmodum vas plenum cuius orificium eſt anguſtũ quamuis quaqua verſum moueatur, non tamen per os effundit aliquid, nam vndæ illud confluunt, & ne detur vacuum non poſſunt egredi propter oris anguſtiam ſic ſancti vaſa ſunt plena, ſed præ gaudij magnitudine anguſta habentes orificia, non poſſunt nobis effundere quod continent; exultationes illæ Dei, hęrent faucibus, ad, linguam & labia non perueniunt nec nomina habent, nec verba, quibus poſſint eorum beatitudinem illudque gaudium nobis exprimere, ſed quod ad eloquendum tanti gaudij immenſitatem impares ſimus, gaudeamus, & cum beatitudinis noſtræ altitudinem promere non valemus, ſentiamus nobis bonum eſſe, quod vincimur. 15

Pſal. 149.

Sancti's deſunt verba, quibus nobis demonſtrent illius gaudij immenſitatẽ.

Intra in gaudium Domini tui. Fęlix iterumque fęlix, cuius amplitudo immenſitas, & quod caput ex cuius duratio, æternitas, nam eſt gaudium Domini tui, cum enim illud gaudium quo fruitur beatus ſit participatio quædam diuinæ beatitudinis, ſicut Deus, æternum, eſt beatus, ita vult ſuos electos ſempiternæ lætitiæ eſſe conſortes, belle 16

timo-

timorem, ò tù qui illam ingrederis requiem, ne timeas caſum nam intras in gaudium Domini tui. Alludit Dauid Propheta, qui vitam deſcribens beatam poſt illa verba,

Pſal. 114. *Conuertere anima mea in requiem tuam*, ſubdit. *Quia eripuit animam meam à morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu*; ſic docens vitam

Quod illa beatitudo ſit æterna nunquã finem habitura, pulchrè demonſtratur.

illam non ſolum eſſe fælicem, nulli malo ſubiectam, omnique cumulatam bono, ſed etiam eſſe ſecuram, & ſempiternam, vt ab ea excidere beatus, nunquam poſſit, ita enim erit libera à doloribus mortis, & ab inferni periculis, vt etiam in vitę fęliciſſimæ æternitate, & ſecuritate conſtituatur, ac nunquam labantur pedes eius. Erit firmum illud gaudium, & immobile ab vnoquoque beato ita inſeparabile quemadmodum illud cuius ſunt conſortes, Domini, & Regis gloriæ: qui cum ab Incarnationis inſtanti animam haberet beatam per Crucem, & paſſionem tranſiturus ad patrem nunquam tamen nec à beatitudinis ſtatu, quem eius ſanctiſſima anima obtinebat, ſicut neque ab vnione hipoſtatica, qua corpus, & anima cum diuino verbo nectebatur, emigrauit. Audi Ambroſ. in illa

Pſal. 87. verba Pſalm. *Traditus ſum, & non egrediebar*. Cum, inquit, deſcendiſſet in terras, vt crucifigeretur, vt ſepeliretur, non emigrauit à Patre, ſed in Patre manſit, nec depoſuit quod erat ſed reſeruauit, nec deſijt eſſe in Dei forma, ſed perſeuerauit, nõ imminuta per ſuſceptionem corporis Dei gloria, ſed manente, triumphum acquiſiuit, potentiam non amiſit; ſic ille. Quod ſi traditus, inquam, voluntati Iudæorum, ad illudendum, flagellandum, crucifigendum, ad tam dira tormenta, vt nullus vnquam hominum perpeſſus ſit talia, adhuc inter tot diuerſa, fęlicitatis Theſaurũ in anima abſconditum ſeruauit incolumem; & quod mirabilius eſt, tunc temporis, quando eius portio ſuperior erat ſummè afflicta, adhuc erat ſummè beata; ita immobilis, & ineſpugnabilis, eius perſeuerauit fælicitas; quid faciet quando ſolutis doloribus inferni, ſuſcitatus à mortuis, triumphat in patria. *Poteſtas eius poteſtas æterna*. Inquit Propheta. *Quæ* Act. 2. Daniel.
non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Qui igitur ſemel intrauerit in illud gaudium Dimini ſui, nunquam inde erit emigraturus. Huc tendit illa Chriſti Domini erga latronem beneuolentia, dicentis, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, an Luc. 23
non ſatis fuit dicere. *Hodie eris in Paradiſo*. Quorſum addidit illud mecum: Diuus Ambroſ. pulchrè, in- In Pſal.
quit, ſubiunxit, mecum eris in Paradiſo. Hoc eſt noli timere, ne & tu çadas de Paradiſo, ſicut & cecidit Adam ſed audi quia mecum eris, quo præſente cadere non poſſis, ceciderat caro in Paradiſo, antequam ſuſciperetur à Chriſto, non dixerat Adæ mecum eris quia ſciebat eſſe caſurum; ſic ille ſecurus igitur ab omni ruina eſt qui cum Chriſto in Cœlo eſt, firmiſſimis ſtabiliter veſtigijs, qui non in lubrico ſolo ſed in ſolido Cœlo collocatur. *Suſceptor meus*. Inquit Dauid, non mouebor Pſal 61.
amplius, quod ſi in via, quanto magis in patria verum eſt? ſemel inquit Ambroſ. in patria locatus, lubricum non debet habere veſtigium ſed tenere ſtatus proprij firmamentum; quam ſtabilitatem confirmat ex D. Paulo. *Volens Deus oſtendere polli-* Hebr. 6.
citationis hæredibus immobilitatem, Conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum. Quod enim Deus non ſolum promiſit, ſed iurauit, quis dubitet immobiliter duraturũ? Immobilis addit Ambroſ. voluntas Dei, quæ nullius peccati mouetur illecebris, homines, mobiles, lubrici, ad delin-

linquendum; faciles ad errandum vbi ſignificat inſtabilitatis fundamentum, eſſe peccatum, quod cum ab ſtatu Beatorũ peregrinetur longiſſimè, fit, vt totum illud regnum, nulla volubilitate circum agatur.

17 Huc etiã pertinet quod D. Paulus præclarè illam beatitudinẽ eiuſque locum ſic immobilem firmum, & æternum, ſub metaphora Ciuitatis fundamenta habentis, depinxerit: ſic inquiens. *Fide Abraham demoratus eſt in terra promiſſionis; tanquam in aliena, in caſulis habitando, cum Iſaac, & Iacob cohæredibus promiſſionis eiuſdem; expectabat enim fundamenta habentem Ciuitatem, cuius artifex, & conditor eſt Deus*, quaſi dicat Abraham cum ſuis, Ciuis non erat Chanaam quamuis ſibi, & poſteris eius promiſſę ſed Cęli. Hinc eſt, quod in Chanaam domum habere noluit, ſed in mobili ſemper habitauit tabernaculo, quia tendebat, conijciebatque oculos iugiter in cœleſtem Ciuitatem quaſi patriã ſuam, verè immobilem, & æternam. Pulchrè autem Apoſtolus fundamenta habentem Ciuitatem, illam cœleſtem vocat, quia terrenæ quãuis Regię in quibus Reges ſuis principibus regalem pompam gloriam, delitias, & opes omnes, explicant, & oſtentant ſi cum cœleſti illa conferantur; caſulis Abrahæ, vel paſtorum, quæ non habent fundamenta, ſed baculis, & fulcris nituntur; cum quibus ab vno loco transferuntur in alium, ſimiles dici poſſunt. Quod Regium apud Iſaiam firmat teſtimonium. *Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me quaſi tabernaculum paſtorum*. Quin etiam quamuis ſcriptura dicat de illis obſtetricibus, quæ Deum timuerant, non occidendo Hebręos infantes, quod Deus in pietatis præmium ædificauerit illis Domos; nulla tamen in hoc ædificio fit mentio fundamenti, nam quamuis illa fœlicitas, illaque gloria cælitus eis fuerit data, temporalis tamen erat, merito fundamento carens: ſola igitur beatitudo cœleſtis per Ciuitatem fundamenta habentem deſcribitur, ad eius immobilitatem, & æternitatem ſignificandam. Et quamuis tabernaculi nomine nonnunquam in ſacris literis ſignificari ſoleat, quia in eo quieſcemus, atque ibi ab omni iniuria, omnique labore tuti erimus aliquid tamen addi ſolet, quod immobilitatem firmitatem indicet, vt eſt illud. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo*; mons enim firmitatem habet, & apud Lucam. *Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*.

Hebr. 11. c. 38. Exod. 1. Pſal. 14. cap. 16.

18 Nec refert Ciuitatẽ illam, Ioanne Apoſtolo, & Euangeliſta teſte, in quadro eſſe poſitam, contra vitruuij, & vegetij regulas, quadratum ſitum in Ciuitatibus non probantium; illum enim ex hoc, eius firmitati, & peremnitati prouenit præiudicium, illi enim de Ciuitatibus loquuntur quæ timent hoſtes, Ioannes verò de Ciuitate loquitur, quæ poſuit fines ſuos pacem, de qua ſcriptum eſt ſeruabis pacẽ pacem, vt ſecuri redderẽtur incolæ, inquit Hieronymus duplicata promiſſione ibi omni armorum ſtrepitu, & bellorum apparatu ſemoto, æternam ad futuram pacem, hinc eſt quod idem S. Ioannes dicit. Et portę eius non claudentur quia ibi nullæ tenebræ nulli fures, nulli hoſtes propter quos nocte claudantur fores, neque hoc verbis, p Pſalmiſtæ videtur cõtrarium in laude Cœleſtis Ieruſalem canentis. *Lauda Ieruſalem Dominum, &c. quoniam confortauit ſeras portarum ſuarum*. Vterque enim, & Euangeliſta, & Propheta ijs loquẽdi modis voluerunt ſignificare nullum ſupernæ Ieruſalem ab hoſtibus

Apoc. 21. Pſal. 147. Iſa. 26. Apoc c. 21. Pſal. 147.

vel

18 vel furibus imminere periculum, hic per fores ſemper clauſas, ille per eandem ſemper apertas, vnus enim per fores ſemper clauſas diuinam ſignificat protectionem, non permiſſuram vnquam, vt illa cœleſtis Ciuitas Deo dilecta, hoſtium pateat incurſui. Alter per portas ſemper apertas, indicauit Ciuitatem illam ab omni malo ita eſſe ſecuram, vt claudere portas non ſit opus, ne dum adhibere cuſtodes. Firmum igitur ſit gaudium tuum, ô Beate nō modo eſſe plenum, & perfectum; ſed immobile, & æternum, nam non intraſti in quodcunque gaudium, ſed in gaudium Domini tui.

19

Illud gaudium futuræ vitæ nō ſolū eſt æternum, ſed ſemper gratum nūquā faſtidium generans.

Quod ſi intimius perſcrutemur hæc eadem verba, *Intra in gaudium Domini tui*. Videbimus illud gaudium non modo eſſe perpetuum, ſed etiam in ſua perpetuitate ſemper gratum, & quomodo non gratum, aut vnquam faſtidium generans, ſi eo ſumus beati quò beatus eſt Deus; igitur ſi Deus videndo ſe ipſum, ſemper fœlix, ſemper gaudens, & æternum beatus, ſui ipſius ſatur, & ex ſatietate ſūmā percipiēs delectationē quomodo igitur fieri poteſt, vt quod iucundiſſimè ſapit Deo, non ſapiat beatis? Et ſapit, & tam iucundiſſimè, ac ſi in eodem illo cibo ſemper nouas, nec alias guſtatas dapes deguſtent; audi ipſum met Saluatorem ſub eadem conuiuij, & epularum metaphora id profitentem, inquiens de ſe ipſo conſtituto in gloria. *Quod faciet illos diſcumbere, & præcintus tranſiens, & miniſtrabit illis*; ſed quid miniſtratio cum regno? quid cum gloria paterna tanti obſequij exhibitio? in mundo formam accepit ſerui, in mundo miniſtrauit, externamque exercuit ſeruitutem in patris regno, cur non magis ipſe ſedet in gloria, cur non magis ipſe gaudet paterno conuiuio, poſſemus reſpōdere, tunc Dominum iucundiſſimè epulari, cum miniſtrat ſuis, non enim reputat præmium, nec reputat immortalitatem, nec gloriam, quam non transfert ad electos, quam non miniſtrat, & confert ſuis tunc ipſe immortalis, tunc ipſe glorioſus tunc ipſe epulatur, cum æternum conuiuium immortalibus miniſtrat filijs. Hinc de gloria eius loquutus Iſaias, ait. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur pro eo, quod laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur*. In quæ verba Forerius, vbi Ieſus viderit tamen longæuum, ſaturabitur ideſt plenè ſibi ſatisfactum putabit, hoc vno ſuo laboris præmio affatim contentus erit; hæc ſunt viſcera Dei noſtri, vt tunc benè habere dicatur, cum res noſtræ benè habent, tunc comedat, tunc quieſcat tunc delitijs affluat ſic ille. Proh mirum, nemini ignotum eſt, cumulum beatitudinis, & gloriæ in viſione potiſſimum conſiſtere, tunc ſaturitas, tunc affluentia bonorum, tunc regnum, tunc diuitiæ immortales, cum purus oculus Deum videt, ſic Iſaias. *Tunc videbis, & afflues*, ſic Dauid. Satiabor cum apparuerit gloria tua. De Ieſu autem gloria dicitur videbis ſemem longæuum videbit, & ſaturabitur. An aliter eſt differendum de Ieſu gloria, & cęterorum beatorum; abſit; ſed Ieſus tunc præcipuè reputat ſuam gloriam, ſuum regnum, ſuam ſaturitatem cum illam miniſtrat, & ad ſuos transfert. Hoc igitur inter cætera videtur nobis indicari, cūm Ieſus conſtitutus in regno adhuc miniſtrat, & pręcinctus miniſtrat.

Luc. 12.

Chriſtus Dominus tunc iucundiſſimè epulatur cum ſuis electis miniſtrat

cōuiuiū æternæ Cœnæ.

cap. 53.

Iſai. 6.

cap. 60.

Sed hæc obiter ſint dicta. Ad rem noſtram, videtur facere, quod animaduertūt alij, vt ſermo ſit mētaphoricus, deſumptus à conuiuijs, 20

quo-

quorũ inſtar nobis proponitur beatitudo, ſicut autem, & in illis ij qui miniſtrant nouas nec adhuc guſtatas afferunt dapes; & nouo veluti ſapore, & ſuauitate conditos cibos, proferunt, vt non modo leuent faſtidium, ſed iucundiſſimè conuiuas delectent. Ita in beatitudine, noua ſemper gaudia, & veluti inexpertas delitias miniſtrare ſuis dicitur Dominus, cum ſit antiqua bonitas, idemque obiectum quo fruuntur beati, ad ſignificandum gaudium illud, & eſſe perpetuum, & in ſua perpetuitate ſemper gratum: hoc ipſum docet illa ſeraphinorum poſitio, qui aſtare dicuntur Deo, ſedenti in throno ſuo, quemadmodum Aulici aſtant regibus, & adhuc duabus alis volare, ſunt qui cum Auguſt. ad illud referunt, vt ſtantes Seraphin ſignificent beatitudinem eſſentialem, in qua nõ mobiles ſunt cogitationes noſtre per volãtes autem, beatitudinem accidentalem, quæ per nouas contingit reuelationes in beatis, & ita nouas, & volubiles, vt audeat dicere Bernardus exponens illud Luc. *Gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore, &c.* tu putas Deum noſtrum totam habiturum ſuæ gloriæ laudem, donec veniant, qui in conſpectu Angelorum pſallant tibi? Lętati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala; hoc genus lætitiæ Cœli neſcierunt niſi per Eccleſiæ filios; hoc nemo vnquam lætatur, qui nunquam non lætatur, &c. Audeo dicere expertem meæ beatitudinis ipſam beatam vitam niſi ſi dignetur fateri, quod per charitatem ea in me fruitur, & per me, aliquid ſanè videtur etiam perfectioni illi acceſſiſſe ex me, neque hoc parum denique gaudent Angeli ad pœnitentiam peccatoris, quod ſi delitiæ Angelorum lacrymæ meæ, quid delitiæ? hæc Bernardus.

Iſai.6.

Beatitudo eſſentialis, & accidẽtalis per Seraphynos ſtãtes, & volãtes figuratur.

cap.15.

21 Sed ne videamur deſerere inceptum ex Greg. magno elici poteſt hic alius ſenſus ad noſtrum inſtitutum ſatis accommodè. Vt ſtantes oſtendant quietem, & complementum appetitus in beatitudine, volantes autem ſignificent non eſſe in ea quiete faſtidium, ſed ſemper vigere in ea viſione alacritatem. Quærit enim ſanctus Doctor quomodo apud Matt. dicatur Angeli eorum ſemper vidẽt faciem Patris. Cum Petrus dicat. In quem deſiderant Angeli proſpicere. Ait enim pugnantia hęc eſſe; ſi enim ſemper vident, quomodo videre deſiderãt? maximè cum Dauid dicat. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vbi ergò ſatietas nullum amplius deſiderium. Reſpondet, ne ſit in deſiderio anxietas, deſiderantes, ſatiantur, ne verò ſit in ſatietate faſtidium, ſatiati deſiderant, & deſiderant igitur ſine labore, quia deſiderium ſatietas comitatur, & ſatiantur ſine faſtidio, quia ipſa ſatietas ex deſiderio ſemper accenditur. Ita Greg. quod quidem illuſtratur illo Apoc. ſtat enim ante thronum Dei Aquila volans, ideſt quilibet beatus, qui in videndo Deo, ſtat, nam ſemper videt, ſemper etiam volat præ deſiderio videndi, vt ſic exprimat perennem in videndo alacritatem. Accinit Dauid Propheta nam quos illi ſtantes, & volantes dicunt, hic eoſdem, & omnes pariter Cœli Ciues, incolas, & peregrinos vocat. Audi canentem Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Quorum verborum loco, Hebraica habet lectio. *Domine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo?* Vt omnes ſic intelligant, & quietem ſummam in illa patria eſſe, nec vllum tamen in illa perpetua quiete faſtidium, nam ita habitant, & incolunt ſupernam illa Ieruſalem; vt etiam peregrinari dican-

18. Moral. cap.28.

c.18.

1.Petri 1.

Pſal. 16.

c.4.

Cur Beati in patria, & habitare dicantur, & ſimul peregrinari.

Pſal.14.

dicantur, quaſi ſemper noua conſpiciant, ad leuandum faſtidium, delectationemque captãdam. Adinonent igitur nos hęc verba illud gaudium in ſua perpetuitate eſſe ſemper gratum, cum ſit gaudium Dõmini noſtri, quo ipſe æternum eſt beatus.

Via præmõſtratur. qua itur ad Cœlum.

22 Sed hæc eadem verba, quod caput eſt, præmonſtrant viam, qua eundum ad patriam quaſi velit Chriſtus dicere, qui illa protulit, eadem via tibi perueniendum ad illud gaudium, qua peruenit Dominus tuus, nam illa gloria hæreditati non datur, ſed virtuti. Quod ſi de Chriſto ſcriptum eſt. *Nonne oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam*. (Luc. 24.) Hinc inferat vnuſquiſque illam Pauli ſequelam. *Si complantati facti ſumus, ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.* (Rom. 6.) Tamque oportuit Chriſtum his itineribus ire ad illud gaudium (quãuis tãquam legitimo hęredi debebatur) vt neque Angeli eum tanquam Regẽ gloriæ ſalutarint, priuſquam eundem, vt ſtrenuum in ſua paſſione bellatorem agnoſcerent, Nam alijs inquirentibus. *Quis eſt iſte rex gloriæ*. (Pſal. 23.) Et alijs reſpondentibus. *Dominus fortis, & potens, Dominus, potens in prælio*. Vtique in pręlio paſſionis ſuæ; tum demum omnes mira conſenſione acclamarunt *Eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*. Quod Tertull. (Lib. de corona militis c. 14.) rectè expendit cum de Chriſto Domino loquutus; fauos, inquit poſt fella guſtauit, nec ante Rex gloriæ à Cęleſtibus ſalutatus eſt, quam Rex Iudeorum proſcriptus in Crucem ſic ille. Quaſi diceret prius à Iudæis repudiatur, quam ab Angelis adoretur, prius ſubijt Crucis acerbitatem, quam Regni obtineat maieſtatem, vt hæc dignitas ab illa humilitate, & gloria ab illo contemptu, orta fuiſſe intelligatur. Et ſtatim alludens ad verba Pſal. (Pſal. 8.) minoratus, inquit, à Patre modicum quid citra Angelos, & ita gloria, & honore coronatus, quaſi illa infra omnes Angelos humiliatio, via foret qua ſuper omnes Angelos eueheretur ſi igitur hæres ad quem ſponte ſua, & ſine labore venit hæreditas, pro illa conſequenda laborauit, qua temeritate ſeu dementia, mercennarius, cui non niſi laboranti, merces debetur, audet otioſus ad gloriam aſpirare? Audi Bernardum (Serm. de natal. S. Victoris.) in illa verba Pſal. (Pſal. 88.) Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Acutè dicentem, pulchrè non eorum, ſed virtutis eorum gloria commẽdatur, quaſi gloria, non tam homini, quam virtuti, ſeu nõ tàm deſideranti, quàm laboranti tribuatur. Vnde ſtatim ſubdit, virtus gradus eſt ad gloriam, virtus mater gloriæ eſt, fallax gloria, & vana eſt pulchritudo, quam illa non parturiuit ſic ille. Quiſquis igitur ad gloriam contendit, de via illuc ferente, hoc eſt labore, non recedat, impræcaturque Dauid Propheta grauiſſimas pœnas illis. Qui dixerũt hæreditate poſſideamus ſãctuarium Dei. (Pſal. 82.) Hoc eſt non pugnando non laborando, ſed ſedendo, & quieſcendo, ſolo iure hæreditario Regnum Cœlorum acquiramus, transferrique poſſunt hæc verba ad hæreticos, qui ſanctuarium cœleſtis beatitudinis hæreditate poſſidere poſſe ſe putant, abſque vllo laborum, meritorumque ope. In hos, & ſimiles inuehitur Dauid, dum addit *Deus meus pone illos, vt rotam. Et ſicut ſtipulam antè faciem venti*. (ibid.) Neque enim minoribus ſupplicijs digni ſunt qui æternam gloriam, per labores, & ſudores per Cruces, & neces acquirendam; hęreditare volunt otioſi, non violenti expugnare, cum tamẽ Regnum Cœlorum vim patiatur, & violenti rapiant illud.

Accommodata eſt ijs omnibus 23

viſio illa, quam vidit Iacob illius Matt. 11. Geneſ. 28. ſcil. Scalę ſtantis ſuper terram, & eius cacumen tangentis Cœlum; aderatque ibi amica Dei maieſtas, ad familiaria colloquia accerſens. Nihil ipſi tunc temporis fortunatius, nihil illi ſuauius, aut dulcius videbatur poſſe cōtingere; quid enim ipſi niſi Cœlum ipſum penetrare, & inter beatos referri ſupererat? At in ſomnis erat, quando hæc agebantur; alia illi fuit mens euigilanti. Cum enim euigilaſſet Iacob de ſomno, ait. *Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.* Pauenſque, inquit, *quam terribilis eſt locus iſte? non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta Cœli*. En ratione ab euigilante homine redditam, nimirum terribilem omninò, ac metuendam. Cœli portam eſſe, per quam non niſi optimi bellatores, & ij qui Crucem ſuam poſt Chriſtum ferunt, intrare poſſint. Et quod pauorem Iacob augebat, illud erat, videre ſcilicet per ſcalam non ſolum aſcendentes ſed etiam deſcendentes Angelos ideſt ipſoſmet, qui Angeli videbantur, quod pro virili non pugnauerint, deſcendere, & cadere, quod benè animaduertit Tertull. ſic inquiens. Lib. de fuga in perſequutione c. 1. Heu pala illa, quæ & nunc hominum aream purgat Eccleſiam confuſam, aceruum fidelium, ventilans, & diſcernens frumentum martyrum, & paleas negatorum; hæ enim ſcalæ, quas ſomniat Iacob, alijs aſcenſum ad ſuperiora, alijs deſcēſum ad inferiora, demonſtrantes ſic ille. Iacobi igitur pauor Dei gloriam videntis, mirificè quadrat doctrinę traditæ, his ſcilicet quia ad Paradiſi patriam redire contēdunt, non niſi per acres pugnas, & laborum difficultates, illuc eſſe perueniendum.

24 Huius connexionis inter Paradiſi gaudia, & graues hic tribulationes, immemores erant filij Zebędei Regni gloriam ambientes, ſed tribulationis vias non curantes. Quid ergo Chriſtus Dominus? Calicem, inquit; meum bibetis. Vnde Bernardus, inquit, ad gradum ſunt reducti, per quem fuerat aſcendendum, ſic ille. Matt. 20. ſerm. 35. in Cant. Quaſi diceret, neſciebant planè quid peterent, & multò minus quid facerent, nam ad ſummum faſtigium aſpirabant, & nihilominus interpoſitos gradus non attingebant, vt igitur ad honorum faſtigium euaderent, ad laborum gradus reuocabantur. Applaudit Gregorius ad viam inquiens, illos veritas reuocat, per quam ad celſitudinem venirent ac ſi dicatur, iam vos locus delectat, celſitudinis, ſed prius via exerceat laboris, per Calicem enim pertingitur ad maieſtatem, ſi mens veſtra prius appetit, quod demulcet, prius bibite, quod dolet; ſic ſic per amarum poculum confeſſionis, peruenitur ad gradum ſalutis, ſic Gregorius errabat viam Homil. 27. in Euang. Petrus, qui ſine laborum pugna ſuperna gaudia occupare, poſſidereque volebat, non immerito eo, dum Chriſti gloria in monte perfrueretur, dicente. *Domine bonum eſt nos hic eſſe*. Matt. 18. Addidit Lucas non enim ſciebat quid diceret. At ſenior factus, diuturnaque Chriſti ſocietate ad paſſionum tolerātiam eruditus, nefaſque eſſet, ſi vellet magiſtro eſſe confirmis, gloriam ſibi ſine Cruce promittere; tam cōſtanter Chriſto ſubinde adhæſit, vt quo melius ipſum monentem (vade poſt me) ſerm. 37. ſequeretur in Cœlum, (verba ſunt Chryſologi) Crucem reſupinus aſcendit; quaſi diceret, ne rurſus aliquo labar errore, te ducem prȩeuntem aſpicio, tribulationis, & Crucis viam inſiſto; tu verò per tuas ſemitas duc me quo tendo, ad lucem quam inhabitas.

25 Sint tandem huius capitis clauſula, illa verba Apoſtoli, qui poſt Ad Philipp. 2.

Digitized by Google

quam de Chriſto dixit. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, &c.* ſubdit, cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini, hoc eſt, vt exponit Athanaſius, & expreſſius Hilarius noluiſſe Chriſtum illud ipſum, quod erat ſcilicet æqualis Deo quatenus Dei nomen, & gloria ei debebatur, cum & quaſi rapina, ſed potius per humiliationem, & Crucem obtinere. Hinc benè infert Apoſtolus, *vos cũ metu, & tremore, veſtram ſalutem operamini.* Ac ſi dixerit, ne putetis rem hãc eſſe, quæ ſine ſudore, & labore, & ſola, vt aiunt, digitorum percuſſione obtinenda ſit, ſed quæ omne ſtudium, conatum, & defatigationem exigat, vt vſque ad ſanguinem reſiſtatis, aduerſus peccatum repugnantes. Cur enim alia vos via ad cœleſte Regnum peruenire poſſe exiſtimatis; niſi eamet, qua ipſe Dei Filius peruenit? Felix proculdubio illud Regnum, cuius opulentia, infinitas, cuius amplitudo immenſitas, cuius duratio æternitas, cuius dignitas diuinitas, ſed memento tu quicunque ad Cœlum aſpiras eſſe gaudium Domini tui. Hoc eſt ſi vis incolumis, & ſaluus ad illud peruenire, veſtigia ſequere Chriſti.

An beatitudo hæc ſit ſupernaturalis, & Deus inuiſibilis per naturales vires cuiuſcunque creaturæ.

Cap. 6.

1 HAnc beatitudinem eſſe ſupernaturalem, cuilibet intellectui creato, exiſtimo eſſe de fide, de qua re licet nonnulla diſſeruerimus ſupra, cum de incompræhenſibilitate Dei, nunc paulò latius hæc difficultas eſt pertractanda. Probo igitur aſſumptum duplici via, & à poſteriori, & à priori. Argumentatio à poſteriori illa eſt. Media ad ipſam conſequendam ſunt ſupernaturalia, ergo illa naturalis non poteſt eſſe, alioquin eſſent debita ipſi natura omnia, quæ ad eius conſequutionem, ſeu, effectionem cõcurrunt. Antecedẽs probatur, nam præcipuum fundamentum neceſſitatis gratiæ, per ſe loquendo eſt ſupernaturalitas illius beatitudinis, & viſionis; quia enim illa ſupernaturalis eſt, ideo neceſſaria eſt gratia, & opera eius ad illam obtinendam. Et confirmatur; nam fides in Deum, & Chriſtum neceſſaria eſt ad vitam æternam, ſed illa eſt ſupernaturalis, ergo. Minor probatur illis verbis Matth. 11. *Nemo nouit Filium, niſi Pater, neque Patrem quis nouit niſi Filius; & cui voluerit Filius reuelare.* Quæ verba licet Dominus abſolutè proferat de cognitione Patris, & Filij; ſi tamen velimus intelligere de cognitione fidei, quã habemus in hac vita, vt plerique intelligunt; inde ſumitur argumentum; nam ſi fides eſt ſupernaturalis actus, multò magis viſio. Confirmatur ſecundo quia iuxta ſanam doctrinam, actus Theologicarum virtutum, qui ſunt in via ad illam viſionem conſequendam, ſunt ſupernaturales quoad ſubſtantiam; aliàs explicari non poſſet quomodo ſit neceſſaria gratia ad ſingulos actus tales, ergò multò magis viſio.

Probatur duplici via Beatitudinem illam cœleſtẽ eſſe ſupernaturalem.

Matth. 11.

2 **Probatur hoc ipſum à priori, oſtendendo viſionem illam, & cœleſtem beatitudinem, quoad ſubſtantiam ſuam omni naturæ intellectuali creatæ eſſe ſupernaturalem, quod hac ratione fiat euidens. Ille actus dicitur à nobis ſupernaturalis in ſubſtantia, cuius entitas talis eſt**

ſecundùm ſuam ſpecificam, & propriam rationem, vt fieri non poſſit per naturalem creaturæ potentiam cum generali concurſu Dei ſibi debito; ſed talis eſt beatitudo cęleſtis, & clara Dei viſio, ergo. Maior. ſu-
Caiet. mitur à Caiet. 1. par. quæſt. 12. artic. 5. circa ſolutionem ad tertium, & videtur manifeſta. Siquidem lumen gloriæ, & claritas, ac dona Spiritus Sancti, & ſi quæ ſunt huiuſmodi, omnia ſunt entia ſupernaturalia; non ſolum quia à ſolo agente ſupernaturali effici poſſunt; ſed etiam quia nulli creaturæ connaturalia poſſunt eſſe; & patet ex terminis; tunc enim aliquis actus fit alicui connaturalis cum incipit fluere ex principijs eius; quamuis priùs fluere non poterat, vt viſio beatifica connaturalis dicitur intellectui informato lumine gloriæ; nam cum priùs à nuda potentia cum generali concurſu Dei ſibi debito, fieri nullo modo poterat; poteſt tamen effici ab eadem, tali prædita lumine, adhibito Dei concurſu proportionato, quem potentia in tali ſtatu requirit. Vera eſt ergo illa maior, illum actum dici à nobis iure ſupernaturalem in ſubſtantia, cum entitas talis eſt ſecundum ſuam ſpecificam, & vltimam differentiam, vt fieri non poſſit per naturalem creatam potentiam, &c. Quod autem viſio ſit huiuſmodi, probatur; alioquin poſſet viribus naturæ intellectus creatus clarè videre Deum, quod eſt contra fidem, & contra Catholicorum omnium ſenſum.

3 Dices illam entitatem ex ſe eſſe naturalem, habere tamen ſupernaturalitatem quandam ex modo ſupernaturali addito. Sed contra, ergo poſſet intellectus creatus elicere talem entitatem ſine illo modo, ergò per illam videre Deum naturaliter; quia ille actus eſſet intellectio ergò vel eſſet eiuſdem ſpeciei cum viſione Dei, & ſic conſtitueret videntem; vel eſſet alterius ſpeciei, & ita non eſſet eadem entitas ſecundum ſubſtantiam. Præterea interroga quid ſit ille modus, qui additur illi entitati, vt faciat clarè videre Deum, qui nullo pacto explicari poteſt, niſi ſit differentia ſpecifica actus, & hanc differentiam dicimus dare actui ſubſtantiam eius. Et explicatur hoc magis; nam ſi effectus formalis eſt ſpecificè diuerſus, vt videre clarè Deum, ergò forma ſpecie diuerſa; & id pertinet ad eius ſubſtantiam; ſubſtantia enim actus non eſt penſanda ex ratione generica, nec ipſius viſionis ex genere intellectionis, ſed ex ratione ſpecifica; differentia enim ſpecifica contrahit genus, & ad ſuum ordinem illud trahit.

Idipſum teſtatur Scriptura Sacra.

Cap. 7.

Probatur primo ex illis verbis 1
Exod. 33. *Oſtende mihi faciem* Exod. 33.
tuam, vt ſciam te. Vel, vt alij Codices habent, oſtende mihi te ipſum manifeſtè, vt videam te; quo loco Moyſes petiuit diuino munere ſibi concedi, (tanquam aliquid nimirum, quod ipſe alioquin non poſſet aſſequi) vt diuinam eſſentiam aliquando videre poſſet, ſicut interpretantur D. Auguſt. Epiſt. 112. & August.
D. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 36. cui conſonat illud Iſaiæ 64. *Oculus* Iſai. 64.
non vidit Deus, abſque te, quæ præparaſti expectantibus te, quem locum, licet Forerius, & alij velint ſignificare omnem intellectus humani capacitatem excedere, quæ per Chriſtum mundo exhibita ſunt; quin 2
etiam ita videtur interpretari D. Paul. 1. Corinth. 2. paucis immutatis verbis; ſunt tamen, qui ita acci- 1. Cor. 2.

piant,

piant, vt admirans Iſaias, videatur auolare ab Incarnatione, & Chriſto homine; ad gloriam cœleſtem, quæ fructus eſt, & finis Incarnationis Chriſti, tales enim raptus, & tranſitus Prophetis ob lumen Propheticum ſublime, & amplum, familiares ſunt, Patet ex ipſis verbis. *Expectantibus*. Item. *Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam*, ergò loquitur de fructu operum iuſtorum, ſcilicet vita æterna; nam fructus Incarnationis, & fides non occurrit facientibus iuſtitiam, ſed ſedentibus in tenebris, & peccatis. Sic Hieronym. in cap. 64. Iſaiæ, & Dionyſ. de cęleſti Hierarchia cap. 10. & recentiores nonnulli in locum citatum D. Paul. Quòd ſi vtrumque ſenſum iam dictum coniungamus, plena erit vtriuſque loci, & Pauli, & Iſaiæ intelligentia, & ſimul noſtra confirmabitur aſſertio, quaſi dicatur, *Oculus non vidit*, &c. ſuperant omnem ſenſum, experientiam, cogitationem naturalem, & omne hominis naturale deſiderium ea bona, quæ tu ò Domine Deus præparaſti per Chriſtum expectantibus te; tum in hac vita ſcilicet ijs, qui aliquid de his iam inaudierunt; tum maximè, & proprijſſimè in futura gloria; in illa enim Deus, qui eſt omnia bona, dabit ſe beatis, & erit omnia in omnibus.

Hieron. Dionyſ. Areop g.

2

3 Tandem ſi admitteremus tãtùm primum ſenſum, inde adhuc ſumitur firmius argumẽtum ad hanc noſtram probandam aſſertionem; ſi enim noſtram excedunt capacitatem quæ per Chriſtum exibita ſunt mundo in Incarnatione, vt abſque Dei ſpeciali munere illa creatus intellectus capere non poſſit, quid dicendum de ijs, quæ exhibentur in futura gloria? Ac perpendenda ſunt in hac materia verba illa D. Paul. *Neque in cor hominis aſcendit*. Per quæ pulchrè omnem noſtram naturalem cogitationem vult excludere, Hæbrei enim mentis cogitationem vocant aſcenſum, & cogitare vocant aſcendere in cor, quia res cogitata, & intellecta primò à terra, alioue obiecto aſcendit in oculos, vel aures, indeque ad ſenſum communem, & fantaſiam, inde denique ad mentem, quaſi arcem, & culmen hominis aſcendit; ſummum enim in homine eſt mens, ſed ſicut lepide Apoſtolus Paulus, per illud, non aſcendere, cogitationem naturalem excludit; quæ tam excellens obiectum non poteſt attingere ita etiam Ioannes item Apoſtolus, 4 & Euangeliſta cognitionem reuelatam ad id neceſſariam per oppoſitum (deſcendere) explicat; loquens enim de gloria Sanctorum poſt extremum iudicium futura, quam ſub ſpecie pulcherrimæ Ciuitatis conſpexit, inquit Apocal. 21. *Vidi Ciuitatem Sanctam Ieruſalem nouam, deſcendentem de Cœlo à Deo*, niſi enim hæc gloria cœleſtis deſcenderet, ideſt niſi Deus ipſe, qui eſt gloria noſtra, obiectiua, eſſentialis, miro, & ineffabili modo ſe coaptaret intellectui noſtro, ipſi veluti ſpecies ſe vniendo, & infundendo lumen gloriæ, quo confortetur potentia intellectiua, nunquam creatura intellectualis eleuaretur, nec poſſet eleuari ad tam ſublimem viſionem. Ad hoc totum confirmandum non leue ex libro Pſalm. ſumitur argumentum, vbi poſt illa verba, quę leguntur Pſal. 83. *Beati, qui habitant in domo tua Domine in ſæcula ſęculorum laudabunt te*, quæ de beatitudine, & habitatione illa cęleſti intelligi vult Auguſtinus, vbi ſacrificio illo laudi multò verius, & perfectius honoratur à beatis Deus, imò propriè ab illis dumtaxat; quia non ſunt præſentis mortalis vitæ, ſęcula ſęculorum, ſed fluentia tempora. Subditur, quod ad conſequutionem eiuſ-

Penderantur verba

D. Pauli loquentis de Beatitudini cœleſti.

Apocal. 21.

Pſal. 83.

dem pertinet. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco, quem poſuit.* Nam cum ſit ſupernaturalis, auxilium Dei ad illam conſequẽdam eiuſdem ordinis pręcedere oportet. Hieronymus ad Suniam, & fretelam Epiſt. 135. monet meliùs reddi. *Cui, & eſt auxilium abs te.* Auguſtinus, & vetus Pſalterium. *Cuius eſt ſuſceptio eius abs te.* Hoc autem auxilio præcurſore, & Duce, quid ſequatur audiamus, *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco, quem poſuit.* Statim in hac lacrymarum valle appoſui in loco, quem poſuit, ſcilicet homo ſibi ipſi culpa ſua, vel in loco, quem poſuit illi Deus ad merendum, & merendam æternam beatitudinem, *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Paraphraſtes pro Aſcẽſionibus, aut ſemitis in corde, interpretatus eſt fiduciam in illo, & ſic eſſet ſenſus, vt aſcenſiones in corde ponere, ſit, quod dici ſolet, eſſe erecto corde, quale eſt eorum qui confidunt, & benè tali præcedente auxilio aſcenſiones hæ ponuntur in chriſtianorum corde alioquin deiecto eſſent corde, non erecto; conſequutionem illius beatitudinis prorſus deſperarent; nõ enim vires naturæ poſſunt id, quod eſt, tam ſupernaturale, attingere. Verum quia non ſolùm requiritur auxilium Dei, quod voluntatem præueniat, & bonum adiuuet, ſed, vt quod animo propoſuit quis, etiam perficere pro bona voluntate poſſit, ſubditur, *etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus Deorum in Syon,* ideſt qui legem dedit acquirendæ beatitudinis gratiam dabit implendę, qua fiſi, & adiuti viatores, ibunt de virtute in virtutem, nec quieſcent, donec conſpiciat quiſque eorum Deum Deorum, in Syon illa cœleſti, quæ omnia ad beatitudinis illius ſupernaturalitatem declarandam, ſatis videntur apposita.

5 Quid plura? ſi exultatio, quæ in hac vita ex rerum diuinarum oritur cõtemplatione, quoties nimis exuberat, non poteſt ſuſtinere gaudentem, vt propterea fulchris indigeat, quid dicendum de illis ſupernæ patriæ gaudijs. Hæc fulcra ad literam requirit ſponſa Cantic. 2. cum ait, *fulcite me floribus ſtipate me malis, quia amore langueo,* præceſſerat ingreſſus ſponſæ in cellam vinariam. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem,* vbi cella vinaria ſummam quãdam, ac exageratãm lętitiam ſignificat, de qua illud Pſal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,* & quaſi explicans cellæ prædictæ recondita vina. *Et torrente,* inquit, *voluptatis tuæ potabis eos.* In hanc igitur, vel ſola contemplatione partim re, partim ſpe introducta Eccleſia, ac abundantiſſimè potata, quaſi præ gaudio, deliquio ſe collabi exclamat, *fulcite,* &c. Ad quæ verba pulcherrimus eſt Legionenſis Commentarius, animo, inquit, deſtituor, nec lętitiæ vim ferre ſuſtineo; accedite propius, flores date, vina ſpargite, fugientem ſpiritum, quibuſcunque reuocari poteſt rebus, reuocate. At enim ſponſus gaudiorum, quæ ex amore proficiſcuntur, optimè naturam callens, amplexu collabantem ſuſtinuit; vnde ſequitur. *Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Quę omnia ſignificant imbecillem animam in cœleſti patria non poſſe ſe ipſa ſubſtinere gaudiorum illam vim, quam optimè expreſſit Dauid torrentis vocabulo. Quod amplius exagerabitur, ſi quis aduertat ſpõſam vno modo roboratam à Deo, tamen adhuc non poſſe ferre onus ipſum

Argumentũ minori ad maius ad idem probandum.

Cant. 2.

Pſal. 35.

Legionẽſis.

ipſum gaudiorum cœleſtium. Nam illud. *Ordinauit in me charitatem*, ſignificat ſponſam introductam in cellam vinariam, egregiè inſtructam interius ad ſpiritualia gaudia Dagal דגל enim propriè eſt aciem inſtruere, ac milites ad præliãdum aptè diſponere, quod noſter expreſſit, vno verbo ordinandi, oſtenditurque Deum, animã in ſupernas illas voluptates introductam, quoad interiores facultates; ac vires, tanquam exercitum compoſuiſſe, vt hinc appareret, quantũ ſit glorioſę voluptatis pondus. Siquidem, vel exercitus plenum robur exigit, vt commodè ſuſtineri valeat; quod mutua illa alarum coniunctio repræſentat in beatis ſpiritibus Ezechielis primo, Ezech. 1. Deo ſcilicet externis alis ęnigmaticè demonſtrante quaſi militares illas internarum virium alas fortiſſimè, ac ordinatiſſimè molem ipſam gloriæ ſupportantes.

6 Cant. 7. Hi nempè ſunt illi Chori, quos in ſulamite ideſt anima beata oſtẽdit ſponſus Cantic. 7. *Quid videbis*, inquiens, *in ſulamite, niſi Choros caſtrorum?* Choros enim exultantium quomodo Caſtris miſcuit? id videlicet demonſtrans, ſummam gloriæ exultationem, in ſumma internarum facultatũ ordinatione, ac adeo firmitate cõſiſtere. Atque huc fortaſſe alluſit Nazianzen. in Apologet. cum ſic de beatis. Pulchrum Nazianz. dictum. Quos Spiritus, inquit, armat in gloria, eſt quippe Spiritus Sancti opus, non ſimpliciter beatorum mentes ordinare ſupernaturalibus dotibus, ſed has ipſas ita diſponere ac dirigere in Deum, vt Ducis inſtar caſtrametari, ac aciem aliquam inſtruere videatur. En igitur tibi quàm excedat vires noſtras illa ſuperna beatitudo.

7 Rom. 6. Deinde eandem aſſertionẽ probant verba illa D. Paul. ad Rom. 6. *Habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem verò vitam æternam*, vbi nomine vitæ æternæ ſignificatur beatitudo, quæ in viſione Dei præcipuè conſiſtit, vt conſtat ex communi omnium ſenſu, ſubdit autem ſtatim Apoſtolus, *ſtipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna*, vbi omnes expoſitores notant loquutionis diuerſitatem; licet enim homo ſuis operibus prẹmium mereatur, & pœnam, Paulus tamen pœnam vocat ſtipendium, & Græca vox ὀψώνιον, vt animaduertit Theophilactus ſignificat cibarium, quod militibus ab Imperatore datur, quia ex toto rigore debetur iuſtitiæ; peccatum igitur ſibi ſeruientibus, quaſi cibarium, ſcilicet vile ſtipendium, dat mortem: vitam autem æternam, quæ præmium eſt iuſtitiæ, non pari modo, vt exigebat, dicit ſtipendium ipſius, ſed *gratia autem Dei vita æterna*, nam quamuis meritis reddatur illa merces, hæc tamen merita manant ex gratia, quaſi ſemine, & radice. Ita S. Auguſt. Epiſt. 105. Vnde idem primam gratiam vocat quidem gratiam; at vitam æternam vocat gratiam pro gratia, *& Deus cum coronat noſtra merita, quid aliud coronat, quam ſua dona?* ait ex Sancto Auguſt. Celeſtinus Papa ad Epiſcopos Galliæ cap. 12. Celeſtin. Papa. Concilium etiã Tridentinum ſeſs. 6. cap. 16. Dicitur etiam vita æterna gratia, quia licet operibus ex gratia factis debeatur, tamen ſi labor noſter nude ſpectetur, ipſa eſt gratia, quia non ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriam. Ita Theodoret. Theodor. Gratia ergò eſt vita æterna, quia exiguis operibus, laboribus, & paſſionibus obtinetur. Sicut ſi Rex pauperem adoptaret in Filium, hac lege, ſi vellet ſibi obedire, diceretur eum adoptare ex gratia. Si igitur tot modis beatitudo illa dicitur gra-

gratia, ergò non eſt finis naturalis, ſed ſupranaturam omnem creatam eſt collocãda. Huic auctoritati Apoſtoli cõſonat illud Dauidicũ Pſ.83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*. ſic indicans, gratiam gloriæ reſpõdere tanquam fructum radici, vel finem fructus præcedentis, qui dicitur gratia ſanctificans cum operibus, & meritis, *habetis enim*, ait Apoſtol. ad Rom. 6. *Fructum veſtrũ in ſanctificatione, finem verò vitam æternam*, ſunt enim dona ſupernaturalia, & eiuſdem ordinis, imò pręcipuum fundamentum neceſſitatis gratię, per ſe loquendo, eſt ſupernaturalitas illius viſionis, quia enim illa ſupernaturalis eſt, ideo neceſſaria eſt gratia, & opera illius ad eam obtinendam.

Pſal.83.

Rom. 6.

8 Accedit ad hęc omnia quia viſio illa ſpecialiter promittitur in ſcriptura ſacra tanquam proprium præmium ſupernaturalium operum, vt teſtantur verba illa Chriſti apud Ioan. cap. 14. *Qui diligit me, & Pater meus diliget eum, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum*. Quæ verba de manifeſtatione, quæ fiet in gloria Auguſt. interpretatur tract. 75. in Ioãn. Quod autem de ea dilectione, quę eſt actus charitatis, amorque ſupernaturalis, cui paratũ eſt præmium illud, præcedentia intelligantur patet ex dubitatione, & reſponſione facta ab eodẽ Auguſtino loc. citat. Quomodo, inquam dicit qui diligit me diligetur à Patre meo, & ego diligam eum? quaſi prius nos Deum diligamus, deinde nos Deus viciſſim diligat, cum contra ſe prorſus res habeat. *In hoc*, inquit Ioannes c. 4. 1. epiſt. *eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos*. Rectè reſpondet non quamcunque Patris, Filijque erga nos dilectionem intelligi, ſed eam, qua Pater dilectionis erga eum noſtræ præmium daturus nobis eſt, & Filius ſe ipſum manifeſtaturus; tam enim Patris, Filijque erga nos dilectionem, noſtra erga eos dilectio præcedit, quæ ſcilicet gratiam prærequirit, qua peccata remittantur; qua iuſtificamur, qua iam facti amici, diligimus. Cœterum alia nos, vt ait Ioannes dilectione prius illi nos diligunt, quàm nos illos diligamus, ea nempè, qua nobis præfata dona conferunt. Ad idem pertinent verba illa D. Pauli 1. Timoth. 6. *qui lucem habitat inacceſſibilem*, vtique per naturales vires creatas, ſicut ſtatim ſubdit. *Quem nemo hominum vidit; ſed nec videre poteſt*, per naturam; non enim excluditur; quin per gratiam poſſit, vt D. Thom. notauit in hæc verba Pauli ſed hæc auctoritas tum diſcuſſa eſt cum de incõprahenſibitate Dei, tum latius diſcutietur queſ. ſeq.

Beatitudo illa cęleſtis ſpecialiter pmittitur tanquã prę miũ ſupernaturalium operum.

Ioan. 14.

Auguſt.

1. Ioan 4.

1. Tim. 6. 9

Thom.

Hęc tandem aſſertio definita fuit in Concilio Viennenſi ſub Clemẽte V. in Clem. ad noſtram de Hęretic. vbi damnantur Beguardi, & Beguinæ, ſentientes quamcunque rationalem creaturã naturaliter beatam eſſe, nec indigere ſupernaturali lumine gloriæ, ſiue intelligat de habituali ſiue de actuali (quod nunc non curamus) ad videndum Deum.

Cõc. Vien. Clemẽt. ad noſtram.

Vtrum viſio illa beatifica ſit ſupernaturalis omni intellectui, ſiue naturæ intellectuali creabili.

Cap. 8.

1 SI quis perpendat verba illa D. Paul. 1. ad Timoth. 6. *Lucem inhabitat inacceſſibilem quàm nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt*, in illis licebit legere ſententiam illam, quam communi conſenſu omnes

1. Thim. 6.

nes

Digitized by Google

nes ferè Theologi amplectuntur, ſcilicet nec eſſe, nec eſſe poſſe, aliquam creatam ſubſtantiam, cui cõnaturale ſit videre Deum, ſeu quæ viribus naturæ ſuæ poſſit videre Deum, ac conſequenter cui naturale ſit lumen gloriæ; tali enim creaturæ Deus non habitaret lucem inacceſſibilem, ſed per ſe acceſſibilem, taliſque per ſe poſſet videre Deum, ac conſequenter deberet eſſe ordinis diuini, ac quaſi par Deo, quæ omnia repugnant: Apoſtolo hic, cum dicit Deum ita traſcendere omnia creata; omnemque omninò intellectum; ſiue creatum de facto, ſiue poſſibilem, vt à nullo viribus naturæ propriè adiri; accedi, viderique poſſit. Sic idem 1. Timoth. 1. Deum vocauit Regem ſeculorum inuiſibilem. Dices hæc Sacræ Scripturæ loca eſſe intelligenda, quod Deus ſit inuiſibilis, & lucem inhabitet inacceſſibilem comparatione creaturarũ omnium, quæ factæ ſunt, non verò comparatione earum, quas Deus ſua omnipotentia valet facere. At verba Diui Pauli vtraſque complectuntur; & creaturas pro quacunque tempo ris differentia exiſtentes, & poſſibiles, quæ nunquam ſunt exituræ. Quod ſic probo, Paulus vocat Deũ ſimpliciter inuiſibilem, & inacceſſibilem, ergò per ſe talis; ſermo enim ſimpliciter probatus in ſenſu formali, & proprio eſt intelligendus; quod autem per accidens eſſet inacceſſibile; impropriè ita diceretur, & conſequenter non eſſet dicendum abſolutè inacceſſibile, & inuiſibile: ſi igitur per ſe inacceſſibilis Deus, & inuiſibilis, ergo viſio eius, & lumen gloriæ per ſe ſunt ordinis ſupernaturalis, vt ex terminis poteſt eſſe perſpicuum; ſi enim eſſent per accidens, ob aliquod ſcilicet impedimentum; debita autem; ſpectata eorum natura, alicui creaturæ, non diceretur Deus abſolutè inacceſſibilis, & inuiſibilis, ſed ſublato impedimento poſſet à creatura viribus proprijs adiri, accedi, & videri, ergò cum ex diſcurſu Pauli optimè colligatur huiuſmodi entia eſſe per ſe, & ſua natura ſupernaturalia, & ordinis diuini, nulli creaturæ poſſunt eſſe connaturalia; alioquin non ſimpliciter, ſed ſecundum quid ſupernaturalia deberent appellari; ſicut ignire non eſt aliquid ſupernaturale ſimpliciter; quia licet ſit ſupra naturam aquæ; non eſt tamen ſupra naturam ignis.

2 Põderatur verba D. Pauli. 1. Thim. 1.

3 Obiectio.

Obijcies rurſus; nam ignire propterea dici non debet ſupernaturale quid, quia datur aliqua ſpecies creata, cui ſit connaturale; at ſi nulla eſſet talis, quamuis poſſit eſſe connaturale ſpeciei creabili, abſolutè poſſet dici ens ſupernaturale. Et confirmatur; nam ea quæ ſunt connaturalia alicui in ſummo gradu, non poſſunt eſſe connaturalia alteri in eodem gradu, at verò in gradu remiſſo poſſunt, v. g. calor in ſummo non poteſt eſſe connaturalis niſi igni, in gradu tamen remiſſiori eſt etiam connaturalis aeri, ergò ſimiliter licet lumen gloriæ ſecundùm totam ſuam perfectionem ſit tantum Deo connaturale, tamen ſecundum gradum inperfectiorem, quatenus eſt accidens quoddam creatum, erit connaturale creaturæ, & vt huiuſmodi non erit Deo connaturale. Et quod dicitur de lumine gloriæ, dicendum etiam eſt de viſione beatifica, quæ eſt actus ſecundus, & participatio quædam diuinæ viſionis; nam ſi principium, agendi, quod eſt lumen gloriæ, eſt connaturale creaturæ ſecundum eſſe participatum, etiam & actus erit connaturalis ſecundùm idem eſſe participatum; erit igitur Deus inuiſibilis, & inacceſſibilis comparatione creaturarum, quæ factæ ſunt; non

tamen

tamen earum, quæ Dei omnipotentia valet facere.

4 Solutio. Verùm ſi intelligamus quid ſit eſſe accidens per ſe ſupernaturale, & ſua natura, & ſpecie tale, ſtatim confitebimur non poſſe eſſe connaturale alicui ſubſtātiæ, quæ creatura ſit; nam alioquin ratio accidentis ſupernaturalis deſtrueretur; & eo ipſo ſupernaturale non eſſet. Hinc etiam patet diuerſam eſſe rationem de calore; nam quamuis calor in ſummo, ſuppoſito, quod ſit proprietas ignis, non poſſit connaturaliter communicari alteri, ſed ſemper in quocunque reperiretur, v.g. in ferro ignito, eſſet inſtrumentum ignis; tamen calor remiſſus poteſt connaturaliter communicari alteri, quia calor remiſſus, & calor in ſummo, non ſunt conſtituti in diuerſo ordine; ſed ambo ſunt ordinis naturalis, lumen autem, & viſio in quocunque gradu ſumantur, ſunt ordinis ſupernaturalis, & D. Paulus cum inquit Deum eſſe inuiſibilem, & inacceſſibilem, ſcilicet viribus naturæ, comparatione creaturarum proculdubio loquitur, ergo lumen gloriæ participatum, & viſionem beatificam item participatam, vult eſſe ordinis diuini, & nulli creaturæ connaturalia.

5 Iterũ obijcitur. At dicere poſſent aduerſarij, omnia iſta facile eludi, ſi dicamus poſſe creari à Deo ſubſtantiam ordinis ſupernaturalis, cui ſit connaturale lumen gloriæ, & actus eius viſio ſcilicet beatifica. Nec contra aſſertionem hanc militant verba D. Paul. concedimus enim Apoſtolo Deum eſſe inuiſibilem, & inacceſſibilem, tum ſubſtantiæ creatæ; tum creabili, quæ ſit ordinis naturalis: at ſi eſſet ordinis diuini, & ſupernaturalis, lumen gloriæ, & viſio beatifica, quæ ſecundùm propriam ſpeciem ſunt entia ſupernaturalia, ita etiam eſſent dijudicanda, comparatione omnium, quæ ſunt infra illum ordinem; non autem eorum, quæ in eodem collocantur ordine; nam quemadmodum vnum alteri connaturale, & dicitur, & eſt, vt principium actui, & contra; ita ipſa ſimul connaturalia dicenda eſſent tali ſubſtātiæ, ſi crearetur ordinis ſupernaturalis. Aſſumptum autem, quod poſſit creari à Deo ſubſtantia ordinis ſupernaturalis, ita poteſt perſuaderi: nam non videtur inconueniens, vt intra latitudinem ſubſtantiarum creabilium, detur aliqua ſubſtantia, quæ ſuperet, vel adæquet totam latitudinem accidentium, ſed datur lumen gloriæ, quod eſt accidens ſupernaturale, cui eſt connaturalis viſio beatifica tanquam actus ipſius; cur igitur non poteſt dari in tota latitudine ſubſtantiarum creabilium aliqua, quæ ſaltem adæquet ipſum lumen gloriæ. Et confirmatur, nam ſi accipiamus intellectum 6
v. g. Sancti Petri, coniunctum cum lumine gloriæ, hic intellectus habet virtutem finitam ad vidẽdũ Deum, ergò poteſt à Deo creari intellectus finitus cum tanta vi, & cum ea perfectione eſſentiali, qua ſuperet, vel adæquet totum illud coniunctum ex intellectu Petri, & lumine gloriæ, & explicatur magis; nam nõ ſic ſe habet Deus ad intellectum noſtrum ſicut ſonus ad viſum, quãuis enim viſus habeat maiorẽ vim ad ſentiendum, quam auditus, non tamen eſt accommodatus ad percipiendum ſonum, quia nõ eſt proportionatus ad tale obiectum, cum ſit extra eius latitudinem. At Deus eſt intra latitudinem obiecti intellectus, creaturæ intellectualis; ſi igitur ab illo non videtur, non eſt quia potentia non habet proportionem, ſeu accommodationem cum obiecto, ſed quia non habet tantam vim ad intelligendum, quanta neceſſaria eſt ad videndum Deum; ſed per

argu-

Digitized by Google

argumentum factum, creari poteſt tanta vis intellectus, quæ adæquet, imò excedat coniunctum illud ex lumine gloriæ, & potentia intelligendi, quod coniunctum eſt finitum, ergò intellectus creatus cum tanta vi ex ſuis naturalibus poteſt videre Deum. Quod ſi dicas non conuincere de intellectu ordinis naturalis, qui nunquam poterit adæquare intellectum Sancti Petri cum lumine gloriæ, quantæcunque perfectionis ſit, etiam infinitæ; nam non eſſet ordinis ſupernaturalis, in quo eſt lumen gloriæ; conſequeretur præfata ratio quod intendit, ſi crearetur talis ſubſtãtia ordinis ſupernaturalis, quod æquum eſt admitti tanquam poſſibile, cum rationi conſonum ſit dari intra latitudinem ſubſtantiarum creabilium aliquam, quæ vel ſuperet, vel ſaltem adæquet totam latitudinem accidentium.

7 Alia ſolutio. Verum non poſſum intelligere, quomodo aliqua natura, ſeu ſubſtantia intellectualis creari poſſit, quæ ſit ordinis ſupernaturalis, nam vel dicẽda eſſet ſupernaturalis quia eſt ſuperior alia ſubſtantia, & ſic innumeræ eſſent ſubſtantiæ ſupernaturales; aut quia à ſolo Deo producitur per creationem; & ita omnes animæ, & Angeli eſſent ordinis ſupernaturalis. Aut tandem ſupernaturalis eſt contraria habitudine, quia illi ſcilicet ſunt connaturalia talia accidentia. Sed hoc potius deſtruit rationem accidentis ſupernaturalis ex ſua ſpecie, quam adſtruat ſubſtantiam eſſe ordinis ſupernaturalis; nam ſi creatæ ſubſtantiæ eſt naturale, eo ipſo ſupernaturale non eſt. Supereſt igitur, vt illæ formæ, quæ reſpiciunt ſubiectum, poſſint dici ſupernaturales, & omninò ſolæ formæ accidentariæ; cũ enim hæ formæ reſpiciant ſubiectum tanquam perfectiones ſubſtãtiæ creatæ, quæ dicitur res naturalis; tunc dicantur ſupernaturales, quando eam perficiunt ſupra id, quod ipſa, vel alia creata ſubſtantia ex ſuis principijs, & conſtitutione naturali poſtulat.

At dicerent adhuc aduerſarij, quicquid ſit de hoc, nõ poſſit creari aliqua ſubſtantia, quæ dicenda eſſet ordinis ſupernaturalis; ſufficit ad rem propoſitam, vt ſit creabilis eiuſdem ordinis cum Deo, & omninò ordinis diuini; ſic enim illi cõnaturalis eſſet viſio beatifica, ac ei debitum quicquid ad viſionem illam prærequiritur. Sed contra; nam ſequeretur creaturam illam eſſe actum purum, quod implicat in adiecto, vt id, quod habet potentialitatem, quemadmodũ eſt creatura omnis, ſit actus purus. Probatur aſſumptum, quia tali creaturæ debitum eſſet habere vnitam eſſẽtiam diuinam per modum ſpeciei, quæ cum ex ſe non ordinetur ad actuandam aliquam potentiam, nõ poteſt eſſe debita niſi actui puro, ergò ſi deberetur creaturæ alicui intellectuali illa ſimul eſſet creatura, & actus purus. Et quamuis de potẽtia abſoluta non repugnet dari ſpeciem creatam Dei, vt infra videbimus; tamen ad vim huius rationis ſatis eſſe videtur, quod talis viſio ex natura ſua non poſtulat aliam ſpeciem, præter ipſam eſſentiam, ergò cui eſſet debita talis viſio, quemadmodum illi creaturæ, quam ſupponimus eſſe ordinis diuini, debita eſſet eſſentia diuina per modum ſpeciei, ergo ſimul eſſet creatura, & actus purus. Et confirmatur nam Angelus inferior quamuis ſpecie eſſentiali differat ab Angelo ſuperiori, viribus naturæ poteſt illum clarè, & intuitiuè videre, prout in ſe eſt, quia haberet modum eſſendi, & compoſitionis, & immaterialitatis eiuſdem ordinis: nam 8

Satisfit alijs obiectionibus aduerſariorum.

nam in omnibus illis eſt aliqua cōpoſitio ſiue ex eſſe, & eſſentia, ſiue ex natura, & ſuppoſito, ſiue ex genere, & differentia, ſiue ex ſubiecto, & accidente, ergo ſi aliqua daretur ſubſtantia intellectualis, cui deberetur viſio clara, & intuitiua Dei, prout in ſe eſt, deberet eſſe eiuſdem ordinis cum Deo, & expers omnis potentiæ, ſicut Deus ipſe, ergo actus purus.

9 At contra hęc, inſtantia in promptu eſt, & manifeſta; nam lumen gloriæ eſt ordinis diuini, & intellectui informato lumine gloriæ debetur quidditatiua, & clara viſio Dei, tamen quis dicat lumen glorię eſſe actum purum, cum ſit accidēs, & à Deo productum in tempore, conſtat igitur ex eſſe, & potentia, & potentialitate immerſum. Verùm diſcrimen inter lumen gloriæ, & ſubſtantiam illam, eſt manifeſtum nam viſio beatifica poteſt eſſe connaturalis lumini gloriæ tanquam inſtrumento beatifico; non autem tanquam cauſæ principali; quia, quamuis lumen concurrat ad viſionem beatificam, concurrit ſolum tanquam cauſa efficiens inſtrumētaria ad effectum, non autem formaliter attingit, ipſum Deum ex ſuis viribus tanquam cauſa principalis.

10 Sed quid prohibet, dicerent aduerſarij, ſubſtantiam illam ſupernaturalem, ſiue ordinis diuini, cui tāquam inſtrumento ſit connaturalis viſio beatifica ſicut eſt connaturalis lumini gloriæ? Reſpondetur, ſi nobis ſatis erunt perſpectæ notiones cauſæ principalis, & inſtrumētariæ; non poſſumus negare illam ſubſtantiam dicendam eſſe cauſam principalem viſionis beatificę; non autem inſtrumentum; niſi velimus terminos confundere; nam ſi huic ſubſtantiæ eſſet connaturalis viſio, eſſet etiam illi connaturale lumen gloriæ; non autem ſuperadditum illi naturæ, quia lumen proportionatur actui, vnde in ordine ſuo eſt ſufficiens, & totale principium, ergo eſſet agens principale; hæc enim requiruntur, & ſufficiunt ad rationem cauſæ principalis, vt ſcilicet principium, quo, ſit illi connaturale; & etiam actus ad perficiendum ſe ipſum, ſicut patet in cęteris agētibus principalibus. Et explicatur, & confirmatur magis hoc ipſum; aſſignado differentiam inter intellectum creatum, eleuatum lumine gloriæ, vt modo eſt re ipſa; & inter talem ſubſtantiam ſupernaturalem, & ordinis diuini, quod ille intellectus eleuatus quantum ad attingētiam formalem, ipſe eſt ſolus, qui attingit Deum tanquam obiectum, & non ipſe Deus; dicitur autem inſtrumentum, quia hoc non habet ex principijs ſuis intrinſecus, vt poſſit attingere Deum in ſe ipſo, ſed hoc habet ex lumine gloriæ, tāquam principio, quo, lumen verò huiuſmodi eſt illi extrinſecum, quia non debetur connaturaliter, & habet ex actu, tanquam ex forma; qui quidem actus non eſt illi connaturalis, ſed ad productionem ipſius concurrit, tanquam inſtrumentum Dei, & Deus dicitur principaliter concurrere. At verò ſi daretur iſta ſubſtantia ſupernaturalis, ipſa eſſet, quæ formaliter attingeret Deum, tanquam obiectum, ſicut dictum eſt de intellectu eleuato; ſed differet ab illo, quia hoc haberet ex proprijs principijs intrinſecis; ſupponitur enim tali ſubſtantiæ eſſe connaturale, & lumen gloriæ tanquam principium quo, & ipſum actum viſionis tanquam formam, ergò ad productionem ipſius actus concurreret præfata ſubſtantia tanquam principale agens.

Reliquum eſt igitur, vt aſſumentes breuiter, quod nō obſcurè colligi- 11

ligitur ex verbis Apoſtoli, affirmemus ex præfata eius auctoritate, optima deduci conſequentia, viſionem illam vlli creaturæ nec eſſe reipſa, nec poſſe eſſe naturalem; nam vel loquimur de creatura exiſtente in aliqua temporis differentia; & iam patet, certumque fide eſt, non eſſe illi naturalem; vel de poſſibili, & creabili; & hæc vel erit ordinis diuini, & ſupernaturalis, vel adhuc naturalis; prius implicat in adiecto: ſi dicamus poſterius; iam deſtrueretur ratio accidẽtis ſupernaturalis ex ſpecie ſua; quod enim alicui ſubſtantiæ createę ordinis naturalis, eſt connaturale, eo ipſo ſupernaturale non eſt; ſi igitur damus viſionem, & lumen gloriæ eſſe entia ex propria ſpecie, ſupernaturalia tali ſubſtantiæ, nec vlli creaturæ, etiam creabili poſſe eſſe connaturalia; lucem inhabitat Deus inacceſſibilem, quam nullus hominum vidit, nec videre poteſt, ergò viſio illa beatifica eſt ſupernaturalis omni intellectui, ſeu naturæ intellectuali etiam creabili.

12 Quod ſi quæras quare lumen gloriæ, & viſio beatifica ſint entia abſolutè, & ſecundum eſſentiam ſuam ſupernaturalia? Nam hoc, quod dicimus, & eſt, naturale vel ſupernaturale in formis, non ſolùm eſt ſumendum ex ordine ad cauſam, hoc, vel illo modo operantem, ſed ex formis in ſe ipſis conſideratis; quædam enim naturales dicuntur; quia perficiunt aliquam ſubſtãtiam ex principijs, & propria illius conſtitutione; aliæ verò ſupernaturales, quæ nullam ſubſtantiam hoc modo perficiunt; ſi igitur rationem (vt ab infimis radicibus rem hanc perſcrutemur) inquirat quis, cur hę formæ in ordine illarum ſint collocandæ, quæ nullam ſubſtãtiam nec creatam, nec creabilem perficere poſſint ex principijs, & propria eius conſtitutione? Reſponſio illa omnium optima mihi videtur: quia inuoluunt modum, qui eſt proprius Dei; hic autem eſt modus cognoſcendi ipſum Deum, non per aliud medium in quo, ſed in ſe ipſo; at lumen gloriæ conſtituit intellectum creatum cui inhæret, potentem ita videre, & ſufficienter in actu primo, viſio verò actu videntem clarè, & intuitiuè, ſequitur ergò; vt ſint formæ ordinis ſupernaturalis, quæ nulli creaturæ intellectuali connaturales eſſe poſſunt; nam quælibet creatura eo ipſo, quod creatura eſt, cum ſit immerſa potentialitati, non poteſt ex proprijs aſſequi modum cognoſcendi qui proprius eſt Dei, & actus puri: communicatur autem illi per lumen gloriæ ſupernaturaliter, quatenus eſt inſtrumẽtum actus puri. Verum tamen eſt, non fieri hanc communicationem ſecũdum totam perfectionem ſpecificam illius luminis, ſeu actus viſionis, illi reſpondentis; ſed ſecundùm genericam tãtùm; atque adeo non communicatur ſecundum eſſe infinitum, & increatum.

Redditur ratio cur lumen gloriæ & viſio beatifica ſint entia abſolutè ſupernaturalia.

Sunt qui conantur probare præfatam aſſertionem illa ratione; quia nulla creatura fieri poteſt impeccabilis natura ſua; vt ex communi ſententia Theologorum, & conſentanea Sanctis Patribus, vt traditur in materia de Angelis, & gratia. At ſi eſſet creatura connaturaliter Deum videns, eſſet impeccabilis natura ſua, ergò. Verum non videtur ita vrgens; nam non eſt abſurdum dari creaturam impeccabilem, quæ determinetur ex obiecto ad non peccandum, & amandum Deum, ſuppoſita viſione beatifica illi connaturali, per quam repræſentatur Deus ſub omni ratione boni, & ad id, quod dicitur eſſe contra communem Theologorum, & Sanctorum Patrum ſententiam, 13

Ponderatur alia ratio quæ adduci ſolet ad idem probandum.

reſponderi poſſet, ſenſum illorum eſſe, non poſſe dari creaturam impeccabilem, ſicut eſt Deus; vt non eſſet ita impeccabilis talis creatura; quia non eſſet prima regula ſuarum actionum, nec eſſet ſummum bonum; ita vt in appetendo ſatiaretur ſe ipſa; ſed eſſet impeccabilis, quaſi ex extrinſeco; ſcilicet ex viſione Dei, quæ quamuis illi eſſet connaturalis, poſſet tamen per diuinam potentiam tali vione priuari, ſicut poteſt Deus priuare creaturam multis proprietatibus naturalibus; & tunc poſſet talis creatura peccare, quia eſſet libera circa obiecta creata, quę ſunt indifferentia, niſi dicamus, poſito illo fundamento, quod huic ſubſtantiæ competeret viſio beatifica connaturaliter, ſequi talem ſubſtantiam eſſe actum purum, & impeccabilem ab intrinſeco, & per ſubſtantiam ſuam. Ratio igitur ab initio allata, magis videtur eſſe à priori.

Eadem eſt ſentẽtia D. Tho. & communis.

Cap. 9.

Thom. 1 D. Thom. pluribus in locis tractat de hac materia, vt in 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 2. artic. 6. & q. 5. art. 5. & in qq. diſputatis quæſt. 4. de malo art. 1. ad 14. & quæſt. 8. de verit. artic. 3. verum diffuſius lib. 3. contr. gent. cap. 52. vbi ad id confirmandum, quod ſcilicet ſit impoſſibile, varias adducit rationes, ex quibus vnam elegit in 1. par. q. 12. art. 4. & 5. quæ ita formari poteſt. Modus eſſendi Dei eſt altioris ordinis, & rationis ab omni eſſe, ſeu modo eſſendi omnis creaturæ poſſibilis, ergò intelligibilitas Dei eſt altioris ordinis, & rationis ab omni modo cognoſcendi connaturali cuicunque creaturæ poſſibili, ergò à nulla videri poteſt per vires naturæ ſuæ. Antecedens probatur, quia Deus in ſuo eſſe eſt actus puriſſimus; at verò talis intellectus creabilis ſiue finitus, ſiue infinitus, eſſet immerſus potentialitati, conſtaret enim ex eſſe, & eſſentia, quia ſupponitur habere eſſe receptũ à Deo, ergò. Prima verò conſequentia probatur, quia ex improportione modi eſſendi obiecti ad virtutem cognoſcentem, ſequitur improportio modi cognoſcendi eiuſdem virtutis, ad obiectum, ergò dicendum eſt, quod modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi. Conſequẽtia eſt manifeſta; antecedens probatur experientia, quia ſubſtantia ſpiritualis, quoniam eſt obiectum improportionatum per exceſſum virtutis ſenſitiuæ; quæ eſt materialis, non poteſt attingi à vitute ſenſitiua, quia non habet modum cognoſcendi, niſi ſibi proportionatum per ſpecies ſcilicet ſenſibiles, & materiales. Item anima rationalis quandiu habet modum eſſendi in corpore; non poteſt per ſua naturalia cognoſcere quidditatiuè Angelum, qui modum habet eſſendi extra omne corpus. Præterea probatur eadem prima cõſequentia, nam ſecunda eſt clarior; quia non ſolum ipſa potentia cognoſcens eſt proprietas quædam fluens ex ipſo modo eſſendi virtutis; ſed etiam ipſe modus cognoſcendi eſt connaturalis quædam proprietas, ergò debet eſſe proportionatus virtuti cognoſcenti. Adde ex eodem D. Tho. quæſt. 8. de verit. art. 1. & 3. Cauſa cognoſcens, completa in actu primo, cui proportionari debet modus cognoſcendi, eſt potentia induta ſpecie tanquam forma; ſed ſpecies in ratione repræſentandi non excedit modum eſſẽdi virtutis cognoſcentis, ergò. Maior probatur, quia potentia intellectiua non po- Thom.

teſt

teſt aſſimilare ſibi obiectum niſi induatur ſpecie tanquam forma, quia ſpecies eſt ſimilitudo obiecti. Minor inde conſtare poteſt; nam ideo debetur virtuti cognoſcẽti illud vltimum complementum in ratione cognoſcendi per talem, vel talem ſpeciem; quia virtus illa cognoſcitiua habet talem, vel talem modum eſſendi, vel per vnionem cum materia, vel per abſtractionem ab ipſa, vnde fit, vt virtuti ſenſitiuę debeantur ſpecies materiales, intentionales circa obiectum ſingulare materiale; quia ipſa potentia ſenſitiua non ſolùm eſt vnita materiæ, ſed etiam in ſe eſt materialis; potentiæ verò rationali, quia in ſe eſt ſpiritualis, & tamen ſimul eſt vnita materiæ, debentur quidem ſpecies ſpirituales, ſed receptæ à fantaſmatibus, motiuè repræſentantes obiectum materiale, terminatiuè verò obiectum immateriale, per medium materiale. Et quamuis ſpecies emanent naturaliter, & neceſſario ab obiecto, vnde ex hoc capite dubitari poſſet, quod in ratione repræſentandi quandoque excedant modum eſſendi virtutis cognoſcentis; nihil tamen inde ſequitur contra prædictam rationem, quia ſpecies fluentes ab obiecto, accommodantur capacitati, & diſpoſitioni potentiæ, ſicut experimur in ſpeciebus ſenſibilibus, quæ ab obiecto emanant, magis, & minus perfectæ iuxta diſpoſitionem organi, & iuxta maiorem, vel minorem diſtantiam ipſius potentiæ ab obiecto.

2 Hanc D. Thom. rationem multi impugnant; ſed nihil poteſt obijci, quod ex dictis in ſuperiori capite ſolutum non remaneat. Firma igitur videtur eſſe, & pro capacitate materiæ ſatis optima. Hanc etiam ſententiam tenent Thomiſtæ, & expreſsè eam docet Caietanus in 3. par. quæſt. 76. artic. 7. §. Ad euidentiam, vbi ait, quod entia ex ſuo genere ſupernaturalia, nulli enti poſſunt eſſe, aut fieri natturalia. Et idem in 1. par. quæſt. 12. art. 5. ad 3. Durandi, & recentiores communiter, Suar. 1. par. lib. 2. de attributis Dei cap. 9. Vaſq. 1. part. quæſt. 44. Albertinus quæſt. 2. Theolog. in 2. corol. & quæſt. 3. Theolog. in 3. coroll. & omnes, quos vidi, excepto vno Molina 1. part. quæſt. 12. art. 5. diſput. 2. & in concordia, qui dubitatiuè ſentit poſſe à Deo creari Angelum, qui poſſit propria virtute videre Deum in ſe ipſo; negat autem de facto dari talem Angelum, ne videatur tenere contra Clem. ad noſtrum de Hæretic.

Thom. | Caiet. | Suar. | Vaſq. | Albertin. | Molina. | Clemẽt. ad noſtrum.

3 Verùm hæc opinio non videtur congruere verbis ſacræ Scripturæ, & Conciliorum. Nam quamuis dicant loca ſacræ Scripturæ, & Concilij Viennenſis ſub Clemente V. quod habetur in dicta Clem. Ad noſtrum, ſolum definire viſionem beatificam eſſe ſupra omnem naturam intellectus creati, non tamen ſupra naturam cuiuſcunque intellectus creabilis de potẽtia Dei abſoluta; negare tamen non poſſunt, & verba ſacræ Scripturæ, & Concilij, abſolutè docere quod viſio beatifica ſit ſecundùm ſpeciem ſuam ſupernaturalis, ergò optimè infertur continere implicitè hanc doctrinam, quod eadem ſit ſupra omnem facultatem naturæ creatæ, & creabilis, vt ſatis patet ex ratione entis ſimpliciter ſupernaturalis, quemadmodum latius oſtendimus præcedenti capite. Idem videtur eſſe ſenſus Sanctorum Patrum Auguſt. lib. 2. de actis cum Felice Manichęo, cap. 7. & in Pſal. 118. concione 6. & lib. 3. contra Maximin. c. 9. & 12. Chryſoſt. de incompræhenſibili natura Dei tom. 5. Dionyſ. Areop. Epiſt. 5. ad Doroth. & cap. 7. de Diu. Nom. & alij complures,

Cõc. Vien. | Auguſtin. | Dionyſ. Areopag.

quorum multa teſtimonia relata ſunt, cum de incompræhenſibilitate Dei.

Quænam ſint, quæ re ipſa, & de facto conueniunt Beatis.

OPVSC. XIV.

Cap. I.

1 QVæ pertinent ad beatorum ſtatum in alia vita, & ea, quæ re ipſa beatis conueniunt, vel circa principium viſionis verſantur: & huiuſmodi, vel ſe habent ex parte potentiæ, & tale eſt lumen gloriæ: vel ex parte obiecti, & eſt Deus loco ſpeciei, ineffabili modo cum potentia intellectiua ſe vniens; vel circa viſionem ipſam; vel tandem circa ea, quæ illam conſequuntur; omnia hęc ſunt explicanda, & cum iam erunt expedita, & ſimul omnia, quæ re ipſa beati experiuntur in Cœlis, accedemus ad inueſtiganda illa, quæ ſunt poſſibilia, & quæ per diuinam potentiam poſſunt perſiſtere.

An detur lumen gloriæ, & quod ſit munus eius.

2 Per lumen gloriæ intelligimus qualitatem creatam, & habitum, ac virtutem ſupernaturalē intellectualem, & per ſe infuſam intellectui, qua eleuetur intellectus ad videndum Deum. Hanc autem qualitatem dari de facto ſentiũt D. Tho. 1. par. quęſt. 12. art. 5. & 3. contr. gent. cap. 53. & cum ipſo Caiet. & Ferrar. Capreol. in 4. diſt. 49. art. 3. Sot. ibid. quæſt. 2. art. 4. Bonauent. in 3. diſt. 14. art. 1. quęſt. 3. ad vlt. & art. 2. quæſt. 1. ad 3. Maior. ibid. quæſt. 2. Argentin. in 4. diſt. 49. quæſt. 2. artic. 1. Riccard. ibid. art. 3. quæſt. 2. & in 3. diſt. 14. art. 3. quæſt. 1. Marſil. quæſt. 10. art. 2. Henriq. quodlib. 3. quæſt. 3. & quodlib. 4. queſt. 6. & recentiores omnes. Et in huius rei confirmationem ſolent adduci ex ſcripturis illud Pſalm. 35. *In lumine tuo videbimus lumen*, & illud primæ Ioann. 3. *Similes ei erimus*, ſcilicet in participatione luminis ad vidēdum ipſum. Et Iſaiæ 60. *Non erit ibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit ibi Dominus in lucem ſempiternam*, quæ verba quaſi exponen. Ioan. Apocal. 21. inquit, *Ciuitas non eget ſole, neque luna, vt luceat in ea; nam claritas Dei illuminabit eam*, ſcilicet ſocietatem beatorum Deum videntium. Præcipuè fundatur hæc ſententia in Clem. Ad noſtrum de Heret. vbi inter cæteros errores Beguardorũ, & Beguinarum; damnatur, quod quælibet intellectualis natura in ſe ipſa naturaliter eſt beata; quodque anima non indiget lumine glorię illam eleuãte ad Deum videndum, & eo beate fruendum. Quarè quamuis non ſentiam cum Caiet. Capreol. Argentin. Ferrar. locis citatis eſſe de fide dari lumē gloriæ in ſenſu à nobis ſupra explicato, & opinionem oppoſitam eſſe
hæreticam, cum definitio Concilij 3
Viennenſis in dicta Clem. non ſit ita aperta; temerarium tamen, ac periculoſum iudico poſt definitionem illam Eccleſiæ diſcedere à D. Thom. ſententia. Idque confirmatur magis; nam omnes aliæ expoſitiones præter illam de lumine gloriæ, quod ſit habitus intellectui infuſus, ipſum eleuans ad videndum Deum, nimis extortæ ſunt, nec verum Concilij ſenſũ aperiunt. Quod enim primò loco aſſerunt verba Concilij poſſe intelligi de lumine gloriæ increato, quo poteſt intellectus beati confortari, & eleuari, ad vidēdum Deum; communiter reijcitur; nam Concilium loquitur de lumine

Thom. Caiet. Ferrar. Capreol. Sot. Bonauent. Maior. Argentin. Riccard. Marſil. Henriq. Pſal. 35. Iſai. 60. Apoc. 21. Caiet. Capreol. Argent. Ferrar.

Digitized by Google

lumine gloriæ eo modo, quo Theologi loqui ſolent: omnes autem per lumē gloriæ, intelligūt aliquid creatum deinde quia lumen gloriæ increatum non propriè eleuat hominis intellectum, niſi quatenus aliquid in ipſo intellectu, Deus operatur ſupra naturam eius, cum ipſum lumen increatum per ſe ipſum non vniatur formaliter intellectui, ſicut voluntas nō eleuatur ad amādum per ipſam charitatem increatam, & per eſſentiam Dei, ſed quatenus in voluntate aliquid infundit.

4 Nec valet quod ſecundo loco dicunt aliqui per lumen gloriæ intelligi viſionem ipſam, quæ Deum manifeſtat, & hac ratione dici lumen; tum propter rationem ſupra factam ex communi ſumptam ſignificatione vocis; tum etiam quia Concilium dicit requiri lumen eleuans ad videndum, ergò diſtinguit lumen à viſione; viſio enim non propriè eleuat ad videndum; ſed conſtituit formaliter videntem. Niſi quis dicat viſionem illam poſſe dupliciter cōſiderari; vel vt producitur à principio effectiuo, & hoc pacto eſſe à Deo tantum, ſupernaturaliter productam, & infuſam intellectibus. Beatorum, vel vt per illam potentia attingit obiectum, ratione cuius intellectus, non Deus dicitur videns: priori modo acceptam, eſſe lumen gloriæ, & diſpoſitionem ad ipſammet receptam in potentiam per talem actum, attingentem for-
5 maliter obiectum. Sed quis audeat dicere Concilium ſupponere tanquam verum de facto id, de quo dubitatur an ſit poſſibile; & non poſſit fieri per abſolutam Dei potentiam. Adde quod confirmari poteſt hæc veritas generali illa doctrina de habitibus infuſis ad ſupernaturales actus eliciendos; nam eſt eadem vel maior ratio de hoc lumine, cum etiā ipſum ponatur, vt quædam virtus infuſa, cuius actus non minus ſupernaturalis ſit, quam actus aliarum virtutum infuſarum, ergò non videtur minus certum, dari huiuſmodi lumen ad videndum, quam charitatem ad amandum, & alias virtutes ad actus ſuos.

Hinc reijcitur quod tertio loco 6
dicunt aliqui per lumen gloriæ intelligi auxilium ſupernaturale, neceſſarium ad eliciendam viſionem; ſiue illud ſit per modum habitus, ſiue per modum actionis; ſiue ſit res diſtincta à viſione, ſiue indiſtincta; ex doctrina enim de alijs habitibus infuſis ſatis patet quid debeat intelligi per lumen gloriæ. Præterea non licet impropriè Concilium interpretari, alias nihil eſſet certum; impropriè autem interpretaretur, ſi per lumen gloriæ, non qualitatem aliquam, ſed concurſum diuinum diceremus ſignificari. Tandem requiri auxilium ſupernaturale ad efficiendam viſionem videtur definitum à Concilio, cum ſtatuit contra primum errorem; viſionem eſſe ſupernaturalem, non viribus naturæ factam. At cum præter illum ſit alius error, non eſſe ſcilicet neceſſarium lumen, & hunc diſtinctè, & per ſe damnet, ergò aliquid in hoc docet, quod in primo non continebatur.

Quodnam ſit munus huius luminis gloriæ.

Cap. 2.

LVmen gloriæ efficienter con- 1
currit ad actum viſionis, ſupplens ex hac parte defectum ipſius potentiæ? Verùm antequam id probetur, declaratione opus eſt; dupliciter enim poteſt intelligi quod diximus; lumē hoc eſſe virtutem actiuam, adiuuantem defectum potentiæ; vel quia vniat obiectum potentiæ, & ſuppleat eius vicem in agendo,

do, tanquam eius ſpecies, & ſimilitudo, ita vt hoc ſit totum, & vnicum munus huius luminis, vel quia ſit virtus neceſſaria ex parte potẽtię, conferens ei actiuitatem ex parte ſua; cum enim actiuitas intellectus in ſuo ordine ſit deficiens, & imperfecta, oporteatque perfici, & eleuari per virtutem aliquam intrinſecam, ad viſionem illam efficiendam, id præſtetur à lumine gloriæ, intellectus beatorum informante.

In hoc poſteriori ſenſu puto verè explicari munus luminis gloriæ, & eius actiuitatem ad producẽdam viſionem; in priori verò falsò; idque probatur, & auctoritatibus, & rationibus. Et primò id videtur impugnari ex definitione Cõcilij Viennenſis in Clem. Ad noſtram, cum dicat animam beatam indigere lumine gloriæ, ipſam eleuante ad Deum videndum. At non ſolet ſpecies ſignificari nomine luminis, niſi valdè methaphoricè. Præterea cum huius luminis neceſſitatem explicet per id, quod eius ſit eleuare animam ad videndum Deum, ergò omne ſpeciei munus ab ipſo reijcit; ſpecies enim obiecti, ex natura ſua non requiritur ad eleuandam potentiam, ſed ad coniungẽdum obiectum potentiæ; quæ neceſſitas reperitur etiam in actibus naturalibus, ad quos potentia non eleuatur: ergo cum Concilium loquatur de lumine neceſſario ad eleuandam potentiam, non loquitur de ſpecie aliqua creata illius obiecti; neque enim ex ſola neceſſitate ſpeciei poſſet colligi viſionem eſſe ſupernaturalem; loquitur ergo Concilium de lumine, quod eſt virtus, eleuans potentiam ex parte eius. Confirmaturque magis, ſi enim verus eſſet prior ille modus explicandi munus luminis gloriæ, in Diui Thom. & Theologorum communem ſententiam tota verteretur definitio Concilij, Probo ſequelam; nam cum illa opinio ſupponat ſolam efficientiam obiecti cum intellectu ad viſionem illam ſufficere, ergo ſi eſſentia diuina per ſe dat efficientiam obiecti, non eſt neceſſarium aliud principium, & conſequenter neque lumen ad illud munus obeundum. Cum autẽ ex oppoſito ſtatuat Cõcilium eſſe neceſſarium lumen glorię, ſi requireretur tanquam ſpecies, obiecti vicem ſupplens, damnaret illam ſententiam, quæ ipſi eſſentiæ diuinæ tribuit obiecti efficientiam. Id autẽ aſſerit D. Thomas, & Theologi communiter. Quod quidem quam ſit abſurdum, quiſque ex ſe diiudicet. Secundo hoc ipſum reijcitur auctoritate D. Thom. & ſimul comprobatur poſterior modus explicandi; inquit enim hic S. Doctor 1. par. quæſt. 12. artic. 5. *Cum igitur virtus naturalis intellectus creati non ſufficiat ad Dei eſſentiam videndam, vt oſtenſum eſt, oportet vt ex diuina gratia ſuperaccreſcat ei virtus intelligendi, & hoc augmentum virtutis intellectiuæ, illuminationem intellectus vocamus.* En tibi lumen gloriæ, virtutem intelligẽdi ſuperadditam potentiæ ab ipſo vocatum. Et paulò poſt in reſponſione ad primum, expreſsè declarat hoc lumen non requiri ex parte eſſentiæ, ſed ad hoc, vt intellectus fiat potens ad intelligendum. Et ne quis putaret illum loqui de illa poteſtate proxima, quę datur potentię per vnionẽ ad obiectum, ſubiungit, fieri intellectum potentem hoc lumine, per modum, quo potentia fit potentior per habitum ad operandum, vel ſicut lumen corporale eſt neceſſarium ad vidẽdum. Et nota quam ſignificanter loquatur, fieri intellectum potentem hoc lumine, per modum quo potentia fit potentior per habitum ad operandum, vt ſic paucis indicaret

Marginalia: 2 Cõc. Vien. — Thom. — Thom. 3

ret non ſolum lumen gloriæ concurrere efficienter ad eliciendam viſionem beatificam, quemadmodum habitus operatorij efficienter concurrunt cum potentijs ad ſuas operationes; ſed etiam diſcrimen inter vtrumque, quod habitus naturales non ſunt ſimpliciter ad operandum, quaſi ſine illis potentiæ nõ poſſent agere; ſed ad melius, promptius, ac efficacius agendum, vnde potentiores reddunt potentias ad ſuas actiones, non potentes; at lumen glorię confertur non ad melius videndum, ſed ſimpliciter ad videndum; quoniam cum actus videndi diuinam eſſentiam, ſit ſupra facultatem potentiæ, vtique niſi lumine gloriæ, aut aliquo alio, coadiuuetur potentia, nulla ratione eſſet potens, fit igitur illo lumine potens iuxta modum loquẽdi D. Tho. Et iterum in reſponſione ad ſecundum inquit hoc lumen non eſſe ſimilitudinem, in qua Deus videatur, ſed perfectionem quandam intellectus, confortantem illum ad videndum Deum, & 3. contr. gent. cap. 51. & 53. & in 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 2,
4 art. 1. Nõ ſolum id clarè docet, ſed etiam ſpeciem impreſſam creatam prorſus impugnat; nec ſolum non dari, verùm etiam nec poſſe dari pluribus probat. Et in quodlib. 7. art. 1. vbi diſtinguens tria media videndi, vnum, ſub quo intellectus videt, & diſponit eum ad videndum, & hoc in nobis eſt lumen intellectus agentis, quod ſe habet ad intellectum poſſibilem noſtrum, ſicut lumen ſolis ad oculum; aliud, quo intellectus videt, quod eſt ſpecies; aliud in quo videt tãquam in obiecto cognito, vt quando res vna per aliam cognoſcitur. Tandem concludit in beatis videntibus clarè eſſentiam diuinam, non dari nec ſecundum, nec tertium medium, ſed in eis ponendum eſſe tantùm primum medium infuſum, & ſupernaturale, quod eſt, ait, lumen gloriæ, quo perficitur intellectus ad videndam eſſentiam diuinam. Huius etiã ſententiæ ſunt Caiet. Capreol. Ferrar. Sot. omneſque Thomiſtæ, ac etiam Theologi, qui negant dari ſpeciem creatam, & impreſſam, affirmantque intellectum noſtrum, effectiuè concurrere ad viſionem beatificam: ex his enim principijs ferè euidenter ſequitur hoc eſſe munus luminis gloriæ, & ſine illo ſuperfluum eſſe tale lumen.

Capreol. Caiet. Ferrar. Sot.

5 Probatur hæc eadem veritas rationibus.

Præter auctoritates poteſt hæc veritas comprobari rationibus. Et primò poſſumus ita argumentari. Viſio beatifica eſt ſupernaturalis, ergò intellectus creatus non habet totam vim ex parte potentiæ neceſſariam, ad efficiendam illam, ergò completur per lumen gloriæ. Antecedens eſt de fide, ſecunda conſequentia etiam patet. In probanda prima videtur eſſe tota difficultas; ſed probari nihilominus poteſt firmiſſimis rationibus. Et primò ex diſcrimine inter actus naturales intelligendi, & ſupernaturales comparatione eiuſdem potentiæ intellectiuæ: in ordine enim ad priores intellectus ex ſe habet totam vim actiuam ex parte potentiæ neceſſariam ad illos efficiendos; ſolumque illi deeſt concurſus obiecti, qui media ſpecie tribuitur. At verò in ordine ad poſteriores, non ſolum deeſt intellectui humano concurſus obiecti, ſed etiam deeſt illamet actiuitas partialis, ſeu incompleta, quæ ex parte potentiæ neceſſaria eſt. Quod patet, quia nulla potentia habet ex ſe, & ex natura ſua virtutem actiuam in ſuo ordine, ſeu ex parte potentiæ ſufficientem ad ſupernaturales actus, ſeu ſuperioris ordinis; potẽtia enim naturalis per ſe tantùm ordinatur ad actus naturales, & ſibi proportionatos, vt in

Prima ratio.

vo-

voluntate conſtat, ergò erit idem in intellectu.

6 Dices aſſumptum eſſe verum de actibus ſupernaturalibus, vt ſupernaturales ſunt, non autem vt ſunt intellectiones; quia vt huiuſmodi côueniunt cum naturalibus, & ideo naturali intellectus virtuti, dicuntur proportionati. Verùm ſi res intimius conſideretur, nullius eſt momenti hæc euaſio, cum enim intellectus cum ſpecie, ſiue cum obiecto concurrit ad efficiẽdam intellectionem, ſeu viſionem beatificam, non eſt hæc efficientia ita intellectui, & obiecto, ſiue ſpeciei tribuenda, vt credatur intellectus efficere in actu intelligendi, quaſi rationem genericam intellectionis, obiectum verò, ſiue quod ipſius loco eſt, efficere vltimam differentiam in ipſo actu, eſt enim hæc diſtributio commentitia, & impoſſibilis; tum quia hæc gradus generici, & ſpecifici diſtinctio in actu intelligendi eſt ſecundùm rationem, & conceptum; efficientia verò eſt Phyſica circa rem, vt eſt à parte rei; ſicut ergò actus intelligendi à parte rei eſt vna ſimplex forma, in qua ratio diſtinguit illos duos gradus, ita totus actus fit ab intellectu, & totus ab obiecto ſeu ſpecie; tum etiam quia totus actus etiam ſecundùm vltimam differentiam, eſt vitalis, & informat potentiam, & conſtituit intelligentem, ergo etiam ſub ſpecifica ratione procedit a potentia, & eadẽ ratione ſpecies ſeu obiectum efficit totum actum, non tantum ſecundum ſpecificam rationem, ſed etiam vt intellectio eſt, quia virtus actiuæ potentię eſt quaſi incompleta, & partialis, completur autem per ſpeciem ſeu obiectum in ordine ad totum actum.

Explicatur quomodo cocurrit intellectus noſter, & ſpecies ſiuè obiectũ in viſione beatifica.

7 Quo circa vulgaris illa diſtinctio de intellectione, vt intellectio eſt, vel vt talis eſt, & quod priori ratione procedit ab intellectu, poſteriori verò à ſpecie vel obiecto; vel reijcienda eſt, vel ſecundum quandam accommodationem explicanda, cum enim intellectus ſit quaſi vniuerſale principium intellectionum omnium, ideo tribuitur illi vis efficiendi intellectionem, vt huiuſmodi, non quaſi pręſcindendo gradum genericum, ſed aſſignando effectum adæquatum, & ſumendo quaſi traſcendentalem intellectionis rationem, vtque omnes rationes, & ſpecies intellectionis compræhendit. Contra verò ſpecies intelligibilis, ſeu obiectum, quia ſolùm poteſt efficere intellectionem talis ſpeciei, ideo dicitur illam efficere, vt talis eſt, licet in ea efficiat gradum genericum, & quicquid in illo actu intelligendi reperitur. Explodenda eſt 8
igitur illa euaſio, intellectum in intellectione ſupernaturali efficere rationem communem intellectionis, virtuti naturali ipſius proportionatam, non autem ſpecificam, & propriam, & omninò, vt ſupernaturalis eſt. Adde quod ipſa quoque communis intellectionis ratio contracta iam ad talem, ſupernaturalis eſt, & ideo fieri non poteſt à potentia in tali actu per ſolam naturalem ipſius potentiæ virtutem; quamuis enim ratio intellectionis, vt huiuſmodi à naturali, & ſupernaturali abſtrahat, & ideo intellectio ſecundum ſuam rationem nec naturalis, nec ſupernaturalis eſt neceſſario. Hæc ipſa tamen ratio in re ipſa per ſupernaturalem differentiam contracta, ad eumdem, ordinem eleuata eſt, & in re, ſupernaturalis eſt; ſicut ratio ſubſtantiæ abſtrahit natura ſua à materiali, & ſpirituali; contracta tamen ad Angelum, in illo ſpiritualis inuenitur.

Dices rurſus, diſcrimen in eo cõſiſtere; quod ad illam viſionem beatificam requiritur ſpecies ſupernatura- 9

tura-

turalis, quemadmodum dicunt nõnulli recentiores eſſe lumen gloriæ; ad actus verò naturales ſufficiunt eiuſdem ordinis ſpecies. Verùm ſi virtus actiua potentiæ ad illam viſionem efficiendam eſt naturalis, vt ipſi aſſerunt, nullam conuincentem rationem poſſunt reddere, ob quam ſpecies ſit ſupernaturalis; ſi enim principium principale ſufficiens, & totale ex parte potentiæ naturale eſt, & ex ſe proportionatum ad efficiendum illum actum, cur etiam ſpecies non eſt connaturaliter debita? Et quicquid ſit de hominibus in vita hac, quorum anima eſt coniuncta corpori, de anima ſeparata, & Angelis quid dicendum? nam ſi Angelus ex partæ ſuæ potentiæ tam eſt potens ad Deum videndum, ſicut ad vidẽdum ſuperiorem Angelum; cur non eſt ei tam debita, & connaturalis vnius obiecti ſpecies, ſicut alterius? Idque vrget magis, ſi verum eſt non poſſe vnum Angelum habere alterius ſpeciem, niſi ab ipſo Deo inditam. Nec ſatis eſt dicere illam ſpeciem eſſe ſupernaturalem; quia neque naturali ordine, neque à naturalibus cauſis poteſt dari; ſi enim ſermo ſit de cauſis Deo inferioribus, id non eſt ſatis ad formam ſupernaturalem, vt ex adducto exemplo, & animæ creatione patet: ſi autem loquamur de Deo, hoc eſt, quod inquirimus, cur ſicut agit Deus naturali ordine, quando in Angelo alterius Angeli producit ſpeciem, non agat etiam, vt natura poſtulat, quando ſui ſpeciem producit? Nec valet dicere quia nulla creata ſubſtantia talem ſpeciem naturaliter poſtulat; nam huius rei quæritur ratio; ſi enim virtus actiua ad videndum illud obiectum ita eſt à natura data, vt quantum in ipſa eſt, tanquam cauſa principalis ad talem viſionem ſit ſatis, quomodo non poſtulat naturaliter ſpeciem illi virtuti proportionatam cum nulla alia poſſit reddi ratio, cur circa alia obiecta naturaliter ſpeciem poſtulet, niſi quia natura ſua eſt virtus intellectiua principalis, & ſufficiens ad actus circa illa.

10 Nec ſatisfacere potes ſi dicas illam viſionem eſſe ſupernaturalem, & conſequenter ſpeciem ad illam comproducendam, nec aliam eſſe quærendam rationem, niſi quia talis ſua natura eſt; nam eo ipſo, quod potentia dicitur habere tantam virtutem connaturalem ad actum, repugnat dicere, quod actus ſit ſupernaturalis, cum hoc ita dicatur per comparationem ad naturam, cui talis forma conferenda eſt; ſi ergo potentia naturalis, eiuſdem quoque ordinis eſt actus, ergo ſpecies connaturaliter debita; cui ergo dicenda ſit ſupernaturalis?

11 Tãdem ad vberiorem doctrinam dicimus, licet concederemus ſpeciẽ dicendam eſſe ſupernaturalem, non tamen intellectus Beati ſufficienter eleuaretur per illam, ad efficiendam viſionem beatificam, proculdubio ſupernaturalis ordinis. Sed adhuc opus eſſet auxilio, quo eleuetur, & cõferatur efficacia ad illos actus ex parte potentiæ neceſſaria; nam cum actiuitas potentiæ, & ſpeciei ſit diſtincta, & diuerſarum rationũ, vtraq; in ſuo ordine debet eſſe completa, & ſufficiens, ſed ſpecies tantùm cõfert actiuitatem requiſitam ex parte obiecti, & intellectus ex ſe non habet actiuitatem ſufficientem requiſitam ex parte potentiæ, ergo oportet aliundè ſuppleri. Et declaratur magis, nam ad naturales actus ſpecies ſolùm confert actiuitatem ſufficientem ex parte obiecti; ſupponit verò in ipſa potentia totam vim ex parte illius neceſſariam ad efficiendum talem actum, & vtendum ipſa ſpecie, quam vim non poteſt conferre ipſamet ſpecies, ergo ſimiliter in

Quod præter id quod requiritur ex parte obiecti requiratur lumen gloriæ ſe habẽs ex parte potẽtiæ in viſione beatifica.

in actibus ſupernaturalibus ſpecies non confert hanc vim, ſed ſupponit; cum ergo non ſupponat illam tanquam naturalem, vt partim probatum eſt, partim infra latiùs probabimus; neceſſe eſt, vt per aliud ſupernaturale principium conferatur. Itē ſi obiectum ipſum vniatur potentiæ ad intelligendum, tātùm conferret ad actum, efficaciam ex parte obiecti neceſſariam, ergo ſpecies tantùm hoc confert, eſt enim veluti ſemen obiecti, vt illius ſuppleat efficientiam, ergo ſi deeſt potentiæ vis agēdi, ex parte ſua neceſſaria, aliundè ſuppleri neceſſe eſt. Si igitur lumen gloriæ vnitur cum intellectu beatifico veluti ſpecies, obiecti ſupplens efficientiam, alius debet dari habitus intrinſecus, confortans intellectum, & illius deficientem virtutem complens: quod ſi non datur, lumen gloriæ erit virtus, ſe habens ex parte potentiæ; & eſſentia diuina coniungitur potentiæ in ratione obiecti; conferens totam effectionem, quàm obiectum conferre poteſt, vel quam ſpecies in abſentia obiecti contuliſſet.

12 Secūda ratio ad ē probandū. Secundò principaliter eadē veritas confirmari poteſt à ſimili ex omnibus alijs virtutibus infuſis; nā in fide, v. g. præter ſpecies neceſſarias ad apprehendendū aliquo modo obiectum fidei, eſt neceſſarium lumen, ſeù habitus ex parte potentiæ, quæ conferat ei actiuitatem cōnaturalem actui ſupernaturali. Dices eſſe diuerſam rationem in actu fidei, & in viſione beatifica; nam in actu fidei, qui ſupernaturalis eſt, aliquid reſpondet ſpeciebus, aliquid verò lumini; ſpeciebus quidem ipſa extremorum appræhenſio; omnia enim fidei myſteria inſtar rerum naturalium apprehendimus; lumini autem fidei, ipſe aſſenſus, qui ſupernaturalis eſt, & conformitas extremorum, nunquam enim intellectus ſolis ſpeciebus acquiſitis perueniret ad qualitatē illam aſſenſus, quæ ſolùm innititur primæ veritati, tanquam obiecto formali, ſine habitu fidei, vel auxilio ſupernaturali; at in viſione beatifica appræhenſio, & iudicium quæ ſimul in actu ſimplici inueniuntur, ab eodem principio fiunt, & quod eſt cauſa ſimplicis appræhenſionis, eſt etiam aſſenſus, ergo ſi eſſentia diuina loco ſpeciei eſt ſufficiens cauſa euidentis, & intuitiuæ appræhenſionis; erit etiam iudicij, & aſſenſus. Sed contra, nam in actu fidei tota ratio conſtituendi lumen, & habitum illum, ſumitur ex 13
parte potentiæ, quę eſt imbecillitas, atque impotentia intellectus ad eliciendum illum actum ſupernaturalem, & excedentem naturales potentiæ vires, ergo multò magis in viſione beatifica, præter id, quod ponitur ex parte obiecti, neceſſariā eſt, vt ponatur aliquid ex parte potentiæ, illam confortans, & reddens potentem ad actum illum ſuper naturalem, & hoc eſt lumen gloriæ. Conſequentia videtur clara: Probatur antecedēs, nam alioquin tàm potens eſſet Angelus per ſuum intellectum ad aſſentiendum per fidē, reuelatis, ſicut ad videndum alium Angelum, quia ad aſſentiendum per fidem non indiget ſpecie per ſe infuſa, nec alio principio ex parte obiecti neceſſariò, ergo ſi ex parte potentiæ habet ex ſe virtutem natiuam ad efficiendum aſſenſum fidei; ita erit potens ad aſſentiendum per fidem reuelatis, ſicut ad videndum alium Angelum. Præterea voluntas non indigebit virtute actiua ſupernaturali ad amandum Deum; quia ex ſe habet vim actiuam innatam, & ita habet omnem efficacitatem ex parte voluntatis neceſſariā. Quod ſi aliquis concurſus eſt neceſſarius ex parte obiecti, per illud ſufficienter propoſitum conficitur.

Hoc

Hoc argumentum latè proſequitur Suar. Deo de Trino, & vno lib. 2. de attributis negatiuis c. 15. num. 9. & 10. Ideoque non opus erit in illo diutius immorari. Ad id autē, quod dicitur, in quo tota eſt vis aduerſariorum, ſcilicet quia poſita ſpecie, vel obiecto loco ſpeciei, ſuperflua eſt actiuitas luminis quia nihil poteſt aſſignari in effectu, quod illi reſpondeat virtuti; in viſione enim duo ſunt; ſcilicet, & quod ſit intellectio, & quod ſit viſio: vt intellectio, eſt ab intellectu, vt viſio à ſpecie, ad quid ergò eſt lumen? Reſpondet idem optimè eod. loc. nu. 5. 15. & 16.

Suar.

14 Tertia ratio. Tertiò ſi intellectus haberet vim omnem ſufficientem ex parte potentiæ ad efficiēdam viſionem beatificam, & virtutem innatam actiuam, quæ natura ſua proportionata eſſet, ad producendum talem effectum, ſequeretur duos Beatos cum æquali lumine, ſi ſint in intellectu inæquales non æqualem habituros viſionem, ſed illum perfectiorem, qui perfectiori fuerit præditus potentia intellectiua. Quod ſi dicant etiam in tali caſu viſionem non poſſe excedere perfectionem luminis, quia licet potentia ex ſe conferat totam vim neceſſariam ad intelligendum ex parte potentiæ, tota illa eſt incompleta comparatione viſionis, quia ſolum eſt ad viſionem ſecundum rationem genericam, circa viſionem, vt viſio eſt, non habet intellectus natiuam virtutem, ſed eleuatur, vt inſtrumentum per ipſammet ſpeciem, quam lumen gloriæ appellāt. Id nullo pacto poteſt ſubſiſtere tum quia ſi intellectus non habet innatam vim actiuam circa viſionem, vt viſio eſt, ergo ſecundum hanc rationem eſt potentia incompleta, ergo debet perfici, & roborari per aliquid, quod ſe habeat ex parte ipſius, ergò ſaltem hac ratione indigebit lumine diſtincto à ſpecie, quia ſpecies, vt huiuſmodi non præbet hanc virtutem, ſed ſolum determinationem ad tale obiectum, concurrendo ad illam effectiuè ex parte obiecti; tum etiā quia ſi intellectus habet innatam virtutem ad viſionem Dei prout intellectio eſt certè etiam habebit etiam vt viſio eſt, præſertim cum viſio vt viſio debeat eſſe à principio vitali, ergò ſi de ratione principij vitalis eſt, vt operetur per virtutem innatam ideſt naturalem, & principalem, vt ipſi dicunt, hoc modo concurrit intellectus ad viſionem, & nos ſupra probauimus potētiam cognoſcitiuam non habere virtutem naturalem tantum ſecundum rationem genericam, ſed etiam ſecundum ſpecificam, & omninò ad totum actum; licet non totaliter, ſed incompleta ratione.

Idem munus luminis gloriæ melius explicatur. Cap. 3.

QVando dicimus per lumen gloriæ compleri, & perfici virtutem intellectiuam ex parte potentiæ id non eſt intelligendum, vt optimè inquit D. Thom. 3. contr. gent. cap. 53. per ſimplicem ipſius virtutis intenſionem; intenſio enim fit per ea, quæ ſunt eiuſdem rationis; at cum viſio illa entitatiua ſit ſupernaturalis, ſemper eſt ſupra naturales vires intellectus; quantumuis igitur eius virtus intenderetur, nunquā viſioni illi redderetur proportionata; tum quia hæc in ipſo actu eſt denominatio quædam extrinſeca; quatenus eſt à principio ſe ipſum mouente: tum quia ſi ſit aliqua in illo ratio realis, identificata eſt cum actu, qui eſt vna entitas ſimplex, ſupernaturalis, ergò quamuis 1

Thom.

uis intenderetur intellectus vis naturalis, nunquam illi viſioni fieret proportionata. Impotentia igitur, & imbecillitas potentiæ intellectiuæ, nunquam per lumen gloriæ hoc pacto redditur potens ad illum effectum ſupernaturalem, ſed ſolum perficitur; & per illud roboratur, nam ſic eleuata ſimul cum ipſo influit in effectum; quare per tale lumen poſſumus dicere intellectum Beati intrinſecus perfici, & non intrinſecus, ſed extrinſecus, roboratur intrinſecus, quia per formam, ſeu habitum illi inhærentem, quod eſt lumen gloriæ; non intrinſecus, ſed extrinſecus, nam cum illud lumen non intendat naturales vires intellectus, ſed ſit quid illis ſuperadditum, ſemper remanet ſecundum ſua intrinſeca improportionatus ad illius productionem actus, ergò influit in talem effectum, vt eleuatus, ergò ſecundum potentiam obedientialem prout inſtrumentum.

2 Hinc deducimus primò viſionē illam, licet abſolutè, & ſecundum ſe dicenda ſit ſupernaturalis, tum quia talis eſt ex vi ſuæ ſubſtantiæ, & naturæ, quā ſemper obtinet eandem: tum quia ita ſe habet, vt nulli ſubſtantiæ creatæ poſſit eſſe naturalis: & hoc ſibi vult eſſe ſimpliciter, & abſolutè naturalem; comparatiuè tamen poſſe, & naturalem, & ſupernaturalem appellari. Connaturalis eſt reſpectu luminis, nam concurſus Dei ad illam viſionem, eſt debitus poſito lumine, ipſumque lumen cōnaturale principium eſt beatificæ viſionis; reſpectu verò intellectus ſemper eſt viſio ſupernaturalis, etiā ſi in illo ſupponatur lumen; quoniam cum lumine concurrit vltra naturalem virtutem, ideo operatur per potentiam obedientialem, & vt Dei inſtrumentum. Et confirmatur ex diſparitate rationis de cęco ſupernaturaliter illuminato, & de intellectu ſupernaturaliter accipiēte lumen gloriæ, cęcus enim ille videt per viſum ſibi naturalem, ſed ſupernaturaliter receptum, & ob eam cauſam videt naturaliter, quia per formam ſibi connaturalem videt; intellectus verò ſupernaturaliter recipiens lumen gloriæ non ſolum videt per formam ſupernaturaliter receptam, ſed etiam per formam ſibi ſupernaturalem, etiam poſt quam eſt recepta; & in hoc etiam differt hæc actio à calefactione procedente ab aqua calida, quia tota eſt à calore, vt à principio connaturali.

Viſio illa beatifica cōparatiuè naturalis, & ſupernaturalis dici poteſt.

Quod ſi quis quærat, cum hæc viſio comparata ad lumen ſit naturalis, comparata verò ad intellectum, ſupernaturalis, quomodo dicenda erit, ſi comparatio fiat cum toto compoſito? Reſpondet Caiet. quod ratione luminis ille actus dicitur connaturalis; quia lumen eſt veluti vltima forma, conſtituens intellectum in actu primo, & ratione illius formæ debitum eſt ipſi intellectui, vt eleuetur ad modum agēdi, & recipiendi neceſſarium ad huiuſmodi actus. Intellectui igitur ſic eleuato, ſimpliciter eſt connaturalis ille actus; quin potius eſſet miraculoſum, quod illud coniunctum viſionem illam non eliceret. Homini autem, vel Angelo ſimpliciter eſt dicendus ſupernaturalis, quia comparatur ad ſubſtantiam, cui abſolutè eſt ſupernaturalis, eſt enim ſupra omne debitum ipſius. Nec aliter, cum compoſitum illud mixtum ſit, ſeu conſtans ex re naturali, & ſupernaturali, niſi ſub diſtinctione; non autem ſimpliciter tali interrogationi poteſt ſatisfieri. Addere poſſumus etiam, quid ſi naturale ſumitur non vt diſtinguitur à ſupernaturali, ſed à libero, illa viſio dicenda eſt naturalis, & neceſſaria, & 3

quoad

quoad ſpecificationem, & quoad exercitium, vt ſentiunt communiter Theologi.

4 Deducimus ſecundò de potentia abſoluta intellectum Beati poſſe Deum videre ſine lumine gloriæ; & quicquid ſit de illa difficultate, num viſio beatifica poſſit à ſolo Deo produci in intellectu Beati; ſi enim pars affirmatiua eſſet vera, clariùs inferretur non eſſe neceſſarium lumen gloriæ per modum habitus; cum hoc præcipuè ponatur ad eleuandam potentiam, vt poſſit viſionem illam elicere; etiam ſi detur licentia in hac re in vtramuis partem ſentire; adhuc non difficile probabimus lumen gloriæ non eſſe neceſſarium de potētia abſoluta; nam cum viſio non ſit tota, & totaliter à lumine, eo modo, quo calor aquæ eſt tota virtus, quo aqua calida calefacit, ſed eius munus ſit efficientiam ſupplere, quæ deeſt intellectui, nec præcisè requiratur ad viſionem, vt eſt actus vitæ, & effectionem quaſi formalem eius; hæc enim eſt per intrinſecum actum, & attentionem intellectus; cui dubium quod poſſit Deus per ſe ipſum præſtare qnod de facto facit per lumen. Et confirmatur; nam actus fidei, & charitatis fit ex ſpeciali auxilio, ſine eficientia habitus. Aſſumptum patet in actibus, quibus diſponimur ad habitus recipiendos; & in contritione, quæ eſt vltima diſpoſitio ad gratiam, cuius ratio formalis ſupernaturalis eſt: negare autem huiuſmodi actus eſſe quoad ſubſtantiam ſupernaturales, planè videtur falſum, cum ferè non ſit maior ratio de charitate, quam de viſione. Nec refert dicere, quod etiam poſito lumine glorię requiritur auxilium diuinum, ergò non poteſt ſuppleri eius efficientia per Dei concurſum; nam reſpondemus poſito lumine eſſe debitum illud auxilium tanquam concurſum primæ cauſæ in ſuo ordine neceſſarium, ſi autem non daretur illud, maius auxilium deberet conferri: ad efficiendam igitur viſionem, vel neceſſarium eſt lumen, vel maius quoddā auxilium Dei, quod luminis ſuppleat efficientiam, ita vt ſine altero horum modorum nec de potentia abſoluta poſſit fieri illa beata viſio.

De potentia abſoluta intellectus Beati poteſt videri Deū ſine lumine gloriæ.

Aliud munus explicatur luminis gloriæ.

Cap. 4.

CVm hucuſque probatum ſit lumen gloriæ dari ad ſupplendam efficientiam potentiæ intellectiuæ, idque admodum eſſe congruum, vt intellectus connaturalius agat; videndum nunc eſt, an quemadmodum concurrit efficiēter ad viſionem; ita etiam ad eandem cōcurrat materialiter. Quod ſi ſermo ſit per modum diſpoſitionis, ſicut calor eſt diſpoſitio ad formā ignis, vel ſicut actus charitatis ad habitum, probabiliter dici poteſt concurrere materialiter; nec argumenta, quæ adducuntur ex Scoto impugnant hunc dicendi modum. Si autem agatur de concurſu materiali per modum potentiæ receptiuę difficilius poteſt ſubſtineri; ſunt qui putant ſatis euertere hunc modum materialiter concurrendi illo argumento; quia intellectus per ſe eſt receptiuus luminis perfectè ac proximè, ergo & viſionis, quia magis ordinatur intellectus ad viſionem, quàm ad lumen, ergò ſicut non indiget potentia receptiua luminis, ſic nec etiam viſionis. Et confirmatur exemplo gratiæ, charitatis, & cęterarum rerum ſupernaturalium, quæ immediate recipiuntur in eſſentia, & potentijs animæ. Verùm diſpar eſt ratio; lumen enim & præ- 1

An lumen gloriæ quē admodū cōcurrit effectiuè ad viſionem beatificā concurrat etiā materialiter.

2 fata omnia ſunt actus primi; ab extrinſeco venientes; viſio autem eſt actus ſecundus manans à principio intrinſeco actiuo, & receptiuo illius: ſicut igitur actiuum principium integratur ex intellectu, & lumine; ita etiam videtur dicendum de receptiuo; vnde rectè Capreol. in 4. diſt. 49. quæſt. 4. art. 3. ad argumentum Scoti contra ſecundã concluſionem, aliud, inquit eſſe principalius ordinari ad viſionem aliud immediatius, & ideo fieri poſſe, vt intellectus principalius ordinetur ad viſionem, quàm ad lumen, & nihilominus illam recipiat mediante lumine. Minoriſque momenti videtur eſſe ad idem impugnandum illud argumentum ſumptum ex Concil. Viennenſ. Clem. Ad noſtram, vbi dicitur eleuari intellectum noſtrum per lumen gloriæ ad videndum; videre autem non ſonat ſuſcipere viſionem, ſed eam efficienter elicere, ergo intellectus ex ſe ſufficiens videtur eſſe ad recipiendam viſionem, impotens autem ad eandem efficiendam, & imbecillitatem hanc ſuppleri per lumen; nam retorqueri poſſet argumentum. Videre non dicit tantùm agere; ſed cum ſit actio immanens, dicit etiam recipere; ergò cum dicat ibi Cõcilium ad viſionem beatificam intellectum noſtrum eleuari per lumen, ſatis videtur indicare potentiam intellectiuam ſub vtraque ratione ibi cõparari ad viſionem, & ſub vtraque eſſe deficientem, & inferioris ordinis, ergo vt perfectè, & completè eleuetur ad illam, per lumen ſub vtraque ratione eleuatur, ergò ſicut lumen eſt cõprincipium effectiuum ad efficiendam viſionem, pari ratione debet conſtitui comprincipium materiale ad illam recipiendam.

Capreol.

Cõc. Vien. Clemēt ad noſtram.

3 Melius igitur poſſet impugnari lumen non concurrere ad viſionem illam per modum potentiæ receptiuæ, hoc pacto. Si concurreret, vel ipſum eſſet tota potentia, cui immediatè vniretur viſio, vel non tota potentia; ſed quemadmodum viſio illa immediatè emanat ab intellectu, & lumine, tanquam ab vna integra potentia viſiua; ita immediatè recipiatur in toto illo compoſito, & omninò vt vnio viſionis immediatè terminetur tam ad intellectum, quam ad lumen; neutrum dici poteſt, ergò. Non primum; quia alias ſequeretur intellectum non per ſe recipere viſionem, ſed tantùm quaſi per accidens, ſicut ſubſtãtia perficitur calore, media quãtitate. Præterea ſicut de ratione actus vitalis, & immanentis eſt, vt immediatè, ac per ſe procedat à potentia vitali; ita etiam vt illum immediatè informet. Et confirmatur magis, quia intellectus per ſe ſufficienter eſt capax actus ſupernaturalis, quamuis non ſit per ſe ita ſufficiens ad efficiendum illud; non ſecundum; non enim poteſt eadem forma in pluribus materijs immediatè recipi. Nec ad rem, de qua agimus, pertinet exemplum animæ rationalis; non enim propriè dicitur informare plures materias, ſed vnam adęquatam, ex pluribus conſtantem partibus. Et quod caput eſt, anima rationalis non eſt forma à materia pendens, nec per eductionem, ſed per creationem producta; at viſio beatifica ita recipitur in materia, vt ab ipſa educatur; difficillimum autem eſt concipere ſine nouo miraculo quomodo eadem forma ęquè primò educatur ex duabus potentijs receptiuis, eiſque vniatur; cum enim viſio illa indiuiſibilis ſit, & ſimplex entitas, nec ſolùm, vt intellectio eſt, ſed vt viſio actus vitalis, tota debet recipi in intellectu; quomodo autem eadem ſimplex entitas ſecundum ſe totam

reci-

recipiatur etiam in lumine realiter diuerſo ab intellectu, ſine miraculo fieri poſſe, vix intelligitur.

Tertium, & vltimum munus luminis gloriæ, explicatur.

Cap. 5.

1 VLtimò ſunt, qui dicunt lumen gloriæ eſſe veluti quandam diſpoſitionem paſſiuam ſeu materialem ad eam vnionem; quæ fit inter diuinam eſſentiam, & intellectum in eſſe intelligibili. Ita ſentit Capreol. loc. cit. in reſponſione ad primum Scot. contra ſecundam cõcluſionem Sot. ibid. Ferrar. 3. contr. gent. cap. 58. Caiet. 1. par. quæſt. 12. artic. 5. & videtur eſſe D. Thom. 3. contr. gent. c. 53. & 1. par. quæſt. 12. art. 5. Qui quidem modus variè explicatur, ſed ille inter omnes probatur, vt illa vnio in actu primo inter eſſentiam diuinam, & intellectum non ſit, nec dicatur alia, niſi coniunctio in ordine ad agendum; ideoque poteſt dici lumen requiri, vt diſpoſitio ad vnionem cum eſſentia in ratione obiecti, quia actiuitas illius obiecti non eſt aliquo modo debita, nec connaturalis, niſi intellectui eleuato, & informato lumine; ſi autem ita intelligatur quemadmodum debet intelligi, vt ſenſus ſit formalis, & verus, nihil noui affertur, ſed priora luminis munera meliùs, & accuratiùs explicantur.

Capreol. Scot. Sot. Ferrar. Caiet. Thom.

Explicatur lumen glorię, eiuſque munus per illa verba Pſal. 35. In lumine tuo videbimus lumen.

Cap. 6.

RE&c è Theologi ex hoc loco colligunt lumen gloriæ, quod ad videndum Deum volunt eſſe neceſſarium, omnia enim quę ſupra de lumine, & eius munere Philoſophati ſumus in his verbis, ſi ritè expendantur, videntur cõtineri; quemadmodum enim ſol cerni non poteſt, niſi per illud lumen, quod ex ipſo eſt, ita cum Deus lux ſit: ſed teſte D. Paul. 1. ad Timoth. 6. inacceſſibilis, niſi mens eleuetur, & confortetur quodam Dei dono, quod lumen vocant gloriæ, non poteſt obtutum figere in lucem illam increatam. Et nota optimè indicari diſcrimen his verbis inter lumen, quod ſe habet ex parte potentiæ confortans illam, & lumen, quod eſt ex parte obiecti, & omninò inter lumen gloriæ, & obiectum beatificum, quod eſt eſſentia diuina; nam illud dicitur lumen tuum, lumen ſcilicet Dei, ab ipſo factum, & productum; hoc verò, quod eſt ipſe Deus; dicitur lumen ſine addito, ideſt illimitatum, infinitum, lumen per eſſentiam; per lumen enim ſimpliciter prolatum, vt benè animaduertit Gregor. Nazianz. orat. 40. quæ eſt in Sanctum Baptiſma; & eius Cõmẽtator Nicetas, intelligitur Deus, & iure optimo ſicut enim per illud Exod. 3. *Ego ſum*, abſolute dictum, ſignificatur eſſe per eſſentiam, incircumſcriptum, illimitatum, quod Dei eſſe proprium ſupra oſtendimus; ita per lumen ſine addito, melius ſignificatur lux per eſſentiam, quæ omnes verè beat in patria.

1 · 1. Timot. 6. · Greg. Naz. · Exod. 3.

Quod ſi cum audimus tenebras, omnia intelligimus mala, conſequens eſt, vt illud ſummum bonum omnia in ſe bona continens, cum audimus lumen, concipiamus. Prętereà, ſi Deus omnem ſuæ maieſtatis pompam, omneſque quaſi diuinitatis Theſauros in vno lucis nomine docet contineri, quaſi ſola lux poſſeſſio illius ſit: quare cum aliquando videndæ diuinitatis deſiderio inflammatus petijſſet Moy-

Iob 36. Exod.33. ſes Exod.33. *Oſtende mihi faciem tuam*, reſponſum accepit, *Ego oſtendam tibi omne bonum*, ideſt omnis boni, omniumque mearum diuitiarum, atque poſſeſſionis ſpeciem quandã tuis oculis obijciam. Obiecit autem Deus corpus quoddam ſplendidiſſimum, cuius lumen eſſet ita humanis oculis attemperatum, vt ſimul oculos, atque animum incredibili voluptate cõpleret. Cum rurſum ſpeciem Regni, magnificentiæque ſuæ oſtentat hominibus homo factus, reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius lumine tota perfuſa, fiunt alba ſicut

Matt.17. nix. Cum verò ingentibus ſuis donis locupletat ſuos amicos, vult illos eſſe, atque effici lumen mundi: non enim habet aliquid pretioſius,

Matt.5. aut melius quo illos exornet. Cum ſuam ſponſam regalibus, ijſdemque diuinis veſtimentis condecorat, lu-

Apoc.12. minibus totam conueſtit, ſole amicit, lunam illius pedibus ſubijcit, duodecimque ſplendidiſſimorum aſtrorum cœleſtium coronam illius capiti imponit; & quamnam aliam ſtolam ille ſumit, quàm lucem? *Ami-*

Pſal. 103. *ctus*, videlicet *lumine, ſicut veſtimento*. Denique cum ſua ſubſellia diui-

Matth.17. no apparatu conſtitui vult ante mortalium oculos; nubes lucida explicatur. Si omnia igitur ad lucem congregat, colligitque diſperſa, quaſi ſola lux ſit poſſeſſio eius, quid mirum cum nulla alia poſſeſſione locupletetur Deus niſi ſe ipſo? quod lucis nomine abſolute prolato; ipſemet; bonum infinitum intelligatur. Videmus igitur lumen

Deum ipſum. *In lumine tuo*, ergò 2

ordinis ſupernaturalis, & diuini; nam lumen hoc viſibile, quod ad ordinem pertinet naturalem, licet ſit lumen Dei; ita tamen ipſius dicitur, vt etiam dicatur lumen ſolis. At lumen glorię, quod eſt ita lumen Dei, vt non alterius, eſt ordinis diuini; ergò potentem reddit intellectum ad viſionem beatificam. Nam licet lumen hoc ſit quid creatum; atque ex hac parte infinitè diſtet à Deo, ſicut & intellectus, quem informat, eſt tamen lumen tuum, hoc eſt peculiari ratione lumen Dei, eſt ergo virtus altioris ordinis, & ſupernaturalis, cuius eſt ipſa beata viſio, & ideo confert virtutem actiuam viſioni proportionatam, quam intellectus ſua natura non habet. Quod ſi huiuſmodi loquendi. *In lumine tuo videbimus lumen*, &c. interpretes adhibebimus, cętera ſimilia ſacræ Scripturæ loca, vt illud

Pſalm.43. *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu*, & illud aliud Pſalm. Pſal. 43. Pſal. 17. Luc.5.

17. *In Deo meo tranſgrediar murum*. Item Petri verba illa Luc.5. *In verbo autem tuo laxabo rete*; videbimus intellectum Beatorum concurrere ad viſionem illam non per naturalem virtutem, ſed per potentiam obedientialem; nec vt cauſam in ſuo ordine principalem, ſed vt Dei inſtrumentum. Nam quemadmodum primus locus ſignificat Hebræos non armorum vi, nec pręliantium numero, ſed vt inſtrumenta diuinæ virtutis ſuperaturos inimicos; quod confirmant verba ſequẽtia. *Non enim in Arcu meo ſperabo*: & alter denotat Dauidem Dei ope confiſum aggreſſurum quod ſupra vires eſſet, ac denique perfecturum; ac tandem tertius, & loquendi modo,

Digitized by Google

do, & re ipſa comprobat rete ſupra naturam, naturalemque capacitatem, ac firmitatem operatum eſſe, & ad capiendos piſces, & ſuſtinendos; nam cum vetus eſſet, ac tantæ capturę non accommodatum, nec modo ruptioni proximum, verum etiã ex parte aliqua ruptum; hoc enim ſignificant illa verba. *Rumpebatur rete eorum*, ſciſſionem inceptam eſſe, ſed non perfectam extitiſſe; nihilominus cum copioſa piſcium multitudo compræhenſa eſſet, ſubitoque in rete coacta, nullus tamen ex tanto numero elapſus eſt, tantumque miraculum à Petri, & circumſtantium ſtupore maximè commendatum; illo modo loquendi. *In verbo autem tuo laxabo rete*, totum præmonſtratum. Quid mirum igitur ſi in propoſito noſtro eadem propoſitio cum affixo illo pronomine *in* ſcilicet *in lumine tuo*, ſignificet vim, & robur ad illam efficiendam viſionem, à Deo eſſe, qui lumen infundit; intellectum autem concurrere non per naturales vires ſed eleuatum à lumine per potentiam obedientialem, ac vt inſtrumẽtum Dei.

3 Quin etiam ſi cum eadem Scriptura loqui velimus, videbimus iiſdem verbis indicari iuxta menſuram luminis futuram eſſe viſionem beatificam, nulla habita ratione perfectioris, vel imperfectioris intellectus; ſicut enim illa verba Apocal. 21. *Ambulabunt gentes in lumine eius*, ideſt fidei, & alia ſimilia Iſaiæ 60. *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplẽdore ortus tui*, ſignificant iuxta menſuram luminis fidei, diuinæque gratiæ excitationem, non iuxta naturalem intellectus perfectionem, magis, vel minus profecturas gentes in rebus fidei, eiuſque Myſterijs; quamuis enim in actu fidei id, quod eſt quaſi materiale, cognitio videlicet, & appręhenſio, ſeu explicatio myſteriorum, quæ cum non fiat per ſpecies infuſas, ſed acquiſitas, in meliori intellectu perfectior ſit; acquiſitis enim melior intellectus perfectius vtitur; illud tamen, quod eſt veluti formale, aſſenſus ſcilicet propoſitionis, quí eſt ab habitu fidei, erit perfectius, non quo perfectior eſt intellectus, ſed quo perfectior eſt habitus maiorque diuinæ gratiæ excitatio. Idque præſeferre videntur verba illa *ambulabunt gentes in lumine tuo*. Cõſonum quoque erit ſcripturæ Sacræ ex conſimili modo loquendi, ſcilicet *In lumine tuo videbimus lumen*, non diſſimilem colligere concluſionem; videlicet iuxta quantitatem, & menſuram luminis, diuinique auxilij concurſum, quod ſemper pro luminis gradu datur in patria, clarius, vel minus clarè videri eſſentiam diuinam, *videbimus*, ergò viſio illa non fit à ſolo Deo, illam infundẽte in intellectũ noſtrum, ſed à potentia quoque intellectiua, cõfortata à lumine; videre enim non tantùm dicit viſionem recipere; ſed etiam producere; nec id inficiantur præcedentia verba, *in lumine tuo*, nam ſacra Scriptura teſte, præpoſitio *in* idem valet quandoque, quod *cum*, conſortium denotans cauſæ partialis, potẽtiam effectiuam adiuuantis, vt illud Geneſ. 37. *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum*, ideſt cum baculo, quo fultus tranſiuit Iacob Iordanem, iterque peregit. Eodem pacto in lumine tuo videbimus, hoc eſt intellectus Beatorum, ſimul cum lumine innatæ imbecillitatis ſubſidio, viſionem perficiet. *Videbimus*, certò, infallibiliter, ſine vllo dubio, cum neceſſaria ſit illa viſio, vt probauimus, non modo quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium, licet enim non ſit debita, nec connaturalis intellectui noſtro, abſolutè conſiderato; eſt tamen aliquo modo debita, &

Apoc. 21. Iſai. 60. Geneſ. 37.

Digitized by Google

connaturalis intellectui eleuato, lumineque informato gloriæ. Adde etiam quod cum idem lumen ſit quoque diſpoſitio paſſiua, ſeu materialis ad illam vnionem, quæ eſt inter diuinam eſſentiam, & intellectum Beatum in eſſe intelligibili, quis prohibebit vnita potentia, ſic confortata cum eſſentia diuina in ratione obiecti, fieri viſionem? Tandem *in lumine tuo videbimus lumen*, demonſtrans Dauid hoc loquendi modo; quid ſit de facto, ſine enim luminis auxilio non erit illa beata viſio, quid autem dicendum ſit, de poſſibili, totum diſputationibus relinquens.

Vtrum ad viſionem illam beatificam concurrat ſpecies creata impreſſa, per quam effectiuè partialiter fiat viſio.

Cap. 7.

1 SVnt qui contendunt non ſolùm ſpeciem creatam impreſſam dari, quæ concurrat effectiue ad viſionem beatificam, ſed id etiam ſenſiſſe D. Tho. magnãq; vim inferunt verbis eius, vt illum trahant ad hanc ſententiam, quam ipſi mordicus amplectuntur. Sed nec re ipſa dari, nec etiam poſſe per abſolutam Dei potentiam, affirmant ex mente D. Tho. eius Diſcipuli. Verum quid ſit dicendum de poſſibili, & num implicet contradictionem, diſcutietur inferius; nunc autem re ipſa non dari, & probabimus rationibus, & manifeſtis auctoritatibus D. Thom.

Thom.

Thom.

Quę ſit neceſſitas ponendi ſpeciem in potentia cognoſcente.

Neceſſitas ponendi ſpeciem in potentia cognoſcente, non eſt abſoluta, ſed vt poſſit illa exprimere in ſe Imaginem ad rem obiectam percipiendam, ergò quando res obiecta per ſe ipſam poteſt cócurrere cũ potentia ad exprimendum notitiam ſui; tunc ſuperuacanea erit ſpecies impreſſa, eo quod in eo euentu meliùs id præſtabit per ſe ipſam cum potentia, quàm per ſui vicariam ſpeciem impreſſam.

Probatur antecedens, quia non poteſt potentia cognoſcens ſola exprimere in ſe ipſa imagines rerum, quæ cognoſcendæ ſunt; tum quod ſua natura indifferens ſit ad exprimendum imaginem huius, vel illius rei; tum etiam, quod non habeat in ſe ipſa vnde rebus obiectis ſit ſimilis, ac proinde vnde imagines earum ſola poſſit producere; inde eſt, quod aliquo alio opus habeat, à quo determinetur, vt exprimat potius imaginem huius rei cognoſcendę, quàm alteriùs; quodque tanquam pars cauſæ, ſeu tanquam cauſa partialis efficienter cõcurrat cum ipſa potẽtia, veluti cum cauſa vniuerſali, & indifferenti, ad talium imaginum productionem; hoc autem vel eſt ipſamet res obiecta, vel imago aliqua, & ſpecies illius. Quoniam verò, vt plurimum non poteſt eſſe res ipſa obiecta, eo quod non habeat debitam proportionem comparatione potentię, vel ſæpè diſtet à potentia, qua percipi debet; (agens verò, quod non mediante alio operatur, debet eſſe cõiunctum paſſo) fit vt plurimum, vt ſit ſpecies aliqua, & ſimilitudo obiecti impreſſa potẽtię, vel ab ipſa re obiecta, vel ab aliquo alio agente. Species ergò concurrit cum potentia tanquam cauſa partialis, ſupplens vicem rei obiectæ, & determinans potentiam ad productionem notitiæ potiùs huius obiecti, quam alterius. Probatur conſequentia; nam ſi ſpecies eſt veluti Vicaria obiecti, ſupplens illius vices, quando illud per ſe non poteſt vniri potentiæ, ob ratio- 2

Species vicaria obiecti ſupplẽs vicẽ illius quando nõ poteſt vniri cum potentia.

Digitized by Google

rationes nuper adductas; ergò quãdo nullum eſt obſtaculum nec impedimentum, perfectiori modo, & magis naturali etiam fiet cognitio concurrente ſimul cum potentia, ipſo obiecto, ad producendam ſuimet expreſſam ſimilitudinem. Et
3 confirmatur, nam in Angelo, cuius ſubſtãtia cum intellectu perpetuam coniunctionem habet, & debitam quoad eſſe ſpirituale proportionẽ, non conſtituimus ſpeciem, vt propriam ſubſtantiam percipere poſſit. Ad intelligendas verò ſubſtantias aliorum Angelorum; maximè; eò quod illę ſępè diſtent ſecundum locum ab Angelo, qui eas debet cognoſcere. Cum igitur eſſentia diuina ob ſui infinitatem, & immaterialitatem ſit nobis magis intima, quàm nos ipſi nobis, & inſuper habeat, debitam proportionem cum intellectu Beati, ſubleuato per lumen gloriæ, fit, vt non indigeat ſpecie tanquam ſui vicaria, ſed ipſa per ſe ipſam vnita potentiæ, concurrat cum illa ad producendam ſimilitudinem expreſſam, ſui ipſius, viſionem ſcilicet beatificam. Et confirmatur hoc magis, nam obiectum per ſe, & natura ſua non poſtulat vniri cum potentia per modum formæ, propriè informantis, & actuantis illam, niſi quando opus eſt vniri cum potentia, media ſpecie, quæ eſt accidens, vel quando obiectum, quod intelligitur, eſt actus, vel habitus ipſius intellectus; qui vnitur potentiæ propriè per modum formæ. Sed hoc conuenit illi quatenus eſt qualitas mentalis, non per ſe, & præciſè, quia obiectum intelligibile actu eſt; vnde poteſt dari aliquod obiectum huiuſmodi, quod ſit ſubſtantia, vel res alia extrinſeca intellectui, quæ natura ſua non poſtulet informare intellectum, quando ergò res poteſt aliter per ſe ipſam coniungi intellectui in ratione obiecti intelligibilis non oportet illam vnionem eſſe per modum formæ propriè informãtis, ſed per modum principij iuuantis intellectum ad videndum. Et ita intelligendus eſt D. Thom. 1. par. quæſt. 12. art. 2. ad 3. & 3. contr. gent. cap. 51. Accedit etiam, quòd cum ſuperius oſtenſum ſit, talem viſionem natura ſua non poſtulare aliam ſpeciem præter ipſam eſſentiam, cum proculdubio ſit credendum re ipſa fieri modo magis naturali, & vt magis decet intellectum roboratum lumine gloriæ, affirmandum eſt non vti eſſentiam diuinam opera ſpeciei, ſed ipſam per ſe ipſam determinare intellectum Beati ad productionem viſionis beatificæ, quæ eſt illius ſummi boni, vt videbimus, expreſſa ſimilitudo.

Probatur hęc vnio ineffabilis, auctoritate ſacrę Scripturę.

Cap. 8.

APpoſitè id ſignificare vide- 3
tur, quod dixit Dominus Luc. 12. vbi loquens de præmio, quod daturus eſt ſeruis ſuis fidelibus in altera vita, inquit, *Amen dico vobis, quod faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Quod animaduerſione eſt dignum; nam cum conuiuium ibi præparatum, Dapes inſtructæ, cibus omnis exibitus ſit ipſemet Dominus clarè viſus, ipſe enim ſic paſcit, ſatiat, omnemque explet appetitum quid plura? nos reddit Beatos, & tamen miniſtrare dicitur, cibumque vt miniſter porrigere, quia munus etiam exercet particularis cauſæ in illa viſione beatifica, vniendo ſe non media ſpecie aliqua, ſui vicaria, ſed immediatè, ac modo ineffabili, tanquam obie-

obiectum noſtro intellectui. No-
2 tandumque eſt, quod dum de præſentis vitæ agitur alimento, dicitur prouidere, regere, aperire manum, vt omne animal ſua impleatur benedictione, vt decet primam cauſam, moderatricem omnium, & ſupremam. At cum de Cœna illa cęleſti ſermo eſt, diciturtranſiens miniſtrare, quemadmodum qui epulas conuiuis porrigens, huc, illucque diſcurrit, quia non deſinens præſtare quæ ſunt partes cauſæ primæ, munus adhuc vult exercere cauſæ particularis, ac ſubordinatur (vt ita dicam) intellectui cuiuslibet Beati, qui ſua natura indifferens ad exprimendam huius imaginem, vel illius, opera vtitur non alterius quam eſſentiæ diuinæ, ſibi modo ineffabili vnitæ, ad clarè intuendam ipſammet eſſentiam, vnde ipſe Deus, qui
3 epulum dat, miniſtrat. Adde etiam, quod cum potentię viſiuę vnio cum obiecto ſit tantùm intentionalis, per ſpeciem ſcilicet obiecti, non per obiectum ipſum reale: ad ſignificandum non ſic euenire in viſione illa beatifica, in qua arctiſſima eſt vnio realis potentiæ viſiuæ Beatorum, cum diuina, quam intuentur, eſſentia, benè per methaphoram conuiuij, & conuiuarum exprimitur; nam cum de ſenſu guſtus, & eius agitur obiecto nulla opus eſt ſpecie, vt fiat ſenſatio, ſed reali vnione vniuntur potentia, & circa quod verſatur obiectum.

Quid ſenſerit Diuus Thomas. Cap. 9.

1 Thom. Niſi velimus manifeſtam vim inferre verbis D. Tho. apertè fatendum eſt ipſum à viſione illa beatifica ſpeciem impreſſam omninò excluſiſſe; nam in prima parte quæſt. 12. art. 2. hoc indicant, & diſcurſus, & verba eius manifeſta; ita dicens. *Requiritur ergo ad videndum Deum aliqua Dei ſimilitudo ex parte viſiuæ potentiæ, qua ſcilicet intellectus ſit efficax ad vidēdum Deum; ſed ex parte viſæ rei, quam neceſse eſt aliquo modo vniri videnti; per nullam ſimilitudinem creatam Dei eſſentia videri poteſt*. Et paucis interiectis verbis. *Dicendum ergo, quòd ad videndum Dei eſſentiam requiritur aliqua ſimilitudo ex parte viſiuæ potentiæ, ſcilicet lumen diuinæ gloriæ, confortans intellectum ad videndū Deum, de quo dicitur in Pſalm. In lumine tuo* Pſal. 35. *videbimus lumen; non autem per aliquam ſimilitudinem creatam Dei eſſentia videri poteſt, quæ ipſam diuinam eſſentiam repræſentet, vt in ſe eſt*, quibus verbis manifeſtè excludit ſimilitudinem, quæ ſe tenet ex parte obiecti, & rei viſæ; ſed talis eſt ſpecies impreſſa, quæ vicaria dicitur obiecti, ſupplens ipſius vices
ergo. Reſpondent aliqui tantùm voluiſſe excludere ſimilitudinē obiectiuam à viſione Dei, non verò impreſſam. Sed contra; nam ibimet quæſt. 12. art. 2. in reſponſione ad tertium inquit in viſione beatifica eſſentiam diuinam per ſe ipſam vniri intellectui Beati, ergò ex ſententia ipſius nulla interuenit opera ſpeciei impreſſæ quæ ad ſupplendas vices ipſius obiecti, inſtituta ſit. Præterea ſi ibi ageret de ſimilitudine tantùm obiectiua, actum ageret; ſuperius enim eadem quæſt. 12. artic. 1. id probatum eſt, nullus enim cogitauit Deum videri per talem ſimilitudinem, niſi qui fuerunt in errore Armenorum; vnde tam certum eſt non videri Deum per talem ſimilitudinem quam eſt certum videri in ſe. Deinde loco prius citato, in principio ſcilicet articuli 2. ſupponit D. Thom. ad viſionem intellectualem duo requiri; ſcilicet virtutem viſiuam, & vnionem cum re

re viſa. At hæc vnio cum re viſa, non fit per ſimilitudinem obiectiuam, quæ per ſe neceſſaria non eſt, ſed ex accidenti in viſione quadam imperfecta aliquando interuenit, quemadmodum non eſt illa clara, & intuitiua, & Dei, ſicuti eſt. Ad hæc, ſtatim id, quod dixerat de vnione potentiæ, cum re viſa, declarat exemplo viſionis ſenſibilis. Sicut ſimilitudo, inquit, lapidis eſt in oculo, per quam fit viſio in actu, conſtat autem lapidem non eſſe in oculo per ſimilitudinem obiectiuam, quæ ad viſionem per ſe neceſſaria non eſt, ſed per ſpeciem ſenſibilem impreſſam, quæ eſt medium incognitum per ſe neceſſarium ad videndum. Accedit, quia ibi diſtinguit lumen neceſſarium ad videndum ex parte potentię ab vnione cum re viſa, item neceſſaria ad faciendam viſionem. Et hanc vult non fieri per ſimilitudinem Dei in eius viſione, ſicut ſolet fieri in alijs actibus intellectualibus, conſtat autem ſolere fieri per ſimilitudinem impreſſam, non obiectiuam. Quod ſi alibi, vbi negat ſimilitudinem obiectiuam, citat hunc locum, eſt per argumentum à fortiori; quia ſi impreſſa ſimilitudo non ſufficit ad videndum Deum, prout eſt in ſe; multò minus ſufficit obiectiua.

4 Quę omnia conſona ſunt doctrinæ D. Thom. in alijs locis: nam 3. contr. gent. cap. 49. ratione quarta, loquens de ſpecie impreſſa, infert, *impoſsibile igitur eſt, quod per ſimilitudinem creatam ſubſtantia diuina intelligatur*. Et rurſus in 1. par. q. 12. art. 9. quærens an Beati videant res in Deo per ſimilitudinem, aſſerens in argumento ſed contra: per vnam ſpeciem videri ſpeculum, & ea, quæ in ſpeculo apparent, (quæ verba clarè intelligũtur de ſpecie impreſſa) concludit, *ergo ſi ipſe Deus non videtur per aliquam ſimilitudinem, ſe per ſuam eſſentiam, nec ea, quæ in ipſo videntur, per aliquas ſimilitudines, ſiue ſpecies, videntur*. Quod clarius & Et in reſponſione ad primum, *ergo dicendum, quod intellectus creatus videntis Deum, aſſimilatur rebus, quę videntur in Deo, in quantum vnitur eſſentię diuinę, in qua rerum omnium ſimilitudines prę exiſtunt*. Idem confirmat: quando inquit 1. p. quęſt. 58. art. 2. *Angeli igitur ea cognitione, qua cognoſcunt res per verbum, omnia cognoſcunt vna intelligibili ſpecie, quę eſt eſſentia diuina*. Sed ſuperius dixit eadem ſpecie videri eſſentiam diuinam à Beatis; & res in eſſentia; & hic inquit non alia intelligibili ſpecie videri res in Deo, quam eſſentia diuina, ergò. Et in 4. ſent. diſtinct. 49. quæſt. 2. art. 1. ad 15. talem doctrinam reliquit ſcriptam, qua manifeſtè ſpecies impreſſa excluditur, *Medium* inquit, *in viſione corporali, & intellectuali inuenitur triplex: Primum eſt medium, ſub quo videtur, & hoc eſt, quod perficit viſum ad videndum in generali, non determinans viſum ad aliquod ſpeciale obiectum, ſicut ſe habet lumen corporale ad viſum corporalem, & lumen intellectus agentis ad intellectum poſſibilem. Secundum eſt medium, quo videtur, & hoc eſt forma viſibilis, qua determinatur vterque viſus ad ſpeciale obiectum, ſicut per formam lapidis ad cognoſcendam lapidem. Tertium eſt medium, in quo videtur, & hoc eſt id, per cuius inſpectionem ducitur viſus ad aliam rem, ſicut inſpiciendo ſpeculum ducitur in ea, quę in ſpeculo reprę ſentantur, & videndo imaginem, ducitur in imaginatum, & ſic etiam intellectus per cognitionem effectus ducitur in cauſam, vel contra. In viſione igitur patrię non erit tertium medium, vt ſcilicet Deus per ſpecies aliarum cognoſcatur ſicut nunc cognoſcitur ratione cuius dicimur nunc videre in ſpeculo; nec erit ibi ſecundum medium quia ipſa*

ipſa eſſentia diuina erit qua intellectus noſter videbit Deum, vt ex dictis patet; ſed erit ibi tantùm primum medium, quod eleuabit intellectum noſtrum ad hoc quod poſſit coniungi eſſentię increatę modo prędicto. Ecce igitur ex ſententia D.Thom.non inueniri medium, quod ſit forma ſeu ſpecies, nec medium per modum obiecti proximi, in quo fiat viſio; ſed inueniri medium ſub quo fit viſio, quod eſt lumen, verbum autem ſeu viſionem non numerat, quia ſolùm agit de medijs, per quæ illa fieri ſolet; qui igitur ſentiunt Diu. Thom. loco à principio citato non impugnare ſpeciem impreſſam; & vim inferunt verbis ipſius, quæ ibi reliquit ſcripta,& doctrinæ contradicunt, quam ſępius docet alijs in locis ſpeciem impreſſam à viſione beatifica prorſus excludente.

5 Nec audiendi ſunt qui interpretantur eo loco D.Thom. loquutum fuiſſe de ſimilitudine formali, ſeu expreſſa, quæ dicitur verbum mentis,quia tribuunt D. Thom. ſenſiſſe verbum mentis non tantùm eſſe ſimilitudinem informantem intellectum, ſed etiam concurrentem, vt ſimilitudinem obiectiuam, ſeu vt medium cognitum, & ideo excludendo ſimilitudinem obiectiuam, hanc præcipuè voluiſſe excludere. Sed prætermitto,quia in nullo loco primæ partis tractaſſet de ſpecie impreſſa, per quam videtur Deus, niſi dicamus tractari in hoc proprio loco; reijcitur etiam facilè hæc interpretatio, quia ibi præmittit ad viſionem intellectualē duo requiri; virtutem viſiuam, & vnionem cum re viſa, ergò aperte loquitur de vnione quæ fit per ſpeciem impreſſam, ſicut conſtat exemplo oculi corporalis, quod ſtatim adducit. Sed reſpondent etiam ibi loqui D. Thom. de vnione obiecti cum potentia per ipſummet actum, & ſpeciem expreſſam. At hoc nullo pacto poteſt credi; tum quia D. Tho. ait ad viſionem requiri virtutem videndi, & vnionem rei viſæ. At ſecundum horum interpretationem diceret ad viſionem requiri viſionem, quod abſurdum eſſe omnibus eſt perſpicuum; tum etiam quia infra ait ſimilitudinem lapidis eſſe in oculo per quam fit viſio; at viſio nō fit per viſionem, ſed per ſpeciem, nec illud (per) dicit ibi cauſam formalem,ſed principium agendi; alias non diceret viſionem fieri per ſimilitudinem, ſed eſſe ſimilitudinem, per quam videns videt. Tandem ſecundum illam interpretationem neceſſe eſt confiteri negaſſe Diu. Thom. Beatum videre Deum per actum intelligendi creatum; cum paſſim de viſione Beatorum loquatur, vt de forma creata. Et in 1.2. quæſt.3. art.1. expreſsè docet Beatitudinem formalem,quam ipſe ponit in viſione,eſſe quid creatum, & præterea art.2. ad 1. illud creatum eſſe operationem vitalem, quæ dicitur vita æterna, adducens illud Ioann.17.*Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te*, &c. non ergo intendit D. Thom. loco a principio citato primæ partis quæſt.12. art.2. nec alijs locis,vt libris contr.gēt aut 4. ſent.excludere à Beatis actū creatum; quo vident Deum, ergo nec ſpeciem expreſſam potuit excludere. Ioan.17.

An Beati videant Deum per verbum creatum. Cap. 10.

SI veram verbi mentalis, & intellectionis teneamus notionem,neſcio qua ratione poſſit negari Beatos videre Deum per verbum creatum,productum ab ipſis; & argumentor hoc pacto. Beati vident 1

Deum

Deum per viſionem, ſeu per intellectionem intuitiuam creatam, ergo vident per verbum mentis ab ipſis videntibus productum. Antecedens nulla indiget probatione, conſequentia hoc pacto poteſt eſſe perſpicua ſi probabimus primùm terminum intellectionis, vt actio, eſſe ipſammet intellectionem, vt eſt qualitas quædam, deinde hanc realiter; & formaliter verbum eſſe. Priùs oſtendimus in Logica, cum de ſex vltimis prædicamentis, vbi probauimus in actionibus immanentibus eſſe diſtinguendam rationem qualitatis à ratione productionis, quæ qualitas eſt terminus illius actionis vt productio, & diffuſius declaratum eſt à nobis in 3. Phyſ. cum de natura actionis diſſeruimus, Ariſt. & inſinuat hoc etiam Ariſt. 10. Ad Nicomac. cap. 7. dicens, *Ab ipſa contemplatione preterquam quod fuerit contemplatus quiſpiam, euenit nihil.* Item 5. Phyſ. cap. 2. quod actionis non eſt actio, ſed ipſa eſt alterius vt terminus, & tandem 9. Metaph. c. 8. inquit, *Eius quod fit, eſt aliquid factum eſſe*, ſed in actione cognoſcitiua eſt fieri, ergo factum eſſe.
2 Quid autem ſit factum huius fieri, ſcilicet intellectionis, vt eſt actio, ipſemet docuit, & oſtendit, docens à contemplatione nihil aliud euenire, niſi quod contemplatus quis fuerit hoc autem eſt intellectio, vt qualitas eſt. Et explicatur hoc magis, quia per vnã actionem non producitur niſi vnus terminus, ergo neq; per actionem cognoſcendi; ſed producitur actus intelligendi, vt qualitas eſt, ergo. Adde, quod ſi produceretur aliquid aliud, vel produceretur per actum intelligendi, vt eſt qualitas, vel prout productio eſt qualitatis; neutrum iſtorũ, ergo. Probatur minor; Nam illa productio vt huiuſmodi, producit qualitatem, quæ eſt actus intelligendi, & in illo habet intrinſecum ſuæ actionis terminũ in omni productione neceſſarium, ergo nõ indiget alio termino: quod actus ipſe qui eſt qualitas non ſit actio productiua, patet, quia eſt qualitas. Quod verò non ſit principium, ſeu forma, per quam intellectus, ſeu potentia cognoſcitiua producit aliam qualitatem, conſtat; tũ quia actus cognoſcitiuæ potentiæ non eſt ſua natura productiuus, vt patet in viſu, nam per actum videndi non producitur alia qualitas, ſuperfluè enim omninò poneretur; tũ etiam quia non poteſt explicari ad quid poneretur illa qualitas producta per actum. Dices, vt ſtet loco
3 obiecti. Sed contra: ergo talis qualitas non poteſt per aliam, quæ ſit intellectio, produci. Probo conſequentiam; Nam obiectum, & conſequenter id, quod ſupplet vicem obiecti, debet eſſe prius ipſo actu intelligendi, ergo non poteſt produci per illum, nam principium producendi eſt priùs natura producto. Et explicatur magis; nam ſi actus intelligendi eſt prrincipium producendi verbum, ergo prius natura intelligitur potentia cognoſcens, quam producens; cum verò intelligitur cognoſcens, aliquid cognoſcens oportet vt intelligatur, ergo illius potentia, & cognitio iam concipitur terminata, ergo impoſſibile eſt, quod habeat pro obiecto terminum ab illa productum. Patet igitur ex hoc diſcurſu terminum intrinſecum, & adæquatum intellectionis, vt actio eſt, eſſe eandem, vt qualitas eſt, quæ duo inter ſe non niſi formaliter diſtingui poſſunt.

Quod autem intellectio hæc, vt qualitas eſt, ſit realiter, & formaliter idem cum verbo mentis, quod poſteriori loco promiſimus oſtendere, multis modis poteſt probari. Primùm, quia intellectio vt eſt qualitas, ad quã terminatur intellectio, 4 Intellectio vt qualitas idẽ formaliter, & realiter eſt cũ verbo mentis.

vt

vt eſt productio, nihil aliud eſt, quam ſimilitudo expreſſior obiecti, quàm ſit ſpecies impreſſa, quæ eſt principium intellectionis, qua formaliter intellectus redditur intelligens, aut videns, ſicut albedine corpus redditur album; cognoſcere autem, & intelligere obiectum nihil aliud eſt, quàm ipſum intellectui repręſentare, & hoc ipſum formaliter eſt verbum, eſt enim conceptus, & notitia mentis, & ſimilitudo expreſſa obiecti cogniti. Deinde ſupra oſtendimus nullum alium terminum eſſe intellectionis, vt actio eſt, quàm ipſammet, vt qualitas quædam eſt, ſed per intellectionem producitur verbum, ergo. Minor probatur; nã hoc cõmuniter eſt acceptum à Sanctis Patribus, & Theologis, fuitque inuentum ad explicandam generationem æterni Verbi per actum cognitionis æterni Patris; nam ſicut ibi producitur verbum ſubſtantiale per ſubſtantialem actum; (quicquid enim in Deo, ſubſtantia eſt, & ſubſtantia infinita.) Ita in nobis producitur verbum accidentale per intellectionem, quæ actio accidentalis eſt, & imperfecta. Tandem ex hoc, quod in nobis contingit, explicant Sancti, quo ad fieri poteſt, illud ineffabile myſterium generationis æternę, qua generatur ſecunda Perſona, quæ Verbũ eſt Patris. Aſcendendo igitur ab hac intellectione, quam formamus in via ad illã viſionem patriæ, idem affirmandum eſt, nam viſio beatifica eſt qualitas ab intellectu creato producta, & per eam formaliter conſtituitur Beatus intelligens, ergo verbum creatum ipſius obiecti, quod per illam qualitatem videtur, verbum appellatur, repreſentans Deum, prout in ſe eſt.

5 Augult. Adducũtur ad idẽ probãdum SS. Patres.

Pręterea id docuerunt clariſſimè Sancti Patres, Sanctus Auguſtinus enim non ſolùm generatim docuit verbum, & intellectionem non differre; ſed etiam viſionem illam beatificam eſſe verbum, lib. enim 14. de Trinit. cap. 16. tractans illa verba Pauli ad Epheſ. 4. *Renouamini in nouitate mentis noſtræ* addit, *Vt incipiat illa imago* vtique, quę eſt in mente noſtra *ab illo reformari, à quo formata eſt*. Subditque cap. 17. hãc reformationẽ paulatim fieri in hac vita, donec perficiatur in gloria; vnde concludit. *In hac quippè Imagine tunc perfecta erit Dei ſimilitudo, quãdo Dei perfecta erit viſio, de qua dicit Apoſt. Paul. Videmus nunc per Speculum, tunc autem facie ad faciem. Item dicit, Nos autem reuelata facie gloriã Domini cõtemplantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriã, tanquam à Domini ſpiritu, &c. Apoſtolus autem Ioannes, Dilectiſſimi,* inquit, *nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus, ſcimus autem, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Hinc apparet tunc in iſta Imagine Dei fieri eius plenam ſimilitudinem, quando eius plenam perceperit viſionẽ.* Sentit ergo Auguſtinus in Beatis fieri quandam perfectam ſimilitudinem Dei, & hanc fieri per viſionem, tanquam per verbum, quod per illã actionem fit, & quod ipſe cenſuerit intellectionem eſſe formaliter verbum ipſum mentis, aliud apertiſſimum eiuſdem teſtimonium in medium afferre lubet. In 15. enim de Trinit. cap. 16. prius ſic inquit, *Cogitatio quippè noſtra, perueniens ad id, quod ſcimus, atque inde formata, verbum noſtrum verum eſt.* Additq; poſtea Verbum Diuinum nõ dici propriè cogitationem, quia nõ eſt mutabile, quam imperfectionem cogitatio ſignificat. Ac non multò poſt ſubiungit. *Quamobrem cum tanta ſit in iſto ænigmate diſſimilitudo Dei, & Verbi Dei in qua tamen nonnulla ſimilitudo comperta eſt; illud quoque fatendum eſt, quod etiam cum ſimiles*

Epheſ. 4.

1. Cor. 13.

2. Cor. 3.

1. Ioan. 3.

ei

ei erimus, quando videbimus eum, ſicuti eſt, quod vtique qui dixit, hanc proculdubio, quæ nunc eſt, diſſimilitudinem attendit; nec tunc natura illi erimus æquales, ſemper enim natura minor eſt faciente, quæ facta eſt, & tunc quidem verbum noſtrum non erit falſum, neque mentiemur, neque fallemur. Ecce perfectam illam ſimilitudinem ponit in verbo, quod ibi formatur, volubiles enim non erunt noſtræ cogitationes ab alijs in alias euntes, atque redeuntes, ſed omnem ſcientiam noſtram vno ſimul conſpectu videbimus, vt ibidem ſubiungit. Et 9. de Trin. cap. 7. de eodem verbo loquitur hoc pacto. *In illa ergo æterna veritate, ex qua temporalia facta ſunt omnia, formam, ſecundum quam ſumus, & ſecundum quam, vel in nobis, vel in corporibus vera, & recta ratione aliquid operamur, viſu mentis aſpicimus, atque ita conceptam rerum veracem notitiam tanquam verbum apud nos habemus, & dicendo intus gignimus, nec à nobis naſcendo diſcedit*. Ipſa ergo notitia mente concepta, eſt verbum, quis autem neget qui æternam veritatem vident in ſe ipſa, habere in mentibus ſuis conceptam illius veritatis notitiam, habent ergo verbum. Et iterum cap. 10. *Cum itaque ſe mens nouit, & amat, iungitur ei amore verbum eius*. Et paulò poſt cap. 11. *Habet ergo animus nonnullam ſpeciei notæ ſimilitudinem, ſiue cum ea placet, ſiue, cum eius priuatio diſplicet: quo circa in quantum Deum nouimus; ſimiles ſumus, ſed non ad æqualitatem ſimiles, quia non tantum eum nouimus, quantum ipſe eſt*, ergò eo modo, quo Beati vident, & intelligunt Deum ſicuti eſt, habent in ſe notitiam illius, ſimilem illi quæ verbum eſt.

6 Clarius omnibus Anſelmns hoc ipſum aſſerit in Monolog. cap. 3. his verbis. *Nulla ratione negari poteſt, cum mens rationalis ſe ipſam cogitando intelligit, imaginem ipſius naſci in ſua cogitatione, imò ipſam cogitationem ſui eſſe imaginem ad ſui ſimilitudinem, tanquam ex eius impreſſione formatam; quamcunque enim rem mens ſeu per corporis imaginationem cupit veraciter cogitare, eius vtique ſimilitudinem quantum valet, in ipſa ſua cogitatione conatur exprimere, quod quanto verius facit, tantò rem ipſam veriùs cogitat*. Hæc Anſelmus, atque hinc colligit æterni verbi à Patre proceſſionem; qui quidem mea ſententia clarius non poterat aſſerere id, quod diximus; nam non ſolum ait in cognoſcente exprimi ſimilitudinem rei cognitæ, verùm etiã ipſammet expreſſam ſimilitudinem eſſe cognitionem; atque eo perfectiorem, quo perfectior eſt ſimilitudo. Anſelmus.

Idem probatur auctoritate ſacræ Scripturæ, & Diui Thomæ.

Cap. II.

1 Licet D. Auguſt. loco ſupra citato, lib 14. de Trin. cap. 16. hanc aſſertionem conetur probare verbis illis Apoſtoli ad Rom. c. 12. *Reformamini in nouitate ſenſus veſtri, & induite nouum hominem*, & illis eiuſdem ad Epheſ. cap. 4. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, &c. melius probatur auctoritate Ioann. 1. Epiſt. cap. 3. ſcimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicuti eſt. Et licet D. Thom. 1. par. quæſt. 12. artic. 2. ad 1. hæc verba referat ad ſimilitudinem, quæ eſt per participationem luminis gloriæ; alij ad ſimilitudinem cum Chriſto, ſecundùm immortalem corporis gloriam, vt

Auguſt. Rom. 12. Epheſ. 4. 1. Ioan 3. Thom.

ſit ſenſus ſimiles ei erimus in gloria,non amplius obſcuri,& deſpecti quia videbimus eum ſicuti eſt ideſt ſicut eſt nunc circumamictus immenſo corporis decore, atque pulchritudine. Ita

Tertull.

Tertull. lib. de reſurrectione carnis, cap.23. Ioannes Ferus in hunc locum Ioannis, Cardinalis

Bellarm.

Bellarminus lib.1. de Beatitudine ſanctorum,cap.3. in reſpon-
2 ſione ad 3. Sunt etiam qui verba hæc Ioannis de ſimilitudine intelligunt,quæ ad mores pertinet, & de imitatione iuſtitiæ. Sic Auctor Cōmentarij in Epiſt. ad Roman. ſub

Auctor cōment. in epiſt. ad Roman.

Ambroſij nomine, in illa verba Apoſtoli cap.6. *Si enim complantati ſumus ſimilitudini mortis eius ſimul & reſurrectionis erimus*, & indicat etiam Gabriel. Vaſquez 1. par. diſput.37. cap.5. dum inquit inter alias expoſitiones ſimilitudinem eſſe, quod Beatus ſit impeccabilis. Tamen illa ſententia, & interpretatio paſſim recipitur, quæ præfata verba de ſpecie expreſſa, & de verbo, quod formant Beati, videntes Deum,intelligit; imò præſens locus vnus de celebrioribus eſt, quos verſant ſcholaſtici, diſputantes de beatifica viſione, & de verbo creato, per quod intuitiuè Deum

Origen.

vident. Ita Origenes Homil.6. in

Auguſt.

Geneſ. & tract.21. in Matt. Auguſt. lib.14. de Trin. cap.17. Epiſt.112. cap.12.& 15.& ſerm.118.cap.5. &

Epiphan.

ſerm.122. c.16. Epiphan. Epiſt.60. inter Epiſtolas Hieronymi, Grego-

Greg.Papa

rius Homil.2. in Ezecchiel ſub fin. & lib.3. Moral. cap.20. & lib.18.

Molina.

cap.28.vel 32.Molin.1.p.quæſt.12.

Suar.

art.2.diſput.1.Suar.1. par. lib.2. de attribut.Dei negat.cap.11.nu.6. & videtur expoſitio conſona verbis Ioannis,verba enim illa ſequentia. *Quoniam videbimus Deum ſicuti eſt* videntur reddere cauſam formalem præcedentium, ſcilicet. *Similes ei erimus*;ita vt Apoſtolus dicat viſionem ipſam diuinæ eſſentiæ, eſſe imaginem rei viſæ, & verbum repræſentans expreſsè Deum, quo videntes ſunt, & dicuntur ei ſimiles,licet inadæquatè,non quantum in ſe repræſentari poteſt. Quæ quidem ſatis probabiliter ſint dicta, & propter auctoritatem tãtorum Patrum, & Theologorum, haud ſpernenda.

D.Thomas verò, quod ſentiat 3
Beatos videre Deum per verbum

Thom.

creatum,mihi videtur expreſſa eius ſententia; nam vbicunque ferè loquitur de verbo, non ponit illud ex indigentia obiecti, ſed ex intrinſeca ratione intellectionis, & ideo in omni intellectione ponit verbum. At verò ex intrinſeca ratione intellectionis nihil producitur in intellectu,niſi qualitas illa,quæ eſt actus intelligendi, ergo illa eſt verbum. Minor iam probata eſt ex ijs, quæ diximus in ſuperiori capite. Maior patet ex ijs, quæ inquit S. Doctor in 1.par.quæſt.27. art.1. *Quicunque autem intelligit, ex hoc ipſo quod intelligit, procedit aliquid intra ipſum, quod eſt conceptio rei intellectæ, ex vi intellectiua prouenięns, & ex eius notitia procedens, quam quidem conceptionem vox ſignificat, & dicitur verbum cordis,ſignificatum verbo vocis*. Nec valet illa interpretatio Caiet. quæ limitat verba D.Thom. contra interpretationem ipſius, vt intelligenda ſint non neceſſario, ſed permiſſiue,vnde infert Beatos in viſione beatifica non producere verbum, imò nec poſſe producere adæquatum viſioni, quia viſio, & verbum ſint prorſus diuerſa,ac propterea Angelum ſe ipſum per ſe ipſum præſentialiter etiam obiectiue habens, vanè formare verbum ſui ipſius: num autem hæc limitatio conſona ſit verbis illis D. Thom. Quicunque autem intelligit, ex hoc ipſo,quod intelligit,& c.vnuſquiſque

ex ſe indicet cum vniuerſaliter de omni intellectu, & intellectione ſaltem creata, prolata ſit propoſitio. Et quia verborum D. Thom. nullus fidelior poteſt reperiri interpres, quam ipſemet D. Thom. ponderemus alia ipſius loca, quęſt. 9. de potentia, artic. 5. in corpore, inquit *quod de ratione intelligere, eſt verbum; & quantum ad hoc non differt, vtrum intellectus intelligat ſe, vel intelligat aliud à ſe; ſicut enim cum intelligit aliud à ſe format conceptum, illius rei, quod voce ſignificatur. Ita cum intelligit ſe ipſum, format conceptum ſui, quod voce etiam poteſt exprimere*, & quæſt. 4. de verit. art. 2. in C. ita inquit, *quod verbum intellectus noſtri eſt id, ad quod operatio intellectus noſtri terminatur, quod eſt ipſum intellectum, quod dicitur conceptio intellectus, ſiue ſit conceptio ſignificabilis per vocem incomplexam, vt accidit quando intellectus format quidditates rerum ſiue per vocem complexam, quod accidit quando intellectus componit, & diuidit, &c.* Deinde paulò poſt ſubdit. *Et hoc vniuerſaliter verum eſt de omni, quod à nobis intelligitur, ſiue per eſſentiam intelligatur, ſiue per ſimilitudinem; ipſa enim conceptio eſt effectio actus intelligendi; vnde etiam quando mens intelligit ſe ipſam, eius conceptio non eſt ipſa mens, ſed aliquid expreſſum à notitia mentis. Ita ergo verbum intellectus in nobis duo habet de ſua ratione ſcilicet quod eſt intellectum, & quod eſt ab alio expreſſum.* Et 4. contr. gent. cap. 11. & 12. ſæpiſſime inquit ipſam cōceptionem intellectus eſſe interius verbum, illamque ait non eſſe rem, quæ intelligitur, neque eſſe ſubſtantiam ipſius intellectus, ſed eſſe quandam ſimilitudinem conceptam intellectu de re intellecta, quam voces exteriores ſignificant, & in Opuſc. 13. ita inquit. *Patet ergo, quod in qualibet re intellectuali, cui competit intelligere, neceſſe eſt ponere verbum; de ratione enim intelligendi eſt, quod intellectus intelligendo aliquid formet; talis autem formatio dicitur verbum, natura autem intellectualis eſt natura humana, Angelica, & diuina, & ideo eſt verbum humanum, dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, & eſt verbum Angeli dixit Angelus, &c. & eſt verbum diuinum dixit Deus, &c.* & in Ioann. lec. 1. cap. 1. inquit, quod in omni natura intellectuali neceſſario reperitur verbum, & quando intellectus intelligit ſe, & format verbum, diſcurſuque ſermonis, & humanum intellectum complectitur, & Angelicum, & in intellectione ſui ipſius, ergo ex ſententia D. Tho. non eſt ponendum verbum tantum ratione notitiæ abſtractiuè, nam Angelus intuitiuè cognoſcit ſe ipſum, & tamen format verbum. Item id demonſtrant illa verba Sancti Doctoris. *Verbum eſſe notitiam conceptus, de ratione intelligendi eſſe, quod intellectus intelligendo aliquid formet, in qualibet natura intellectuali, cui competit intelligere, neceſſe eſt ponere verbum*, quæ omnia ſatis apertè indicāt nullum intelligere noſtrum poſſe conſiſtere ſine verbo; vnde non poſſum non mirari Caietanum 1. par. quæſt. 27. art. 1. qui quamuis neget quodlibet manifeſtatiuum, eſſe de ratione verbi, tamen eſſe manifeſtatiuum, expreſſum ab alio, pertinere ad eſſentiam verbi; quomodo igitur, (ſi conſequenter vult loqui) negabit de ratione cuiuslibet intellectionis creatæ, cum quęlibet conceptio intellectus creati, ſit manifeſtatiua rei intellectæ, & expreſſa ab alio, ergo quælibet eſt verbum.

[Margin: Thom. | Pſal. 13. | Zachar. 1. | Geneſ. 1. | Caiet.]

4 Quod autem aliqui objiciunt ex ipſomet D. Thom. verbum eſſe id, in quo rem intelligimus, vt quęſt. 4. de verit. art. 2. in reſponſione ad 3. ait conceptionem intellectus non

[Margin: Thom. Expendantur diuerſa loca Diu. Thom.]

Digitized by Google

ſolum eſſe id, quod intellectum eſt, ſed id, in quod res intelligitur, & quæſt.9. de potentia artic. 5. in c. Hoc ergo eſt primò, & per ſe intellectum, quod intellectus de ſe ipſo cōcipit in re intellecta, & in Ioann. cap.1.lec.1.inquit verbum comparari ad intellectum non ſicut quo intellectus intelligit, ſed ſicut in quo intelligit, quia in ipſo expreſſo, & formato videt naturam rei intellecte. Idem repetit in Opuſc:13. Non eſt ita accipiēdum quaſi aliud ſit verbum, & aliud ipſa intellectio, & formalis conceptio; nam experimur, quod verbum; & idolum non formatur niſi dum res cognoſcitur; ſignum ergo eſt illum conſiſtere in formali conceptione, ſolet tamen dici latè loquendo, quod quando res eſt abſens, cognoſcitur in verbo, quod intellectus format de re ipſa; non quia idolum, ſeu verbum ſit obiectum cognitum, ſed quia eſt ratio attingendi rem ipſam, & ita eſt interpretandus D.Thom. Quod ſi fortè aliud inſinuat, ſat nobis ſit in ſuo teſtamento, quod eſt ſumma, id nunquam aſſeruiſſe, ſed potius contrarium, quod non ſolum conſtat ex loco ſupra citato; ſed in eadem 1. par. quæſt.85. art.2. probat ſpeciem intelligibilem non eſſe id, quod intelligitur, ſed rem repręſentatam per ſpeciem eſſe id, quod primò intelligitur; alioquin ſcientia non eſſet de rebus quæ ſunt extra animam, ſed de ſpeciebus, quæ ſunt in anima; nam eadem ſunt quæ intelligimus, & de quibus ſunt ſcientiæ, & alias ſubdit rationes, quę omnes militarent contra ſpeciem expreſſam, & verbum ipſum, ſi eſſet id, quod primo intelligitur, & id, in quo cognoſcitur res ad extra. Reſpondet Caietanus per intellectionem cognoſci verbum, vt ſimilitudo eſt, non vt eſt qualitas. Sed hoc facilè improbatur; nam qualitas illa quæ eſt verbum, eſſentialiter eſt ſimilitudo; non enim poteſt concipi vltima eius differentia, quin intelligatur tanquā expreſſa ſimilitudo eius, cuius eſt verbum, & ex oppoſito illa ſimilitudo eſſentialiter eſt qualitas, vnde per actum reflexum noſtri intellectus, quo inueſtigamus quidnam ſit verbum, cognoſcimus illud idem eſſe qualitatem, & ſimilitudinē; per actum verò directum, nullo modo id cognoſcimus, non eſt ergo id in quo, ſed id, quo obiectum cognoſcitur. Sed hæc obiter 6
ſint dicta; ſat enim eſt propoſitæ quæſtioni Beatos videntes Deum, verbum producere, & per illud cognoſcere diuinam eſſentiam, clarè, & intuitiue, ſicuti eſt à parte rei. Quod non obſcurè colligitur ex locis citatis D.Thom. Id etiam aſſerit Capreol. qui quamuis in 4. ſent. diſt.49.quæſt.5.ad argumenta contra primā concluſionem, dubitare videatur in hanc tamen ſententiam magis inclinat. Et in 1. diſt.27. quæſt.2.art.3. ad 8. contra primam concluſionem, illam planè admittit, ſicut etiam Sylueſt. in Conflato quæſt.27. Ferrar.1.contr.gent.c.53. & Sot.in 4.diſt.49.q.2. art.3. & alij communiter.

Thom. Capreol. Sylueſt. Ferrar.

7 Illud tamen non eſt prætereundum, quod quamuis interdum D. Thom. vocet verbum mentis intentionem intellectam, & præſertim quæſt.9. de pot. dicat illud eſſe primum intellectum, nunquam dicit rem ipſam, repræſentatam per verbum in illo tantum cognoſci, tanquam in obiecto immediato; ſed ad ſummum indicat ſimilitudinem illam ita repræſentare rem, vt etiam ſe ipſam manifeſtet, quod probabile eſt, dum de Beatis loquimur; veriſimile eſt enim ipſos vidēdo Deū, ſimul, & eodem actu videre viſionem, & verbum, quod de Deo formant; non quia Deum videant in illa

la imagine creata; ſed quia ita per illam vident ipſam eſſentiam, vt ob excellentiam, & ſubtilitatem illius viſionis, illam etiam reflexè videāt, participando perfectionem illam, qua Deus videndo ſe, videt ſcientiam, quam de ſe habet. Quicquid ergo ſit, an ſpecies expreſſa ſit cognita per ſe ipſam, hoc non tollit, quin repræſentet rem, prout in ſe eſt, ergo ob hanc cauſam non oportet excludere ſimilitudinem formalem, & expreſſam à Beatis; eo vel maximè, quia idem D. Thom. 4. contr. gent. cap. 11. declarat verbum non cognoſci propriè, & vt quod per cognitionem directam obiecti, ſed per reflexam.

8 Quod ſi tandem dicas D. Thom. aſſerere Beatos non videre Deum per verbum creatum, quod in q. 8. de verit. art. 1. videtur affirmare: quomodo ergo vult intellectionē Beatorum eſſe verbum expreſſiuum illius obiecti beatifici? Reſpondetur incredibile eſſe D. Thom. in ea fuiſſe ſententia, cum paſſim de viſione Beatorum loquatur, vt de forma creata. Et in 1. 2. quæſt. 3. art. 1. expreſsè doceat beatitudinem formalem, quam ipſe ponit in viſione, eſſe quid creatum, & art. 2. docet illud creatum eſſe operationem vitalem, quæ dicitur vita æterna. Et adhoc confirmandum in reſponſione ad primum affert illud Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum &c. non ergo intendit D. Thom. vt patet ex multis locis eius adductis, præſertim in partibus, vel libris contr. gent. aut in 4. ſent. excludere à Beatis actum creatum, quo vident Deum, ergò nec ſpeciem expreſſam potuit excludere.

An viſio, quę eſt Beatitudo eſſentialis, ſit eiuſdem ſpeciei in omnibus.

Cap. 12.

IN hac quæſtione poteſt eſſe æquiuocatio in termino; aliud enim eſt quærere vtrum ſit inęqualitas in beatitudine eſſentiali ideſt in viſione illa intuitiua, quæ eſt forma, qua eſſentialiter beatificamur: aliud verò quærere num ipſa inæqualitas ſit eſſentialis; poteſt enim fieri, vt conceſſa inæqualitate in beatitudine eſſentiali; diſcrimen tamen ſit intenſiuum, & indiuiduale, tantùm: priori loco hoc examinabitur num diuerſitas ſit eſſentialis, & ſpecifica; poſteriori verò, an ſtante æqualitate eſſentiali, reperiatur adhuc inæqualitas ad intenſionem, & ad differentiā indiuidualem pertinens. 1

Dicimus igitur viſionem beatificam eſſe eiuſdem ſpeciei eſſentialis in omnibus Beatis, quæ primum poteſt confirmari illa ratione D. Thom. quęſt. 9. de verit. art. 1. ad 17. quæ poteſt eſſe huiuſmodi. Gratia ſanctificans eſt eiuſdem ſpeciei eſſentialis in omnibus Beatis, ergo lumen gloriæ, ergo viſio beatifica, quæ eſt beatitudo eſſentialis. Vltima conſequentia patet, nam æqualitas, vel inæqualitas beatitudinis, oritur proximè, vt uidebimus, à lumine gloriæ, remotè autem à gratia, & ab operibus meritorijs, quæ fiunt ex gratia. Primum antecedens probatur nam gratia eſt participatio diuinæ naturæ, altioris ordinis, unde à ſolo Deo infunditur, & ad illam creatura intellectualis ſolùm eſt in potentia obedientiali; non eſt ergo, unde in gratia ſanctificante oriri poſſit diuerſitas ſpecifica, 2 Thom.

Probatur prima conſequentia; nam ſi gloria, & beatitudo eſſentialis, eſt proportionata gratiæ, ergo lumen, iuxta cuius menſuram probauimus fieri viſionem, debet eſſe proportionatum, & commenſuratum eidem principio. Deinde illa viſio quæ eſt beatitudo eſſentialis, ſpecificatur ab obiecto, & modo tendendi in ipſum; nam non poteſt in actu intelligendi, & entitate ſua intelligi differentia ſpecifica, niſi intelligatur diuerſitas aliqua, vel in obiecto, vel in habitudine ad illud; ſed obiectum viſionis beatificę eſt idem, & vnus Deus, & modus attingendi illud idem eſt ſpecificè, ergo non eſt vnde oriatur hæc diuerſitas, cum viſio illa natura ſua reſpiciat obiectum, ſicut alij actus intelligendi; dices ſicut viſio creata, & increata differunt ſe ipſis, & per entitates ſuas, ita fieri poteſt, vt duæ viſiones creatæ Dei ſpecificè differant, non ratione obiecti, ſed per ſuas entitates. Verùm magnum eſt diſcrimen, nam viſio increata eſt actus purus, & ſubſtantia, nec ab obiecto habet ſpecificationem: at duę viſiones creatæ, cum ſint in genere accidentium, ſi habent idem obiectum ſpecificum, & eumdem modum attingendi illud; vnde poſſunt differre eſſentialiter, & ſpecificè?

3 Hæ autem rationes non ſolum probare videntur, quod intẽdimus, ſi de hominibus Beatis ſermo ſit, qui, cum omnes ſint eiuſdem naturæ ſpecificæ, par eſt ordinari ad finem, & beatitudinem eiuſdem ſpeciei nec de his vllus vnquam Theologus videtur dubitaſſe; ſed etiam ſi Angelos, vel inter ſe, vel cum hominibus comparemus, nulla eſt ratio in illis fingendi diuerſitatem viſionis ſpecificam; nam cum nec Angeli, nec homines, vt vidimus, ad illam viſionem concurrant iuxta vires naturales intellectus, ſed per potentiam obedientialem, iuxta menſuram luminis gloriæ, quod eſt eiuſdem ſpeciei eſſentialis in omnibus; nihil mirum ſi à principijs ſpecie differentibus, poſſint interdum eſſe, & ſint, re ipſa effectus, vel actiones eiuſdem ſpeciei, ſi operantur non quatenus ſunt diuerſa, ſed quatenus in aliqua cõueniunt ratione; alioquin ſi viſiones eſſent ſpecie diuerſæ, quia intellectus eſſentialiter diuerſi, quorum perfectio naturalis conferret ad maiorem illius viſionis perfectionẽ, ſequeretur, quemlibet Angelum habere perfectiorem viſionem eſſentialem quocunque homine Beato, & conſequenter eſſe beatiorem; quod eſſe erroneum iure optimo inquit D. Thom. 1. par. quæſt. 108. art. 8. & in 2. diſtinct. 9. quæſt. 1. art. 8. & 3. contra gent. cap. 53. & 57. Probatur ſequela, quia maior excellentia ſpecifica non poteſt compenſari quacunque perfectione inteſiua in inferiori ſpecie; licet enim in ordine ad effectũ extrinſecum, vel humanas vtilitates, interdum multitudo, vel intenſio in re, vel forma inferioris ordinis cenſeatur æquiualere perfectiori formæ ſpecificæ, in ordine tamen ad connaturalem formæ effectum nunquam accidẽtalis perfectio poteſt cum eſſentiali comparari. Thom.

4 Sunt qui contendunt hanc aſſertionem probari illis verbis Luc. cap. 20. *Æquales enim Angelis ſunt, & Filij ſunt Dei, cum ſint Filij reſurrectionis*, ſimile quid legitur apud Matth. 22. vbi homines in reſurrectione dicuntur ſicut Angeli Dei in Cœlo; & etiam apud Marcum 12. Imò his auctoritatibus videtur id comprobare D. Thom. locis citatis. Sed re vera nec Patres, nec recentiores Sacræ Scripturæ Interpretes, locum illum ſic intelligunt; ſed ex contextu patet, vel illam æqua- Adducũtur loca ſacræ ſcripturæ.

æqualitatem intelligi quoad incorruptionem, immortalitatemque futuræ vitæ; vel etiam ad modum viuendi cœlibem, quia nulla ibi carnalis copula. Meliùs igitur probatur ſuperioribus rationibus, ac illa præſertim. Diuerſitas ſecundum ſpeciem ex diuerſitate principij ſpecifici, & particularis, non generici, deſumenda eſt. At verò ad viſionem Dei, ſiue ab Angelo, ſiue ab homine producatur, idem principium ſpecificum, & particulare concurrit; lumen ſcilicet gloriæ, & ipſa eſſentia diuina loco ſpeciei; diuerſitas autem eſſentialis, quæ eſt inter intellectum Angelicum, & humanum, eſt generica, & remota, ergo non ex illa, diiudicanda eſt diuerſitas ſpecifica viſionis. Et explicatur magis; nam eadem eſt ratio de dilectione charitatis in voluntate Angeli, & hominis, quia idem eſt principium particulare, & ſpecificum, nempè charitas.

5 Tandem hoc ipſum probatur: nam eſt communis ſententia Theologorum, tam veterum, quam recentiorum; D. Thom. qui in 1. par. quæſt. 12. loquitur de quocunque intellectu creato, ſiue Angelico, ſiue humano, inquit art. 5. Lumen gloriæ eſſe idem in omnibus, additque art. 6. inæqualitatẽ viſionis ſumendam eſſe ex maiori, vel minori intenſione luminis, hæc ſcribens. *videntium Deum per eſſentiam, vnus alio perfectius eum videbit, &c. ſed hoc erit per hoc, quod intellectus vnius habebit maiorem virtutem, ſeu facultatem ad videndum Deum, quàm alterius, facultas autem videndi Deum non competit intellectui creato ſecundùm ſuam naturam, ſed per lumen gloriæ*, ergo cum inæqualitas hæc ex D. Thom. oriatur ex intenſione luminis, lumen autem ſit eiuſdem ſpeciei in omnibus Beatis, ſequitur hanc inæqualitatem non arguere diuerſitatem viſionis ſpecificam, ſed illud diſcrimen, quod paulò poſt explicaturi ſumus. Id etiam docuit Durand. in 2. diſtinct. 23. quæſt. 2. & in 3. diſt. 14. quæſt. 1. & in 4. diſt. 49. quæſt. 6. & clarius Marſil. in 3. q. 10. art. 2. Sot. in 4. diſtinct. 49. quæſt. 3. artic. 2. Durand. Marſil. Sot.

Num omnes Beati ſimpliciter ſint ęquales.

Cap. 13.

1 HOc erat poſteriori loco examinandum, num, cum compertum iam ſit, Beatos in beatitudine illa, eſſentialiter non differre; an ſaltem aliquo pacto differant; an verò ſimpliciter, & abſolutè dicendi ſint omnes æquales. Et quod non omnes ſint æquales, concluſio eſt de fide. Et ratio ſumi poteſt ex ipſa iuſtitia diſtributiua; nam cum beatitudo detur hominibus, vt corona, & merces, in ipſa conferenda, ſeruanda eſt lex iuſtitiæ diſtributiuæ: quæ proculdubio poſtulat, vt pro qualitate laborum, & meritorum, detur præmium, & corona, ergo, cum certum ſit iuſtorum merita non eſſe æqualia nec ęqualis poteſt eſſe beatitudo illis reſpondens. Et confirmatur, quia non omnes mali æquales ſunt in pęnis, vt teſtantur verba illa Apocal. cap. 18. *Reddite illi ſicut, & ipſa reddidit vobis, & duplicitate duplicia ſecundùm opera eius, in poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum, quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit; tantum date illi tormentum, & luctum*; ergo nec boni in præmio ſunt æquales, quia non eſt Deus minus iuſtus in conferendis præmijs, quam in ſtatuendis pęnis. Imò ad benefaciendum pronus eſt magis. Apoc. 18.

2 Sunt multa loca Scripturæ ſacræ, quæ confirmant hanc veritatem.

by Google

Ioan. 14. tem. In primis illud Ioann. 14. *In domo Patris mei manſiones multę ſunt.* Nec audiendus eſt Iouinianus hæreticus, qui vt refert Hieronym. lib. 2. contra eumdem, ne cogeretur fateri diuerſos eſſe Beatorum gradus, nec omnes æqualem habere beatitudinem (ipſe enim ſentiebat omnes æquè eſſe Beatos) has manſiones de Eccleſia militāte interpretabatur, in qua diuerſi ſunt gradus, & ordines credentium. Sed aduerſus ipſum verè, & catholicè diſputās Sanctus Hieronymus docet, non has eſſe manſiones militantis, ſed triumphantis Eccleſiæ, & conſequenter diuerſos eſſe ordines Beatorum, quod ex contextu patet. Primum quidem, quia id eſt, quod Apoſtoli timebant, ne fortè quo Chriſtus ibat, non eſſet locus pro ipſis; at Chriſtus ad Patrem ibat, & ad cœleſtem beatitudinem, *vado, inquit, parare vobis locum*, deinde ex ijs, quæ ſubduntur, verbis. *Veniam ad vos, & aſſumam ad me ipſum*. De gloriæ igitur manſionibus, ſermo hic eſt, vt eſt communis Doctorum interpretatio, & etiam notat Ambroſ. lib. de bono mortis cap. 12. Et vt tota, quam propoſuimus, probetur aſſertio, notandum eſt, non ſolum multas; ſed etiam diuerſas, & impares in Cœlo eſſe manſiones, hic ſignificari; nam non ſolùm pro Chriſto, & Petro, qui primus erat Apoſtolus, ſed etiam pro alijs manſiones erant. Et tamen, ſicut certum eſt, ſicut non erant inter ſe æquales, nec cum Chriſto; ita neque æquales promittebātur māſiones. Adde quòd omnes Patres intelligunt eſſe multas, etiam propter earum varietates Gregor. Pap. lib. 4. moral. cap. 42. & lib. 9. c. 39. & lib. 35. cap. 24. & lib. 4. dialog. c. 36. & Homil. 16. in Ezecchiel. Auguſt. de ſancta virginitate cap. 26. Baſil. lib. de Spiritu Sancto, cap. 16. Ireneus lib. 3. cap. 21. Hilar. in illud Pſal. 64. Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti, Cyrill. lib. 9. cap. 31. Tertull. in Scorpiaco Hieronym. loc. cit. Theodoret. lib. 3. in Cantic. & omnes, quos vidi expoſitores, vel Theologos, de hac tractantes materia.

Probatur hæc veritas auctoritatibus ſacræ ſcripturæ.

Gregor. Auguſt. Baſilius. Irenęus. Hylarius. Tertull. Theodor.

3 Alterum teſtimonium poteſt eſſe illud Pauli 1. Corinth. 15. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum, ſtella enim à ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. Hinc Chryſoſt. Theodoret. Theophilact. Primaſius, Oecumenius Beda, Auguſtinus lib. de ſanct. Virgin. cap. 26. Hieronym. lib. 2. contra Iouinianum probant non tantùm glorioſam ſanctorum reſurrectionem, ſed etiam præmiorum diſparitatem in Cœlo, prout hic diſparia ſunt ſemina meritorum, quaſi dicat Apoſtolus, ſicut alia eſt claritas Solis, alia Lunæ, alia Stellarum; ita pariter proprium; & pro meritis diſpar Deus cuique Beato dabit corpus beatum, & glorioſum, ergo colligitur manifeſtè gloriam Animæ futuram inæqualem, cum illa huic debeat eſſe proportionata, cum illa ex hac oriatur. Nec dicendum eſt comparare Apoſtolum corpora Beatorum cum alijs corporibus non humanis: hoc enim peractum eſt illis verbis, & corpora cęleſtia, & corpora terreſtria; ſed alia quidem cœleſtium gloria, alia autē terreſtrium. Deinde de corporibus loquens Beatorum, ſubdit verba, quæ iam perpendimus. Quod confirmant verba eiuſdem Pauli prima Corint. 15. qui cum dixiſſet omnes fore in Chriſto viuificandos, addit *Vnuſquiſque autem in ſuo ordine* hoc eſt, vt exponit Hieronymus in cōmentario ſibi adſcripto, & lib. 2. cōtra Iouinianum altior, & beatior reſurget qui hìc ſanctior fuerit.

1. Cor. 15. Chryſoſt. Theodor. Theophil. Primaſius. Oecum. Beda. Auguſt. Hieron. 1. Cor. 15. Hieron.

4 Tandem ad id faciunt omnia illa

ſacrę

ſacræ Scripturæ teſtimonia, in qui-
bus pro ratione virtutis, & meriti
promittitur præmium, vt ex parabo-
la de fructu trigeſimo, ſexageſimo,
Matth. 13. & centeſimo Matth. 13. fructus au-
tem ibi vocatur vita æterna, operi-
bus bonis reſpondens; iiſq; verbis
Iouiniani errorē, qui omnium Bea-
torum præmium faciebat æquale,
confutari expoſitores communiter
ſentiunt, & quamuis applicatio Sā-
ctorum Patrum non ſit eadem; nam
ſunt, qui centeſimū fructum ad vir-
gines, ſexageſimum ad viduas, tri-
geſimum ad coniuges referant.
Alij centeſimum ad Martyres, ſexa-
geſimum ad virgines, trigeſimum
ad coniuges: vel centeſimum ad
Martyres, ſexageſimum ad eos, qui
bona propter Christum contem-
nentes, vendunt vniuerſa, quæ ha-
bent, & dant ea pauperibus; trige-
geſimum ad eos, qui contenti ſunt
præceptorum obſeruatione. Nec
deſint, qui centeſimum ad Anacho-
retas, ſexageſimum ad Cœnobitas,
trigeſimum referant ad coniuges;
ſat nobis erit, in hac expoſitionum
diuerſitate, in eo omnes Catholi-
cos conuenire, hac fructuum varie-
tate varios etiam gloriæ gradus, pro
diuerſitate meritorum in Cælo pa-
ratos ſignificari. Ad idem facit il-
Math. 7. lud Matth. 7. *In qua menſura menſi
fueritis, remetietur vobis*. Et quam-
uis Lucas cap. 6. indicet nō eadem
nobis, qua menſi fuerimus, ſed ma-
iori menſura remetiendum, iuxta
illa verba, *Menſuram bonam, & con-
fertam, & coagitatam, & ſupereffluen-
tem dabunt in ſinum veſtrum.* Verum
vtrumque eſt; & eadem, & maiori
menſura nobis remetiendum; nam
ſemper maiora bona Deus homini
confert, cum remunerat, quàm ho-
mo homini; quia tamen in exceſſu
ſemper ſeruatur proportio merito-
rum, optimè dicitur; *Eadem quippè
menſura, qua menſi fueritis, remetie-
tur vobis*. Quæ verba etiam repe-
tit Lucas immediatè poſt ea, quæ
citauimus. Vnde *eadem* ſimilitudi-
nem indicat, non paritatem. Acce-
dit etiam illud Apoſtoli, qui de
Concionatoribus verbi Dei loquēs 5
inquit 1. ad Corint. 3. *Vnuſquiſque* 1. Cor. 3.
autem mercedem accipiet, ſecundum
ſuum laborem, clarè docens merita
bonorum operum, vbi enim merces
eſt, ibi eſt & meritum, & pro quanti-
tate meritorum paratam eſſe mer-
cedem. Notandumq; eſt, non dice-
re D. Paulum, Quiſque recipiet ſe-
cundùm fructum, quem fecit, ſed
Recipiet ſecundum laborem, quia con-
cionis fructus non eſt in noſtra, ſed
in Dei, dantis incrementum, manu.
Itaque integrum laboris præmium
eſſentiale, Diuo Paulo teſte, habe-
bit ex concione, vel inſtructione
ſua quis, licet nullus ſequatur fru-
ctus; nullus hæreticus, vel peccator
conuertatur; imò ſæpè maius, quia
difficilius eſt, & magis arduum con-
cionare vbi nullus, vel exiguus ap-
paret fructus, quàm vbi concioni
multi applaudunt, vel ex concione
proficiunt: ſed hæc obiter?

Conſonat huic dicto Apoſtoli il- 6
lud aliud ipſius 2. Cor. 9. *Qui parcè* 2. Cor. 9.
*ſeminat, parcè & metet, & qui ſemi-
nat in benedictionibus, de benedictio-
nibus, & metet*: vbi non cogit Apo-
ſtolus quemquam dare, nec præ-
ſcribit quantum cuique dandum ſit;
tantùm monet pro modo largitio-
nis fore modum præmij. Et illud
2. Corint. 3. *Omnes enim manifeſta-* 2. Cor. 3.
*ri oportet ante Tribunal Chriſti, vt re-
ferat vnuſquiſque propria corporis*,
prout geſſit, ſiue bonum, ſiui malum,
ideſt ſecundum ea, quæ geſſit per
corpus proprium. Vatablus, Pro
eorum, quæ fecit portione, ideſt pro
diſparitate meritorum, demerito-
rumque, diſpares quiſque glorias
recipiet, vel pœnas. Definita eſt
hæc veritas in Concilio Florentino
in

in litter. vnion. nec de ea vllus dubitat Catholicus.

7 Ad eandem veritatem explicandam in cõcionibus, facit illud conſideratum à nõnullis recentioribus, quod licet ad omnes Sanctos ſpectet Cœlum, non ad omnes tamen ſpectat regnum Cœlorũ. Sunt enim apud Cœlicolas varia, & diſtincta nobilitatis ſtemmata, iuxta varia ſingulorum merita, alios decorat regale diadema, alios alia decorant honoris inſignia. Sic latroni in cruce conuerſo dicit Dominus. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Verũ D. Petro dicit. *Tibi dabo claues regni Cœlorum.* Non idem datur vtrique nobilitatis inſigne, ſed alteri requies offertur Paradiſi, alteri regia promittitur Cœli poteſtas. Id quod expendens D. Ambroſ. ait is qui ſub ictu mortis conuertitur, & confitetur Dominum Ieſum, meretur incolatum Paradiſi, qui vero multo ante ſe exercuit, & Chriſto militauit, acquiſiuit populorum animas, pro Chriſto ſe obtulit, habet paratũ ſtipendijs ſuis regnum, cuius ſe remuneratione donatũ gaudeat, ideo Petro dicitur tibi dabo claues regni Cœlorum, ex latrocinio conuerſus, requiem habet, in Apoſtolatu probatam accipit poteſtatem, hęc Ambroſius. Sic apud cœleſtes Ciues variantur nobilitatum inſignia, ne quis careat gloria, ſed alios manet ſplendor Solis, alios ſplendor Lunę, alios tandem ſplendor Stellarum, & vbi eſt multitudo magna, & innumerabilis triumphantium, ſunt etiã aliqui ſelectiores, Regio fulgentes ſplendore, Hinc ait Dominus. *Et ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum.* Ecce tibi vt regnum cęlorum, teneãt aliqui, qui virginitatẽ vouerunt, quaſi ſine virginitate ad regnum Cœlorum, peruenire non poſſent, ergo ſi virginitas via eſt, ad cœlorum regnũ, nuptiæ quæ virginitate carent, remanebunt in damnationem mortis? Abſit, ſalutem enim habent, & nuptiæ non habent regnum, quod proprium eſt virginitatis decus, vnde S. Sixtus ait. Hi ergo ſoli regnum Cœlorum accipiunt, qui ſe poſſeſſionis eius cauſa caſtrauerunt, Quid ergo damnauit nuptias? Abſit, ſed tantum regni gloriam illis, non vitã denegare videtur. Sic ille. Habent igitur vitam æternam omnes iuſti, habẽt pariter æternam gloriam, ſed non habent diadema regni, quod præſtantioribus, & illuſtrioribus reſeruatur meritis; ſpectat ſanè regnũ in Cœlis ad eos qui regna terrena contemnere, & calcare nouerunt, vt inde ſciant nobiles, & primarij viri, qui paupertatis vexillis nomen dederũt, quam poſſint, & Principatus, & poteſtates facere æternas. En tibi diſparitas præmiorum diſparibus reſpondẽns meritis.

Licet ad oẽs Sãctos ſpectat cœlum nõ tamen ad omnes dicitur ſpectare regnũ Cœlorum.

Luc. 23.

Matth. 16.

Epiſt. 19.

Matt. 19.

Lib. de caſtit.

Quod autem nõ neceſſariò aſſerendum ſit omnes eſſe inæquales, patet in infantibus, qui cum eodem genere remedij mortui ſunt, inſtituto, iuxta varios mundi ſtatus, ad remittendam originalem culpam, vt omnes circumciſi, morientes in infantia ante rationis vſum, erunt inter ſe æquales; omnes item baptizati, ante adultam ætatem mortui, æquales, nulla enim ratio diſcriminis, nec vllum probabile diuerſitatis fundamentum afferri poteſt; nam Baptiſmus, quantùm in ſe eſt, æqualem habet effectum, vel in æquè diſpoſito, vel vbi nulla poteſt eſſe propria diſpoſitio; at in infantibus nihil eſt ex parte baptizati, quod poteſt variare effectum, ergo æqua his omnibus per Baptiſmũ confertur gratia: ergo par etiam reſpõdet gloria. De adultis licet certum ſit non omnes eſſe æquales, incertum tamen

Non neceſſario aſſerẽdũ eſt omnes Beatos eſſe inæquales.

tamen eſt an omnes ſint inæquales, nec rationes,ſeu auctoritates allatæ id conuincunt. Et quemadmodum incertum eſt,num omnes decedentes inæqualia habeant merita: ita etiam dubium eſt, ſi de adultis loquamur,an omnes inæqualem accipiant retributionem in gloria: Nec S.Paulus inquit omnes ſtellas eſſe inęquales in claritate, & probabile eſt multas eſſe inter ſe æquales. Prætere'a ſimilitudo illa eſt,ad probãdũ reperiri in futura gloria diuerſos gloriç gradus,nõ tamen idẽtitatẽ.
8 Nec audiendus eſt Paludanus, ſentiẽs omnes homines futuros eſſe in beatitudine omninò inęquales,ea ductus ratione, quod homines erũt ęquales Angelis in multitudine, & perfectione, ſed omnes Angeli ſunt inter ſe inęquales,ergo,& omnes homines. Verum ſi admittenda eſſet omnimoda proportio hominum, & Angelorum, quantum pertinet ad diuerſos, & inæquales gradus in habenda gloria, ſequeretur omnes infantes, quibus idem genus remedij adhibitum eſt, ſine proprijs meritis decedentes; eſſe in gloria inæquales, quod videtur prorſus improbabile.Item gratis dicitur,& aſſeritur talis proportio, & de ipſis Angelis etiam incertum eſt an inter ſe ſint omnes in viſione illa beatifica inæquales. Nec etiam admittendum exiſtimo,homines aſſumi ad reparandas ſedes Angelorum, ita vt quaſi per accidens aſſumantur ad illam beatitudinem: occaſione tantùm ſumpta à peccato Angelorum; ſed per ſe primo ex primaria Dei intentione.Vnde non ſequitur etiam ſi daremus ſi Angeli,qui ceciderunt, ſtetiſſent, omnes fuiſſe in gloria inæquales, ergo homines, qui aſſumuntur in conſortium cęterorum Angelorum, impleturique ſunt cęleſtes illas ruinas, neceſſario debent eſſe in gloria inęquales.

Vineæ parabola latè exponitur Matth. 20.

Cap. 14.

VT autẽ melius probetur beatitudinem illam non dari pro Dei voluntate omnibus æqualiter, ſed eſſe mercedem parata laborantibus, iuxta laborum, & meritorum menſuram, vnus ſupereſt exponendus locus, quo abutuntur hæretici, vt fundent ſuum errorem. Hic autem eſt Matth.20. quo indicari videtur æternę beatitudinis pręmium denarij diurni ſolutione ſignificatum, ſine vllius gradus diſcrimine, æque omnibus operarijs dari; cum tamen non omnes æquè in vineæ laboraſſent. Vnde non ſolum videtur probari æqualem eſſe vitæ æternæ remunerationem; verùm etiam merita huius vitæ eſſe æqualia,quãtum vis vnus alio plus laboraſſe videatur,quandoquidem pręmia meritis reſpondent. 1

Matt. 20.

Hæc parabola non difficilis ad explicandum videretur; vel, vt ſatis dixerim, nec ſpecie quidem anſam præberet hæreticis, ſi liceret dicere eo denario diurno, non ipſam beatitudinem quam ſcholaſtici formalem appellant denotari, operationem videlicet, qua Deum ipſum attingentes, efficimur Beati; ſed vnam, eandemque eſſentiam Dei, quę eſt idem prorſus obiectum beatitudinis in omnibus, quemadmodum ſentiunt D. Auguſt. Hieronym. Gregor.4. moral. cap.31. alias 43. D.Thom.1.2.quæſt.5.art.2.& multi Theologi in 4.diſt.49. ſed non probatur; nam illa murmuratio aliquid inſolitum ſignificat. Adde,quod illud quò præcipuè parabola ſpectat, quod ſine applicatione relinqui nõ debet,id videtur eſſe, quod in æterna retributione ji, qui minus laborauerunt, æqualem cum illis mercedem 2

Prima expoſitio.

Auguſt. Greg. Papa Hieron. Thom.

cedem acceperunt, vt fierent nouiſſimi æquales primis, quod ſanè inſolitum videtur, ac per murmurationem ſignificatur. At ſi nihil aliud in parabola ſignificatur, quã ęqualitas in beatitudine obiectiua, vnde murmuratio? Et explicatur magis; nam ſi tantum in beatitudine obiectiua æquales ſunt, ergo in viſione, quæ eſt beatitudo formalis, non ſunt æquales. Tunc igitur quæro, vel in hac æqualitate Prælati ſunt qui prius ſunt vocati, & plus laborauerunt, & ſic deſtruitur parabola; falſo enim tales operarij dixiſſent. *Patres illos vobis feciſti*, vel Prælati ſunt in formali præmio, & tunc, vel militat difficultas, vel augetur iuxta modum, quo intelligitur, iſta prælata.

3 Secũda expoſitio. Alia ergo eſt expoſitio, vt comparatio fiat inter electos, & reprobos in hac parabola; quorum illi declarantur primi, hi verò nouiſſimi, & iuxta interpretationem hãc, propoſita difficultas non habet locum; nam vocati, & non electi, qui nouiſſimi appellantur, beatitudinis denarium non ſunt accepturi, ſed à Regno reijciendi; ita vt ſenſus ſit, multi, qui videntur electi, & multum in vinea Dei laboraſſe, reprobi erunt: contra verò qui videntur reprobati, & parum, aut nihil boni habere, ſalui fient. Huius ſententiæ inter recentiores, eſt Burgenſis in cap. 20. Matth. Ianſenius c. 101. concord. Euangel. Vaſq. 1. par. diſput. 47. cap. 4. & ex antiquis indicat Baſilius in regulis breuioribus in 225. & poſt ſuaderi ex verbis, quę ſtatim Chriſtus adiungit in fine parabolę, *multi enim ſunt vocati, pauci vero electi*, quibus verbis reddit rationem cur nouiſſimi ſint primi, ſcilicet quia electi; & contra cur primi ſint nouiſſimi, ſcilicet quia non erãt electi, ſed reprobi: hoc igitur ſibi velle videtur Chriſtus in hac parabola.

Ianſen. Vaſq.

Quemadmodum Pater familias iſte, vbi ſerum diei aduenerat, iuſſit Oeconomo ſuo præter omnem expectationem operarios quidem vnius, eiuſque vltimę, & ad operandum commodiſſimæ horæ, ſingulariter honorarę, primis, inquam, ipſis mercedem ſoluere mercedemque multò ampliorem, quam vel ipſi, vel alij iudicarent, vnius horæ labore eſſe promeritam; operarios verò vnius diei longè poſt habere, vltimis mercedem numerare, nec maiorem, quàm pactus fuerat. Et quamquam parem illorum mercedi, eiuſmodi tamen, quæ nihili fieret, ſi horum labor, cum illorum conferretur, idque egit rectè, nullius repræhenſioni meritò obnoxius, erga illos benignus, ergà hos iuſtus ſic in regeneratione, & conſummatione ſæculi, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, iudex à Deo Patre conſtitutus, vt reddat omnibus mercedem, ſecundum ea quæ geſſerunt in corpore; multi, qui in hoc ſeculo abiectiſſimi fuerint, nec quicquam viſi fuerint agere, quod eximio aliquo præmio foret dignum, ac proinde nullo, inter homines fuerint loco, nulliuſque facti, quin perſequutionibus potiùs, quàm laudibus hominum obnoxij, quales vos, qui ſequuti eſtis me, alijque qui meâ cauſa reliquerint ſua, tunc donabuntur vita ęterna, & quidem inter primos, multum, his ipſis, alijſque admirantibus, honoris, quo præter opinionem, affecti fuerint, excellentiam, & è diuerſo multi qui nunc primas tenent, videnturque ſibi; atque alijs pro Dei ſeruitute labores ferre intolerabiles; tam vt alios, quam vt ſemet ipſos gubernent in Dei cultu contineãt aſſiduos, ad Dei cultum, dilapſos reducant alienos adducãt, quemadmodum ſcribæ, & Phariſæi Primateſque Iudæorum plerique,

qui ieiunans bis in ſabbato, decimas dant omnium, videntur regere populum, circumeunt mare, & aridam, vt faciant vnum proſelythum, & tunc nullo erunt in honore, nullius fient, excludentur à vita æterna, atque adeo amandabuntur in tenebras exteriores. Hic erit iuſta obmurmurandi cauſa, poſtquam videbunt honoribus, opibus, aliiſque huiuſmodi bonis hac in vita acceptis, quæ pluris fecerunt; quàm vitam æternam, contemptos ſe eſſe debere. Nec quicquam proficiet inuidia, liberali Dei miſericordia defendente, ſi quid in illos alios collatum ſit, quod iuſtitia non debuerat: præter hoc, quod non ex laboris diuturnitate aut magnitudine de operum meritis iudicet Deus, quemadmodum homines.

4 Obiectio. Solet contra hanc expoſitionem illud communiter obijci, quod violentiam inferat parabola à principio vſq; ad finem. Quomodo enim dixit Pater familias procuratori *voca operarios, & redde illis mercedem*, ſi non omnes fuerunt illa digni? item *tolle quod tuum eſt, & vade*, ſi nihil præmij illi debetur ex iuſtitia? dicere autem, *tolle quod tuum eſt*, ideſt peccatum, & præmium eius, vt multi exponunt, quis non videat extortam eſſe expoſitionem. Præterea intelligere illud, *tolle quod tuum eſt, & vade*, de præmio aliquo huius vitæ, quo etiam qui damnantur, donari ſolent, & deinde in infernum mitti, ſicut interpretari videtur Baſilius in regulis breuioribus, interrogatione 255. nec conſonum eſt literæ; nam quomodo rectè applicatur illud, *volo huic nouiſſimo dare ſicut, & tibi*, ſi nullum præmium commune omnibus fuit, ſolet etiã obijci, quod hæc expoſitio non cõſona ſit contextui, & præſertim illi propoſitioni c. 19. Matth. ad quam probandam inducta eſt parabola. Baſilius. Matt. 19.

Propoſitio verò eſt. *Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi*, inducta igitur eſt parabola ad oſtendenda iuſtorum merita, & retributionem ex iuſtitia, iuxta cuiuſque opera, & labores, nam ibi, vnde eius propoſitionis occaſio ſumpta eſt, de meritis agebat Chriſtus, & præmijs; dixerat enim adoleſcenti, Matth. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me*, hoc meritum eſt. *Et habebis Theſaurum in Cælo*, hoc èſt præmium. Dixerat Petrus *ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* præmium vtique pro meritis poſtulat. Reſponderat Chriſtus. *Amen dico vobis, quod vos qui ſequuti eſtis me; in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael*, præmiũ vtiq; promittit; adiunxit & generalem ſententiam. *Quicunque reliquerit domum, vel fratres*, &c. & hoc meritum eſt, Centumplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit: & hoc præmium: adiecit continenter, *multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi*: ſignificat ergo propterea multos primos, nouiſſimos futuros eſſe; quia quamuis primi venerant ad vineam; minus tamen laborauerunt. En igitur quod de iuſtorum meritis ſermo eſt, & de retributione ex iuſtitia, & ad hoc probandum inducta eſt parabola, ergo ſtatuendum eſt omnibus parabolæ operarijs præmium aliquod commune, licet retributionis gradus diuerſi.

Sed adhuc poteſt ſuſtineri, præfatã expoſitionem eſſe hærentem litteræ, & ſi conſideremus quæ ſint quaſi propriè parabolæ membra, ſine quibus ſtare eius ſententia non poteſt; quæ vero adiuncta, quæ emblemata vocari ſolent, vel ad explican- 5 Solutio.

plicandam, vel narrandam parabolæ narrationem, nullam videbimus à ſic interpretante inferri vim verbis; cum enim ex præcedenti capite acceptum ſit, Apoſtolos, qui in hoc ſæculo abiectiſſimi erant, præter opinionem in regeneratione propter honoris, & pręmij excellentiam, alijs eſſe præferendos, ſcribas verò & Phariſæos, qui primas tunc videbantur tenere, nullo futuros eſſe in honore, quin etiam vita excludendos æterna; ad id probandum inducitur parabola, in qua præter omnium expectationem operarij quidem vnius, eiuſque vltimæ, & ad laborandum commodiſſimæ horæ, ſingulariter ſunt honorati; operarij autem totius diei longè poſthabiti; vt nuper explicauimus. Hic parabolæ finis. Quæ ad hunc finem conferunt, membra quaſi propria parabolæ, ac neceſſaria; dicenda ſunt; cætera verò Emblemata ad explicationem, & ornamentum parabolæ appoſita. Quamuis igitur in parabola nouiſſimi, & primi eandem dicātur accepiſſe mercedem, nempè denarium; non tamen in re per parabolam ſignificata intelligendū nouiſſimos, & primos eandem accepturos eſſe mercedem; ſed ad hoc ſolum illud adducitur, vt oſtendat Dominus eiectis Phariſæis nullam fuiſſe factam iniuriam; quia de ſuo nihil ablatum eſt, vnde illud. *Nonne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & vade*; ſecundum analogiam, & proportionem quandam rei ſignificatæ per parabolam, ſunt accomodanda, ad id dilucidiùs ſignificandum, Phariſæis, & ſcribis eiectis, nullam factam eſſe iniuſtitiam, nullam iniuriam. Illud verò, quod vltimò additur. *Volo autem, & huic nouiſſimo dare ſicut, & tibi*; ita accipiendum eſt; non quod nouiſſimi facti ſint æquales primis, ſic enim eadem eſſet omnium ſors, ſed quod Prælati fuerint. Illud igitur, *dare huic ſicut, & tibi*; perinde eſt, atque hunc nouiſſimum tibi ante ponere. Quam interpretationem non eſſe violentam, patebit ex ſequenti, quæ magis communis eſſe videtur, & in exponendis his verbis cum hac prorſus conuenit. Patet igitur hanc expoſitionem tum ex ſolutione eorum, quæ objciebantur; tum etiam ex contextu ipſo eſſe valde probabilem, & ex illo potiſſimum; nam cum in fine parabolæ repetantur illa verba, *ſic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi*, quæ etiam ipſam immediatè præceſſerant, ſatis ſic indicatur, parabolam productam ad declarādum id, quod concludendo infertur; cui, vt conueniat quod in fine additur à Domino. *Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi*, fatendum eſt per hæc verba declarari quinam ſint nouiſſimi, quiue primi.

6 Defēditur communis expoſitio.

Quoniam autem parabolæ pleraque ſic dicta ſunt à Domino, vt varijs poſſint modis explicari, ac varijs vſibus ſeruire, & quia ſcripturæ fertiles ſunt, ſub ijſdem verbis varia vtiliter ſignificantes, non eſt reijcienda communis illa parabolæ huius expoſitio, qua intelligitur ſignificari hac parabola primos, & nouiſſimos eadem donandos fęlicitate; nec quicquam iſtis obfuturum, quod nouiſſimi ſint vocati, aut illis ideo melius futurum, quia primi vocati fuerint.

Finis igitur parabolæ ſecundum hanc expoſitionem eſt mercedem vitæ eternæ, non tempori, quo quis laborauit, ſed labori, & operi, quod fecit, reſpondere; ſæpè enim fieri, vt aliquis vna hora tantum laboret, quantum alius tota die, ideoque æqualem mercedem, ideſt eumdem denarium accepturum eſſe, eodem planè ſenſu, quo ſapiēs dixit ſap. 4. *Conſummatus in breui expleuit tem-*

pora

Digitized by Google

pora multa, ideſt cum breui tempore iuſtus vixerit; tantùm fecit boni, quantum multi, qui longo tempore vixerunt, ac propterea non debere quemquam antiquitate vocationis ſuæ gloriari; *erunt enim multi primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi*. Hæc expoſitio eſt conſentanea Patribus omnibus, qui parabolam illam intelligunt de denario vitæ æternæ, vt conſtat ex Gregorio Papa Homil. 16. in Ezzecchiel. Nazianzeno orat. 40. Auguſtino locis ſupra citatis, & Homil. 59. de Verb. Dom. Tertull. lib. de Monogam. cap. 13. Hieronym. lib. 2. contr. Iouinian. & in Matth. Anſelmo Chryſoſtomo cum Græcis in eumdem locum. Hanc ſequuntur recentiores Maldonatus in Matth. Suar. 1. par. li 2. de attribut. Dei negat cap. 19. & eam probabilem cenſet Ianſenius in ſua concordantia, cap. 101.

Tertull. Hieron. Anſelmus. Chryſoſt. Maldonat. Suar. Ianſen.

7 Verùm ſi de ſolis electis ſermo eſt, quomodo primi murmurabant aduerſus Patrē familias? num murmuratio in Regno Cœlorum, vbi inæqualitas in mercedis ſolutione, vnde querimonia illa orta eſt, ſi omnes ſingulos denarios acceperunt: Imò hinc colligi poteſt æqualitas gloriæ, & meritorum, iuxta hæreticorum errorem, & tandem ſi de electis tantum in parabola agitur, cur illam ſententiam Chriſtus adiunxerit, *multi enim ſunt vocati, pauci verò electi*, cum minimè præcedenti congruere videatur? Hæc, & ſimilia contra communem hanc expoſitionem obijci poſſunt, ex quorum ſolutione magis confirmabitur.

8 Quod igitur de murmuratione opponitur, emblema eſt; nec enim ſignificatur aliquos ex ijs, qui vitam æternam ſunt accepturi, murmuraturos eſſe, propterea quod alij in ea gloriam accipiant. Poteſt autem ſecundum quamdam analogiā, & proportionem, rei ſignificatæ accomodari, vt ſcilicet indicetur admiratio ſolum ex ignorantia profecta, quod nouiſſimi exiſtimarentur minus in hac vita laboraſſe cum tamen re vera pluſquam priores, aut æqualiter meriti fuerit; fit enim interdum, vt aliquis temporis tarditatem ſollicitudine, & diligētia compenſet, & pluſquam alij, qui primo vitæ ſuæ tempore virtuti ſtuduerunt, apud Deum mereatur. Et hoc etiam habet aliquid inſoliti, ac proinde fini parabolæ optimè quadrat. Quod ſi ita eſt, rurſus quis objiciet nō reſpondiſſet Paterfamilias. *Nonne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & vade: volo huic nouiſſimo dare ſicut, & tibi, an non licet mihi quod volo facere?* Quibus verbis videtur ſignificari denarium nō ex merito, & iuſtitia, ſed ex ſola Patrisfamilias voluntate datum eſſe, ſed oſtenderet nouiſſimos tarditatem temporis ſollicitudine, & labore ſuperaſſe. Sed optimè reſpondet Maldonatus, voluiſſe Patremfamilias decorem perſonæ ſeruare; non enim conueniebat perſonę Patrisfamilias, vt vili operario declararet cur tantùm nouiſſimis, quantùm primis daret. Sed ſi æqualem mercędem, vnde inæqualitas, murmurationis occaſio? Sed in promptu eſt reſponſio: nouiſſimos in eo fuiſſe cęteris Prælatos, quod cum nouiſſimi veniſſent, primi omnium denarium acceperunt, ac eumdem denarium cum tantùm vna hora, cęteri tota die laborauerint. Ad illud verò de connexione illius ſententiæ, *Multi enim ſunt vocati*, &c. reſpondetur, quod quemadmodum Chriſtus Matth. 19. ex occaſione vnius adoleſcentis, qui diuitijs ſuis impeditus, Euangelica conſilia ſequi noluerat, generalem ſententiam de omnibus diuitibus, & non iam de Conſiliorum, ſed de præcepto-

Soluitur quod de murmuratione opponitur.

rum obſeruatione concluſit difficilè eſſe diuitem in Regnum Cęlorum introire: ita hic cum probauerit per parabolam nõ omnes æqualem mercedem recepturos eſſe, ſed futuros multos primos, nouiſſimos, multos nouiſſimos primos, quia non omnes, qui vocati veniunt ad vineam, eadem laborant diligentia; concludit deinde generalius, non omnes, qui vocati ſunt, mercedem accepturos; quia plerique vocati venire noluerunt &c.

9 Atque non modo ex priori expoſitione, ſed ex hac etiam non ſolum non colligitur æqualitas meritorum, & gloriæ, vt ſomniant hæretici, ſed colligi poteſt inæqualitas fundata in gratia, cum dandum ſit illud præmium, vt merces meritorum. Sed de huius inæqualitatis radice, diffuſius in ſequenti capite.

Inæqualitas viſionis in Beatis vnde oriatur tum proximè, tum remotè.

Cap. 15.

1 SVppoſito hoc, viſionem illam beatificam fieri effectiuè à vidente, & non infundi à ſolo Deo, item intellectum Beati nõ concurrere ad viſionem virtute naturali, vt naturalis eſt, ſed vt eleuatum per ipſummet lumen glorię, ad quam eleuationem tam eſt aptus intellectus imperfectus, ſicut intellectus perfectiſſimus, quę iam explicata ſunt, cũ de munere luminis gloriæ; ſi conſequenter loqui volumus, dicendum eſt proximam cauſam, & radicem inæqualitatis, illam inquam, quam Phyſicam appellamus, poſitam eſſe in lumine gloriæ, Itaq; qui habuerit perfectius lumen, perfectius videbit, etiam ſi habuerit intellectum minus perfectum. Ita D. Tho. in 1. par. quæſt. 12. art. 6. in C. *Facultas autem videndi Deum, non competit intellectui creato ſecundùm ſuam naturam, ſed per lumen glorię, quod intellectum in quadam Dei formitate conſtituit, &c. Vnde intellectus plus participans de lumine glorię, perfectiùs Deum videbit*. Et iterum in reſponſione ad 3. *Diuerſitas videndi non erit ex parte obiecti; quia idem obiectum omnibus præſentabitur, ſcilicet Dei eſſentia, nec ex diuerſa participatione obiecti per differentes ſimilitudines, ſed erit per diuerſam facultatem, non quidem naturalem, ſed glorioſam*. Ex quibus D. Tho. verbis poteſt formari hæc ratio, ad cõfirmandam ſuperiorem, ſatis valida. Intellectui creato competit videre Deũ per lumen glorię, ergo habenti perfectius lumen, dabitur etiam perfectiùs videre Deum. Conſequentia clara, per illam regulam ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter; ita magis ad magis. Idem inquit Ferrar. 3. contr. gent. cap. 55. & 58. Sot. in 4. diſt. 49. q. 3. artic. 2. Medin. 1. 2. q. 3. art. 2. & recentiores cõmuniter.

Thom. — Beatus habens perfectius lumẽ, perfectius etiam videt Deum. — Ferrar; Sot. — Medin.

2 Si autem de cauſa magis remota ſermo ſit, quæ potiùs ratio moralis dici poteſt, eſt diuerſitas meritorũ, gratiaque Dei, quæ radix eſt omnis meriti. Hoc inquit clarè idem Diu. Thom. loc. cit. 1. par. in C. in hæc verba. Vnde intellectus plus participans de lumine glorię perfectiùs Deum videbit, plus autem participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de charitate &c. Vnde qui plus habebit de charitate, perfectiùs Deũ videbit, & Beatior erit. Poteſt probari etiam omnibus illis auctoritatibus, quibus ſupra demõſtrauimus. Beatos in Beatitudine nõ eſſe ęquales, ſed iuxta menſuram laborum, & meritorum dari in cęlo gradus gloriæ. Huc facit etiam illud Paul. ad Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna*, quia operibus ex gratia factis debetur illud

Plus participabit de lumine gloriæ q plus habet charitatis. — Rom. 6.

lud præmium, & gratuita ſua ordinatione etiã Deus decreuit, & promiſit iuxta laborum, & meritorum menſuram iuſtorum operibus præmium dare vitæ æternæ; ſine qua promiſſione vita illa nõ eſſet eis debita.

3 Sed hanc aſſertionẽ, viſionis ſcilicet gradus, gradibus reſpondere meritorum, & charitatis, pulchrè probat Gregor. Nazianz. orat. 34. quæ eſt ſecunda de Theologia, & orat. 26. quæ eſt de moderatione in diſputationibus ſeruanda, illis verbis Apoſtoli 1. Cor. 13. *Nunc cognoſco ex parte; tũc cognoſcã ſicut & cognitus ſum:* aſſerens duplicem eſſe diuinam cognitionem: alteram, qua ſecundùm ſuã naturã omnia cognoſcit, quæ ſimpliciſſimus dicitur intuitus, omnia proſpiciens, & penetrans; alteram verò, qua peculiariter ſuos cognoſcit, quadam cum affectione, in eis ſimulacra agnoſcens, & notas ſuas integras, & omninò imaginem ſuam, quę ſecundùm gratiam producta eſt, quæ nullis in partibus ab exemplo principe receſſit, & prorſus dona ſua ſupernaturalia illibata, & intacta, iuxta hanc poſteriorem cognitionis ſignificationem intelligit Gregor. Nazianz. dictum Apoſtoli, vt tantum cognitionis, & viſionis impertiat vnicuique in altera vita, quantùm puritatis, & ſanctitatis in illo cognoſcit in præſenti vita.

Greg. Naz.

Omnes Beati, videntes eſſentiam diuinam neceſſario vident omnia Attributa, quæ in ea formaliter ſunt, & ſimul vident tres Perſonas. Cap. 16.

1 HAec difficultas propoſita, vt dilucidiùs diſcutiatur, tollẽda eſt ante omnia ęquiuocatio? cum enim quærimus an Beati videntes eſſentiam diuinam, videant clarè, & diſtinctè Attributa, & relationes; Illud, diſtinctè, multipliciter poteſt accipi. Primùm vt diſtinctio opponatur vnitati, & ſe habeat ex parte actus cognoſcendi, ſeu videndi. Et hoc modo diſtinctè videre Attributa, idem erit, quod diſtinctis actibus, & conceptibus illa videre, & concipere. Deinde poteſt dici cognitio diſtincta ex parte rei viſæ; & tamen vt diſtinctio etiam opponatur vnitati: & hoc modo cognoſcere plura diſtinctè, erit cognoſcere illa vt diſtincta. Tandem cognitio diſtincta accipitur ita vt diſtinctio nõ opponatur vnitati, aut actus, aut obiecti, ſed impropriæ, & confuſæ cognitioni; ita vt illud dicatur diſtinctè cognoſci, quod proprio cõceptu, & non communi tantùm cognoſcitur. Et hoc eſt potiſſimum, quod quærimus, Num videntes Deum, & eſſentiam diuinam videant neceſſariò diuina Attributa, & Perſonas diuinas, prout in ſe ſunt, & à parte rei.

Declaratur titulus quæſtionis ne committatur æquiuocatio.

Dicimus igitur omnes videntes Deum videre, & perſpicere omnia Attributa, & omnes diuinas Perſonas, prout in ſe ſunt. Probatur primùm, quia illa viſio cuiuſcunque modi, & rationis fingatur, eſt ex natura ſua quidditatiua, & intuitiua cognitio eſſentiæ, quia aliàs non eſſet viſio, de qua agimus, ergo neceſſe eſt, vt habeat proprietates intrinſecus eſsẽtiales intuitiuę cognitioni, ergo neceſſe eſt, vt ex natura ſua repręſentet eſſentiam, cum idẽtitate, & intima cõiunctione, quam habet cum relationibus, & attributis. Et confirmatur; Nam ſi in Deo nõ eſſet Sanctiſſima Trinitas Perſonarum, ſed eſſet vna tantùm Perſona diuina, vt crediderunt Philoſophi, quis diceret, videntem intuitiuè eſſentiam diuinam, non videre Perſo- 2

nam illam? idque propter ſummam identitatem eſſentię, cum illa perſona; ſed nõ minor identitas eſt ex natura rei ſingularum perſonarũ cum eſsẽtia diuina, quàm eſſet illius perſonæ cum eadem eſſentia alioqui modo non eſſet ſumma ſimplicitas in Deo, ſed minor, quàm tunc eſſet, ergo neceſſariò, videns intuitiuè Deum, videt tres Perſonas diuinas. Præterea eſſentia, & relatio non ſolùm ſunt idem, ſed ita inter ſe connexa, vt eſſentia ex vi ſuæ rationis eſſentialis petat terminari per relationes, ergo cum illa viſio ſit clara, & intuitiua, videt eſſentiam, ſecundum omnia prædicata eſſentialia, ergo videt omnes relationes. Prima conſequentia patet ex ratione viſionis claræ, & intuitiuæ, quæ poſtulat, vt per eam videatur res quo modo eſt, & ſecundùm conditiones exiſtentiæ, quas à parte rei habet, & ſecundùm propriam rationem formalem, quam re ipſa habet. Probatur vltima conſequentia, quia vnum ex his prædicatis eſſentialibus eſt, quod illa eſſentia ſit infinita, & ita fęcunda, vt poſtulet communicari omnibus, & his tribus Perſonis, ita ut non alijs; eaque communicabilitas ſit per modum actus, & omninò actualis in illa natura, ergo vidẽtes intuitiuè talem naturam, neceſſariò vident tres Perſonas. Et quemadmodum non videtur intuitiuè perſona, quin videatur eius incommunicabilitas: ita non poteſt videri eſſentia diuina, quin videatur eius cõmunicabilitas, & conſequenter tres Perſonæ, quibus eſt communicabilis, imò quibus communicatur, cum ſit omninò actualis, nec poteſt clarè, & diſtinctè concipi ſine ſuo termino.

3 Quod ſi Beati vidẽtes Dei eſſentiam neceſſariò vident tres Diuinas Perſonas, quo negari poteſt id ipſũ de attributis? nam cum illa viſione videatur Deus ſicuti eſt, hoc eſt in ſua entitate, & natura, cõceptu proprio, & ita dicam, indiuiduali ipſius Dei, hoc enim eſt videre Deum ſicuti eſt, ergo neceſſe eſt videre in Deo totam illam perfectionem, quę à parte rei eſt eadem realiter, & formaliter cum Deo. Et quemadmodum non poteſt quis intuitiuè, & clarè videre naturam hominis, nec indiuiduam naturam Petri, quin videat quicquid à parte rei eſt idem formaliter cum homine, & cum Petro: Ita Beatus videndo intuitiuè ipſam eſſentiam diuinam, neceſſariò videt Attributa, quæ identificantur realiter, & formaliter cũ illa quemadmodum dictum eſt de Perſonis. Imò multò magis id concedendum eſt de Attributis; nam quamuis eſſentia, & Perſona, ſeu relatio identificentur, non tamen ſunt adæquatè idem, quia non cum quocunque identificatur eſſentia, identificatur relatio. Et præterea Pater æternus communicat Filio ſuam eſſentiam; non tamen ſuam relationem. At verò Attributa, ſeù illa vna ſimplex perfectio abſoluta, quæ per modum plurium Attributorum nũc à nobis concipitur, adæquatè identificatur cum eſſentia diuina, nec poteſt cõmunicari eſſentia, quin cõmunicentur Attributa, ergo, argumentãdo à minore ad maius, poſſumus concludere; Si videntes eſſentiam diuinam clarè, & intuitiuè neceſſario vident relationes, de quibus quidẽ minus videtur eſſe, ergo multò magis id affirmandum eſt de Attributis, vt viſa eſſentia per clarã, & intuitiuam cognitionem, neceſſariò ipſa quoque videantur.

Beati vidẽtes Dei eſſentiã neceſſario vident tres Perſonas diuinas.

4 Sed objiciet aliquis cum cõmunicari poſſit eſſentia diuina non cõmunicata relatione, poteſt etiam videri clarè, & intuitiuè non viſa relatione. Verùm negatur cõſequentia, & inſtantia eſt manifeſta in relationibus

Obiectio.

Solutio.

nibus creatis; paternitas enim & filiatio ita ſe habent, quod pertinet ad rē ipſam, vt alicui perſonæ vniatur paternitas, cui nō vnitur filiatio; in ordine autem ad cognitionem, ita ſunt connexæ, vt vna non poſſit ſine alia cognoſci. Ratio autem diſcriminis eſſe poteſt, quia cognitio propria, & intuitiua rei habet connexionem cū omnibus alijs rebus, ad quas illa dicit habitudinem. At verò communicatio, ſeu vnio, cum ordinetur ad ſubſtinendum, vel conſtituendum intrinſecùs ens, non habet connexionē cum omnibus alijs rebus, quæ extrinſecæ ſunt enti illi ſubſiſtenti, & cōſtituto; licet ad eas intrinſecam dicat habitudinem. Et confirmatur magis; nam proprietas Filij Dei potuit vniri naturæ humanæ non vnita paternitate, licet ſine paternitate videri non poſſit etiam ſecundùm Scot. Valet igitur argumētum Beati videntes intuitiuè eſſentiam diuinam, neceſſariò vident relationes, & Perſonas diuinas, ergo neceſſariò etiam vident Attributa.

5 Quod ſi quis obijciat, ſi neceſſariò vident Attributa, ergo omnipotentiam, ergo omnes creaturas poſſibiles. Probatur vltima conſequentia (prima enim probatione non indiget) quia neceſſaria eſt connexio inter creaturas, vt poſſibiles, & Dei omnipotentiam, ergo ſi ex vi huius connexionis viſa omnipotētia, vna, vel altera videtur, neceſſario omnes videntur. hæc enim ratio habet locum reſpectu omnium creaturarum poſſibilium; Nam cum nō maior ſit connexio inter hanc, vel illam creaturam, & omnipotentiam diuinam, & inter omnes creaturas poſſibiles, & eandem; ſequitur, ſi ex vi huius connexionis, viſa omnipotentia, vna vel altera videtur, videri pariter omnes. Verùm conceſſa prima conſequentia, negamus ſecundam; illa enim connexio inter duo extrema non eſt qualis intercedit inter duo correlatiua; ita vt quælibet creatura poſſibilis ſit correlatiuum illius potentiæ; inadæquatum tamen; omnes verò creaturæ poſſibiles, collectiuè ſumptæ; adæquatum, ſed eſt connexio, qualis cernitur inter cauſam, & effectum; nec illam inquam, cauſam, quæ natura ſua ſit aptata ad effectum, & exiſtens in rerum natura propter illum; ſi enim per impoſſibile homo non poſſet eſſe, nec aliæ creaturæ poſſibiles, non modo non implicaret Deum eſſe, & totam illam entitatem, & formalitatem, quam intrinſecus dicit omnipotentia, ſed nec etiam fruſtra diceretur eſſe, ſicut nec fruſtra eſſet Deus contra verò per locum intrinſecum ſequeretur, ſi nō eſſet Deus, & eius omnipotentia, implicare contradictionem hominem eſſe, & omnes alias creaturas, quæ nunc dicuntur poſsibiles. Si igitur cum de cauſa creata ſermo eſt, quæ eſt aptata ad effectum, non ſequitur, cognita quidditatiuè cauſa, cognoſci omnes effectus in particulari, niſi comprætendatur ipſa cauſa; multò minus inferendum eſt cognita clarè, & intuitiue omnipotentia diuina, cognoſci neceſſario omnes creaturas poſsibiles in particulari. At nullus alius intellectus comprꝛhendit Dei omnipotentiam, niſi tantùm diuinus. Dicimus igitur viſo Deo, videri omnipotentiam diuinam, ac ipſa clarè cognita, videri omne creabile eſſe poſsibile ex vi talis potentiæ Dei: quamuis non videatur in particulari quidnam illud ſit quod ſub obiecto creabili comprehenditur; licet enim omnipotentia Dei ſit alterius ordinis à qualibet potentia creata, & nō recipiat ſpeciem à ſuo obiecto, ſicut inferiores potentiæ, nec relationem ad illud habeat;

Alia obiectio.

Solutio.

Digitized by Google

habeat;in hoc tamẽ habet aliquam conuenientiam, quod neceſſe ſit habere aliquid per modum obiecti, quod neceſſariam habeat connexionem cum illa natura;non quia ipſa ab obiecto pendeat, ſed quia potius obiectum in ſuo eſſe pendet, & in ſua poſsibilitate quaſi conſtituitur, ſeu denominatur à tali potẽtia, ergo ſicut aliæ potentiæ non poſſunt cognoſci ſine obiecto, ſaltem adæquato: ita neque omnipotentia Dei clarè videri poteſt ſine coniunctione cum obiecto poſsibili, ſeu creabili, vt huiuſmodi, nam illud eſt tanquam obiectum adæquatum.

6 Probatur hæc veritas auctoritate D. Thomæ. Hæc ſententia eſt D. Thom. qui in 1. par. quæſt. 12. art. 7. in reſponſione ad 2. inquit Beatos non comprahendere Deum, non quia non vident quicquid in eo eſt, ſed quia non perfectè vident. Et ibidem in ſolutione ad 3. explicat hanc perfectionem non eſſe conſiderandam ex parte obiecti, ſed ex modo videndi; nam obiectum totum videtur, & omnis modus, qui in ipſo eſt, ſcilicet, quod infinitè exiſtat, & infinitè ſit cognoſcibilis, quamuis non infinitè videatur: quæ & de attributis, & de perſonis æquè intelliguntur. Et in 3. par. quæſt. 3. art. 3. loquens de abſtractione eſſentiæ à perſonis inquit qui cognoſcit Deũ ſicuti eſt, non poſſe circumſcribere aliquid à Deo, & clariùs 2.2. q.2. art. 8. ad 3. ait, *ſumma bonitas Dei ſecundùm modum, quo nunc intelligitur per effectus, poteſt intelligi abſque Trinitate perſonarum, ſed ſecundum quod intelligitur in ſe ipſo, prout videtur à Beatis, non poteſt intelligi ſine Trinitate perſonarum*, vbi Caiet. latè diſputat contra Scot. Eſt etiam non modo D. Thom. ſentẽtia; ſed communis Theologorum, Bonauent. in 3. diſt. 14. art. 1. quæſt. 2. & in 4. diſt. 49. art. 1. quæſt. 6. Riccard. artic. 2. quęſt. 8. Durand. q. 1. num. 28. Maior. quæſt. 2. Hẽrici quodlib. 13. quæſt. 1. & omnium Thomiſtarum, præſertim Sot. qui latius hoc diſputat, licet ipſe in 4. diſt. 49. quæſt. 3. art. 3. concluſ. 2. loquens de cognitione perſonarum, cum diſtinctione quadam loquatur, ſed communiter reijcitur.

Caiet. Riccard. Durand. Maior. Henriq. Sot.

Num probetur hæc aſſertio illo Ioannis 14. Philippe qui videt me; videt & Patrem meum.

Ioan. 14.

Cap. 17.

1 SVnt qui ad vnitatem naturæ, & eſſentiæ, quæ communis eſt Patri, & filio hæc verba referunt. Sic Baſil. Homil. 17. contr. Sabellian. Athanaſ. in orat. contr. Arian. quod ex Deo Deus eſt verbum, Chryſoſt. & Cyrill. in commentar. ſuper hunc locum; vt ſit ſenſus. Sicut mea diuinitas per hanc carnem aſſumptam videtur; ita etiam videtur diuinitas Patris, quæ eadem eſt: vnde, *ſi cognouiſſes me Philippe, & Patrem meum*, &c. ideſt nõ cognouiſſes videri Patrem quaſi à me ſeparatum; nam ſicut me vides; ita & Patrem vides. Aduertendum tamen eſt, per humanitatem aſſumptam Patrem, & filium videri ratione deitatis, quia vna eſt vtriuſque filius tamẽ videbatur ratione etiam perſonæ, non Pater, nam perſona filij vnita erat naturæ humanæ, non autem perſona Patris; ea enim quæ per communicationem idiomatum tribuuntur Deo ratione humanitatis aſſumptæ, non poſſunt verè de Patre, vt Pater eſt, prædicari, ſicut eſſet falſa hæc loquutio, qui interficit filium, interficit & Patrem: quare quamuis Patris diuinitas, & natura videbatur ratione humanitatis

Baſil. Athan. Chryſoſt. Cyrill. Prima expoſitio.

tis aſſumptæ, ſicut & diuinitas filij, in quo ſenſu dicebatur videri Pater: non tamen videbatur perſona Patris; noluit tamen Chriſtus dicere qui videt me non videt Patrem; ſi enim ſic loqueretur, occaſio daretur errandi, vt extimaretur ſcilicet alterius eſſe naturæ à Patre: ſed conſiderans vnam vtriuſque diuinitatem, quæ erat in natura humana, per quam mira faciebat opera, dixit qui videt me, videt & Patrem; hoc enim verbo reſpondebat Philippi petitioni, & ignorantiæ eius medebatur, qui videre cupiebat Patrem, quaſi iam vidiſſet filium, & Pater eſſet quid ab illo diuerſum, & alterius naturæ, propterea dicit. Si vidiſti me, aut putas te iam vidiſſe filium, ſcito eadem ratione te vidiſſe Patrem, quia eadem eſt vtriuſque diuinitas.

2 Altera expoſitio eſt; vt intelligantur præfata verba de viſione per fidem, quia qui credit in Chriſtum, neceſſe eſt; vt credat in Patrem. Sic Tertull. lib. contra prax. cap. 13. vbi ſic inquit. *Qui videt me, & verba, & opera mea, & præcepta credit, neceſſe eſt; vt videndo me, ideſt diuinitatem meam per fidem, videat etiam & Patrem, quia Pater in me manens, ipſe facit opera.* Idque confirmant verba, quæ leguntur apud eundem Ioannem paulò ſuperiùs. *Si cognouiſſetis me, & Patrem meum vtique cognouiſſetis:* qui enim mei perfectam fidem habet; Patris etiam habet fidem, cum vna ſit vtriuſque diuinitas, & ſubſtantia, quæ ſicut diuidi non poteſt; ita cognitio, & fides indiuiſa eſt. Quam expoſitionem confirmant verba immediate ſequentia. *Et amodo cognoſcetis eum, & vidiſtis eum*, quibus promittit cognitionem hanc; & fidem perfectam, cito dãdam *amodo*, enim ideſt deinceps, ſeu ex nunc cognoſcetis Patrem, & me, nempè quando poſt Aſcenſionem meam miſſus eſt Spiritus Sanctus, infundens fidem perfectiſſimam, & integerrimam, qua nouerat Patrem, ad quem Chriſtus, vt homo abibat. At ne ſe omninò diuerſum eſſe aliquid à Patre ſignificare videretur, quia dixit ſe eſſe viam ad Patrem, cum ſit verè vnius cum Patre ſubſtantiæ, adiunxit, & vidiſtis eum, nempè in me ipſo exiſtentem; viderãt enim eum in Chriſto per humanitatem; quia cum ſit vna diuinitas filij, & Patris, qui per humanitatem videbat Deum, videbat etiam Patrẽ: ſimiliter per opera miraculorum, nam etiam Pater illa opera mira per humanitatem efficiebat, vna cum filio, qui ergo videbat Chriſtum; videbat Patrem, non tamen agnoſcebat niſi is, qui perfectam fidem habebat; ſicut is, qui videt eum, qui rex eſt neſcit tamen Regem eſſe, videt Regem, ſed Regem non agnoſcit; ſic etiam ſuperius Ioann. 9. cęco dicenti. *Quis eſt filius Dei, vt credam? & vidiſti eum,* reſpondit Dominus viderat prius, ſed non agnouerat eodem modo nunc Apoſtolis, vidiſtis ergo iam Patrem, ſed amodo cognoſcetis cũ per fidem in me perfectam. Ab hac expoſitione non abhorret Cyrillus lib. 9. cap. 34. & ſeq. nec Chryſoſt. Homill. 37. in Ioan.

Tandem optima videtur eſſe illa expoſitio, & noſtro propoſito ſatis accommodata, vt Philippus illis verbis, *oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis;* Ioan. 14. Patrem oculis corporeis videre cuperet, ſicut iam videbat Chriſtum, nihil de viſione diuinitatis cogitans; nam ſi viſionem diuinitatis deſideraret, potius diceret oſtende nobis te, tamen de Chriſti viſione non erat ſolicitus, quia iam illum ſatis videbat, oculis ſcilicet corporis, ergo eodem modo volebat videre Patrem: vel quia de illo etiam corporaliter cogita-

bat,

Tertull. Secunda expoſitio.

Ioan. 9.

Cyrill. Chryſoſt. Ioan. 14.

3 Tertia expoſitio.

bat, immemor illius ſentētiæ Exod. 33. *Non videbit me homo, & viuet*, vel certè; quia in ſpecie aliqua viſibili illum cognoſcere cupiebat. Et quamuis dixerat Chriſtus, eos Patrem vidiſſe; non audet dicere Philippus non ita eſſe; ne contradicere præceptori videatur; ſed petit ab eo modeſtius, vt quod dixerat verbis eos videre Patrem, re ipſa comprobet; eumque ſibi demonſtret; quaſi diceret fac, vt quod dicis verum ſit, & ſufficit nobis. Videre ergo Patrem oculis corporeis cupiebat: Chriſtus autem volens diſcipulos in ſolā corpoream cognitionem, viſionemque defixos; ad ſpiritualem cognitionem traducere, quæ nō corporis, ſed animi oculis fit, & vt mos ipſius eſt, occaſione ſumpta ex rudi alterius interrogatione, magna fidei myſteria declarare, ſic reſpondet, vt eius verba ſine vlla violentia de omni propria, & diſtincta cognitione Patris, & filij, non ſolum per fidem, ſed etiam per ſpeciem poſſint interpretari. *Tanto tempore*, inquit, *vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me*. Nota; non ait & non vidiſtis me; cum tamen de videndo, non de cognoſcendo ageretur, vt ad aliam notitiam nobiliorem diſcipulos eueheret, quæ, cognitio magis propriè quā viſio nominatur; deinde ſubdit, non dicens Philippe qui cognoſcit me; ſed *qui videt me videt, & Patrem meum*. nam cum iam ſatis ſignificaſſet aliā eſſe præter illam corpoream animi viſionem, quam cognitionem appellauerat, voluit accommodatè ad Philippi quæſtionem loqui, qui videre, non cognoſcere cupiebat Patrem; & ea verba profert, quibus noſtram confirmat aſſertionem, non poſſe videri clarè eſſentiam, quin etiam videantur perſonæ. Scotus illis verbis ſolùm affirmari inquit non poſſe vnam perſonam videri ſine ſuo correlatiuo. Sed perpendere oportet rationem, quam Chriſtus ſubdit, non enim id, quod inquit viſa vna perſona videri alteram, fundat in oppoſitione relatiua, ſed in vnitate eſſentiæ; hoc enim ſignificant illa verba. *Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt*.

Exod. 33.

Refertur opinio Scoti.

Ioan. 14.

4 Obiectio.

Sed objiciet aliquis ex dictis verbis etiam de viſione clara intellectis; ſolùm colligi, quod viſa eſſentia, videantur Pater, & filius, vt ſunt vnus Deus; nō verò ſecundum proprietates, in quibus diſtinguntur. Sed hæc expoſitio nec verbis Chriſti videtur conſona, nec Athanaſij, Chryſoſtomi, Cyrill. Tertull. quos ſupra citauimus, interpretationi. qui ex hoc loco etiam colligunt diſtinctionem Perſonarum; nam qui videret hunc Deum, vt ſubſiſtentem in Deitate præciſè, & non videret proprietates relatiuas, ſecundùm proprias earum rationes, re vera nec Patrem, nec Filium videret; nam qui conſtituentem formam non videt, neque videre conſtitutum poteſt, Chriſtus autem loquitur de viſione Patris, & Filij; nam Philippus propriam Patris perſonam videre cupiebat. Senſus ergo verborum Chriſti eſt. Qui videt me ſecundū diuinitatem meam, videt & Patrem, quia licet ipſe ſit à me diſtinctus; tamen ego in ipſo, & ipſe in me eſt per naturæ identitatem. Atque ita intelligunt hunc locum prçter citatos Patres Hylarius 7. de Trinit. circa fin. Nazianz. orat. 49. de fide, ſic inquiens. *Non immeritò qui filium videt, videt & Patrem, quia vnitate ſubſtantiæ, & maieſtate diuinitatis vnum ſunt*. Auguſt. tract. 70. in Ioan. ad Philippum inquit, *inſeparabilia ſeparatim deſideras noſſe*. Et rurſum, notans Philippum non intellexiſſe myſterium, ait, *ſicut dixit oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis, ita potuiſſe dicere: Oſtende nobis te, & ſufficit nobis*.

Athan. Chryſoſt. Cyrill. Tertull. Solutio.

Hylarius. Nazianz.

Auguſt.

Digitized by Google

nobis. Vt enim hoc intelligeret reſponſum ei à Domino eſt Tanto tempore vobiſcum ſum, &c. & in illud Pſal. 84. *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam,* idem inquit: & hunc eundem locum tractans in illud Pſal. 85. circa illud *Reſpice in me, &c.* & illud Ioan. cap. 17. *Hæc eſt vita æterna, &c.* concludit, *Patris, & Filij ſeparari non poteſt viſio, vbi non ſeparatur natura, & ſubſtantia,* & ſæpè epiſt. 112. cap. 4. dicit Chriſtum illa dixiſſe verba propter vnitatem Dei Patris, & Filij. Ac denique lib. qq. noui teſtamenti q. 43. *Per id,* inquit, *quod vnum in ſubſtantia ſunt, qui vnum videt, ambos videt.* Hæc autem ita velim ſint dicta, vt per hæc non excludatur præcedens expoſitio de cognitione per fidem, cui reſpondet in cœlis clara, & intuitiua viſio.

Pſal. 84. Pſal. 85. Ioann. 17.

Vtrum Beati vidētes Deum videant actus liberos voluntatis diuinæ.

Cap. 18.

1 IN hac difficultate dūo videntur certa; tertium verò ſatis controuerſum. Primùm; non modo eſſe poſſibile, ſed re ipſa, videntes Deū, videre determinationes liberas voluntatis diuinæ; vnumquemque tamen pro ratione ſui ſtatus, & Beatitudinis. Alterum, non eſſe neceſſarium, vt, qui videt Deum, videat libera eius conſilia. Tertium, quod difficile videtur explicatu, quomodo ſcilicet hæc videantur in Verbo, quando Deus illa manifeſtat.

2 Quod primum omnium erat propoſitum nonnulli probant ex Dionyſ. Areopag. de cœleſti Hierarch. cap. 7. dicente Angelos ſuperiores videre in Verbo aliqua ex diuinis conſilijs, de quibus illuminantur inferiores; ſed non id colligitur, vt legenti Dionyſium poteſt eſſe perſpicuum; ſed inferiores Angelos illuminari per ſuperiores; ſuperiores autem per ſupremos, hos autem immediatè à Deo: loquitur de illuminationibus extra verbum, quæ de nouo fiūt in dies. Quod quidem diſcurſus vtriuſque Dionyſij, & Auctoris, & commentatoris in illud caput, planè demonſtrat; ex quo hæc nō obſcurè colliguntur. Quod inferiores Angeli doceantur à ſuperioribus, oſtenditur in Pſal. 23. *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* vbi intelligitur quod ſuperiores Angeli docuerant inferiores in Aſcenſione Domini aliqua incarnationis myſteria. Quod autem ſummæ ſubſtātiæ Angelicæ doceantur à deitate oſtenditur in Iſai. cap. 63. vbi leguntur ſummi Angeli inter ſe quaſi conferendo, & admirando dicere. *Quis eſt iſte, qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra?* non quia alias eſſentias diſcēdi gratia interrogauerint, ſed quia non præſumpſerint præuenire eius gratuitam reuelationem, interrogareque Dominum aliquas illius myſterij profunditates, donec eis daret interrogandi fiduciam, quorum tamen ſcientiam ſe deſiderare oſtendebant; ideo primò ſic admirando conferunt, *Quis eſt iſte, &c.* ipſo verò eis immediatè dicente ibidem, & docente; *Ego ſum qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.* Poſtea eum immediatè alloquuti ſunt, dicentes: *Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?* per quam immediationem oſtenditur, quod illæ fuerint ſummæ virtutes Angelicæ. Prima igitur cœleſtium Animorum Hierarchia, vt dictum eſt, ab ipſa diuinitate gubernata, eo quod ad ipſam immediatè extenditur, plenè iuxta ſuam proportionem, caſtiſſima purgatione purga-

Dionyſ. Areopag. Pſal. 23. Iſai. 63.

purgatur, multo lumine illuminatur, quæ perfecta perfectionis operatione perficitur, munda exiſtēs ab Angelicę puritatis minoratione, & plena primo lumine, & particeps perfectę ſciētiæ cognitionis primò à Deo in Angelos effuſæ. Hic autem diſcurſus manifeſtè docet Angelos inferiores illuminari à ſuperioribus; ipſos verò, ſi de ſupremis loquamur, qui Deo immediatè aſſiſtunt: non loco, & ſitu, ſed gloria, & beatitudine, à Deo illuminari, & diſcere ea myſteria, quę ſcire denuò deſiderāt, ergo non eſt ſermo de cognitione in verbo quę inuariabilis eſt, nec incrementum habet, nec patitur diminutionem.

3 Probatur tamen hoc dictum ex eo, quod inquit D. Thom. 3. part. quæſt. 10. art. 2. de anima Chriſti, & communiter Theologi, cui conceditur, vt animi conſenſu omnia videre in verbo, quæ ſcit, & cognoſcit Deus ſcientia viſionis: neceſſe eſt ergo, vt videat decreta libera diuinę voluntatis. Quin etiam gloſ. in hunc ſenſum interpretatur illud Apocal. 5. *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere diuinitatem, & ſapientiam*, ideſt omnium cognitionem; quia enim conſtitutus eſt vniuerſorum Dominus, decet, vt eius actualis cognitio cum minimum tantùm latè pateat, quantum ipſius dominatio, & poteſtas ſe ſe extendit.

Thom.

Apoc. 5.

4 Quod cæteri Beati in verbo videant quæ ſingulos, pro ratione ſui ſtatus, ac beatitudinis decet videre & conſequenter illa decreta libera diuinæ voluntatis, quæ ad talem pertinent ſtatum, vt poſſint ijs cognitis, illis etiam gubernari; probabile eſt, & pium credere. Verùm de hoc infra latiùs: Interim id adducere ſufficiat ſæpè ſanctos docere, in viſione diuinæ ſubſtantiæ valdè delectari Beatos, videndo in Verbo mirabiles diuinę prouidentiæ rationes, & præſertim circa cæterorū hominum, ac propriam ipſorum ſalutē. Inter quos eleganter Bernard. lib. 5. de conſid. adducēs illud Pſal. 26. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, videam voluntatem Domini, & viſitem templum eius*, ſubiungit *Quidni ibi videatur cor Dei? quidni ibi probetur quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta? bona in ſe, placens in effectibus, beneplacens in fruentibus, perfecta perfectis, & nihil vltra quærentibus. Patent viſcera miſericordiæ; patent cogitationes pacis, diuitiæ ſalutis, myſteria bonæ voluntatis, benignitas; arcana quæ clauſa mortalibus, etiam ipſis electis ſuſpecta fuit.* Hæc autem nō de cognitione extra Verbum conuenienter poſſunt intelligi: non ſolùm ſi contextum conſideres; ſed etiam principium illius libri; de illa enim conſideratione agit, quæ non eſt volubilis, ſed ſtabilis, & vt illius vtar verbis, qua videt Verbum Beatus, & in Verbo facta per Verbū. Nec opus habet ex ijs, quæ facta ſunt, factoris notitiam mendicare; neque enim vt vel ipſamet nouerit, ad ipſa deſcendit, quæ ibi illa videt, vbi longè meliùs ſunt, quàm in ſe ipſis. Et Incognitus ſuper præfata verba Pſal. 26. *Vt videam voluntatem Domini. Beati*, inquit, *in Patriâ clarè videntes diuinam eſſentiam, in ipſa clarè vident diuinam voluntatem, & quid Deus efficaciter fieri velit; & quid non, & hoc deſiderans Pſalmiſta dicit, quod vnā petij à Domino, &c. Ad quid? vt videam voluntatem Domini. Et ideo dicitur Pſal. 102. Notas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas; Iſrael namque videns Deum interpretatur, & ſignificat comprehenſores Beatos.* Hæc ille.

Bernard. Pſal. 26.

Incognit.

Pſal. 102.

Et perſuadetur magis hæc veritas: nam ſi per ipſam Dei viſionem non videntur hæc decreta libera, 5

non

non poſſunt, niſi per modum quendam fidei cognoſci, ſcilicet per teſtimonium reuelãtis Dei, & ad ſummũ conſtare poterit euidenter Deũ eſſe, qui teſtificatur, quia ſemota intuitiua cognitione, in abſtractiua nullum eſt medium, quo poſſint euidenter oſtendi, præſertim intentiones, & internæ rationes prouidentię Dei. Accedit quod videtur inconueniens, Beatorum cognitionem de rebus huiuſmodi, ad ſolum arctare aſſenſum in teſtificante; qui planè quo ad rem ipſam, in ſui natura obſcurus eſt. Præterea Beati nõ agnoſcerent per viſionem beatam, Dei voluntatem, & regulam propriarum actionum, quatenus ex liberis pendent decretis Dei, quod ſanè videtur abſurdum.

6 Alterum verò, quod non ſit neceſſarium, videntem Deum, videre etiam libera omnia conſilia voluntatis eius, docet & D. Thom. & ipſa ratio. D. Thom. enim quæſt. 8. de veritate art. 4. ad primum. ita inquit *Quod ſicut magiſter in ſecundo ſent. dicit cum dicitur Angeli in verbo vident omnia antequam fiunt, hoc non intelligitur de omnibus Angelis, ſed fortè de ſuperioribus; nec illi etiam omnia perfectè vident, ſed fortè in communi, & quaſi imperfecte tantùm aliqua ſciunt. Vel dicendum, quod de vna re cognoſcibili poſſunt intelligi plures rationes; ſicut de triangulo plures demonſtrationes fiunt, & poteſt eſſe, quod aliquis ſciat, triangulus quid ſit, qui neſcit omnia, quæ de triangulo ſciri poſſunt. Aliud igitur eſt ſcire omnes res; aliud ſcire intelligibilia de rebus ſatis autem probabile videtur, quod omnes videntes Deum per eſſentiam; omnes creaturas cognoſcant ſecundum ſpecies ſuas adminus. Et hoc eſt, quod Iſidorus dicit, quod ſciunt in verbo omnia, antequam fiant &c. Non autem oportet; quod Angelus ſciens aliquam rem, ſciat omnes rationes intelligibiles de ipſa. Et ſi fortè ſciat omnes proprietates naturales, quæ compræhenſione eſſentiæ cognoſcuntur; non tamen ſcit eam ſecundùm omnes rationes, quibus ſubeſt ordini diuinæ prouidentiæ, quæ vna res ordinatur ad varios euentus. Et de his rationibus inferiores Angeli à ſuperioribus, vel ſupremis illuminantur.* Et in 1. p. q. 12. art. 8. inquit, quod intellectus creatus videndo diuinam eſſentiam, non videt in ipſa, omnia, quæ facit Deus, vel facere poteſt, ergo hinc inferendum eſt nec etiam videre ex eius ſententia omnia decreta eius libera. Nam poteſt eſſe, vt quis videat in Deo aliquod obiectũ creatum; & tamen ex vi illius non cognoſcentur omnia decreta libera diuinæ voluntatis ad illud terminata; nam v. g. viſo in Deo, & in verbo Incarnationis myſterio, videri poteſt Deum voluiſſe illud: tamen an voluerit illud primò, & propter ſe ipſum, vel propter remedium peccati, non poteſt in ipſo myſterio, neque ex effectibus eius cognoſci. Vult igitur D. Thom. Beatos videntes Deum, non neceſſario videre omnia libera diuinæ voluntatis decreta; quia non vident omnes rationes diuinę prouidentię, per quas res variæ ad diſtinctos ordinantur effectus. Quam doctrinam à Dionyſ. Areop. accepit; vtroque enim loco ipſum citat: priori, cap. 3. de diu. nom. poſteriori, cap. 7. de cęleſti Hierarchia in quibus ſemper docet, quod ſupra retulimus, Angelos inferiores purgari à neſcitia, & illuminari de multis diuinis myſterijs, & diuinæ prouidentiæ rationibus, illa ordinantibus, & diſponentibus.

Thom.

Thom.

Dionyſ. Areopag.

Suadet hoc ipſum ratio; nam minus perfectè videt Angelus Beatus Deum, quàm videt meam animam, vel Angelus ſuperior inferiorem; nam hæc eſt cognitio compræhenſiua, 7

T ſiua,

ſiua; illa nequaquam nec tamen dum talis comprehenditur ſubſtantia, & eius voluntas, ex vi compræhenſionis ipſius decreta videtur libera, & conſilia cordis, niſi datum ſit deſuper, vel per loquutiones manifeſtentur Angelicas; non eſt igitur Deus inferioris conditionis, vt non poſſit manifeſtare ſubſtantiam ſuam, occultando liberam ſuam voluntatem. Adde, quod cum omnes Theologi tribuant Animæ Chriſti tanquam ſingulare, & proprium; omnia diuina conſilia in verbo intueri, ergo, ſi exceptio firmat regulam, non id paſſim affirmandum eſt de cæteris Beatis.

Molina.

8 Circa tertium, quod pertinet ad modum cognoſcendi hæc decreta libera, maior eſt difficultas Molin. 1. par. quæſt. 12. art. 8. diſp. 5. mẽbr. 5. inquit huiuſmodi oſtenſionem determinationis liberæ voluntatis diuinæ, fieri Deo ſimul influente ad viſionem beatificam peculiari cõcurſu; ita vt ſit ſimul viſio determinationis diuinæ voluntatis. Lumen itaque gloriæ, & eſſentia diuina concurrens ad modum ſpeciei intelligibilis, efficiunt quidem viſionem diuinæ eſſentiæ, & aliorum attributorum; non verò viſionem determinationis diuinæ voluntatis, & decretorum liberorum, per quæ res variæ ad diſtinctos effectus ordinãtur, quia potius hęc naturaliter ſunt occulta Beatis, niſi Deus peculiari modo influat in viſionem, vt ſimul ſit viſio eorum. Verùm non explicat molina id, quod quærimus, quæſtio enim eſt de modo, quo hęc videntur à Deo; & qui dicit modum hunc eſſe inexplicabilem, etiam ille concedere non formidabit Deum peculiari influxu influere in talem viſionem beatificam: Explicare igitur oportet, licet Deus voluntati manifeſtet hæc decreta libera, quid in ſe oſtendat, quo illos manifeſtet.

Explicatur modus quo Beati cognoſcãt diuina decreta libera.

9 Dices etiã oſtẽdere in ſua ſcientia ſe ſcire hoc, vel illud decretum liberum ſuæ voluntatis: qua quidem manifeſtatione facta; eo ipſo Beati ſciunt tum decretum liberum diuinæ voluntatis; tum etiam illud futurum contingens, quod per illud decernitur eſſe futurum. Sed etiam hic modus dicendi, habet ſuas difficultates; nam cum Deus cognoſcat hæc decreta libera, quæ poterant eſſe, & non eſſe, per ſuam ſubſtantiã, ſine vlla reali additione quomodo per hanc manifeſtationem verbi, ſeu ſui conceptus Deus manifeſtat Beatis talia obiecta. Adde quod cum repręſentatio Verbi, ſeu conceptus, aut ſpeciei illius expreſſæ, non ſit obiectiua, ſed formalis, non eſt ratio cognoſcendi, vt mediũ cognitum, ſed ſolùm vt ratio cognoſcendi incognita, ergo licet verbum illud diuinum, & ſcientia Dei, vt eſt talium decretorum, videatur obiectiuè, & in ſe à Beatis; non poterunt in illa videre hæc decreta libera ex vi talis repræſentationis. Nec poteſt dici videri in verbo illo tale liberum decretum, quia virtualiter continet illud tanquam eminens cauſa eius, quemadmodum optimè poteſt defendi creaturas videri à Beatis in Verbo, tanquam in Idea quia tale eſt etiam, vt eminenter illas cõtineat, tanquam ipſarum eminentiſſima cauſa; Eſt enim diſpar ratio; tum quia illa cognitio non eſt cauſa volitionis diuinæ, etiam vt habet rationem liberi decreti, cum illud ſupponat tanquam obiectum, eſt enim intuitiua cognitio ipſius; tum etiam quia cum illa volitio adhuc vt liberè terminata ad tale, vel tale obiectum nihil reale addat ad ſubſtantiam actus; quemadmodum ſubſtantia actus, & volitio diuina eſt improducta, nullam habens cauſam; ita etiam affirmandum eſt de libero eius decreto.

Digitized

10 Poſſet tamen dici quamuis Verbum non poſtulet ex ſe vt ſit mediũ cognitum,ſed alias habeat rationes, medij incogniti ; non tamen repugnare vt ſit adhuc medium cognitũ, in quo vt in obiecto aliquid videatur,non quidem ſiſtẽdo in ipſo Verbo,tanquam in Imagine habente ſimilitudinem formalem cum re cognita, hanc enim ex ſui natura non habet, niſi per accidens, quatenus accidit obiectum cognitum idem eſſe cum cognitionis actu, vt de cognitione diuina reſpectu ſui ipſius, neceſſario eſt fatendum,ſed per verbum , & ſpeciem illam expreſſam tẽdendo ad rem repręſentatã propter connexionem,non quidem rela-
11 tionis,ſed repræſentationis. Poteſt tandẽ addi,quod licet fortè ſpecies expreſſa creata tantam non habeat perfectionem,vt poſſit eſſe tale medium; nihilominus Verbum diuinũ eſſe ad hoc ſufficiens propter ſummam illius perfectionem:hoc autem non eſt improbabile, dummodò dicamus, viſionem illam beatificam, qua videtur, tum ſubſtantia Dei, tum actus eius libêr, differre in ſua entitate, & reali perfectione indiuiduali,ab ea, qua videtur ſola ſubſtãtia,nam cum ex parte Dei ſupponatur decretũ liberum,quod ſicut eſt: ita cognoſcibile eſt etiam,ſi viſio nõ ſufficiat ad illum manifeſtandũ,eius imperfectioni eſt tribuendum, ergo vt manifeſtetur;aliquid perfectionis ad illam accedere oportet, qua poſita, neceſſariò ac formaliter illum manifeſtabit:hæc autem maior perfectio nõ eſt ſpecifica, quia in viſione beata non datur hæc differentia (vt ſatis dictum eſt ſupra) erit igitur differentia indiuidualis.

Hoc velim propter eos dictum eſſe,qui propoſitæ difficultati putant ſe feciſſe ſatis, dum dicunt, poſita viſione tali, cum tali perfectione adhuc in voluntate Dei manere, & poteſtate per illam manifeſtari , vel non manifeſtari hæc libera decreta; nulla mutatione,vel reali additione facta in ipſa viſione,ad inſtar ſcientiæ Dei, quam dicimus poſſe terminari ad creaturas exiſtentes,& poſſe etiam non terminari,ſi illæ non ſint futuræ, nulla additione reali facta in ipſa ſcientia; quod enim vix credimus de ſciẽtia Dei,quam infinitam, ſimplicem,& immutabilem confitemur,temerè tribuitur actui creato, cum id nec percipi poſſit, nec vlla cogat neceſſitas, cum nec ſimplex ſit, nec immutabilis , nec infinitus.

12 Tãdem ſi velimus ſuſtinere viſionem talium decretorum cõnaturali modo fieri,illa præceteris ſententijs in hac difficultate à nobis eſt amplectenda,quæ præter ſpeciem in omni viſione neceſſariam,ſeu concurſum eſſentię diuinæ per modum ſpeciei, quæ quidem ſe habent ex parte obiecti,principium intrinſecum aſſignat, illi actui accommodatum, lumen ſcilicet gloriæ,tali,& tantæ cõſonum viſioni;actiuitas enim potentiæ, & ſpeciei ſunt diſtinctæ, & diuerſarum rationum, & in ſuo ordine vtraque debet eſſe completa,& ſufficiens; ſed ſpecies, ſeu eſſentia diuina intellectui creato vnita per modum ſpeciei,confert actiuitatem requiſitam ex parte obiecti, ergo cũ intellectus ex ſui natura non habeat ad talem eliciendum actum, actiuitatem ſufficientem, requiſitam ex parte potentiæ,oportet illam aliundè ſuppleri. Vt autem illa viſio connaturali modo fiat, opus eſt dare principium intrinſecum talis viſionis;quo poſito ſimul cum Dei concurſu per modum ſpeciei, talis efficiatur viſio,qua neceſſario videatur tum Dei ſubſtantia, tum actus eius liber, tanquam obiectum illi actui adæquatum. Et confirmatur hoc, nam quemadmodum in ſcientia in-

Quanam inter diuerſas ſententias eſt amplectenda.

Digitized by Google

fuſa præter ſpecies ſuperioris ordinis, datur habitus, ſeu lumen diuinitus infuſum, eleuans intellectum, ad illius actus, vt docet D. Thom. de ſcientia loquens infuſa Christi, 3. p. q. 11. art. 6. ad tertium, & art. 4. & 3. ſentent. diſt. 14. art. 3. quæſt. 4. quam ſcientiam volunt extendi nõ ſolum ad cognoſcẽdum actus liberos exiſtentes, ſed etiam futuros, vt cum D. Tho. 3. par q. 11. art. 1. ad 3. ſentiunt omnes Thomiſtæ, & Scot. in 3. diſt. 14. q. 3. Durand. q. 3. num. 6. & Marſil. q. 10. artic. 2. cur negandum eſt dari lumen beatificum, quod ſit principium illius viſionis, qua ſimul cum eſſentia diuina videãtur neceſſariò eius decreta libera. Nam ſi per lumẽ illud ſupernaturaliter infuſum, quod diximus dari in tali ſcientia, poteſt participari illa vis luminis diuini ad penetrãda cordium ſecreta, non modo præſentia, ſed etiam futura, cur non poteſt dari in intellectu beato lumen gloriæ, per quod particeps ſit luminis illius diuini, quo Dei videat decreta libera? Quod ſi fieri poteſt, probabile eſt, ita re ipſa fieri, vt viſio illa connaturali modo fiat, nec ita mirabilis eſt hic modus, denuò explicatus, vt non mirabilior ſit Dei potentia. Dicimus igitur, quod ſicut vnus Angelus ſua naturali virtute cognoſcit alterius cogitationem poſtquàm ille loquutus eſt: ita Beatus virtute talis luminis, ſibi infuſi, videt in Deo liberum decretũ eius. Et ſicut Deus vult aliquid liberè, ſine additione reali: ita etiam philoſophandum eſt de veritate hac, vt Deus velit hoc eſſe in ſe cognoſcibile, & ſi nihil nouum reale videatur in Deo; vnaquęque enim res ex parte obiecti ita cognoſcitur, ſicut ipſa eſt. Hunc explicandi modum latè, & optimè defendit, & dilucidat Suar. 1. par. lib. 2. de attributis negatiuis Dei, cap. 24. Vide ipſum.

Thom. — Durand. — Marſil. — Concluſio difficultatis propoſitæ. — Suár.

An viſo Deo, videri poſsint à Beatis in ipſo creaturæ, tanquam in cauſa.

OPVSC. XV.

Cap. I.

1 CVm huc vſque ſatis diſputatum ſit de viſione eorum, quæ pertinent ad obiectum primarium, conſequens eſt, vt de viſione creaturarum in verbo diſſeramus, quæ dicuntur obiectum ſecundarium. Et primum omnium de modo tractandum, quo videntur creaturæ in verbo, eoque libentius, quo hæc difficultas vtrique obiecto videtur affinis. Et quamuis ſint in hoc quæſito ita connexa ea, quæ re ipſa accidunt Beatis in patria, & quæ ſunt de poſſibili; explicanda tamen ſunt ſimul, vt ſic magis facti ipſius innoteſcat veritas.

2 Pro tituli igitur intelligentia, animaduertendũ eſt dupliciter poſſe cognoſci aliquid in verbo, vel cauſaliter, vel formaliter. Cauſaliter dicitur quando ex cognitione verbi reſultat alia cognitio, quæ eſt cognitio creaturarum, vel per reſultantiam quamdam Phyſicam, vel ſolùm per quãdam proportionem, & decentiam, quatenus ratione viſionis Dei, quæ eſſentialis eſt beatitudo, dantur Beato aliç perfectiones, & inter cæteras, creaturarum cognitio; quo pacto cognitio hæc diſtinctus actus eſt à cognitione verbi, nec dubitamus id poſſe fieri, & de facto etiam videmus conferri Beatis per multas reuelationes, & illuminationes diuinas extra viſionem beatificam. Dantur autem illis ratione ſtatus beatifici; atque adeo ratione viſionis, quæ eſt illius ſtatus prima radix. Neque de hoc

Declaratio tituli.

agimus

Digitized by Google

agimus nunc quando quærimus an Beati poſſint in Deo videre creaturas item quia videre ita cauſaliter non pertinet ad obiectum viſionis,ſed potiùs ad effectum. Inquirimus igitur, an poſsint cognoſcere creaturas in verbo,& in Deo formaliter cognoſcere autem formaliter, prout nos loquimur: in primis requirit, vt eodem actu ſpecie, & lumine, quo videtur verbum, videatur creatura; quæ in verbo videri dicitur; tunc enim formaliter cognoſcitur per ipſammet viſionem beatificam, qua videtur Deus, ſiue verbum; deinde requirit habitudinem aliquam inter ipſa obiecta.

3 Præterea notandum ex D. Tho. quæſt.8.de verit.art.15.& aliis in locis, quæ citat Capreol. in 4. diſtinct.49. quæſt.6. ad argumenta Durandi contra primam concluſionem, longè diuerſum eſſe, cognoſcere vnum in alio, & cognoſcere vnum ex alio; prius ſine diſcurſu eſt nulla addita aſſumptione, vt cum quis eadem cognitione cognoſcit principium, & in eodem alia, quæ ex ipſo deducuntur quo pacto Angelus propoſito ſibi aliquo principio in eo intuetur ſimul minorem, quæ cum eo poteſt ſubſumi,& concluſionem,quę inde infertur; atque ita in maiori propoſitione, eadem cognitione, qua eam cognoſcit; intelligit etiam concluſionem. Poſterius verò poteſt dupliciter accipi, nam cum dicimus cognoſci vnum ex alio, vel poteſt particula ex, denotare tantùm rationem obiectiuam, ex qua & per quam aliud cognoſcitur, & ita hoc poſterius non eſſet diuerſum à priori,vt patet in exemplo propoſito de Angelo, qui cognoſcit concluſionem in principio, & ex principio etiam infert illam eadem cognitione. Et ita etiam intelligedus eſt D. Thom.1. par. quæſt.12. art.8. cum dixit, eum, qui habet intellectum eleuatum, ſtatim ex vno principio propoſito accipere multarum concluſionum cognitionem,quod non conuenit ei, qui debilioris eſt intellectus. Vt igitur cognoſcere aliquid ex alio ab illo priori diſtinguatur, quod eſt cognoſcere aliquid in alio, oportet, vt particula,ex denotet emanationem cognitionis vnius ex cognitione alterius.

Thom. Capreol.

Lõgè diuerſum eſt cognoſcere vnum in alio, & vnũ ex alio.

His poſitis, poſſe videri à Beato creaturas in Deo per eamdem viſionem,qua Deus ipſe videtur, cõmuniter Theologi concedunt, exceptis nominalibus, qui negãt poſſe creaturas videri in Deo propriè, ac formaliter, & eodem actu, ſed ſolùm cauſaliter. Vtrum autem videantur in ipſo, tanquam in cauſa, magis eſt controuerſum. Nihilominus probatur primo. Eſſentia Dei non ſolum eſt cognitio creaturarum, ſed etiam cauſa ipſarum,ergo Beatus intuens diuinam eſſentiam, vt cauſam, poteſt etiam ex vi cauſæ cognoſcere effectum; & hoc non repugnat, vt mox patebit ex ſolutione argumẽtorum. Secundò probatur,nam Deus cognoſcit creaturas in ſe ipſo tanquam in cauſa, ergo quãdo Deus eleuat intellectum creatum ad participationem illius ſcientiæ,qua ſe ipſum intuętur, poteſt illam eleuare ad participationem eiuſdem ſcientiæ,quatenus eſt cognitio creaturarũ in ipſomet tanquam in cauſa. Antecedens magis communiter conceditur licet quidam recenſiores id negent, & probatur, nam ſi Angelus cognoſcendo eſſentiam ſuam, eadem cognitione abſque diſcurſu cognoſcit in ipſa tanquam in cauſa omnes ſuas proprietates,& quicquid ab illa poteſt emanare, quomodo id negandum eſt Deo, vt ſe ipſum intuendo, non videat in ſe,tanquam in cauſa, omnes creaturas poſsibiles, & earum 4

4 Poſſe videri à Beato creaturas in Deo eadẽ viſione qua videtur Deus concedunt cõmuniter Theologi.

Cognoſcũtur creaturæ in Deo, tanquã in cauſa.

5 rum emanationes? Nec valet illa obiectio, à recenſioribus quibuſdam facta, quod ſcientia Dei non videtur ſecundùm rationem ſuam formaliter ſupponere omnipotentiam, neque enim Deus dicitur omnia ſcire, quia eſt omnipotens imò verò contra ideo videtur omnipotens, quod omnia ſciat. Nam reſpondemus cum D. Thom. 1. par. quæſt. 19. art. 4. ad 4. & quæſt. 25. art. 1. ad 4. ſcientiam Dei concurrere ad cauſalitatem per modum dirigentis voluntatem, & omnipotentiam. Vndę non conſtituitur Deus formaliter loquendo, potens ad agendum, per ſcientiam, ſed per ſuam ſubſtantiam, vel omnipotentiam, ſcientia verò eſt veluti conditio neceſſaria ad perfectum modum agendi, vt alibi explicauimus, probatus eſt igitur ſufficienter antecedens, firmabiturque magis auctoritate Patrum, & ſcholaſticorũ, quos infra citabimus. Conſequentia videtur clara, cum nec ex parte obiecti, nec principij, ſeu luminis poſsit aſsignari repugnantia, vt ex dicendis magis conſtabit. Sed nota nos intuliſſe ex illo antecedente, poſſe eleuari intellectum creatum ad participationem illius ſcientię, &c. non ad æqualitatem; ne quis inde inferat poſſe Deum eleuare intellectum cteatum ad videndas omnes creaturas poſsibiles in ipſo, & deinde diuinæ eſſentię compręhenſionem. Verùm, quia id aſſeruimus eſſe poſſibile, quod non tam directè oſtenditur, quàm reſpondendo rationibus, quibus aliqui probare conantur, id eſſe impoſsibile; accedamus ad ſoluendas difficultates in contrarium.

6 Prima ratio, quæ ab aduerſarijs proponitur eſt illa. Diuina eſſentia, virtus, & potentia res in ſe eſt omninò abſoluta, nullum habens reſpectum realem nec prædicamentalem, nec traſcendẽtalem ad creaturas poſſibiles, ergo fieri non poteſt, vt ex vi viſionis eſſentiæ, creaturæ poſſibiles cognoſcantur. Antecedens ſupponitur, vt verum; cõſequentia verò probatur, quia res abſoluta, vt abſoluta, quæ in ſuo eſſe formaliter non eſt alia, nec einſdem rationis cum illa, non poteſt ferre videntem ipſum in cognitionem alterius rei formaliter diſſimilis. Nec verò ſufficit, quod omnipotentia Dei v.g. dicat relationem rationis ad creaturam poſsibilem; quia relatio rationis in Deo non eſt, ſed ab intellectu viatoris fingitur; non ergo poteſt eſſe ratio cognoſcendi creaturam in Deo, vel Deum cum habitudine ad creaturam, cum per illam videatur Deus, vt in ſe eſt, atque adeo, vt res abſolutiſſima.

Prima ratio aduerſariorum.

Sunt qui reſpondent negãdo antecedens; nam non dubitant concedere eſſentiam diuinam dicere relationem traſcendentalẽ ad creaturas poſſibiles, cum hæc non accreſcat fundamẽto ex entitate termini, quemadmodum prędicamentalis, ſed poteſt eſſe habitudo ad terminum poſteriorem. Verùm hoc nullo modo probatur; nam ſi remouentur relationes prædicamentales reales à Deo quia dicunt imperfectionem, eadem ratione debent remoueri traſcendentales, nam relatiuum traſcendentale, vt optimè inquit Caiet. de ent. & eſſent. cap. 7. quæſt. 10. licet non dicat ordinem ad aliquid; tanquam ad purum terminum, reſpicit tamen illud ſub ratione determinata, vel ſubiecti, vel obiecti, vel efficientis, vel finis, factumq; eſt, vt munus aliquod exerceat circa illud, ad quod dicit reſpectum, vel cauſando, vel vniendo, vel repræſentando illud; vel aliquid aliud ſimile efficiendo, vnde dicitur ſua natura ens aptatum ad illud, 7

Caiet.

quod

quod reſpicit. Et confirmatur ex alia differentia inter relatiuum prędicamentale, & traſcendẽtale; nam illud à natura non eſt per ſe inſtitutum: hoc verò per ſe maximè à natura intentum eſt, & ideo id, quod eſſentialiter includit talem reſpectum, formaliter ſolet fieri per actionem propriam, vt per calefactionem v.g. calor, vt inhærens, in quo intime includitur eſſentialis reſpectus, & per actionem videndi fit actus includens traſcendentalem habitudinem ad obiectum, & per actionem videndi fit actus includẽs traſcendentalem habitudinẽ ad vniſibilia. Ratio autem huius diſcriminis eſt illa, iã indicata, quia relatio prædicamentalis non eſt in rerum natura inſtituta ad aliquod peculiare munus obeundum; at reſpectus traſcendentalis conuenit alicui formæ, vel entitati, aut modo entis, quatenus à natura eſt per ſe inſtitutus, & ordinatus ad aliquod peculiare munus exercendum, quod poteſt per ſe intendi per aliquam actionẽ, & ideo requirit terminum nõ vt purum terminum, ſed tanquam ipſius finem intrinſecum, cum res illa facta ſit propter aliud, & propterea in ſpecifico, & proprio conceptu includit illum reſpectum, vnde dicitur ſua natura aptata ad aliud: nec ille ſpecificus conceptus eſt minus per ſe intentus, nec minus dicitur per ſe fieri, quam res illa ita aptata: Aſſerere autem Deum, & potentiam diuinã eſſe ens aptatum ad creaturas poſſibiles, reſpicereq; illas realiter, tanquam finem intrinſecum, ac eſſe ens quoddam ad aliud inſtitutum, quàm ſit abſurdum, omnibus poteſt eſſe manifeſtum. Nec licet confugere ad rationem Ideæ, vt videatur eſſentia diuina ſub ratione Ideę, quaſi ſic poſſint in ea videri creaturæ; Nam Idæa prout in Deo eſt, tàm abſoluta res eſt, ſicut ipſa eſſentia.

Facilius igitur poteſt reſponderi, negando conſequentia. Et ratio fundamentalis, cur vna res poſſit in alia cognoſci, hæc eſt: connexio ſcilicet quædam cauſalitatis inter res abſolutas, quæ fundat relationem, vel realem, vel rationis, licet formaliter relatio non ſit. Sic Angelus cognoſcendo ſuam abſolutam naturã, cognoſcit paſſiones, & proprietates, quo in illa continentur virtute, & ab illa poſſunt manare, quod nemo poteſt negare, niſi etiam neget, Angelos cognoſcere ſe, & proprietates ſuas, abſque diſcurſu, & à priori, per cauſam, ſeu in cauſa, quod eſt contra communem ſententiam, & contra rationem; nam ſi nos poſſumus cognoſcere à priori aliquam proprietatem rei, per ipſius rei eſſentiam, interueniente diſcurſu; cur exiſtente altiori lumine intellectus, non poterit idem cognoſci abſque diſcurſu. Præterea Angelus cognoſcendo quidditatiuè ſubſtantiã ſuã, cognoſcit talem eſſe, vt non ex ſe habeat eſſe actualis exiſtentiæ, ſed ab alio debeat illud habere, quod non cognoſcit pèr illum formalem reſpectum, quin potius ad cognoſcendum reſpectum, prius cognoſcit fundamentum, ſaltem prioritate naturæ, vel rationis; Actus item creandi, quatenus ex parte Dei intelligitur eſſe ab æterno in Deo, abſoluta res eſt in ſe, nullumque reſpectum realem habet, nec rationis ex ſui natura; & nihilominus talis eſt, vt ex ſe inferat creaturam ſuo tempore. Eodem igitur modo philoſophandum eſt de eſſentia diuina, quæ in ſe quidem abſolutiſſima res eſt; quia tamẽ creaturas omnes poſſibiles ita in ſe eminenter continet, vt ab illa quodammodo creaturæ manent, vel in eſſe poſſibili, quatenus eſſe poſſunt per participationem illius diuini eſſe; vel in eſſe actuali, ſi voluntas accedat Dei, ſequitur poſſe in illa cognoſci, 8

gnoſci,licet res abſoluta ſit. Imò ſequitur non poſſe perfectè cognoſci Deum ſine concomitantia creaturarum; etiam ſi ſint extra eſſentiam eius, non propter habitudinem, aut dependentiam, ſed propter hãc aliã altiorem connexionem in ratione cauſæ eminenter continentis ſuos effectus.

9 *Secunda ratio.* Secunda ratio eſt huiuſmodi. Si aliquæ creaturæ viderentur in Deo tanquam in cauſa, ſequeretur omnes creaturas videri ex vi talis viſionis,hoc eſt abſurdum,ergo. Probatur conſequentia;nam non poteſt aſſignari ratio,cur vna videatur potiùs,quàm alia nec ex parte eſſentię, nec ex parte luminis, nec viſionis ergo. Et confirmatur,nam nos aſſerimus poſſe creaturas videri in Verbo,viſa eſſentia diuina propter connexionem quandam, quæ eſt inter creaturas vt poſſibiles, & Deum vt omnipotentem, quæ licet non conſiſtat in relatione, conſiſtit tamen in continentia eminentiali vnius in alio,& naturalis dependentiæ creaturæ à Deo. At hæc ratio merè neceſſaria eſt,& æquè habet locum reſpectu omnium creaturarum poſſibilium, ergo, ſi quælibet videri poteſt, omnes neceſſariò videtur, quia eadem eſt neceſſitas reſpectu vnius, & alterius, & omnium ſimul: quæ cuiuslibet per ſe ſumptæ. Nec valet dicere id rectè procedere,ſi obiectum ipſum primarium perfectè cõpræhenderetur; non tamen quando in modo videndi eſt inæqualitas;tũc enim non eſt neceſſarium,vt connexio illa,quæ eſt inter cauſam,& effectus, exactè videatur quoad omnes effectus in particulari: Nam rurſus poſſet inſtari, hoc verum eſſe,quando in ipſamet cauſa aliquid nouum apparet; in ea formaliter exiſtens, ratione cuius eſt cauſa noui effectus, qui in illa cognoſcitur. At ſi obiectiuè non plus video in cauſa per vnam viſionem,quam per aliam, quoad formalem perfectionẽ eius, à qua effectus manare poteſt,quemadmodum contingit in illo obiecto beatifico,quamuis diuerſis attingatur viſionibus; quod fieri poteſt, vt in illa plures, & diuerſi effectus videantur?

10 *Thom.* Verùm ad hãc obiectionem colligitur reſponſio ex D.Thom.qui 1. par.quæſt.12. art.7.in Cor. & ad 2. exemplum affert ſciẽtis modo opinatiuo eamdem concluſionem,quę eſt cognoſcibilis ſcientia demonſtratiua: quæ quidem concluſio, vt inquit idem de verit.quæſt.8. art.2. non dicitur non compræhendi ab opinante, ex eo quia aliquid latet illius cum cognoſcitur modo opinatiuo, quod eſſet ſcibile per demonſtrationem; ſed quia non attingitur modo demonſtratiuo, qui eſt clarior,& perfectior, quem quidem modum petit natura illius concluſionis. Præterea tertio contr.gent. cap.55. aliud adducit exemplum ſcientis, qui quamuis ſciat à poſteriori cõcluſionem demonſtrabilem à priori; non tamen dicitur illam compræhendere; nam natura illius concluſionis; petit vt cognoſcatur à priori per cauſam, qui modus eſt clarior,& certior. Sicut igitur quãdo cognoſcitur propoſitio aliqua per opinionem probabilem; nihil eſt illius, quod non cognoſcatur nec ſubiectum, nec prædicatum, nec compoſitio,vt inquit D.Thom. 1.par.quæſt.12.art.7. ad 2. quia tamen non ita perfectè quemadmodum per demonſtrationem, non poteſt ex vi illius, vel in illa cognoſcere, ſeu inferre opinans quæ ſcit, & infert ſciens per demonſtrationem. Sic ad rem noſtram reuertentes, neceſſarium non eſt, vt illa viſio,quæ facit videre aliquam creaturam in eſſentia diuina quatenus intelligitur terminari ad eſſentiam

diuinam

diuinam prius ratione, quàm ad creaturas ipſas viſas, perfectionem aliquam formalem nouam in eſsẽtia oſtendat, quam nõ oſtendit alia viſio, quæ illam creaturam non manifeſtat: hoc enim eſt impoſsibile, repugnatque diuinæ ſimplicitati, ſed ſufficit, vt illam eandem perfectionem meliori, & expreſsiori modo repræſentet, quia cognitio effectus in cauſa non ſemper prouenit ex noua re, cognita in cauſa, ſed poteſt prouenire ex perfectiori modo cognoſcendi eandem cauſę perfectionem, vt conſtare poteſt ex adductis exemplis.

11 Sed contra hanc reſponſionem poteſt militare illa obiectio. Si cognoſcere plures effectus in cauſa oritur ex meliori, & perfectiori modo cognoſcendi cauſam: quamuis nulla noua formalis perfectio videatur; ergo hoc prouenit ex maiori intenſione viſionis, ergo ſi ex illa oritur vt perfectior effectus cognoſcatur, fieret etiam, vt alij effectus imperfectiores viderentur; nam ſi ea viſio ſufficit ad manifeſtandum perfectiorem, ſufficiet ad minus perfectum; quod ſi ad vnum ſufficit, ergò ad omnes etiam minus perfectos; non enim eſt maior ratio, quare per illã cognoſcatur perfectior, & non minus perfectus. Quod ſi de vno; minus perfecto id verum eſt, de ſingulis etiam dicendum videtur. Hinc ſequeretur omnes ſpecies rerum poſsibiliũ, imperfectiores Angelis, aut hominibus, & infinita etiã indiuidua videri; nam cum omnes Beati cognoſcant in verbo ſpecies rerum, quæ factæ ſunt, & ſupremum Angelorum, aut ſaltem humanam ſpeciem, ſequitur etiam ab ipſis in verbo cognoſci omnes alias inferiores ſpecies, quæ poſsibiles ſunt. Quod ſi infinita eſt multitudo ſpecierum infra naturam humanam, aut Angelicam; vt aliqui opinantur; ſequitur iam à Beato cognoſci infinitam ſpecierum multitudinem; aut, ſi illæ infinitæ non ſunt, ſaltem ſequitur infinita indiuidua à Beatis videri, ſub vnaquaque enim ſpecie infinita indiuidua fieri poſſunt. Ad hæc ſequeretur omnia ſecreta cordis humani, & futuras cogitationes à Beatis videri; hæc enim indiuidua accidentis multò minus perfecta ſunt, quam ſubſtantiæ. Aut ſaltem, ſi Beati vident aliquas cordium cogitationes, vt orationes, quas ad ipſos fundimus; ſequitur omnes etiã videri, quia non eſt maior ratio, quare ex vi viſionis, ſine peculiari reuelatione vna potius videatur, quam alia. Quod ſi reſpondeat quis differentiam illam, vt vna creatura potius quàm alia videatur ex vi viſionis eſſentiæ, quidem erit non ex intenſione viſionis, ſed ex varietate gradus indiuidualis huius, & illius viſionis.

12

Solutio.

13 Obiectio.

Rurſus contra obijci poteſt; nam hæc viſio, quæ eſt melior, quàm alia ex maiori perfectione indiuiduali, eodem modo ſe habet circa obiectum primarium, ac ſi eſſet perfectior per modum intenſionis; ergo ita etiam ſe habebit circa obiectum ſecundarium. Clara conſequentia: nam ſicut tota ratio ſimpliciter cognoſcendi obiectum ſecundarium in verbo, eſt cognitio ipſius eſſentiæ diuinæ, ergo perfectior cognitio eſſentiæ infert perfectiorem cognitionem creaturarum, quæ ſunt ſecundarium obiectum. Antecedẽs probatur; nam quid ſolet præſtare perfectior viſio per modum maioris intenſionis, niſi ut clarius, & intenſius uideatur obiectum? hoc idẽ pręſtabit melior viſio ex maiori perfectione indiuiduali; nam cum eſsẽtia diuina tota appareat ſicuti eſt omnibus & ſingulis Beatis, nec aliquid noui vnus videat in illa, quod alter non videat, tota differentia

Solutio. rentia erit, quia vnus clarius, & intenſius videt illam, quàm alter.

14 Sed reſpondetur valde hæc differre inter ſe, videre eſſentiam diuinam per viſionem perfectiorem per modum intenſionis, & perfectiorem ex entitate indiuiduali, nã intenſio fit per maiorem conatum ipſius potentiæ, ſeu radicationem qualitatis in illa, in ordine ad idem, & ideo non recte intelligitur, quod per ſolam intenſionem extendatur ſecundus gradus ad cognoſcendas plures creaturas, quàm primus, ſed ſolum ad videndum meliùs eaſdem, ſicut amor Dei ex eo, quod intendatur præciſè, non intelligitur extendi ad proximum, vel ad aliquid aliud, ſed ſolum circa idem, perfectius verſatur: Item cum intenſio qualitatis ſecundum veriorem ſententiam non ſit coaceruatio plurium graduum eiuſdem qualitatis, omninò ſimilium, ſed ſit compoſitio per ſe talium partium, ſeu graduum, quorum vnus natura ſua ſupponit alium; ita vt vnus ſupponat ſecundum, & ſecundus tertium; non in eo eſt effectus formalis, vt intenſior viſio plures, & diuerſas creaturas repręſentet, in quarum cognitione nullus eſt neceſſarius ordo; quod ſi aliquis eſſet admittendus, ille eſſet, vt per intenſiorem viſionem viderentur omnes illę creaturæ, quæ videbantur per inferiores gradus, & aliæ complures, iuxta intenſionem factam per ſuperiores gradus, vt intendit argumentum, At melior viſio ex maiori perfectione indiuiduali clariùs repræſentat ipſam diuinam eſſentiam, non quia maiori conatu attingit illã, ſed quia concipit illam cum connexione ad perfectius obiectum ſecundarium, & clariùs & perfectiùs dicitur illam attingere, quia ex natura ſua habet repræſentare Deum tali modo, vt ex illo ſic cognito videat in ipſo perfectiores effectus.

Valdè hæc differũt inter ſe videre eſſentiã diuinã per viſionem perfectiorẽ per modum intenſionis, & perfectiorẽ ex entitate indiuiduali.

Tertia ratio eſt, qua id probatur, præcipuè de creaturis exiſtentibus; ipſas enim non poſſe videri in Verbo, & in eſſentia diuina, facilè perſuadetur hoc pacto. In cauſa duo poſſunt conſiderari: Vnum virtus cauſæ; alterum, actualis eius cauſalitas: in virtute ergo cauſæ, ſeu in omnipotentia Dei nõ poſſunt videri creaturæ exiſtentes; quia vt huiuſmodi, non habent neceſſariam connexionem cum omnipotentia; nam ſi Deus nihil facere decreuiſſet, poſſet videri omnipotentia Dei nulla creatura viſa, & exiſtente, idque vim habet in omni cauſa; quantumuis enim cognoſcatur eius virtus, non poteſt colligi exiſtentia effectus, niſi illa cauſa ſit neceſſariò agens, & cognoſcatur applicata cum omnibus conditionibus requiſitis ad operandum. At ſi loquamur de cauſalitate omnipotentiæ Dei, non eſt in Deo, ſed eſt actio tranſiens, ergo vt in actu poſita non poteſt cognoſci in Deo, ſed tãtùm in ſe. Dices actionem illam vt exercitã, vel exercendam, & terminum eius, vt futurum cognoſci in voluntate Dei, & libera eius determinatione, per hanc enim determinatur potentia ad operandum, & illa voluntas nõ eſt actio ad extra, ſed potius principiũ eius, ſeù conditio neceſſaria ex parte Dei, vt actio ad extra fluat ex omnipotentia eius: qua conditione, ſeu determinatione voluntatis poſita, neceſſariò fluit actio, & ideo in illa voluntate rectè cognoſci poteſt exiſtentia effectus. Sed hæc reſponſio multas inuoluit difficultates, de modo, quomodo cognoſcatur libera determinatio voluntatis diuinæ. Præterea, quia etiam ipſa cognita, non habemus adæquatam cauſam cognoſcendi futura contingentia; nam ſi ipſi Deo non eſt ſufficiens cauſa cognoſcendi talia obiecta ſua volun-

15 Tertia ratio.

Solutio.

16 Impugnatio.

voluntas,quomodo poterit eſſe ſufficiens Beatis? Ad hæc,non omnes res, quæ aliquãdo habent exiſtentiam, poſſunt illo modo cognoſci in determinatione voluntatis diuinæ, vt actus liberi praui, quos, diuinam voluntatem,certum eſt, non abſolutè præfinire,& omnes effectus, qui illos eſſentialiter ſupponũt;nam circa hos actus non habet Deus abſolutam voluntatem efficiendi illos, ante præſcientiam illorum, ſed trahitur quodãmodo voluntas permittendo illos,voluntaſque ad illos cõcurrendi cum voluntate creata, ſimul ſe determinante. Vnde quod talis effectus ſit futurus,nõ ſolum pendet ex illa voluntate,& cõcurſu Dei, ſed etiam ex influxu voluntatis liberæ,quæ non determinatur ad illum præſtãdum per ſolã diuinam voluntatem,ergo vt effectus cognoſcatur futurus, neceſſe eſt aliundè cognoſcere,quod volũtas creata ſimul eſt determinãda ad illum effectum: hoc autem non cognoſcitur in ſola diuina voluntate,ergo ille effectus vt futurus, non poteſt in Deo tanquam in cauſa cognoſci;imò in nulla cauſa cognoſci poteſt,ſed in ſe ipſo.

17 Et explicatur hoc magis, nam ita philoſophandum eſt de ſciẽtia Beatorum,ſicut de ſcientia Dei, ſaltem ſecundùm quandam analogiam, & proportionẽ,quia hæc viſio eſt eminentiſſima participatio illius ſcientiæ,quã Deus de ſe habet,ſed Deus quatenus intelligitur habere ſcientiam intuitiuam creaturarum,non intelligitur videre creaturas in ſe tanquam in cauſa, ſed in ſe ipſis immediatè,intuendo veritates per ſe cognoſcibiles, vt explicatur in tractatu de ſcientia Dei.

Verùm reſpondemus Beatos videre in Verbo,& eſſentia diuina huiuſmodi creaturas exiſtentes, non quia vident in eſſentia, tanquam in cauſa,vel tanquam in Idæa,vel in voluntate diuina, tanquam in cauſa potente operari,vel actu operante; Nam ſi Deus, quatenus intelligitur habere ſciẽtiam intuitiuam creaturarum, non intelligitur videre creaturas in ſe,tanquam in cauſa, ſed in ſe ipſis immediatè, intuendo virtutes per ſe cognoſcibiles; quia ante hanc ſcientiam viſionis intelligitur Deus habere ſciẽtiam compræhenſiuam ſui ipſius, vt eſſe poteſt cauſa omnium,& vt ſic illa ſcientia non eſt intuitiua futurorum; multò magis Beatus non poteſt videre in Verbo,vt in cauſa exiſtentias rerum,ſed debet illas intueri in ſeipſis.

Et confirmatur; Nam quemadmodũ Deus non poteſt facere quod non eſt factibile; ita non poteſt vlla potentia eius fieri, vt ſciamus quod non eſt ſcibile,ſed ſic eſt, quod nec eſſentia,nec omnipotentia eius,ſiuè nudæ accipiantur, ſiuè coniunctæ cum determinatione volũtatis, ſunt cauſa adæquata,& propter quã ſunt multa futura contingentia,cum non habeat circa eas Deus abſolutam voluntatem ea efficiendi ante illorũ præſcientiam; vnde nec ipſe poteſt ſcire talia obiecta in ſe ipſa: tãquam in cauſa, vt dicetur cum de ſcientia Dei,qui fieri poteſt,vt ea ſciat Beatus in ipſo tanquam in cauſa? Dicitur tamen Beatos poſſe, & de facto videre creaturas in Verbo, non tantùm vt poſſibiles, ſed etiam vt exiſtẽtes;vel futuras in aliqua differentia temporis;quia vident multas res futuras non per ſpeciales reuelationes extra Verbum,ſed per viſionem beatificam a principio beatitudinis. Et quemadmodũ cognitio,& ſcientia diuina,quamuis non videat futura contingentia in eſſentia ſua, tanquam in cauſa, videt in ſe ipſis immediatè, intuendo veritates per ſe cognoſcibiles; quia cum infinitæ perfectionis ſit per ſe ipſum (noſtro modo loquendi) extenditur ad intuenda 18

tuenda obiecta per ſe exiſtentia in aliqua differentia temporis ſuppoſito, quod debeant exiſtere. Ita Beatus qui dicitur videre in Verbo creaturas, vel exiſtentes, vel futuras, in aliqua temporis differentia, videt illas non in eſſentia diuina tanquam in cauſa, ſed in ſe ipſis, quaſi per quandam extenſionem, quod quidem non fit per partialem aliquam entitatem, per modum extenſionis, quam addat vna viſio ſupra aliam, quæ id non habet: nec per ſolam intenſionem, quia hæc ſola non efficit quaſi extenſionem in obiecto; ſed id probabilius eſt prouenire (vt optimè inquit Suar. 1. par. lib. de Attributis Dei negatiuis) ex ipſamet indiuidua entitate viſionis; quia vna eſt perfectior altera; & ideo ex ſe eſt ſufficiens ad manifeſtandum perfectius Deum, & creaturas in Deo, & conſequenter ad compræhendendas meliùs aliquas creaturas, vel virtutes, & dimanationes, aut exiſtentias rerum. Idq; dictum ſit in gratiam ſententiæ Diui Thomæ, & communis, quæ (vt videbimus) inquit Beatos, & poſſe, & de facto videre creaturas in Verbo, non tantùm vt poſſibiles, ſed etiam vt exiſtentes, vel futuras in aliqua differentia temporis.

Suar.

Confirmatur Superior doctrina auctoritate Patrum, & ſcholaſticorum; præſertim D. Thomæ.

Cap. II.

1 Dionyſ. Areopag. IN primis ſe ſe offert Dionyſij Areopagitæ ſententia cap. 7. de Diu. nom. clariſſimè id docentis, his verbis, *diuina mens omnia continet ſcientia, quæ ſecreta eſt omnibus, quod per cauſam rerum omnium, in ſe omnium rerum ſcientiam anticipatam habet*. Et infra. *Neque enim ea quæ ſunt ex his, quæ ſunt, diſcens nouit diuina mens, ſed ex ſe, & in ſe, per cauſam rerum omnium, cognitionem, ſcientiam, eſſentiamque anticipatam, & ante comprahenſam habet; non quod per ſpeciem ſingula conſideret, ſed quod vno cauſæ complexu* (id eſt compræhenſione eius) *omnia ſciat, & contineat*, &c. & concludit. *Se ipſam ergo noſcens diuina ſapientia, nouit etiam*. Ecce igitur Dionyſium paucis, iiſque claris verbis, ita vt vix potuerit clarioribus ampliſsimam complecti doctrinam, quod Deus omnia per ſuam eſſentiam, & in ſua eſſentia videat, ac in ea tanquam in cauſa, cuius compræhenſione veluti omnia continentis, omnia proſpiciat, & perfectiſsimè intelligat. Et quamuis D. Dionyſius, (vt mos ipſius eſt) nunquam tam clarè ſoleat loqui, vt non poſsit in varias trahi ſententias, præſertim vbi voluntas adſit contradicendi; hęc tamen doctrina, ſi verba ipſa ponderemus, & contextum, tam clarè ab eo eſt tradita, vt in ipſa explicanda videatur ſuperare ſe ipſum, & quod etiam maximi eſt ponderis, D. Thom. & alij Expoſitores communiter in hunc ſenſum intellexerunt D. Dionyſium. Diui Auguſtini multa afferuntur loca, ſed vt plurimum probant Beatos videre creaturas in verbo non ſolum ſecundùm illud eſſe eminens, quod habent in Deo, ſed etiam ſecundùm eſſe formale, & proprium, quod habent in ſe ipſis; an videant in eſſentia, & omnipotentia tanquam in cauſa, non videtur ita expreſſe colligi ex verbis ipſius, niſi fortè per creaturarum cauſam in Deo exiſtentem, intelligamus cauſam potius dirigentem, & artem diuinam, & Idæas. Aliquanto clariùs id, quod intẽdimus, videtur probari teſtimonio Bernardi,

Thom. 2 Auguſt. 3 Bernard.

di, quinto de conſider. ad Eugen. in princ. dicentis creaturam Cœli, ideſt Beatam non indigere ſcala creaturarum, vt aſcēdat ad Deum, *quid enim*, inquit, *opus ſcalis tenenti ſolium?* & ſubiungit. *Creatura cœli illa eſt præſto habens per quod potius iſta intueatur, videt verbum, & in verbo facta per verbum.* Quod ſi quis credat poſſe hanc auctoritatem eludi, interpretando de creaturis quoad eſſe tātùm increatum, quod habent in Deo, non difficilè arguitur, extorta enim & non veriſimilis apparet expoſitio, ſi conſideremus cōtextum; tum quia magnam committeret Bernardus æquiuocationem, loquens enim de cognitione creaturarum, & Dei, quatenus in via per creaturas cognoſcitur creator, in patria è cōtrario; in vno ageret de creatura cognita in eſſe proprio; in alio de creatura ſecundùm illud eſſe increatum, quod eſt proprium eſſe Dei: tum etiam, quia creatura, vt eſt vita &c. non poteſt dici facta per verbum, nec Verbum poteſt dici medium ad illam cognoſcendam; cum potius creatura ſecundùm illud eſſe ſit ipſum verbum. Dicit præterea Bernardus habere Beatos verbum; per quod iſta intueantur, vbi ponderanda eſt illa dictio, per quod, quæ medium cognitionis denotat, & pronomen, iſta, poſitum ad deſignandas creaturas, de quibus proximè loquutus fuerat; illas ſcilicet; per quas nos aſcendimus ad Deum.

4 Obijcies Bernardum ibi dicere, melius eſſe creaturas in Deo, quàm in ſe ipſis, ex quo videtur colligere eadem viſione verbum, & ipſas in eo videri; videtur igitur alludere ad illud eſſe tātùm creaturarum, quod habent dum eminēter ſunt in Deo; non autem ad illud, quod habent ſecundùm proprias rationes formales, & ad ipſas obiectiuè exiſtentes in mente diuina. Sed contra; nam ſi verba verbis cohærent, ex contextu potius colligimus ibi, reddi cauſam, cur Beati videndo Deum, videant creaturas in ipſo, tanquam in cauſa, nam eminenter, & virtute continet illas, id enim ſibi volunt illa verba. *Vbi longè meliùs ſunt, quàm in ſe ipſis*, ergò Beatus contemplando, & videndo Deum, qui eſt creaturarum cauſa æquiuoca, poteſt in cauſa intueri effectus; & multi de facto intuentur. Nec poteſt huic Bernardi loco accommodari illa alia expoſitio, quod loquatur de cognitione in verbo cauſaliter, reijcitur enim per illa ipſius verba, quę ſubdit, *Neque opus habet ex his, quæ facta ſunt, factoris notitiam mendicare; neque enim, vt vel ipſa nouerit ad ipſa deſcendit, quæ ibi illa videt, vbi longè melius ſunt, quàm in ſe ipſis.* Et idem eodem libro poſt multa, loquens de viſione diuinæ eſſentiæ inquit. *Quidni ibi videatur cor Dei? quidni ibi probetur quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta? bona in ſe, placens in effectibus, beneplacens fruentibus, perfecta perfectis, & nihil vltra quærentibus: patent viſcera miſericordiæ, patent cogitationes pacis, diuitiæ ſalutis, myſteria bonæ voluntatis, benignitatis Arcana, quæ clauſa mortalibus, etiam ipſis electis ſuſpecta ſunt.*

D. Thom. pluribus in locis, huius doctrinæ ſemina iacit in 1. par. q. 12. art. 8. vbi Caiet. ſic inquit, *videntur omnia in Deo; ſicut effectus in prima cauſa, & eorum, quæ Deus facit, vel facere poteſt, tantò aliquis intellectus plura cognoſcit quātò perfectiùs Deum videt.* Et de cognitione diſſerens diuina, quæſt. 14. art. 5. inquit, *virtus autem alicuius rei perfectè cognoſci non poteſt, niſi cognoſcantur ea, ad quæ virtus ſe extendit; vnde cum virtus diuina ſe extendat ad alia, eo quod ipſa ſit cauſa effectiua omnium entium,* 5

5 Eadem doctrina confirmatur auctoritate D. Thomæ.

V tium,

tium, neceſſe eſt, quod Deus alia à ſe cognoſcant, quæ ſubdit cognoſcere in ſe ipſo, non in ſe ipſis; qua auctoritate D. Thom. confutatur opinio eorum, qui volunt Deum cognoſcere creaturas in eſſentia ſua non tanquam in obiecto cognito, ſed per illam tanquam per rationem cognoſcendi, quia eius cognitio eſt creaturarum ſpecies expreſſa. Cum autem Beato non poſſit eſſe eadem eſſentia diuina talis ratio videndi creaturas, cum non cognoſcat, & videat cognitione illa, & viſione increata, & diuina, ſed creata, & finita, negant ex ei viſionis Beatum videre creaturas. Sed animaduertenti diſcurſum S. Thom. q. 19. art. 5. manifeſtum erit vtroque modo ipſum concedere, videri creaturas à Deo, & in eſſentia ſua tanquam in cauſa, & obiecto cognito: & per eſſentiam, quatenus eſt ſuum intelligere, & ſpecies expreſſa creaturarum. Et lib. 1. contr. gent. c. 49. vbi Ferrar. ait clariſſimis verbis Deum cognoſcere alia à ſe in eſſentia ſua viſa, ſicut cognoſci ſolent effectus cognita cauſa. Et in qq. diſput. quæſt. 8. de verit. art. 4. Loquens de cognitione Angelorum in verbo, inquit Angelũ Beatum videre aliqua in verbo, non tamen omnia. Quod ſi aliquis obijciat ſicut qui videt ſpeculum, videt omnia, quæ in ſpeculo relucẽt; Reſpondet ea quę videntur in Deo, propriè videri in ipſo tanquam in cauſa: illam autem metaphoram ſpeculi nõ ita propriè eſſe accommodandam obiecto beatifico, & viſioni diuinę. Quod quidem repetit, cum q. 20. de ver. art. 4. loquitur de ijs, quæ videt, & cognoſcit Anima Chriſti in Verbo.

6 Quod pertinet verò ad creaturas, non ſolùm vt poſſibiles, ſed etiã vt exiſtentes, vel futuras in aliqua differentia temporis, illas videri in Verbo ex vi viſionis, ſæpiùs docet, tum in prima par. quæſt. 12. art. 8. 9. & 10. tum etiam loquens de cognitione Animę Chriſti in Verbo 3. par. q. 10. art. 2. & 3. & alijs in locis, 2. 2. q. 83. art. 4. ad ſecundum, & in 4. ſent. diſt. 45. q. 3. art. 1. quibus in locis inquit unumquemque Beatorũ uidere in Verbo, ſiuè loquamur de cogitationibus cordis, ſiuè de contingentibus complexionibus, ſaltem ea omnia, quæ ad proprium pertinent ſtatum, ſed hæc latiùs, cum ſermo inciderit de ijs, quæ Beati de facto uident in Verbo. Poſſunt citari in hanc ſententiam Patres alij, & Scholaſtici, qui paſſim à recentioribus adducuntur in art. 8. q. 12. Diu. Tho. ſed iam allata teſtimonia ſufficiunt.

Num probetur videri creaturas à Beatis ex vi viſionis illa auctoritate Diu. Pauli prima ad Corint. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

Cap. 3.

QVod creaturæ videãtur à Beatis in Deo ſecundùm proprium, & formale illarũ eſſe, poteſt probari auctoritate D. Pauli, qui loquens de cognitione, quàm de Deo habemus, & eius myſterijs in præſenti vita, illam à cognitione patriæ contradiſtinguens, ita inquit *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem*. Velim autem priùs animaduertas cognitionem illam cęleſtem, quæ dicitur facie ad faciem, non excludere omninò cognitionem illam, quæ ad ſpeculum; (licèt non ſecundum proprietatem, ſed ſecundùm metaphoram 1 1. Cor. 13.

ram

ram) quoquo pacto pertinet; cum vulgata ſit illa propoſitio Beatos videre in eſſentia diuina creaturas tãquam in ſpeculo. Et ſumpta videtur ex Auguſt.epiſt.112.Sed ibi c.4. & ſeqq. ſolum docet videri Deum quando vult, & quomodo vult, & præcipuè de viſionibus Dei tractat ſub corporali ſpecie. Habetur tamẽ nomine Auguſtini,lib.de tripl.habitac.cap.vlt.tom.9.& ea vtitur Concilium Senenſe, in decret. fid. c.13. & D.Tho.1.par. q.12.art.8.ad 2. & q.14.art.5.& 3.ſent.diſt.14.q.1. artic.1.q.4.ad primum.Cum igitur ex dictis pateat concedi à Patribus, & Scholaſticis creaturas videri à Beatis in eſſentia diuina tãquam in ſpeculo,cur Apoſtolus loquens de cognitione viæ, vt cõtradiſtincta à cognitione patriæ;inquit videmus nũc per ſpeculum? ſed ſi perpendatur

Quomodo ſit intelligẽdum illud quod Beati vidẽt creaturas ĩ Deo tanquam in ſpeculo.

Them.

2 proprietas loquendi, *Videmus nunc per ſpeculum*, intelligemus ſatis noſtro propoſito conſonè id eſſe dictũ; nam ea,quę nos obiecto ſpeculo videmus, potiùs per ſpeculum videre dicimur,quàm in ſpeculo, tanquàm aliquid,quod in ipſo ſit, eoq; cognito videatur; Nam ſpeculum non eſt medium cognitum propriè,& per ſe loquendo.Quod ſi ſimul cum rebus ipſis, quæ per illud obijciuntur nobis,ſpeculum videatur, id ſolùm eſt concomitanter; quia ipſum ſpeciem ſui ad oculum mittit; ſi enim poneremus impediri ſpeculũ, ne ſui ſpeciem mitteret,vel Deum cũ illo non concurrere;concurrere autem cum ſpecie alterius obiecti, ad reflexionẽ eius videretur planè res per ſpeculum,nõ viſo ſpeculo; Cum igitur viſio illa non terminetur priùs ad ſpeculum,tanquam affectum ſpecie talis obiecti, quod ibi repræſentatur, nec ad illud tanquam ad mediũ cognitum propriè,quo viſo videantur,& cognoſcantur res in ipſo,meritò D.Paulus cognitioni patriæ,

Explicatur quomodo res vidẽtur in ſpeculo.

quæ dicitur facie ad faciem, cognitionis per ſpeculum opponit; Nam licet ibi Deus dicatur ſpeculũ creaturarum; tamen eſt medium cognitum,quo cognito venimus in cognitionẽ creaturarum, & ideo cognoſci dicuntur in illo creaturæ tanquã in ſpeculo; (In ſpeculo) nam in illo cognito Beati eas intuentur; ſed tãquam in ſpeculo,vt intelligas metaphoram eſſe, & ſimilitudinem, non proprietatem.

Rurſus,quia quando res per ſpeculum videtur,viſio talis rei nõ terminatur proximè ad imaginem quaſi in ſpeculo depictã, ſed ad rem ipſam immediatè, cuius ſpecies medio ſpeculo per refractionẽ ad oculum peruenit; quod duobus experimentis poteſt comprobari. Vnum eſt. Si imago aliqua rei quaſi in ſpeculo depicta videretur; non res ipſa in ſe; proculdubio non appareret intra profunditatem, & diſtantiam ipſius; accidens enim quod eſt in ſubiecto aliquo, eandem cum ipſo habet diſtantiam, ſub qua ſimul cũ eo videtur;At qui res illa,quæ obiecto ſpeculo apparet,multò interiùs, & in profundiori diſtantia videtur, quàm ſpeculum; quinimò quanto magis res ipſa abs ſpeculo è regione poſita diſtat,eò profundiùs videtur nobis intra ſpeculum apparere, ergo ſignum euidens eſt, non videri ipſam ſpeciẽ,quæ intra corpus ſpeculi exiſtit, ſed rem è regione poſitam,quæ propter refractionem ſpecierũ,cum tota ſua diſtantia,eo modo repræſentatur. Alterum experimentum eſt,qui tali facultate videndi prædititi ſunt,vt è propinquo optimè videant,è longinquo verò egeãt peculiari quodam genere perſpicillorum, etiam ſi ſpeculum habeant è regione ſatis propinquũ, & ad illud intuendum,& quæ in eo ſunt, non indigeant perſpicillis; egent tamen ad videndum ea, quæ à tergo ſunt 3

poſita; & per refractionem in ſpeculo apparent, ſi in longinqua ſint poſita diſtantia; ſignum igitur eſt non eſſe in ſpeculo id, quod videtur, cũ ipſum ſpeculum, & quæ in eo ſunt, in optima diſtantia ſint poſita, vt ſi ne perſpicillis rectè videantur; res verò illa, cum non ſit in debita diſtantia, etiam in ſpeculo refracta, ſine illis videri non poteſt; cum igitur res per ſpeculum in ſe ipſis videantur, non in imagine, quaſi in ſpeculo
4 depicta; meritò D. Paulus de imperfecta cognitione myſteriorum Dei loquens, quam habemus in hac vita, comparata cum cognitione patriæ, non ſatis putauit ad eius exprimendam obſcuritatem, dici eſſe cognitionem per ſpeculum, quo repręſentantur, & videntur res in ſe ipſis; ſed ſubiunxit in ænigmate; vt oſtenderet valdè eſſe illa obſcuriorem; August. ænigma autem, teſte Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 9., obſcura allegoria eſt; veluti quoties per vnam rem, aliam ſignificare volumus, ſicuti eſt Prouer. 30. illud Prouerb. 30. *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes affer, affer*. Huic autem cognitioni per ſpeculum, & in ænigmate, opponit illam patriæ claram, quæ eſt facie ad faciem, quã etiam Patres, & Scholaſtici appellãt cognitionem creaturarum tãquam in ſpeculo. In ſpeculo quidem, vt omnes intelligant videri creaturas in Deo ſecundùm proprium, & formale illarum eſſe, non per quandam earum ſimilitudinem. Tanquam in ſpeculo; nam ita videntur in ſe ipſis, vt videantur in Deo, tanquam in obiecto cognito, propriè, & per ſe loquendo; quemadmodum non contingit in ijs quæ videntur, obiecto ſpeculo, cum per illud potiùs videantur, quàm in illo; nam per concomitantiam videmus ſpeculum, & quæ repræſentantur in ſpeculo. Nec
5 obſtat huic doctrinæ, quod diuina eſſentia ſpeculum dicatur voluntarium; nam ita dicitur, quia ſolùm videtur quãdo, & à quibus vult; non tamen hinc ſequitur, quod poſita tali viſione, & tali lumine; ex vi ipſius non videantur tales creaturæ tum poſſibiles, tum exiſtentes, iuxta luminis, & viſionis indiuiduam perfectionem, nõ enim poteſt priuari forma ſuo effectu formali, manente illa in ſubiecto, nec etiã poteſt proprius effectus formalis vnius formæ fieri per aliam; natura ſua habentem diſtinctum effectum, ſiuè indiuiduum, ſiuè ſpecificũ, quia ſeruata proportione eadem eſt ratio.

Quomodo diuina eſsẽtia dicatur ſpeculũ voluntarium.

Quas creaturas re ipſa videant Beati in eſſentia diuina.

Cap. 4.

SVnt qui damnant, vt hæreticam, vel hæreſi proximam illam opinionem, quam refert Diu. Thom. quæſt. 20. de verit. art. 4. omnes ſcilicet Beatos videntes Deum videre omnia, quæ aliquando fuerunt, vel futura ſunt; vnde ſit illos omnes videre quæcunque Deus ſcit ſcientia viſionis, dignamque hac cenſet nota, tanquam ſcripturis manifeſtè repugnantem, quæ Sanctis Angelis ingnorantiam aliquam rerum, vel futurarum, vel exiſtentium, tribuere videntur; at ſi omnia in verbo uiderent, nihil prorſus ignorarent. Multa poſſent afferri loca; ſed pauca; inter multa adducere ſufficiat. 1

2 Ac primum omnium lubet perpendere uerba illa Apoſt. ad Epheſ. 3. *Vt innoteſcat Principibus, & poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei*, ergo Angeli per Eccleſiam multa de diuinis Myſterijs diſcunt, quæ prius ignorabant. Verùm quamuis magis recepta expoſitio

Epheſ. 3. An Angeli per Eccleſiã multa de diuinis myſterijs diſcant.

ſitio ſit per ea, quæ geſta ſunt à Chriſto, & Apoſtolis in Eccleſia, per quæ gratias, & dona Eccleſiæ, ab ijs communicata, multa myſteria Chriſti, & chriſtianorum Angelis innotuiſſe quę priùs ignorabant; ac licet Myſterium Incarnationis, & Redemptionis noſtrę, quoad ſubſtantiam ex reuelatione à principio ſuæ beatitudinis cognouerint: non tamen omnes eius partes, ſpecies, cauſas, effectus, modos, & circumſtantias cognouerunt, ſed didicerũt cum ea in Eccleſia fieri, & exhiberi uiderunt. Quin etiam D. Dionyſ. cap. 2. de Diu. nom. hæc inquit. *Sed quod eſt omnis Theologiæ manifeſtatiuum. Ieſus ſecundùm nos diuina compoſitio, & ineffabilis eſt verbo omni, & ignota menti omni, & ipſi primo digniſſimo Angelorum.* Quod ſi quis inficiauerit D. Dionyſij teſtimonium, quod aſſerat lumine naturali id eſſe incognitum, cum nec digniſſimum Angelorum excipiat; ſi tamen ea quis ponderauerit, quæ ſupra ex cap. 7. de cæleſti Hierarch. adduximus, non dubitabit ex D. Dionyſ. ſententia, quaſdam huius myſterij circumſtantias denuò Sanctos Angelos didiciſſe, eo modo, quo ibi explicatum eſt.

Dionyſ. Areopag.

3 Licet igitur hæc expoſitio admodum probetur, Ambroſius tamen per Angelos, quibus innotuit per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, malos Angelos intelligit, qui in cęleſtibus, hoc eſt in aere, & Cęlo hoc aereo verſantur. Et quãuis Hieronym. Chryſoſt. Anſelm. Auguſt. lib. 5. de Geneſ. ad litteram cap. 19. & alij, de Sanctis Angelis dictum Apoſtoli intelligant ſunt tamen inter illos, vt illud, *innoteſcat Principibus*, explicent non abſolutè, ſed per viſionem, & experientiam, quaſi dicat, vt videant, quod enim Angeli per reuelationem anteà ſciebant futurum, hoc in Eccleſiã viderunt fieri, cum res facta, & geſta eſt.

Auguſt.

Citaturque in hanc ſententiã D. Tho. 1. p. q. 57. art. 5. in reſponſ. ad 1. Sed id nõ inquit Sãctus Doctor; vt eius verba hęc manifeſtè demõſtrãt, *de Myſterio Incarnationis dupliciter contingit loqui: vno modo in generali, & ſic omnibus reuelatum eſt à principio ſuæ beatitudinis; cuius ratio eſt, quia hoc eſt generale principium, ad quod omnia eorum officia ordinantur, omnes enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus, vt dicitur ad Hebr. 1. In miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, quod quidem fit per incarnationis myſterium; vnde oportuit de hoc myſterio omnes à principio communiter edoceri. Alio modo poſſumus loqui de myſterio Incarnationis, quantùm ad ſpeciales conditiones; & ſic non omnes Angeli à principio de omnibus ſunt edocti; imo quidam etiam ſuperiores Angeli poſtmodum didicerunt, vt patet per auctoritatem Dionyſij inductam* Si igitur hæc pręfata D. Thom. uerba benè perpendantur, confitebimur ipſum potius primam amplecti expoſitionem, quam nuper dictum. Sed quamuis id D. Thom. non dicat, quid prohibet D. Paulum ita interpretari, vt de ſcientia per viſionem, & experientiam loquatur, vt præſeferunt illa verba eiuſdem 1. ad Timoth 3. *Magnum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, apparuit Angelis*. Nec refert, quod nonnulli dicunt, obſtare huic expoſitioni illud, *vt innoteſcat*; Innoteſcere enim dicitur, cum notum fit quod antea erat ignotum; nam ſecundùm accommodam proportionem ſunt hæc intelligenda; quemadmodum enim quod per experientiam ſcitur, aliquo pacto innoteſcit; ita etiam antea verò poterat dici ignotum, non abſolutè, ſed inſcitia, huic cognitioni oppoſita. Nec rurſus obſtat

4 Thom.

Hebr. 1.

1. Timot. 3.

Digitized by Google

Epheſ.3.
ſtat illud quod Paulus ad Epheſ.3.
de eodem myſterio loquens dicat.
Quæ ſit diſpenſatio Sacramẽti abſcon-
diti à ſæculis in Deo; ergo ſi hoc In-
carnationis Myſterium fuit abſcon-
ditum in Deo, latebat Sanctos An-
5 gelos. Nam rectè intelligitur, quod
ab æterno abſconditum fuerit in
Dei ſcilicet mente, conſilio, & præ-
deſtinatione; iam verò erogatum,
diſtributum, omnibuſque propoſi-
tum, & oblatum his nouiſſimis tem-
poribus; quæ quidem vera ſunt,
quamuis fuiſſet Sanctis Angelis ab
initio eorum beatitudinis reuelatũ.
Hæc autem eo conſilio à nobis di-
cta ſunt, vt quiſque ex ſe intelligat
illam, quæ à principio fuit adducta
ad probandum Angelos prorſus in-
gnoraſſe aliqua, quæ adhoc Incar-
nationis pertinebant Myſterium,
non eſſe conuincentem expoſitio-
nem.

6 Alter locus ad damnandam præ-
fatam ſententiam poteſt ſumi ex il-
Marc. 13.
lis verbis Marci 13. *De die autem il-*
lo, vel hora, nemo ſcit, neque Angeli in
Cœlo, neque Filius, niſi Pater, ſimile
Matth.24.
quid legitur apud Matth. cap.24.
De die autem illa, & hora, nemo ſcit,
neque Angeli Cœlorum, niſi ſolus Pa-
ter. Ex quibus verbis colligunt ali-
An Angeli Beati cognoſcãt extremũ diem iudicij.
qui, inter quos Bannes in quæſt.12,
art.8. certa fide tenendum, Ange-
los Beatos non cognoſcere extre-
mum diem iudicij, ergo non om-
nia, quæ Deus ſcit ſcientia viſionis;
& conſequenter oppoſitum aſſere-
re, fidei eſſe contrarium, & omninò
hæreticum. Verùm quanti ponde-
ris ſit hæc cenſura ex huius loci in-
telligentia, & expoſitione eſt diiu-
dicandum. Prima igitur expoſitio
eſſe poteſt, vt Chriſtus quatenus
homo, dicatur ignoraſſe diem iudi-
cij; dummodo illud, quatenus, non
ſpeciem, ſed cauſam ſignificet; ſci-
uit enim humana natura, ſed non
quia humana, cum nec Angeli quã-
tumuis perfectiſſimi, & amiciſſimi
Dei, ſciuerint, ſciantque diem iudi-
cij. Sed ex eo hoc nouit Filius ho-
minis, quod vnitus eſt Filio Dei. In
quẽ ſenſum D. Greg. lib.8. Epiſt.42. Gregor.
dicit Chriſtum noſſe hunc diem in
natura hominis, ſed non ex natura
humanitatis, quod in ipſa nouit ex
ipſa non eſſe. Quomodo, & D. Au- Auguſt.
guſt. lib.1. de Trin. cap.12. inter-
pretatur quod filius dicit ſe non iu-
dicare, quia non ex poteſtate hu-
mana iudicat, quamuis vt homo iu-
dicet, ſi ſpeciem, non cauſam intel-
ligas.

Placet, & alia expoſitio, vt dicat 7
ſe eo titulo ignoraſſe, quod legatus
ſit, eo quod non ſic à Patre didice-
rit diem illum, vt cuiquam homi-
num, ad quos legatus, Nunciuſque
ſalutis miſſus fuerat, aperire debe-
ret, ac proinde ſibi ſciret, non alijs;
præſertim eo tempore infirmis, &
tanti arcani incapacibus, quod ex
eo confirmari, poteſt; nam in actis
Apoſtolorum cap.1. repellit hanc
eamdem curioſam quęſtionem gra-
ui quidem, ſed benigniore, quàm
cum de conſumatione ſeculi ante
mortem interrogaretur, reſponſo,
vt Chryſoſtomo placet. Et nota hic Chryſoſt.
reſpondere. *Non eſt veſtrum*, non
dicit noſtrum, iam tãdem pro Deo,
aut certè magis à ſuis cognitus, qui
olim de die iudicij nec ſe, de ſe ſub
nomine filij loquens ſcire affirma-
uit, ſed ſolum Patrem, *in Euangelijs*, Matt.24.
inquit Baſil. Epiſt.141. *ſe ipſum ad-* Baſilius.
numerauit ignorãtibus propter multo-
rum, vt dixi, infirmitatem, in actis
verò Apoſtolorum; tanquam perfectis
ſeorſum differens, per ſui exceptionem
dixit non eſt veſtrum ſcire, &c. Idem
obſeruauit Athanaſ. orat.4. contr. Athan.
Arian. Hieronym. in cap.24. Matth. Hieron.
Ambroſ. lib.5. de fid. cap.7. qui præ- Ambroſ.
terea ex præſenti Apoſtolorum 8
colligit interrogatione, illos credi-
diſſe in Chriſto futurorum ſciẽtiam
fuiſſe;

Digitized by Google

fuiſſe; bona igitur eſt explicatio, vt dicatur Chriſtus eo titulo neſciſſe diem iudicij; quod legatus ſit cuique hominum præſertim tunc infirmorum ad quos ſalutis nuncius miſſus fuerat, id aperire prohibitus.

Quomodo dicat Chriſtus ignorare diem iudicij.

Et hunc explicandi modum præter citatos Patres indicat apertius D. Hilar. in cap. 24. Matth. qui ſic habet. *Numquid Deus Pater cognitione diei celandi filium propoſito obnegauit, cum dictum ab eo ſit omnia mihi tradita ſunt à Patre meo? ergo non omnia ſunt, ſi eſt aliquid, quod negatur; ſed quia ad nos omnia à Patre accepta deueberet, Deique verbum non tam futuri in ſe fidem contineat, quam facti; ideo extra definitionem dies poſita eſt, vt largum licet Deus pœnitentiæ nobis tempus indulgens, incerti tamen metu, ſemper nos ſollicitos detineret, & ipſe nulli loquendo voluntatem dandi huius diei nulla dicti ſui definitione cohiberet*, ſed & Theofilactus hanc indicat intelligendi rationem, addens pulcrum ſimile, *ſicut* inquit, *Patres ſæpè continent quod in manibus, deinde autem dum quærunt hoc filij, & dare ipſi nolunt, occultant dicentes; nõ habemus, quod quæritis, & ſic plorantes filios compeſcunt: Ita & Dominus, vt compeſcat Apoſtolos ne diſcant de die illo, & hora, dixit neque ego ſcio, niſi Pater ſolus*. Hanc eiam amplectuntur Baſil. lib. 4. contr. Eunom. circa fin. Nazianz. orat. 4. de Theo℞. circa fin. Auguſt. lib 1. de Trin. cap. 12. & non ſolùm veteres Patres; ſed etiam recentiores, vel in commentarijs in loca citata Euangelij, vel in q. 12. 1. par. Diui Thom. art. 8.

Hylarius. Theophil. Baſil. Greg. Naz. Auguſt.

9 Non contemnenda illa expoſitio eſt, vt dicatur Chriſtus non ſolum vt homo, ſed etiam, vt Deus modo quodam diem iudicij ignorare; non quod ignoret, ſed quod non ipſius officium ſit ſcire, ſed Patris; ac eo ſenſu, quo, ipſius, non ſuum, dare; & parare dixit ſedes, ad dexteram, aut ad ſiniſtram in Regno Dei, Matth. 20. ſic etiam dicit Patris eſſe, conſtituere quando ſoluẽdus ſit mundus, quando dies iudicij futurus ſit, iuxta illud, quod Act. 1. Apoſtolis inquit. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate*, per eam, inquam, quam Scholæ Theologorum in Trinitatis Perſonis, attributorum certam accommodationem agnoſcunt, vt Patris v.g. ſit potentia, & conditarum rerum prouidentia, ac prædeſtinatio, & proinde ſit ſcientia. Licet igitur hoc, & aliæ expoſitiones afferantur, præfati loci expoſitiones, vt quod Filius neque ſciat, ſcilicet à ſe, iuxta illud *Doctrina mea non eſt mea*, ideſt habeo illã ab alio acceptam; vel, vt intelligatur neſcire ſcientia naturali, aut acquiſita, tamen & magis communis, & genuina litteræ expoſitio illa proculdubio videtur eſſe, quę ſecundo loco eſt adducta.

Math. 20. Act. 1. Ioan. 7.

Quod ſi ita eſt, iã ſatis patet auctoritatem illam nõ eſſe conuincentem ad probandum Angelos ignorare diem Iudicij; ſicut enim dicto loco excluduntur Angeli; ita etiam & Filius, ergo ſicut optimè explicatur de Filio, quod ipſe neſciat ad dicendum, eoq; titulo, quod legatus ſit: ita poſſumus de Angelis dicere ipſos diem illum neſcire; vt ſunt adminiſtratorij ſpiritus, miſſi in miniſterium ſalutis, ergo qui abſolutè aſſeueraret Beatos Angelos in Verbo videre diem Iudicij, non aliquid aſſereret contra fidem, tanquam expreſsè contrarium ſacræ Scripturæ. Quin etiam Abulenſis in cap. 24. Matth. q. 209. affirmat Angelos ſcire diem Iudicij. Vide Suar. tom. 1. 3. par. in q. 10. D. Tho. in comment. ſuper art. 2. in fin.

Athan. Suar.

Tertio loco adducitur ad confirmandum idem illud Iſaiæ cap. 63. vbi Sancti Angeli interrogant, *Quis eſt* 10

Iſai. 63.

eſt iſte qui venit de Edom? Ignorabãt ergo id, quod interrogabant; ſicq; intelligit Ambroſ. lib. de Inſtit. Virg. & lib. de myſter. cap. 7. coniungens hæc Iſaiæ verba cum illis Pſalm. 23. *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* ex quibus etiam Dionyſ. cap. 7. de cęleſt. Hierarch. colligit inferiores Angelos Sanctos doceri, & illuminari à ſuperioribus. Sed Forerius, qui inter cęteros Iſaiæ expoſitores inhęrentem ſententiæ explanationem affert, inquit, verba illa non eſſe Angelorum, ſed fidelium Iudæorum, qui Chriſtũ triumphantem, & victoriam reportantẽ gentibus, admirantur, & quiſnã ſit, interrogant, ignorabant enim Myſterium de vocatione gentium, & vix fieri poſſe credebant, vt gentes fierent Aduentus Meſſiæ participes. Pſalmi teſtimonium nec magis eſt efficax; Hæbrei enim volũt illa verba dicta eſſe, cum tempore Salomonis extructo Templo Arca in Sancta Sanctorum inſerretur, & Portas æternales appellari; quia firmas iam ſedes acceperat, cum antea ſæpè loca mutaſſet. Poteſtque addi in huius expoſitionis gratiam, illis verbis *Principes veſtras* eos cõpellari, qui in generatione timentiũ Dominum erant præcipui; & ſubita quadam mutatione verborũ (quod in effuſa lætitia compellantium populorum ſolet accidere; cũ alij alijs mox quidpiam facere iubent) à ſecunda perſona, in tertiam, vel potiùs à toto genere, ac multitudine, ad eos, qui præcipui, & Principes multitudinis erant, ſermo cõuerſus eſt; Et hanc expoſitionem probat Vatablus clariùs, Lyranus, & inter cæteros probabilẽ cenſet, Agellius noſter, nec improbat Genebrardus. Sed demus vtroque loco Angelos eſſe, qui interrogant, & reſpondent; non tamen neceſſe eſt, vt propter ignorantiã interrogẽt, ſed ex admiratione, vt ait Origenes in Matth.

Pſal. 23.

Vatablus. Nicol. de Lyra. Agellius.

Origen.

Admirationem autem non oportet ſemper ex inſcitia oriri, cum poſſit ex nouo genere experimentalis cognitionis procedere, vt in Chriſto Domino conſtat. Item ex abundanti gaudio in admirationẽ facilis eſt trãſitus, vt inquit Auguſt. ſerm. 188. de tempor. Adde materiam illius interrogationis (ſi magis communem ſequamur expoſitionem) talem fuiſſe, vt non videatur potuiſſe ab Angelis ignorari; rectè enim ſciebant quis eſſet Chriſtus, & quid propter hominum redemptionem paſſus eſſet, ob id enim in nocte Natiuitatis ipſius, gloriam canebant Deo, & pacęm annuntiabant hominibus.

Auguſt.

11 Putabam locum conuincentem ad damnandam præfatam ſententiam ſumi poſſe ex Daniel. cap. 10. vbi, hæc verba leguntur. *Noli metuere, Daniel, quia ex die primò, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos; Princeps autem Regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus, & ecce Michael vnus de Principibus primis, venit in adiutorium meum.* Hæc autem paſſim intelliguntur de pugna, quæ poteſt eſſe inter Angelos bonos, dum vnuſquiſque deprecans pro populo, cui præeſt, diuerſa, imò oppoſita à Deo petunt, ignorantes, quid Deus facere diſpoſuerit; ſi autem omnia viderent in verbo, quę Deus ſcit ſciẽtia viſionis, quomodo hæc Dei diſpoſitio, eiuſque conſilium poſſet eſſe occultum. Verùm memini mę legiſſe aliquos ex Sanctis Patribus ſenſiſſe Principem Regni Perſarum fuiſſe Angelum malum quid mirum ſi Gabrieli, & Michaeli reſtiterit? Ac S. Thom. 1. par. quæſt. 113. art. 8. & Rupertus de Victoria verbi Dei. lib. 9. citant D. Hieronym. in hanc ſententiam, licet alij id negent.

Daniel. 10. Quomodo poſſit eſſe pugna inter Angelos bonos.

Thom. Rupertus. Hieron.

Verùm

Hieron. Verùm ſiue Hieronym. ſit huius ſententiæ, ſiue alterius, ſiue ambiguum; illud ſanè extra controuerſiam eſt, Ioannem Caſſianum Collatione 8. cap. 12. & Rupertum loc. cit. ſentire Principem illum Regni Perſarum fuiſſe Angelum malum. Dicuntur autem ex horum Doctorum ſententia Angeli mali Regnorum Principes, & Populorum, non quod eum Principatum, & poteſtatem à Deo acceperint, ſed quia habebant ob improbitatem, & illorum hominum impietatem, quibus imperabant, & dominabantur, eos ad varia flagitia incitando, idque facillimè, nam cum idolorum cultoribus res illis erat. Quomodo autem Angelus bonus malo reſiſtat, docet latè Rupertus, malus pugnat accuſando, bonus defendendo, qualis ſolet eſſe diſceptatio in particulari iudicio, & futura deſcribitur in vniuerſali. Et quamuis ſententia affirmans Principem illum fuiſſe Angelum bonum, magis ſit communis; vtraque tamen eſt probabilis: nec eſt vrgens argumētum, ſententiam Caſſiani, & Ruperti à limitibus probabilitatis arcēs. Nullus igitur inductione facta tot auctoritatum, quæ præcipuè, videntur eſſe in hac materia, reperitur locus, quo præfata ſententia poſſit damnari tanquam Scripturæ ſacræ manifeſtè contraria.

Ioan. Caſs.

12 Temeraria videtur illa ſētētia quæ vult omnes Beatos videntes Deū videre oia quæ Deus videt ſcientia viſionis.

Exiſtimo tamen illam ſentētiam, quæ vult omnes Beatos, videntes Deum videre omnia, quæ aliquando fuerunt, vel futura ſunt, & omninò quæ videt Deus ſciētia viſionis, eſſe temerariam; nam D. Dionyſ. de cæleſt. Hierarch. cap. 7. & paſſim Patres affirmant Angelos inferiores purgari, & illuminari ab inferioribus, &c. ergo multa ignorant, & neſciūt, alioquin nulla opus eſſet purgatione, & illuminatione, qua denuò Dei conſilia, & varias diuinæ Prouidentiæ rationes circa futura cōtingentia, & Animarum regimen intelligerent, ſicut Chriſti Anima nullam nouam illuminationem, vel reuelationem recipit, qui omnia videt. Vnde ſumi poteſt hoc aliud argumentum. Theologi tribuunt Animæ Chriſti tanquam ſingulare priuilegiū, vt videat in Verbo omnia, quæ Deus videt ſcientia viſionis; extendere autem hoc ipſum ad omnes alios ſanctos, abſq; euidenti auctoritate, vel vrgenti ratione, temere quidem fit; temeraria igitur opinio eſt, quę ita ſentit, ac meritò reijcitur à D. Thom. 1. par. q. 12. art. 8. q. 20. de verit. artic. 4. tertiò contra gent. cap. 56. & 4. ſent. diſt. 49. q. 2. art. 3. & ab omnibus Theologis, tū veteribus, tum recentioribus. Dices ita ſentire Diu. Gregor. 4. dialog. cap. 34. in fin. & lib. 2. Moral. cap. 3. vt teſtantur illa eius verba *Quid non vident; qui videntem omnia vident?* Sed Deus eſt videns omnia, ergo Beati, qui vident Deum, omnia vident. Item Scriptura ſacra ita videtur loqui de Sanctis Angelis, ac ſi omnia ſint illis pręſentia, vt eſt illud Pauli 1. ad Timot. 5. *Teſtificor coram Deo, & electis Angelis*, & illud aliud 1. ad Cor. 11. *Oportet mulieres velamen habere ſuper caput ſuum propter Angelos*. Sed ad illud ſumptum ab auctoritate Diu. Gregor. reſpondet D. Tho. 1. par. q. 12. art. 8. ad primū, dicens, verba illius intelligenda eſſe quātum ad ſufficientiam obiecti, ſcilicet Dei, quod, quantum in ſe eſt, ſufficienter continet omnia, & demonſtrat; non tamen ſequitur, quod vnuſquiſque videns Deum omnia cognoſcat, quia non perfectè compræhendit ipſum.

13

Thom.

Greg. Papa.

Quomodo ſit intelligēdū illud dictū quid nō vident qui videntem oia vident?

1. Timot. 5.

1. Cor. 11.

14 Greg. Papa.

Argumēta, quæ ſumuntur ab auctoritatibus Diui Pauli, ſatis ſunt infirma; priori enim loco Apoſtolus adiurationem facit coram Deo, tanquam omnium inſpectore, qui vbiq;

&

& rebus omnibus adeſt, ſumma iuſtitia prędit9,vel ipſa potiùs perfectiſſima iuſtitia coram Chriſto tāquam Iudice conſtituto, viuorum, & mortuorum,& coram electis Angelis,qui Chriſto Iudici adſtabunt, eiuſque Imperio præſto erunt; inde tamen non deducitur,nō modo neceſſaria, ſed nec probabili conſequentia,omnia videre Angelos in Verbo,quæ Deus ſcit ſciētia viſionis,ſed ea ſcire,quę pertinēt ad eorum ſtatum,nec illa neceſſariò videre in Verbo,poſſunt enim ea noſſe per reuelationes denuò factas. Poſteriori autem loco, inquit Apoſtolus mulieres debere habere velamen ſuper caput,ob reuerentiā Angelorum,quęnam autē ſit hæc conſequentia.Mulieres Angelos teſtes habent illius honeſti pudoris, aut impudentiæ,atq; obedientiæ,quam debēt viris,aut inobediētiæ(vt animaduertunt Chryſoſtomus, Theophilactus,Theodoret.S.Thom.Anſelmus) ergo Angeli vident omnes cogitationes cordis in Verbo, & omnia, quę Deus ſcit ſcientia viſionis,vnuſquiſq; ex ſe ipſo dijudicet.

Chryſoſt. Theophyl. Theodor. Thom. Anſelmus.

Ad Idem.

Cap. 5.

1 Explicatur quid re ipſa videāt Beati in Deo.

CVm ſuperiùs potiùs viſum ſit quid non videant Beati in Verbo,reliquum eſt, vt propoſitam definiamus quæſtionem, explicare quid re ipſa videant,& primū quod videant,viſo Deo,quicquid eſt poſſibile,vel creabile, ſaltem ſub hoc communiſſimo conceptu creabilis, ſeu poſſibilis: nam quamuis omnipotentia Dei, quàm neceſſario vident qui clarè intuentur Deum, nō recipiat ſpeciem à ſuo obiecto cum non ſit quid cooptatum ad illud, quemadmodum potētia creata; ſed ſit ens abſolutū,ſicut eſt ipſe Deus, ſicut ſupradictum eſt; conuenit tamen cum creatis potentijs,quod illi neceſſe ſit habere aliquid per modum obiecti,quod habeat cum illa neceſſariam connexionem; nō quia ipſa ab obiecto pendeat,ſed quia potiùs obiectum in ſuo eſſe pendet, & in ſua poſſibilitate quaſi cōſtituitur,ſeu denominatur à tali potentia; ergo ſicut aliæ potentiæ non poſſūt cognoſci ſine obiecto ſaltē adęquato;ita neque omnipotentia Dei clarè videri ſine coniunctione cum obiecto poſſibili,ſeu creabili,vt huiuſmodi;nam illud eſt obiectū adæquatum.Hæc ſentētia eſt Capreol. 2
in 4.diſt.49.art.3. Sot. ibid.q.3. artic.3.concluſ.3. & recentiorū Thomiſtarum.Ratio autem facta,ſi quid probat; eſt, non ſolùm re ipſa, & de facto ita eſſe, ſed etiam de poſſibili: Itaut neceſſarium ſit,videntes Deum, videre omne poſſibile, vel omne creabile,quemadmodum neceſſarium eſt, viſo Deo, videri eius omnipotentiam. Quod apud me eſt valdè dubium. Nam vel loquimur de connexione illa, qualis cernitur inter effectum,& cauſam, & ſic non eſt maior connexio inter hanc, vel illam creaturam, & omnipotentiam diuinam,& omnes creaturas poſſibiles, & eandem: vel de connexione inter omnipotentiam,& obiectū poſſibile,vel creabile,ſub hoc communiſſimo conceptu in ratione cognoſcendi. Nam quemadmodum potentiæ creatæ nō poſſunt cognoſci ſine obiecto earum adæquato: ita omnipotentia Dei nō poteſt clarè videri ſine coniunctione cū obiecto creabili,ſeu poſſibili. Nec hoc pacto aſſequitur ratio quod intēdit; nam Dei omnipotentia,cū non ſpecificetur à tali obiecto,etiam ſub illo conceptu communiſſimo,nec ſit ens coaptatum ad illud,non pendet in ſui cognitione ab illo. Et explicatur hoc magis, nam quemadmodum

Capreol. Sot.

Nō ſequitur quia Beati vident omnipotentiā Dei videre ipſos quidquid eſt creabile ab illo.

dũ Angelus vt diſtinctè cognoſcat, & etiam compræhendat artem alicuius Artificis, non opus eſt, vt diſtinctè cognoſcat omnes figurarum ſpecies, quas poteſt inducere in materiam, ſed ſufficit cognoſcere illam habitudinem, quam potentia habet ad ſuum obiectum formale, cum ſit coaptatum ad illud, & id ſatis eſt ad compræhenſionem, non modo ad diſtinctam cognitionem, quamuis non diſtinctè cognoſcãtur omnia, quæ ſub illa ratione cadere poſſunt. Sic cum de cognitione diſtincta ſermo eſt, non autem compræhenſiua omnipotentię, quæ nullum habet extra ſe obiectum adæquatum, & formale, à quo ſpecificetur, nec ipſummet obiectũ creabile, vel poſſibile, etiam ſub communiſſimo conceptu, poterit diſtinctè cognoſci non ſolùm nõ cognitis creaturis, poſſibilibus in particulari, ſed nec etiã poſſibili, & creabili ſub illa ratione communi.

Obiectio.

3 Dices, qui videt intuitiuè, & clarè Deum, videt etiam clarè eius Attributa, vt iuſtitiam, miſericordiam, omnipotẽtiam, &c. Non poteſt autem ita videre, niſi videat illa vt ratione diſtinguibilia, per inferiorem intellectum abſtractè illa concipientem. At quomodo poteſt videre omnipotentiam, vt diſtinguibilem ab attributis cæteris, niſi per habitudinem ad omne poſſibile; ſiuè per neceſſariam cõnexionem, quam habet cum illa omne creabile.

Solutio.

Verùm reſponderi poſſet non eſſe neceſſarium, vt qui videt Deum ita diſtinctè cognoſcat hæc Attributa, cum nec illa compræhendat; nec neceſſe eſt, vt illa videat cum omni habitudine ad creaturas; poteſt igitur ſimpliciter videre, nulla comparatione facta ad res creatas, per quam comparationem cognoſcat Attributa vt ratione diſtinguibilia ab intellectu, illa abſtractè cognoſcente. Dicitur tamen adhuc diſtinctè videre illa Attributa, ſi diſtinctè cognoſci illud dicatur; quod opponitur impropriæ, & confuſæ cognitioni: quo pacto omne id, quod proprio conceptu cognoſcitur, & non communi tantùm, diſtinctè dicitur iure optimo cognoſci, & ita dicimus Attributa Dei videri diſtinctè, licèt ſimpliciſſimè, quia videntur, prout in ſe ſunt. In ſe autem tantùm eſt vna ſimpliciſſima Dei perfectio eſsẽtialis, & abſoluta; quam per modum plurium nos concipimus, & cognoſcimus, ergo hoc modo videntur diſtinctè hęc Attributa, & nullus alius modus diſtinctę cognitionis eſt ſimpliciter neceſſarius.

Dices rurſus. Hæc Attributa ex ſe diſtinguuntur ſaltem fundamentaliter, ſeu virtualiter, ergo neceſſe eſt, vt hęc ſaltem diſtinctio in eis videatur. At qui fieri poteſt, vt quis videat omnipotentiã virtualiter diſtinctam à cæteris Attributis, vt ſimul non videat quicquid eſt poſſibile, vel creabile ab illa, ſaltem ſub hoc communiſsimo conceptu creabilis, ſeù poſsibilis? 4 Alia obiectio.

Reſponſio.

Sed reſpondetur in re ipſa nullam eſſe diſtinctionem, ſed eſſe potius ſimpliciſſimam, & eminentem vnitatem, quę ſolum per denominationem extrinſecam vocatur diſtinctio virtualis, quatenus inferior intellectus poteſt illã per plures cõceptus abſtractiuos diſtinguere. Et ideo qui videt Deum, neceſſariò videt illam eminentem vnitatem, non eſt tamen neceſſe, vt illam comparet ad inferiorem intellectum, vel ad plures conceptus, quos de illo poteſt formare. Et ideo non eſt neceſſe, vt videat illa ſub ea denominatione virtualis diſtinctionis. Probabile igitur eſt, Beatos, videntes Deum, videre ipſius attributa, cum aliquibus habitudinibus, vt videndo diſtinctè omnipotentiam, concipiant

piant illam cum habitudine traſcẽdentali ad creaturas poſſibiles, & miſericordiam cum habitudine ad miſeriam ſubleuandam, & iuſtitiam cum habitudine ad æquitatem faciendam. Quod autem hoc ſit neceſſarium, mihi eſt valde dubium propter rationes iam dictas.

5 Probabile etiam eſt Beatos videndo Deum, videre etiam aliquas ex creaturis poſſibilibus; plures, vel pauciores pro quantitate luminis. Hæc aſſertio eſt D. Thom. 1. part. quæſt. 12. art. 8. ad calcem C. articuli: Quod ſi quæras cur has potius creaturas poſſibiles videant, quàm illas; reſpondemus, ſi de prima loquamur radice huius diuerſitatis; dicendum eſt, id prouenire ex libera Dei voluntate; quia ſicut videtur quando vult; ita etiam quomodo vult; ſic enim, vt ſupra diximus, appellari ſolet ſpeculum voluntarium. Verùm, quia Deus operatur cum cauſis ſecundis, iuxta earum capacitatem, dicendum, immediatam rationem huius diſcriminis, nõ aliunde eſſe quærendam, quàm ex entitate ipſius viſionis; quia enim talis, & tam perfecta eſt in entitate ſua; ideo, tam perfectè repræſentat Deum, & quia Deum cum tali repræſentat perfectione, ideo facit in eo videri has creaturas potiùs, quàm illas: diuerſitas autem hæc indiuidualis viſionis, vt omnia connaturali modo fiant, diuerſitatem ſupponit entitatis indiuidualis ipſius luminis, vt diffuſius dictum eſt in illa quæſtione num cognoſcantur creaturę in Deo tanquam in cauſa.

Probabile eſt Beatos vidẽdo Deũ videre aliquas creaturas poſſibiles plures, vel pauciores pro quantitate luminis.

6 Beati etiam vident in verbo totam vniuerſi machinam compoſitionem, & ordinem, & omnes ſpecies rerum ex quibus conſtat; vel quæ in ipſo factæ fuerunt in aliqua differentia temporis ſic D. Thom. in 1. par. quæſt. 12. art. 8. in reſponſ. ad 4. & 3. contr. gent. 59. & Ferrar. ibid. Sot. in 4. diſt. 49. quæſt. 3 art. 3. concluſ. 6. & communiter Theologi ſumiturque ex D. Auguſt. lib. 4. ſuper geneſ. ad litteram cap. 23. & ſeq. qui geminam creaturarum notitiam diſtinguit in Angelis Beatis: alteram, qua cognoſcunt illas in verbo, & iſtam appellat matutinam: alteram verò, qua eaſdem creaturas cognoſcunt in proprio genere, & hanc vocat veſpertinam, idemque, ait Angelos videre in verbo omnia opera ſex dierum. Sed eadem eſt ratio de cęteris Beatis, ergo omnes contemplantur in verbo has creaturas. Probat D. Thom. hanc aſſertionem 1. par. quæſt. 12. art. 8. in reſponſ. ad 4. illa ratione. Viſio beatifica ſatiat omne deſiderium rationabile, & iuſtum; ſed vniuerſa iſta, quæ enumerata ſunt in hac aſſertione cadunt ſub rationabile, & iuſtum deſiderium eorum, qui beatificantur, ergò. Probatur minor, nam genera, & ſpecies creaturarum, ac totus vniuerſi ordo cadunt ſub naturale deſiderium rationalis creaturæ; de his enim rebus verificatur Ariſtotelis illud princip. Methaph. *Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat*. Hæc autem D. Thom. ratio, vt aliquid habeat robotis, intelligenda eſt de appetitu elicito, qui & naturalis etiam dici poteſt, hoc ipſo, quod eſt naturę conſentaneus, & opponitur ei, qui eſt præter naturam, tanquam naturæ diſſonus, etiam ſi violentus non ſit, quomodo appetitus virtutis, naturalis eſt; vitij autem minime: & hoc pacto ſuppoſito ordine à Deo conſtituto in operibus vniuerſi, appetitus elicitus hæc omnia ſciendi, naturalis optimè dici poteſt, quia humanæ naturæ, & rationi maximè conſentaneus, ergo probabile eſt, vt appetitus talis hęc omnia ſciendi in beatitudine expleatur. Et quamuis poſ-

Thom.

Ferrarienſ.

Auguſt.

Beati vidẽt in verbo totam vniuerſi machinã.

Cognitio Beatorum, alia veſpertina, alia matutina.

Examinatur ratio D. Thom.

ſit

ſit hoc præſtari per ipſam beatitudinem cauſaliter, hoc eſt per aliquam perfectionem ab ipſa manantem; probabile tamen eſt, cum poſſit expleri per ipſam beatitudinem formaliter, per viſionẽ ſcilicet beatificam, & perfectiori modo, quàm per aliam ſcientiam, vt ita re ipſa fiat. Adde quod maximè pertinet ad modum perfectum explendi appetitum illum, vt Beati poſſint ſemper actu habere totam illam ſcientiam; quod vtique, eſſet ſi viderent illa omnia in verbo. At ſi ratio D. Thom. intelligenda eſſet de naturali appetitu, qui capacitas potius dicitur, aliquas pateretur difficultates; nam vel nimium probaret, vel ſupponeret quod probandum eſſet; vel enim de capacitate remota; & abſoluta intellectus, eſſet accipienda, ergo æquè concluderet de ijs quæ facta ſunt, quemadmodum de poſſibilibus, cum intellectus noſter hoc modo nõ ſolùm ſit capax ſciẽtiæ earum rerum, quæ ſunt factæ, vel futuræ, in aliqua differentia temporis; ſed etiam poſſibilium: vel de capacitate potiùs proxima, quæ eſt per lumen gloriæ, & hoc eſt quod inquirimus, an Beatus per lumen gloriæ ſit proximè capax ad videnda hæc omnia in verbo. At ſi neutro modo intelligatur ſed de appetitu elicito, libera videtur ab his obiectionibus.

7 Verùm obeſt huic intelligentiæ, quod D. Thom. 3. contr. gent. c. 49. num. 4. inquit quod videns diuinam eſſentiam cognoſcit omnia, ad quę ſe extendit naturalis capacitas, &c. Niſi dicamus cognoſcere omnia, ad quæ ſe extendit capacitas naturalis modificata per appetitum illum rationalem. Nam appetitus hic ſupponit hanc capacitatem, &c. & ibi primo loco num. 1. ponitur appetitus &c. Et vt nullas patiatur calumnias, recolendum eſt id, quod rectè D. Thom. animaduertit loc. cit. 1. par. in reſponſ. ad 4. Si Beati nullam rerum creaturarum proſpicerent in Deo, ſed ſolùm cernerent quæ in eo ſunt formaliter, maneret nihilominus appetitus eorum naturalis ad ſcientiam, perfectè ſatiatus; viderent enim verum, in quo formaliter, aut eminenter continetur tota latitudo veri, ad quam inclinat intellectus, & poſſiderent bonum, in quo continetur tota latitudo boni, ad quam inclinat voluntas ſola ergo diuina eſſentia, quæ ſatis eſt ad explendum totum appetitum intellectus, & voluntatis, eſt id, quod tanquam res obiecta, vnumquemque Beatum efficit, iuxta illud Auguſt. lib. 5. Confeſs. cap. 4. *Infęlix homo, qui ſcit omnia illa*, craturas ſcilicet, *te autem neſcit; Beatus autem qui te ſcit, etiam ſi illa neſciat, qui verò te, & illa nouit, non propter illa beatior eſt, ſed propter te ſolùm Beatus*. Creaturę ergo viſæ in diuina eſſentia non ſolum non magis Beatum, ſed ne Beatum quidem quemquam efficiunt: tametſi à poſteriori liceat colligere, eum qui plura videt in diuina eſſẽtia, eſſe magis Beatum, quatenus id ex eo prouenit, quod plus videat, & penetret diuinam eſſentiam, vt ſupra ſatis eſt explicatum. Hæc dicta ſufficiant pro explicatione, & intelligentia rationis D. Thom. quæ in hac materia, vbi nihil habemus certi, nec vlla efficax reperitur ratio, aut auctoriras, præter Doctorũ Scholaſticorũ, quę ad id aſſerendum cogit, non eſt contemnenda.

Quod ſi quæras an etiam in verbo videant Beati indiuidua illarum ſpecierum? Reſpondetur in hac cõtrouerſia eſſe varias ſententias; ſunt enim qui docent non videre Beatos res ſingulares, quia earum cognitio nõ pertinet ad perfectionem intellectus humani. Alij ex oppoſito 8 An Beati, in Verbo videant indiuidua ſpecierum naturalium.

ſito

ſito ſentiunt Beatos; qui vidēt ſpecies rerum, conſequenter videre omnia indiuidua illarum; vel poſſibilia omnia; vel ſaltem quæ aliquādo erunt; quia exiſtimant non eſſe maioris perfectionis videre in verbo hęc omnia indiuidua, quàm vnū eorum, præſertim quando inter ſe ſunt valde ſimilia. Tandem putant
9 alij optimè definiri hanc cōtrouerſiam; quaſi mediam tenendo viam inter duas extremas ſententias, ſcilicet vt omnes Beati videant in ſingulis ſpeciebus ea indiuidua, quæ ſufficiunt ad diſtinctè cognoſcendam naturam ſpecificam, & proprietatum aliquam varietatem, quam habere poteſt. Item ea, quæ ad prudentiam, & prouidentiam, ſtatui vniuſcuiuſque conuenietem, neceſſaria ſunt, vel opportuna. Verùm ego non video conuincentem rationem ad probandum, quod qui vident vnum indiuiduum, vel plura eiuſdem ſpeciei, non videant omnia, quæ in illa, in aliqua temporis differentia, exiſtunt. Nam nec viſio vnius in diuina eſſentia, impedit viſionem ceterorum, quæ in ea, tali gradu cognita, poſſunt videri, cum per eandem ſpeciem, eſſentiam ſcilicet diuinam, videantur. Nec poteſt ſufficienter probari, lumen gloriæ, quod eſt ſatis ad intuendum in diuina eſſentia vnum indiuiduum vnius ſpeciei, non ſit ſatis ad intuēdum ſingula alia, eiuſdem ſpeciei, maximè cum non agatur de cognitione omnium, quæ pertinent ad illa indiuidua; non enim de complexionibus contingētibus, non de infinitis cogitationibus cordis, quod quidem ita tribuitur animæ Christi, vt nulli alteri concedatur; ſed de eorum eſſe naturali, & de eo, quod proprium eſt indiuidui, ſub tali ſpecie conſtituti. Accedit, quod D. Thom. 3. contr. gent. cap. 60. inquit Beatum videre in verbo infinitas ſpecies figurarum, numerorum, & proportionum, quid igitur prohibet ipſum videre omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei, quæ futura ſunt in aliqua differentia temporis.

Obijcies D. Thom. 1. p. queſt. 12. art. 8. in reſponſ. ad 4. ita dicentem. *Cognoſcere autem ſingularia, & cogitata, & facta eorum, non eſt de perfectione intellectus creati; nec ad hoc eius naturale deſiderium tendit.* Verùm niſi rectè hæc verba intelligantur, inferendum eſſet ex Sancti Doctoris ſententia, nullum cognoſci ſingulare ſpeciei in verbo à Beatis, nec ad Christi perfectionē pertinere, quod propoſitiones contingentes creaturarum intellectualium, cognoſcat in verbo, nec infinitas cordis cogitationes hominum, & Angelorum. Ita igitur ſunt accipiēda, & in hunc ſenſum interpretanda, vt non ſemper ad augendam, & perficiendam ſcientiam ſpecificam rerum, ſint neceſſaria ſingularia; impertinēs enim eſt ad habendam cognitionem ſpeciei humanæ, quam naturaliter intellectus noſter habere deſiderat, vt cognoſcat centum, vel octoginta ipſius indiuidua; & hoc pacto non eſt ita debita noſtro intellectui cognitio ſingularium; ſi tamen habetur, non eſt dubium, quin, cæteris paribus, augeat perfectionem: imò ſi ſit de rebus ſingularibus incorruptibilibus, quæ ſunt per ſe à natura intentæ, multum confert hæc cognitio ad perfectionē ſcientiæ ſpeculatiuę, ſi verò indiuidua ſunt corruptibilia, quæ ſunt veluti per accidens, eorum cognitio minus eſt ad ſpeculationem neceſſaria, multum verò confert ad prudentiæ, & prouidentiæ perfectionem. Vnde idem D. Tho. 1. par. q. 14. art. 11. quærens an Deus cognoſcat ſingularia. Reſpondet affirmatiuè, redditq; hanc rationem, *quia omnes perfectiones in creaturis inuentæ, in Deo præexiſtunt ſecun-*

10 Soluitur obiectio in cōtrarium.

ſecundùm altiorem modum: cognoſcere autem ſingularia, pertinet ad perfectionem noſtram. Vnde neceſſe eſt quod Deus ſingularia cognoſcat.

11 Beati ſecundum magis piã ſententiam vident ĩ verbo omnia myſteria fidei quę in via crediderunt.

Pia etiam eſt ſententia, & inter pręcipuos Theologos magis recepta, Beatos videre in Verbo myſteria fidei, quæ in via crediderunt. Eam ſignificat D. Thom. 1. par. q. 1. art. 2. ideo enim inquit noſtram Theologiam ſubalternari ſcientiæ Beatorum, quia ipſi vident principia, quæ nos credimus. Et idem 2. 2. q. 1. artic. 1. & 1. 2. q. 4. art. 3. ait viſionem ſuccedere fidei. Poteſt probari hęc ſentẽtia verbis illis Apoſt. 1. ad Corint. 13. *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt*. In quæ Pauli verba ita inquit Chryſoſt. *nunc ſcimus Deum eſſe vbique; ſed quomodo ſit, neſcimus; quod quæ ſunt ex nihilo fecerit, ſcimus, modũ autem ignoramus: quod ex Virgine natus ſit: ſcimus; quomodo autẽ, nequaquam; tunc autem de eis aliquid ſciamus ampliùs, & perfectiùs*. Sic etiam Theodoret. & Theophilat. neque aliter Ambroſ. Hieronym. & Anſelm. ergo ex ſententia horum Patrum Apoſtolus inquit in patria, fidei ſuccedere viſionem; qua longè perfectiùs cognoſcimus, quæ nunc fide credimus, ſed ex præfatis verbis probabiliter colligitur habituros nos in patria perfectam ſcientiam myſteriorum, quæ in via credimus. Quod autem ſcientia futura ſit in Varbo formaliter, hoc eſt per viſionem beatificam, non poteſt ex illo loco certò colligi; nam de myſterijs ſupernaturalibus poteſt dari euidens notitia aliquo alio modo; ſed non eſt huius loci latiùs differere.

1. Cor. 13. Probatur hæc doctrina auctoritatib. ſacræ ſcripturæ.

Chryſoſt.

Theodor. Theophil. Ambroſ. Hieron. Anſelmus.

12 Poteſt eadem aſſertio alio etiam probabili teſtimonio eiuſdẽ Apoſt. 2. ad Corint. 3. confirmari. *Nos autẽ reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate fidei, in claritatem*: hoc eſt à claritate fidei, in claritatẽ ſpeciei, & viſionis, vt multi exponunt. Et Ambroſ. *Clariùs in dies, ac clariùs, & vſque ad claritatem viſionis beatificæ*. Et Auguſt. epiſt. 112. cap. 21. *A claritate*, inquit, *fidei, in gloriam contemplationis æternæ*. Et idem lib. 15. de Trinit. cap. 8. *Transformamur de forma in formam, ideſt de obſcura in lucidam: de gloria fidei in gloriam ſpeciei, de gloria, qua filij Dei ſumus, in gloriam, qua ſimiles ei erimus quando videbimus eum ſicuti eſt*. Et iterum lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 21. *Quid videbimus niſi Deum, & omnia illa, quæ nunc non videmus credentes?* Dico autem probabiliter colligi hanc ſententiam ex verbis Apoſtoli, nam alias etiam patitur expoſitiones, vt eſt illa, A claritate Chriſti in claritatem noſtram, vt fiamus clari, & lucidi ſapientia, & gratia ad inſtar Chriſti; vel, vt inquit Anſelmus, à claritate creationis, in claritatem iuſtificationis; vel a claritate in claritatem, vt hoc loquendi modo ſignificentur incrementa gratię, & gloriã noui teſtamenti magis augeri; propterea ab initio dictum fuit probabilem, & piam eſſe hanc ſententiam, non tamen ita certã, vt contraria ſit erronea; vel vt minimum parùm tuta, & conſona fidei principijs.

2. Cor. 3.

Ambroſ.

Auguſt.

Suppoſito tamen, quod re ipſa ita ſit, vt auctoritates citatæ probabiliter cõfirmant, & etiam rationes, quæ in hanc ſententiam ſolent adduci, perſuadent, vt puta quia huiuſmodi viſio eſt præmium, valdè fidei conueniens. Item quia fideles meritò cupiunt videre quæ credunt, ergo veriſimile eſt, hoc iuſtum deſiderium explendum eſſe ipſa eſſentiali Beatitudine, cum facili modo, ac ſimul perfectiori fieri poſſit. Præterea, quia myſteria fidei, quæ ad diuinitatem pertinent neceſſariò vi- 13

Suadetur etiã rationibus.

X 2 dentur

dentur viſo Deo: quæ verò pertinent ad Chriſti humanitatem, vel veriſimile eſt; nō poſſe exactè videri niſi in viſione, qua videtur Verbum, vt puta eius Incarnationem; vel viſo hoc myſterio, aliqua alia videri, cum ſint quaſi proprietates conſequētes illud. Si igitur quædam myſteria fidei videntur in Verbo, cur non omnia? Hoc igitur ſuppoſito, exiſtimo, quoad intēſionem, & claritatem, qua videbūt Beati hæc myſteria, non omnes futuros æquales: nā qui fuerit beatior, perfectiùs videbit. Si tamen de extenſione, & numero horum myſteriorum ſit ſermo, probabiliter credi poteſt, omnes viſuros omnia myſteria, in Eccleſia militāte credita; ſaltē quoad rationes præcipuas, & ſpecificas, ſeu eſſentiales, quia veluti per accidens, & quod non omnes omnia actu crediderint; Nam quantùm erat ex parte fidei, & piæ affectionis voluntatis, parati fuerūt ad omnia credenda.

An Beati videant in Verbo cogitationes cordium, & complexiones contingentes futuras, preſertim actus prauos.

Cap. 6.

1 Molin. 1. p. q. 12. d. 1. num. 5;

SVnt qui aſſerunt Beatos non vi ſolius luminis glorię, neq; quatenus præciſè intuentur diuinam eſſentiam, videre cogitationes cordium, & complexiones contingentes; ſed Deo ſimul oſtendente determinationes liberas ſuæ voluntatis de eiſdem rebus: quemadmodū enim Deus poſt determinationem liberam ſuæ voluntatis cognoſcit in ea cogitationes cordium, & vniuerſas complexiones omnes cōtingentes futuras: ita cum oſtendit Beatis determinationem liberam ſuæ voluntatis circa hæc, vel illa futura, in ea intuētur ea ipſa, quæ erūt futura in aliqua temporis differētia. Verùm, hic dicendi modus in eo probatur, quod aſſerit non videri à Beatis huiuſmodi actus liberos, quatenus præciſè intuentur diuinā eſſentiam. Nam ipſemet Deus ante hanc ſcientiam viſionis intelligitur habere ſcientiam compræhenſiuam ſui ipſius, vt eſſe poteſt cauſa omnium; & tamen illa, vt huiuſmodi, non eſt intuitiua horum futurorum, ergo multò minùs ſciētia Beatorum, cum participatio ſit quędam illius diuinæ, poteſt, intuendo eſſentiam diuinam, videre in ipſa, vt in cauſa, hos actus contingentes, & liberos, in aliqua temporis differentia futuros. Quod verò dicitur videre illos in determinatione libera voluntatis diuinæ, nullo modo probatur, præſertim ſi ſermo ſit de actibus prauis, & omnibus alijs, qui pēdent, ab illis, quos diuina voluntas non abſolutè prædefinit; cum igitur Deus non habeat abſolutam voluntatem efficiēdi illos ante præſcientiam illorum, ſed voluntatem habet eos permittendi, & concurrendi ad illos cum voluntate creata, ſimul ſe determinante, qui fieri poteſt, vt cognoſcantur à Beatis in tali decreto libero diuinæ voluntatis. Et explicatur hoc magis, nam quod talis actus ſit futurus, non ſolùm pendet ex illa voluntate, & concurſu Dei, ſed etiam ex influxu voluntatis liberæ, quæ non determinatur ad illū præſtandum per ſolam diuinam voluntatē, ergo vt effectus cognoſcatur futurus, neceſſe eſt aliundè cognoſcere, quod voluntas creata ſimul ſit determinanda ad illum effectum; hoc autem non cognoſcitur in ſola diuina voluntate, ergo ille

2 Examinatur ſententia Molin.

effe-

effectus vt futurus nõ poteſt cognoſci in Deo, nec in decreto libero voluntatis diuinæ, tanquam in cauſa. Et confirmatur, nam nec Deus (vt infra latiùs, cum de ſcientia diuina) cognoſcit tales actus in determinatione ſuæ voluntatis; quomodo igitur Beatus, cuius ſcientia eſt participatio illius diuinę, intuebitur illos in eodem decreto.

2 Suar. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 27. Alius modus explicandi præfatam difficultatem.

Alij hoc pacto explicant propoſitam difficultatem. Quemadmodum Deus, habens ſcientiam compræhenſiuam ſui ipſius, vt ſic, non intuetur hęc futura; tamen quia eius cognitio, & ſcientia eſt infinitę perfectionis, per ſe ipſam (noſtro loquendi modo) extenditur, ad intuenda obiecta exiſtentia in aliqua differentia temporis, dato, & conceſſo hoc, quod debeant exiſtere: ita Beatus ſimiliter non poteſt videre in verbo, vt in cauſa, rerum exiſtentias; ſed illa debent intueri in ſe ipſis, per quandam extenſionem, cum diſcrimine tamen; nam ſcientia diuina, quia eſt infinita, per ſe ipſam omninò, & ſine vlla additione, intelligitur terminari ad hæc obiecta: at verò viſio beatifica creata, cum ſit limitata, & finita, non poteſt extendi, & terminari ad hæc obiecta, ſine additione alicuius perfectionis: hæc autem additio non poteſt fieri in eodem actu per modum extenſionis, quia non eſt talis compoſitio in illa viſione; nec per modum intenſionis quia hæc ſola non efficit quaſi extenſionem in obiecto; ſed fit per nouum actum, diſtinctum à viſione, qua videtur Deus ſine his actibus liberis futuris reuocatur igitur hæc differentia ad ipſammet indiuiduam entitatem viſionis, quia ſciiicet vna eſt perfectior altera, & ideo ex ſe ſufficiens eſt, quemadmodum non illa, ad manifeſtãdum perfectiùs Deum, & creaturas in Deo, & conſequenter ad compræhendendum meliùs creaturas, vel virtutes, aut earum exiſtentias, & quæ omnia connaturali modo debent fieri. Hæc indiuidua entitas viſionis, quæ ab altera in perfectione indiuiduali differt, prętrequirit, & ſupponit eandem differentiam in lumine gloriæ, quod ſimul cum intellectu eſt talis viſionis comprincipium.

3 Reijcitur hic modus.

At hic explicandi modus non videtur conſonus doctrinę, quam paſſim, & Patres, & Scholaſtici docẽt, Beatos hæc videre in verbo. Sic D. Thom. 1. par. quæſt. 12. art. 8. 9. & 10. quem ita intelligunt, & ſequuntur ferè omnes eius diſcipuli, & alij complures auctores. Sic etiã Laurentius Iuſtinianus ſerm. de omnibus Sanctis, ait Beatos clarè videre in Deo, & in eſſentia diuina, pericula, in quibus nos verſamur. Sic etiam Iulianus Toletanus tractans illa verba Matth. 18. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*, inquit cum Angeli huc veniunt ad nos cuſtodiendos non ſeparari à viſione Dei, *quia ſi aſpectum conditoris amitterent, nec iacentes erigere, nec ignorantibus vera nuntiare potuiſſent*, ſupponit ergo in Deo videre ea, quæ annuntiant. Et D. Auguſt. locis ſuperius citatis, ex quo & Diuus Thom. & alij Scholaſtici hanc hauſerunt doctrinam, paſſim ſic loquitur. At videre hæc in verbo, quid aliud ſonat niſi in ipſo prius cognito illa cognoſcere? Verùm qui id ſentiunt, negant ea cognoſci in viſione præciſe eſſentiæ diuinæ, negant etiam in decreto libero diuinæ voluntatis, præſertim ſi de his agitur actibus, quos diuina voluntas abſolutè non prædefinit, vt ſunt actus praui: aliquid igitur in verbo debet aſſignari in quo tanquam in obiecto cognito hęc futura videantur; vnde potius ex horum ſententia non eſſet dicendum, Beatos in verbo

Thom. Laur. Iuſt. Iulianus Toletanus. Matt. 18. Auguſt. Thom.

bo hæc intueri, ſed intuentes verbum, etiam talia cognoſcere per illam, quam aſſerunt, extenſionem.

4 Dicerem igitur Beatos cognoſcere hæc in verbo, quia intuentur ea in ſcientia Dei libera; qua Deus poſt determinationem ſuę voluntatis, ſiue permiſſionem, & ſcientiam mediam intuetur hæc aut illa eſſe futura. Cum igitur Deus oſtendit Beatis in ſua ſcientia ſe ſcire hoc, vel illud eſſe futurum; eo ipſo intuẽtur in illa hoc, vel illud infallibiliter eſſe euenturum. Imò hoc, ſi vim vocis ſpectemus, ſonat cognoſcere creaturas in verbo, cognitionem ſcilicet illarum in ſcientia diuina; licet iam hodie quæcunque cognitio creaturarum in Deo, eſto non ſit in ſcientia, ſed in eſſentia, quatenus eſſentia eſt, appellatur cognitio in verbo. At obijcies non ſequi ex oſtenſione ſcientiæ Dei liberæ, cognitionem horum futurorum, nam diſcrimen eſt maximum inter ſcientiam creatam, & increatam, & diuinam; illa enim cum pendeat eſſentialiter ab obiecto ſuo, nec habeat aliud eſſe, quàm habitudinem quandam tranſcendentalẽ ad ſuum obiectum, optimè ſequitur, vt nequeat ipſa quidditatiuè, & diſtinctè cognoſci, niſi diſtinctè cognoſcatur illius obiectum, quod eam determinat. Notitia verò diuina cum ſit ipſemet Deus, nec ſit ens coaptatum ad obiectum, nec ab illo ſumens ſpeciem ſuam, ſed ſit in ſe omninò abſoluta, tantùmque habeat ordinem ad eiuſmodi obiecta ſecundùm rationem, & noſtrum intelligendi modum, nõ autem quidditatiuum, & eſſentialem ſibi, poteſt quidditatiuè cognoſci, quamuis non cognoſcantur obiecta circa quæ verſatur, & quę repræſentat; non ſequitur igitur, vt per oſtenſionem illam ſuæ ſcientiæ liberæ, à Deo Beatis factam, illos cognoſcere in illa, & actus prauos, & futura libera, circa quæ verſatur. Et confirmatur hoc magis; nam ſi cum ſermo eſt de ſcientia creata, ad ſuum obiectum coaptata, poteſt adhuc quidditatiuè cognoſci, quamuis nõ cognoſcantur in particulari obiecta omnia, ad quæ extenditur, licet non poſſit ſine obiecto ſuo adęquato, ita in genere: quantò magis id aſſerendum eſt de ſcientia diuina, quæ omninò eſt abſoluta, ac nullo modo natura ſua ab obiecto depẽdens: non igitur per extenſionem ſcientiæ liberæ vident Beati illa futura contingentia, quæ abſolutè nõ prædefinit voluntas diuina, ergo non illa cognoſcunt in verbo. Sed reſpondetur, argumentum optimè concludere ex oſtenſione tantùm illius diuinæ ſcientiæ liberæ non cognoſci hæc futura, niſi ſupponatur ex parte Beatorum viſio, quæ naturaliter, & per modum cauſæ formalis illa omnia repræſentet: ea inquam, viſio, quæ ſecundùm ſuam indiuiduam entitatem ſit perfectior, quàm altera viſio, quę eſſentiam diuinam tantùm repræſentat, & non hæc futura contingentia. Et vt omnia modo connaturali fiant, tali viſioni magis perfectæ, debet reſpondere lumẽ gloriæ proportionatum, quod effectiuè ad illam concurrat. Cętera quæ obijci poſſunt, non difficilè ſoluuntur ex ijs, quę dicta ſunt ſupra, de cognitione decreti liberi diuini in verbo.

Explicatur noſtra ſententia.

An quiuis Beatus videat in verbo omnia ad ſe ſpectantia.

Cap. 7.

PRo tituli intelligẽtia, & vt certa ab incertis ſeparemus, animaduertendum eſt, ea, quæ ad Beati 1

ti

ti ſtatum pertinent, duplicis eſſe generis: quædam enim ſpectant ad ipſas beatitudinis operationes, ideſt ad conuenienter exercendas omnes actiones, quas Beati in ſuo ſtatu operantur; & hæc magis veriſimile eſt videri in verbo, Beati enim videndo Deum, par eſt, vt etiam videant in ipſo quicquid eſt neceſſarium ad operandum ibi prudentiſſimè, & iucundiſſimè. Aliæ verò dicuntur ad Beatum ſpectare, quæ in hac geruntur vita, tanquam ipſius curę demandata; vt ſi fundator fuerit Religionis, integrum illius Religionis negotium; ſiue de progreſſu agatur, ſiue de defectu, ſiue augméto, vel decremento illius; ad illius Religionis inſtitutorem, dicuntur pertinere. Caiet. igitur 3. par. q. 10. art. 2. cenſet hæc, quæ dicuntur eſſe ſtatus Beati hoc poſteriori modo, non omnia videri à Beato in verbo, & propoſitionem illam D. Thom. eo loco. *Quiuis Beatus videt in verbo omnia ad ſe ſpectantia*, inquit duobus modis poſſe intelligi: vno formaliter, quaſi ipſamet viſio verbi ſit viſio eorum, quę ad ipſum ſpectant; atque hoc modo inquit intelligendam eſſe, non de omnibus vniuerſim ad eum ſpectantibus, quocunque tempore; verùm tunc, quando primò fit Beatus ſpectantia autem ad eum reliquo tempore, ait, videri ab eodem non in verbo, ſed in proprio genere, per reuelationem denuò factam, vt conſtat de Angelis Beatis, qui ignorabant ea, quæ circa diſpoſitionem populorum ſibi commiſſorum, ad eos ſpectabant, vt teſtatur pugna inter eos, per viginti, ſupra vnum, dies, de qua ſermo eſt apud Daniel. cap. 10. Ferri autem nequit (addit Caiet.) vt plura ſpectent ad minus Beatum pro eo puncto tẽporis, quo primò fit Beatus, quàm ſint illa, quæ in verbo videt magis Beatus ratione maioris luminis gloriæ. Alio modo, inquit, intelligi poteſt propoſitio D. Thom. non formaliter, ſed cauſaliter, quatenus eo ipſo, quod quis intuetur verbum, eſt illi quaſi debitum, vt videat omnia, ad ſe ſpectantia; non tamen in verbo, ſed in proprio genere. Ex hoc autem (ait Caiet.) non ſequitur à minus Beato, quam à magis Beato, plura in verbo videri.

Quæ pertinent ad ſtatũ Beati duplicis ſunt generis.

2 Caiet.

Thom.

Examinatur quid ſẽtiat D. Thomas de difficultate propoſita.

Caiet.

Sunt qui putant hanc Caiet. ſententiam apertè aduerſari doctrinæ D. Thom. 3. par. quæſt. 10. art. 2. qui ex eo, quod quiuis Beatus videt in verbo omnia ſpectantia ad ſuum ſtatum, colligit, Animam Sacratiſſimam Chriſti Domini à principio ſuæ beatitudinis intueri ſimul omnia quę ſunt, fuerunt, & erunt, quippe ad ſtatum illius Animæ ſpectant; ſed Anima Chriſti videt hæc omnia in verbo formaliter, quia in Chriſto non habet locum noua notitia per reuelationes nouas, vt in alijs Beatis, vt ipſemet concedit, ergo dicendum eſt, Beatos cęteros videre omnia, quæ ad proprium ſtatum ſpectant, in verbo, etiam formaliter, niſi velimus dicere, S. Doctorem in paucis verbis commiſiſſe æquiuocationem, vt velit, cęteros Beatos videre omnia, quæ pertinẽt ad ſtatum proprium in verbo cauſaliter; inde poſtmodum colligat, Chriſtum videre in verbo omnia, quę Deus ſcit ſcientia viſionis, tanquam ad proprium ſtatum ſpectantia, idque propriè, & formaliter. Sed nõ video tam manifeſtam pugnam inter D. Thomæ textum, & Caietani commentarios; poſſent enim ita hæc conciliari, quemadmodum ipſemet Caiet. indicat, ſcilicet vnumquemque Beatum videre in verbo formaliter, ex D. Thom. ſententia, quicquid ad ſuum ſtatum pertinet tunc quando primò fit Beatus, indeque optimè inferri, Chriſtum videre

3 Thom.

dere in verbo formaliter omnia, quæ Deus videt ſcientia viſionis, quæ omnia fuerunt ſubiecta Chriſto ab inſtanti conceptionis ſuæ, ex quo fuit Beatus videndo verbum.

4 Illud tamen Caiet. fundamentum, quo ad id ſentiendum mouetur, nō mihi probatur, nec expedit difficultates, quia etiam accidere poteſt, vt plura pertineant ad ſtatum minus Beati, etiam pro illo tempore, quo ingreditur beatitudinem, vt ſi conſtituamus B. Franciſcum, vel Beatum Dominicum, eſſe minus perfectè Beatum, quàm B. Paulum primum Eremitam, quod non modo non repugnat, ſed re ipſa poteſt ita eſſe; & tamen conſtat plura ad ſtatum S. Dominici, vel Sancti Franciſci, quam S. Pauli, potuiſſe pertinere, etiam ſi ſolùm comparentur pro eo momento, quo mortui ſunt. Deinde non implicat, minus Beatum plura videre in uerbo quàm magis Beatum, ſi de ijs ſermo eſt, quæ pertinent ad illius ſtatum; non enim cogimur dicere, ut qui plura uidet in Deo, perfectius uideat Deum, niſi cętera omnia ſint paria. Fieri autem poteſt, ut aliquis uideat plura intra certum genus, & determinatam ſpeciem, & alius excedat aliundè, uel clariùs, & perfectiùs res alias, uel aliquid ſuperius, & perfectioris rationis intuendo.

Non implicat, minus Beatū plura videre in verbo quā magis Beatum.

5 Vt tamen in hac difficultate breuiter dicam quod ſentio, ita dirimendam exiſtimo; perfectionem beatitudinis primùm omnium eſſe commenſurandam uniuſcuiuſque meritis; deinde vnumquemq; Beatum videre formaliter in verbo omnia illa, quæ pertinent ad ſuum ſtatum; ita tamen; vt diuinæ viſionis pondus iuxta numerum ſit meritorum; nam ſi fortaſſe ad videnda illa omnia, neceſſaria eſſet perfectior viſio, quam ſuis deberetur meritis, non poſſet illa omnia formaliter in verbo videre, ſed videret præcipua ſeu quæ iuxta diuinæ iuſtitię, & prouidentiæ ordinem ſufficerent, reliqua autem videret cauſaliter. Hæc autem aſſertio ita declarata, & conſona eſt Patribus, & Theologis, qui aiunt, Beatos videre in verbo ea, quæ ad proprium pertinent ſtatum, & libera eſt ab illis difficultatibus, & obiectionibus, quibus fortè ſuccumberet hoc dictum, ſine vlla limitatione prolatum ſi enim dicatur, ergo admittere debemus, ſi vident Sancti pertinētia ad proprium ſtatum in verbo, D. Petrum, & alios Summos Pontifices inferioris beatitudinis, eos nunc conſpicere totum militantis Eccleſiæ decurſum quo quidem dato, qua ratione negari poteſt, eos à principio ſuæ beatitudinis ſcire quādo futura ſit dies iudicij? quod nimis durum videtur. Item paſſim affirmandum eſſet de Sanctis, & Beatis inferioris notæ ſcire, & videre diem illum, de quo dixit Chriſtus Marci 13. *De die autem illo nemo ſcit*, &c. nam cum iuſti in igne extremæ cōflagrationis poſiti, fuſuri ſint preces ad Beatos, cum hoc ſcire pertineat ad propriū eorum ſtatum; & tunc ſic poſſumus argumentari. Vel videbunt in verbo quando fundentur, ergo ſucceſſio, & variatio in viſione illa beatifica, quod non eſt concedendum, vt videbimus infra: vel ſciunt à principio ſuæ beatitudinis, & conſequenter videbunt quando futura ſit dies iudicij.

Explicatur noſtra ſententia.

An Diuus Petrus, & alij Pōtifices Beati videat in verbo quando futura ſit dies Iudicij.

Marc. 13.

6 Ab his omnibus, & ſimilibus obiectionibus vindicabitur noſtra aſſertio ita limitata, ſeu cum illa cōditione prolata; ſi talia fuerint merita Beati in hac vita, vt per ea meruerit prædicta omnia obtinere, & videre per ſuam eſſentialem beatitudinem quod ſi talia non fuerint, ſatis erit, quod per gloriam accidētalem, ſiue per nouas reuelationes

aliqua videat. Sic autem intellecta nihil obeſt prerogatiuis Chriſti Domini; tum quia non habuit beatitudinem per ſua merita, ſed altiori titulo, ad totam hanc viſionis perfectionem ſufficientiſſimo: tum etiam quia ſi habuiſſet per merita, illis eſſet debita tota hæc perfectio, & multo maior, ſi ad illam referrētur, & ideo ſine vlla limitatione dicendum eſt omnia hæc videre Chriſtum formaliter in verbo. Nec etiā obeſt gloriæ B. Virginis, quæ cum meritò maximis priuilegijs, & prærogatiuis gaudeat, non debet eius Beata viſio, quemadmodum cęterorum Sanctorum, ſub hac limitatione comprænhendi.

7 An pertineat ad ſtatum Angelorū ſcire quæ anima ſit illis demandanda in tutelam.

Ad obiectionē ſumptam ex Daniele, reſpondent communiter, non pertinere ad ſtatum Angelorum, quæ anima ſit cuique demandanda in tutelam; eo quod ad eos parum referat, vtrum hæc, aut illa demandetur. Neque id tam cędit in honorem, aut emolumentum ipſorum, quàm in bonum animæ. Quare non eſt neceſſe, vt à principio ſuæ beatitudinis videatur quæ anima ſit cuique committenda, ſed ſatis eſt ſi per reuelationem inproprio genere hæc cura demandetur quando homines naſcuntur: quinimò aſſerunt nec per ſe ad ſtatum beatificū Angelorum pertinere, quod ad cuſtodiam deputentur alicuius Prouinciæ, aut Regni, aut quod mittantur ad aliquod miniſterium exequendum in Eccleſia militante; ſed hoc conuenit illis nō prout Beati ſunt, ſed prout miniſtri ſunt Dei, miſſi in miniſterium. Ita Bannes quæſt. 12. art. 10. D. Thomæ (Bannes.) addit etiam Molin. 1. par. quæſt. 12. artic. 8. diſput. 5. num. 6. (Molin.) non eſſe neceſſe, Angelos videre in verbo quæ circa ſingulas animas ſibi committendas futura ſunt, tam quoad tētationes, & preces, quas non ad ipſos Cuſtodes Angelos, ſed ad Deum decurſu tēporis fundent, quam quoad decurſum huius vitæ, & prædeſtinationem, & reprobationem earum, eadem ſcilicet ratione, quia hæc ad ſtatum Angelorum non videntur pertinere. Verùm contra hæc obijci poteſt illud, quod in maiorem ce-

8 Obiectio:

dit honorem Angelorum videre in verbo ea, quæ ſpectant ad eorum munus; ſed ſcire orationes, & preces, quas vel animæ, vel populi, eorum curæ demandati, & ea, quæ ad dictum miniſterium exequendum expediunt, partes ſunt Angelorum, ergo. Maior videtur ita clara, vt probatione non indigeat; nec enim caſu, & temere ea exequuntur, ſed prudēter, vt par eſt, ſcire illos oportet, quid agendum; at id nobiliori modo præſtatur, & perfectius expletur hoc eorum deſiderium, ſi in verbo videant, quàm per reuelationes extra verbum: minor, quoad orationes ſpectat, poſſet probari ex varijs ſacræ Scripturæ locis, & præſertim ex illo Tobiæ 12. vbi Angelus Raphael inquit, ſeniorem Tobiam alloquens, *ego detuli orationes tuas Domino*. (Tobiæ 12.) Et paulò inferius eod. cap. loco illorum verborum. *Ego enim ſum*, Raphael Angelus, vnus ex ſeptē, qui ſtamus ante Dominum in Græcis correctis dicitur, Ἐγὼ εἰμι Ῥαφαὴλ εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἁγίων ἀγγέλων, οἳ προσαναφέρουσι τὰς προσευχὰς τῶν ἁγίων.

ideſt. *Ego ſum Raphael vnus ex ſeptem Sanctis Angelis, qui offerunt preces Sanctorum*, huc etiam facit illud Apoc. 5. *Habentes ſinguli phialas aureas plenas adoramentorum, quæ ſunt orationes Sāctorū.* (Apoc. 5.) Altera pars minoris eſt D. Pauli, dicentis ad Hebr. 1. (Hebr. 1.) *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Quod ita

ita dictum eſt, nõ quaſi reprobi Angelorum auxilio deſtituti ſint, aut Angeli non mittãtur ad omnes omninò homines etiã eos, qui ob peccata ſua damnandi ſunt, contrarium enim conſtat ex communi Eccleſiæ ſenſu, quo ſentit, & docet, ad omnes omninò homines, adeoq; ad quemlibet reprobum, dum naſcitur, deſtinari à Deo Angelum Cuſtodẽ. Sed quod fructus miniſterij Angelorum maximè pateat, & appareat in ijs, qui ſalui fiunt, & quos Angeli de facto ad ſalutẽ perducunt. Rurſuſq; hiſce verbis ſignificatur finis, & terminus miniſterij Angelorum eſſe hic, vt ſcilicet homines perducant ad ſalutem. Patet igitur, has eſſe Angelorum partes, in eorumque honorem cedere, quod ea cognoſcant, ac maximùm ſi in Verbo videant. Imò nihil aliud ſibi velle videtur Anaſtaſius Nicęnus citans quæſt. 61. Conſtantinopolitanum Nicephorum, dicentem *Scimus, & credimus noſtras in Deum glorificationes, per ſanctos offerri Angelos, ſiquidem verum illud Matth. 18. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris, quid agentes, aut operantes? niſi quod noſtras petitiones ad aures Domini Sabaoth animo adducentes eũ reddunt propitiũ, ea, quæ geſſimus.* Dicere igitur poſſumus, Angelos videre ea, quæ expediunt, ad has ſuas partes cõuenienti modo adimplendas; quãuis ſæpè ipſos lateant prouidentiæ diuinæ rationes, & diſpoſitiones, circa homines, vel populos eorum curę commiſſos; vel quia id non debetur eorum meritis; vel quia prudenter, quantùm in ipſis eſt, poſſunt proprium exequi miniſterium, abſque huius arcanæ voluntatis diuinæ cognitione. Et ita Danielis auctoritate fit ſatis. Num autem omnes preces, quas vel ad Deum, vel ad ipſos fundunt homines, vel populi, quorum tutelæ ſunt deſtinati, videant in Verbo, vel per reuelationem ſciant extra Verbum patebit ex capite ſequenti.

Anaſtaſ.

9 Solutio.

An orationes, quæ in Eccleſia funduntur ad Sanctos, ita pertineant ad ſtatum eorum, vt in Verbo eas videant.

Cap. 8.

Controuerſia eſt, non ſolùm inter Theologos, ſed inter ipſoſmet Thomiſtas, num Beati videant in Verbo has orationes, Caiet. 2.2. q. 83. art. 4. circa ſolutionem ad ſecundum exiſtimat, huiuſmodi petitiones Beatos cognoſcere in Verbo. Confirmatq; ex modo, quem conſueuit Eccleſia, interpellandi Sanctos, dum inquit *Sancte Petre, ora pro nobis*, niſi enim ſupponeret eo ipſo, quod Sancti fruuntur Deo, cognoſcere in Verbo Orationes noſtras, non ipſos adiret, vt oratẽt pro nobis, ſed orandus ptiùs eſſet Deus, vt eis reuelaret orationes noſtras, vt ſic ipſi poſtmodum pro nobis orarent. Id ipſum videtur ſentire D. Thom. eod. loco in reſponſ. ad 2. dicens *Mortui, ea quæ in hoc mundo aguntur, conſiderata eorum naturali conditione, non cognoſcunt, & præcipuè interiores motus cordis, ſed Beatis, vt Gregor. dicit, in Verbo manifeſtatur illud, quod decet eos cognoſcere, de eis, quæ circa nos aguntur, etiam quantùm ad interiores motus cordis: maximè autem excellentiam eorum decet, vt cognoſcant petitiones, ad eos factas, vel voce, vel corde, & ideo petitiones quas ad eos dirigimus, Deo manifeſtante, cognoſcunt.*

1 Caiet.

2 Thom.

12 Moral. cap. 13. circa fin.

Et idem clariùs in 4. diſt.45. q.3. art.1. *Quamuis omnes eſſentiam diuinam videant, ſed vnuſquiſque Beatus tantùm de alijs rebus neceſſarium eſt, vt in eſſentia diuina videat, quantùm perfectio beatitudinis requirit, vt homo habeat quicquid velit, nec aliquid inordinatè velit, ſicut infra diſt.49. habetur: hoc autem recta voluntate quilibet vult, vt ea, quæ ad ipſum pertinent, cognoſcat; vnde cum nulla rectitudo ſanctis deſit, volunt cognoſcere ea, ad ipſos pertinent, & ideo oportet, quod illa in verbo cognoſcant; hoc autem ad eorum gloriam pertinent, quod auxilium indigẽtibus præbeant ad ſalutem; ſic enim Dei cooperatores efficiuntur, quo nihil eſt Diuinius, vt Dionyſ. dicit 3.cap. Eccleſiaſtica Hierarchiæ; vnde patet, quod ſancti cognitionem habeant eorum, quæ ad hoc requiruntur, & ſic manifeſtum eſt, quod in verbo cognoſcunt vota, & orationes, & deuotiones hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt.*

3 Bannes. Bannes autẽ quæſt.12. art.10.& quãplures alij Theologi exiſtimant quemlibet Beatũ cognoſcere omnes orationes, quæ ad ipſum funduntur per ſpeciales reuelationes, cognoſcereque illas non formaliter ſed cauſaliter. Quod etiam expreſſe docet Sot. in 4.diſt.49.q.3.art.3. poſt 8.concluſ. (Sot.)

4 *Explicatur noſtra ſententia.* Verum, vt breuibus explicem meam ſententiam, quod, ſancti cognoſcant orationes, quæ ad ipſos funduntur, eſt de fide. Ita enim definiuit Concil. Senenſ. in decret. fid. cap.13. nec controuerſia eſt de hoc inter Catholicos. (Conc.Sen.) Vtrum autem videant in verbo formaliter, vel cauſaliter, adhuc ſub Iudice lis eſt: inclinor tamen ad ſentiendum potius cum illis, qui verentur concedere vniuerſaliter, & ſine vlla limitatione, omnes orationes, quæ ad ſanctos funduntur, videri ab ipſis formaliter in verbo; alioquin alterum horum (ſi conſequenter loqui volumus) cogimur fateri; vel Beatos infimæ, quamuis beatitudinis cognoſcere in verbo quando futura ſit dies iudicij, & qui viatorum ſint prædeſtinati, vel dari ſucceſſionẽ in viſione beatifica: vtrumque eſt abſurdum. Quam autem ſit inconueniens prius, iam patet ex dictis. Quod verò non ſit concedendum poſterius, patebit ex dicendis infra. Sequela autem non difficilè probatur, & quoad primam partem ita fit euidens; nam ſi ſinguli Beati iam modo vident in verbo ab inſtãti beatitudinis omnes preces quæ ad ipſos funduntur, & in qualibet fundentur differẽtia temporis, vtique ſi fundendæ ſint ad illos, à iuſtis in igne vltimæ conflagrationis poſitis, eas ab eodem inſtanti cognouerunt, & conſequenter quando futura ſit vltima iudicij dies. Item orationes, quas viatores, in articulo mortis conſtituti, fundent, quidque illis finaliter eueniat boni, vel mali; & ita nũm prædeſtinati ſint, vel reprobi. Præterea ſi demus præter D. Petrum, & alios ſanctos Summos Pontifices, quos, vt ſanctos vniuerſalis colit Eccleſia, dari alios Summos Pontifices Beatos, etiam ſi ſint infimæ beatitudinis, ex eodem principio fateri oportet, illos iam tunc, cum fuerunt Beati, conſpicere in verbo totum militantis Eccleſiæ decurſum, & orationes, quæ in quauis temporis differentia ab his militantibus funduntur, ac proinde cognoſcere de prædeſtinatorum, & reproborum numero, & de finali iudicio, illa occulta, quæ iuxta magis receptam Theologorum ſententiã, cęteris Beatis negantur, Chriſto excepto, & eius Matre Virgine Maria. Probatur etiam ſequela, quoad 5 alteram partem; nam ſi adhuc perſiſtamus in illo aſſerendo, quod cogno-

gnoſcant Beati hæc omnia in verbo, ſed ad vitanda quę diximus abſurba, non ſtatim à principio ſuæ beatitudinis, ſed tunc, quando preces funduntur, & cętera fiunt, Deo per ſuum peculiarem, influxum in viſione beatifica hæc illis denuò manifeſtante, extendenteque eo influxu viſionem ad illa etiam intuendum, iam in viſione illa Beatifica, variationem, & ſucceſſionem admittimus. Quod quàm ſit rationi conſonum, & D. Thom. ſententiæ, paulò poſt videbimus.

6 Quod ſentiat Diuus Thomas. Quod verò pertinet ad auctoritates D. Thom. citatas pro oppoſita ſententia, dicimus, & ad priorem, quod ſi benè expédantur eius verba, potius nobis fauet, quàm obeſt; inquit enim, quod mortui, ſi ſpectemus eorum naturalem cōditionem, ea quæ hic aguntur, prorſus ignorant, præſertim interiores motus cordis. Excipiūtur ab hac regula Beati, qui, vt decet eorum excellentiam, etiam hæc occulta, & preces ad eos fuſas Deo manifeſtante cognoſcunt, non tamen, inquit, in verbo formaliter, ſed eò, quòd ſunt Beati ipſis talia manifeſtari, quod optimè poteſt intelligi cauſaliter, non formaliter. Et id verba illius præſeferunt, & hoc ad D. Thom. intentum videtur ſatis, ſi Beato aliqua ſupernaturali reuelatione ea cognoſcant, vt diſtinguntur à cęteris mortuis, qui ſpectata eorum naturali conditione eadē neſciunt. Illa poſterior auctoritas intelligi optimè poterit iuxta limitationem ſuperius explicatam (dummodo beatitudo ſit cuiuſque meritis commēſurata, & id ſonant verba illa *Quantùm perfectio beatitudinis requirit*. Et confirmatur magis, nam in confirmationem eorum, quæ ibi dicit citat quæ ſcripſit infra diſt. 49. q. 2. art. 1. at ibi hæc leguntur. *Et ideo vnuſquiſque videntium Deum per eſſentiam, tantum plura in eius eſſentia conſpicit, quantū clarius diuina eſſentiam intuetur, & inde eſt, quod de his poteſt vnus alium inſtruere, & ſic ſcientia Angelorum, & Animarum Sanctarum poteſt augeri, vſque ad diem iudicij, ſicut & alia, quæ ad præmium accidentale pertinent.* Clarum eſt igitur, de reuelatione extra verbum ea intelligenda eſſe. Nam viſio in verbo, ex D. Thom. ſententia, eſt immutabilis, nec vnus Beatus aliū inſtruit de his, quæ videntur in verbo. Adde quod ibid. in reſpōſ. ad 7. inquit, *ſanctorum deſiderium, quo omnia ſcire deſiderant, implebitur ex hoc ſolum, quod Deum videbunt: ſicut deſiderium eorum, quo omnia bona habere cupiūt, complebitur in hoc, quod Deum habebunt*. Non cogimur igitur ex ſententia D. Thom. dicere Beatos, omnia, quæ pertinent ad ſuum ſtatum abſolutè, & ſine vlla limitatione in verbo cognoſcere, quia recta voluntate illa appetunt ſcire. Nec contradicit huic ſententiæ Eccleſię conſuetudo, nam cum receptum ſit tanquam firmum, ſanctos cognoſcere has preces, vel formaliter, vel cauſaliter in verbo, optimè conſueuit Eccleſia ad illos petitiones, & preces fundere, ſupponendo illos hæc omnia cognoſcere.

Vtrum aliqua variatio, & ſucceſsio admittenda ſit in viſione illa beatifica.

Cap. 6.

SVnt qui ſentiunt cęteros Beatos, excepto Chriſto Domino, & eius Matre, non ſtatim à principio ſuę beatitudinis videre in verbo omnia, quę decurſu temporis fiunt, cęteraque, quæ ad cuiuſque ſtatum, lapſu temporis ſpectant, ſed 1 Molin. 1. p. q. 12. art 8. diſp. 5. n. 6.

tunc,

tunc, quando preces funduntur, & cętera fiunt, Deo, per ſuum peculiarem influxum, in viſione beatifica hæc illis de nouo manifeſtante, extendenteque eo influxu viſionem ad illa etiam intuendum, neque id eſt, volubiles eſſe cognitiones beatorum, quaſi de quibuſdam deducantur in alias, eo modo, quo iuxtà ſententiam Scoti in 3. diſt. 14. q. 2. §. vlt. & Bonauent. art. 2. quæſt. 3. eſſent volubiles; quandoquidem nihil eorum, quæ ſemel intuentur, deſinunt in æternum intueri, neque eſt corrumpi aliqua ex parte viſionem beatificam, ſed ſolùm extendi, & augeri comparatione obiecti ſecũdarij, atque amplius accidentaliter augeri.

Scot. Bonauent.

2 Sed contraria ſententia magis conſona eſt, & D. Thom. & rationi Diuus Thom. enim 1. par. quęſt. 12. art. 10. probat, quæ videntur à Beatis in Deo, ſimul ab illis videri, hoc pacto; quæ per vnam ſpeciem videntur, ſimul videntur, ſed omnia, quæ videntur in Deo, eadem ſpecie videntur, ſcilicet eadem eſſentia diuina, ergo ſimul videntur. Maior probatur, nam ratio cur aliqua ſimul videri non poſſint, eſt quia cognoſcuntur per plures ſpecies; quibus in actu quidem ſecundo, ita nõ poteſt intellectus informari ſimul, ſicut non poteſt corpus pluribus informari figuris. Minor patet ex dictis, oſtenſum enim eſt, ea, quæ videntur in Deo, non videri ſingula per ſuas ſimilitudines; ſed omnia per vnam eſſentiam Dei. Idem videtur dicere in 4. ſent. diſt. 45. q. 3. art. 1. vbi idem ſentit Capreol. q. 1. & Palud. quæſt. 2. & quæſt. 8. de verit. art. 12. ad 2. inquit reſpectu illius viſionis perinde eſſe, quod res ſi ſit facta, vel futura; vnde concludit viſionem beatificam, qua vident Angeli Beati res in verbo, indifferenter ſe habere ad cognoſcenda præſentia, & futura.

Contraria ſẽtẽtia magis cõſona eſt rationi, & D Thom.

Capreol. Paludan.

Conſona etiam eſt rationi, quia illa ſcilicet viſio menſuratur æternitate participata, ergo eſt omninò inuariabilis, quemadmodum ipſa æternitas. Imò ex hoc principio, quia ſcilicet viſio illa eſt omninò inuariabilis, concludit idem Diu. Thom. 1. par. quæſt. 10. art. 5. ad 1. illam menſurari æternitate participata, & vbicunque docet, vel Angelis, vel animabus beatorum reuelare Deum aliquid nouum, intelligit de reuelatione extra verbum; firmum, & exploratum habens, viſionem illam nullius capacem eſſe mutabilitatis, & variationis. Dices 3 poſſe in illa viſione non omnia ſimul videri, nulla facta mutatione in ipſa, ſed per ſolam mutationem obiectorum. Verùm non arbitror id poſſe fieri ſine aliqua mutatione in viſione ipſa; quia non poteſt fieri mutatio in effectu formali, quin fiat etiam in forma. Adde, quod cum perfectio viſionis, proueniat ex modo, quo creatura videtur in Deo, non poteſt fieri mutatio circa creaturam, quin fiat circa Deum. Tandem cum ſupra dictũ ſit taliter, vel taliter repræſentare, conuenire viſioni, ratione ſuæ indiuiduæ entitatis, idque, vt naturali modo omnia fiant, prærequirere tale indiuiduum lumen, quod naturali quadam neceſſitate prodit, in actum ſibi adæquatum, & proportionatum, non poteſt in illis obiectis intelligi ea mutatio, niſi facta mutatione in tota viſione, & in lumine eius principio. Et hanc ſententiam libentius 4 amplectuntur recentiores; non ſolùm Bannes, & alij Thomiſtæ 1. par. quæſt. 12. art. 10. ſed etiam Gregor. de Valent. quæſt. 12. diſp. 1. punct. 6. & Suar. ead. 1. par. lib. de attribut. negat. cap. 27. & videtur eſſe ſentẽtia D. Auguſt. lib. 15. de Trin. c. 16. vbi ait fore, vt, cum Deum videbimus,

Bannes. Gregor. de Valent.

Suar.

Auguſt.

mus, ſicuti eſt, omnem ſimul ſcientiam noſtram, vno ſimul conſpectu videamus. Et licet id non aſſeueret vt planè certum. *fortaſſis*, inquit, *etiā volubiles non erunt noſtræ cogitationes ab alijs in alias euntes, atque redeuntes; ſed omnē ſcientiam noſtrā vno ſimul conſpectu videbimus.* In libr. tamen 12 Confeſs. cap. 11. expreſsè, & ſine hęſitatione id videtur, docere.

An aliquis in hac vita degens, viderit eſſentiam Dei. Cap. 10.

1

QVamuis, ſi legem Dei ſpectemus ordinariam, viſio Dei non communicetur homini mortali, quærimus tamen; an in hac lege quandoque ſit diſpenſatum. Nec controuertimus, an aliquis homo (excipimus Chriſtum) toto tempore vitæ mortalis, vel pro aliqua magna eius parte habuerit illam viſionem permanenter, & immutabiliter, certum eſt enim hoc pacto, nō eſſe factam diſpenſationem, neque oppoſitum ſine magna temeritate, & errore poteſt affirmari; quia nec in ſacra Scriptura, nec in traditione, vel Patribus, vel tandem in aliqua probabili ratione, vllum habet fundamentum. Sed id tantùm vertimus in quæſtionem, an per breue tempus, & quaſi in tranſitu, clara Dei viſio, aliquibus hominibus ſit communicata, & conſequenter an hoc ſaltem pacto in illa lege ordinaria, ſit aliquando diſpenſatum.

2
Explicatur noſtra ſententia.

In qua difficultate licet ſint duæ præcipuæ ſentētiæ: affirmatiua vna, quæ de Moyſe, & Paulo id aſſerit: negatiua altera, quæ id prorſus negat; fateor tamē nunquam animum potuiſſe inducere meum, ad ſentiēdum, vel præfatos viros, vel alium quempiam purum hominem vidiſſe clarè in hac vita mortali, eſſentiam diuinam, illa potiſſimum ductus ratione, quia nefas profectò eſt, ab illa lege generali in ſacris Scripturis contenta, *Deum nemo vidit vnquam. Non videbit me homo, & viuet. Quem nullus hominum vidit*, &c. quemquam temerè excipere, niſi vel certiſſimis teſtimonijs, vel firmiſſimis rationibus probari queat: at nullæ afferuntur nec auctoritates, nec rationes, quibus cogamur Paulum, & Moyſem ab hac lege excipere, ergo non eſt cur excipiamus. Et quia affirmatiuæ ſententiæ omne fundamentum in ſacræ Sripturæ teſtimonijs, eſt poſitum, illa potiſſimum ſunt examinā da, vt quantum probabilitatis habeat, dijudicemus.

Ioan. 1.
1. Timot. 6.
Exod. 33.

3
Num. 12.
An Moyſes viderit eſſentiam diuinam.

Et vt à Moyſe exordiamur, illud ſolet afferri teſtimonium, quod Numer. lib. habetur, cap. 12. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei; vel per ſomnium loquar ad illum: at non talis ſeruus meus Moyſes, ore ad os loquor ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.* Sed non cogunt hæc verba; loquitur enim Deus de Prophetis illius temporis, vel paulò poſt futuris, cōſtituitque diſcrimen quod Moyſes palam, & ſine ænigmate videbat Deum, hoc eſt Angelū, qui in effigie corporea, Dei perſonam referebat, eaque ratione dicebatur Deus ore ad os loqui cum Moyſe, tāquam amicus cum amico, non verò quòd Moyſes videret diuinam eſſentiam. Et explicatur hoc magis; nam lib. Exod. cap. 33. vbi ſcriptum legimus, *Loquebatur autem Dominus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum.* Habentur etiam illa verba, *Oſtende mihi faciem tuam*; & iterum *Oſtende mihi gloriam tuam*: & ita petenti paulò inferiùs negatur, *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit*

Exod. 33.

bit me homo, & viuet; & vt patet ex horũ verborũ forma, pro toto tempore futuro negatur indefinitè, & ſimpliciter, quando igitur vidit Dei eſſentiam? ſi enim vidiſſe, teſtari, inquis, tot familiaria cum Deo colloquia; quomodo poſt illa dicebat, *Oſtende mihi faciem tuam*: & *Oſtende mihi gloriam tuam?* Adde, quod dubium eſt, quid Moyſes petierit per illa verba. *Oſtende mihi faciem tuam*: probabile enim eſt, non petijſſe viſionem eſſentię diuinæ, ſed vt Deus, vel potius Angelus, vice Dei, nube ſe tegens, & per nubem cum ipſo colloquens, faciem explicaret, vt clarè eum videre, & facie ad faciem, cum eo colloqui poſſet. Reſpõdet ei Angelus, hominis oculos non ferre, nec poſſe videre faciẽ ſuã, ſed dorſum tantùm, facies enim illa, ab Angelo aſſumpta, radiantiſſima erat, & tam admirando lumine, ac maieſtate auguſta, vt Deum, Deique gloriam, quadamtenus referret: vincebat ergo Solis ſplendorem, quem cum oculis directis, & irretortis homo intueri non poſſit, quin potius ab eo perſtringatur, & quaſi excęcetur, ſequitur multo minus faciẽ hanc Angeli longè ſplendidiorem, à Moyſe videri potuiſſe; quin ab ea ſtatim excęcaretur. In dorſo verò corporis illius, à ſe aſsũpti, ita lumen Angelus attemperauerat, vt Moyſis aſpectus ferret: vnde permiſit poſteriora ſua, hoc eſt dorſum ſuum, ab eo videri; quo mirificè recreatus eſt Moyſes, tantoque lumine perfuſus, & aſperſus, vt facies eius pariter radiaret, lucisq; radijs, quaſi cornibus quibuſdam, cornuta videretur. Hæc itaque Moyſis viſio fuit corporalis, corporeis enim oculis vidit corpus hoc Angeli à tergo. Longè ergo abfuit iuxta hanc etiam expoſitionem, à viſione diuinitatis, eſſentiæque diuinæ. Quod tandẽ confirmatur verbis illis Ioannis 1. *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe narrauit nobis*: Ioan. 1.

4 poſito enim primum diſcrimine inter Moyſem, & Chriſtum, quod Moyſes fuit legislator tãtùm, imò legis promulgator, nam per ipſum lata eſt à Deo, gratia autem, & veritas per Chriſtum facta eſt, & Chriſtus vtriuſque eſt Auctor, illis verbis Ioan. 1. *Quia lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*, ſubdit *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus*, &c. quaſi dicat. Si ergo nemo vidit, nemo poteſt eſſe Auctor doctrinæ, & veritatis Dei: quomodo enim docebit, & manifeſtabit, quę nõ vidit? Dices, Audiuit ab aliquo, qui vidit, & poſteà ipſe aperuit alijs. Iam ergo iſte nõ eſt Auctor veritatis, nec per ipſum facta eſt veritas, & doctrina, ſed tradita, & qui vidit, & narrauit, ipſe eſt Auctor, talis ergo eſt Chriſtus, Filius Dei, qui vidit Patrem, vidit Deum aperta notitia, & ideo nõ ex auditu; ſed quæ vidit, teſtatur, quæ vidit docuit. Moyſes verò, Prophetæ, & Apoſtoli audierunt ab eo, qui viderat, & vidit, nempè Verbo, & tradiderunt alijs; propterea non ſunt veritatis Auctores. Ioan. 1.

5 Quod ſi inſtes. Si Moyſes non vidit Dei eſſentiam, quorſum illa verba Exod. 33. *Ego oſtendam omne bonum?* Reſpondetur, illud promiſſum, fuiſſe implẽdum non in hoc ſæculo, ſed in futuro, quod ex eo patet maximè, nam paulò poſt hanc promiſſionem, negat illi Dominus faciei ſuæ viſionẽ dicens: *Non enim poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet*: ergo vt ſequentia conſona ſint præcedentibus, cogimur fateri, illud promiſſum in futuro ſæculo, fuiſſe adimplendum, non in præſenti. Exod 33.

6 Longè ergo abfuit Moyſes à viſione diuinitatis, eſſentiæq; Diuinę; ſi ergo abfuit Moyſes, ergo & Paulus, An D. Paulus viderit Dei eſſentiam.

lus,qui multò obſcuriùs,& humiliùs
de ſua viſione loquitur. At inquies
ipſum de ſe ipſo,poſteriori Epiſt.ad
2. Cor.12. Corinth.cap.2. affirmare, raptum
fuiſſe vſque ad tertium Cęlum, &
vſq; ad Paradiſum; nomine autem
Paradiſi,non intelligit terreſtrem,
ſed viſionem diuinæ eſſentiæ, iuxta
illa verba Chriſti ad latronem apud
Luc.23. Lucam 23. *Hodie mecum eris in Pa-*
radiſo, ideſt mecum videbis diuinã
eſſentiam,non in Cęlo,ſed in Lim-
bo,vbi mecum eris. Præterea dicit
ſe audiſſe arcana verba,hoc eſt inef-
fabilia,quæ non licet homini loqui;
Thom. hæc autem,vt argumẽtatur D.Tho.
2.2.q.175.art.3. videntur eſſe quæ
pertinent ad viſionem Beatorum,
quæ ſtatum huius vitæ, excedunt.

7 Act.26. Tandem lib.Act. cap.26. dicitur
illi à Chriſto. *Adhoc apparui tibi,vt*
conſtituam te miniſtrum, & teſtem
eorum,quæ audiſti,& quę vidiſti,con-
ſtitutus eſt autem teſtis, & miniſter
Myſterij Sanctiſſimæ Trinitatis, er-
go vidit illud, ac proindè diuinam
eſſentiã. Sed quod pertinet ad pri-
mum teſtimonium,illud non cogit,
omnia enim optimè ſaluantur, ſi di-
camus Paulum eleuatũ fuiſſe ad in-
tuendam ipſam Chriſti humanitatẽ,
& gloriam, & conſortium Beatorũ,
ibique intellexiſſe arcana fidei my-
ſteria. Præterea id videntur perſua-
dere verba illa *Audiui arcana verba.*
At ſi vidiſſet eſſentiam diuinam, di-
cere debuiſſet,ſe vidiſſe res,non au-
diſſe verba. Reſponderi poſſet,He-
braiſmus (audire verba) ſignificat
Theodor. videre res, vt inquit Theodoret.,
ergo ſicut in Prophetis viſio,vel vi-
dere,& audire,idem ſunt; ita & in
Beatis mentibus. Sed contrarium
eſt probabilius, propriè enim audi-
re etiam animæ ſeparatæ,non ſigni-
ficat clarè rem intueri,ſed Dei, An-
geli,aut hominis loquutionem ex-
cipere, alioqui enim clarè dixiſſet
vidi ineffabilia,vidi Deum,transfer-
re autem verbum à ſignificatione
propria,ad non propriam, nec ita
vſitatam,vt inde colligamus excep-
tionẽ legis generalis,in ſacris ſcrip-
turis contentæ, ratione duce, nullo
modo cogimur. Adde,quod ſi Deũ
vidit Paulus in illo raptu,vidit & ſta-
tum ſuum, an in corpore eſſet,nec-
ne,quod tamen hic negat.

Obijcies; ſi hic locus non eſt in- 8
telligendus de viſione eſſentię diui-
næ,quænam ſunt illa arcana verba,
quæ audiuit Apoſtolus,quæ non li-
cet homini loqui? Reſpõdetur nihil
hic certò dici poſſe,cum ea Paulus,
ſiluerit; opinari tamen licet illa,cõ-
modè poſſe explicari de eximia
quadam diuinarum rerũ cognitio-
nem,citra tamen beatum Dei aſpe-
ctum,vt mira de diuinis quibuſdam
Attributis,nobis hic incognitis; itẽ
gloriã Chriſti, addit Theodoretus,
vidiſſe Paradiſi pulchritudinem,Sã-
ctorum Choreas, & gaudia, nume-
roſam, ac modulatam hymnorum
cęleſtium vocem,audiſſe,vnde po-
ſtea admirabundus exclamauit pri-
ma ad Corint.2.*Oculus non vidit,nec* 1.Cor.2.
auris audiuit,nec in cor hominis aſcen-
dit,quæ præparauit Deus ijs,qui diligũt
illum.

Præterea, mira de Angelorũ na- 9
tura,dotibus, gratia, gloria, ordini-
bus,ait S.Greg. homil.4. in Ezech. Greg Papa
Vnde S.Dionyſ.de cęleſt.Hierarch. Dionyſ.
ex S.Pauli doctrina,ita ordines An- Areopag.
gelorum deſcribit, quaſi oculis om- Roma 1.
nia.Veriſimile eſt etiã ſpectaſſet au- Galat. 1.
diſſe arcana de ſecreto, ratione, or-
dine diuinæ reprobationis, & præ-
deſtinationis, ac vocationis homi-
num, maximè gentium, & prouin-
ciarum,per ſe cõuertendarum, hoc
enim ſecretum paſsim miratur Pau-
lus ad Rom.11. & alibi, hocq; ma-
ximè ad ipſum attinebat, eoq; pro-
ximè mittendus erat. Rurſus audi-
uit arcana quædam Chriſti Redem-
ptionis,ac Euangelij myſteria; talia
enim

enim per reuelationem in hoc raptu accepiſſe ſe dicit à Chriſto, epiſt. ad Galat.cap.1.Denique audiuit,vt apparet,arcana de œconomia,regimine,ac ſucceſſione Eccleſiæ præſentis,& futuræ,hæc enim ad ipſius, & ſtatum, & officium pertinebant; iam enim deſignatus erat Eccleſiæ Doctor,& Rector; ſicque ineffabilia vocat; tum quæ fari prohibitum eſt,tũ quæ fando adæquare, & plenè explicare non poſſumus. Non igitur colligitur ex hoc loco Paulũ vidiſſe diuinam eſſentiam.

10 Neque etiam ex loco Actorum in illa enim apparitione, de qua ibi ſermo eſt, Paulus vidit Chriſtum à mortuis reſuſcitatum,ac glorioſum, quem viderat prædicantem,& fortè morientem atque huius rei potiſſimum fuit conſtitutus teſtis,aliarũq; quæ audiuit in raptu, nõ tamen myſterij Sanctiſſimæ Trinitatis,quaſi illius eſſet teſtis oculatus. Vrgenſque eſt argumentum, ad probandũ Paulum non vidiſſe eſſentiam diuinam,

Ioan. 1.

ſumptum ex illa auctoritate Ioan.1. *Deum nemo vidit vnquam*: quando enim Ioannes ſcripſit Euangelium, & hæc dixit,pręceſſerat raptus Pauli; nam Ioannes,Auctore Hieronymo,

Hieron.

de Scriptor.Eccleſ.vltimus omnium Euangeliſtarum ſcripſit Euangeliũ,poſt raptũ Pauli,qui quatuordecim annos contigerat, antequàm ſcriberet ſecundã Epiſtolã ad Corint. & nihilominus Ioãnes vniuerſim ait, Deus nemo vidit vnquam, quod confirmat Baron. tom.1.Annal. dicẽs Ioannem ſcripſiſſe Euangelium Anno Chriſti Redemptoris 99. quando Nerua Auguſtus tertiũ inijt conſolatum,adſciuitq; ſibi collegam Virginium Ruphum, raptus verò Pauli fuit anno Domini 44. Claudij verò 2.

11 Sunt qui probant hanc eandem ſententiam ratione ducta ex illa auctoritate D. Paul. 1. ad Timoth.

1.Timot.6.

cap.6. de Deo ita dicentis. *Et lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt*, hoc pacto. Quando Paulus ſcripſit ad Timothæum,præceſſerat raptus, & tamen de Deo pręfata verba profert, quod planè nõ affirmaret ſi ipſe in raptu diuinam eſſentiam vidiſſet, maximè cũ dubitauerit an Anima ipſius fuerit in corpore, ac proindè an ipſe tunc fuerit homo. Sed non ita firmum videtur eſſe hoc argumentum, nam iuxta litteram illa verba Pauli aliqui intelligunt de oculo corporeo. Ita Heſſelſ.

Heſſelſ.

Vel quod Germana videtur expoſitio: Nemo vidit,nec videre poteſt Deũ per ſe,& ſuę naturę vires,ſiuè nemo poteſt videre Deum, ſua acie mentis ſuo acumine, ſuo ingenio, vti præſumebant Anomæi, ſed neceſſe eſt,vt homo viſurus Deũ, ſuper hominem eleuetur, & ſuper ſe ipſum attollatur, atque ſupernaturalem vim viſiuam,oculumq; accipiat,puta lumen gloriæ, quo Deum videre poſſit. Et vtramque expoſitionem approbat D.Auguſt. lib.3. contra

Auguſt.

Maximinum cap. 9. 11. & 12. licet epiſt.6.ad Italicum, probet priorẽ, & lib.qq. noui teſtam. q.71. poſteriorem. Nec refert aliquos intelligere verba illa Apoſtoli de hac vita mortali,quaſi dicat Paulus: In hac vita mortali nec ego, nec Moyſes, nec quis alius vidit, aut videre poteſt diuinam eſſentiam; nam parum ſolidè, cum hoc abſolutè nõ videatur verum,etiamſi demus neminem actu vidiſſe Deũ,poteſt tamen Deus facere,vt aliquis homo mortalis,videat Dei eſſentiam, poteſt tamen non improbabile inde ſumi argumentum (vt cũ pluribus loquamur) nam cum Paulus abſolutè dixerit, *Quem nullus hominum vidit*, quod multas patitur intelligentias; Veriſimile eſt limitatè loquuturum fuiſſe, vel cum exceptione aliqua, ſi

ipſe in raptu vidiſſet diuinam eſſentiam.

12 Habet hæc ſententia defenſores antiquiſſimos Auctores, & Patres, qui ſunt Dionyſ. Areopagita de cæleſt. Hierarch. cap.4. apertiſſimè id docens de Moyſe Ireneus lib.4. cap.37. Clemens Alexandr. lib.5. Stromat. Tertull. lib. contr. Praxeam Gregor. Nyſs. in vita Moyſis Gregor. Nazianz. orat.2. de Theol. Chryſoſt. Homil.14. in Ioan. & Homil.3. de incomprænſibili Dei natura Victorinus lib. contr. Arrium Hilar. lib.4. de Trin. Cyrill. in cap.1. Ioann. Hieronym. lib.3. contr. Pelag. prope finem, & ſuper cap. 6. Iſaiæ, qui apertiſſimè dicit nullum vnquam Prophetam, aut aliquem hominem vidiſſe Deum in ſua eſſentia, ſed in figuris, & ænigmatibus; & Euariſtus Pontifex in ſua Epiſtola decretali (licet ſe habeat, vt particularis Doctor, priuatā, exponens ſententiam, & non vt Pontifex definiens) in illa verba Pauli 1. ad Timoth. 6. *lucem habitat inacceſſibilem*, &c. inquit nullum vnquam Prophetam vidiſſe Deum in eſſentia ſua, ſed tantum in ænigmate, & figura. Præter hos, & alios antiquos, quos poſſemus adducere, ſunt recentiores paſſim.

Dionyſ. Areopag. — Irenæus. — Clem. Ale. — Tertull. — Greg. Nyſ. — Greg. Naz. — Chryſoſt. — Victor. — Hylarius. — Cyrill. — Hieron. — Euariſt. Papa. — 1. Timot. 6

Contraria tamen ſententia habet aliquid probabilitatis proter D. Auguſtini auctoritatem 12. de geneſ. ad litteram cap.27. & 28. & Epiſt.112. cap.12. & D. Thom. 1. par. quæſt.12. artic.11. in reſponſ. ad 2. & 2.2. quæſt.175. art.5. Imò ante illos videtur fuiſſe huius ſententiæ Baſilius Homil.1. Examer. Ambroſ. lib. exam. cap.2. Et de Paulo id etiā aſſerit Clemens Alexādr. lib.5. Stromat. Negatiua verò ſuperius allata longè probabilior eſt, propter rationem à principio explicatam. Quod conſiderans Caiet. licet 2.2. quæſt.175. art.5. ſequutus fuerit ſententiam D. Thom. eam tamen deſerit ſcripturarum perpendens verba, & exponens Exod.33. num.12. Vnde non poſſum non mirari Bannē, qui quamuis dicat inſignem eſſe temeritatē aliquē excipere à generali regula ſacræ Scripturæ abſque magno fundamento: cum hoc fundamēto careat opinio, cui ille adhæret, tanquam probabilori, non conſequenter loqui. Illud tamen velim vltimo loco hic animaduertas, piè poſſe credi, quod ſi alicui hoc priuilegium videndi in vita mortali diuinam eſſentiam, conceſſum eſt, Virgini Mariæ maximè datum.

Auguſt. — Thom. — Baſilius. — Ambroſ. — Clem. Ale. — Caiet. — Thom. — Bannes. — Quid ſentiendum de B. Virgine.

Quid de poſsibili dicendum ſit de Beatis, eorumque ſtatu.

OPVSC. XVI. Cap. 1.

CVm huc vſque viſum ſit quænam re ipſa, & de facto conueniant Beatis, tum ſi principia inquiramus viſionis beatificę, non ſolùm ex parte potentiæ, ſed etiam ex parte obiecti; tum ſi naturam inueſtigemus viſionis: tum tādem obiectum non modo primarium, ſed etiā ſecūdarium: reliquum eſt, vt videamus, quæ circa eadem poſſunt contingere, ſpectata potentia Dei abſoluta. Et primum omninm examinandum eſt num per hanc Dei potentiam poſſit dari impreſſa ſpecies creata, clarè repræſentans in ſuo genere obiectum illud beatificum, quod infinitæ eſt perfectionis. 1

An de potẽtia abſoluta poſſit videri Deus, prout eſt in ſe per ſpeciem creatam impreſſam, eiuſdem Dei, ab eodem infuſam. Cap. 11.

1 VT verum fatear, ſimile quid mihi videtur dicendum in hac propoſita difficultate, quod ſẽper cenſui affirmandum in illa alia num idem corpus ſimul poſſit contineri in duobus locis diſtantibus, & in vtriuſque modo naturali, & quantitatiuo; nam quemadmodum in illa, ſuppoſita ea veritate, de pręſentia ſacramẽtali indiuiſibili Corporis Chriſti ſimul in locis diſtantibus, quam fide Catholica tenemus; mirabile mihi viſum fuerit, quod grauiſſimi Theologi ſenſerint, hoc aliud per potentiam Dei non poſſe fieri; nam tam neceſſariò, tamq; euidenter conſequitur illam, vt nullum caput repugnantiæ poſſit excogitari, vel afferri contra vnam, quod non etiam militet contra alteram. Ita etiam dicendum exiſtimo in hac quæſtione, de qua nunc diſputamus nullum eſt enim argumẽtum, quod vel à veteribus, vel à recentioribus Theologis ſit allatum ad impugnãdam huius ſpeciei poſſibilitatem, quo non cõcludatur euidenter impoſſibilitas, vel ſpeciei expreſſæ, quæ eſt ipſa viſio beatifica, vel ipſius luminis gloriæ. Cũ igitur apud nos firmum, compertumque ſit, illis non obſtantibus, dari ſpeciem expreſſam obiecti beatifici, eamque eſſe viſionem intuitiuam Dei, darique lumen gloriæ; neceſſaria conſequentia affirmandum eſt non eſſe impoſſibilem ſpeciem creatam impreſſam eiuſdem obiecti, ab eodem infuſam enumerus igitur præcipua argumenta.

Poteſt per diuinã potẽtiam dari replicatio corporum.

Et primum, quod ſumitur à munere repræſentandi, eſt huiuſmodi. Species intelligibilis, vt faciat videre rem, prout in ſe eſt, debet eſſe propria, & perfecta ſimilitudo eius: repugnat autem dari huiuſmodi ſimilitudinem creatam diuinæ eſſentiæ; quia non poteſt res finita eſſe perfectè ſimilis rei infinitę, res enim infinita omnem in ſe continet perfectionem, vel eminenter, vel formaliter, & forma finita ad certum eſt limitata perfectionis genus. Vnde fieri poteſt illa deductio. Ad repræſentandum obiectum tantę perfectionis, requiritur proportionatæ perfectionis ſpecies, ergo ad perfectius obiectum, perfectior ſpecies, ergo repræſentatio cuiuſque ſpeciei finitæ, habebit obiectum finitum, proprium, & adæquatum, ergo non poteſt repræſentare obiectum infinitum, niſi ſit infinita: at quis nõ videat hoc argumentum militare contra viſionem beatificam, quę eſt ſpecies expreſſa, & finita, & tamen clarè repræſentat ipſum Deum infinitum. Reſpondet autem Sot. cõcedendo quidem viſionem eſſe Dei ſimilitudinem; imò propterea inquit requiriri ſpeciem, quæ eſt ſimilitudo obiecti, per modum habitus, vt poſſit intellectus notitiam producere, quæ eſt actualis (vt aiunt) eiuſdem obiecti imago; diſcrimen tamen eſſe, quod aliter ſpecies, quàm viſio eſt ſimilitudo obiecti, ipſam repræſentans: nam repræſentare ſpeciei, eſt efficere rei cognitionem: modus autem repræſentandi notitiæ, non eſt efficere, ſed eſſe ipſam cognitionem, & repræſentationem formaliter. Et S. Tho. non contendit creaturas non poſſe eſſe repræſentationẽ Dei, ſed quod non poſſit creatura ſic repræſentare Deum, vt eius cognitionem efficiat, qua cognoſcatur per eſſentiam; quia ſolus Deus eſt cauſa efficiens

2 Primum argumentum.

3 Reſponſio.

Thom.

ciens

4 Bannes. ciens beatitudinis. Verùm optimè impugnat Bannes in art. 2. queſt. 12. Thom. hanc reſponſionem, tanquam apertè Diui Thom. doctrinæ repugnantem; Impugnatio. ipſe enim art. 2. impugnat ſpeciem intelligibilem creatam eſſe poſſibilem ad videndum Deum, nõ ex eo, quòd eſſet viſionis beatificæ principium effectiuum; ſed quia repugnat dari formam creatam, quæ ſit naturalis ſimilitudo Dei, illum repræſentans ſicuti eſt. Et confirmatur, nam ponit lumen gloriæ, concurrens effectiuè ad viſionem beatificam, quódue ſimul ſit quædam Dei ſimilitudo, ex parte potentiæ viſiuæ; impugnat igitur ſpeciem impreſſam creatam, eo quod cenſeat non poſſe dari talem Dei ſimilitudinem, ex parte rei viſæ ſe habentem: hæc autem omnia conueniunt ſpeciei expreſſæ; multoque magis; nam perfectior eſt repræſentatio cognitionis, quàm ſpeciei intelligibilis; hæc enim eſt, (vt aiunt) habitualis; illa verò actualis, & expreſſa; atque eo perfectior quo ipſa cognitio clarior eſt: quare Bannes Caiet. confugit ad illam reſponſionem, quam prius dederat Caietanus 1. p. quæſt. 12. art. 2. quod non detur in Beatis hoc verbum, & hæc ſimilitudo expreſſa obiecti beatifici.

5 At cũ nos ſupra euidentiſſimis rationibus probauerimus viſionem quamcumque eſſe ſua natura expreſſam imaginem rei viſæ; negare in Beatis videntibus Deum formari hanc expreſſam ſimilitudinem Dei viſi, eſſet cõſequenter deſtruere viſionem ipſam beatificam.

6 Solutio. Reſpondent aliqui in hoc eſſe maiorem repugnãtiam in ſpecie intelligibili, quàm in verbo, quia ſi ſpecies intelligibilis repræſentaret obiectũ, deberet repręſentare adæquatè, atque adeo compræhenſiuè, quia manaret immediatè à Deo, Actus autem, ſeu verbum, non eſt cur adæquatè repræſentet, quia manat immediatè à potentia, & a lumine: Oppoſitio. Sed hoc nullius eſt momenti; nam lumen gloriæ eſt immediatè à Deo, & eſt in ſuo genere principium viſionis nõ compræhenſiuæ &c. nam non manat à Deo, vt ab agente naturali, ſed libero: non oportet igitur adæquari obiecto, ſed eſſe circa tale obiectum, & vt non egrediamur limites ſpecierum, quæ ſunt ſimilitudines ex parte obiecti, illius gerẽtis vices, ſpeciem infuſam inferiori Angelo ad videndum ſuperiorem, non oportet eſſe comprehenſiuam illius obiecti; quod repręſentat, licet ab eo manet immediatè, quia Deus illam infundẽs, dat proportionatam virtuti intelligenti: naturaliter igitur repręſentant obiectũ, cuius ſunt ſpecies quamuis, liberè ab agente procedat.

7 Tãdem illud affertur in huius argumenti confirmationem; quia ex ſpecie expreſſa, & impreſſa compleretur perfecta repræſentatio Deitatis, & ideo non poteſt vtraque eſſe creata, quia daretur aliqua creatura adæquatè repręſentans id, quod in eſſentia eſt infinitum. Cum igitur viſio, & verbum ipſum non poſſit nõ eſſe ſimilitudo expreſſa obiecti, eſt enim de ipſius ratione, ſicque ens creatum, ſequitur ad vitandum præfatum inconueniens, vt nõ poſſit dari ſpecies impreſſa, quæ ſit repræſentatiua eiuſdem. Id autem indicare videtur Ferrarienſ. 1. contra Ferrar. gent. cap. 53. §. quinta illis verbis nam ſpecies intellectualis, & verbũ ab ea expreſſum; habent rationem vnius perfecti, & totalis repræſentatiui rei intellectæ intellectui. Sed friuolum eſt hoc, & nullius momẽti; nam cum hæ ſpecies, ſi ambę darentur, ſint diuerſarum rationum in repræſentando: vna in habitu, ſeu in actu primo; altera in actu ſecundo: vna efficiens hanc actualem repræſenta-

ſentationem; altera à priori habens tanquam à cauſa efficiente, nõ tanquam à forma, vt ſit actualis imago, & ſimilitudo rei intellectæ; nõ componunt vnam formam, & vnam repræſentationem: & quemadmodum cum nunc rè ipſa, & de facto hoc verbũ, & ſimilitudo expreſſa, ab eſſentia diuina, ineffabili modo vnita intellectui beato, tanquam à cauſa efficiente producitur; non tamen inde ſequitur, vt detur ſimilitudo aliqua adæquata, & perfectè repræſentatiua Dei: ita nec daretur in eo caſu, ſi ſpecies impreſſa, obiecti vicem gerens, munus illud expleret.

8 Secundum argumentũ. Alterum argumentum, quod ſumitur ab immaterialitate ſpeciei, eſt huiuſmodi. Species intelligibilis debet eſſe, vel immaterialior obiecto, vel æquè immaterialis ac obiectum repræſentatum, ſed nulla ſpecies creata poteſt eſſe immaterialis ſicut Deus, ergo. Minor patet, quia Deus eſt infinitè immaterialis etiã in ratione intelligibilis; at nulla ſpecies, poteſt infinitam habere immaterialitatem, etiam in repręſentãdo, ergo. Maior videtur probari inductione facta, etiã in cognitione ſenſitiua, eſt enim ſenſus, vt ait Ariſtot. lib. 2. de Anima text. 121. & 138. perceptiuus ſpecierũ ſine materia, ſicut cera recipit figuram ſine materia ferri; v. g. tactus vt diſtinctè ſentiat frigiditatẽ, nõ ſufficit, quod caro tangentis afficiatur frigiditate; ſed neceſſe eſt, vt sẽſorium recipiat quãdam ſimilitudinem immaterialem, alioqui frigiditatem non percipit. Hinc eſt quod dixit Ariſtot. text. 98. ſenſibile ſupra ſenſum poſitum non facere ſenſationem, eò quòd talis vnio valdè eſt materialis, & in alijs ſenſibus ſuperioribus cõſtat fieri ſenſationem per ſimilitudinem immaterialẽ, obiecti materialis; oculus enim videt lapidem per ſimilitudinem ipſius, in potentia viſiua exiſtentem, quæ longè immaterialior eſt ipſo obiecto: quin ipſa expers eſt materiæ, cum obiectum, cuius vicem tenet, ſit ipſum materiale; & hac eadem ratione non poteſt materialis ſpecies, repręſentare Angelum, prout in ſe eſt.

Ariſt.

Quod ſi dicas, eandem obiectionem militare contra ſpeciẽ expreſſam, quæ eſt ipſa viſio beatifica; Reſpondet Dominicus Sot. diſcrimen eſſe; nam cum ſpecies impreſſa ſubſtituatur in locum obiecti, vt principium cognitionis, debet eſſe purior, & magis ſpiritualis; ſi enim minùs ſpiritualis eſſet, non poſſet vices illius ſupplere: At cum expreſſa ſimilitudo, quæ eſt verbum, in locum obiecti non ſubrogetur; certè non oportet eã eſſe ipſo obiecto puriorem, & magis à materia liberam. 9 Reſponſio. Sot.

Sed gratis hoc dicitur, & abſque vllo fundamento; nulla enim ratio aſſignari poteſt, ob quam ſimilitudo impreſſa, debeat eſſe immaterialior, quàm expreſſa; quia tota perfectio, & ratio ſimilitudinis impreſſæ eſt, propter expreſſam, ergo ſatis eſt, quod ſit illi proportionata. Item cur magis impreſſa, debet ſuperare, vel adęquare obiectũ in immaterialitate, quàm expreſſa, cũ non minus repræſentet obiectũ, verbum ipſum, quàm ſpecies? Imò ſupra diximus multò perfectiorem eſſe repræſentationem cognitionis, quàm ſpeciei intelligibilis. Ad argumentum igitur negamus maiorem, & inſtantia eſt manifeſta in ſpecie, quã inferior Angelus habet de ſuperiore, per quam illum intuitiuè, & quidditatiuè cognoſcit, prout in ſe eſt: & tamen illa ſpecies, non eſt immaterialior obiecto ſuo. quod probatur, quia ſpecies illa recipitur in Angelo inferiore, ergo commenſuratur ei, in immaterialitate, quia, quod recipitur, ad modum recipientis recipitur, & proprietas eſt accommodata Impugnatio. 10

data

data naturæ,cui ineſt, ſed Angelus inferior non eſt immaterialior Superiore,imò eſt imperfectior, ergo.

Dicimus igitur, vt talis ſpecies poſſit repræſentare Deum, ſufficere,ſi ſit ordinis diuini, talem autem dari,non eſt inconueniens, ſicut re ipſa ſunt illius ordinis, viſio, & lumen. Cum igitur ſpecies impreſſa, ſi daretur, his debeat proportionari; in illo eſſet collocanda ordine, ſicq; ſufficienter,ſuas expleret partes. Ad inſtantiam ſumptam à ſpeciebus obiectorum materialium. Reſpondetur, magnum eſſe diſcrimen; nam cum obiecta materialia in ſe,ſolùm ſint intelligibilia in potentia,& per ſpecies fiant intelligibilia in actu, debent ſpecies eſſe immaterialiores, at reſpectu obiectorum ſpiritualium non eſt id neceſſarium; natura enim ſua, & ex ſe ſunt actu intelligibilia,ergo cum nō dentur ſpecies intelligibiles ad eleuandum obiectum ad ſuperiorem ordinem,ſed ſolùm vt ſuppleant vicem illorum,vei reddāt illa accommodata perſonis intelligentibus,nō oportet ſpecies eſſe immaterialiores obiectis.

11 Tertium argumentum ducitur ab efficientia ipſius ſpeciei impreſſæ, hoc pacto. Si daretur ſpecies impreſſa,illa poſſet concurrere ad productionem viſionis diuinæ eſſentię, ac proindè res creata poſſet, vt cauſa efficiens,facere aliquem beatum. Sed reſpondetur nullum eſſe abſurdum, rem creatam efficienter concurrere ad viſionem beatificam; imò ipſoſmet cogi, ad id confitendum, tàm in lumine gloriæ, quàm in potentia ipſa intellectus, quæ efficienter concurrunt ad viſionem diuinæ eſſentiæ. Quod autem dicitur,beatitudinem eſſe à ſolo Deo, iuxta illud Pſal.83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*, intelligendum eſt tanquam ab Auctore beatitudinis, & tanquam à cauſa prima, & principali, quæ confert ſupernaturaliter principia ad eliciendam viſionem, ſimulque concurrit, etiam immediatè inſtar ſpeciei intelligibilis. Tribuitur etiam noſtra beatitudo Deo, tanquam obiecto immediato, cuius aſpectu beamur.

Tertiū argumentum.

Reſponſio.

Pſal. 83.

At obijcies,ſicut dari poteſt qualitas creata, ſanctificans hominem formaliter, non tamen effectiuuè; quia hoc eſt proprium Dei: ita poteſt dari qualitas beatificans hominem formaliter, non autem effectiuè efficientia propria, & connaturali: quamuis igitur detur ſimilitudo formalis,& expreſſa Dei, non tamen hinc inferendum eſt poſſe dari ſimilitudinem impreſſam; quia illa tantùm beatificat formaliter; hæc autem beatificat effectiue. Verum niſi id ſano modo intelligatur, neceſſaria conſequutione ſequeretur,nec poſſe dari lumen gloriæ, quod beatificat effectiue, vt ipſimet aduerſarij concedunt. Ac idem etiam argumentum fieri poſſet de actu, & habitu charitatis, qui ſuo modo etiam ſanctificant: negamus igitur rationem paritatis; nam reſpectu actus ſecundi, qui ex natura ſua pendet effectiuè à potētia creata, poteſt dari aliquod principium, per modum actus primi. At verò reſpectu ipſiuſmet actus primi, per ſe infuſi,nō datur aliud principium, quia neque eſt actus prior illo, à quo manet,neque etiam poteſt fieri à ſuo ſimili, quia nullus habitus eſt effectiuus alterius habitus ſimilis. Neque poteſt fieri per actus ab ipſo manantes, vt patet ex materia de gratia. Reliqua argumenta, quæ poſſunt fieri ad probandam hanc repugnātiam, nullius ſunt momenti; præcipua ſunt ſuperiùs enumerata,ac omnia eo tendunt, vt probent ſuperfluam eſse hanc ſpetiem ſi daretur,non autem implicare contradictio-

12 Oppoſitio.

13

ditionem. Cum igitur nullum caput repugnantiæ, nec excogitari, nec afferri poſſit contra hanc ſpeciem impreſſam, quod non deſtruat, vel ſpeciem expreſſam, vel lumen gloriæ, vel ſimul vtrumque: proculdubio affirmandum eſt, cum re ipſa detur, & lumen gloriæ, & ſpecies expreſſa Dei, quæ eſſentialiter eſt viſio beatifica, poſſe dari per diuinam potẽtiam, ſpeciem impreſſam. Hæc autem ſententia in ſcholis eſt ſatis communis, ab eaque non recedendum, præſertim cum de potentia Dei agatur abſoluta, cui nihil eſt denegandum, niſi manifeſtam dicat repugnantiam.

Quid ſenſerit Diuus Thomas. Cap. 3.

1 POſſet ſententia D. Thomæ, ſpeciei impreſſæ poſſibilitatẽ impugnantis, interpretari, vt id intelligat, ſi illa viſio efficienda eſt modo magis connaturali: ſic enim ex natura ſua aliam ſpeciem non poſtulat, præter ipſam eſſentiam diuinam; nam cum eſſentia diuina, tanquam obiectum illius viſionis, perfectiùs vniatur ſe ipſa cum intellectu, ſicut fons, & principium eius, quàm ſi vniretur ei ſolùm ſecundùm aliquod accidens, quod eſſet eius ſimilitudo, & inhæreret intellectui: ita etiam perfectiùs ſpeciei intelligibilis partes explet; nõ eſt igitur cur requiratur ſpecies intelligibilis, obiecti vices gerens, cum talis viſio natura ſua, nullam aliã poſtulet ſpeciem, quàm eſſentiam diuinam, cum ipſa multo meliùs per ſe ipſam præſtet, quod ſolet præſtari à ſpecie intelligibili: ſi igitur modo magis connaturali facienda eſt illa viſio, non poteſt aliter fieri, quàm per eſſentiam diuinam, vnitam per modum ſpeciei, & ſic exterminanda omnis ſpecies creata impreſſa. Et hoc ſibi velle videntur, qui D. Thom. impugnantem, poſſiblitatem ſpeciei impreſſæ interpretantur, vt loquatur ſecundùm legem Dei ordinariam, nõ autem ſecundùm potentiam eiuſdem, abſolutam. Verùm rationes D. Thom. tum 1. par. quæſt. 12. artic. 2. tum lib. 3. contr. gent. cap. 49. aliquid amplius videntur probare vnde Thomiſtæ cõmuniter, vt Capreol. in 4. diſt. 49. quæſt. 5. Sot. queſt. 2. art. 3. Caiet. 1. par. quæſt. 12. art. 2. Ferrar. 1. contr. gent. cap. 53. & alij, ex ipſius ſententia defendunt, id eſſe impoſſibile ſimpliciter, tanquam implicans cõtradictionem.

Thom. Capreol. Sot. Caiet. Ferrarienſ.

An de potentia Dei abſoluta poſsit Deus videri ſine lumine gloriæ. Cap. 4.

1 Defenditur pars affirmatiua.

SVppoſitis ijs, quæ ſupra dicta ſunt de munere luminis gloriæ, non erit difficile hanc difficultatem definire, vt enim conſequenter loquamur, partem debemus amplecti affirmatiuam. Et probatur primùm, nam efficientia, quam prębet lumen gloriæ, non eſt illa, quæ præcisè requiritur ad actum vitæ, & effectionẽ quaſi formalem eius, ſed eſt diſtincta, ergo poteſt Deus illam, per ſe ipſum ſupplere. Et explicatur magis; Nam quamuis Deus non poſſit facere, vt actus vitalis, qui in ſui ratione includit, vt proficiſcatur ex influxu ipſius animæ, & intellectus, non ſit ab ipſo tanquam immediato principio; poteſt tamen ſe ſolo, luminis ſupplere concurſum; quia nõ habet, vt ſit actus vitalis ex concurſu luminis, ſed ex ipſius animæ influxu, & intellectus. Et quemadmodum

dum, qui partem tuetur negatiuam; ſentiunt lumen gloriæ eſſe formam vitalem, tribuentem vt quo intellectui vitalitatem proximam, reſpectu viſionis beatificæ; ita nos, qui demonſtrauimus nihil de vitalitate hac, ad lumen gloriæ, ſed totam acceptam ferri intellectui, & ipſi animæ, optimè poſſumus concedere efficientiam luminis poſſe ſuppleri à ſolo Deo. Item poteſt Deus efficere, vt ignis calefaciat, ſine calore, qui eſt tota ratio calefaciendi proxima: cur idem præſtare non poterit, vt intellectus Beati intuitiuè videat eſſentiam diuinam, abſque lumine gloriæ, cum ſit tantùm partiale principium, & effectiuum viſionis beatificæ? Adde quod aqua baptiſmi eleuatur à Deo, vt efficienter concurrat ad ſanctificationem abſque aliqua virtute, quæ ſit in aqua tanquam forma ipſius, aut diſpoſitio, ſed ſolo concurſu diuino, aqua tantùm attingit effectum. Cur igitur non poterit Deus ſolo ſuo ſpeciali auxilio, & ſupernaturali, eleuare intellectum, vt videat ipſum, ſicuti eſt.

2 Dices quemadmodū reſpondent recentiores quidam Thomiſtæ, aquā concurrere merè inſtrumētaliter ad ſanctificationem animæ; ſolus autem Deus concurrit vt cauſa principalis gratiæ. At verò Beatus reſpectu viſionis non eſt inſtrumentū Dei, ſed eſt cauſa principalis; oportet igitur, vt in ſe habeat formale principium videndi; ſed nos probauimus, quamuis Beatus videat illa viſione, non Deus; adhuc intellectū illius concurrere ad eam producendam, tanquam inſtrumentalem cauſam; nam per potentiam obedientialē. Sed quicquid re ipſa ſit; num de facto concurrat vt cauſa principalis, vel inſtrumentalis, poteſt per Dei potentiam concurrere inſtrumentaliter, & ita nō præhabere formam cōnaturalem, & proportionatam actui. Deinde ſi lumen gloriæ eſſet ſimpliciter neceſſarium ad videndum Deum; vel eſſet diſpoſitio, qua diſponitur intellectus, vt illi vniatur eſſentia diuina in ratione ſpeciei intelligibilis, vel tanquam perfectio intellectus, tribuens illi virtutem ex parte potentiæ, ad videndū Deum; ſed Deus de potentia abſoluta, poteſt introducere formam in materiam, ſine præuia diſpoſitione; poteſt enim introducere formam ignis abſq; præuio calore, cum poſſit ſeparare calorē à forma ſubſtantiali ignis. Similiter poteſt confortare intellectum, & tribuere illi virtutem actiuam ad videndum Deum abſque alia forma ſupernaturali inhærente, quemadmodum poteſt efficere, vt ignis calefaciat ſine calore, cum poſſit ſupplere vicem cauſæ efficientis. Et vt de actibus ſupernaturalibus ſit ſermo noſter, de facto actus fidei, & charitatis, interdū fiunt ex ſpeciali Dei auxilio, ſine vlla habitus efficiētia; quod auxilium nō eſt qualitas diſtincta ab ipſiſmet actibus, ſed ſunt ipſæmet actiones ſpecialiori modo à Deo procedentes. 1

Sunt qui dicunt actus hos, ab habitu productos, nō eſſe eiuſdem ſpeciei cum illis, qui ſine habitu producuntur, ſed abſque vllo fundamento id aſſeritur; nam cum in obiecto, & in modo attingendi Deum non differāt, non eſt cur eſſentialiter, & ſpecificè diſtinguantur. Quod autem alij, inter quos Sot. diſt. 49. q. 2. artic. 4. dicunt actus fidei, & charitatis non eſſe ſupernaturales quoad ſubſtantiam, eſt omninò falſum, nec eſt diuerſa ratio de charitate, quàm de viſione. Tandem contraria ſententia non habet fundamentum, quo vel probabiliter oſtendat implicantiam contradictionis: nam illud, quod dicitur, oportere, vt 3 4 Sot. 5 Iudiciū de cōtraria ſententia quæ eſt negatiua.

actus, & potentia habeant ad inuicem proportionem, ſed intellectus ſine lumine gloriæ inhærente, non eſt formaliter potentia actiua ſupernaturalis, ſed merè naturalis, ergo impoſſibile eſt, quod actus quãtùm ad ſubſtantiam ſupernaturales eliciat; probat id verum eſſe, ſi potentiam Dei ſpectemus ordinariam, non abſolutam, ſimpliciter enim, & abſolutè ſufficit, vt intellectus cum tali obiecto, & actu, in actu quidem ſecũdo habeat proportionem, licet non etiam in actu primo, cum in ſe non contineat formam, quæ ad eius

5 viſionem illum eleuet. Et licet Thomiſtę paſſim partem tueantur negatiuam; Diuus Thom. tamen, ſi attentè conſideretur, nunquam aliud ſignificauit, quã quod nos diximus, loquutus enim fuit de potentia ordinaria, & iuxta connaturalem agẽdi modum: ita enim teſtantur illius verba 1. par. q. 12. art. 5. ad 1. *quod intellectus ſit potens ad intelligendum per lumen gloriæ, quemadmodum potentia ad operandum per habitum*. Sed habitus non eſt ſimpliciter neceſſarius, ſed vt fiat actus modo magis connaturali, & ſecundum legem ordinariam. Et idem eadem prima par. q. 12. art. 1. & 3. contra gent. cap. 54. inquit, ſicut Sol, qui eſt maximè viſibilis, non poteſt videri à Veſpertilione propter exceſſum luminis: ita Deus, qui eſt maximè intelligibilis, ab intellectu noſtro, &c. Sed Deus ſua potentia abſoluta poteſt facere, vt oculi veſpertilionis videant lumen Solis, non imprimendo illis facultatem inhærentem, ergo, &c.

Thom.

6 Et id, quod dicitur, diſcrimen eſſe inter exemplum, & rem, de qua nos diſputamus; nam lumen Solis non excedit facultatem potentiæ creatæ, cum Sol naturaliter ſit viſibilis, ſed excedit facultatem huius, vel illius potentiæ ob illius debilitatem, & infirmitatem, ſed eſſentia diuina excedit omnem facultatem cuiuſque potentiæ; tum creatæ, tũ creabilis, nec ex ſententia D. Tho. videtur dictum, nec ſatisfacit difficultati, nam D. Thom. dicto loco contr. gent. inquit, *Diuina ſubſtantia non ſic eſt extra facultatem intellectus creati, quaſi aliquid omninò extraneum ab ipſo, ſicut eſt ſonus à viſu, vel ſubſtantia immaterialis à ſenſu, &c. ſed eſt extra facultatem intellectus creati, ſicut excedens virtutem eius, ſicut excellentia ſenſibilia ſunt extra facultatem ſenſuum: vnde Phyloſophus in 2. Meth. dicit, quod intellectus noſter ſe habet ad rerum manifeſtiſſima, ſicut oculus noctulæ, ad lucem Solis; indiget igitur confortari intellectus creatus aliquo diuino lumine, ad hoc, quod diuinam eſſentiam videre poſſit*. En tibi D. Thom. in quo ſimilitudinis vim conſtituit. Præterea difficultatem nõ euacuat, nã quemadmodum ſe habet oculus noctuæ ad lumen Solis; ita quilibet intellectus creatus, vel creabilis, ad diuinam eſſentiã, vt in ſe eſt; ſed quemadmodum lumen Solis, quãuis excedat facultatem talis potentiæ viſiuæ, poteſt per diuinam potentiam ab ipſa videri, quamuis nulla pręcedat qualitas inhęrens, illam confortans; ita & Deus, vt eſt in ſe, ab intellectu quocunq; creato, vel creabili, &c.

Non ſunt autem illi audiendi, qui nec de potẽtia ordinaria, volunt lumen illud requiri, eo nixi fundamẽto ſicut Deus re ipſa, & de facto ſupplet vicem ſpeciei; ita & luminis gloriæ, ergo ſuperuacaneum videtur eſſe &c. Sed eſt maximum diſcrimen; nam ſpecies requiritur ex parte obiecti, tanquam ipſius vicaria: quare non illa tunc opus eſt, cum obiectum eſt per ſe ipſum ſufficienter vnitum potentiæ, vt vſuuenit in propoſito, ſic enim optimo 7

7 Reijcitur protius ſententia illorum qui ſẽtiunt, nec de potentia ordinaria requiri lumẽ gloriæ.

Z modo

modo ſit viſio, & magis connaturali, At lumen requiritur ex parte intellectus, vt is videlicet ſit proportionatus obiecto, & modo connaturali eliciat, quoad eius fieri poteſt, actum: quare ſi lumen illud ſuppleretur à Deo, deſideraretur proportio inter actum primũ, & ſecundum, quæ, poſito lumine intrinſecus inhærente, & confortante, nunc reperitur.

An in viſione beatifica poſſit eſſe ſpecifica diuerſitas, ſaltem de potentia abſoluta.

Cap. 5.

1 PRobatum eſt ſuperius Beatos omnes in beatitudine eſſentiali, & conſequenter in viſione illa beatifica non differre eſſentialiter; videndum eſt nunc, an de potentia abſoluta ſaltem poſſint differre. Sed dicendum probabiliter, nec poſſe fieri; nam non poteſt excogitari in tali viſione diuerſitatis principium; non in obiecto, nec modo attingendi illud, cum ſit idem ſpecificè in omni viſione beatifica, non ex parte ſubiecti, & receptiui; nam quemadmodũ nunc de facto viſio beatifica Angeli, & hominis non differunt ſpecie; ita nec de poſſibili. Nam hoc argumentum, vel probaret nunc re ipſa differre, vel ſi id, nõ conſequitur, nec probat per Dei potentiam ex hoc capite poſſe fieri.

2 Dices. Poteſt per potentiam Dei abſolutam fieri viſio abſque lumine gloriæ, eleuante ipſo intellectum Beati per ſpecialius auxilium ad viſionem illam, ergo per eandem potentiam poteſt fieri, vt viſiones beatificæ differant ſpecie; nam ea, quæ ita fieret, non poſſet eſſe eadem eſſentialiter cum alia, quæ per lumen ſit gloriæ. Verùm reſpondetur illam adhuc natura ſua poſtulare tale, vel tale lumen gloriæ, iuxta latitudinem perfectionis ipſius: ſicut igitur non differunt ſpecie duæ viſiones beatificæ, quæ re ipſa fiunt per lumen gloriæ, licet vnum alio perfectius ita nec illæ: nã quamuis earum altera per ſpeciale miraculum fiat ſine lumine gloriæ, eius tamen conſiderata natura, requirit tale lumen, quod non differt ſpecie à lumine, per quod re ipſa fit altera. Et confirmatur, nam quemadmodum duo lumina gloriæ, (vt optimè ſentit, & probat Caiet. 3. par. quæſt. 10. art. 4.) non habent vnde formalem, ſeu ſpecificam ſumant diſtinctionem, cum nec ex parte obiecti, nec modi, illud attingendi, nec receptiui, tale diſcrimen excogitari poſſit: ita dicimus nos de duabus, vel pluribus viſionibus, cũ eadem ſit horum ratio. Et illud argumentum, quod fieri ſolet. In gratia ſanctificante, non repetitur diuerſitas ſpecifica, ergo nec in viſione Beata; nam illa viſio, natura ſua eſt actus tali gratiæ proportionatus, & vltimus finis, ac beatitudo illi connaturalis, probat, ſi intimè penetretur, etiam de poſſibili. Quam rationem attingit D. Tho. quæſt. 8. de verit. ab art. 1. vſque ad 17. vbi concludit lumen gloriæ eſſe eiuſdem ſpeciei in Angelis, & hominibus. 3 Caiet. Thom.

4 Dices, quemadmodũ viſio creata, & increata Dei, eſſentialiter differunt, & ſe ipſis differunt, ità fieri poſſe duas viſiones creatas, quæ ſpecie differant, non ratione obiecti, ſed per ſuaſmet entitates. Sed maximum eſt diſcrimen, quia viſio increata non eſt coaptata ad obiectum, nec ſpecificatur ab illo, differtque pluſquam genere à creata, cum ſit ſubſtantia, & actus puriſſimus: at duæ viſiones creatæ, ambæ

acci-

accidentia circa idem obiectum, eodem modo illud attingentes, ab illo ſumentes ſpeciem, cum ſint ad illud coaptatæ, vnde poſſunt differre eſſentialiter, & ſpecifice? Hæc autem ſint probabiliter dicta, non enim potentia Dei abſoluta, limitibus continenda eſt noſtræ intelligentiæ; cum plus poſſit diuina virtus operari, quàm nos poſſumus intelligere. Et quamuis, ſi cum Philoſophis loquamur, de ſpecificatione, & diuerſitate actuum, non inuenimus vnde oriri poſſet in illis viſionibus, eſſentialis diuerſitas: non apparet tamen euidens contradictionis implicatio.

An per potentiam Dei abſolutam aliter repræſentari poſsit obiectum tum primarium, tum ſecũdarium illius viſionis, quam de facto ſupra oſtendimus repræſentari. Cap. 6.

1 Nec per potẽtiam Dei abſolutam poteſt videri eſsẽtia diuina ſine attributis, & perſonis.

NEc per potentiam Dei abſolutam poſſe videri eſſentiam ſine attributis, & ſine perſonis patet ex jjs, quæ ſupra adducta ſunt ad probandum re ipſa hæc omnia ſimul videri: nam cum rationes omnes ductæ ſint tum ex natura viſionis beatificæ, tum ex ſimplicitate illius obiecti, quod ſibi omnia identificat; (& vt proprius loquar) eſt vnum quid realiter, & formaliter cum ſuis attributis, & diuinis perſonis, & omninò quicquid eſt in Deo, prorſus, & adæquatè eſt eadem perfectio, & res ſimpliciſſima; probant etiam idem dicendum eſſe de poſſibili, nec poſſe, quod ſupra definitum eſt, per Dei potentiam, etiam abſolutam, aliquo pacto im-
2 mutari. Dices poſſe id fieri, ſi per potentiam diuinam daretur viſio alterius rationis, quàm quæ re ipſa datur, ſed nuper probauimus non poſſe in illa viſione eſſe ſpecificam diuerſitatem, vel ſaltem non habere nos, vnde illam ſumamus, cũ obiectum proprium, & modus attingendi illud, ſemper ſit idem, & lumẽ gloriæ videatur eſſe in ſupremo gradu intellectualis luminis creati, quod à nobis concipi poteſt. Sed quicquid de hoc ſit, ſat nobis erit illam viſionem, cuiuſcunque modi, & rationis ipſa fingatur, ſua natura eſſe quidditatiuam, & intuitiuam cognitionem eſſentiæ; quia alias non eſſet viſio, de qua agimus, ergo neceſſe eſt, vt natura ſua repræſentet eſſentiam cum identitate, & intima coniunctione, quam habet cum relationibus, & attributis; non enim poteſt fieri, quin viſio clara, & intuitiua Dei, repręſentet totum Deum, vt eſt à parte rei Trinum, & vnum.

Obijcies ita poſtulare natura ſua; 3
poſſe tamen fieri, ſi ſpectemus diuinam potentam abſolutam, vt Deus concurrat cum viſione ad manifeſtandam eſſentiam, & deinde nihil ampliùs. At id excogitari nullo modo poteſt, ſi demus viſionem claram, & intuitiuam actuare intellectum Beati; nam cum manifeſtare Deum, ſicuti eſt à parte rei, ſit ab illa in genere cauſæ formalis, non indiget nouo concurſu, nec diuidi, aut impediri vllo pacto poteſt. Obij-
cies tandem de ratione viſionis in- 4
tuitiuæ eſſe, vt res, quæ per illam videtur, ſecundùm id, quod videtur, ita ſit, hoc eſt, vt exiſtat à parte rei ſicuti videtur; non autem vt videatur ſecvdum omnem modum quem in re habet, nam dęmon intuitiuè videt Chriſti humanitatem, non tamen videt modum vnionis, quem habet in verbo: vnde non licet colligere videt illam humanitatẽ prout in ſe eſt, ſed in ſe eſt vnita verbo, ergo videt vnitatem. Sed reſponde-

mus non poſſe aliquid videri per viſionem quidditatiuam, & intuitiuam, quin videatur ſecundum propriam rationem formalem, quàm in re habet, ergo ſi in eadem ratione formali eſſentia, attributa, & relatio, ſunt idem, & nullo pacto diſtinguntur ex natura rei, nec poſſunt ſeparari, neceſſe eſt, vt viſa eſſentia, hæc omnia ſimul videantur; non autem ſic ſe res habet in allato exemplo.
5 Nec valet dicere poſſe viſionem illam aliqua ex parte minui, & ita manare, vt repræſentet eſſētiam, non attributa nec perſonas (nam prætermitto, quod illa viſio per eā dem entitatem indiuiſibilem, repræſentet eſſentiam, & omnia, quæ omninò vnum ſunt cum illa) ſiue remittatur, ſiue diminuatur ille actus, cum ſemper vel remiſſus, vel diminutus, ſit quidditatiua; & intuitiua viſio eſſentiæ; ſemper requirit ea, ſine quibus non modo non poteſt conſiſtere, ſed nec etiam intelligi: eſſentialiter autē eſt viſio obiecti, & omnium, quæ ex natura rei identificantur cum illo.

6 At ſi de obiecto ſecundario loquamur, poteſt dari minima viſio, per quam nulla res creata, vel creabilis videatur. Probatur primùm illa ratione. Eſſentia eſt omninò abſoluta, non ergo repugnabit videri omninò abſolutè, ſine vlla prorſus habitudine ad creaturas; præſertim cum illa viſio creata, licet ſit quidditatiua, non tamen ſit comprehenſiua, ad quam ſufficit videre rei eſſentiam, præciſè in illa ſiſtendo.

Poteſt dari minima viſio per quā nulla res creata, vel creabilis videatur in eſſentia diuina.

Deinde poteſt eſſentia Dei videri non viſis omnibus creaturis ſimul, ergo poteſt videri, non viſa qualibet creatura, determinatè ſūpta; quia eadem eſt ratio de omnibus collectiuè, quæ de ſingulis diuiſiuè. Adde, quod pro quantitate luminis, Deus plus, aut minus videtur, ergo poterit alicui infundere tam debile, & remiſſum lumen, quod ſatis ſit ad intuendam diuinam eſſentiam, non penetrando tamen eam; vt cauſam alicuius creaturæ in particulari, neque vt eminenter continet rem aliquam peculiarem. Tandem probabile eſt, 7
poſſe dari viſionem, quæ terminetur ad Deum, & eius omnipotentiam, & ad quicquid in Deo eſt, & non videat in Deo obiectum poſſibile, & creabile, etiam ſub hoc communiſſimo conceptu; nam cum Dei omnipotentia nō ſpecificetur à tali obiecto; etiam ſub illo conceptu communiſſimo, nec ſit ens coaptatum ad illud, non pendet in ſui cognitione ab illo, quod quidem latius explicauimus, cum de ijs, quæ re ipſa, & de facto videt Beatus in Deo, & eius eſſentia.

8 Probabile eſt etiam non poſſe dari viſionem creatam, qua videantur omnes creaturæ poſſibiles in Deo; nam cum certa fide tenēdum ſit, Deum non poſſe compræhendi, quod latiùs docuimus, cum de incompræhenſibilitate Dei, & ratione ſatis probabili à poſteriori infertur, ſi in Deo viderētur omnes creaturæ poſſibiles, compræhendi diuinam eſſentiam: vt conſequenter loquamur, debemus etiam tanquam valde probabile affirmare, nec per diuinam potentiam poſſe dari viſionem creatam, qua videantur omnes creaturæ poſſibiles in Deo. Ratio autem inter cæteras poteſt eſſe illa. Qui cognoſcit totalem, & adæquatum effectum alicuius potentiæ, compræhendit ipſam in ratione potentiæ; ſed qui cognoſceret ens omne creabile à Deo, cognoſceret adæquatum effectum diuinæ potentiæ, ergo compræhenderet eam, ergo & eſſentiam, nam diuina potentia, & eſſentia ſunt omninò idem. Minor clara; probatur maior, nam ex cognitione omnium creaturarum,

Probabile eſt non poſſe dari viſionē creatā, qua videatur omnes creaturæ poſſibiles in Deo.

quoad

quoad omnes modos, habitudines,
& rationes earum, rectè infertur cō-
præhenſio diuinæ potentiæ, cum
tota virtus potentiæ, explicetur in
effectu totali, & adæquato ipſius;
neque enim in diuina potentia re-
manet aliquid vlterius cognoſcen-
dum, ac penetrandum, cum pene-
tratur in ea habitudo ad totū ſuum
obiectum adæquatum, & ad ſingu-
las eius partes; id autem eſſe nequit,
niſi ſimul compræhendatur eſſen-
tia; maximè cum ex penetratione
eſſentiæ proueniat, quòd cogno-
ſcantur ea, quæ ſunt in Deo emi-
nenter, atque adeo, quòd penetre-
tur potentia. Quod quidem, vt pro-
babilitatem habeat, debemus ſup-
ponere, quemadmodum ſupra de-
clarauimus latiùs, creaturas co-
gnoſci in Deo, tanquam in cauſa, &
eadem cognitione, qua cognoſci-
tur diuina eſſentia, tunc enim quā-
do effectus cognoſcuntur in cauſa,
eadem cognitione, qua ipſa cogno-
ſcitur, & concluſiones, in principio
eodem, id prouenire nequit, niſi ex
eo, quod principium, vel cauſa ipſa
plùs videatur, & penetretur ſecun-
dùm ſe, quàm antea penetraretur;
& cum omnes effectus in illa viden-
tur, oportet ita penetrari cauſam, &
principium, vt compræhendatur.

8 Hæc autem ad diuinam poten-
tiam accommodata, in quadam il-
latione probabili videntur funda-
ta; incerta tamen, cum illa nullum
habeat obiectum, ad quod coapte-
tur, ſed eſt abſoluta, & independens
ab illo, ita vt omnis habitudinis, tū
prædicamentalis, tum traſcenden-
talis ſit expers.

9

Fieri poteſt vt p aliquā viſionē beatificā videatur creatura, vt poſſibilis, & per eādem non videatur illa vt exiſtēs.

Fieri etiam poteſt, vt per aliquā
viſionem beatificam videatur crea-
tura, vt poſſibilis, & per eandem nō
videatur illa, vt exiſtens, ſi eſt futu-
ra, vel vt operans, ſi eſt operatura.
Et ratio eſt, quia ſine dubio per-
fectior eſt viſio, qua cognoſcitur
creatura in Deo intuitiuè, & vt exi-
ſtens, quàm ſi videatur tantùm, vt
poſſibilis, etiam ſi ſupponamus il-
lam creaturam habituram exiſten-
tiam. Et confirmatur, nam maioris
eſt virtutis cognoſcere de volunta-
te creata quid factura ſit, quàm co-
gnoſcere tantùm quid poſſit facere,
ergo idem eſt de viſione Dei, ergo
non eſt neceſſe, vt omnis viſio crea-
ta, quæ minorem habet perfectio-
nem, habeat etiam maiorem; cum
illa viſio limitata ſit, & recipere poſ-
ſit magis, ac minùs. Præterea de
ipſamet voluntate Dei ſupra dixi-
mus, non eſſe neceſſarium, vt Bea-
tus videat, quid Deus decreuerit,
quāuis facillimè videat, quid Deus
poſſit velle, ergo idem eſt propor-
tionaliter de voluntate creata. Pro-
batur tandem hoc ipſum ab incom- 10
modis, vt quòd omnes Beati vi-
deant, vel vltimam circulationem
ſolis, futuram, atque ita diem iudi-
cij, vel omnia futura contingentia,
earum ſaltem rerum, quas poſſibi-
les eſſe cognoſcunt: hæc autem nō
ſunt facilè admittenda. Vnde viſio
Dei, qua videntur illa duo, eſt di-
ſtincta ab ea, qua videtur alterum
tantùm, & prior ſine dubio eſt per-
fectior, conſequenterque eſt talis,
vt illa poſita cum ſua perfectione,
neceſſario hæc omnia videantur,
quia vt ſæpè dictum eſt, viſio natu-
raliter repræſentat, & per modum
cauſæ formalis repræſentat, quic-
quid repræſentare poteſt, ſiue illud
ſit primarium, ſiue ſecundarium re-
præſentatum, & ideo neceſſario ha-
bet hunc effectum, ſi talis viſio a-
ctu exiſtit, & intellectum informat.

Cum verò petitur, quid ſit hæc 11
perfectio, quam vna viſio addit ſu-
pra aliam, dicendū eſt non eſſe par-
tialem aliquam entitatem, per mo-
dum extenſionis; quia non eſt talis
compoſitio in illa viſione: nec eſſe
ſolam intenſionem, quia hæc ſola

Declaratur quid ſit habet pfectio quā vna viſio addit ſupra aliam.

non cauſat quaſi extenſionem in obiecto, ſed eſſe ipſammet indiuiduam entitatem viſionis, quia ſcilicet vna eſt perfectior altera,& ideo ex ſe ſufficiens, ad manifeſtandum perfectius Deum, & conſequenter ad compræhendendum melius aliquas creaturas, vel virtutes, & denominationes, aut earum exiſtentias.

12 De potẽtia abſoluta poteſt homo in corpore mortali eleuari ad vidẽdum Deum clarè, & intuitiuè.

Quod verò de potentia abſoluta poſſit homo in corpore mortali eleuari ſecundùm mentem ad videndum Deum clara, & intuitiua viſione,probatur,nam Deus re ipſa id contulit Chriſto, cuius anima, mortali coniuncta corpori, habuit viſionem illam permanentem, ac perpetuam à primo inſtanti conceptionis ſuæ, ergo potentia ſua abſoluta idem conferre potuit puro homini, etiam ſi humanitas eius nõ eſſet verbo hypoſtaticè vnita; nam illa vnio nec Phyſicè concurrit ad viſionem, nec illius, Phyſicam dat capacitatem, nec formaliter eius aufert impedimenta, ſed ſolum ſecum fert quamdam congruentiam, & quaſi connaturalitatis debitum, vt ratione illius,eleuanda fuerit anima,ſic Deo vnita ſubſtantialiter,ad ſummam vnionem ſubſtantialem. Et confirmatur hæc noſtra aſſertio; nam in hoc nulla contradictionis implicatio poteſt afferri; licet enim anima,corpori vnita mortali, non poſſit naturaliter intelligere, niſi per ſpecies à phantaſmatibus acceptas, & cum dependentia ab illis; à Deo tamen eleuari poteſt ad intelligendum per ſpecies per ſe infuſas, & ſine phantaſiæ concurſu, ergo eadem ratione eleuari poteſt ad viſionem Dei.

13 De potẽtia ordinaria id non conceditur.

Tandem de cõmuni lege, & potentia ordinaria,non cõceditur hominibus mortalibus clara Dei viſio; Id probant illæ auctoritates ſacræ Scripturæ, quæ à nobis allatæ ſunt, & ponderatæ, cum ſupra quæſitum eſt, num re ipſa homini puro tale conceſſum ſit priuilegium. Et confirmat etiam ratio, quam adducit Diu. Tho. 1. par. quæſt. 12. artic. 11. quia ſcilicet in hoc ſtatu Anima,cum habeat eſſe in materia nihil poteſt intelligere, niſi ad modum rerum materialium, à quibus cognitionem accipit,(modus enim cognoſcendi, ſequitur modum eſſendi) At Deus videri non poteſt, niſi modo puriſſimo, & maximè ſpirituali. Confirmat autem præfatam rationem Diu. Thom. illo ſigno; quia quò anima,plus abſtrahitur à corporalibus, eò capacior redditur ad intelligentiam abſtractorum: vnde per inſomnia, & alienationes à ſenſibus corporis,magis diuinæ reuelationes percipiuntur, & præuiſiones futurorum. Thom.

14 Scot.

Quod ſi quis objiciat cum Scot. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. ſi ſomnus eſſet diſpoſitio ad meliùs ſuſcipiendas reuelationes; maior, & profundior ſomnus, eſſet pariter maior, & melior diſpoſitio; quod tamen conſtat eſſe falſum. Reſpondet Caiet. prima parte quæſt. 12. artic. 11. negando cõſequentiam; ſicut enim moderata abſtinentia confert ad contemplationem; immoderata verò obeſt; ita ſomnus, qui relinquit vires ſentientes, internas, ſolutas, ac liberas ad operandum; confert, non quidem ad iudicandum, ſed ad ſuſcipiendas reuelationes, quatenus tunc eſt minor diſtractio circa alia obiecta, animus in ſe ipſum magis collectus; immoderatus verò, & profundus ſomnus, cum liget vires internas, nihil confert; ſed potiùs ſuſceptionem reuelationum impedit. Quod quidem dictum de iudicio, & appræhenſione, de ſomno corporali intelligendum eſt, ſi naturali modo fiat. At per diuinam gratiam facillimè Caiet.

Digitized by Google

ſimè fieri poteſt, vt mens hominis dormientis habeat perfectum iudicium, ſi Deus eleuet, & confortet potentias internas, vel certè ſi clarificet phantaſiam, & vapores omnes, qui illam in ſomno impediunt, depellat, conſeruatis ſenſibus externis in eadem diſpoſitione, quam in ſomno naturali habent, vnde quis dormiens, poteſt mereri, vt de ſomno Salomonis, ſatis recepta eſt ſententia; ſed de hoc latius.

De Nominibus Dei.

OPVSC. XVII.

Vtrum Deus ineffabilis ſit, & innominabilis.

Cap. 1.

1 SIcut Deus in ordine ad conceptum, ſeu verba mentalia, dicitur incompræhenſibilis, vel inuiſibilis eo modo, quo ſupra explicauimus: ſic quæri nunc poteſt, an in ordine ad humanas voces, verba, ſeu nomina vocalia, dicatur ineffabilis, & innominabilis.

Duplicem ſenſum poteſt habere quæſtio propoſita, & in vno res eſt clara in alio controuertitur.

Pro cuius quidem difficultatis intelligentia, animaduertendum eſt, quod quemadmodum proprius conceptus alicuius rei poteſt dupliciter dici: vno modo, quia ita illi conuenit, vt non alijs, & dicitur proprius, vt diſtinguitur cõtra communem. Alio modo dicitur conceptus proprius, cum res concipitur, prout in ſe conceptibilis eſt, per propriam ſui ſimilitudinem, & ſpeciem, abſque analogia, vel negatione: ſic quæ ſub ſenſum cadunt, concipiuntur à nobis proprijs conceptibus. Eodem pacto philoſophandum eſt de conceptibus, & de nominibus Dei: poſſumus enim inueſtigare, an poſſint imponi nomina ipſi Deo, quæ ita illum ſignificent, vt non alium: & hoc per ſe euidens videtur, & ſine vlla controuerſia ab omnibus debet affirmari: nam ſi proprium Dei conceptum formare poſſumus; ita illi conuenientem, vt non alteri, cur non poſſumus proprium imponere nomen, cùm nomina imponantur ad ſignificandas res conceptas? & licet res proximè ſignificent; non tamen ſignificãt illas, niſi vt obiectas conceptibus, ergo ſicut Deus proprio intelligitur conceptu, ita proprium illi poſſumus imponere nomen. Præterea hanc veritatem confirmãt quæ paſſim tradunt Theologi, cum de nominibus Dei, aſſerentes alia eſſe nomina diuina, quæ Dei ſubſtãtiã ſignificant; alia, quæ non ſunt ſubſtantialia, & inter illa; quædam abſoluta, quædam verò relatiua, dari quędam nomina propria, vt diſtinguantur à metaphoricis, vt puta, quæ ſignificant tales perfectiones diuinas, quę in ſuo formali conceptu nullam includunt imperfectionem. Item quæ ſignificant in Deo relationem in tempore; quæuè ſignificant relationem ab æterno: hæc autem omnia nomina, ita Deo conueniunt, vt non alteri. Tandem id videtur certum ex Scriptura ſacra, in qua multa leguntur Dei nomina, de quibus paulò inferiùs, euidẽs igitur eſt dari nomina Dei propria, ſenſu nuper explicato, id eſt illum ſignificantia, & non alium.

An detur nomen proprium Dei, quod ita Deum ſignificet, vt ipſo prolato audiẽs intelligat quidditatiuè ipſũ Deũ controuerſũ eſt apud Theologos

At ſi quæramus an detur nomen proprium Dei in hac alia acceptione, quod ita Deum ſignificet, vt ipſo prolato, audiens intelligat quidditatiuè ipſum Deum: Magna eſt hac de re controuerſia; & licet abſolutè proferant Theologi hãc propoſitionem nullum eſſe nomen Dei, quod ipſum quidditatiuè ſignificet, ſeu repræſentet, & hac ratione meritò ineffabilem, dici, & eodem ſenſu 2

ſu

ſu poſſe dici innominabilem; illam tamen varijs modis limitant. Quidam dicunt, quod licèt Viatores nó poſſint nomen imponere, Deum quidditatiuè ſignificans: tamen Deus ipſe; imò & Beati poſſunt illud imponere, quia ipſi Deum quidditatiuè cognoſcunt: Tale autem nomen à Deo, vel à Beatis impoſitum, ex ſe quidditatiuè ſignificaret Deum; licet nobis pro huius vitæ ſtatu fortaſſe non ſignificaret. Hoc vidètur docere D. Tho. 1. par. q. 13. artic. 1. & clariùs lib. 1. contr. gent. cap. 30. & ſeq. Id etiam ſignificat in 1. diſt. 22. quæſt. 1. art. 1. Citantur etiam D. Bonauent. & alij, necnon Alenſis prima par. q. 48. art. 1. Sed non ſatis clarè de Beatis loquuntur; & de Viatoribus apertè negant.

Thom. Bonauent. Alenſ.

3 Alij tandem, vt Scot. in 1. diſt. 22., quem ſequuntur Gabriel. & Ochan. & nonnulli recentiores, dicunt etiã Viatores poſſe Deo nomen imponere, quod ex ſe quidditatiuè Deũ repræſentet; quia licet non repręſentet ipſis hominibus viatoribus; Beatis, & Angelis poterit repræſentare. Vtiturque Scot. illo fundamento, quod poteſt quis imponere nomen ad ſignificandum clariùs, & diſtinctius rem, quàm ipſe imponens nomen, illam cognouerit. Nàm vox hæc, ſubſtantia, ſignificat ſubſtantiam, prout in ſe eſt, ex hominum impoſitione; quamuis homines in hac vita non cognoſcant ſubſtantiam, prout in ſe eſt, ſed per ſpecies accidentium. Item argumentantur alij, quia interdum, qui nomen imponit, ſolùm cognitionem habet rei abſtractiuam, & illi ſemper ſignificat obſcurè, & confusè, alijs verò, qui rem illam viderint, diſtinctiùs; quia audito illo nomine, ſtatim concipiunt rem illam, prout illam viderunt: Nomina autem ſignificant non ijs, qui illa impoſuerunt, ſed audientibus, ergo diſtinctiùs poſſunt ſignificare illi, qui eis vtitur, quàm fuerit aſſecutus is, qui ea impoſuit, & clariùs, quàm ipſe cognouerit rem ſignificatam per tale nomen.

4 Deciditur pręſens cõtrouerſia.

Vt autem breuibus complectar multa, quæ dici poſſunt, diſtinguo de ſignificatione nominis: aut enim quærimus, quid nomen ſignificet, hoc eſt quid per ſe, & vi ſua efficit tale nomen in mente audientes, & quam cognitionem ex vi nominis audiens habuerit: & tunc dico, nullum eſſe nomen impoſitum ad Deũ ſignificandum, quod ipſum clarè, & quidditatiuè repręſenret, non ſolùm nobis, ſed nec Deo, nec Beatis. Et primum ſatis videtur manifeſtum, nec etiam difficultatem habent cætera, ſi id præcisè cõſideretur, quod ex vi nominis habetur, nam nomen Dei quodcumque, perceptum à Beatis, non facit cognoſcere ipſum intuitiuè, ſed abſtractiuè, & ibi ſiſtit eius cognitio, quantum eſt ex vi nominis. Quod inde probatur, quia nomen vi ſua nó confert nobis propriam ſpeciem illius rei, cuius eſt nomen, ſed tantùm ſui ipſius, & mediante illa ſpecie, facit nos venire in alterius cognitionem, ergo intuitiuam rei ſignificatæ notitiam nó poteſt generare, quæ per propriam rei ſpeciem eſſe debet. Item illa vocis repręſentatio per ſe, & natura ſua eſt independens ab actuali rei ſignificatæ exiſtentia, idque adeo verum eſt, vt licet ipſa vox ſignificet rem exiſtere, non tamen oſtendit re vera ita eſſe; quia poteſt illam retinere ſignificationem, quamuis re ipſa nõ ſit. At intuitiua cognitio debet eſſe de re exiſtente, vt exiſtens eſt, ergo non poteſt ducere in cognitionem intuitiuam rei. Et explicatur magis, nam nomen, quod profert loquens, non ſignificat menti audientis, niſi medio auditu: auditus autẽ non cõfert intuitiuam cognitionem

niſi

niſi ipſius ſoni ſenſibilis, atque ita in præſenti conficit intuitiuam cognitionē ipſius nominis; non tamen rei ſignificatæ per nomen. Exemplo hæc quæ ſunt dicta, poſſunt optimè declarari, nam homo, quatenus eſt ad imaginem Dei, non magis repręſentat Beato, quidditatiuè Deum, quàm nobis ex vi ſua, licèt Beatus videndo clarè Deum, & hominem, clariùs poſſit cognoſcere conuenientiam hominis cum Deo. Item Cœli, licet enarrent gloriam Dei, & ſint quædam naturalia ſigna diuini eſſe, non poſſunt oſtendere quidditatiuè ipſum eſſe Dei, etiam Beato videnti Deum; quia licet Beatus aliàs videat Deum, nunquam poteſt videre ex vi illius medij: & licet habita ſimul cognitione per tale medium, & viſione, qua ſemper fruitur, poſſit illas inter ſeſe comparare, & conformitatem aliquam inter id, quod videt, & quod per illum effectum ſignificatur, clarè cognoſcere, id tamen ſatis eſſe non poteſt, vt effectus ille dicatur ſignificare Beato Deum quidditatiuè, ergo id multò minùs dici poteſt de noſtris nominibus, ſignificantibus Deum ex ſola impoſitione, & imperfecto modo. Nec valet illud quod dicunt, quia vox non ſignificat naturaliter ſicut ſpecies intelligibilis, vel cōceptus, ſed ex impoſitione, vel conuentione, quia conuentum eſt, vt audito tali nomine, ſtatim intelligatur talē rem eſſe in mente proferentis, ergo nihil obſtare poteſt, quominùs, poſſint Beati nomen Deo imponere, quo audito, alij, videntes Deum, intelligant ipſum quidditatiuè, ergo tale nomē ſignificabit Deum quidditatiuè. Nam potiùs inde coniijcimus, nec abſtractiuam rei cognitionem ex vi nominis, audientes comparare, vt latiùs probabimus inferius, ergo.

5 Altero modo poteſt nominis ſignificatio accipi, vt ipſius partes ſint excitare audientes ad conſiderandam rem nominatam eſſe in mente audientis; iuxta cognitionem tamen, quam præhabet, & hoc propriè ſibi velit nominis ſignificatio; & ita nomē Dei, poteſt Beatis ſignificare ipſum quidditatiuè, licet non nobis viatoribus. De hoc vltimo non poteſt eſſe cōtrouerſia. Illud primũ inde poteſt eſſe perſpicuum, ſi oſtendemus nominis ſignificationem, nihil aliud importare, quàm excitare audientem ad percipiendam rem hanc, vel illam eſſe in mente proferentis, iuxta cognitionem, quam ipſe præhabet: hoc autē probatur multipliciter. Primò nam cũ nomen ſignificet, non quocunq; modo, ſed ex impoſitione, & conuentione, qua conuentum eſt, vt audito tali nomine, ſtatim intelligatur talem rem eſſe in mente proferētis, ergo ex impoſitione oritur, cum illam ſupponat in imponente, & illam etiam prerequirit in mente audientis, impoſſibile enim eſt, vt loquãtur aliqui inter ſe, de re, ab ipſis incognita, & non modo impoſſibile eſt, vt quis imponat nomen rei; quam nullo modo cognoſcit, ſed nec etiã, vt audiens prolato nomine, intelligat talem rem eſſe in mēte loquentis, ſi illius nullam præhabet cognitionem: vnde ſi loquentes cum alio, nomen proferamus alicuius rei, illi nullo pacto cognitæ, nihil eidem nomē illud ſignificabit; ergo ſi rem incognitam nomen audienti non ſignificat, ſed cognitam, ergo quantò magis illi erit cognita, tantò meliùs, & euidentiùs ſignificabit, per regulam illam ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter; ita magis ad magis. Deinde nomen ex vi ſua nō facit venire audientem in cognitionem intuitiuam rei, nec abſtractiuã; ergo ſignificare nominis, nihil aliud eſt, quàm excitare audientem, rem

An nomen Deus, Beatis quidditatiuè ipſum ſignificet.

Significare nominis nihil aliud eſt quam excitare audientem ad percipiendam rem hanc, vel illam eſſe in mente profitentis, iuxta cognitionem quã ipſe præhabet.

talem

talem eſſe in mente loquentis, iuxta cognitionem, quam præhabet. Clara conſequentia. Prior pars antecedentis iam ſatis probata fuit in præcedentibus; probatur pars poſterior nam non ſic per ſpeciem ſoni quam imprimit in audiente vox prolata, colligit audiens, cognitionem rei, de qua ſermo eſt, quemadmodum haurit intellectus noſter per ſpecie͂ accidentis cognitionem ſubſtantię; na͂ hæc colligitur, diſcurſu quodam accede͂te, qui eſt ab effectu ad cauſam: quemadmodum enim per ſpeciem ſenſibilis accidentis, infertur optimè ſubiectum, quod illi ſubſtat, & hoc eſt ſubſtantia; ita per talem accidentis ſpeciem, talis ſubſtans ſubſtantia: at prolatio talis nominis, ex ſpecie ſoni, quæ imprimitur in audientis mente, nihil de re, de qua ſermo eſt, poteſt intelligi, ſecluſo pacto, & conuentione: colligitur autem, quia conuentum fuit, tali nomine prolato, de illa ſcilicet re, aliàs à loquente, & audiente cognita, eſſe ſermonem, ergo ſignificabit audienti iuxta cognitionem, quam præhabet. Idque exemplo confirmari poteſt; nam hoc nomen Roma clariùs, & diſtinctiùs mihi ſignificabit vrbem illam, qui tot annos Romæ ſum commoratus, quam Hiſpano, qui nunquam illam vidit: quemadmodum hoc nomen, Hiſpania, minùs diſtinctè illam Prouinciam ſignificabit mihi, qui Italiæ fines egreſſus ſum nunquam, quam natiuo. Vnde quod dicitur, ſignificationem nominis eſſe inuariabilem, ſi intelligatur quoad re͂ ſignificatam, veriſſimum quidem eſt; hoc enim nomen, Homo, ita animal rationale ſignificat, vt non aliud: At ſi extendatur etiam ad modum ſignificandi, id falſum eſſe videtur, tum ex dictis; tum etiam quia diſtinctiùs ſignificabit alijs hanc naturam, qui illam co͂prehendunt, quàm nobis. Quemadmodum quis negabit, hoc nomen lapidis Angelicis intellectibus ſignificare proprium conceptum naturę lapidis; quamuis forſitan nullus ex nobis habeat illum, nec eo nomine prolato veniat in proprium conceptum naturæ lapidis, ſed tantùm concipiat eſſe naturam quanda͂ inter accidentia lapidis latitantem, quæ ea ſubſtentat, quam hactenus non cognoſcimus quidditatiuè, nec etiam ſecundùm ſe ipſam attingimus.

Hoc nome͂ Roma, clarius ſignificabit Vrbe͂ illam mihi qui tot annis Romæ ſum co͂moratus quam Hiſpano q nunquã illã vidit.

Quomodo intellige͂du͂ ſit id quod dicitur nominis ſignificationem eſſe inuariabilem.

6 Patet igitur, quod poſſumus vti nomine impoſito, quod Beatis quidditatiuè Deum ſignificet, licet non nobis viatoribus. Imò addo poſſe nos viatores noua nomina imponere, quæ ipſis Beatis Deum quidditatiuè ſignificent. Quod non ſolum patet ex dictis, ſed eo poteſt confirmari fundamento; quia menſura ſignificationis nominis, hoc, ſecundo modo, potiſſimum explicatæ, non eſt ſumenda ex eo, qui nomen impoſuit, nec ex eo, qui vtitur nomine, ſed ex eo, qui audit, & intelligit conceptum loquentis; cum autem viatores proferunt vocem, aut nomen, Deus, & ſimilia Beatis, ipſi Beati intelligunt quidditatiuè, & eſſentialiter id, quod viatores voce exprimunt, & ſignificant, ergo illud Beatis ſignificant eſſentialiter, & quidditatiuè. Maior illa propoſitio, nempe perfectionem ſignificationis nominum, non ex eo, qui nomen impoſuit, aut eo vtitur, penſandam eſſe, ſed ex eo, qui audit, & & venit in cognitionem eius, quod dicitur; poteſt & ratione, & exemplis comprobari.

Menſura ſignificationis nominis non eſt ſumenda eo qui nomen impoſuit, nec ex eo qui vtitur nomine, ſed ex eo qui audit, & intelligit co͂ceptum loquentis.

7 Ratione, quoniam nomina ſunt ſigna, & ſymbola inter eum, qui loquitur, ſeu nomina imponit, & eum, qui audit: imò non dicuntur ſignificare rem imponenti nomen, aut ipſo vtenti, ſed audienti, quia ipſum tantùm faciunt rem intelligere: ſi-

ſignificare

gnificare autem eſt facere, vt res intelligatur;illa ſcilicet,ad quam ſignificãdam, eſt nomen impoſitum: contingere autem poteſt,vt qui audit, multò meliùs rem intelligat, quàm qui impoſuit nomen, aut illo vtitur, ergo poteſt meliùs ipſi ſignificare rem,quàm eam intelligat qui nomen impoſuit: quare impoſitio hoc ſolùm præſtare poteſt,vt audita voce,talis res, in cuius locum, nomen ſubſtituitur,ex impoſitione, & conſenſu communi ſtatim intelligatur. Cœterum,hoc, aut illo modo, meliùs, aut minus benè cognoſci, non pendet ex impoſitione, ſed ex modo cognoſcendi eius,qui audit.

8 Exemplo illo poteſt confirmari. Si quis Hiſpanus, qui nunquam vidit Romam, nec loca ſancta illius, nec veſtigia illa antiquitatis, ex relatu ſolùm,& ex lectione librorum, mihi,qui omnia vidi,ea referat,multò meliùs reuocat mihi illa in memoriam, & proinde multò meliùs mihi illa ſignificat, quàm ipſe intelligat. Et ſi de prima nominis impoſitione loquamur, idem confirmant illa exempla, vt ſi quis neſciens linguam Hebraicam,& characteres illius, imponeret ipſis nomina, ordine ſeruato, vt primo characteri vnũ nomen; ſecundo aliud, tertio aliud tribueret,&c,certè nomina hæc diſtinctiùs, & clariùs characteres ſignificarent ſcientibus litteras Hebræas, quam is, qui ea nomina impoſuit, ipſas literas intelligeret. Itẽ ſi Philippus Rex mitteret exercitum ſuum,& Duci præciperet, vt Inſulam, aut Ciuitatem, quam primò caperet, ſuo nomine Philippinam appellaret;nonne nomen illius clariùs,& euidentius eam ſignificaret Duci, & militibus, qui proprijs oculis viderunt, quàm Philippus, qui nomen impoſuit, eam cognoſceret? Hæc, & alia exempla, ſimul cum rationibus in hanc ſententiam poſſunt afferri nec ea, quæ objiciũtur in contrarium,ſunt alicuius momenti,ſi nominis ſignificatio in hac vltima acceptione intelligatur.

Confirmatur præfata doctrina exemplo.

9 Quod ſi inferat quis ex dictis,ergo nos, cum Deo loquentes poſſumus illi ſemetipſum ſignificare, & exprimere nomina, quæ non ſolùm eſſentialiter, & quidditatiuè Deum ſignificent,ſed compræhenſiuè etiã, quia perfectio ſignificationis ex audiente expendenda eſt,ergo cum Deus ſe ipſum cognoſcat eſſentialiter, & compræhenſiuè, hoc etiam modo ipſi ſe ipſum ſignificare poſſumus. Reſpondetur, quòd quamuis ex vi doctrinæ explicatæ id ſequatur; quemadmodum ex eodem fundamento, nec Deus poteſt imponere nomen quod Beatos ſe ipſum compræhenſiuè ſignificet:illud tamen obſtat,quod Deo nihil, vllo modo ſignificare poſſumus loquendo: quare nec nominibus eo modo vti poſſumus,vt Deo ſignificare dicantur; vſus enim vocum introductus eſt, vt res concepta, quæ in mente latebat, voce ipſa, in locum ipſius conceptus ſubrogata, exprimatur, & innoteſcat audienti,vt ex ea rem cognoſcat, atque eatenus ſignificare audientibus dicunt,quatenus illis hoc modo rem,quam aliquis habet in mente,exprimit: cum autem Deus intuetur corda hominum,&cogitationes,nihil poſſumus ei exprimere vocibus,aut indicare, manifeſtando conceptus noſtros, quos antea ipſe non nouerat, ergo nec aliquid vocibus ſignificare: quare cum vocis oratione vtimur, propriè non ſignificamus Deo affectus noſtros,quos ipſe nouerat; ſed ea vtimur,vt affectus noſter, verbo expreſſus,magis incaleſcat. Audiamus ſcripturã,teſtem,& magiſtram doctrinæ explicatæ.

An nos cũ Deo loquẽtes poſſimus exprimere nomina quæ ipſum quidditatiuè ſignificent.

Quod

Quod dictum eſt de ineffabilitate Dei perſuadetur ex Scriptura ſacra.

Cap. 2.

1 CVm iam dictũ ſit ſuperiùs iuxta aliquem ſenſum Deum nõ eſſe innominabilem, & ineffabilem, conſequens eſt etiam affirmare, aliqua illi nomina in ſacra Scriptura eſſe impoſita: ſic nomen Deus paſſim: Nomen illud *Qui eſt*, Exod. 3. interroganti enim Moyſi, *Si dixerint mihi quod eſt nomen eius?* Reſpondit Deus, *Ego ſum, qui ſum, ſic dices ad eos (Qui eſt) miſit me ad vos*, Et eodem lib. cap. 15. *Omnipotens nomen eius*: & Amos 5. *Dominus nomen eius*.

Exod. 3. Exod. 15. Amos 5.

2 At ſi nomen quæratur, quod diuinã eſſentiam, prout in ſe eſt, nobis viatoribus, cum quibus loquuntur ſacræ paginæ, ſignificet, tota Scriptura ſacra proclamante, Deus dicitur ineffabilis, & innominabilis. Imò hoc ipſum ſibi volunt, ſi intimiùs perſcrutentur, verba nuper adducta *Dominus nomen eſt eius*, hoc eſt nec nominari; nec fari aliquo pacto poteſt; nam accipere nomen, & eſſe talem, cui nomen imponatur, ſignũ eſt ſubiectionis, & ſeruitutis: vnde cuncta animantia rationis expertia, adducta fuerunt ad Adamum Geneſ. 2. vt ab ipſo nomen acciperent, in ſignum ſubiectionis, abſtrictaque eſſe a Creatore perpetuæ ſeruituti, dum homo vitam mortalem hanc ducit, quod comprobat ille ſeruorũ mos, qui non audent Dominum nominatim, & ſine honoris præfatione appellare, ergo qui per antonomaſiam eſt Dominus, plenumque habens, ac abſolutum dominium omnium noſtrum, cunctarumque rerum creatarum, nulli eſt ſubiectus, ergo non poteſt ei nomen imponi: Tantundem igitur eſt dicere *Dominus nomen eſt eius*, ac ſi alijs verbis diceretur, eſt innominabilis, & ineffabilis. Quod confirmant verba illa Pſal. 82. *Et cognoſcant, quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus in omni terra*; pro quibus verbis legit Pagninus, *Et cognoſcant, quod tu es, qui es nomen tuum Domine, tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram*: ergo hinc infertur, Deum eſſe ineffabilem, & innominabilem; nam quemadmodum ipſi non eſt nomen impoſitum; ſic quodcumque nomen quod imponitur ſiue à Beatis, ſiuè à Viatoribus, ſiuè ab ipſo Deo, nõ eſt nomen eius, quod nobis ſignificet, quod Deus in ſe ipſo eſt. Et ex Hebræo habetur (quod in eundem ſenſum recidit) *Quia tu nomen tuum*, ergo ſi non poſſumus mente concipere quid ſit Deus; multò minus verbis, & nominibus exprimere; cum generatim loquendo, illud ſit faciliùs, hoc autem magis difficile. Id ipſum optimè confirmant verba illa alia Pſal. 137. *Confitebor tibi Domine &c.* 3 *Quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum*, pro *Nomen* legitur in Hebræo *Eloquium*, quod poteſt intelligi paſſiuè, ideſt quod de te dici æquum eſt, id ſupra omne nomen magnificaſti; quia omne nomen, & omnis prædicatio, & laus inferior eſt, quod de te dici, & prædicari æquum eſt, cõtra quàm apud Reges, & Principes ſęculi inuenitur, quoniam honor, & gloria, quæ hominum more celebratur, plerumq; maior eſt eo, quod in illis inuenitur: Fides tua, quòd de te credi dignum eſt quod ipſe es, lõgè omnem tuam prædicationem, & laudem, quæ à creaturis tribuatur, ſuperat. Quod ſi legamus *ſanctum tuum* à præcedentibus diſtinctum, neutro genere legendum eſt, vt ſit ſenſus Sanctitas tua, & maieſtas, longè tuam prædicationem, ac nomen ſuperat. Et Chryſoſt. homil. 1. ſuper illud Iſai. 6. *Vidi*

Quod Deus ſit ineffabilis pulchrè demonſtratur ex ſacra Scriptura.

Geneſ. 2.

Nomen accipere eſt ſignũ ſubiectionis.

Pſal. 82.

Pſal. 137.

Chryſoſt.

Vidi Dñm ſedentem ſuper ſoliũ excelſum, & eleuatũ, inquit. Qua de cauſa cum dixiſſet *Excelſum* adiecit *eleuatum?* An non ſatis erat per celſitudinem rem totam ſignificare, declarareq; dignitatis eminentiam? quare ergo addit *eleuatum?* vt Cathedram incompræhenſibilem demonſtraret, quandoquidem apud nos quod excelſum eſt, cogitationem quandam prębet comparationis ad ea, quæ humilia ſunt, & ſubmiſſiora, veluti excelſi ſunt montes ad campeſtria, locaque terræ ſupina, comparati; excelſum autem cœlum ſuper omnia terrena ſublatũ eſt. Cæterum hæc eleuatio, ſublatioq; ſolius eſt illius naturæ incompræhenſibilis, quam neq; cogitatione concipere neque verbis eloqui quiſquã poteſt, eoque dicit *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum*. Meritò Moyſes eloquentiſſimus, vt teſtatur Diuus Stephanus in Actor. Hiſtoria, cap. 7. cum Act. 7.
5 ineffabile nomen Dei audiuit, balbutire cępit, *Non ſum eloquens*, inquit, *ab heri, & nudius tertius, & ex quo loquutus es ad ſeruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ ſum.* Et ad nuntij munus præſtandum, quod ſibi à Deo imponebatur, imparem, & inſufficientem ſe faſſus eſt; quin potiùs incompræhẽſibilis eius natura balbutie, & quadam linguæ hęſitatione magis exprimitur, quàm voce, & ſermone, cum nihil magis proprium eius ſit, quod eſt incomprænhenſibile, quàm eſſe quoque innominabile, & ineffabile. Adde etiam, quod Vgo de Sancto Victore tom. 1. in annotationibus in Exod. Exod. 3.
cap. 1. putat illis verbis Exod. 3. *Ego ſum qui ſum* non peculiare aliquod Dei nomen contineri, imò potiùs inquit eſſe phraſim quandam nolentis explicare nomen ſuum; cũ enim Moyſes nomen Dei interrogaſſet, reſpõdit Dominus *Ego ſum qui ſum*; quod propterea dictum, quia non videbatur probabile, vt nomẽ Dei, toties repetitum, & antea notum, ab aliquo ignoretur. Vel potius, quod ad rem noſtram facit, quia nec ab ipſo Deo poterat nomen poni; quod illis adhuc Viatoribus, diſtinctè, & clarè eius naturam ſignificaret.

Putant aliqui hanc doctrinã confirmari illis verbis Apoſt. ad Eph. 1. 6 Ephes. 1.
quibus ſignificatur Deum eſſe ſuper omne nomen, quod nominatur, non ſolùm in hoc ſęculo, ſed etiam in futuro. Sed non de diuinis nominibus videtur agere ibi D. Paulus, ſed mentium beatarum nomina indicat, vel earum potiùs dignitatem, & gradum, ac cunctis cœleſtibus Chriſti humanã naturã propoſitam fuiſſe ſcribit. Meliùs hoc 7
probant Prouerb. verba illa cap. 30. Prouer. 30.
Quod eſt nomen eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti? vbi inter occultiſſima, quę latent creatas mentes, illud enumeratur quæſitum de Dei nomine, & filij eius, quod non eſt intelligendum, vt prorſus ignota ſint nomina diuina, cum paſſim plura legantur in ſacris literis ſed de illo eſt accipiendum nomine, quod Dei eſſentiam, & quidditatem nobis viatoribus ſignificet. Cui conſonat illud geneſ. cap. 32. *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Geneſ. 32.

Quid ſenſerint Patres. Cap. 3.

QVid ſenſerint ſacræ paginæ 1
de nominibus Dei, iam explicatum eſt, & quamuis hoc attributum, Deum eſſe ineffabilem ſub his terminis in ſacra Scriptura non reperiatur, illud nihilominus ſub illamet voce tradidit Concilium Lateranenſe in cap. firmiter de Summ. c. firmiter.
Trin. ſumiturque ex doctrina Pa-

trum dicentium non poſſe Deum à nobis nominari, nec ſermone explicari.

2 Dionyſ. Areopag.

D. Dionyſ. cap.1. de diu. nom. inquit. *Neque ſenſus Dei eſt, neque phantaſia, neque opinio neque nomen, neque tactus, neque ſcientia.* Et quamuis Deum innominabilem eſſe doceat, multa tamen fatetur habere nomina, quod doctrinæ ſuperiùs explicatæ maximè congruit, nam eſt innominabilis quidem perfectè, nominabilis verò multis nominibus imperfectè. Et idem in fine cap. inquit *det Deus, vt Deum decet laudare, inuocabilis, & innominabilis deitatis deificas multas nominationes, & non auferat verbum veritatis de ore meo.* Rurſus inuocabilem, & innominabilem deitatem vocat, Deificas tamen appellationes multas illi tribuit, ad eandem doctrinam authenticandam. Et eod. lib. cap.7. inquit, Deum omnium detractione, & ſine nominibus, imò ipſa ignoratione Deum cognoſci, & de myſtica Theologia cap.5. de Deo ita loquitur. *Profitemur nec animum eſſe, nec mentem, nec viſionem, aut opinionem, vel rationem vel mentis notionem habere, nec rationem eſſe, nec mentis perceptionem.*

3 Greg.Naz.

Gregor.Nazianz.orat.36. Deus, ait, nullo nomine exprimi poteſt, videlicet eſſentiam diuinam perfectè declarantes Elias in Comment. Orat.11. Deus, inquit, vt Deus, omni nomine caret, nullum quippe nomen eſt, quod ipſius eſſentiam declaret. Rectéque Gregor.Nazianz. loc.cit. addit. *Quemadmodum nemo eſt, qui mare totum vnquam hauſerit: ita Dei naturam neque mens vnquam vlla prorſus concepit, neque vox vlla complexa eſt.* Et idem orat. de fide, quæ eſt 49. poſt med. eleganter de Deo dixit in hæc verba. *Certè hoc eſt Deus, quod cum dicitur, non poteſt dici, cum æſtimatur, non poteſt æſtimari, cum definitur, ipſa definitione creſcit.* Quæ ad literam deſumpſit ex eo D. Auguſt. ſerm.190. de temp. qui eſt ſecundus de Trin. Dixit autem Nazianz. Deum ipſa definitione creſcere, quia licet definitio dicatur terminus rei, ea enim veluti termino, & fine res clauditur, tamen cum Deum definire, & determinare contendímus, ita ſe habet, vt ſemper aliquid illius extra maneat, eo quod natura eius ab intellectu creato, propria virtute cognoſci nequeat, nec viatori ſatis explicari, & definitione deſcribi.

Elias Cret.

Auguſt.

Quomodo dicitur Deus ipſa definitione creſcere.

4 D. Auguſt.7. de Trin. cap.4. *verius*, inquit, *cogitatur de Deo aliquid, quam dicitur.* Et in hunc ſenſum idem dixit ſerm.1. de verb. Apoſt. *Vniuerſo Deus præcellit, ſi quæras magnitudinem, maior eſt: ſi pulchritudinem, pulchrior: ſi dulcedinem, dulcior; ſi ſplendorem fulgidior: ſi iuſtitiam iuſtior: ſi fortitudinem fortior: ſi pietatem clementior.* Et rurſus in Pſal.85. *Quæres, quid ſit Deus? quod oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quid quæris, vt aſcendat in linguam, quod in cor hominis non aſcendit?* quaſi dicat non poſſe linguam nominare quem ſicuti eſt, non cognoſcit. Et tandem cum de Deo aliqua dixiſſet libr.1. de doctr.Chriſt.cap.6. interrogat. *Diximus ne aliquid dignum Deo? ſi dixi, non eſt hoc, quod dicere volui. Vnde hoc ſcio, niſi quia Deus ineffabilis eſt? Quod autem à me dictum eſt, ſi ineffabile eſſet, dictum non eſſet.* Et ſubiungit. *Nec per hoc ineffabilis quidem eſt dicendus Deus, quia hoc cum dicitur, aliquid dicitur, & fit neſcio quæ pugna verborum, quoniam ſi illud eſt ineffabile, quod dici non poteſt, non eſt ineffabile, quod vel ineffabile dici poteſt,* quam verborum pugnam ait ſtatim Auguſtinus ſilentio potius pacandam eſſe, quàm voce. Ratio igitur Auguſtini euidenter conuincit

cit

Digitized by Google

cit Deum non in eo ſenſu dici ineffabilem, vt nullum prorſus poſſit habere nomen, quo audienti de illo loqui poſſumus, id enim conſtat eſſe falſum ex vſu, non tantùm Scripturæ, & fidelium, ſed omnium philoſophorũ, & hominum: ſed dici ineffabilem in ſenſu, quem ſupra explicauimus. Et ſic vtrumque dictum noſtrum confirmat, hæc D. Auguſt. auctoritas, & quòd poſſint nomina Deo imponi, quæ illum ſignificent, & nullum reperiri tale, quod nobis Viatoribus, clarè, & ſicuti eſt, explicet.

5 Greg. Papa

Gregor. Pap. lib. 27. moral. c. 26. Si homo de Deo loqui cęperit, illicò quàm ſit, nihil oſtenditur, quia magnitudinis illius immenſitate deuoratur, quia fari ineffabile cupienti, ipſa ſuæ ignorantiæ anguſtia deglutitur.

6 Damaſcen.

Damaſcenus lib. 1. cap. 4. In Deo impoſſibile eſt quid nam eſſentia ſua, ac natura ipſa ſit, dicere.

7 Cyril. Hieroſol. Quomodo Deus dicatur multorum nominum.

Cyrill. Hieroſolym. Catecheſ. 6. *Deus multorum nominum eſt, & ſubſtantiæ eiuſdem*, quod dictum voluit, quia Deus non eſt omninò ignotus hominibus in hac vita; ſed cognoſci ab eis poteſt, ergo & nominari poterit aliquo modo: ſed quia nullum eſt nomen, quod Deum ſicuti eſt, ſignificet, benè dicitur multorum nominum, ſed ſubſtantiæ eiuſdem.

Deus per negationẽ melius cognoſcitur, quã per affirmationẽ.

Hanc etiam veritatem indicant Patres, cum dicere ſolent de Deo per negationem potiùs, quàm per affirmationem eſſe loquẽdum, quia ſcilicet vocabula nos habemus, perfectè ſignificantia id, quod de Deo negamus, vt cum dicimus illum nõ eſſe corpus: nullum autem habemus vocabulum, perfectè nobis ſignificans id, quod de Deo affirmamus: eſſe autem potiùs de Deo per negationem loquẽdum, docet Dionyſ. epiſt. 1. ad Caium, & cap. 1. de myſtica Theolog. & cap. 2. de cęleſt. Hierarch. Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. cap. 1. & tract. 23. in Ioan. Damaſcen. lib. 1. cap. 4. Ioann. Cypariſiotus in expoſitione materiaria Decad. 4. cap. 10. & alij quamplures.

Dionyſ. Areopag. — Clem. Alex. — Damaſcen. — Ioãnes Cypariſiotus.

Huc etiam tendit, quod ſolent veteres interdum dicere, nullum eſſe nomen, quod diuinam ſubſtãtiam ſignificet propriè, ſed tantùm abuſiuè, & impropriè, vt Iuſtinus Apologetico 1. ſub initium, Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. paulò poſt med. origen. lib. 6. contra Celſum, nõ longè à fine, Baſil. epiſt. 80. Gregor. Nyſſen. lib. ad Ablabium, non longè ab initio, Damaſcen. lib. 1. cap. 4. Auguſt. lib. 7. de Trin. cap. 5. hoc enim verum eſt, non ſolùm ſi reſpiciamus ad modum, quo nomina diuina ſignificant, ſed etiam ſi impropriè, & abuſiuè per nomen ſignificari dicas quod non perfectè, & exactè ſignificatur; Nam & hoc in primis ſenſu animaduerto præfatos dixiſſe Patres, Deum non poſſe niſi impropriè vllis nominibus ſignificari. Verùm quia duobus modis Deus poteſt dici ineffabilis; vno, quia nullum nomen imponi poteſt, quod diuinam ſubſtantiam, prout in ſe eſt, nobis ſignificet, ſicut ſatis eſt declaratum: Altero verò non ſolùm, quia vno nomine ſatis explicari nõ poteſt; ſed etiam quia vel longo ſermone, multiſque verbis nunquam ſatis ex eius excellentia, & natura poteſt exprimi. Hoc poſterius dixit Leo Papa ſerm. 10. de paſſione. *Diuinæ conſiderationis materiam, ex eo, quòd eſt ineffabilis, fandi tribuere facultatem; quia non poteſt deficere quod dicatur, dum non poteſt eſſe ſatis quod dicitur.* Quo ſenſu dum Deus ineffabilis dicitur; quodammodo ſummè effabilis appellatur, quia non poteſt vnquam ſatis effari. Quod etiam indicaſſe videtur Nazianzen. loco ſupracitato, dum in-

8 Iuſtinus. — Clem. Ale. — Baſil. — Greg. Nyſ. — Damaſcen. Auguſt.

Quomodo ſit intelligẽdũ illud dictum quod nullum nomẽ Dei ſubſtantiã ſignificet, ſed tantum abuſiuè.

Leo. Papa. — Greg. Naz.

inquit Deum ipſa definitione creſcere, &c.

Thom.

9 D.Tho.1.par.q.13.art.1. inquit nomen non poſſe aliter ſignificare, quàm res illa à nobis concipiatur: cum igitur Deus in hac vita nō poſſit à nobis Viatoribus videri per ſuā eſſentiam, ſed cognoſcatur ex creaturis; non tamen ita, vt nomen ſignificans ipſum exprimat diuinam eſſentiam, ſecundùm quod eſt. Et idem primò contra gent. cap. 30. *Nomine res exprimimus eo modo, quo intellectu concipimus: intellectus autem noſter ex ſenſibilibus cognoſcendi initium ſumens, illum modum non traſcendit*. Et multa ſubiungens in hanc materiam concludit, nomina, quibus Deum nominamus, non exprimere nobis diuinam eſſentiam, vt eſt à parte rei. Citatque doctrinam D.Dionyſij cap.1. & 5. de diuin.Nomin.dicentis huiuſmodi nomina, & affirmari quidem propter nominis rationē: negari verò propter ſignificandi modum: modus autem ſupereminentiæ, quo in *Deo* diuinæ perfectiones inueniūtur, per nomina à nobis impoſita, ſignificari non poſſunt, niſi vel per negationē: ſicut cum dicimus *Deum* æternum, vel infinitum, vel etiam per relationem ipſius ad aliam, vt cum dicitur prima cauſa, vel ſummum bonum, non enim de *Deo* capere poſſumus quid eſt, ſed quid non eſt, & qualiter alia ſe habent ad ipſum. Et primo ſentent.diſt.22. quæſt.1.art.1. *Cum voces*, inquit, *ſint ſigna conceptuū ſecundùm Philoſophum, idem Iudicium eſt de cognitione, & nominatione eius: vnde ſicut Deum imperfectè cognoſcimus: ita etiam imperfectè nominamus, quaſi balbutiendo, vt inquit D.Gregor. ipſe autem ſolus ſe ipſum comprehendit, & ideo ipſe ſolus ſe ipſum perfectè nominauit, vt ita dicam, Verbum coæquale ſibi generando*. Hęc autem à D.Thom. ſæpiùs repetita, illo niti putant principio, quod ex ipſius aſſerunt doctrina, nominum ſignificationē, & impoſitionem ſequi menſuram cognitionis, quam de re illa habet, qui nomen imponit. Cum igitur viatores non cognoſcāt *Deum* ſicuti eſt, Beati verò videant quidditatiuè, ſequitur à viatoribus non poſſe nomen imponi, benè tamen à Beatis, quod ipſum *Deum* ſignificet ſicuti eſt.

Dionyſ. Areopag.

Quid ſenſerit D.Th. de modo ſignificandi nominum.

Verùm id quod dicitur, nullum 10
nomen poſſe aliter rem ſignificare, quàm illam concipit qui nominat, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo nullū nomen poteſt in hoc ſenſu aliter nobis rem aliquam ſignificare, quam illam cōcipimus, quaſi audito illo nomine deueniamus in aliam notitiam rei ſignificatæ ab ea, qua illam concipimus. Et hoc eſt notiſſimum, quia dato oppoſito, cōciperemus rem aliter, quàm illam concipimus, quod cōtradictionem implicat. Altero modo nomina à nobis impoſita poſſunt aliter, & diſtinctiùs ſignificare rationem aliquā formalem, quàm ratio illa à nobis concipitur, poſſumus enim imponere nomen ad ſignificādam rem aliquam formalem purè, & in ſe ipſa, & tamen vt nomine à nobis impoſito ſignificatur, concipere eam penitùs non valemus. *D*.Thomas priùs dictum vult confirmare, vt non poſſit nomen à nobis impoſitum diſtinctiùs rem aliquam nobis ſignificare, quàm nos ipſi concipimus: non tamen vult impugnare poſteriùs; imò ab eo non videtur diſſentire, inquit enim prima parte, quæſt.13.artic.2. ad 2. quod ſicut nomen lapis imponitur ab eo, quod lædat pedem, non tamen imponitur ad id ſignificandum, ſed ad ſignificandam quādam ſpeciem corporis, &c. Ita eſt etiam philoſophandum de nominibus diuinis. Et clariùs eadem q.13. art.8. *Licet nomen Deus, iuxta Dionyſ. & Da-*

Quod dicitur nullum nomē poſſe aliter rē ſignificare quàm illam cōcipit qui nominat duplicē habet ſenſum.

Cap.12. de diuinis nomī. lib. 1. de fid. cap 12.

Damaſcen., *impoſitum ſit ab aliqua proprietate diuina, nempè à prouidentia, ſicut lapis à lædendo pedem; non eſt tamen nomen proprietatis, ſed ſolius naturæ: clarum eſt autem nos non concipere ſolam, & nudam naturam diuinam.* Si igitur intellectus Diuus Thomas, à doctrina ſuperiùs explicata non videtur diſſentire: poteſt enim nomen aliquod diuinū à nobis impoſitum, imperfectè nobis Deum ſignificare; quemadmodùm & nos concipimus: Cum autem impoſitum ſit ad ſignificandam naturam diuinam, prout eſt in ſe, Beatis diſtinctiùs, & perfectiùs ſignificabit, qui illam vident in patria, ſicuti eſt.

Quomodo conueniant Deo nomina, quæ illi tribuuntur. Cap. 4.

1 CVm acceptum ſit, quāuis Deus ſit ineffabilis, & innominabilis, poſſe tamen quoquo pacto nominari, & imponi illi nomina, vidēdum eſt, quomodo illi conueniant nomina, quæ illi tribuuntur.

Quædā nomina cōueniunt Deo metaphoricè quædam propriè.

Primùm igitur ſciendum eſt, quędam nomina conuenire Deo metaphoricè, quædam verò propriè: illa quidem ei tribuuntur metaphoricè; quæ in ſuo ſignificato includūt imperfectionem creaturæ, ſicut docet D.Tho.1.par.q.13.art.3.ad primū, vt nomen lapis, & omnia illa, quæ ſignificant perfectionem non ſimpliciter ſimplicem. Ea verò ſunt nomina propria, quibus ſignificamus id, quod re ipſa in Deo inuenitur, & quod perfectio illius eſt, quod dictū intellige quod pertinet ad rē ſignificatam; nam ſi de modo ſignificandi ſermo ſit, nullum apud nos reperitur Dei nomen proprium, ſed omnibus ſubeſt aliquis metaphorę modus. Idque dicere voluerunt veteres Patres; vt ſupra indicauimus, dum docent nullum eſſe nomen, quod diuinam ſubſtantiam, & perfectionem ſignificet propriè, ſed tantùm abuſiuè, & impropriè. At ſi de proprio loquamur ſecundùm rem ſignificatam, adhuc duplex eſt: alterum, quod opponitur metaphorico: & hoc modo nomina ſignificantia perfectiones illas, quę in ſuo formali cōceptu imperfectionem non includunt, verè, & propriè tribuuntur Deo. Alterum verò, quod diſtinguitur contra commune, & ſic dicitur proprium *Dei* nomen, quod illi ſoli verè, & propriè tribui poteſt, vt de hoc nomine Deus, & ſimilibus, infra dicemus. *Rurſus* nomina, quæ propriè tribuuntur Deo, vel ſunt affirmatiua, vel negatiua: Negatiua ſunt illa, per quæ aliquas imperfectiones, à Deo excludimus: hæc autem propriè tribuuntur Deo; in re enim ſeu forma ſignificata, non inuoluunt imperfectionem: quamuis in modo ſignificandi imperfectionē præſeferāt, vel quia ex rebus imperfectis ſumpta ſunt, vel quia noſtro concipiendi modo imperfecto ſunt accommodata, inter propria tamen numerantur.

Quod ſi quæras an hæc prædicentur de Deo ſubſtantialiter? D. Thom.1.par.quæſt.13.art.2. negat, quod intelligitur quantùm ad formale ſignificatum: nam quod pertinet ad materiale proculdubio ſignificant rem quandam, quæ ſubeſſe intelligitur illi negationi, quę non eſt niſi ſubſtantia Dei: quia tamen modus ſignificandi, & prædicationis iuxta formale ſignificatum attenditur, ideo dicuntur talia nomina non prædicari ſubſtantialiter de Deo, quia negatio non eſt de Dei ſubſtantia: Dices, ergò prædicantur accidentaliter. Reſpondeo primùm non prędicari accidentaliter ſecundùm rem, ſed ad ſummum ſecun- 2

Thom. Nomina negatiua an prædicētur de Deo ſubſtantialiter, vel aliquo alio modo.

dùm nomen, quia negatio nihil eſt reale. Deinde etiam illo modo non prædicari accidentaliter, ideſt contingenter, quia neceſſariò prædicatur, nam eſſe incorruptibile, immẽſum, infinitum, neceſſariò Deo conueniunt. Poſſunt ergò dici prædicari ad modum proprij, neceſſariò conſequentis eſſentiam Dei, non ſecundùm rem, ſed ſecundùm rationem, cum fundamẽto in re, quod quidem in Dialectico rigore verum eſt, nullumque habet re ipſa inconueniens. Si tamen non attendamus modum ſignificandi, ſed id, quod per illam negationem indicare intendimus, illud ſine dubio eſt ipſa ſubſtantia, & eſſentia Dei: & hoc modo ſæpè Patres vocant hæc omnia attributa ſubſtantialia.

Nomina propria affirmatiua quæ dicuntur de Deo ſunt duplicis generis.

Nomina autem propria affirmatiua ſunt duplicis generis. Alterum eorum quæ ad cauſalitatem Dei erga creaturas attinet, cuiuſmodi eſt cauſa, exemplar creans, gubernans; Dominus; relatio namque dominij in Deo, efficientiam, qua res creatas efficit, conſequitur. Et comparatione effectuum ſupernaturalium iuſtificans, remunerans, &c. Alterum eſt eorum nominum quæ perfectionem realem, in Deo formaliter exiſtentem, formali ſua ſignificatione ſignificant. Vel alio pacto nomina affirmatiua, vel relatiua ſunt, vel abſoluta: relatiua, vel dicunt relationem ad intra, quemadmodũ Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vel relationem ad extra, ad creaturam ſcilicet fundatã in actionibus liberis Dei ad extra. Nam omnipotentia etiam ſuo modo, vt explicatum eſt, & latiùs infra, dicit reſpectum ad creaturas, item ſcientia ſimplicis intelligentiæ creaturarum: nihilominus ſub abſolutis compræhenduntur: nam quamuis videantur dicere relationem neceſſariam ad creaturas, non ſignificant relatiua ſecundum eſſe, ſed ſecundum dici videtur relatiua, ſeu quoquo modo traſcendentalem rationem importantia: illa autem relatiua ad extra propriè dicuntur talia ex D. Thom. 1. par. quæſt. 13. art. 7. quæ de Deo ex tempore prædicantur, vt ſunt nomina creatoris, conſeruatoris, Domini, & omnia illa, quæ cõſequuntur actiones Dei trãſeuntes.

Verùm animaduertendum eſt, ſi illud, Dominus, accipiatur propriè, vt ex ſua impoſitione ſignificat obiectiuè relationem quandam rationis, conſiſtentem in conceptu, quo Deus intelligitur eſſe terminus relationis creaturarum, ſic Deus non eſt realiter ab æterno Dominus, ſed ſecundùm rationem, & ex tempore, quandoquidem talis denominatur formaliter à quodam ente rationis. At ſi accipiatur fundamentaliter, ſicut ſolet quandoque vſurpari ad ſignificandam potentiam diuinam, ſic realiter, & ab æterno Deus eſt Dominus. Si tandem accipiatur quoad rationẽ fundandi, creationem videlicet ipſam, qua re ipſa dicitur habere creaturas actu, etiam realiter eſt Dominus, licet in tempore D. Auguſt. 12. de Ciuit. Dei cap. 15. non audet definire, an Deus ab æterno appelletur Dominus, vel potius ex tempore, ſed de his latiùs, cum de Dei dominio.

3 Nomen Dominus, cum dicitur de Deo quid propriè ſignificet.

Auguſt.

Nomina abſoluta præcipuè ſunt ſubſtãtialia: quod ob id potiſſimum dictum volumus; nam ſi ſubſtantia pro eo accipiatur, quod per ſe eſt, & non inhæret, abſque dubio relationes, quæ ſunt in Deo ſubſtantialiter de ipſo prædicantur, non accidentaliter. Nec ſolum non prædicantur accidentariè tanquam accidens prædicamenti, vt dici ſolet, hoc eſt, vt forma aliqua inhærens alteri, ſed neque prædicantur tanquam quintum

4 Nomina abſoluta dicta de Deo præcipuè ſunt ſubſtãtialia.

tum

tum prædicabile loquor autem de relationibus, quæ in Deo realiter ſunt. At ſi nomine ſubſtantiæ intelligimus rei eſſentiam, abſoluta ſunt ſubſtantialia: hæc autem rurſus ſolent diuidere in neceſſaria, & ea, quæ ſignificant actus Dei liberos, inter neceſſaria quædam ſignificare videntur quid ſit Deus, alia qualis ſit Deus, licet omnia eſſentialia ſint: ſicut enim Dialectici diſtinguunt prædicata eſſentialia, quia quædam dicuntur in quid, alia in quale quid: ita in nominibus ſignificantibus ſubſtantiam Dei: licet enim omnia eſſentiam Dei ſignificent, & eſſentialiter dicantur; nihilominus quædam videntur dici de illo in quid, vt, Deus, qui eſt, & ſimilia: alia verò in quale quid, vt ſapiens, iuſtus &c. Verùm quomodo attributa pertineant ad Dei eſſentiam, an Methaphyſicè, vel, vt ita dicam, Phyſicæ, explicauimus, cum de attributis Dei.

5 Nomina autem illa, quæ ſignificant Dei actus liberos, cum relatione ad creaturas, vt præſcientia, ſcientia viſionis, exemplar, prout tantùm eſt de rebus faciendis, prædeſtinatio, electio, prouidentia, an hæc dicantur de Deo ſubſtantialiter, videtur eſſe difficultas. Reſpondemus tamen, cum nomina hæc ſignificent directè, & per ſe aliquem actum immanentem Dei, vel conceptum mentis, vel voluntatis propoſitum, qui actus eſt ipſa ſubſtantia Dei, non tamen ſignificent illam abſolutè, ſed vt habētem pro obiecto actuali aliquam creaturam, ſecundùm id, quod non neceſſariò creaturæ conuenit; ratione prioris ſignificati de Deo ſubſtātialiter dicuntur; ratione verò connotati non dicuntur ex neceſſitate ſimpliciter, ſed aliquo modo cōtingenter, quia illa relatio potuiſſet non eſſe, abſolutè loquendo, ratione ſui termini, qui contingens eſt; non autem ſic ſe ſe habent hęc nomina Creator, Saluator, & ſimilia, quia hæc connotant relationem ad rem temporaliter exiſtentem in ſe ipſa, & ideo dicuntur de Deo non ſolùm contingenter. Sed etiam ex tempore: illa verò cōnnotant relationem ad rem, tantùm vt futuram, vel præſentem in æternitate, & ita licet dicantur contingenter; ab æterno, & immutabiliter dicuntur. Vnde vniuerſim affirmare poſſumus, nomina, 6
quæ dicuntur de Deo ex tempore, non ſignificare directè ſubſtantiam Dei, ſiue formaliter ſignificent relationem, vt D. Thom. 1. p. quęſt. 13. art. 7. ad 1. cenſet de hoc nomine, Dominus, ſiue ſignificēt actionem, ſiue originem, quę eſt ratio fundandi relationem, vt D. Thom. eod. loc. vult de hoc nomine, Creator, quia & relatio non eſt in Deo, & actio etiam illa temporalis extra Deum, ſecundùm veriorem ſententiam eſt ponenda, quia tranſiens eſt, & extrinſecùs Deum denominat Creatorem. At verò nomina ſignificantia actus Dei immanentes, ex æternitate de Deo dicuntur, propter rationem dictam.

Nomina quæ dicantur de Deo ex tēpore non ſignificāt directè ſubſtātiam Dei.

Thom.

Hæc duo nomina Deus, & qui eſt, inter ſe comparantur.

Cap. 5.

1 Qvamuis ſint qui ſentiunt, illud qui eſt, & ego ſum, qui ſum, non eſſe nomen Dei, ſed eſſe rationem quandam, qua Deus ſignificauit ſe futurum Ducem, & ad futurum in omnibus laboribus peregrinationis populo Hebraico, & in hanc ſententiam refertur Burgenſ. in addit. ad 3. cap. Exod. qui quamuis non improbabilem cenſeat

An nomen, Qui eſt, ſit nomen proprium Dei.

Burgenſ.

ſeat opinionem contrariam, hanc tamen amplectitur, vt magis literæ conſonam, ac vt Hebræorum communem expoſitionem, quam ſequitur Beda tom.4.in Annot.in Exod. cap.3. & fauet Hugo de Sancto Victore tom.1.in Annot.in Exod. c.1. qui licet alio modo ea verba interpretetur, non tamen putat peculiare aliquod nomen Dei in illis contineri, imò potius dicit eſſe phraſim quandam nolentis explicare nomẽ ſuum.

Hugo de S. Victore.

2 Communior tamen, & probabilior eſt opinio, quæ docet illud, *qui eſt*, eſſe nomen Dei, atque eo fuiſſe vſum Dominum Exod. cap.3. vt ſibi nomen imponeret, & ſuam eſſentiam exprimeret, hoc inquit, in primis Philo in libro, cui titulus eſt, quod deteriùs potiori inſidiari ſoleat circ.fin. vbi affirmat nomen, *qui eſt*, vel *qui ſum*, eſſe nomẽ proprium Dei, peculiariter quoque naturam illius, & modum ſubſtantiæ explicans, expreſſum ab ipſo Deo, lib. Exod.cap.3. Idem aſſerit Iuſtinus in Orat. parænetica, ad gent. in med. Gregor. Nazianz. Orat.36. quæ eſt de Theol. num.72. Origen. homil. vnic.in lib.Reg.in illud Annæ. *Nullus eſt alius præter te*, Hieronym. in comment. magnis Epiſt. ad Epheſ. in illud Pauli ad Epheſ.3. *Ex quo omnis paternitas*, Auguſt. 12. de Ciuit. Dei cap.2. Chryſoſt. homil.14. in Ioan. Damaſc. lib.1. de fid. c.10. Bernard.lib.5.de conſiderat. paulò ante med. Nicetas in illa verba Nazianzeni orat.42. *Deus, & ſemper erat*, & communiter Patres, qui omnes dicunt ſubſtantiam, & naturam Dei eo nomine ſignificari, quod ipſe ſolùm per eſſentiam ſuam à ſe ipſo eſt, cætera verò ab eo eſſe participent. Quod vſque adeo verum eſt, vt dixerit Philo cætera præter Deum non verè eſſe, ſed opinione tantùm, vt ita oſtenderet rebus alijs inferius quoddam eſſe conuenire.

Exod 3. Iuſtinus. Greg Naz. Origen. Hieron. Epheſ.3. Bernard. Nicetas. Philo.

Hoc igitur ſuppoſito, ſcilicet illud qui eſt, eſſe proprium nomen 3
Dei, dicimus duo eſſe præcipuè nomina, quæ maximè ſignificent quid eſt Deus, ſignificando ſubſtantiam eius vnum eſt Deus: alterum verò qui eſt: difficultas tamen eſt, vtrum horum magis propriè Deo conueniat D.Thom.1.par.quæſt.13. art.11. ad 1. inquit nomen *Deus*, quoad id, ad quod ſignificandum impoſitum eſt, magis proprium eſſe, quam nomen qui eſt; ſi autem ſpectemus id, vnde ſumptum eſt, & quantum ad modum ſignificandi abſtractiſſimum, maximè proprium eſt, qui eſt, cum ſumptum ſit ab eſſe, nomen autem Deus non ita, nam ſi ſpectes id, vnde deſumptum eſt, actionem ſignificat, nempè aut proſpiciendi, aut diſcurrendi, aut vrendi. 4
Hoc autem impugnant nonnulli recentiores, dicentes ſi ſpectemus id, ad quod ſignificãdum impoſita ſunt hæc duo nomina, vtrumque ſignificat ſubſtantiam Dei, imò nomen qui eſt, magis explicitè, & diſtinctè naturam Dei denotat, nomen autem Deus, eam ſignificat confuſè: Si verò illud, à quo ſunt impoſita, acceptum eſt apud omnes, nomen Dei ſumptum eſſe ab ipſa actione, qui eſt, verò ab ipſo eſſe, quod intimè ad Dei ſubſtantiam pertinet.

Thom.

Cooperatio inter nomẽ, Qui eſt & nomen Deus, ſe habet, vt excedens, & exceſſum.

Vaſq. 1. p. diſp.50.c.3 circa fin.

Sed prætermiſſa illa reſponſione, quæ ex ſententia multorum Patrum afferri poſſet, qui quamuis ſentiant nomen, qui eſt, eſſe peculiare nomen Dei, dicunt tamen eo æternitatem Dei, & perſeuerantiam in ſuo eſſe ſignificari. Sic Nouatianus apud Tertull.lib.de Trin.cap.4. Hilar. lib.1. de Trin. parum à princip. Auguſt.lib.de verà, & falſa Religione cap.4. & in verba illa Pſalm.101. *In generationem, & generationem*, & lib.83. qq. q.10. Cyrill. Alexandr.

Hylar. Auguſt. Cyrill. Alex.

lib.1.

Greg. Papa. lib. 1. Theſaur. cap. 6. Gregor. Pap. lib. 18. Moral. cap. 33. & ſuper Ezecchiel. homil. 2. & alij. Nam potiùs poſſet colligi ex illorum placito, hoc nomine, qui eſt, ſignificari tùm eſſe per eſſentiam, tum perſeuerantiam in illo eſſe, dicimus tamen pro ſententia *D.* Thom. nomine qui eſt, ſignificari, quod ſolus *Deus* ſit à ſe ipſo per eſſentiam ſuam, vt dictum eſt, verùm hoc quidem in diuinis eſſe veluti quoddam traſcendens, quod vagatur per omnia, quæ in *Deo* ſunt, & attributa, & relationes ad intra. At nomen, *Deus*, ſignificare quidem ipſam eſſentiam, & naturam, diuinam veluti vltimo conſtitutam, & vt radix eſt attributorum, & relationum, & omnium, quæ circa naturam eſſe dicuntur. Et hoc pacto eſt intelligendus *D.* Tho. cum inquit nomen *Deus* quoad rem ſignificatam, eſſe magis ſubſtantiale, intimiuſque ſignificare eſſentiam Dei, quam nomen, qui eſt. Et ob eandem rationem illud eſſe magis proprium nomen, quàm hoc.

Defenditur D. Thom.

5 An nomen qui eſt, & nomen Tetagrammaton, idem ſint.

Quod ſi aduc quæras, an nomen, qui eſt, & nomen Tetagrammaton, quod vulgo dicitur Ieouah, idem omninò ſint, reſpondendum iuxta illorum ſententiam, qui ſentiunt, illud qui eſt, & ego ſum qui ſum, non eſſe nomen, ſed orationem; negatiuè, ſcilicet non eſſe idem nomen, nam propoſitio de tertio adiacente prærequirit illam de ſecundo: ſi nomen idem eſt, ergo nomen eſt. At ſi non eſt nomen, quo pacto de eo prædicari poteſt, quod ſit idem, vel diuerſum. At ſuppoſita ea ſententia, quod nomen ſit, non oratio, quàm tum probabiliorem, tum magis communem eſſe oſtendimus; cenſeo tanquam probabilius, Tetagrammaton non eſſe diſtinctum à præcedenti. Primùm ex Patribus illud teſtatur Clemens Alex. lib. 5. Stromat. fol. 5. vbi inquit Ieouah eſſe nomen Dei, quod interpretamur qui eſt. Idem tradunt linguæ Hebrææ peritiſſimi. Theodoret. in qq. in Exod. quæſt. 15. Lippomanus, & Eugubinus in Exod. cap. 3. Pagninus, & Mercerus in Theſauro, Genebrardus lib. 1. de Trin. Bellarm. lib. 1. de Chriſt. cap. 7. Galatinus lib. 2. de arcan. cathol. verit. cap. 10. qui de illo nomine multa ſcribunt myſteria, & latè hanc ſententiam confirmant. Comprobat hoc ipſum illud, quia iuxta propriã inſcriptionem Hebraicam hoc poſterius nomen ijſdem verbis conſtat, & ab eodem verbo deriuatur, quod eſſe ſignificat.

Clem. Alex. Theodor. Eugubin. Pagninus. Mercerus. Genebrar. Bellarm. Galatinus.

Vtrũ hoc nomen Deus vniuocè dicatur de Deo per participationem, & ſecundùm naturam, & ſecundùm opinionem. Cap. 6.

Hoc nomen, Deus, ſi propriè ſumatur, licet habeat modũ termini communis quoad ſonum, ſeu vocem, & modum concipiendi noſtrum; re tamen vera, eſt terminus ſingularis, quia ſignificat naturam omninò ſingularem, incommunicabilem multis Dijs, ſeu naturis, iuxta illud ſap. 14. *Incommunicabile nomen lignis, & lapidibus impoſuerunt*, quo teſtimonio abutuntur Iudæi contra myſterium Trinitatis, quaſi tribus perſonis communicari Dei nomen non poſſit. Sed decipiũtur, nam licet hoc nomen Deus communicabile ſit tribus ſuppoſitis diuinis, non tamen ſunt multa ſecundùm hoc nomen Deus, ſed ſunt vnum tantùm numero Deus. Dicitur igitur certa fide hoc nomen incommunicabile, quia non poteſt communicari multis dijs, & natu- 1

naturis; ſi ergo hoc nomen Deus ſubſtantiam Dei ſignificat, quæ vna tantùm eſt, qua ratione attribuitur interdum creaturis? Hoc igitur eſt quod nunc inquirimus, & qua ratione dicatur de Deo per participationem, & ſecundum naturam, ſeu eſſentiam, & ſecundùm opinionem.

2 Declaratur titulus quæſtionis. Pro cuius quidem difficultatis intelligentia animaduertendum eſt, nomen hoc poſſe accipi propriè, vt ſignificet veram naturam *Dei*, quæ eſt ex ſe infinitè, & ſummè perfecta, & ſic eſt omninò incommunicabile eo modo, quo explicatum eſt, cum ſit ſingulare vnius veri *Dei*, & de illo tantùm verè poſſit affirmari, ſcilicet eo, qui fecit Cœlum, & terram, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia. Poteſt etiam idem nomen ſumi latiore, & translata ſignificatione, & ſic de alijs naturis poteſt prædicari, quæ non ſunt verus *Deus*, quemadmodum nomen qui eſt, dictum per antonomaſiam, ita vt ſignificet qui eſt per eſſentiam, atque à ſe ipſo, ac proinde qui neque eſſe cœpit, neque deſinet, neque eſt in eo præteritum, neque futurum, neque viciſſitudo, aut vlla mutatio, ſed eſſe æternum, totum ſimul ſons, & origo totius eſſe, quod quacunque ratione eſſe poſſit, vnitè, & eminenter illud in ſe continens, eſt maximè proprium eſſe *Dei*, de nulloque alio præter ipſum prædicatur. At ſi latiùs ſumitur, de eo, quod in rerum natura exiſtit, & de ente creato, & increato verè dicitur.

3 His ita conſtitutis, cum nomen Deus de pluribus dijs prædicatur, vel ad intellectum gentilis hæc ſignificatio refertur, qui plures deos, licet falſos colunt, & ita ſumptum hoc vocabulum, non eſt æquiuocũ, ſed vniuocum, ex falſa hominum opinione attributum ijs, qui natura non ſunt dij, nõ ſecus ac ſi quis falsò exiſtimaret lapidem eſſe animal, nomen animal vniuocè ſumitur cũ de lapide, & homine prædicatur, at falsò tribuitur lapidi, vniuocum autem dicimus non re ipſa, ſed ſecundùm falſam hominum opinionem. Vel refertur idem nomen ad intellectum noſtrum, qui ſumus fideles, ac iuxta Scripturæ ſacræ phraſim Idola gentium, falſoſque deos verò appellamus deos cum addito tamen, dij gentium, aut dij eorum, iuxta illud Pſal. 95. *Omnes dij gentium dæmonia*. Et Deuter. cap. 32. *Non eſt Deus noſter ſicut dij eorum*. Pſal. 95. Et ita hoc nomen *Deus* dictum de vero Deo, vel opinato, Analogicè dicitur: ſicut enim homo analogicè dicitur de viuo, & picto; ita etiam *Deus* dicitur de *Deo* vero, vel ficto per falſam opinionem, & errorem, ac eodem modo analogicè dicitur idem nomen de *Deo* per eſſentiam, & de ijs, qui peculiari modo diuinarum excellentiarum ſunt participes: hæc autem analogia eſt clara; & frequens, ac multiplex in Scriptura ſacra; ſic enim Sancti, & fideles vocantur dij, quod teſtatur *David* illis verbis Pſal. 81. *Ego dixi dij eſtis*, iuxta *Domini* expoſitionem Ioan. 10. *Illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt*. Item Sacerdotes, & Iudices, vt Exod. cap. 22. *dijs non detrahes*, & cap. 7. *Conſtitui te Deum Pharaonis*. Et *David* loco nuper citato, *Deus ſtetit in Synagoga deorum*. Vide *D*. Thom. 1. par. q. 13. art. 10. Gregor. Pap. lib. 5. in cap. 4. lib. 1. Reg. Baſil. epiſt. 141. & alios recentiores.

Pſal. 81. Ioan. 10. Exod. 22. Exod. 17. Thom. Greg. Papa Baſilius.

Vtrum

Vtrum ea nomina, quę Deo, & creaturis communia ſunt, vniuocè, vel æquiuocè, vel analogicè de Deo, & creaturis dicantur. Cap. 7.

1 Declaratur titulus quæſtionis.

CVm multa nomina dicãtur de *Deo*, & creaturis, ac vtriſque ſint communia, vt meliùs propoſitam difficultatem dirimamus, diſtinctione opus eſt, vel enim loquimur de illis nominibus, quæ ita sũt *Deo*, & creaturis communia, vt de *Deo* quidem nõ niſi metaphoricè dicantur. Vel de ijs quidem, quæ ita ſunt communia *Deo*, & creaturis; vt etiã propriè dicantur de *Deo*, quemadmodum ſapientia, bonitas, ſcientia, prouidentia, & ſimilia. Si de prioribus ſermo ſit, priùs, & principaliùs de creaturis dicuntur, quã de *Deo*, quod probat *D*.Tho. 1.par.q.13.artic.6. hoc pacto, Nomen aliquod priùs dicitur de illo, quod cadit in definitionem, ſeu conceptum aliorum, de quibus idem nomen analogicè dicitur, ſed creaturæ cedunt in conceptũ Dei, vt Deus per nomina illarũ metaphoricè nominatur, vt cum dicitur lapis, fons, Sol, & huiuſmodi, ergo prius hæc nomina dicuntur de creaturis. Maior probatur, nam in omnibus analogatis primum analogatum debet poni in definitione reliquorum: quare ſi creaturæ cadunt in conceptũ Dei, quatenus is nominatur metaphoricè, atque adeo analogicè, per nomina illarum, ſignum eſt huiuſmodi nomina prius dici de creaturis. Minor etiam confirmatur, nam cum hæc nomina Deo tribuimus, ſignificare tantùm volumus; habere illum, ſimilitudinem quandam proportionalem cum creaturis.

Thom.

Notat autem in hac ratione Diu. Tho. Caiet. propoſitionem illam à Sancto Doctore aſſumptam, nempè in omnibus analogatis primũ analogatum debere poni in definitione reliquorum, intelligẽdam ſolùm eſſe de omnibus analogatis, quorũ nomen expreſsè, & formaliter ſignificat reſpectum ipſorum ad primum analogatum, vt ſanum v. g. dictũ de medicina, & riſus de prato; quæ nomina immediatè, ac formaliter, vt patet, ſignificant in ſuo conceptu formali reſpectum ſecundarij analogati ad primum: non eſſe autem eam propoſitionem intelligendam de analogatis, quorum nomen tantùmmodo fundamentaliter ſignificat reſpectum eorum ad primũ analogatum, cuiuſmodi, inquit Caietanus, ſunt illa, quę habent vnum conceptum formalem, intrinſecus communem, vt ens v.g. dictum de Deo, & creaturis, & de ſubſtantia, & accidente: conſtat autem in definitione creaturæ, vt ens eſt, nõ poni formaliter, & expreſsè Deum, qui eſt primum analogatum, iuxta ſententiam etiã D.Tho. eodem loco. Nec etiam in conceptu accidentis, quatenus nomine entis ſignificatur, poni ſubſtantiam, licèt benè ponatur in eius definitione, vt eſt accidens, ſiuè vt eſt tale ens, ac proindè vt habet illum reſpectum ad ſubſtantiam, ſicut etiam in cognitione creaturarum progredimur ad cognoſcẽdum reſpectum, quem habent ad *Deum*, vt ad cauſam entitatis ipſarum; & ita conciliat Caietanus diuerſa loca *D*.Tho. quæ in hac re videntur pugnantia. Iſta expoſitio Caietani admittenda eſt; tum quia eſt vera, nam in huiuſmodi analogis voces ex primæua ſignificatione ſolùm ſignificant primum analogatum; poſtea verò ad alia per metaphorã, & habitudinem ſignificandã translatę ſunt; Tum quia ſufficit ad inſtitutũ *D*.Tho. eo loco.

Caiet.

Declaratur quomodo intelligendum ſit illud dictum quod in omnibus analogatis primum analogatũ debet poni in definitione reliquorum.

At

2 Nomina cõmunia Deo & creaturis quæ nõ metaphoricè, ſed propriè dicũtur de Deo, quoad modũ ſignificãdi prius dicuntur de creaturis, ſecus quo ad rẽ ſignificatam.

At ſi de poſterioribus nominibus agamus, ſi de modo ſignificandi eſt controuerſia; priùs dicuntur de creaturis, quàm de *Deo*, quia ſignificant modo quodam creaturarum proprio, nimirum in concreto, & in abſtracto. Item quia vt priùs creaturas agnoſcimus, ita priùs ad illa ſignificãda fuerunt impoſita nomina. At ſi ſpectemus perfectionem ipſam, per illa ſignificatam, priùs de *Deo* dicuntur, quàm de creaturis, & ſic etiam analogicè. Probat autem hanc poſteriorem partem *D.*Tho. 1.par.q.13.art.6. nam perfectiones creaturarum, ſignificatę per illa nomina, quæ de *Deo* etiam dicuntur propriè, ab ea perfectione manant, quæ in *Deo* ipſo eſt, ac per eadem nomina ſignificatur.

Thom.

3 Quid requiratur ad veram vniuocationem.

Obijcies ſapientia, & ſimilia nomina, de *Deo*, & creaturis dicta, ſignificant vnum conceptum formalem, & obiectiuum, communem ſapientiæ diuinæ, & creatæ, vt abſtrahit ab vtraque quia contingit nos certos eſſe de ſapientia, & poſtea inquirere an creata ſit, vel increata, ergo dicitur vniuocè. Verùm reſpondemus, illo antecedente conceſſo, negando conſequentiam; ſic enim etiam probat Scot. ens vniuoce dici de ſubſtantia, & accidenter, ſed non admittitur; negamus igitur id ſufficere ad vniuocationem; ſed adhuc requiri, vt ſit illud, perfectè vnum in habitudine, & indifferentia ad inferiora, in hoc enim differt hęc vnitas conceptus analogi, vt puta entis, & ſapientiæ, vt dicitur de creata, & increata; ab vnitate generis vniuoci, nam genus licet in ſpeciebus ſit inęqualiter perfectum, ratione inæqualium differentiarum, ex quo dici ſolet phyſicè, aut ſecundum rem eſſe æquiuocum, ſeu analogum; ſecundùm ſe tamen ſumptum, non ſolùm abſtrahit ab illa inæqualitate, ſed etiam ab omni ordine vnius, ad alterum, quia non deſcendit ad vnam ſpeciem, mediãte altera, aut per habitudinem ad alteram, & ideo methaphyſicè eſt perfectè vniuocum. Adhuc inæqualitas generis prout exiſtit in ſpeciebus, prouenit ſolùm ex differentijs contrahentibus, quæ formaliter, & præciſe genus ipſum nõ includunt, ſolumque conſiſtit indiuerſis gradibus perfectionum: ſecus autem eſt de ente propter contrarias rationes. Eodem modo ſi de ſapientia, vel ſcientia, vel de bonitate, & ſimilibus ſermo ſit, vt de creata, & increata dicuntur, non deſcendunt ad vnam ſpeciem niſi mediante altera, & per habitudinem ad alteram, nam omnis ſapientia, bonitas, ſcientia creata, & limitata eſt participatio quædam illimitatæ, & increatæ ſapientiæ, bonitatis, & ſcientiæ, quia, teſte Iacobo Apoſtolo cap.1. omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt &c. *Dices*, quod in conceptu, quem formamus de *Deo* pèr eiuſmodi nomina propriè dicta, continetur reſpectus quidam ad creaturas, quandoquidem per nomen ſapiens v.g. concipimus *Deum* infinitè eſſe meliùs ſapientem, quàm creaturam, ergo etiam ſi ad perfectiones ipſas, per hęc nomina ſignificatas ſpectemus, priùs dicuntur huiuſmodi nomina de creaturis, iuxta illam maximam aſſumptam à D.Thom. ſuperiùs declaratam. Reſpondemus tamen illum reſpectum ad creaturas non includi in conceptu proprio, & adæquato ipſius Dei; ſi enim adęquatè, & perfectè cognoſceretur a nobis, abſolutè, ſine huiuſmodi reſpectu cognoſceretur, vt illis nominibus appellatur. Priùs igitur de *Deo* dicuntur huiuſmodi nomina, quàm de creaturis, & conſequenter analogicè. Et tandem quia proprietas Analogorum eſt, vt per ſe ſumpta,

&

Digitized by Google

& ſimpliciter prolata, ſtent pro famoſiori ſignificato; ita hæc nomina cum ſimpliciter proferũtur, de perfectionibus diuinis debent intelligi, vt animaduertit Bannes in artic. 5. quæſt. 13. iuxta illud Exod. 3. *Ego ſum qui ſum*, & item. *Qui eſt miſit me ad vos*, & Luc. cap. 18. *Nemo bonus, niſi ſolus Deus*, & Matth. 23. *Vnus eſt magiſter veſter, qui in Cœlis eſt*. Verùm id, quod dicitur analogum per ſe ſumptum, & ſimpliciter prolatum, ſtare pro famoſiori ſignificato, potiſſimum locũ habet in illis analogis attributionis, in quibus forma, quæ ſignificatur, intrinſecus eſt in vno analogatorum, in alijs verò per denominationem extrinſecam, vt ſanum, & eiuſmodi.

Bannes. Exod. 3. Luc. 18. Matt. 23.

An nomina Deo tributa, ſint ſynomina.

Cap. 8.

1 PRo tituli declaratione animaduertendum eſt, ea eſſe nomina ſynomina, quæ idem ſignificant, & ſub eodem conceptu, & ratione. Item non eſſe quęſtionem de nominibus ſignificãtibus diuerſas actiones, vel relationes diuinas, quæ ei conueniunt ex tempore, ſed de nominibus, quæ ſubſtantialiter dicuntur de Deo: idque ſignificant, quod intrinſecus reperitur in Deo, vel, vt meliùs loquar, quod eſt ipſe Deus, ſignificãtque vnam ſimpliciſſimam rationem formalem, quæ ſimul eſt deitas, bonitas, ſapientia intellectus, voluntas &c. Tandem ſynomiam nominũ non eſſe diiudicandam ex parte imponentis illud, aut vtentis, ſed ex parte audientis, cui dicuntur ſignificare.

2 His ita conſtitutis, nobis viatoribus, nomina hæc, quæ de Deo dicuntur, non ſunt ſynonima: reddit rationem D. Thom. 1. par. quæſt. 13. art. 4. quia licet ſignificent eandem ſimpliciſſimam rem, atque rationem formalem, non tamen ſub eodem conceptu, & ratione, ſed diſtinctos ſex primos conceptus, dum attributa miſericordiæ, iuſtitiæ, bonitatis, & cætera huiuſmodi intelligimus. Idque inde oritur, vt inquit idem S. Doctor eod. loco quia intellectus noſter ea, quæ ſunt in Deo ex ijs, quę ſunt in rebus creatis concipit: ſicut ergò diuerſæ perfectiones rerum creatarum ſunt vnitæ in Deo, tanquam in cauſa, nullaque earum adęquatè imitatur perfectionem diuinam, ſic illi diuerſi conceptus proportionati perfectionibus rerum creatarum, quos de Deo formamus ſignificãt quidem vnam ſimpliciſſimam perfectionem Dei, quam tamen nullus eorum adęquatè, & vt eſt in ſe, ſignificat, & repræſentat ita igitur cõtingit nobis viatoribus, qui cognoſcentes Deum; non ſicuti eſt, ſed per alienas ſpecies, inſtar rerum creatarum, in ipſo diſtinguimus diuerſa attributa. Nomina ergo hæc ſapientia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, omnipotentia, & cætera huiuſmodi, nobis non erunt ſynonima.

Thom. Nomina quæ de D. o dicũtur no ſunt ſynonima nobis viatoribus.

3 Beatis autem, qui Deum concipiunt, vt in ſe eſt, nec viſione ipſa clara Dei plures rationes in eo diſtinguunt, præfata nomina diuinorum attributorum erunt ſynonima ob oppoſitã rationem. Eoque magis, quòd à parte rei; (quemadmodum ſecundùm veriorem ſententiam defendimus) his nominibus non reſpondent aliquę perfectiones in Deo, pluſquam ratione diſtinctę. Multòque certiùs Deo ex hac parte erunt ſynonima, cum ipſe in ſe non diſtinguat rationes diuerſas attributorum. *Dixi*, ex hac parte, nam ex alia, cum nominibus, vt ſupra probatum eſt, non poſſimus *Deo* propriè aliquid ſignificare, ſequi-

Eadem nomina ſunt ſynonima Beatis.

tur, ſi relata ad *Deum*, nominum munus non obeunt, multò minus ob eandem rationem ſynonima in ordine ad illum dici poſſe.

Sit igitur hoc firmum, nomina diuina, quæ nobis viatoribus non ſunt ſynonima, eadem relata ad Beatos, eſſe ſynonima, cum non ſolùm eandem rem, eandemque ſimpliciſſimam formalitatẽ ſignificent, ſed etiam ſub vna, eademque ratione cognitam, & intellectam, imò potiùs hæc diuerſa nomina illis erũt vnum nomen, iuxta Zacchar. vaticinium, cap. 14. *In illa die erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum.* Et quamuis ſecundùm multorum expoſitionem ea ratione intelligatur à Propheta dictum, futurum nomen Dei vnum, quia ceſſabunt Idola, veneratioque falſorum Deorum, omneſque vnum tantùm verum Deum agnoſcent; alij illud referunt ad viſionem beatificã. Quemadmodum D. Thom. lib. 1. contr. gent. cap. 31. vbi Beati videntes Deum ſicuti eſt, omnia prędicta nomina illis eandem rem, & ſimpliciſſimam formalitatem ſignificabunt, ſub vna, eademque ratione appræhenſam. Haſtenus de nominibus Dei.

Zachar. 14.

De Scientia Dei.

OPVSC. XVIII.

1 QVemadmodum cũ Chriſtus dixit Matth. 19. & Luc. 18. ſolum Deum eſſe bonum, bonitatis quandam excellẽtiam Deo tribuit, alijs autem rebus ſuam quantulamcunque bonitatem non adimit: ſic Paulo eundem ſolum ſapientem appellanti, ad Rom. 16. non erat in animo omnem ab humanis ſcientiam excludere, ſed quàm longè omnibus alijs præſit diuina, docere; ita vt ſi harum fiat collatio, noſtra omnis cognitio, inſcitia apparebit. Quod vt magis innoteſcat, poſſitq; à nobis cum eodem Apoſtolo ad Rom. 11. exclamari. *O Altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientia Dei;* eius excellentiæ ſunt numerandæ, & quoad eius fieri poteſt, exponendæ.

Rom. 16.

Rom. 11.

Prima Diuinæ Scientiæ excellentia.

Cap. 1.

PRimò ſe ſe offert nobilitas, non enim eſt accidens vt noſtra, & Angelorum, ſed ſubſtantia, ipſaque Dei eſſentia, Deitatiſq; veluti conſtitutiuum; nam cum eſſentia diuina ſit intellectualis non per modum principij, aut radicis intellectionis. ſed vt ipſamet intellectio ſubſiſtens (in omni enim perfecta ratione entis, & præſertim in illo gradu intellectiuo eſt perfectiſſimus actus) euidenter ſequitur, cum intellectio, & ſcientia Dei idem ſint formaliſſimè, non eſſe ſcientiam in Deo per modum actus primi, ſed per ſe, & connaturaliter eſſe in actu ſecundo, vel potius, quia actus ſecundus, ſi formaliter accipiatur, etiam imperfectionem includit; ſcilicet habitudinem ad primum, vel vt ad principium, à quo manat, vel vt ad potentiam, quam actuat, affirmandum eſt ſcientiam Dei, vel eſſe actum ſecundum, non elicitum ab actu primo, ſed per eſſentiã, ac per ſe ſubſiſtentem; vel eſſe purũ, & vltimũ actum; eſſentiale autem conſtitutiuum diuinæ naturæ, quemadmodum dicitur eſſe ipſa intellectio. Eſſe autem diuinam ſcientiam Dei ſubſtãtiam, non ſolùm docet illa euidentiſſima ratio, quia in Deo nullum poteſt reperiri accidens, cum ſit ſimplex, & actus purus, quam aſſecutus eſt etiã Ariſt. 12. Meth. qui ponit Deum intelligentem ſe ipſum tanquam purum

1 Nobilitas ſcientiæ diuinæ quæ non ſolum eſt ſubſtantia, & eſſẽtia diuina, ſed de eſſẽtia Dei, & ipſius veluti vltimo cõſtitutiua,

Ariſt.

Digitized by Google

ſum actum,atq; vnica,& ſimpliciſſima,perpetua,& immutabili intellectione,quæ eſt eius ſubſtantia. Sed probatur illis verbis Ioan.16.ſi ritè perpendantur, quemadmodum ab omnibus Catholicis Chryſoſt. Cyrill. Auguſt. & alijs. *Ille me clarificabit,quia de meo accipiet.* Eodem loco dicit Chriſtus, *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt*, ergo eſſentiam Patris habet Filius;omneſque Catholici hoc dictū intelligunt (excepta paternitate, quæ opponitur filiationi) de communi eſſentia numero. Sed paulò ſuperius leguntur præfata verba ille me clarificabit,quia de meo accipiet, loquens Filius, de Spiritu ſancto; illud ergo eſt ei cōmune cum Patre,quod accipit Spiritus ſanctus ab vtroque. At quid dicitur ibi accipere Spiritus ſanctus à Filio niſi ſcientiam hoc enim præſefert illud, *De meo accipiet, & annunciabit vobis*:& illud aliud eodem loco: *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem,non enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcumque audiet loquetur,& annunciabit vobis*: ergo ſcientia,quam dicitur accipere Spiritus ſanctus à Filio,eſt communis illi cum Patre,ergo eſt vtriuſque eſsentia; in diuinis enim quod eſt cōmune perſonis,eſſentia eſt, quod verò propriū, ſunt relationes.

Ioan.16. Chryſoſt. Cyrill. Auguſt.

2 Quod ſi obijcias ex hoc loco Scripturæ haberi tantùm ſcientiam diuinam eſſe Dei ſubſtantiam,& eſſentiam,quemadmodum dicitur eſſe,& eius miſericordia, & iuſtitia, & quodlibet attributum, non autem de eſſentia Dei, & quaſi vltimò cōſtituentem illum in ratione talis eſſentiæ, & naturæ; quod erat etiam propoſitum. Reſpondemus: An cum dicimus eſſentiam diuinam veluti vltimò conſtitutam, eſſe ipſam vitam intellectualem per eſſentiam; non per modum principij,aut radicis intellectionis, ſed vt ipſammet intellectionem,ſubſiſtentem,veriſſimè loquamur; voluendæ ſunt aliæ ſcripturarum paginæ, nā hoc ipſum de ſcientia diuina reperitur ſcriptū, ipſemet enim Deus, qui dicitur fons Sapientiæ,iuxta illa verba Ecclef.1. *Fons ſapientiæ Verbum Dei in excelſis*, alibi, nempè Pſal.35. dicitur fons vitæ: *Quoniam apud te eſt fons vitæ.* Quod de Sapientia illa increata,à qua omnis alia iugiter manat; vult etiam dictum eſſe Agellius noſter,iuxta Salomonis illam comparationē Prouerb.16.Fons vitæ eruditio poſſidentis; ergo ex his locis licèt optimè colligere vitam illam intellectiuam Dei,totius creatæ vitæ fontem,formaliſſimè eſſe ſapientiam, & ſcientiam per eſſentiam, à qua omnis noſtra manat cognitio iurèque optimò fons ſapientiæ, & & eſt,& dicitur. Quin etiam ſi præfata verba Pſal. ex contextu, iuxta regulā interpretandi ſacram Scripturam,explicabimus, ex quo patet ibi rationem reddi cur ex viſione Dei ſit futura in Beatis tanta Sapientiæ, & ſcientiæ inundatio, dici debuiſſet quoniam apud te eſt fons ſapientiæ. Verùm non vacat myſterio,quod dictum fuerit fons vitæ,nō ſolùm, vt oſtenderetur vitam æternam,iuſtis promiſſam, atq; vt ſummum bonum ab omnibus deſideratam, in hac ſumma ſapientia conſiſtere,iuxta verbū Domini Ioan.17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, &c.* ſed etiam hanc ipſam eſſe vitam Dei.

Quod dictū eſt de nobilitate ſcientiæ Dei probatur ex ſcriptura ſacra.

3 Eccleſ.1. Pſal.35. Agellius. Prouer.16. Ioan.17.

Quod ſi rurſus obijcias, Damaſcenum 1. de fid. cap.4. inter alia Attributa diuina quæ ait eſſe circa Dei naturam, numerantē non modo iuſtitiam,ſed etiam ſapientiam, ergo ſicut nos aſſerimus (iuxta doctrinam de attributis diuinis, ſupra explicatam) iuſtitiam, quæ includitur in amore, non pertinere ad for- 4 Damaſc.

malē diuinæ naturæ conſtitutionē, ita dicendum eſt de ſapientia, quam volumus eſſe ipſammet intellectionem diuinam.

5 Reſponderi etiam poteſt Damaſcenum alijs in locis eiuſdem libri, vt cap. 12. & 13. inter alia attributa, quæ ait aſſectari naturam diuinam, non referre ſapientiam. Quod ſi loco citato illam retulit, id eſt quoniā non loquitur de natura diuina vltimò conſtituta in gradu intellectuali, quomodo eſſentialiter includit ſapientiam, ſicut & intellectionem, ſed de natura quaſi genericè ſumpta. Animaduertendum eſt enim (vt latiùs dicemus infra, cum de relationibus diuinis, & tetigimus ſupra, cum de diuinis Attributis) naturam diuinam aliquandò ſumi pro eſſentia, quatenus explicitè ſolùm importat rationē ſimpliciter eſſendi, quo ſenſu ait D. Tho. prima par. q. 39. art. 2. ad 3. eſſentiam dici ab eſſendo, naturam præterea deſignare principiū actus, & Auguſt. lib. 17. de Ciuit. Dei, cap. 11. explicans illud celebre Dei nomen, ego ſum, cum Deus ait ſit ſumma eſſentia, hoc eſt ſummè ſit, & Bernard. 5. de conſiderat. cætera omnia Dei prædicata probat in illo nomine includi non explicitè; ſed implicitè. Aliquandò verò eandem naturam diuinam ſumi non ſolùm pro eſſentia, modo explicato, & quaſi genericè ſumpta, ſed quaſi ſpecificè, vt compræhendit eſſentialiter omnes gradus, qui noſtro modo, concipiendi, illam in ratione talis naturæ, vel Deitatis conſtituunt: quomodo ex mente D. Tho. docet optimè Caietan. 1. par. q. 13. art. 11. circa ſolutionē ad primum, deitatem eſſe magis propriam Deo, quàm eſſe, quoniam deitas importat naturam diuinam, quaſi ſecundùm differentiam ſpecificam (Qui eſt) verò, ſeù eſſentia, importat illam quaſi ſecundùm genus, meritòque id aſſerit, quoniā Deus, & deitas ſignificant vltimam rationem differentiæ, quæ eſt intellectio. Quando igitur natura diuina ſumitur vt eſt eſſentia, & ſecundùm rationem quaſi genericam, attribuuntur illi aliquot prædicata, etiam eſſentialia, quaſi circa ipſam exiſtentia, non quia ſunt extra eius conſtitutionem per modū affectionis, vel attributi, ſic enim eſſent, ſi conciperentur circa eſſentiam vltimò conſtitutā in gradu intellectuali, vt diximus concipi volitionē, ſed quoniam noſtro modo concipiēdi, circa eſſentiam primo modo dictā appræhenduntur, & illā conſtituunt in alijs gradibus, eo pacto, quo quis diceret rationale concipi circa animal non vt proprietatem, ſed vt differētiam hominis ſpecificam. Patet igitur ex dictis nobiliſſimam eſſe ſcientiam diuinam, cum non ſit accidens vt in nobis, ſed ipſamet ſubſtantia, & eſſentia diuina; quin etiā ſit formaliſſimè eius intellectio de eſſentia diuinæ naturæ, & illā quaſi vltimò conſtituens.

Eſſentia diuina poteſt dupliciter ſumi, vel quaſi genericè, vel quaſi vltimo cōſtituta in gradu intellectuali, quæ diſtinctio ſoluit multas difficultates.

Thom. *Auguſt.* *Bernard.*

Quod ſi nobilitas ſcientiæ potiſſimum ex obiecto ſumitur, etiā hoc nomine maximè eſt inſignis ſcientia diuina, obiectū enim valdè proprium, & ſecundùm quendā ſenſum adæquatum diuinæ ſcientiæ eſt ipſemet Deus, obiectum ſummè immateriale, maximèq; intelligibile, actu. Nec minuit vllo pacto eius perfectionem, quod etiam terminetur ad omnes creaturas poſſibiles ſecundùm eſſe formale ipſarū proprium; Nam, vt dicunt Dionyſ. dicto cap. 2. de diuin. nomin. Auguſt. lib. 83. qq. q. 46. & 15. de Trin. Diu. Tho. 1. par. q. 19. art. 5. & 1. contra gent. cap. 50. & q. 2. de verit. Alenſ. 1. par. q. 23. art. 1. & 3. Scot. in quodlib. q. 16. & q. 2. & 3. Prolog. & tota ferè Theologorum ſchola in primo diſt. 35. cognoſcit Deus creaturas 6

Dionyſ. Areopag. *Auguſt.* *Thom.* *Alenſ.* *Scot.*

in-

Quomodo intelligendũ eſt quãdo dicitur Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſo, non in ſe ipſis.

in ſe ipſo, non in ſe ipſis, quod non accipiendum eſt, quaſi ſcientia diuina non terminetur ad eſſe ipſarum propriũ, & formale, eſſet enim maximè abſurdum, cum creaturæ ſint condendæ ſecundùm eſſe formale, quod in ſe recipiunt, non ſecundùm eſſe eminens, quod habent in Deo, quod non ad illud etiam terminaretur cognitio diuina, nihil enim ad earum productionem eius ſcientia poſſet conferre; ſed dicitur nihilominus cognoſcere Deus creaturas in ſe non in ſe ipſis, iuxta commune Theologorum placitum; tùm quia non accipit Deus ſcientiam, quam de creaturis habet ab ipſis creaturis, cum ſit increata, & omni creatura anterior: hacq; ratione poteſt aliquo modo dici Deus cognoſcere creaturas in ipſo, quia ex ſe habet ſcientiam, & quaſi ſpecies intelligibiles repręſentãtes ſibi omnem creaturam: tùm maximè ob illud, quia ſcientia Dei non reſpicit creaturas, niſi vt obiectum ſecundarium, nam primarium eſt ipſa eſſentia diuina, quam compręhendendo, quaſi per reſultantiam quãdam cognoſcit omnes poſſibiles creaturas, & hoc ſenſu proprijſsimè dicitur illas cognoſcere in ſe ipſo, tanquam in cauſa.

Secunda excellentia. Cap. 2.

1 Aeternitas diuinæ ſciẽtiæ, & quomodo ſemper eſt in actu ſecundo.

ALtera excellentia diuinæ ſciẽtiæ eſt æternitas, quæ nec incipit, nec deſinit; & quemadmodũ ſe habet ſubſtantia Dei, quæ expers eſt omnis principij, & finis; ita & eius cognitio, quæ ad eius pertinet veluti conſtitutionem, quare cum duobus modis intelligi poſſit ſcientia noſtra eſſe in actu primo: vno vt re ipſa ſeparetur ab actu ſecundo, quam Ariſt. dormitioni comparat altero, vt re quidem ſit coniuncta actui ſecundo, nihilominus tamen diuerſam habeat actualitatẽ, & prębeat intelligenti, vt exemplis poteſt eſſe perſpicuum viſionis beatificæ, naturalis ſcientię Angelorum, & infuſæ Animę Chriſti, in quibus actus ſecundus nunquam à primo ſeparatur, diuerſa tamen eſt vtriuſque actualitas: clara conſecutione deducitur, cũ repugnet diuinæ ſcientiæ eſſe in actu primo hoc ſecundo modo, quod tũ patet ex dictis, dum probauimus Deum eſſe ſuum intelligere, tum etiam illa ratione, quia intellectiua potentia formaliter dicit vim, ſeu facultatem eliciendi, & recipiendi intellectionem; in *Deo* autem, cum ſit actus purus, non datur intellectio elicita, aut recepta, ſed eſt intellectio ex ſe neceſſaria, ac per ſe ſubſiſtens; repugnare multò magis eidem eſſe in actu primo; qui re ipſa ſeparatur ab actu ſecundo; nunquam igitur incipit, nec deſinit diuina ſcientia, ſed ab æterno exiſtit, ſicut & eius ſubſtantia.

Quod quidem lepidiſſimè docet *Dauid* iiiis verbis Pſal. 10. vbi de Deo loquens, inquit, *Oculi eius in pauperem reſpiciunt, & palpebræ eius interrogant filios hominum*. Scio ex Origenis, & Dydimi ſententia aptè hoc loco, Dei benignitatem deſcribi, velocis quidem ad miſerendum, & tardi ad iram, vt qui apertis oculis, potẽtijs inquam inſpectricibus, atque cuſtodibus, pauperem reſpicit, vt illæſum, & incolumem ſeruet: At verò palpebris, clauſiſque luminibus interrogat filios hominum, dum noſtra inquirit facta Iudiciſq; munus peragit, ne occaſionem habeat puniendi. Scio præterea alios ad perſpicaciam diuinę ſcientię eadem verba referre, vt videbimus infra; ſed Euthymius, & clariùs Caſſiodorus hæc referunt ad eiuſdem perennitatem, & æternitatem. Nã ſi teſte Philoſopho 2. de Anima 2 Lepidè id pbarur auctore ſacræ Scripturæ. Pſal. 10.

Euthymius Caſſiodor. Ariſt. tex. 5.

text.5. duplex in creatis reperitur actus: alter ſicut ſcientia: alter verò ſicut ſpeculatio; hic vigilia, ille verò ſomno ſimilis eſſe dicitur; ne quis ergo ſuſpicetur diuinam ſcientiam expergiſci, atq; exurgere, quaſi aliquando dormitauerit, Dauid loquens de Dei cognitione, inquit, *Oculi eius in pauperem reſpiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum;* ac ſi diceret ſemper eſt in actu videndi, nec eius vigiliam vnquam ſomnus abrumpit; ita enim ſe habet, ac ſi non modo apertis oculis, oculorumque pupilla, ſed etiam palpebris, clauſiſq; oculis, vt videre eſt in dormientibus, proſpiceret.

Tertia Excellentia.

Cap. 3.

1 Simplicitas ſciẽtiæ diuinæ eminẽter continens omnem perfectionem intellectualis virtutis.

Tertia excellentia eſt ſimplicitas; in Deo enim vna tantùm eſt ſcientia, eaque ſimpliciſſima; formaliter, & eminenter continẽs omnem perfectionem ſimpliciter intellectualis virtutis ſecundùm quàm in plures ſcientias, pluresque actus per rationem, & conceptus inadæquatos à nobis diſtinguitur hanc etiam ſicuti, & cęteras, tanquam in ſpeculum, in ſacras literas licebit inſpicere. Id teſtantur verba nuper citata Pſal. 10. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum:* Nam ſi cognitio, & ſcientia diuina iuxta hanc excellentiam nullam admittit compoſitionem, diuiſionem, aut diſcurſum, ſed ſimplici intuitu ſimpliciter videt quæ compoſita ſunt, & inuariabiliter, quæ variabilia, & ſimul quæ ſucceſſiua, quod etiam illi vnanimiter tribuunt D. Dionyſ. cap. 7. de diu. nom. Auguſt. lib. 9. de geneſ. ad literam c. 18. Clemens Alex. lib. 6. Stromat. verſus finem D. Thom. 1. par. quæſt. 14. art. 7. 14. 15. & Theologi communiter. Id apertè poteſt legi iuxta æditiones varias in pręfatis verbis; palpebræ enim pro obtutibus ab Hebræis vſurpantur, vnde alia litera ſic habet. *Eius intuitus explorat filios Adæ*, ſeu, vt legit felix, *probant*, hoc eſt diſcutiunt, examinant, diligentiſſimeque attendunt quicquid moliuntur filij Adæ. Ex quo ſimplicitas cognitionis diuinæ optimè colligitur; nam non alio actu cognoſcit, alio iudicat, alio notitiam haurit, quam nos diſcurſu habemus, ſed oculi eius in pauperem reſpiciũt, & idem intuitus probat, diſcutit, examinat filios hominum, & omninò omnem cognitionem; quam haurit Iudex quæſtionibus, interrogationibus, diſcuſſionibus, & rurſus ad quæſtiones, & tormenta veniendo, illam, & ſine comparatione maiorẽ habet Deus ſimplici intuitu. Hæc Dauid loco iam dicto. Quibus conſonat illud, quod 2

Pſal. 10. — Dionyſ. Areopag. Auguſt. Clem. Alex. Thom.

idem ſcriptum reliquit Pſal. 138. ſcilicet, *Domine probaſti me, & cognouiſti me*, in quę verba Chriſoſt. *Quoniam dixit in principio probaſti me, ne quis paulò inconſideratior putaret eum noſſe ex probatione, vel ex rerum experientia, propterea quod dixit. Tu cognouiſti ſeſſionem, & reſurrectionem meam, vide, quomodo id corrigit per id, quod ſubiungit, dicens Tu intellexiſti cogitationes meas de longè, per hoc enim ſignificat eum non noſſe per probationem, neque opus habere, vt probet, ſed ſua praſciendi facultate, ſcire omnia; qui enim nouit cogitationes, quæ in mente ſunt poſita, non opus habet, vt probet per opera*. Hæc ille, idemque in verba immediatè ſequentia, ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti, inquit, inueſtigationis, & inquiſitionis terminum reperiri in ſcientia Dei, nam quicquid nos probando, inquirendo, inueſtigando cognitionis comparare poſſumus, totum, multòque Pſal. 138.

maius

maius continetur in ſimpliciſſimo illo diuino intuitu, de quo veriùs dicitur inueſtigaſſe, inueniſſe, ſcrutatum eſſe, quàm inquirere, inueſtigare, ſcrutari, quæ diſcurſum, & defatigationem præſeferunt. Quod ſi
3 noſtræ ſe accommodans imbecillitati Dauid illa quandoque profert
Pſal. 32. verba Pſalm. 32. *Conſilium autem Domini in æternum manet, cogitationes cordis eius in generatione, & generationem*, cum non cogitet propriè Deus, aut conſultet, aut eligat, ſi hæc ſumantur cum inueſtigatione, atque deliberatione, quam præſeferunt iſta vocabula, vt rectè Da-
Damaſcen. maſcenus lib. 3. de fid. cap. 14. monet. Et Auguſtinus in hæc verba: *Ne autem putetis, fratres, quia dixit cogitationes cordis, quaſi ſedet Deum, & excogitare quid agat; & exquirere conſilium faciendi aliquid vel non faciendi: Tuæ ſunt iſte, ò homo, tarditates, vſque in velocitatem currit verbum eius: quando poteſt mora cogitationis eſſe in illo verbo, quod vnum eſt, & omnia complectitur? ſed dicuntur cogitationes Dei, vt ſecundùm te audias erigere cor, vel ad verba tua infirmitatis ſimilia, quia res ipſa multum eſt ad te*. Hæc ille non tamen Propheta ita ſe noſtræ infirmitati accommodat, vt non ſit veritas in eius verbis. Nam etiam ſi non ſit in Deo conſilium electionis præcedens; eſt tamen in illo vnico cognitionis actu quicquid perfectionis reperitur in conſilio, notitia videlicet omnium mediorum, ad conſequendum finem vltimum idque demptis tarditatis, & moræ imperfectionibus, cum æternitate metiatur tota ſimul, & indiuiſibili menſura, conſilium enim Domini in æternum manet, & quamuis in Deo vna ſit, & ſimpliciſſima cogitatio, ea tamen æquiparatur innumerabilibus cogitationibus; quas in ſe ille vnicus actus diuini intellectus, eminentiſſimo modo continet.

Rurſus ad magis explicandam eminentem multiplicitatem huius ſimpliciſſimæ ſcientiæ diuinæ, initio huius tertiæ excellentiæ propoſitam, animaduertendum eſt, eſſe eandem ſimul, & directam, & reflexam, ex eo enim quod eſt perfectiſſima, non poteſt eſſe ignorata ab ipſo ſciente, quia ille perfectè ſcit, qui ſcit ſe ſcire, ex eo verò, quod eſt prima, non poteſt eſſe ſcita per aliam ſcientiam, alioquin procederetur in infinitum, quod cum fieri non poſſit, ſiſtendum eſt in ſcientia diuina, vt in prima, quæ ſe ipſam tanquam proprium, & primarium obiectum intuetur. Neque hoc eſt adeo difficilè intellectu, cum illa ſcientia ſit ſubſiſtens, & ſubſtantia intelligẽs perfectiſſima. Præterea eadem eſt appræhenſiua, & iudicatiua nam ſi apprẹhenſio ſumatur nõ ſolùm cum præciſione iudicij ex parte noſtra, ſed etiam cum excluſione ex parte rei, quod talis ſcilicet conceptus ſecundùm ſuam rationem obiectiuam ſit verè appræhenſiuus, & non iudicatiuus, ſic non poteſt Deo tribui formaliter; imperfectionẽ enim dicit, quod per talem appræhenſionem non cognoſcatur res quantum eſt cognoſcibilis. Item dicitur abſtractiua, & intuitiua, vt latiùs inferiùs. Et quod non minus mirabile eſt, eadem formaliter exiſtens, & propter quid dici poteſt, & non ita dici, nam reſpectu creaturarum, quæ pertinent ad obiectum ſecundarium, ſine vllo ſcrupulo propter quid poteſt appellari, & concipi, dictio enim illa (propter quid) non indicat cauſalitatem ex parte ipſius cognoſcentis, ita vt cognitio cauſę ſit cauſa cognitionis effectus, ſed cauſalitatem tantum dicit ex parte obiecti, quæ per ſimpliciſſimam cognitionem videri poteſt. Et hoc modo videt Deus ex qua cauſa,

4 Explicatur multiplicitas ſimpliciſſimę ſcię tiæ diuinæ.

Deus dicitur habere pprijſſimè ſcientiā propterquid reſpectu creaturarū, & non reſpectu ſui.

cauſa, vel ex quibus ſit vnuſquiſque effectus, & ideo proprijſſimè dicitur habere ſcientiam propter quid reſpectu creaturarum. At reſpectu ſui ipſius, qui eſt obiectum primarium, nec propriè eſt propter quid, nec dicitur, cū Deus nō habeat cauſam.

Thom.

5 Eſt igitur altior ſcientia, quæ à D. Tho. 1. par. q. 14. art. 2. & 3. appellatur per ſe ipſam, dū inquit Deum intelligere ſe per ſe ipſum, negatiuè autē poteſt dici propter quid, quia eſt per ipſam rei quidditatem, quæ aliam cauſam non habet, ſed per ſe talis eſt.

6 Creſcit admiratio, nam hæc omnia ad illam ſpectant ſcientiam, quę ſpeculatiua dicitur hoc mirabilius, quod eadem omninò exiſtens practica ſit, & ſpeculatiua, & intellectus ſit, & dicatur, & ſapientia, & prudentia, & ars, eſt enim illa ſcientia diuina clariſſima cognitio omnium primorum principiorum, iucundiſſima contemplatio primæ, ac ſupremæ cauſæ, Itemque omnium

7 rerum tàm naturalium, quàm ſupernaturalium, perfecta cōpræhenſio, meritoq; illis tribus nominibus Intellectus, Sapientiæ, & Sciētiæ, quæ ad ſpeculatiuam pertinent, debet inſigniri; & vt diſcamus, Scriptura teſte, eandem ſapientiam eſſe practicam, & per modum prudentiæ reſpectu ipſius voluntatis diuinæ, quoad actus liberos vt huiuſmodi, ſeu quoad determinationes eorū, & per modū artis in ordine ad operationes ad extra, qua cognoſcit nō ſolùm ſpeculando, & contēplando quidditates, & proprietates rerum, ſed etiam cognoſcendo modum, quo fieri debent, quod eſt propriū illius ſcientiæ practicæ, quam factiuam vocant, & eſt, ac dicitur proprijſſimè ars. Audi quid de priori parte dicatur Prouerb. 3. *Dominus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit Cælos prudentia*. Et Hierem. 10. &

Sciētia Dei practica, & ſpeculatiua.

Prouer. 3.

Ierem. 10. & 15.

15. *Qui fecit terram in fortitudine ſua, præparat orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſua extendit Cælos*. Accipe nunc teſtimonia poſterioris, de ſapientia enim dicitur Sap. 7. & 8. *Omnium artifex eſt*: Item *Quis illorum, quæ ſunt, magis quàm ille eſt artifex?* Et D. Paul. ad Hebr. 11. *Fide*, inquit, *intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei*, quorum verborū inter cęteros, hic eſt ſenſus, vt illud *verbo Dei* ſit datiui caſus, velitque dicere Apoſtolus Fide, ideſt per fidem intelligimus ſæcula, huius ſcilicet mundi fabricam, eſſe aptata, conuenientia verbo Dei, ideſt conceptui diuino, quo ſe ipſum, & alia intelligit, diciturque creaturarum Idęa, cum Deus comparetur ad ipſas, vt opifex ad opus ſuum. Et nota vim illius dictionis *aptata*, non enim ſine myſterio inquit Paulus aptata eſſe ſæcula, non facta, nam id maximè ad artem Dei pertinet; ita enim res creatæ ſunt, vt ſuum inter ſe ordinem habeant omnes, & alteræ cum alteris congruāt, hoc enim verbum, aptare, vt recentiores quidam animaduertunt in illa verba ad Hebr. 10. *Corpus aptaſti mihi*, ſine vlla impropriétate ſignificat. Et vbicunque Scriptura ſacra docet Deum per ſapientiam ſuam omnia feciſſe, vt eſt illud Pſal. 103. *Omnia in ſapientia feciſti*, & ſimilia oſtēdit diuinam Sapientiam ſub ea ratione, & practicam ſcienſcientiam, & artem eſſe.

Sap. 7. & 8.

Hebr. 11.

Hebr. 10.

Pſal. 103.

Tandem ad cōmendandam maximè ſimplicitatem diuinæ Scientiæ, fecit illud, qnod illa eadem numero ſcientia dicitur vniuerſalis nō quidem prædicatione, ſeu abſtractione, omnis enim ſcientia res ſingularis eſt, neque etiam formaliter ſcientia, vt ſcientia dicitur vniuerſalis ob cauſalitatem; ergo ita dicitur propter omnium rerū attingentiam, & quemadmodum ſcientia 8

Quomodo dicatur Dei ſciētia vniuerſalis.

Angelica

Digitized by Google

Angelica vniuerſalior dicitur quam humana, & inter Angelos, Superiores dicuntur habere ſcientiam & ſpecies uniuerſaliores, quàm inferiores: ſic ergo ad *D*eum aſcendendo, eius ſcientia dicitur uniuerſaliſſima, ut recte notauit *D*. Thom. 2. ſent. diſt. 3. q. 2. art. 2. aſſerens, illam unica ſimilitudine, quæ eſt ſua eſsẽtia, omnia cognoſcere, & quamuis 1. par. q. 14. art. 1. ad 3. dicat ſcientiã *D*ei neque uniuerſalem eſſe, neque particularem, in alio loquitur ſenſu, quatenus ſcientia ſcilicet uniuerſalis de ea dicitur, quæ attingit præciſe uniuerſales rerum rationes, & ad particulares non deſcendit, quomodo Methaphyſica uniuerſaliſſima dicitur ſcientia: econtrario uerò ſingularis dicitur cognitio, quæ ſola uerſatur circa ſingularia, ut ſenſus ſingularium eſſe dicitur. Sic igitur *D*ei ſcientia nec uniuerſalis appellari poteſt, neque ſingularis cum neutras rationes excludat, ſed in omnibus rebus utraſque attingat perfectiſsimè; obque hanc cauſam merito dici poſsit in priori ſenſu, uniuerſaliſsima. Sed hæc omnia magis patebũt ex ijs, quæ dicentur inferius, ad perfectionem quaſi extenſiuam eiuſdem ſcientiæ diuinæ pertinentibus.

Thom.

Quomodo intelligendus eſt Diu. qui inquit ſciẽtiã Dei nec vniuerſalem eſſet, nec particularem.

Quarta excellentia. Cap. 4.

1 QVanta excellentia eſt claritas, eſt enim in primis clariſſima, & euidentiſsima, hæc enim perfectio maximè pertinet ad eſſentiam ſcientiæ; ſi ergo illa ſcientia Diuina in eſsentiali ſciẽtiæ ratione ſummè perfecta eſt, etiã in claritate neceſſe eſt eſſe perfectiſsimam: quocirca viſio ſæpe nuncupatur, quaſi certiſsima, maximeq. perſpicua cognitio; nec mirum, nam Deus omnia habet, quæ neceſſaria ſunt, ad ſincerè, & ſine errore vllo videndum, atque iudicandum; & primum quidem lumen: Nam quamuis res in tenebris pluſquam cimmerijs demerſa ſit, habet tamen Deus inſitum lumen, & quaſi per extramiſſionem radiorum, obiectum luce perfundere videtur, & vidẽdo aptiſſimũ reddere, iuxta illud Daniel. 2. *Nouit in tenebris conſtituta, & lux cũ eo eſt*. Ac ita eſt ab eo inſeparabilis, ſicut & eius natura, & eſſentia: Nam quemadmodum ſpecies, & actus intelligendi, quo Deus cognoſcit omnia, nihil aliud eſt, quam ipſemet Deus ipſaque met natura Diuina; ita dicendum eſt de lumine ad videndum, & cognoſcendum neceſſario. Quod non obſcure demonſtrat Dauid Propheta illis verbis Pſalm. 89. *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſaeculum noſtrum in illuminatione vultus tui*. vel, vt ex verbo poteſt traduci, *Ad luminare vultus tui*, nec ſine myſterio luminare Dei non aliud appellat, quàm vultũ ipſius, nam ſi per Dei faciem ſępe in ſcripturis ſacris eius eſſentia figuratur, non poterat ſignificãtius dici lumen Dei eſſe ipſius naturam, quã vultum Dei, eius luminare appellando, quod lumen eſt, aut quod claritatem, ſplendoremque de ſe diffundit. Non ergo ob defectum luminis poteſt vnquam impediri cognitio Dei, nec etiam ob maximam fortè diſtantiam obiecti, cum non ſolùm ſit illi proximus, ſed intimè cum illo coniunctus; atque ea coniunctio nõ ſolùm non impedit Diuinam viſionem, ſed potius in cauſa eſt, vt res intimè cognoſcatur, iuxta illud Prouerb. 15. *In omni loco oculi Domini*, & illud aliud Herem. 23. *Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus? numquid non cęlum, & terram ego impleo?* ideſt, intimè adſum rebus omnibus, vt omnia videantur mea præſentia, atque eſſentia

Claritas & euidentia ſciẽtię Dei.

Daniel. 2.

Pſãlm. 89.

Pulchrè id probatur auctoritatibus ſacræ Scripturæ.

Prou. 15.

Hier. 23.

ſentia non ſolum contineri, ſed etiã impleri, ſi quid enim ſolidi habent, à me habent, qui intimè illis adſum. Hæc omnia iuxta Symmachi ſentẽtiam optimè perſtrinxit Dauid Pro-
3 pheta Pſal. 138. Nam cum duæ ſunt viæ alicuius obtutum ſubterfugiẽdi, vel loci diſtantia, vel tenebrarũ, & caliginis præſidium, concludit, ſe non poſſe vllam humano, ac terreno ingenio viam, atque rationem inuenire, per quam Deum fugiat, aut lateat: Nam cum vnam expoſuiſſet à locorum diſtantia ſumptam velocitatem fugiendi, ſeu in ſublime, ſeu in profundum, ſeu in orientem, ſeu in occidentem in medium affert, quibus motibus omnes alios eſt complexus, ad alteram rationem tranſit eam porro, cum ſi nõ fugæ præſidio ſubductus, tenebris certus, & obſcuritate coopertus quiſpiam latet. *Et dixi forſitan tenebræ conculcabant me.* Sed hanc etiam eſſe infirmam, & vanam teſtantur ſequentia verba. *E nox illuminatio mea in delitijs meis, quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius;* Nam ipſa etiam nox quæ tenebris ſuis cęlat omnia, lucida erit, & clara, & ad me demonſtrandum, atque prodendum, luminis vim habebit, neque enim tenebræ ipſæ adeo obſcuræ ſunt, vt tuam aciem obscurẽt: quin etiam ipſę nox tanquam dies lucet, cum apud te nullum ſit inter diem, & tenebras diſcrimen, & omnia, cũ intimè adſit rebus omnibus, nec aliunde lumen expectet, ſed ſecum ſemper habeat, ſuaq; luce perfundat obiectum, quamuis in denſiſſimis demerſum tenebris, qua ratione impediri poteſt, quin perſpicuè ſummaq; claritate omnia perluſtret, &
4 videat? *Oculi Domini*, inquit Eccleſiaſt. cap. 23. *multo plus lucidiores sũt ſuper ſolem*, & meritò, nam ſol iſte viſibilis res creatas illuminat, non tamen quæ non ſunt, at de Deo inquit Eccleſiaſticus eodem loco. *Antequã crearentur omnia ſunt agnita* & Hieremiæ cap. 1. *Priuſquam te formarem in vtero noui te.* Vnde ſol iſte creatus dum eijcit tenebras, dũ noctem eliminat, illas illuminare dicitur. At increatus ille ſol noctem ipſam, denſiſſimaſque tenebras facit ſplendeſcere, cum ea, quæ non extat, lucidiſsima oculorum acie attingat, & penetret, & idem Dauid eod. Pſalm. *Intellexiſti cogitationes meas de longe*, hoc eſt Chryſoſtomo interprete, Cognouiſti cogitationes animę meæ antequam anima formaret. Non ita rebus creatis ſol 5
iſte lucẽ ſuam impertitur, vt omnia perluſtret, Nec enim viſceribus terræ ſubterraneiſque locis eius radij admittuntur, & lux, at bene oculi Domini multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, nam, vt ibidem ſubditur. Circumſpiciunt omnes vias hominum, & profundum abiſsi, & hominum corda, irruentes in abſconditas partes. Et Salomon de illo teſtatur Prouerb. 15. *Infernus, & perditio coram eo, quanto magis corda filiorum hominum?* Vt autem valida ſit à maiore ad minus iſta argumentatio, & ab omni oppoſitione vindicetur hęc conſecutio, per infernũ, & perditionem intelligendæ ſunt pœnæ apud inferos peccãtibus pręparatæ mortuorumque ſtatus, ſic enim quiſque facilè ſibi perſuadebit, vel etiam occultiſsima peccata cordis Deum latere, cum ipſe ſimul videat pœnas, quas ſcelera illa perpatrantibus præparauit. Quin & ipſe Dauid ad ſubtiliſsimam diuinorũ oculorum aciem commendandam, illa, inter cœtera protulit verba eodem Pſalmo, *Semitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti*, Metha- phora ſumpta, inquit Theodoretus ab ædificantibus, & fune rectos extruentibus muros, vt ſic notum fieret

Pſal. 138. — Eccleſ. 23. — Cõparatio inter claritatem ſolis, & ſcientiæ diuinæ. — Hier. 1. — Pſal. 138. — Prou. 15. — Pſal. 138. Theodor.

Digitized by Google

ret omnibus non ſolùm opera noſtra, ſed eorum intentionem, quamuis occultiſsimam, manifeſtam eſſe diuinis oculis, tantamque eſſe claritatem eius obtutus, vt eodem intuitu opera noſtra videat, & nunc ad
6 libellam omnia proſpiciat. Sol iſte viſibilis quandoque nos languidè reſpicit, illuminat frigidè; at oculi Domini multò plus lucidiores ſunt
Iob 26. ſuper ſolē, de quo merito Iob. c. 26. *Super quem non ſurget lumen illius?* dicitur enim ſurgere, vt exorientem lucem diuinæ efficacitatis, & cognitionis intelligamus ſuper vigētem, nunquam languentem, aut occidentem: quin etiam ſi ex verbo legas, dicere poteris. *Super quem non ſtabit lumen eius?* vt non ſolùm exoriētem, & ſurgentem lucem, ſed etiam conſiſtentem ſupra noſtra capita calore, lumine, & agendi facultate præpotentem, & humanis rebus omnibus imminentem intelligamus. Huicque ſententię fauet multum locutio illa Zachariæ parentis Ioannis
Luc. 1. Baptiſtæ in ſuo Cantico Luc. 1. *Viſitauit*, inquit, *nos oriens ex alto.* Cum enim ſol iſte viſibilis ſurgere videatur, & exoriri ex terra, aut ex mari, in quod videtur immergi cum occidit. Rurſus emergere, & caput exerere vndis quaſi exiſtimatur, cum exoritur, & ſurgit: Diuinum tamen lumen ita ſuper nos ſurgit, vt cum ſurgit oriatur ex alto, & cum ſurgit, ſtet, & conſiſtat ſupra noſtra capita, nunquam nos languide reſpicit, nūquam illuminat frigidè, ſed pleno lumine, ardēti charitate, ſicut cum ſol lucet in virtute ſua, eſt enim totius luminis, & claritatis fulgentiſſimus ſol. Quod ſi ſol iſte, ſimul & luna teſtes vocantur in ſcriptura ſa-
Pſal. 88. cra iuxta illud Dauid. Pſalm. 88. *Et*
7 *teſtis in cęlo fidelis*. quæ quidem verba ad literam de his ſyderibus nōnulli recentiores intelligunt, quia lucida ſunt, & rem in tenebris fieri, & clàm omnibus eſſe non patiūtur, ſed ſuo lumine occulta produnt, & detegunt. prætereaque teſtes ſunt perpetui; Nō enim, vt fieri ſolet: interitu ſuo iurantem à periurij infamia ſunt liberaturi. quem locupletiorē teſtem poſſumus aduocare actionū omnium lucidiſsimum, atque æternum, quàm Deum ipſum, cuius oculi multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem; qui ſolus dicitur habere immortalitatem, & æternitatem? meritò non ſolùm inſpector eſt noſtrarum actionum, ſed teſtis etiam iuxta illa verba Iob cap. 16. *Ecce enim in cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.* Quod ſi teſtium eſt è regione ſtare, & quod agitur, clarè videre, de Deo teſtatur Dauid Pſal. Pſal. 89.
89. *Poſuiſti iniquitates noſtras in cōſpectu tuo ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui.* Vel vt alia habet translatio, *Ad luminare vultus tui.* Cum enim in ſacris literis in conſpectu alicuius eſſe, vel poni dicatur, quod è regione ponitur, vt non limis oculis, & ex obliquo, ſed recto coniectu oculorum aſpiciatur, iure optimo inquit iniquitates noſtras poni in conſpectu Dei, vt inde intelligamus, quæ nos peruersè, & à iuſtitiæ norma diuertētes facimus, ea Deum è regione, & ad rectum, oculorum obtutum dirigere, vt ſēper aſpiciat, vt loco poſtmodum teſtificetur, & puniat. Quod ſi videre lubeat quàm grauis, quamque oculatus ſit iſte teſtis, perpendite iuxta varias editiones præfata verba. *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui.* vbi vox illa, hallumenu, teſte Hieronymo, varias habet Hieronym. Aquila.
ſignificationes, varieq; illam interpretantur. Aquila vertit errores, ſiue ignorantias. Symmachus negligentias, Alij occulta ſeu abſcondita. Quinta editio adoleſcentiam noſtram, vt pro certo quiſquis habeat

quic-

quicquid egerit, ſiue error ſit, ſiue negligentia, ſiue malitia, ſiue adoleſcentiæ perturbationes, & leuitatis. Et quodcunque quamuis occultum, & abſconditum, totum ſtatui à Deo, ad rectum oculorum eius obtutum, qui cum opus non habeat vlla illuminatione ſolis, vel lucernę, cum ſit ſibimet lux clariſſima; ſuo lumine prodit, & detegit, & res omnes, & quicqcid in ipſis cognoſcibile eſt quamuis abditiſsimum, & non modo humanis, ſed Angelicis etiam oculis impenetrabile. Quod perbellè perſtringere videtur Iob illa ſententia cap. 26. *Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt operimentum perditionis*. Quibus verbis illa Dei vis comprehenſiua, mentiſque diuinæ radius, luxq; clariſſima, quæ infernum etiam, ideſt ſubterraneas mortuorum ſtationes, terræque viſcera, eiuſque centrum detegit, optimè commendatur. Sicut enim, inquit Chryſoſtomus, cum pecudes occiderit quis, & ex carnibus detraxerit, pellem, omnia interiora reuelantur, & aperta ſunt oculis noſtris: ſic & Deo aperta ſubiacet omnia. Anſelmus item neſcio quid in illa aperiendi translatione. *Et non eſt operimentum*, &c. referenum exiſtimat ad librum, qui cum aperitur legi poteſt, ita diuinis oculis peruium, & lectu facilè eſse quicquid in noſtris conſcientiis exoratum, & ſignatum eſt, quare quod non ſeris, & repagulis claudere conamur, recludit

Iob. 26.

Chriſoſt.

Anſelm.

8 Deus, quod nos conculcare, & obuoluere tenebris, illuminat, quod operire, & contegere, reuelat, & vt paucis abſolutum, quæ pluribus de acumine, perſpicacia, amplitudine, prouidentia diuinæ ſcientiæ dici poſsēt, omnibus ad eius clariratem pertinentibus, illa verba Dauid perpendenda proponam Pſal. 10. *Palpebræ eius interrogant filios hominum*: quæ omnia mirum quàm profundi perſtringant. Modus enim ille dicēdi oſtendit tantum eſſe Dei in rebus omnibus inſpiciendis, & intimè pernoſcendi, quaſi acumen, vt vel ſolæ palpebræ ſufficiant, atque per eas veluti permeet acies videndi, & ſimplici cōiectu oculorum, & apertione palpebrarum ſtatim, &, vt dicunt, in ictu oculi, cuncta penetret, quæ ſubtilitas iudicandi vocari poteſt de rebus occultis. Importat hoc etiam magnam attentionem, vt ſcilicet nos limis, ac ſemiclauſis ſolemus oculis, fixiſque immotè palpebris, quidpiam attentiùs intueri. Præterea infrà; vel ſupra palpebras noſtras, quæ contingunt ſpecies, inſpiciendi certum excedunt ſenſum: Oculorum Dei amplitudo tanta, vt nihil vltra, citraque palpebrarum eius immenſum deducatur ſpatium. Totus oculus Deus eſt, ipſæ palpebræ videndi facultate prædictę ſunt. Vulgo dicimus (ha occhi chiuſi) cum quis tutò, ac minimè dubitans credit, ac fidit alteri. Dein de palpebris interrogare eſt, tunc Deum videre, cum videtur non videre, ſed diſſimulare, ac veluti dormire clauſis oculis. Ad hæc palpebræ interrogantes, diſcretionem ſignificant: palpebræ namque dirigūt viſum, de quibns Salomon Prou. 4. *Palpebræ, inquit, tuæ præcedant greſſus tuos, oculi tui videant, dirige ſemittam pedibus tuis*. Non vagantur, aut peregrinantur oculi Domini, ſed ſemper intenti ſunt, perſpicaces, prouidi, continuò ſuper iiſdem rebus cogitantes nihil immediatè, inconſideratè, imprudenter, temerè decernentes: ſunt ſimul tamen citiſsimi in cognoſcendo, vt pote quibus omnia nuda, & viæ hominum ipſis patentes, & lucidiores ſuper ſolem, circumſpiciunt illas. Hæc de claritate diuinæ ſcientiæ.

Pſalm. 10.

Prou. 4.

Quin-

Quinta excellentia, Cap. 5.

1 Certitudo diuinæ ſciẽtiæ cum ſumma euidentia.

QVinta,& claritati cognata excellentia eſt certitudo, hæc enim comitatur euidentiam, cum proportionata perfectione : licet enim interdũ certitudo ſit ſine euidẽtia, ſemper tamen euidentia ſecũ fert certitudinem. Et quamuis detur certitudo obſcura, quæ aliquam certitudinem euidentem ſuperet, abſolutè tamen,& ex ſuo genere, certitudo euidens melior eſt : unde ſi ſupremam comitetur euidentiam, eſt etiam ſuprema certitudo : talis autem eſt certitudo ſcientiæ diuinæ,idq; tam firmiter tenendum eſt, vt blaſphemia ſit tribuere Deo cognitionem non certam, & coniecturalem.Probatur,nam impium eſt aſſerere,Deum poſſe falli, & eius cognitionem falſitati eſſe expoſitam, ergo etiam affirmare, non eſſe ſummè certam. Nam quemadmodum infallibilitas idem ferè eſt,quod certitudo,ita etiam fallibilitas eſt incertitudo, ſeu coniectura.Et confirmatur magis; nam qui per coniecturas procedit, quaſi diuinando cognoſcit, & nunc rem attingit ſua cognitione ſicuti eſt, nunc verò minimè. Quod tãtũdẽ valet,ac ſi diceretur, quamuis res natura ſua ſit ſcibilis, habeatq; in ſe ipſa ſufficiens fundamentum,vt poſſit ſciri: nihilominus coniecturantem quandoq; latet, ac non ſemper eius intellectus eſt conformis rei ſicuti eſt:hoc autẽ dicere de intellectu,& cognitione diuina, eſt blaſphemum,ſicut eſt illud, eſſe Deũ erroris, & ignorantiæ capacẽ. Omnis ergo opinio, aſſenſuſq; fallibilis,& formidoloſus à Deo eſt reijciẽdus: & quamuis nouerit quidem ipſe rationes omnes, quibus homines niti poſſunt ad aſſenſus probabiles eliciendos,hæc tamen notitia in Deo, ſciẽtifica eſt, & euidẽs,qua nouit quod pódus habeat vnaquęq; ratio ad probabilitatẽ generãdam. Et omnino concedenda in Deo eſt ſcientia probabilis, & coniecturalis obiectiuè,quã.ſ.poſſet habere intellectus creatus,non autẽ ſubiectiuè; nam certũ fere iudiciũ de rebus incertis,& de coniecturis, quibus adducuntur homines ad aſſenſus coniecturales,& formidoloſos,iuxta illud Dauid Pſal. 93. *Dominus ſcit cogitationes hominũ,quoniam vanæ sũt*. Nota,Deum ſcire quod cognitionẽ ſignificat omnis formidinis, & fallibilitatis expertẽ, id,quod vanũ eſt, .i.fallibile,& inefficax, quemadmodũ vt plurimũ ſunt hominum cogitata,ergo rem fallibilẽ infallibiliter attingit: vnde mutabiles res,& contingentes,non cognoſcit,& ſcit,niſi quatenus euidentiæ, & certitudinis ſunt capaces v.g.ſi effectum contingentẽ in cauſis,& in circumſtantijs contemplatur,ſolùm cognoſcit, cauſam eſſe ſufficientẽ,indifferentem tamen ad producendum, vel nõ producendũ effectum,vel æquè, vel cũ maiori propenſione ad vnam partẽ, quã ad alteram oppoſitam, prout re vera fuerit; effectum autem eſſe determinatè futurum non iudicat, niſi intuendo cauſam, non inquam indifferẽtem,ſed ſuo tẽpore determinandam,& omnino in ipſa cauſæ emanatione:mutabilia igitur, & fallibilia, niſi certo, & infallibiliter noſcit.Quod lepidè oſtenditur illis verbis Luc. 11. *Propterea & ſapientia Dei dixit Mittã ad illos Prophetas,& Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequentur*. Nota de certa prædictione futuri contingentis, & fallibilis loquentem Euangeliſtam, præmittere illa verba. *Propterea & ſapientia Dei dixit*, quæ maximam habent energiam, & certitudinem futuri,quamuis mutabilis,indicant.Dei enim ſapientia,nec fallitur,nec decipitur,& quamuis contingentes, & mutationi

Sciẽtia probabilis in Deo concedenda eſt obiectiue non autem ſubiectiuè & probetur ſacra ſeruata.

Pſal. 93.

2 Luc. 11.

ni obnoxias certò, & infallibiliter cognoſcit, & eodẽ modo prædicit.

3 Et quod mirabilius eſt, quamuis dentur gradus, & intercedat inæqualitas inter veritates cognitas per illam ſcientiã diuinã, cum quędã ſint increata, creatæ aliæ, quædam immediatæ; aliæ nequaquam, ſed mediatæ: quædam neceſſariæ, aliæ vero contingentes, ſemper tamen illa cognitio eodem modo eſt ſummè certa, & infallibilis; nam tota hæc varietas vniformiter cadit ſub illam ſcientiam, quæ ſub eodem infinito lumine, & abſq; dependentia ab obiecto vnamquamque veritatem videt iuxta gradum eius, & ideo omnibus eſt ſummè adæquata, atq; ita ſummè vera, & infallibilis.

Sexta excellentia.

Cap. 6.

Scientia Dei inuariabilis & immutabilis.

1 Coniuncta perpetuò cum præcedenti eſt ſexta excellentia, ſecũdùm quàm dicitur inuariabilis, & immutabilis ſcientia diuina: quãuis enim ſciat Antichriſtum eſſe futurum, & cum viderit præſentem, cognoſcet non eſſe futurũ, & nunc cognoſcat eſſe Adam, quem aliquãdo futurum eſſe nouerit, inuariabilis tñ dicitur, & immutabilis ſcientia diuina: ſi enim conſideremus illam in ſua æternitate, nihil in ea mutatur, aut eſt præteritum, & futurum, ſed idem ſemper intuetur: hæ autẽ differentiæ ſolùm dicuntur eſſe per denominationem extrinſecam temporum illi coexiſtentium; nam cum in rebus videat ſucceſsionem in ordine ad illam, & ad temporalem durationem, videt nunc, rem eſſe præſentem, & antea fuiſſe futurã, & poſtea præterire; ipſe tamen ſemper illam intuetur eodem modo, & ex arce æternitatis oĩa immutabili intuitu videt, etiam illa, quæ in ſe variantur, & omnia pro ſuis temporibus reſpicit. Nec in reſpectibus rationis varietatem reſpicit, nã in illis sẽper, & ꝑpetuò permanet diuina cognitio.

2 Cognitio quã habet Deus rei præteritæ præſentis, & futuræ nec ratione diſtinguitur.

Quin etiam ad vberiorẽ doctrinã aſſerimus, cognitionẽ, quam habet Deus rei præſentis, præteritæ; & futuræ, nec rãtione diſtingui, cum nõ habeat vnde oriatur: nõ ex variatione cognitionis diuinę, hæc enim in *Deo* cadere non poteſt; nec etiam variatione rei cognitæ; nam ſemper fertur in rem ſecundùm eandem eſſentiam, & exiſtentiam in actu; quod verò intelligatur vt præſens, aut vt præterita, aut vt futura, nulla fit variatio in re cognita, ſed tantùm in tempore, ad quod res cognita refertur, eadem enim res cognita prout eſt actu ſecũdùm ſuam exiſtentiam, quatenus relata ad vnum tempus, eſt præſens, & quatenus ad aliud, eſt præterita, vel futura, & ideo ſemper eadem eſt cognitio, ſeu ſcientia viſionis, terminata ad eandem rẽ, vt eſt actu. Si quis autem cõtendat contrarium cum Gabriele in 1. diſt. 39. dari ſcilicet diſtinctionem rationis inter ſcientiã rei præſentis, præteritæ, & futuræ propter variationẽ temporum, ita vt prima dicatur ſciẽtia, altera memoria, tertia præſentia, nõ admodũ laborauerim, videtur n. quæſtio eſſe de nomine, nec immutabilitati diuinæ ſcientiæ, aut inuariabilitati, vel tantillum præiudicat, cum ſecundùm illos reſpectus perpetuò conſideretur, inuariabilis, & immutabilis eſt ſcientia diuina, nã quamuis ſcientia viſionis, quam habet Deus de rebus actu exiſtentibus in aliqua differentia temporis non ſit ſimpliciter neceſſaria, cum nec ſimpliciter neceſſariũ ſit, creaturas aliquas habere exiſtentiam, ſed contingens, inuariabilis, & immutabilis tamen eſt ſcientia diuina, alia eſt enim neceſſitas ſimpliciter, à neceſſitate immutabilitatis: verum igitur eſt, hanc ſcientiam viſionis

Sententia Gabrielis probabilis.

Digitized by Google

ſionis non eſſe ſimpliciter neceſſariam, & in hoc ſenſu vocari liberã, & contingentem, at nihilominus neceſſaria eſt neceſsitate immutabilitatis, poſtquam enim ad tale obiectum terminata eſt, in illa quaſi habitudine neceſſariò immutabilis perſeuerat, imò ſi conſideremus in ſcientia viſionis, quod eſt reale, & intrinſecum *Deo*, per quod tanquã per formã (vt noſtro modo loquar) intuetur res creatas, & exiſtentes; non enim per aliquid extrinſecum, vel per aliqua entia rationis huiuſmodi obiecta appræhendit, ac intellectualiter repræſentat, id totum eſt neceſſarium neceſſitate abſoluta, & ſimpliciter, licet non conferat illam denominationem, qua Deus dicitur ſcire creaturas exiſtentes eadẽ abſoluta neceſſitate.

Scientia viſionis quã habet Deus licet nõ ſit ſimpliciter neceſſaria, eſt tamen immutabilis.

3 Nec eſt inconueniens, quod res ſimpliciter neceſſaria poſſit fundare reſpectum non neceſſarium, quia quod talis reſpectus neceſſarius nõ ſit, prouenit ſolùm ex parte termini, & obiecti; in obiecto verò non eſt veritas abſolute neceſſaria, eſt autẽ de ratione ſcientiæ, vt repræſentet obiectum tale eſſe, quale in ſe eſt; ſufficit ergo, quod ſuppoſita obiecti veritate, Deus ex neceſſitate conſtituatur ſciens illud per ſuam æternam, ac neceſſariam ſcientiam, quia intellectio diuina in ſe non eſt formaliter libera quoad exercitium, cum hoc non pertineat ad perfectionem, ſed ad potentialitatem potiùs, & limitationem. Neque etiam eſt libera quoad ſpecificationem, quia ſemper cnm euidentia iudicat de re ſicuti eſt, & in illa intuetur omnem habitudinem præteriti, vel futuri, quam in ordine ad ſuam propriam menſuram habitura eſt: Suppoſita igitur obiecti veritate ſemper illud intuetur, & eodem modo & hoc ſat eſt, vt ſcientia viſionis dicatur immutabilis, & inuariabilis, & ſecũdũ hanc rationem neceſſariam.

4 Inuariabilis, & immutabilis eſt ſcientia diuina, nã quamuis dicatur Deus cognoſcere rerum exiſtẽtias, & ipſas intueri extra ſuas cauſas, ſcientia viſionis, quas non attingit ſcientia ſimplicis intelligentiæ, hoc tamẽ nihil diuerſitatis facit ex parte ſcientiæ Dei, ſed ſolũ ex parte obiectorũ: neq; ex eo, quod obiecta exiſtãt extra ſuas cauſas, ſcientiaq; diuina dicatur viſionis comparatione eorũ, vlla maior euidentia, claritas, aut perfectio aduenit ſcientiæ diuinæ, quæ æquè clara, & perfecta eſſet notitia, eorundem obiectorũ cõparatione, eſto nũquã futura eſſent, cũ .n. in Deo euidẽs cognitio futurorũ non pendeat ex eorũ exiſtentia, & experimẽto, ſicut in nobis, & in Angelis. Idẽ actus ſimpliciſſimus, & indiuiſibilis, qui eſt cognitio ſimplicis intelligentiæ, ſuppoſita obiecti veritate, & exiſtentia extra ſuas cauſas, iam dicitur, & eſt notitia intuitiua, ſine vllo reali augmento, nec intrinſeca mutatione.

5 Inuariabilis tãdẽ, & immutabilis dicitur ſcientia diuina, quãuis .n. per ſciẽtiã viſionis multa intueatur, quę intuitus nõ fuiſſet, ſi ipſa nõ extitiſſent, cõſtetq; etiã in rebus cõtingẽtibus aliquas propoſitiones potuiſſe eſſe veras, quę nunc non ſunt veræ, & contra aliquas nũc eſſe veras, quæ potuerunt eſſe falſæ, vt Petrum fore ſaluãdũ, & nunc Deus ſcit eas, quæ veræ ſunt, non eas, quæ ſunt falſæ, licet ſciat, illas eſſe falſas, & oppoſitas veras, & potuiſſet oppoſitũ ſcire, ſi illud futurũ fuiſſet in rebus. Per hæc tñ non augetur, nec minuitur illa ſciẽtia neq; ſecundũ rẽ, quia hæc repræſentatio contingentium nihil rei illi addit, neq; ſecũdum rationem, quia ſemper neceſſe eſt alterutram partem eſſe veram, ſcilicet aut rem eſſe futurã, aut non eſſe futuram. Et Deus ex æternitate videt

eam partem, in qua veritas obiectiua eſt, & ob eandem cauſam nũquã variatur ſecundùm ſe, quia intuitum illum, ſeu reſpectum, aut conformitatem, quam ex ęternitate habet cũ tali re, ſemper retinet, ideoq; ſimpliciter, & ea parte ipſius Dei, nihil nunc ſcit, quod antea non ſciuerit, neq; e conuerſo aliquid nũc neſcit, quod antea ſciuerit, quãuis ex parte rerum, & in ordine ad ſucceſſionem temporis, & varia inſtantia eius, aliqua propoſitio nunc eſt vera, quæ antea vera non fuit.

6 Quod ſi attente conſiderentur illa verba Iacobi 1. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, clariùs percipiet, nullo modo poſſe fieri, vt nũc Deus ſciat aliquod futurum, quod ante non ſciebat, aut neſciat, quod antea ſciebat. Nam quamuis aliquis contenderet, id totũ poſſe fieri variato reſpectu rationis cognoſcentis ad cognitũ, nulla mutatione intrinſecùs facta in Deo; Nã cognitio, qua Deus nouit, hoc eſſe futurum, nihil addit ſupra nudam ſcientiam Dei, niſi reſpectum tantùm rationis ad tale obiectum. Obijci tamen poſſet id tantùm rationis ad tale obiectum. Obijci tamen poſſet id tantùm vindicare Deum à tranſmutatione, non autem à viciſſitudinis obumbratione, nam cũ ratio fundandi huiuſmodi reſpectus ſit operatio Dei ad intra, non autẽ operatio Dei ad extra, vt reſpectus dominij, cauſæ &c. non poſſunt denuo aduenire ſine variatione aliqua, aut viciſsitudinis obũbratione in ipſomet actu ſciendi, à quo proficiſcuntur. Multa videri poſſunt apud D. Tho. 1. p. q. 14. art. 15. & primo contra Gent. c. 67. & q. 2. de verit, art. 13. præſertim ad 7. Interim hæc dicta ſufficiant de immutabilitate, & inuariabilitate diuinæ ſcientiæ.

Thom.

Septima excellentia. Cap. 7.

Septima excellentia eſt independentia huius diuinæ ſcientiæ, quod. n. dictum ſupra eſt, proprium Dei eſſe nullius indigere, hoc etiam ineffabili modo verificatur de eius ſciẽtia; licet. n. cognoſcat Deus oĩa in ſe ipſis, non tamen hãc cognitionẽ accipit ab obiectis, nec indiget extraneo principio, ſpecie, aut actu, vt illa cognoſcat, ſed omnia attingit per ſuã ſubſtãtiã, & eſſentiã; quæ ad omnia intelligibilia repræſentanda ex ſe ipſa ſufficiens eſt; & quamuis cognitio diuina terminetur ad creaturas, cũ illas in ſe ipſis cognoſcat, modo ſupra explicato, nihil imperfectionis inde ſequitur in ſciẽtia Dei, cũ hoc terminari nullã ponat in ea dependẽtiã à creatura, ſed ſolùm ſit eminenter, & intellectualiter repræſentari; repręſentari aũt creaturas in Deo nõ eſt aliqua perfectio relatiua ad creaturas, quæ, ipſis ſublatis, de medio tollatur, ſed eſt ipſamet eſſentia Dei, in ſe quidem abſoluta, quę eodẽ modo in Deo permaneret, ſi nullæ eſſent poſſibiles creaturæ, ſed non diceretur à nobis repręſentatio creaturarũ, quia hæc intelligitur cũ relatione ad creaturas, quibus ſublatis, omnino perit, ſicut dicitur de præſciẽtia futurorũ. Vnde nec ſequitur ſciẽtiã illã habere propriã ſpecificationẽ, aut habitudinẽ traſcẽdẽtalẽ ad talia obiecta, quia per ſe nõ ordinatur ad illa, neque eſt inſtituta (vt ſic dicã) propter illa, ſed in ſe, & propter ſe tãtũ eſt; illa verò omnia, quæ ſũt extra ſe, ſolũ cõſequẽter, & ex eminẽtia perfectionis attingit. Et quẽadmodũ viſio Dei creata, qua fruũtur beati in patria, licet per illã videãt Deũ, & creaturas in eo, nõ tñ accipit ſpeciẽ, & rationẽ ſuã à creaturis, ſed à *Deo*, quia Deus eſt primariũ illius obiectũ, creaturæ autẽ ſecũdariũ. Idem, multòq; maiori ratione 1

Independẽtia ſcientiæ diuinæ.

tione affirmandũ eſt de viſione in-
creata ipſius Dei, q̃ ſimpliciter eſt,
magiſq; abſoluta,& indepẽdẽs, tan
tumq; abeſt, vt illa ſit ens coaptatũ
2 ad creaturas, vt potiùs D. Paul.ad
Hebr. 11. dicat aptata eſſe ſæcula
verbo Dei ſatis;ſic demonſtrans,nõ
modo Deũ,& diuinã ſcientiã non
indigere creaturis ad aliquã ſui per-
fectionẽ, ſed potiùs creaturas indi-
gere ſciẽtia diuina nõ.n. poſſẽt eſſe
aptè, & appoſitè facta, neq. debitũ
inter ſe ordinem ſeruare, niſi eſſent
aptata verbo Dei, cõceptui diuino,
creaturarũ omniũ Ideæ, hæ.n. quẽ-
admodum diuina ſcientia dirigẽte,
& eiuſdem Dei efficacia indigent,
vt ſint, ita etiam a diuina eminentia
& potẽtia,à qua non ſeparatur ſciẽ-
tia,habent quòd poſſibiles ſint.

Hebr. 11. Creaturæ potius pendent à ſciẽtia diuina quam è cõtra probatur auctoritate D. Pauli.

Tãdem ſi conſideremus,Beatum
cognoſcentem omnia, quæ ſunt in
Deo formaliter,atq; adeo ipſam co-
gnitionem,& notitiã Dei,qua.ſ.co-
gnoſcit omnia, q̃ ſunt in ipſo eminẽ-
ter,nõ tñ cognoſcere illa omnia tã-
quã obiectũ illius notitiæ diuinæ,nõ
leue hinc ſumitur argumẽtũ, ſciẽtiã
diuinã nõ eſſe q̃d coaptatũ ad crea-
turas cognitas, alioquin non poſſet
quidditatiuè cognoſci, niſi cogno-
ſceretur obiectũ,quod ipſam termi
nat:Cũ igitur nõ ſequatur ex cogni
tione quidditatiua,& diſtincta noti-
tiæ diuinæ hauriri cognitionẽ obie-
ctorum omniũ,quæ illam terminãt,
ſatis inde colligitur, notitiã diuinã
nihil accipere ab huiuſmodi obie-
ctis, ſed eſſe in ſe planè abſolutã, &
independentẽ,tantùmq; habere or-
dinẽ ad illa,ſecũdũ rõnẽ,& noſtrum
intelligẽdi modũ,nõ aũt quidditati
uũ,& ſibi eſſentialẽ. Verũ hoc ſit o-
biter dictũ. Efficacius argumentũ ad
probãdũ,ſciẽtiã diuinã nõ eſſe coa-
ptatã ad creaturas cognitas, ſumi-
tur à ſimili argumẽto, quo ſupra ꝓ-
bauimus, cum de cognitione om-
nipotentiæ in Verbo,omnipotentiã
nõ eſſe coaptatam ad eas poſſibile.

Octaua excellentia. Cap. 8.

OCtaua excellẽtia,quæ etiã ad 1
præcedentẽ magis explicã-
dam confert maximè, eſt conuenire
ſcientiæ diuinæ eſſe ſuo modo rerũ
omniũ creaturũ cauſam, atq; in re
quidẽ per ſe, & proprijſſimè efficien
do illas,quatenus in re eſt ipſũ eſſe,
& omnipotẽtia Dei ſecũdum vero
propriã rõnẽ, diſtinguendo potẽtiã
exequentẽ,à quo ſecũdũ rõnem di-
ſtinguitur; nõ.n.conſtituitur Deus,
formaliter loquendo,potens ad agẽ
dũ per ſcientiã, ſed per ſuã ſubſtan-
tiã,& omnipotẽtiã;ſcientia verò eſt
quædã veluti cõditio neceſſaria ad
perfectũ modũ agendi. At quemad-
modũ Angelus mouens cœlũ, ope-
ratur, vt agens intellectuale per in-
tellectum,& voluntatẽ,& tamen nõ
intelligitur formaliter conſtitui po-
tens ad mouendũ per intelligentiã,
ſed per potentiã motiuã,quę per co
gnitionẽ dirigitur, & per voluntatẽ
applicatur ad agendũ. Ita nobiliori
modo affirmandum eſt,id reperiri in
Deo. Quare ſi ſciẽtia Dei cõſidere-
tur,vt actu dirigens,& quatenus eſt
exemplar, ratioq; efficiẽdi hanc vel
illã naturã,ita immediatè cõparatur
ad ipſam potẽtia diuina, ſicut ad vo
luntatẽ, nam ſicut ab hac immedia-
tè applicatur, ita ab illa immediatè
dirigitur. Et quãuis ſcientia diuina,
vt habet rationẽ prudẽtiæ,& vt mo-
uet voluntatẽ proponendi illi obie-
ctum,remotius concurrat; ſi tamen
loquamur de ipſa, vt habet rõnẽ ar-
tis,& vt exẽplar eſt dirigẽs ad opus,
immediatè cõcurrit ad rectã execu-
tionẽ, vt ad pingendũ nõ concurrit
ars,mouendo voluntatẽ,ſed imme-
diatè dirigẽdo manũ, quod propriè
ſpectat ad cauſã,ex exẽplarẽ. Quod
autem ſcientia diuina habeat ratio-
nem artis, diximus cũ de tertia eius
excellentia, vbi id etiã confirmaui-
mus ſacræ ſcripturæ auctoritatibus.

Scientia diuina eſt ſuo modo omnium rerũ creatarum cauſa.

Nona excellentia. Cap. 9.

1 NOna excellẽtia ad extenſionẽ diuinæ ſciẽtię pertinet, quod non eſt intelligendũ (vt per ſe clarũ eſt) de extẽſione entitatiua ex parte ipſius ſciẽtiæ, conſtat. n. indiuiſibilẽ, ac ſimpliciſſimam *Dei* entitatem nõ eſſe capacẽ huius extenſionis: dicitur ergo diuina ſcientia ſummè perfecta in extẽſione ex parte obiecti, quia in ſe ſimpliciſſima exiſtens, oĩa obiecta ſcibilia intuetur: hoc autẽ primùm patet generali ratione infinitæ perfectionis Dei, eſt. n. oĩs perfectio eius infinita ſub omni rõne, quæ ad perfectionẽ ſimpliciter ſpectat, ſed habere hoc modo ſcientiã infinitã, & cõpræhẽſiuã omnis obiecti ſcibilis, pertinet ad perfectionem ſimpliciter, dicit. n. perfectionẽ ſine imperfectione vlla, & cęteris paribus, eſt maior perfectio, ergo. *Deinde* poteſt hæc eadẽ veritas probari, ſingillatim percurrendo per omnia obiecta ſcibilia, non. n. ſolùm ſe ipſũ intuetur, & videt, & quæ intra ipſũ ſunt, ſed etiam creaturas poſſibiles, ſeu ab ipſo factibiles, & tandem res oẽs in aliqua temporis differentia exiſtẽtes; ita vt nihil ſit in rerũ natura, aut fuerit, vel futurum ſit, quod eius obtutum ſubterfugiat.

Scientia Dei dicitur ſumme perfecta in extenſione ex parte obiecti.

2 Et vt prætermittamus cætera omnia, quæ in hanc ſententiã dici poſſunt, ſatis id erit probare de tribus generibus rerum, quæ ſupra omnem sũt naturæ createę cognitionẽ; ſic. n. argumẽtatione a maiore ad minus, confirmantur. Vnum igitur eſt rerũ ſupernaturaliũ: huiuſmodi ſunt myſteria noſtræ fidei, vt Trinitatis, Incarnationis, Euchariſtiæ. Alterum eorum, quæ vocãtur arcana cordiũ, vti ſunt propriæ voluntatis, & intellectus actiones, ſiue merita ſint ſiue demerita. Tertium eorum, quæ vocantur in ſcholis futura contingentia, quæ nec ſunt actu, nec fuere vnquam, nec in cauſis ſuis determinate continẽtur, ob idq; certam cognitionẽ parere non videtur poſſe. Hęc omnia nuda ſunt oculis *Dei*, vt præſeferunt illa verba Danielis 2. *Ipſe reuelat profunda, & abſcondita, & in tenebris conſtituta.* Per profunda, ſupernaturalia myſteria intelliguntur; per abſcõdita, ſecreta cordium: per conſtituta in tenebris, futura contingentia, ob dictã rõnem, nam quemadmodum ſe habent ad ſenſum oculorum lux & tenebræ: ſic ad cognitionẽ intellectus, potentia, & actus. Atq; huius triplicis difficultatis intelligendi, ſimilitudinem quandã in viſu licet cernere, minimè alienam, cui quędam ignota ſunt, quia longè diſtant: alia quia ſunt in tenebris: nonnulla, quod aliquo impedimento ab ipſo viſu obliteſcunt: omnia tamẽ ſunt aperta oculis diuinis; ipſorumq; acies omnia attingit, & penetrat. Et quod ad cogitationes 3
pertinet cordiũ, ita hæc ſecreta ſcire, & reuelare Dei proprium eſt, vt hoc ſolo argumẽto concludãt Dicipuli, Chiſtum eſſe Filiũ *Dei*, vt patet ex illis verbis Ioan. 16. *Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget, in hoc credimus, quia à Deo exiſti:* quin etiam inferunt, ipſum ſcire omnia (quod omniſcientiæ diuinæ eſt) quia mentiũ, cogitationes, & volũtates occultas ſcit, ſpecialiq; *Dei* prouidentia factũ arbitror inſipientẽ illũ Pſ. 13. ſuam ſententiam protuliſse, ſed in corde tantùm dixiſſe. *Non eſt Deus*, vt inde argumento (vt aiunt Dialectici, ad hominem) facilè cõuinceretur; nam cum ipſe ſecum mentetenùs dixerit *Non eſt Deus*, idque iam eulgatum ſit per totum orbẽ vt nullus, præter *Deum*, cogitationes cordium penetrare valeat, euidens eſſet, *Deũ* eſſe, qui id reuelauerit. Futura etiam cõ- 4
tingentia non ſolùm cognoſcit, ſed tanta claritate, vt videre ea dicatur,

Pſal. 13.

Deum ſcire omnia, quia occultas cogitationes cordis ſcit optime infertur.

iuxta

iuxta illud Pſ. 138. *Et oēs vias meas præuidiſti*, quod plùs eſt, quàm ſi dixiſſet, præſciuiſti, viſio.n.rē præſentē requirit, ſcientia verò nequaquā, vt igitur indicaret Dauid, cognitionem diuinā non quocunq; modo futura attingere, ſed ea claritate, qua res præſentes intuemur, omnes, inquit, vias meas præuidiſti. Neq; hinc fit, vt tollatur libertas, aut rerū contingentia, per hanc.n.præſciētiā nō imponit *Deus* neceſſitatem aliquā rebus ſic cognitis, cum hæc, vt huiuſmodi non ſit eorū cauſa, imò ſupponit tā ex parte Dei, quàm ex parte cuiuſuis alterius cauſæ neceſſariæ ad talem effectū, totā efficaciā, ſeu concurſum, ſuo tempore futurū, Et Deus per hanc ſcientiam intuetur res futuras, vt ſuæ æternitati prę-

5 ſentes. Quod quam conſonum ſit ſacræ ſcripturæ ſatis patebit ponderāti illa verba Chriſti *Domini* Io. 8. *Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris*. Verùm quia abſolutè protulerat *Moriemini*, &c. vnde aliquis poterat colligere, quia Deus prædicit aliquod futurum, ita erit, non quia erit futurum prędicit, ſubiungit. *Si non credideritis, quia ego ſū, moriemini in peccato veſtro*. tum vt explicet cauſam; cur in peccato morientur, nimirum quia in ipſum non credunt, non ob eius pręſcientiam, & prædictionem, tū vt liberum eorū arbitrium ſignificet, nempe ipſos ſibi eſſe cauſam, quod in peccato morientur, nō prædictionem diuinam, poſſeq; effici, vt non in peccato moriātur, ſi credant; infallibiliter tamē morituros, cum ſit ita prædictum, & præuiſum: præuiſio autem hæc, & præſcientia cum rerum veritatē ſupponat, infert neceſſitatē conſequētię, non ſimpliciter, & abſolutam, & D. Auguſt. lib. 3. de liber. arbitr. c. 2. dirimens illam quæſtionem, quomodo pręſciētia *Dei* ſtet cum libertate noſtri arbitrij, lepidè inſuper, ac doctè reſpondet *ſi eſt præſcius voluntatis, ergo & libertatis*, nam nec volun- 4
tas noſtra, nec volūtas eſſet, niſi eſſet in noſtra poteſtate. Integris igitur libertatis iuribus *Deus* ab æterno intuetur omnia contingentia, ſuoq; infinito lumine, nullo indigens medio extrinſeco, æternaq; viſione attingit omnia tēpora, & in ſingulis intuetur quicquid in eis eſt, quod reſpectu diuerſarum partium ipſius temporis futurum, vel præteritum denominatur: reſpectu verò diuinæ viſionis ſemper eſt ita præſens obiectiuè, ac ſi ſemper exiſteret.

Ioan. 8.

Pręſcientia Dei non ponit neceſſitatem rebus futuris, cū non ſit cauſa ipſarum imò ipſas ſupponit.

Auguſt.

Quid igitur non attingit ſcientia 6
diuina? Secreta ſcrutatur cordium, profunda penetrat myſteria futura contingentia intuetur, ab æternoq; habet præſentia, ſemperq; eſt admiranda hæc eius perfectio quaſi extenſiua, ita vt vniuerſaliſſima meritò ſit, & dicatur ſcientia diuina, non ſolùm ratione modi cognoſcendi, cum in eo nulla ſit compoſitio, aut diſcurſus, ſed ſimplex intuitus, quo ſimpliciter videntur quę compoſita ſunt, & inuariabiliter quę variabilia, & ſimul, quæ ſunt ſucceſſiua; verùm etiam ex parte obiecti cogniti, cum attingat omne uerum, & quicquid aliquo modo eſt cognoſcibile, *Deū* ipſum, omne, quod eſt poſſibile, cū repugnet aliquid cadere ſub diuinā potētiā, quod nō cadat ſub diuinam ſcientiam, extenditur enim quoque ad creaturas factas, atque ad eas, quæ in quocumque tempore fiunt, aut ſunt faciendæ, etiam ad futura contingentia. Verùm inueſtigare modum, hic punctus, hic labor, obſcuriſſimum enim hoc eſt, & planè incognitum non deterrebit tamen ab opere tantæ rei difficultas: Inquiramus; nihil enim tam difficile eſt, quin quærendo inueſtigari, inuenirique poſſit.

Quo-

Quomodo Deus cognoſcat futura contingentia.

Cap. 10.

SApientiſſimè Auguſt. 1. confeſſ.
1 c.3. de Dei natura differēs, illa,
inter cętera memorāda protulit ver
ba. *Secretiſſime, & præſentiſsimè, ſta-*
bilis incomprehenſibilis: quæ quidem
tam ſi eius cōtempleris eſſentiā, quā
quæ ipſā aſſectātur attributa, ſēper
veriſsima reperies; notiſſimum.n. eſt
Deū eſſe, eundēq; eſſe potētem, bo-
nū, iuſtū, miſericordē, &c. Quid aūt
ſit Deus, & quomodo tot attributa
ſint vna ſimpliciſſima res, vna eſſen-
tia, quis nouit? aut quis dicere pote
rit; Et vt ad rem noſtrā reuertamur
nouiſſima eſt Dei ſciētia quoad exi-
ſtentiā, quod ſit maxima, ac infinita
in ipſo; obſcuriſſima tñ, & planè in-
cognita quoad modū; incōprehenſi
bile.n. videtur eſſe, quomodo Deus
videat futura, præſertim libera, quæ
pro hominis arbitrio poſsūt eſſe, &
nō eſſe, eiuſmodi ſunt cogitationes
deſideria, verba, & pleraq. hominum
opera. Quod optimè animaduertit
*D*auid Propheta, cū.n. teſtatus eſſet,
*D*ei ſcientiā ad omnia, quæ hominis
ſunt ſe extēdere, illis verbis Pſ. 138.
Omnes vias meas prævidiſti, quia non
eſt ſermo in lingua mea: ecce Domine tu
cognouiſti omnia nouiſſima, & antiqua
ne quis putaret, ac inde colligeret,
illam nobis iā ſatis cognitā, & perfe-
ctā eſſe; ſubdit. *Mirabilis facta eſt*
ſcientia tua ex me.i. mirabilior quàm
ego aſſequi poſſim. illud.n. *ex me*
phraſi hebraica ſignificat præ me,
vel ſupra me, quod explicatur per
verba ſequentia. *Confortata eſt, &*
non potero ad eam.i. præualuit ſupra
capacitatē meā: ſiue eleuata eſt al-
tius, quā ego cōſcendere poſſim, vt
2 tē apprehēdā: nā quamuis certo cer
tius ſit, & de fide *D*eum præſcire, &
præcognoſcere futura cōtingentia,
expreſsèq habeatur in multis ſacræ
Scripturæ locis, vt eſt illud Eccl. 23. Eccl. 23.
Domino Deo antequā creentur omnia
sūt cognita, & loquitur ſpecialiter de
actibus humanis, de quibus Pſ. 138.
Intellexiſti cogitationes meas de longè, Pſ. 138.
& illud aliud Sap. 8. *Signa & mōſtra*
ſcit antequam fiāt, & euentus ſeculorū,
& temporū. Vnde etiā ſæpe in ſcri-
pturis De⁹ prędicit futura; imò hoc
dicitur Dei propriū, iuxta illa Iſaiæ
verba c. 41. *Annuntiate nobis futura,* Iſai. 41.
& dicemus, quia Dij eſtis vos. quod
de his cōtingētibus liberis, & de mo
do, quo à Deo prædici poſſunt verū
habent; alia.n. futura, quę ex ſolis na
turalibus cauſis pendent, ēt ab ho-
mine, vel ab Angelo prędici poſsūt,
futura verò libera, per coniecturam
ēt valde pbabilē à creatura quoq;
poſſunt prædici, ſed nō ſine dece-
ptionis periculo; *D*eus aūt prædicit
hæc futura libera infallibili prædi-
ctione; prædictio aūt ſupponit præ-
ſcientiā, & quemadmodum de fide
eſt prædicere: ita eadem fide te-
nendum eſt præſcire.

Verùm quamuis hoc ſit tā certū, 3
quā quod certiſſimū, declarare tamē
modū illa cognoſcēdi, eſt ita diffici-
le, vt hac difficultate nonnulli Theo
logi ſuperati, dixerūt nullam ſufficiē
tē rōnem, aut modum huius cogni-
tionis poſſe à nobis in hac vita ex-
plicari; ſatiſq. nobis eſſe, ſi ex infini-
tate diuinæ perfectionis *D*eum hæc
omnia noſſe cōcludamus, vt videre
licet in Ocham. Gabr. Greg. in 1. d. Gabr. Gre. Arim. Marſ.
38. & Marſil. q. 40. Sed quāuis verū
ſit, non poſſe nos exactè myſterium
hoc intelligere, aut explicare quo-
ad modū eius, diuinarū rerū more,
quas faciliùs nobis eſt oſtendere
quid non ſint, quàm quid ſint, tē-
tandū tñ eſt, nū aliquā huius cogni-
tionis rōnem aſſignare poſſimus: di-
ſcurrendum igitur nobis eſt per va-
rios modos, quique non probantur,
reijciendi: ſi quis autem reperiatur
probabilis: amplectendus.

Certum eſt de fide Deū cognoſcere futura contingentia at modus quo cognoſcat videtur ineffabilis.

Pſ. 138.

Non

Non cognoſcuntur hæc futura contingentia libera in cauſa proxima.

Cap. II.

1 QVod non cognoſcantur hæc futura contingentia libera in cauſa proxima, ideſt in volũtate, nõ nudè sũpta, ſed vt applicata eſt hic & nũc cũ hoc iudicio, hoc obiecto, hac inclinatione, ac deniq; cũ omnibus alijs, quæ illã poſſunt vel impedire, vel determinare ad volẽdũ iuxta ſententiã *Durand.* in 1. d. 38. q. 3. & Thomæ de Argẽtina in 2. d. 40. ar. 3 ad argumenta. Probatur primò, illa validiſſima ratione, quã tãgit *D.* Th. & varijs in locis 1. p. q. 14. art. 13. & q. 57. ar. 3. & 86. ar. 4. & 2. 2. q. 171. ar. 6. ad 2. & 1. contr. Gent. c. 66. & 67. Effectus in cauſa non poteſt cognoſci, niſi ſecundum eſſe, quod habet in cauſa; ſed effectus cõtingens in cauſa ſua proxima vltimo diſpoſita ad operandũ cũ omnibus prærequiſitis, nõ habet eſſe certũ, & determinatũ ſed indifferens, quia virtus cauſæ neq; ex ſe eſt ad illũ determinata; neq; ex omnibus adiunctis prærequiſitis determinatur ſufficienter, ergo non poteſt effectus talis in tali cauſa certò cognoſci. Maior, & cõſequentia per ſe videntur notæ; minor patet ex definitione cauſæ liberæ, de cuius ratione eſt, vt poſitis omnibus prærequiſitis ad agendum, maneat adhuc indifferens, poſſitque agere, & non agere. At Ariſt. lib. 1. magn. Moral. c. 9. & 3. & præſertim c. 5. noſtrã libertatem declarat per poteſtatem agendi, & non agendi, vel oppoſitum agendi, at cauſa propria, & proxima horum effectuũ cõtingentiũ eſt cauſa libera, ergo.

Duran. Th. de Argent. Thom.

Definitio cauſæ liberæ Ariſtot.

2 Dices, dari poſſe cauſam indifferentã, infallibiliter operaturã. Quod ſi quæratur in quo fundata ſit infallibilitas hæc cum tali indifferentia coniuncta; poſſet reſponderi, in cõmenſuratione voluntatis cum obiecto; poteſt. n. obiectum ita eſſe proportionatum, & commenſuratũ voluntati: poſſunt etiam auferri omnia alia impedimenta extrinſeca, impediriq; intellectus per potentiã diuinã, ne aliud obiectum repræſentet ſub ratione boni, nec ipſum ſuſpenſionis actum, & in hac commenſuratione, & proportione volũtatis cũ obiecto, infallibiliter cognoſcitur à Deo effectus contingens. Sed contra, nam vel obiectum ita proportionatum determinat moraliter voluntatem, & tunc non eſt dicendũ, inde Deum haurire cognitionẽ effectus cõtingentis, Deus enim ita cognoſcit effectum futurum, & iudicium eius ita eſt infallibile, vt oppoſitum implicet contradictionem; at quãdo de morali determinatione ſermo eſt, non implicat contradictionem voluntatẽ nõ eſſe operaturã. Adde, quod ſemper fingenda miracula, at Deus cognoſceret in voluntate ſuũ effectum contingentem, non. n. ſemper hoc modo proponitur obiectũ; imò vt plurimum non ita proponitur: in his igitur caſibus quæritur quomodo cognoſcitur futurum cõtingens, & quãdo ita proponeretur poſſet negatiuè ſe habere, & nullum circa tale obiectum, in quo videt omnem boni rationem elicere actũ. Si autem dicatur in tali commenſuratione Deum infallibiliter videre effectum futurũ, quia illud obiectũ ita determinat voluntatem, quemadmodum Deus clarè viſus in patria, ita vt implicet contradictionẽ, voluntatem non eſſe operaturam; ridiculum eſſet hoc aſſerere de obiecto creato, quod non repræſentatur ſub omni ratione boni, & ſi per impoſſibile id daretur, iam effectus futurus non eſſet contingens, de quo eſt noſtra diſputatio: quemadmodũ nec liberè amat voluntas in patria 3

Deum

3 Deum ita propoſitum. Sunt & alij, qui dicunt voluntatem prædeterminari efficienter phyſice ad vnum in ſenſu compoſito: in ſenſu autem diuiſo manere indifferentem: quare poteſt Deus videre in ipſa cauſa prædeterminata effectum contingentem futurum. Verùm quomodo illa diſtinctio de ſenſu compoſito, & diuiſo malè applicetur ab his auctoribus ad defendendam libertatem, & quomodo compoſitio antecedés actum, omnemq; libertatis vſum non poſſit ſtare cum tali effectu cõtingenti, de quo omnis eſt hæc controuerſia, patebit ex infra dicendis; ſi enim illa neceſſitas ex ſuppoſitione probatur non oriri ex ſuppoſitione ipſius effectus; vt ſit ſola neceſſitas conſequentiæ, ſed ex ſuppoſitione cauſæ conſtabit implicare in illa videri effectum contingentem, erit enim neceſſitas effectus a cauſa, & omnino neceſſitas ſimpliciter.

Diſtinctio de ſenſu cõpoſito, & diuiſo hic malè applicatur.

4 Nec vnquam mihi potuit probari illorum ſentẽtia, Deum. ſ. cognoſcere hæc futura cõtingentia in cauſa, quamuis non habeant determinatam veritatem, quia eminentia ſcientiæ infinitæ non ſolùm comprehendit cauſam, ſed etiam ſupercomprehẽdit, nam quemadmodum eius potentia licet infinita non extenditur niſi ad id, quod eſt factibile, non enim poteſt in id, quod fieri nullo pacto poteſt, ita non poteſt cadere ſub eius ſcientiam niſi id, quod eſt ſcibile. Et confirmatur nam intellectus diuinus quo magis ſupercomprẽhẽdit obiectum, eò conformiùs debet eſſe rei ſicuti eſt; quia veritas in intellectu eſt conformitas cognitionis ad rem: ſi igitur obiectũ illud non habet determinatam entitatem nec veritatẽ nõ poteſt aliter cognoſci, quàm eſt, vera cognitione. Confirmatur 2. nã obiectũ, & ſciẽtia habent proportionẽ, & commenſurationẽ ad inuicẽ. Quin & Ariſtot. in libris de anima, ex obiecto ſenſibili arguit ſenſum, & D. Th. ſæpe dicit, ſcientiam non poſſe eſſe neceſſariã, niſi obiectũ ſub aliqua ratione, qua attingitur, neceſſitatem habeat, ergo etiam à negatione obiecti valet conſequenter ad negationem ſciẽtiæ; ſi igitur obiectum contingens in cauſa non eſt obiectum ſcibile, cum determinatam non habeat veritatẽ, ergo nõ poteſt de illo dari ſcientia. Et explicatur hoc magis, nam hæc supercomprẽhenſio dicit exceſſum perfectionis in cognitione, ſolùm ex parte cognoſcentis, non ex parte rei cognitæ, cum illud, quod comprẽhenditur, ita ſit intra comprẽhendentem, vt ſic dicam, vt ex parte obiecti nihil illius lateat, ergo ad obiectum magis penetrandum, & detegendum nihil refert, cũ exceſſus ille ex parte cognoſcentis quaſi materialiter ſe habeat ad cognoſcendum vnum in alio, ſeu ex alio: ſi igitur comprehenſa tali cauſa cum omnibus eius conditionibus, ex vi illius non cognoſcitur quid factura ſit, quantùmcumq; ex parte cognoſcentis ſupercomprehenditur, ideſt licet perfectiori, & perfectiori actu comprehẽdatur, numquam poterit talis effect⁹ ex vi talis cãę cognoſci.

Reijcitur ſententia illorum qui dicũt, Deũ cognoſcere futura contingentia in cauſa libera, quia ſupercomprehendit cauſam.

Prætermitto alia, quæ poſſent afferri cõtra hãc ſentẽtiã, ſubtiliſſimè à nonnullis recentioribus animaduerſa. Non præteribo tamen aliqua ſacræ Scripturæ loca, quorum modus loquendi ſi conſideretur attentè, hoc ipſum præfert, nihil certi, nihil determinati poſſe è voluntate libera hauriri, nec ab ipſomet intellectu diuino. Id ſignificant illa verba Parabolæ Patrisfamilias apud Matth. cap. 21. *Verebuntur filium meum*, vel, vt habet Luc. cap. 20. *Forſitan cùm eum videbunt, verebuntur*, in quem locum Matthæi, ita Hieronymus. *Quod dictum eſt forte verebuntur filium meum, non de-* 5

Reijcitur hæc ſentẽtia auctoritatibus ſacræ Scripturæ.

Matt. 21. Luc. 20. Hieronym. 3.

igno-

ignorantia venit; quid enim neſciat Pater familias, qui hoc loco Deus Pater intelligitur? ſed ſemper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas hominis reſeruetur. Nota illud. *Vt libera voluntas hominis reſeruetur;* Nam cum hoc in illa indeterminatione, & indifferentia ad agendum, & non agendũ, vel ad oppoſitum actum poſita ſit, contradictionem inuoluit ex voluntate libera aliquid certi hauriri, quẽadmodum ex obiecto indeterminato, & indifferenti, aliquid determinati, & firmi. Et quamuis cognitio diuina omnis, certiſsima ſcientia dicenda ſit, nulli incertitudini, & falſitati expoſita, dum cauſam liberam in ſua libertate, & indifferentia cõtemplatur, obiectiuè eſt in illo cognitio coniecturalis, non ſubiectiuè, nam certò, & infallibiliter nouit coniecturas, & ſigna fallibilia inde colligi ad cognoſcendum effectum futurum. Reſpiciens igitur liberum arbitrium, inquit, *Verebũtur forſitan filium meum.* Sequuntur hanc ſententiam Beda, D. Anſelm. Gloſ. interlinearis, D. Thom. & alij. Ad eandem ſignificandam non Dei dubitationem, ſed euentus incertitudinem, ob liberum hominis arbitrium, dicta vult idem Hieronym. verba illa Ieremiæ cap. 26. *Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant.* verbum ambiguum, forſitan, ait hic Auctor, maieſtati Domini non poteſt conuenire, ſed ex noſtro affectu loquitur Deus, vt liberum hominis ſeruetur arbitrium. Et illa verba Chriſti cum Samaritana loquentis: Ioan. 4. *Tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi,* cum dubitatione ſunt prolata ad ſignificandam arbitrij libertatem, inquit doctiſsimus Burgenſis, & recẽtiores paſſim, imo, & D. Thom. & antiquiores Patres: Tamque firmum, & ſtabile debet eſſe ex cauſa libera, vt huiuſmodi, nihil certi de euentu futuro poſſe colligi à quauis intelle-

Beda. Anſelm. Thom. Gloſ. interlia.

Ierem. 26.

Ioan. 4.

Thom.

ctu, nec etiam diuino, vt loquens de ſe ipſo Deus Pſalm. 80. dicat *Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem:* quæ quidem particula, forſitan, vt Expoſitores dicunt communiter, non notat in Deo dubitationem, vel mutabilitatem, ſed liberam ad extra agendi poteſtatem: nam quamuis certò, & infallibiliter ſciat quid ſit facturus; ſi tamen ſuum liberum conſulat arbitrium, nonniſi forſitan, & dubitationem venatur.

Tandem, vt tota hæc doctrina 6
Dauidico ſubſignetur teſtimonio perpende verba illa, quæ cum *Deo* loquens, Propheta profert Pſal. 138 *Intellexiſti cogitationes meas de longe, ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti:* hoc eſt, ſecundùm probabiliorem opinionem, illud *de longe,* ad tempus referendum eſt, non ad locum, & erit ſenſus intellexiſti cogitationes meas, & omnes animi mei motus ab æterno, antequam oriantur, exiſtunt, & incidant in animam meam, priuſquam cogitem aliquid, illud noſti, ac non tantùm perſpicis præſentes cogitationes, ſed etiam futuras, idque ab omni æternitate: *Semitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti,* ideſt ſemitam, quam calcaui, & rectum iter, quod ad me ducit, optime calles. Sed nota, priùs inquit *Dauid Intellexiſti cogitationes, &c.* Deinde ſubdit. *Semitam meam, & funiculum meũ inueſtigaſti,* vt ſic intelligamus non ex inueſtigatione cauſæ proximæ factum eſſe, vt cognoſcat *Deus* cogitationes illas contingentes, liberoſq; futuros animi motus, quaſi inde haurire oporteat hanc cognitionem, ſed ex illiſmet per ſimplicem eorum intuitum, cum determinatã habeant veritatem, vt dicetur infra, ac omninò apti ſint, vt de illis certũ, & infallibile feratur iudiciũ. Quod ſi per funiculum propenſiones eiuſdem voluntatis iuxta ſententiam ali-

Pſal. 138.

aliquorũ recentiorum intelligamus nam quemadmodum funiculus ducit hominem per hanc vel illam ſemitam;ita proprij animi effectus noſtras trahunt voluntates huc vel illuc,ad hoc perpatrãdum peccatum, uel illud,iuxta Poetę dictum *Trahit ſua quemq. voluptas*, clariùs innoteſcit eadem ueritas, cum diſcamus Dauide auctore, non modo ex inueſtigatione cauſæ ſecundæ nudè acceptæ, Deum non cognoſcere hæc futura, ſed nec etiam ex perſcrutatione eiuſdem, hoc uel illo modo affectæ, & propenſæ, ſed omia in ſe ipſis intueri.

Non cognoſcit Deus hæc futura contingentia in decreto ſuæ voluntatis, ſcilicet concurrendi cum creatura. Cap. 12.

1 Dicimus Deum non cognoſcere futura contingentia in decreto dandi concurſum, ut excludã illud, quod dicitur prędefinitum, & efficax, cuius eſt alia ratio, ut infra uidebimus. Probatur primum eodẽ principio quo confirmata fuit ſuperior concluſio; quia uoluntas Dei, concurrendi ad hunc actum, non eſt determinata ad illum, ſed indifferens, cum ſit parata ad dandum alium concurſum circa oppoſitum, uel alium actum bonum: ſed in cauſa indifferenti, & indeterminata ut huiuſmodi,nihil certi,& determinati poteſt cognoſci,ut patet,& ſupra probatum eſt, ergo. Et declaratur hoc magis, nam uoluntas illa concurrendi diuina, ut expleat munus cauſæ primæ, dicitur generalis,non quia confusè uerſetur circa actus cauſæ ſecundæ, & uoluntatis creatæ, ſed quia, quantùm in ſe eſt, non limitat concurſum ad illum actum, ſed eum affert ad alios bonos, uel malos,etiam in particulari, quos in eodem momento poſset uoluntas hominis habere,ſi uellet. Secundo 2 quia uoluntas illa non eſt omnino abſoluta,ſed conditionem aliquam uirtute includit;At in uoluntate cõditionata per ſe ſumpta non cognoſcitur effectus futurus ſufficienter, niſi aliàs cognoſcatur, conditio impleta,uel implenda,ergo. Clara minor, quia conditio illa ſuſpendit efficaciã uolũtatis;uel potiùs ipſa uoluntas ſuam efficaciam reprimit, do nec cõditio impleatur.Probatur maior ex modo diuinæ prouidentiæ, neceſsario ad conſtituendam actionem in poteſtate liberi arbitrij,& ut actio peccaminoſa Deo non imputetur.Ex explicatur hoc latiùs,nam effectus uolitus non eſt futurus à ſola illa volũtate diuina, & decreto concurrendi, ut patet ex terminis, ſed etiã à uolũtate humana, quæ,neceſſariũ eſt, ut ſimul ſe determinet ad talem effectum,cum Deus per illud decretum concurrendi non uelit efficere illam actionem ſe ſolo, ſed cũ cooperatione libera uoluntatis humanæ, ideoq. actio illa ad extra,ſic uolita eſſentialiter dependet ab utraq. uoluntate; non poteſt ergo cognoſci illa ut futura, niſi præcognita utriuſq; uoluntatis determinatione;non ergo poteſt ſufficienter cognoſci in ſolo decreto uoluntatis diuinæ. Patet hæc ultima conſequentia, quia effectus non poteſt cognoſci in cauſa,niſi illa ſit ſufficiens,& efficax,illud autẽ decretũ per ſe ſolũ nõ eſt ſufficiẽs cauſa ſimpliciter loquendo,illius effectus,ſed tm̃ in uno genere .ſ. cauſæ primæ.

Voluntas diuina cõcurrẽdi cũ cauſis ſecũdis quo ſẽſu dicitur generalis.

Dices fortaſſe prius rõne,quã De⁹ habeat hoc decretũ cõcurrẽdi,ſupponi in ipſo hãc ſciẽtiã cõditionatã, ſi talis uolũtas humana in tali occaſione,&c.ad uolendũ expedita, habuerit cõcurſũ cãæ primæ, hoc operabitur,& nõ aliud;& ideo uolũtatẽ con-

concurrendi eſſe ſufficientem rationem cognoſcendi talem effectum eſſe futurũ, quia licet includat conditionem, vel requirat concurſum, iam ſupponit eam implendam, ſeu determinandam. Sed optimè occurrit Suar. 1. par. lib. 1. de abſoluta ſcientia futurorum contingentium, cap. 6. num. 14. huic obiectioni, primùm negando ſimpliciter antecedens, quia Deus non tantùm offert, quantùm in ſe eſt, concurſum ad actum, quem ſub conditione præſciuit futurum, ſed etiam ad actum, quem præſcit non eſſe futurum, vt libertas quoad ſpecificationem integra manet. Deinde reſpondet, negando conſequentiam, etiam reſpectu illius actus, quem Deus pręſciuit, futurum eſſe ſub dicta cõditione, quia licet tunc poſita voluntate concurrendi, Deus præſciat abſolutè futurum actum, non tamen ex vi ſolius voluntatis concurrẽdi, ſed coniunctè cum illa præſcientia determinationis humanæ, qua cognoſcit effectum futurum; nam virtute ibi intercedit ex parte ſubiecti talis ſyllogiſmus. Si voluntas humana habebit concurſum diuinum, hoc faciet, ſed habebit illum ex vi decreti diuini, ergo. At de omni ſyllogiſmo veriſſimum eſt, vnam præmiſſarum per ſe ſumptam non eſſe ſufficientem cauſam veritatis conſequentis. Vnde adhuc explicandum ſupereſt quod intendimus, ſcilicet qua ratione cognoſcat Deus voluntatem humanam eſſe determinandam, ſiuè nunc in abſoluta ſcientia ſiuè ad illam conditionatã, recurratur, nõ enim poteſt dici per illam cõditionatam hoc ſciri ex decreto conditionato in ea incluſo, quia illud tantùm eſt decretum cõcurrendi, quod non cauſaliter, ſed concomitanter tantùm comparatur ad voluntatem humanam, reſpectu determinationis eius. Tertiò Deus non cognoſcit peccatum in voluntate permittendi illud, ergo non cognoſcit peccatum in voluntate permittendi illud, ergo non cognoſcit futurum contingens in decreto cõcurrendi. Clara conſequentia, quia voluntas permittendi duo includit: Vnum eſt decretum concurrẽdi ad poſitiuum actũ voluntatis, quo peccatum liberè, ac voluntariè fit: Alterum eſt propoſitũ non impediendi peccatum, nec dandi auxiliũ efficax, ſeu determinationem omnimodam ad oppoſitum actum, ſeu ad vitandum peccatum. Probatur antecedens nam permitti aliquid alicui, eſt facultati eius ita committi, vt id, vel oppoſitum queat ſuo arbitrio velle, aut operari. Et reſpectu voluntatis Dei permitti dicit, quod ex vi illius nec abſolutè, nec efficaciter ordinatur vt ſit, nec impeditur ne ſit, nec negatur ei influxus neceſſarius vt ſit, ergo ex vi permiſſionis, & voluntatis diuinæ permittẽtis, non poteſt aliquid infallibiliter cognoſci. Et explicatur magis, nam iſta infallibilitas cognitionis, quam tu vis oriri ex voluntate diuina permittente, vel o itur ex illo decreto concurrendi, quem includit, & de hoc ſatis iam dictum eſt; quæ omnia à fortiori locum habẽt in actibus malis, quia voluntas humana nõ eſt de ſe determinata ad illos faciendos, ſed indifferens, nec Deus ex vi voluntatis concurrendi, determinat illam. Vel ex propoſito non impediendi peccatum, nec dandi auxiliũ efficax, ſeu determinationem omnimodam ad illud vitandum, quod etiam dicit voluntas diuina permiſſiua; nec id eſt cauſa ſufficiens, nam cum auxilium efficax, ſi ponatur in aliqua prædeterminatione Phyſica, non ſit neceſſarium ad vitandum peccatum, vt videbitur aliàs, ſed ſatis ſit aliud auxilium, vt dicetur ſuo loco, non poteſt ex negatione illius

Declaratur quid ſit permitti aliqd alicui, & conſequenter quid ſit permiſſio Dei.

infallibiliter cognoſci peccatum.

5 Dices contrarium videtur colligi ex verbis illis Pſal.80. *Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum*, ideſt permiſi ruere, & ferri pręcipites quo libet, quaſi nauem ſine gubernaculo, aut equum indomitum, & furentem, ſine chamo, & fręno: Ita exponunt communiter. Sed audi quid ſequitur. *Ibunt in adinuentionibus ſuis*, in vanis opinionibus, & ſtudijs, ergo ex permiſſione diuina infallibiliter ſequitur effectus permiſſus, id enim pręſefert ille modus loquẽdi. *Ibunt in adinuentionibus ſuis*. Verum reſpondetur, permiſſionem diuinam de aliquo peccato dupliciter poſſe conſiderari: vno modo in ordine ad voluntatem diuinã, & cauſalitatem, & hoc modo certum eſt in ſola permiſſione præcisè ſumpta, nõ eſſe infallibile, quod homo peccabit, quia Deus permittendo non inclinat, nec prædeterminat voluntatẽ; quare illa manet adhuc indifferens, & in illa vt huiuſmodi, non poteſt cognoſci determinatus effectus. Secundò poteſt cõſiderari permiſſio, vt cõiuncta diuinæ præſcientiæ conditionatæ, qua præſcit quid vnaquæque cauſa operatura ſit in omni occaſione, ſi non impediatur, ſed ſuæ ſinatur libertati, & tunc propriè dicitur permittere aliquem peccare, quando præuidens ipſum lapſurum, ſi eum ſinat, nihilominus ipſum ſinit, & permittit: & ex tali permiſſione ſic ſumpta infallibiliter ſequitur, hominem peccaturum: & ita ſunt intelligenda citata verba Pſalmi. Quod ſi quis contenderet, permiſionem in ordine ad voluntatem diuinam, & cauſalitatem eſſe efficacem, & infallibiliter inferre effectũ permiſſum ex illis verbis orationis Dominicę, Matt.6. & Luc.11. *Et ne nos inducas in tentationem*: hoc eſt ne permittas, nos tentari, is enim eſt huius petitionis ſenſus, & tamen illa tentationis permiſſio, inductio Dei ad tentationem, quæ nos ſuperatura eſt, vocatur. Ecce igitur permiſſionis efficacia, quę ſecum trahit effectum, ergo in illa poteſt videri peccatum, tentationi ſuccumbẽtis. Verum dicimus, quamuis ſit ſola permiſſio, & conſequenter nec efficax ordinatio, eaq; poſita, voluntas humana pro ſuo arbitrio poſſit hoc, vel illud agere, dicitur tamen non ſine myſterio inductio, tunc enim maximè tribui ſolet Deo id, quod permittit, ac ſi faceret, quando ex certa præſcientia, & non obſtante malo præuiſo, illud permittit.

Pſal.80.

Matth.6. Luc.11.

Quomodo dicatũ Deus nos inducere in tentationem.

Futurum contingẽs cognoſcitur in ipſa entitate determinata, quam futurum habet in ſe. Cap. 13.

PRætermiſſis aliorũ opinionibus, qui dicunt, futura contingentia, 1
vel cognoſci a Deo in ſuis Idęis, vel per realem illorum præſentiam in menſura æternitatis, vel in efficacitate diuinæ ſcientiæ: tum vt breuitati ſtudeamus; tum etiam quia optimè impugnantur à recentioribus, diffusè de hac materia pertractantibus. Accedendum tamen eſt ad declarandum verum modum, quo cognoſcuntur à Deo, & vt faciliùs certam viam, atque rationem habeamus, qua hanc veritatem inueſtigare, & conſequi poſſimus. Animaduertendum eſt primo difficultatem hanc non eſſe de medio ex parte cognoſcẽtis, nam conſtat, Deum per ſuam eſſentiam tanquam per lumen, ſpeciem, & actum intelligendi, hæc ſingularia omnia cognoſcere: ſed de medio ex parte rei cognitæ; quia cum hæ veritates contingentes

Difficultas ꝓpoſita nõ eſt de medio ex parte cognoſcentis, ſed de medio ex parte rei cognitæ.

Digitized by Google

tes neque per ſe notæ ſint, neque ſimpliciter neceſſariæ, vix poteſt intelligi, quomodo perſpiciuntur, ſeu; quod idem eſt, cum effectus contingens non manet neceſſariò à cauſa ſua, nec cauſa ipſa ex ſe ſit determinata ad talem effectum, vix poteſt intelligi quomodo cognoſcatur effectus futurus antequàm ſit. Secundò eſt etiam notãdum, quod quamuis de ſcietia diuina ſit ſermo, quærenda eſt inter illam, & obiectum proportio, & commenſuratio, cum id, quod recentiores nõnulli dicunt non ſit probabile, ſcientiam futurorum contingentium, quam habet Deus, non eſſe certã ex obiecti certitudine, ſed ſolùm ex eminentia, & perſpicacia diuini intellectus, qui potens eſt certiùs cognoſcere hæc obiecta, quàm ipſa ſint cognoſcibilia, ſit in intelligibile, cum non poſſit vlla ſcientia ferri extra ſuũ obiectum, nec ſcientia diuina ſcire poſſit quod ex ſe ſcibile non eſt, quemadmodum, nec potentia diuina poteſt facere quod non eſt factibile, vt ſupra latiùs demonſtrauimus; nam debet ſuo modo quęlibet ſcientia commenſurari obiecto in certitudine, & infallibilitate, quia requirit adæquationem.

Reijcitur ſẽtẽtia nõnullorũ recentiorum.

2 Verùm tamen eſt quod non omnis habitudo, quam dicit obiectum ad ſcientiam creatam, requiritur inter ſcientiam diuinam, & creaturas cognitas, quæ pertinent ad obiectũ eius ſecundarium. Nam cũ duplex in obiecto diſtingui poſſit habitudo; vna eſt principij, altera quaſi termini, Priori modo eſt verum, non eſſe in obiecto diuinæ ſcientiæ inquirendam entitatem, ſeù realitatem, per quam poſſit eſſe principium talis ſcientiæ; quia ſcientia Dei non ſumitur ab hoc obiecto, præſertim cum ſit ſecundarium reſpectu illius ſcientiæ ſecundùm ſe; & ita quoad hoc ceſſat difficultas. Poſteriori modo poſſunt futura contingentia terminare diuinam ſcientiam etiam ſi ab æterno non habeant exiſtentiã realem, nec coexiſtentiam æternam cum Deo, ſed tantùm pro ſuis temporibus, quia hoc terminare non eſt aliquid reale intrinſecum, obiecto, terminanti ſcientiam, ſed eſt denominatio extrinſeca proueniens ab ipſa ſcientia, explicandum eſt, ad quid terminatur ſcĩetia diuina dum hæc futura cognoſcit, ſeu per quid terminẽt hæc obiecta cognitionem diuinam.

Habitudo quam dicũt creaturæ cognitæ ad ſcientiã diuinam non eſt principij, ſed termini.

In qua difficultate dicimus, Deũ cognoſcere hæc futura ſolùm per ſimplicem intuitũ veritatis rei, quæ futura eſt in ſua temporis differentia, & prout in illa futura eſt, & ſecundum omnes cõditiones exiſtentiæ, quas in illa habitura eſt, & omninò hæc obiecta terminare diuinã ſcientiam per veritatem determinatam, quam ipſum futurum in ſe habet. Quod poteſt confirmari tum 3
ex re ipſa, tum à poſteriori, ex principio fidei. Et primùm confirmabimus hanc aſſertionem, ratione ſumpta ab ipſa rei natura, hoc pacto. Futurum eſt obiectiuè verum, cui videlicet ſi iudicium conformetur formaliter: verum erit, & ratio conformis, vera dicetur; atqui intellectus diuinus extendit ſe ad omne verum, ſicut omnipotentia ad omne poſſibile, & immẽſitas ad omnia ſpatia imaginaria, & æternitas ad omne tempus, ergo in Deo ſtatuenda eſt iſta ſcientia. Solùm probanda eſt prima propoſitio, nam cætera ſunt clara. Quod igitur futurũ contingens ſit obiectiuè verùm, deduço ex re ipſa, nam quãdo Petrus hodie v. g. liberè peccat, etiam effectus contingens eſt pręſens, cognoſcimus nos (quamuis priùs eſſet occultus) heri; & toto tempore præcedenti, veram fuiſſe illam propoſitionem Petrus peccabit, ergo tunc

Explicatur per qd terminent futura cõtingẽtia ſcientiã diuinã.

Quod futura cõtingentia habeant determinatam veritatem.

habebat determinatam veritatem, non in tempore præſenti, quia non incipit illa propoſitio eſſe vera quãdo Petrus peccat; imò tunc potiùs deſinit eius veritas, & incipit veritas de præſenti, ergo ab æterno, & toto tẽpore pręcedente hunc diem, in quo Petrus peccat (nam eadem eſt ratio) futurum illud habebit determinatã veritatem, alioquin propoſitio illa non fuiſſet vera, cum nõ conformis obiecto. Si autem futurum illud erat determinatè verùm, vt confiteri neceſſariò oportet, ergo cognoſcibile ab aliquo intellectu, ergo ab intellectu diuino, qui eminentia ſuæ ſciẽtiæ diuinæ attingit omne verum.

4 Quod ſi quæras quomodo toto tempore præcedenti erat determinatum in ſe, ſi veritas obiectiua fundari debet in aliquo eſſe, quod in ſe habet obiectum: at futurum cõtingens nullum habet determinatum eſſe, non in cauſa, vt probauimus, non in ſe, cum non adhuc exiſtat; ob hanc enim cauſam dicimus futurum. Sed reſpondemus fundari hanc veritatem in eſſe, quod in ſe habet tale obiectum futurum, non enim requiritur actualis exiſtentia, vt futurum habeat aliquam determinationem in ſe; ſed ſufficit ſi illi reſpondeat actualis exiſtẽtia in aliqua differentia ſequentis temporis, quia tunc verum eſt, de facto eſſe futurum, à nobis autem nõ poteſt ſciri, niſi quando eſt, nam cum ſcientia noſtra ſumatur à rebus, & obiectum ipſum reſpectu noſtræ cognitionis habeat habitudinem etiam principij, niſi actu ſit res, vt inquit Ariſt. 1. poſt. cap. 2. non poteſt ſciri: quare quamuis veritas futuri, & propoſitionis de tali obiecto, quodam modo iam deſinat, re actu exiſtente, pẽdet tamen à veritate rei præſentis; nam illud futurum eſt diſtinctè, & determinatè futurum, de quo de facto verum eſt dicere quandoq; eſt de præſenti, & hoc ſibi vult Petrus peccabit, nunc non eſt verùm dicere Petrus peccat; ſed cras v.g. erit verum dicere Petrus peccat, hinc ſumitur hodie, & toto præcedenti tempore veritas huius futuri, & propoſitionis idem affirmantis (Petrus peccabit.) Vnde ſicut veritas contingẽtis de præſenti eſt determinatè vera, non neceſſitate abſoluta, ſed ex ſuppoſitione; ita eſt dicẽdum de veritate rei futurę; nam quamuis rem eſſe futuram, ſit cõtingens, rem tamen futuram eſſe futuram, eſt neceſſarium neceſſitate ſuppoſitionis. Nec valet dicere, diſparem eſſe rationem inter veritatem rei præſentis, & futuræ; nam cum illa vel tempore, vel natura ſit poſterior cauſa, in illo priori ante compoſitionem conſequentem, erat libera ad operandum, & non operandum, & ſic nunquã effectus antecedit cauſam: hæc verò cũ antecedat cauſam duratione (nam res futura ab æterno eſt futura) videtur in quocunque priori imponere neceſſitatem cauſę operaturæ. Nam non difficilè obiectioni poteſt occurri, dicendo ſupponi cauſam non durationis ordine, ſed rationis, nam cum veritas futuri pendeat à veritate rei pręſentis, (cum illud verè ſit futurum, de quo verum eſt dicere, quandoque eſt) ita pendet ex eius cauſa, à qua manat, & producitur res, cum actu exiſtit.

Probatur deinde ex principio fidei; ex reuelatione inquam diuina, 5 quod medium dicimus eſſe à poſteriori, nã reuelatio ſupponit præſcientiam, præſcientia autem veritatem horum futurorum, vt enim patebit ex Patribus infra citandis, non quia Deus præſciuit futura, re ipſa futura ſunt, ſed potiùs contra, quia futura ſunt, ideo *Deus* præſciuit, præſertim ſi de peccatis ſermo ſit,

Probatur hæc eadem veritas ex principio fidei, & reuelatione diuina.

ſit, cum Deus, nec eius præſcientia poſſit eſſe cauſa peccati. Reuelauit igitur Deus hanc propoſitionem Petrus ter me eſt negaturus, non autem reuelauit niſi verum, vt fide conſtat, ergo præſciuit niſi verum, ergo illud futurum obiectum huius præſcientiæ, & reuelationis priùs ratione erat determinatè verum, illa enim propoſitio eſt determinatè vera, quæ reſpondet rei enunciatæ: quin & ipſe Ariſt. 1. Periher. cap. 7. inquit. Si propoſitio de futuro eſſet vera, qui illam enuntiaret ante annos, vel ante mille annos, vel quouis tempore, verum diceret, ergo econtrario ſi aliquis enuntians propoſitionem de futuro, dicit verum, neceſſariò conſequitur ipſam propoſitionem eſſe veram, & futurum illud verè eſſe futurum. At quis Catholicus vnquam potuit dubitare an Deus, & Prophetæ reuelantes futura, dixerint verum? Cum igitur fide tenendum ſit, illas propoſitiones reuelatas eſſe veritates catholicas, neceſſariò ſequitur futura illa eſſe verè futura; nam ſi æquè eſſent determinata ad fore, & non fore, propoſitio nec eſſet vera, nec falſa diſtinctè, ſed vera, vel falſa confusè, & is, qui illam proferret, nec diceret verum, nec falſum, ſed verum, aut falſum. Imò qui aſſerit diſtinctè alteram partem, ſemper diceret falſum, contra reuelationes Dei, & Prophetarùm.

6 Hæc eadem veritas confirmatur auctoritate D. Thom. qui, ſi rectè ponderentur diuerſa eius loca, nullibi realem, ac æternam præſentiam, ſeu coexiſtentiam futurorum cum Deo probauit, quæ validiſſimis impugnatur rationibus, ſed ſolùm obiectiuè ab æternitate præſentia eſſe exiſtimauit. Cum ſemper dictam præſcientiam in ordine ad intuitum diuinum declarauit. Sic præſeferunt illa eius verba 1. par. q. 14. art. 13. Omnia quæ ſunt in tempore, ſunt Deo ab æterno præſentia, non ſolùm ea ratione, qua habet rationes rerum apud ſe præſentes, vt quidam dicunt; ſed quia eius intuitus fertur ſuper omnia prout ſunt in ſua præſentialitate. Vnde manifeſtum eſt, quod contingentia, & infallibiliter à Deo cognoſcuntur, inquantùm ſubduntur diuino conſpectui ſecundùm ſuam præſentialitatem, & tamen ſunt futura contingentia ſuis cauſis comparata. Optimus inter cætera videtur ille locus 1. par. quæſt. 16. art. 7. vbi quærens an veritates creatæ ſint æternæ, reſpondet, eſſe æternas, vt obiectiuè ſunt in intellectu diuino. *Et ſi nullus*, inquit, *intellectus eſſet æternus, nulla veritas creata eſſet æterna*. Et 1. par. quæſt. 20. art. 2. ad 2. dicit, creaturas ab æterno non fuiſſe niſi in Deo, tamen per hoc, quòd in Deo fuerunt, ab æterno, cognoſci ab ipſo in proprijs naturis. Idem teſtantur illa eius verba 1. par. quæſt. 86. art. 4. *In ſe ipſis quidem futura contingentia cognoſci nõ poſſunt niſi à Deo, cui etiã ſunt præſentia dum in curſu rerum ſunt futura, in quantùm eius æternus intuitus ſimul fertur ſupra totum temporis curſum*, citatque, hæc inquiens, alium locum, 1. par. quæſt. 57. artic. 3. vbi idem ferè dixerat. Hanc eãdem doctrinam reperies, ſi conſulas lib. 1. ſent. diſt. 38. q. vnic. art. 4. ad 2. Et ita intelligunt Diuum Thom. Herueus in 1. diſt. 38. art. 3. Aegid. Opuſc. contr. corrupt. doctr. Diui Thom. art. 4. Sylueſter in conflato 1. part. Hiſpalenſis in 1. diſt. 38. quæſt. 1. Nec aliter videtur poſſe interpretari, nam cum declaret hanc Dei cognitionem per præſentiam, & ſimplicem intuitum, excludatque præſentiam, ſecundum exiſtentiam realem, non poterit alium præſentiæ modum intelligere (etiam ſi fingendi detur licentia) niſi, quem nos ſu-

Probatur hoc ipſum auctoritate D. Thom.

Herueus. Aegid. Sylu. Hiſpalen.

ſupra explicauimus.

7 Quin addo etiam ad vberiorem doctrinæ intelligentiam, & confirmationem etiam, ſi daremus Caietano, & alijs illam præſentiam rerum creatarum æternitati Dei, ſecundùm realem exiſtentiam, quam ipſi excogitarunt, non eſſet ratio ſola, nec prior, nec neceſſaria, cognoſcendi futura cõtingentia. Probatur manifeſte, quia prius res eſt futura, quam præſens æternitati, ideo enim eſt præſens æternitati, vt etiam aduerſarij fatentur, quia ſupponitur futura in aliqua differentia temporis, ergo in illo priori eſt cognoſcibilis ab intellectu habente ſufficientem vim; qualis eſt diuinus. Et explicatur magis, ideo enim eſt præſens æternitati, quia eſt futura, ergo habet determinatam veritatem, ergo cognoſcibilitatem, ergo poteſt in illo priori ab intellectu diuino cognoſci.

Quod Deus cognoſcat decreta libera ſuæ voluntatis tanquam futura.

Cap. 14.

1 Animaduertendum eſt in diuina voluntate, eo quòd verè libera ſit, quædam decreta libera à Theologis cõſiderari, quæ prout libera ſunt ideſt prout ad talia obiecta liberè terminantur, poſſunt non eſſe in Deo ex æternitate; quamuis poſtquam ſemel fuere, variari non poſſint propter Dei immutabilitatem. Hæc autem decreta libera ſiue addant aliquod poſitiuum reale actui neceſſario diuinæ voluntatis, vt vult Caiet. quod nos non ſentimus; ſiue tantùm aliquid rationis (quod parum refert ad propoſitã difficultatem) dico cognoſci à Deo, vt futura, eadem ratione, qua probatum eſt ſupra, cognoſci ab eodem futura contingentia libera voluntatis creatæ.

Caiet.

Et confirmatur id magis, nam nulla ratio diſcriminis poteſt afferri, quantùm adhoc pertinet, quæ ſit ſufficiens, inter diuinam, & creatam voluntatem; idque fiet manifeſtum, percurrendo per omnes, quæ adducuntur. Non illa Molinæ, qui aſſerit non poſſe cognoſci à Deo hæc decreta libera ſuæ voluntatis tanquam futura, quemadmodum noſtra; nam ad hauriendam hanc cognitionem à voluntate, oportet, vt non ſolùm illa compræhendatur, ſed etiam ſupercompræhendatur: at ſcientia diuina licet reſpectu voluntatis noſtrę ſit ſupercompręhenſio; non tamen reſpectu ſuæ, ſed compræhenſio tantùm. Verùm nititur illo falſo fundamento, quod futura contingentia non habeant determinatam veritatem. Præterea ſupra probauimus, tam perfectè Deum cognoſcere ſuam voluntatem, quam creatam: ſi quis autem eſt exceſſus in diuina ſcientia reſpectu voluntatis creatæ, eſt quaſi materialis; in genere entis. Secunda ratio differentiæ eſt, quia decretum liberum Dei, cum ſit ab ęterno, non poteſt habere rationem futuri, quia ipſe Deus adhoc, vt cognoſceret ſuum decretum liberum, vt futurum, deberet diſtinguere iſta inſtantia, ſeu ſigna prioris, & poſterioris, quod quidem eſt impoſſibile, diceret enim imperfectionem in Deo. Nec id eſt alicuius momenti. Primò quia communis ſententia admittit huiuſmodi inſtantia, ſeu ſigna tam in intellectu, quàm in voluntate diuina. non dicunt vllam imperfectionem, quia non ſunt diſtinguenda ex parte actus diuini, & ex rei natura, nec enim cogitanda ſunt tanquam quædam inſtantia, in quorum vno aliquid intelligitur eſ-

2 Reijcitur illa ſententia Molinæ de ſupercompræhenſione.

3 An admittẽda ſint inſtantia, & ſigna rationis in intellectu, & voluntate diuina.

ſe,

ſe, quod non eſt in alio, ſed potius explicanda ſunt ex independentia obiectorum; at veritas illa, vt futura, & fundata in tali connexione extremorum, eſt de ſe abſtractior, & independens ab illa reali præſentia, ideo vt huiuſmodi eſt prius ratione cognoſcibilis. Tertia ratio quia tolleretur libertas à Deo, cũ enim hæc præſcientia futuri decreti ſit in ipſomet Deo, qui voliturus eſt decretum, inde ſequeretur, vt hæc preſcientia, proponendo obiectum neceſſariò futurum, prædeterminaret intrinſecè voluntatem diuinam ad volendum illud. Sed nec talis ratio differentiæ conſequitur intentum; nam ſcientia, quæ præcedere dicitur ex parte obiecti, ſupponit veritatem pendentem ex libero vſu voluntatis diuinæ, non enim Deus eſt hoc, vel illud voliturus, quia ſcit ſe voliturum, ſed potius quia voliturus eſt, ideo ſcit, & illa ſuppoſitio non eſt omninò antecedens, vt libertatem tollat, & inſtantia eſt manifeſta in Anima Chriſti, certum eſt enim, Beatam Chriſti Animam ab inſtanti ſuæ conceptionis vidiſſe quicquid Deus videt ſcientia viſionis, & conſequenter vidiſſe omnes actus ſuæ voluntatis, quos per totum vitæ tempus habitura erat, & tamen hoc non abſtulit ei libertatem, ergo quamuis in æternitate ipſa, intelligamus, Deum ſecundùm rationem preſcire quid voliturus ſit, non ideo tollitur Dei libertas. Idque magis explicatur ſi fingamus, Deum in tẽpore incipere velle aliquid, tunc facile intelligeretur, potuiſſe ab æterno præſcire quod in tempore voliturus eſſet; & tunc intelligeremus, id ſcire ſine præiudicio libertatis. Et confirmatur tandem, nam talis præſcientia diuina, attingens decreta ſuæ voluntatis libera, vt futura, non ſe habet ad modum proponentis obiectum, & determinantis voluntatem diuinam; ſed tantùm ad modum intuitionis ſpeculatiuę ipſius obiecti, quod iam ſupponitur futurum, quia decretum futurũ, eſt prius ratione, quàm præſcientia, ergò ipſa præſcientia nõ poteſt determinare voluntatem diuinam neque quoad exercitium, neque quoad ſpecificationem, nam quoad vtramque liberam ſupponit ipſam determinationem diuinæ voluntatis. Vltima affertur huis diſcriminis ratio, quia decretum diuinum, quo Deus liberè vult creaturas nihil addit ſupra ſuam voluntatem, ſeu actum, quo Deus neceſſariò ſe ipſum vult, præter reſpectum rationis ad creaturas futuras, quemadmodum probant nonnulli ſubtiliſſimi recentiores, non ob illam cauſam, quia ille reſpectus fundatur in denominatione ſumpta ab ipſa creatura, & ideo conſequitur res futuras: quare non poteſt concipi ſine illo, cum potius, vt benè inquit Henricus, quodlib. 9. quæſt. 1. fundetur in ipſo Deo, omnis enim creatura eſt ex eo, quod per voluntatem ſuam, Deus vult illam eſſe, ergo relatio, quam dicit Deus ad creaturas, vt volens illas, non poteſt fundari increaturis, ſed in ipſomet. Probant igitur ob hanc aliam cauſam, quia cum decretum diuinum non addat aliquid reale ſupra voluntatem diuinam, ſeu actum diuinum, quo Deus vult neceſſariò ſe ipſum, quod reale ſit diſtinctum ſaltem ratione ratiocinata ab ipſa voluntate, ſeu actu Dei, volendi ſe ipſum; ſequitur in illo priori ſigno non poſſe decretum diuinum, vt futurum repræſentari Deo, nam quicquid reale includitur in hoc decreto diuino, quod eſt fundamentum reſpectus rationis, eſt neceſſarium. At verò in illo priori, in quo non eſt actu poſitum, debet repræſentari per eſſentiam ſuam, tanquam per

4

ſpe-

ſpeciem,vt futurum, & liberum : ad hoc autem requiritur, vt dictum eſt diſtinctio ſaltem rationis ratiocinatæ ab actu neceſſario, quo vult ſe ipſum.

5 Verùm admiſſa cõmuni opinione, quæ admittit huiuſmodi inſtantia rationis in intellectu, & voluntate diuina, quemadmodum etiam hi recentiores admittunt, & probant, non intelligitur ratio diuerſitatis,ob quam debemus concedere decreta libera futura voluntatis noſtræ, & non decreta libera futura voluntatis propriç. Et vt magis percipiatur vis rationum, ſupponimus, quod ſupra etiam dictum eſt, hic non eſſe difficultatem ex parte cognoſcentis, cum Deus per eſſentiam ſuam,tanquam per lumen,ſpeciem, & actum intelligendi, omnia cognoſcat,& eminentia ſuæ infinitç ſcientiæ attingat omne verum, ſed de medio ex parte rei cognitæ. Sicut igitur,vt Deus cognoſcat futura contingentia noſtræ voluntatis, ſufficit ex parte obiecti eorum determinata veritas; ita etiam dicendum eſt, dum agitur de cognitione horum decretorum diuinæ voluntatis.

6 Argumentor igitur ſic. In hoc poſteriori inſtanti rationis actu eſt poſitum illud exercitium vitale volitionis liberæ, vt concedunt, & ita habet tunc veritatem determinatam rei præſentis, ergo in priori inſtanti rationis, habet determinatam veritatem rei futuræ,ergo vt ſic poteſt terminare cognitionem diuinam,ergo actu terminat, nam quicquid eſt cognoſcibile, actu à Deo cognoſcitur hæ duæ vltimæ conſequentiæ ſunt manifeſtæ. Prima probatur ex dictis nam illud determinatè eſt futurum,de quo re ipſa verum eſt dicere quandoque eſt, ſiue in aliqua ſequenti differentia temporis, ſiue id intelligatur in aliquo ſequenti ſigno, & inſtanti, ob dependentiam obiectorum,parum refert,admiſſa illa ſententia de inſtantibus huiuſmodi.Præterea illud decretum, cum actu eſt, ſcilicet exercitium illud vitale, actionis liberæ, quo Deus vult creaturam ad extra, ad quod conſequitur ille reſpectus rationis,nõ diſtinguitur nec ratione ratiocinata ab ipſa entitate actus, quo Deus neceſſario vult ſe, ergo totum id poteſt in illo priori ſigno repræſentari, vt futurum. Dices cum decretum eſt poſitũ, Deus experitur in ſe illud exercitium vitale,ſuæ volitionis,circa creaturas, & hæc poteſt afferri ratio diuerſitatis,cur cognoſcatur præſens,& non futurum. Sed primùm, quid experitur, cum ille actus ſit improductus, ſecundum totam ſuam entitatem neceſſariam, & quatenus denominatur liber, nec ratione ratiocinata diſtinguitur ab entitate ipſius. Item quid experitur Deus in ſe,quando ab æterno cognoſcit decreta libera voluntatis humanæ, quæ poterant eſſe, & non eſſe? non decretum concurrendi, cum illud non ſufficiat ad cognoſcenda futura,vt probauimus: non voluntatem talia prædefinientem,nam id abſurdum eſt dicere de peccatis; ſed poſita eorum determinata veritate, neceſſariò diximus cognoſci ab intellectu diuino, qui attingit omne verum, ergo eodem modo philoſophandum eſt de his decretis liberis voluntatis diuinç. Tandem ſi in hoc 7
inſtanti rationis verum eſt dicere. Nunc Deus in ſe experitur illud exercitium vitale ſuç volitionis circa creaturas, ergo in priori inſtanti etiam rationis verum erit dicere posthac experietur illud exercitium,ergo cognoſcitur à Deo,nam eius intellectus attingit omne verum:& quemadmodum in poſteriori inſtanti habet determinatam veritatem

ritatem rei præſentis, ita in priori intelligi poteſt, vt habens determinatam veritatem rei futuræ, cum vna ex altera pendeat; & vt huiuſmodi terminare cognitionem diuinam. Et confirmatur, nam Beati vident, & videre poſſunt, vt ſupra explicauimus, liberos actus voluntatis diuinæ, licet in illis non poſſit aſſignari quomodo videant, aliqua ratio ex parte principij, ſicut etiam in Deo, ſed tota ex parte obiecti, ergo, quod videtur ab illis præſens, & vt liberum, cur non poteſt cognoſci, vt futurum in aliquo inſtanti rationis? &c.

Deus videt contingentia futura in determinatione cauſæ.

cap. 15.

1 PAtet hoc dictum ex ſuperioribus; ſed opus eſt diſtinctione, ne incidamus in æquiuocationem, cum loquimur in hac materia de cauſæ determinatione; vno enim modo poteſt intelligi paſſiuè, & vt ſit antecedens effectum, ratione cuius voluntas ita ſit determinata in actu primo, ad hunc actum eliciendum, vt omninò illum, & non alium effectura ſit: & hoc modo implicat, vt latiùs alias videbimus, videri effectum liberum in determinatione cauſæ. Alio modo poteſt intelligi hæc determinatio, vt fiat liberè, & actiuè, ab ipſa libera facultate, eliciente actum liberum, & liberè ſe determinante: & ita optimè dicimus, cognoſci effectum in determinatione cauſæ, idque non eſt cognoſcere effectum in cauſa, ſed in ſe ipſo, quia ipſemet eſt formalis determinatio cauſæ: cum igitur ſatis probatum ſit ſuperiùs, Deum cognoſcere futura hæc contingentia in ſe ipſis, ex eiſdem conſtabit etiam cognoſcere illa in determinatione cauſæ. Et confirmatur, nam hoc eſt proprium cauſæ liberæ, vt non ſit intrinſecè, & antecedenter determinata ad productionem effectus, ſed extrinſecè, & conſequenter, nam per ſuã actionem denominatur determinata: prius ergo ratione effectus contingens eſt determinatus in ſe.

Futura contingentia licet non in vniuerſum, nõ implicat cognoſci in prædefinitione diuina ſalua libertate. Cap. 16.

HAec aſſertio non intelligitur de omnibus futuris contingentibus in vniuerſum, nam, vt ſuo loco latiùs dicetur; Deus nec prædeterminat voluntates humanas ad actus peccatorum, neque eos abſolutè prædefinit, aut determinat, vt ſint, ſed ſolùm permittit, vt Concilia, & ſancti loquuntur, oppoſitumque repugnat diuinæ bonitati. At ſi loquamur de actibus bonis, non implicat, illos cognoſci à Deo in prædefinitione ſuæ voluntatis. Verùm, quia hoc decretum, vt ſit ratio cognoſcendi hæc futura, debet habere infallibilem cõnexionem cum influxu cauſæ ſecundæ, vt poſſit intelligi quomodo poſſit ſtare cum libertate futuri contingentis, animaduertendum eſt, hanc connexionem, vel fundari in cauſalitate, qua Deus ad extra prædeterminat voluntatem humanam ad eliciendum actum, & hoc deſtruit libertatem, vt infra validiſſimis probabitur rationibus, vel in præſcientia conditionalium, ita vt prædefinitio diuina, quatenus terminata ad actum liberum creaturæ, neceſſariò ſupponat in Deo, & facultatem efficaciter faciendi, 1

ciendi, vt ille actus infallibiliter fiat, & ſcientiam, qua nouit, quid neceſſe ſit, ipſum Deum facere circa voluntatem creatam; vt illa infallibiliter faciat talem effectum: & hoc pacto non implicat, Deum cognoſcere actus bonos liberos in prædefinitione ſuæ voluntatis. Verùm hæc prædefinitio non erit firma ratio cognoſcendi talia futura libera, ſed neceſſariò aliam ſupponit, ſeu includit, nempè ſcientiam conditionatam. Multæ poſſunt contra hanc aſſertionem fieri obiectiones, ſed benè ſoluuntur à Suar. dum agit de hac materia in opuſc. lib. 1. de abſoluta ſcientia futur. conting. cap. 6. num. 5. & 6. Velim tamen animaduertas, nos hoc loco nihil ſtabilire quid de facto ſentiendum ſit, pendet enim ex hoc capite an Deus prædefiniat actus huiuſmodi, ſed non implicare quòd Deus cognoſcat quędam futura contingentia, ſalua eorum libertate, in prædefinitione ſuæ voluntatis modo explicato. Suar.

De ſcientia, quam habet Deus de futuris contingentibus conditionalibus.

OPVSC. XIX.

Cap. I.

1 Declaratur titulus. NOn de quibuſcunque futuris contingentibus conditionalibus pręſens diſputatio intelligenda eſt; ſed de ijs tantum, quæ oriri dicuntur à cauſis liberis, illiſque communibus ſolent ſignificari locutionibus: ſi Franciſcus nunc eſſet Romæ; illud faceret: Si Petrus hæc præuidiſſet, domo non eſſet egreſſus, & ſimilibus, quibus indicamus, quod à libera talis perſonæ voluntate factum fuiſſet, ſi hic, & nunc cum talibus cōditionibus eſſet cōſtituta, & applicata ad operandum. Res autem hæc controuerſa, & plena diſſenſionis non enim ſolum controuertitur inter nos, & Philoſophos, vel hæreticos; ſicut illa de futuris cōtingentibus abſolutè, ſed etiam inter Catholicos, & Theologos præſertim recentiores; cum enim de hac agimus, nullam habemus in fidei doctrina conſtantem veritatem; reſque hæc maiores habet rationes dubitandi, quam illa de futuris contingentibus abſolutis. Nam hi effectus non ſolùm non ſunt determinati in ſuis cauſis, cum ſint indifferentes; ſed nec etiam videntur eſſe in ſe ipſis, cum nullum habeant eſſe neque in tempore, neque in æternitate, in quo ſolo poteſt fundari eorum determinata veritas, quod non eſt illis commune cum futuris contingentibus abſolutis, nam hæc cum aliquando futura ſint, habitura ſunt conſequenter verum eſſe reale pro aliqua tēporis differentia, ratione cuius poſſunt terminare æternum intuitum diuinæ ſcientiæ, & ita ſciri à Deo non in aliquo medio, ſed in ſe ipſis, & per modum ſimplicis intuitionis. Proponuntur argumēta pro parte negatiua. 1

2 Accedit, quod ſi hanc ſcientiam daremus, haberet Deus de aliquibus effectibus creatis cognitionem aliquam contingentem, & independentem à voluntate diuina, quod videtur abſurdum; ſequela declaratur, quia ſi Deus ſcit Petrum in tali occaſione poſitum, peccaturum, quamuis poſſet Deus velle, vel nolle permittere, Petrum conſtitui in tali occaſione, quod in tali tamen occaſione poſitus non peccet, non poteſt Deus impedire, quia ſupponitur præſciuiſſe ita futurum fore: qua ſuppoſitione facta, non poteſt illi repugnare. Præterea hæc præſcientia

Digitized by Google

ſcientia conditionata eneruat omnem gratiæ efficaciam, & ponit ex parte noſtra rationem prædeſtinationis, vel ſaltem conditionem, ſine qua non, nam inde videtur ſequi, aliquam præſcientiam meritorum fuiſſe rationem prædeſtinationis, ſaltem vt conditionem ſine qua nō. Adhuc videtur diuinæ bonitati, & miſericordiæ repugnare, Deum ſcilicet creaſſe aliquos, & ita limitaſſe auxilia, quos præſciuiſſet peccaturos, & damnandos. Et explicatur magis non eſſe conſonum illius pietati, ſi poſtquam creauerit homines illos, non præmaturè raperet antequam peccarent, quos præſciuiſſet, ſi diù viuerent, peccaturos.
3 Tandem cum circa quodlibet liberum arbitrium, poſſunt fieri infinitæ hypotheſes, quas animus poteſt fingere, proindè dicendum erit, Deum circa vnumquodque præſcire infinita futura ex hypotheſi, quod videtur ſuperfluum, & incredibile: quin etiam hoc ſequitur abſurdum, fortaſſe non potuiſſe Deum ſalua libertate efficaciter velle aliquem ſaluare, vel conuertere toto etiam tempore vitę eius, quia fortaſſe non præuidit illum benè vſurum aliquo præueniente auxilio, hoc enim eſt quid contingens, cum ſimpliciter pendeat ex libero arbitrio, non ergo repugnat ita fuiſſe euenturum in actu, ergo ſi id conſtituamus, non poterit Deus illum eligere, vel illum efficaciter vocare.

Rationibus probatur, hęc futura conditionalia cadere ſub ſcientiam Dei.

Cap. 2.

1 PErſuaderi poteſt primùm hæc veritas illa potiſſimùm ratione, quia ſcientia hæc nullam implicat contradictionē, & alioquin eſt magna perfectio, ac ad multa valdè vtilis; ergo eſt ponenda in Deo. Prior antecedentis pars, ex ſcibilis natura eſt diſcutienda, nam cum ad hoc omnis ſcientia referatur, ſi futurum ex hypotheſi poteſt eſſe ſcibile, & obiectiuè verùm non implicat dari illius ſcientiam, ergo ponenda eſt in Deo; philoſophandum eſt igitur in primis de natura harum propoſitionum an ſint impoſſibiles, an falſæ, an ſaltem indeterminatę, & quaſi ſuſpenſæ quoad veritatem, & falſitatem, vt clariùs poſſimus inferre intentum.

Quod non ſint impoſſibiles, probatur, ex illorum etiam placito, qui dicunt à Deo appręhendi, vt probabiles, & veriſimiles. Obijcies non eſſe concedendā hanc conſequentiam; ſunt veriſimiles, ergo non impoſſibiles: poſſunt enim aliqua à nobis appræhendi vt probabilia per media valdè extrinſeca, vt eſt auctoritas, vel quid ſimile, & eſſe nihilominus impoſſibilia. At licet hoc verùm eſſe poſſit reſpectu noſtri; reſpectu tamē Dei, qui res omnes cognoſcit, prout ſunt, nequaquam id poteſt conſiſtere, id enim quod eſt in ſe impoſſibile non poteſt appræhendi vt probabile, aut veriſimile, ergo quomodocunque Deus reuelet huiuſmodi conditionales, vel vt ſemper veras, vel ſaltem vt plurimum, rectè concluditur, illas non eſſe per ſe impoſſibiles. 2

Præterea non ſunt ex terminis intrinſecè falſæ, ergo nec impoſſibiles. Clara conſequentia, nam quæ talis eſt, nunquam poteſt eſſe vera; At huiuſmodi propoſitiones etiam ex aduerſariorum ſententia poſſunt eſſe veræ, vel falſæ, ergo. Probatur antecedens primò quia hæ propoſitiones non ſignificant neceſſariā connexionem, vel illationem, aut neceſ- 3

neceſſariam depēdentiam vnius ex altero, ſed tantùm per modum ſimplicis affirmationis quod re ipſa eſſet futurum, ſi hypotheſis exiſteret, cum enim dicimus ſi Petrus hodie Neapoli exiſteret, in hac occaſione hoc faceret, ſi ſignificaremus eſſe talis virtutis, aut conditionis, vt neceſſariò hoc eſſet facturus, vel vt ex eius exiſtentia in hoc loco, talis effectus neceſſaria illatione inferretur, vtique falſum eſſet aſſertum: At ſolùm affirmamus talem effectū re ipſa fuiſſe coniungendum cum illa cauſa, ſi extitiſſet, quod quidem natura ſua probabile eſt, & veriſimile, ergo non aliquid per ſe falſum.

4 Verè colligi, & neceſſariò colligi aliquid ex aliquo non conuertuntur.

Obijcies quemadmodum recentiores quidam dicunt, ſi conſequentia non eſt neceſſaria, non poteſt eſſe bona, quia in ea poteſt dari antecedens verum, & conſequēs falſum, quod bonæ cōſequentiæ repugnat. At ex logica redarguitur, id nō eſſe vniuersè verum; nā inde habemus, illam eſſe bonam conſequentiam, in qua aliquid ex aliquo verè colligitur: hæc autem verè colligi, & neceſſariò colligi, non conuertuntur; duplex eſt enim conſequentiarum genus: quoddā eſt earum, quæ ſunt in materia neceſſaria, & vniuerſales aſſumunt propoſitiones: & in his ita eſt neceſſaria connexio conſequentis, cum antecedente, vt repugnet ex natura rei dari antecedens verum, & conſequens falſum, aſſumit enim propoſitiones ex natura rei neceſſarias, indicatque conſequentia ex neceſſitate naturæ ſequi conſequens ex illis. At verò cum conſequentia eſt ex antecedēti ſingulari, nec reduci poteſt ad vniuerſales propoſitiones, tātùm indicat, re ipſa conſequens ſequi ex illo antecedente tanquam ex cauſa, etiam ſi poſſet nō ſequi, & vt hæc ſit bona conſequentia, ſatis eſt, ſi re vera cōſequens ex antecedenti ſequatur, etiam ſi oppoſitum ſequi poſſet.

5 Quomodo ſit illud intelligēdum in bona cōſequētia nō poteſt antecedēs eſſe verū, & conſequens falſum.

Illud autē, quod apud Dialecticos axioma eſt (in bona conſequentia non poteſt antecedens eſſe verum, & conſequens falſum) intelligitur cum agitur de conſequentia formali, quæ forma ſyllogiſtica, vel alia argumentandi diſpoſitione conſtare debet; non autem cum ex cauſa ſingulari ſolùm colligimus ſecuturum effectum, quæ non requirit bonam illationem, & conſequutionem formalem, nulla enim eſſe poteſt in cōditionali de futuro ſingulari, ſed, vt ſic dicam materialem, ideòque non neceſſariam, ſed ſolùm ita futuram ex determinatione eiuſdem cauſæ. Item in logica habemus, non ſolùm conſequētias neceſſarias, ſed etiam probabiles. Conſequentia autem probabilis illa eſt, cuius conſequens colligitur ex antecedente non neceſſariò, ſed maxima ex parte; propoſitiones igitur hæ conditionales non ſunt ex terminis intrinſecè falſæ, quia non ſignificāt neceſſariam connexionem, vel illationem.

6 Quomodo ſit intelligēdum id qđ Dialectici dicūt, Propoſitio affirmans de ſubiecto nō ſupponēte eſt falſa.

Probatur ſecundò hoc ipſum, quia in his propoſitionibus ſubiectum ſupponit iuxta exigētiam copulæ, vnde earū veritati nihil obeſt quod ex Dialecticis regulis depromitur (Propoſitio affirmans de ſubiecto non ſupponente; eſt falſa: nam quemadmodum in propoſitiobus, quæ dicuntur abſtrahere à tempore non requiritur, vt ſubiectum ſupponat pro re, quæ aliquando eſt, fuit, vel erit, ſed ſolùm ſecundùm eſſe eſſentiæ, ſeu poſſibile; quia id tantùm exigit copula, eadem ratione, quia hæ propoſitiones non ſignificant aliquid abſolutè futurum, neque affirmant exiſtentiam vnius, vel alterius extremi, ſed ſolam coniunctionem vnius cum alio, ſi alterum in eſſe ponatur, ideo non requirunt abſolutam ſuppoſitionem pro re, aliquandò exiſtente, ſed ſolum conditio-

ditionalem, prout per copulã ſignificatur. Adde, quod dantur propoſitiones futurę conditionales negatiuæ, ſeu de negatiuo effectu, vt ſi Franciſcus in tali occaſione vocetur à Deo, non conuertetur; in hac enim nihil affirmatur, ſed potiùs negatur aliquid de tali ſubiecto, ergo quamuis demus eſſe de ſubiecto nõ ſupponente, poterit eſſe vera, aut non falſa.

Quod autem non ſint indeterminatæ, nec ſuſpenſæ quo ad veritatẽ, & falſitatem, ſed alterutram partem determinatè habeãt. Probatur primùm ab incommodo, nam alioqui ſequeretur, Deum diſcere ex euentu, quod ante præuiſionem abſolutam euentus non certò ſciebat; antequam enim decernat aliquid facere, vel permittere circa creaturã rationalem, v.g. eam creare tali tẽpore, & loco, illi dare tale mandatũ, tales excitationes, & inſpirationes, permittere tales tẽtationes, talium obiectorum occurſus &c. neſciret certò quid inde, mediante ipſius libertate, eſſet euenturum, ſed tunc demum id certò ſciret, quando re ipſa videret euẽtum, nimirum poſtquã ſtatuit illud facere, vel permittere, vnde euentus abſolutè eſt ſecuturus, eo modo, quo homo priùs, quàm tentauerit animum alterius ſuaſione ſua, & viderit euentum, neſcit certò, quid ille eſſet facturus, ſi talis ſuaſio ei adhiberetur, ſed id diſcit ab euentu, viſo enim illo ſcit certò illam conditionalem propoſitionem veram fuiſſe; ſimile planè eſſet in Deo. Nec refert, quod decretum Dei ſit æternum, & ab ęterno præuiderit ea, quæ ſunt abſolutè futura, ac proindè ab æterno pręuiderit ea, quę ſunt abſolutè futura, ac proindè ab æterno fuerit certus de conditionalibus illorum futurorum, hoc enim non impedit, quin ipſe verè dicendus eſſet diſcere veritatem iſtarum conditionalium ex euentu futuro; nam ſicut homo diſcit hoc in tempore ex euentu cum illum videt; ita Deus diſceret ab æterno, viſo euentu; vt enim conſideraretur prior decreto ſuo libero, non eſſet certus poſt decretum verò ex intuitione effectus, eſſet omninò certus. Adde, quod maneret abſolutè incertus de infinitis conditionibus, quarum hypotheſes re ipſa nunquam ſunt ponendæ, quas omnes diſceret ex euentu, ſi illas hypotheſes ſtatueret ponere.

Dices præſcientia abſoluta pendet ex euentu, & tamen non dicitur 7
Deus aliquid diſcere ex euentu, ergo etiam ſi pendeat certitudo conditionalis ex euentus intuitione; non ideo Deus dicetur diſcere ex euentu. Verùm reſpondemus negando conſequentiam: diſcere enim ex euentu non eſt conditionem terminari in ipſum rei euentum veluti in obiectum, ſed eſt prius eſſe incertum, vel ignorantem alicuius veritatis, & ex intuitione euẽtus fieri certum. Adde, Deum nihil diſcere ex ipſo euentu rei abſolutè futuro, quia prius ratione quàm ad ipſum terminetur, veluti ipſum intuendo nouit illum futurum in ſuo decreto effectiuo, vel permiſſiuo, ſuppoſita dumtaxat prę́ſcientia cõditionata, vel ſimplici intelligentia; cum enim ipſe ſciat, quid ſit futurum ex hypotheſi, ſi illa poſita fuerit, hoc ipſo, quòd vult illam ponere, vel permittere poni, nouit illud idem euenturum abſolutè. Sed quicquid de hoc ſit.

Deinde eadem veritas probatur 8
directè, & ex ipſa rei natura. Nam quemadmodum in abſolutè futuris fieri nequit, quin vna tantùm pars ſit re ipſa futura, vtraque enim ſuſpenſa manere non poteſt: ita etiam dicendum eſt in conditionalibus,

Digitized by Google

nam propoſitio ſub conditione, ab abſoluta, ſola conditione differt; itaque ea purificata, & completa, propoſitio videtur abſoluta, ergo veritas, quæ eſt in abſoluta, erit in conditionali ſub conditione. Et cõfirmatur, nam ſi Deus v.g. poſtquam voluit Petrum creare, & in tali opportunitate cõſtituere, aut permittere, vidit illum peccaturum, iam de illo conditionalis eſt vera (ſi Petrus creatur in tali occaſione, peccabit) ergo etiam ſi intelligatur illa oratio proferri prius ratione, quam Deus vellet Petrum creare, etiam illa propoſitio eſſet vera determinatè.

9 Probatur conſequentia, quia habuiſſet ex tunc conformitatem cum re ſignificata, hanc enim non fecit, ſed oſtendit potius; & manifeſtauit effectus ſubſecutos. Et explicatur magis, nam ſi per impoſſibile Deus mutaretur, & poſt quàm decreuerit concurrere cum Petro in tali occaſione, quando tentatus peccabit, vellet non concurrere; vera nihilominus eſſet hæc conditionalis, ſi Petrus poſitus fuiſſet in tali occaſione, peccaſſet, ergo veritatem huius conditionalis non facit euentus ſubſecutus, ſeu ſecuturus, ſed habebat ex ſe; independenter ab illo; effectus autem re ipſa exiſtens, oſtendit illius conditionis veritatem, quæ nos quidem antea latebat, ergo eadem ratione omnis conditionalis ſimilis, intellecta, vel cogitata in illo ſigno, antequàm Deus aliquid decreuerit, aut voluerit de illo antecedẽti ſub cõditione, ſumpto, eſt determinatè vera, aut determinatè falſa, quia ſtatim ac Deus ponere vult in eſſe illud antecedẽs, abſolutè determinatum eſt quid ex illo ſequendum ſit, vel non ſit; ergo illud ipſum antea ſub conditione prolatum, erat determinatè verũ, aut determinatè falſum, iuxtà exigẽtiam obiecti: ſicut enim ſe habet ipſum futurum ad ſe ipſum vt præſens in ſuo tempore: ita ſe habet illa conditionalis ſecundùm prædictam prioritatem, ſeu anteceſſionem ad effectum abſolutè futurum; ergo ſicut hoc ipſo, quod res pro aliqua differentia temporis habet eſſe in æternitate verè, ac determinatè eſt futura ab æterno, nec remanet talis propoſitio indeterminata, & ſuſpẽſa quoad veritatem vſque ad ipſius rei euentum. Ita etiam propoſitio conditionalis de tali re futura, ſi Deus velit cauſas eius in re ponere, eſt determinatè vera, etiam ſi intelligatur priùs ratione proferri, aut concipi, quàm Deus aliquid eorum determinatè velit. At quod dictum eſt reſpectu eorum, quæ aliquandò futura ſunt, pari ratione id affirmandum eſt de ijs, quæ re ipſa non ſunt futura, intelligimus enim illis etiam ſimilem veritatem conditionatam ineſſe, etiam ſi conditio nunquam ſit ponenda, eadem enim proculdubio eſt ratio, & quantùm in ipſis eſt, eodem modo ſe habeat in illo ſigno rationis; in quo appræhenduntur ante voluntatis Dei decretum ad hoc, vel illud faciendum.

Tandem hęc propoſitio ſi Petrus 10 conſtitueretur in tali occaſione; & cum tali tẽtatione, peccaturus erat, aut non peccaturus, dicitur propoſitio diſiunctiua, ergo vt vera ſit, iuxta logicorum ſententiã, vna tantùm pars vera eſſe debet; quo fit, vt falſa dicatur; vel cũ omnes ſũt falſę, vt ex his exẽplis licebit cernere Socrates, aut eſt lapis, aut eſt planta. Socrates aut eſt homo, aut animal: Prior quidem, quia vtraque pars eſt falſa, poſterior verò, quia vtraq; vera. Ratio autẽ huius rei eſt, quia cũ diſiunctiua diſiungat ſententias, illud opus eſſe videtur, vt ſimplices enunciationes, ex quibus diſiũctio

conſtat,

conſtat, repugnantes ſint, atque ita vt plures ſimul veræ eſſe nō poſſint. Et explicatur magis, nam diſiunctiua vera ex extremis conſtat verè contradictorijs; at fieri non poteſt, quin ex duobus verè cōtradictorijs alterum ſit verum, & alterum falſum.

11 Quod autem hæc ſcientia dicat perfectionem, vt fuit ab initio, propoſitū, patet nam quemadmodum imperfectioni Deo tribueretur, q; non maiorem habeat de huiuſmodi cōditionalibus certitudinem, quam poſſit habere creatura, v. g. Angelus, aut dœmon naturaliter, quia hi ex ſignis poſſunt etiam moralem certitudinem talium euentuum colligere: Ita è contra maximam eius dicit perfectionē, hęc ipſa, quæ omnem aufugiunt cognitionem creatam, certiſſimè, & infallibiliter ſcire. Eſt etiam ad multa vtiliſſima hæc ſciētia; & in primis ad illud, vt Deus ſcilicet ſit perfectiſſimè diſpoſitus ad omnem prouidentiæ modum. Quare non poſſum non mirari illos recentiores, inter quos Vaſq. 1. part. diſp. 67. in fin., qui aſſerunt, plures Theologos hac abuti doctrina, dum multarum difficultatum nodos ex ea putant diſſolui, ad quarum ſolutionem nihil omninò confert, cum ipſemet 1. par. diſp. 99. doceat, non poſſe ſimul ſtare, nec cōcordari prę finitionem Dei cum noſtra libera denominatione, niſi præcederet eius ſcientia conditionata; ſiuè igitur hæc ſcientia ſpeculatiuè ſpectetur, ſecundùm ſui naturam, ſiuè vt ad praxim, & operationem extendi poteſt firmiſſimis rationibus probatur, ponendum eſſe in Deo. Vaſq.

Probatur eadem veritas ex multis ſacræ Scripturæ locis. Cap. 3.

MVlta poſſunt adduci loca ſacræ Scripturæ ad hanc veritatem de futurorum cōditionalium ſcientia confirmandam; quæ quamuis non faciant certam fidem propter varias reſponſiones, quæ paſſim ſolent adhiberi: ſi tamen inter ſe conferantur, & connectantur, ſimulque Sanctorum expoſitiones ponderentur, maximam videntur habere vim ad id perſuadendum. 1

Primum teſtimonium ex 1. Reg. 23.

1. Reg. 23.

PEruulgatum quidem, ſed ſimul & grauiſſimum in hac materia teſtimonium ſumptum ex Regum hiſtoria, cap. 1. vbi Dauid conſuluit Dominum, dicens. *Si tradent me viri Ceilæ in manus Saulis; & ſi deſcendet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus.* Et ad vtrumque reſpondit Dominus. *Et Saul deſcendet, & hi tradent te.* Certum eſt, non eſſe ibi ſermonem de effectu contingenti abſolutè, vt animaduertunt expoſitores communiter, & præſertim Abulenſ. in q. 13. cap. 23. 1. Reg. Dionyſ. Carthuſ., & Nicolaus de Lyra, & patet ex textu ipſo, quia neq; Saul venit, neq; viri Ceilæ tradiderunt Dauid, ſed tota reuelationis veritas in illis conditionalibus poſita eſt. ſi hic manſeris, Saul deſcendet, ſi Saul deſcendet, viri Ceilæ tradent te. 2

Sunt qui reſpondent, ſi Deus cognoſcit, quod viri Ceilæ oblata tali, vel tali occaſione, facerent, debet neceſſariò fundare talem cognitionem in concurſu ſuo libero, etiam ſub conditione cognito, ſcilicet in eo, quòd Deus priùs efficeret per ordinem ad viros Ceilæ, oblata ea- 3 Rejicitur prima reſponſio.

dem occaſione, alias cognoſceret Deus talem rem faciendã independenter à concurſu ſuo, & non præcederet in Deo aliqua ratio cognoſcendi eandem rem certò, & infallibiliter, & conſequenter immediata ratio cognoſcẽdi futurum illud ſub conditione, eſſet res ipſa, vt eſt extra Deum, quod eſt manifeſte delirium: vt ergo conſtituant iſti Auctores ſcientiam conditionatam, debẽt neceſſariò fateri, quod Deus in tali cognitione incipiat à ſe ipſo, & omninò ſicut in cognitione abſoluta rerum futurarum incipit Deus à concurſu abſoluto, & à voluntate abſoluta, ſeu permiſſione; quæ ſunt principia ex parte Dei ad cognoſcendum quid futurum ſit abſolutè: ita in hac cognitione rerum ſub cõditione neceſſariò incipere à concurſu conditionato, ſeu voluntate cõditionata, vel permiſſione, etiam ſub conditione. Sed iſti dum negant cognitionem futurorum contingentium conditionalium, concedunt. Nam quòd Deus hoc, vel illud faceret, oblata tali occaſione in ordine ad viros Ceilæ, ſiue ad Dauid, eſt futurum contingens cõditionale, & cognoſcitur in ſe ipſo non in voluntate indifferenti Dei, quæ cum liberè concurrat, hoc, vel illo modo, ita concurrit, vt poſſit non concurrere, & ad oppoſitum actum præbere concurſum, hoc enim eſt de ratione voluntatis indifferentis, & liberæ, vt poſita quacunque occaſione, poſſit velle, & non velle, & oppoſitum velle. Adhuc, quemadmodum Deus non cognoſcit futura abſoluta in voluntate ſua concurrendi abſolutè, cum probauerimus ſupra non eſſe ſufficientem, nec efficacem cauſam; ita nec futura conditionata in concurſu conditionato, nec in voluntate cõditionata. Quomodo autem, hoc non obſtante, non dicatur Deus cognoſcere has res futuras independenter à concurſu ſuo, videbimus in ſolutione argumentorum.

Neque poteſt dici conſuluiſſe Dominum, vt coniecturalem de re illa, haberet cognitionem; illam enim habebat, abſque eo quod cõſuleret Dominum, cum apud ſe eſſent prudentes viri, qui, quod eſſet futurum, coniectari poſſent. Quin ex verbis illis ſaul manifeſtè colligebatur, præcipientis omni populo, vt ad pugnam deſcenderet in Ceilam, & obſideret Dauid, & viros eius, cuius rei famam ad aures Dauid perueniſſe, eodem loco ipſe teſtatur. Conſulit igitur Dominum, vt certiſſimum eius iudicium, quod decipi nequit, exquireret. Quo etiã argumento Hugonis expoſitio reijcitur, dicentis, reſponſum Dei eorum volũtatem indicaſſe; nam qualis tunc eſſet voluntas Saulis, ſatis re ipſa expreſſerat, qualis autem futura eſſet, ſi Dauid permanſiſſet Ceilæ, non inde infallibiliter colligebatur, de quo dubio conſuluit oraculum, illiuſque certum, & infallibile expectabatur reſponſum, quemadmodum probatum eſt. Nec etiam recipienda eſt Caietani in hunc locum Reg. expoſitio, qui illius diuini oraculi verba intelligit iuxta ſecundarum cauſarum diſpoſitiones; nam, vel per præſentem cauſarum diſpoſitionem intelligit habituale, vel radicale odium Saulis; at inde euentus notitia infallibilis non hauritur; nam eo non obſtante, voluntas poteſt mutari, & tantundem dæmon ex illo obiecto potuiſſet colligere, & conſultus reſpondere. Aut per diſpoſitionem cauſarum intelligit illud actuale odium Saulis, quo inductus fuit ad præcipiendum populo, vt obſideret Dauid, & viros eius: licet enim cauſa libera ſit; poſito tamen vno actu libero, poteſt alius neceſſariò ſequi.

5 Reijcitur ſecunda.

Caiet. Reijcitur reſponſio Caietani.

ſequi. Ita ergo in præſenti dici poteſt, Saulem talem habuiſſe diſpoſitionem liberam ſuæ voluntatis erga Dauid, vt viſa illa diſpoſitione, non tanquam conditionaliter futura, ſed tanquam præſente in ea cognouerit Deus, quod ſi Dauid non aufugeret, infallibiliter Saul, ex vi talis affectus, iret ad capien-
5 dum illum. Sed prætermitto hanc reſponſionem, veritatem, & infallibilitatem diuinæ reuelationis, ad maximas coarctari anguſtias; quid enim reſpōdere poſſet Deus, ſi Saul tunc dormiret, aut alia de cauſa nullum actum circa illud negotium haberet; ex alio etiam capite manifeſtè colligitur, nullam talem poſſe eſſe diſpoſitionem, præſertim liberam, quæ infallibilis conditionalis futuri cognitionem poſſet gignere. Nam etiam ſi cauſæ modo ſic eſſent diſpoſitæ, potuiſſent facile mutari, & impediri, v.g. ſi quis hodie ſit in actuali odio ſui inimici, & cum efficaci propoſito ſumendi vindictam, non poterit in tali affectu cognoſci, quod ſi cras occurrat illi inimicus, abſque vllo impedimento ſumendi de illo vindictam, quod re ipſa ſumat eam, nam hoc ipſum, non fore mutandam illam diſpoſitionem ſi cras occurret inimicus, eſt etiam cōditionale liberum: quomodo ergo ſcitur? aut ex vi alterius diſpoſitionis: at abibitur in infinitum in diſpoſitionibus. Quod ſi, ne detur huiuſmodi proceſſus, dicetur, ex ipſa re, in ſe ſpectata, ergo ex vi diſpoſitionis non habetur cognitio infallibilis, quod non videtur negare Caiet. Verùm textui non eſt accommodata eius expoſitio, non enim reſpondiſſet Dominus ad mentem Dauidis, qui conſuluit ipſum de euentu futuro, non de cauſarum diſpoſitione. Præterea ſi tali medio niteretur reuelatio illa diuina *Saul deſcendet, & hi tradent te*, non habuiſſet Dauid quod exquiſierat, certum ſcilicet Dei iudicium: imò liceret nobis dubitare quando Deus de talibus reſpondet; quin etiam ſi quis diceret non deſcendet, neque viri Ceilę tradent te, nec quid temerarium diceret, nec erroneum; nam contradictorium eius, cui poteſt ſubeſſe falſum, cum poſſit eſſe verum, non eſt tali dignum cenſura. Eluditur etiam huiuſmodi reſponſio ex alijs locis infra diſcutiendis, & præſertim ex proximo ſequenti, ex quo quantum nituntur diſpoſitionibus cauſarum ſimiles reuelationes diuinæ non difficile patebit.

Secundum teſtimonium ex Matth. 11. *& Luca* 10.

Matt. 11. Luc. 10.

6 Secundus locus ſumitur ex illis verbis Domini Matth. 11. & Luc. 10. *Væ tibi Corozain, væ tibi Betſaida, quia ſi in Tyro, & Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, olim in cilicio, & cinere pænitentiam egiſſent*: hic Dominus prędicit actus liberos ex hypotheſi, qui tamen abſolutè non erāt vnquam futuri, nec ex cauſarum diſpoſitione illos colligit; quia in Tyrijs, & Sydonijs nulla actualis diſpoſitio excogitari poteſt, à qua, Chriſto ibi prædicante, & faciēte miracula, neceſſario conſequeretur, vt *In cilicio, & cinere pænitentiam egiſſent*. Præterea tantùm abeſt, vt argumentum ductum ex his diſpoſitionibus, ſit infallibile, vt quandoque Scriptura ſacra contrarium ſoleat inferre ſic teſtatur locus ille Ierem. 38. vbi cū Propheta ſuaſiſſet fugam Sedechiæ Regi ad Babylonios, reſpondit Rex *ſollicitus ſum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi*. Reſpondit autem Ieremias. *Non te tradent: audi quæſo vocem*

Domini: cui, cum Rex meritò timeret, ſpectata cauſarum diſpoſitione, Ieremias indubitanter reſpondit, id non futurum, ſi tranſiret ad Chananæos. Dices prædictionem hanc Chriſti, eſſe ex coniectura, more humano, certam, ac ſi diceret. Ita licet coniectari ex ſignis, & portentis à me factis, & ex Sydoniorum, & Tyriorum diſpoſitione. At coniecturæ potiùs erant in oppoſitum, cū nulla actualis diſpoſitio in illis populis poſſit excogitari, ex qua, eorū pęnitentia, more noſtro, certa inferretur. Deinde ſi Chriſtus id ita cognouiſſet, non potuiſſet certò illud exprobrare Iudæis.

7 Tertiò, potiùs eſt negāda cognitio horum futurorum ipſi Deo, quā coniecturalis cognitio tribuenda: nam illud refunditur in obiectum, quod non eſt ſcibile. Dicere autem Deum non cognoſcere quod non eſt cognoſcibile, non præiudicat infinitæ eius ſcientiæ, ſicut non poſſe facere quod non eſt factibile, non præiudicat omnipotentiæ. Sed affirmare, quod hæc cognoſcat per coniecturam, eſt imperfectio, quæ refertur in ſcientiam Dei. Adde, quod ſi ita eſſet, liceret aſſerere cōtradictorium pręfatæ propoſitionis. In cinere, & cilitio pœnitentiam nō egiſſent. Probatur conſequentia, nam qui contradicit ſcientiæ coniecturali, & cognitioni incertæ, qualis eſt per coniecturam, non errat; ſed talis eſt per aduerſarios hęc notitia, ergo. Quod autem conſequens ſit falſum probatur, nam qui ſimpliciter ita diceret: In cinere, & cilitio pœnitētiam non egiſſent, ſuſpectus proculdubio eſſet, & cēſeretur malè ſentire de fide, ac de Euangelij

8 veritate. Quin D. Auguſt. lib. 2. de bon. perſeuer. cap. 9. inquit. *Sed numquid poſſumus dicere, etiam Tyrios, & Sydonios talibus apud ſe virtutibus factis credere noluiſſe, aut credituros* Auguſt.

non fuiſſe, ſi fierent cum eis? ipſe Dominus atteſtatur, quòd acturi eſſent magna humilitatis pœnitentiam, ſi in eis facta fuiſſent diuinarum illa ſigna virtutum: exiſtimat ergo, eſſe ita certum, quod Chriſtus hoc loco prædicit, vt non poſſit dici contrarium. Et idem in Enchirid. cap. 95. tom. 3. *Apertiſſimè namque Dominus dicit, væ tibi Corozain, væ tibi Betſaida, quia ſi in Tyro, & Sydone factę fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, etiam in cinere, & cilicio pœnitentiam egiſſent.* At non apertiſſimè diceret, ſi tantùm coniectando id aſſereretur: Et inter cætera, quæ inquit citato lib. 2. de bon. perſeuer. cap. 14. exponēs prædictum locum, inquit, *Numquid ideo negandum eſt, quod apertum eſt? quia comprehendi non poteſt quod occultum eſt.* Et idem ſentiunt Proſper in reſponſione ad excerpta Genuenſ. reſponſ. 8. exponens prædictum locum Matth. Hieronymus epiſt. 2, & cap. 11. Matth.

Ex his reijciuntur omnes illi dicendi modi, quibus ſignificatur, his verbis non certam, & infallibilem denotari cognitionem, vt quod dicta ſint phraſi quadam, & vſitato loquendi modo, & veluti per exaggerationem quandam, quod Ianſenio tribuitur in concord. cap. 47. Sed mea quidem ſententia immeritò, nam ipſe ſentit, Dominum particularem modum pœnitentiæ voluiſſe declarare Tyriorū, & Sydoniorum illis verbis: *In cinere, & cilicio pœnitentiam egiſſent,* ad maiorem exaggerationem illarum Ciuitatum, quibus cępit exprobrare, quod ſine vllo præiudicio infallibilis reuelationis diuinæ dici poteſt. Et confirmatur, nam ipſe particulam illam (forte) quę paulò inferiùs habetur apud Matthæum, ait non eſſe eo loco cōiunctionem dubitantis, ſed potiùs confirmantis, vt mox videbimus. Sed quicquid ſit de Ianſenij ſenſu, ille 9 Defenditur Ianſenius.

ille dicendi modus eſt reijciendus, tum ex dictis; tum etiam quia illi obſtat generalis regula interpretandi Scripturam cum proprietate, ſi fieri poteſt. Quin etiam hac ratione in diſcrimine verſatur veritas verborũ Chriſti, & Prophetiæ reuelatio. Quemadmodum nec probatur ille alius dicentium, loqui Dominum illis verbis in confuſo; nimirum multos ex Tyrijs, & Sydonijs fuiſſe cõuertendos, ſi eius ſigna vidiſſent, idque ſcire potuiſſe ex præſenti illorum diſpoſitione: ſed nec diſpoſitio probatur, ſed volũtariè ſupponitur, nec ea conceſſa inde colligeretur abſoluta certitudo (cui implicat ſubeſſe falſum) ſed ſolũ moralis. Quod ſi dicas nõ ſignificari abſolutè illos acturos pœnitentiam, ſed quantùm ex diſpoſitione illorum apparebat, & ſic non potuiſſe ſubeſſe falſum; interpretatio erit contra proprietatem verborum. Denique Dominus nõ ſolum affirmat acturos pœnitentiam ita in confuſo, ſed etiam particularem modum pœnitentiæ declarat, nimirùm in cinere, & cilicio, & tempus, olim, &c. Si ergo & modum ſpecialem pœnitentiæ, & tempus præſciuit, qua probabilitate poſſumus dicere, illum neſciſſe in particulari ipſas perſonas quæ acturæ pœnitentiam fuiſſent? abſurdum eſt enim, diuinam notitiã debere ſiſtere in obiecto confuſo, nec poſſe penetrare ad ſingulos determinatè. Indubitatũ ergo ſit Dominum hæc omnia diſtinctiſſimè, & certiſſimè nouiſſe.

Refellitur alia reſpõſio.

10 Quidam tandem non auſi negare, quin Dominus id certo præſciuerit, dicunt illum id, præſciuiſſe, quia ſtatuerat illis dare gratiã prædeterminantem ad pœnitentiam ſi apud eos ſigna illa facere voluiſſet. Sed contra, quia hoc eſt euertere præſcientiam conditionalium liberorum, hæc enim propoſitio ſi viſis ſignis, eos determinauero ad pœnitentiam, agent pœnitentiam, non eſt conditionalis libera, ſed neceſſaria, quæ cuiuis homini eſt euidenter nota ex terminis, ſed ſuo loco id magis explicabitur.

Refellitur vltima reſponſio de decreto dãdi gratiam prędeſtinãtem ad pęnitentiam.

Iiſdem præmitur difficultatibus, qui ſentit, has conditionales videri à Deo in decreto efficaci ſuæ voluntatis, quod mox diſcutietur, cum de modo, quo Deus cognoſcit hæc futura conditionalia. Deinde cum tali gratia etiam Ciues Corozaim, & Bethſaidæ egiſſent pœnitentiam, quomodo ergo Dominus exprobrat illis, quod pœnitentiam non egerint, & profert eis Tyrios, & Sydonios; quid enim mirum eſt, eos conuerti, qui habent auxilium prædeterminans, & non conuerti, qui eo carent, cum ſine illo conuerti nequeant, & illud habere non ſit in eorum poteſtate, potuiſſent enim illi Ciues reſpondere ſi nobis gratiam determinantem dediſſes, quam Tyrijs, & Sydonijs daturus fuiſſes, & nos pœnitentiam egiſſemus, nõ minus quàm ipſi; quomodo ergo illos nobis pręfers? Debet ergo fieri comparatio inter illos ſub eadem gratia, & ijſdem auxilijs, alioquin non eſt, cur alter alteri in promptitudine obediendi præferatur. Sed de hoc agere non eſt noſtri inſtituti.

Sunt qui contendunt, eneruari efficaciam huius teſtimonij, illa particula *forte*, quæ infra apud Matth. in eodem habetur contextu, *ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te; forte manſiſſent vſque in diem hanc*, confuſæ, inquam, certitudinis, vel potius coniecturalis notitiæ nota. Verùm talis particula apud Lucam non habetur. Deinde apud Matth. vbi additur particula dubitatiua forte, non eſt ſermo de Tyrijs, ſed de Sydonijs Cornelius Ianſenius cap. 47. concordantiæ, 11

Quid ſignificet illa particula (forti) quæ habetur in teſtimonio Matthæi.

dantiæ, inquit ſi vim particulæ Grę-
cæ expendamus, videbimus non
eſſe dubitantis, ſed ſignificare vti-
que, quę eſt confirmandi nota; quod
etiam obſeruarunt in hunc locum
Carthuſ. Titelman. Burgenſ. Matth. Carthuſianus, Titelmanus,
Burgenſis, & alij. In cuius confir-
mationem adduci poteſt, quod in
rebus certiſſimis additur interdum
ſimilis particula (forte) in Scriptu-
Ioan. 8. ra ſacra ſic Ioan. 8. *Si me ſciretis, for-
ſitan, & Patrem meum ſciretis*, &
Ioan. 5. Ioan. 5. *Si crederetis Moyſi, forſitan,
Act. 8. & mihi*. Et in Actor. hiſtor. cap. 8.
*Pœnitentiam age, ſi forte remittatur
Remigius. tibi*, &c. Remigius in hunc locum
Matth. inquit, eſſe appoſitam illam
particulam, ad ſignificandam liber-
Hieron. tatem arbitrij, & Hieronym. in Ez-
zechiel 2. & Ierem. 26. *verbum*, in-
quit, *ambiguum forſitan, maieſtati
Dei non poteſt conuenire, ſed noſtro lo-
quitur affectu, vt liberum homini ſer-
Theodor. uetur arbitrium* Similia habet Theo-
doretus eiſdem locis. *Non ignoran-
Ambroſ. di*, inquit, *verbum eſt*. Et Ambroſ. 2.
de pœnit. cap. 5. idem tractans, in-
fert vt abſurdum. *Dicunt ergo, Do-
minum ignoraſſe, quod eſſet futurum*.
Alij aſſerunt, particulam illam addi,
vel ad ſignificandam difficultatem
talis euentus, vel paucitatem eo-
rum, qui conuertuntur, vt Gregor.
Homil. 9. & 18. in EzZecchiel. vel
eſſe phraſim, & modum loquendi
ſacræ Scripturæ, quæ humano mo-
re ad homines loquitur, vt ſignifi-
Auguſt. cauit Auguſt. tract. 37. in Ioann. &
enarratione in Pſalm. 2. Ac vbique
Sancti Patres negant quando in
Scriptura ſacra additur particula,
forſitan id fieri propter incertitudi-
nem diuinæ ſcientiæ, ſicut nec in
præſenti loco ob eandem cauſam
eius infallibilitati nullo pacto de-
rogatur, quod alijs Scripturæ lo-
cis confirmatur, & præſertim ſe-
quenti.

Tertium teſtimonium ex 3. Reg. 11. 3. Reg. 11.

IN confirmationem eorum, quæ 12
mox diximus benè adducitur
hic locus ex Reg. hiſtor. lib. 3. c. 11.
vbi legitur. *Rex autem Salomon
adamauit mulieres alienigenas multas
&c. ſuper quibus dixit Dominus filijs
Iſrael non ingredimini ad eas, neque de
illis ingredientur ad veſtras, certiſſimè
enim auertent corda veſtra, vt ſequa-
mini Deos earum*. Ecce igitur ſer-
mo ibi eſt de cognitione illius fu-
turi conditionalis liberi, ſcilicet fu-
turum eſſe, vt filij Iſrael commiſte-
rent peccatum idolatriæ, ſi con-
ſortium haberent cum gentibus,
qui idola colebant, & tamen non
de quacunque intelligitur cogni-
tione, ſed de ea, quæ omnem ex-
cludit dubitationem, vt illa particu-
la *certiſſimè*, ibi appoſita, proculdu-
bio ſignificat. Dices, quamuis ver-
ba illa videantur includere condi-
tionem; de futuro tamen loquun-
tur contingenti, quod abſolutè fu-
turum eſt, conſtat enim hoc fuiſſe
verificatum in Rege Salomone, qui
adamauit mulieres alienigenas, &
præuaricatum eſt cor eius. Et etiam
valdè probabile eſt, fuiſſe verifica-
tum in multis alijs; veritas ergo il-
lius conditionalis cognita fuit in
ipſo rei euentu, nam ſuo tempore
res erat futura, quemadmodũ fuit.
Sed contra, nam quamuis illud fu-
turum erat actu, potuit à Deo co-
gnoſci independenter obiectiuè ab
actuali exiſtentia, quod optimè per
hanc hypotheſim ſignificatur (quã-
uis illa conditio nunquam ponenda
eſſet in actu) vera erat illa propoſi-
tio. Si filij Iſrael ducent vxores alie-
nigenas, certiſſimè auertent corda
eorum, vt ſequantur Deos alienos,
vt latius ſupra explicauimus, cum
rationibus ſumptis ex ipſa rei natu-
ra hanc veritatem confirmauimus.

Et

Et explicatur magis; quia huiuſmodi propoſitione nihil aliud ſignificatur, quàm ex tali diſpoſitione præuia (ſi poſtea fuerit in re) talem ſequuturum effectum, non neceſſariò ſed liberè: ipſe rei euentus comprobat, & oſtendit hanc veritatem, non facit, ex terminis enim patet, cum talis diſpoſitio mediantè libero arbitrio, talem producit effectum, prius fuiſſe veram illam conditionalem, ſi talis diſpoſitio ponatur in re, hoc ſequetur, non illud, liberè tamen, non neceſſariò; certiſſimum ergo ex hoc loco ſacræ Scripturæ habemus futurorum conditionalium cognitionem diuinam, omnem excludentem dubitationem. Quod ſi connectatur cum alio loco, qui proximè examinabitur, dilucidior hæc veritas apparebit.

Quartum teſtimonium ex Matth. 26.

Matt. 26.

13 QVàm certa ſit Dei ſcientia de his futuris contingentibus, ita vt illi non poſſit ſubeſſe falſum, etiam ex illis verbis Domini, Petrum alloquentis in primis conſtat, *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam Gallus cantet, ter me negabis*; ita argumentando ex quo pendet certiſſima, & infallibilis cognitio, & ipſum eſt certum, & infallibile, ſed cognitio infallibilis, certaque fide tenenda huius reuelationis, Petro factæ, pendet ex præſcientia futuræ conditionalis liberæ ergo. Clara maior, probatur minor, nam vt Dominus poſſit Petri negationem certò reuelare, priùs ratione, quàm id ſtatuerit, debebat habere certiſſimam notitiam huius conditionalis etiam ſi reuelauero, euentus tamen non impedietur, quia Petrus hac reuelatione non vtetur, ſed animum ad alia diuertet; quæ tamen cõditionalis erat libera, facilè enim Petrus ea audita, poterat moueri ad non negandũ: imò ſi præcisè ſpectentur diſpoſitiones, id videri poterat veriſimile, cum ſtatim reſponderit. *Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, debebat igitur illam voluntatẽ reuelandi hæc ſcientia præcedere, aliòqui expoſuiſſet ſe Chriſtus periculo errandi; ille ergo euentus infallibilis reuelatus infallibili cognitioni futuri conditionalis innitebatur. Quod ſi quis dicat, illam veritatem conditionalem vidiſſe Deum in decreto abſoluto ſuæ voluntatis, quo efficaciter decreuerit impedire, ne reuelatio proficeret Petro, quemadmodum tenentur dicere defenſores illius opinionis, vt conſequenter loquantur; iam non de conditionali libera, ſed neceſſaria, erit ſermo. Deinde efficaciter Deum impedire Petrum, ne bene vteretur medijs ad non peccandum ordinatis, vel ſubtrahendo ſuum concurſum ad bonum vſum, vel impediẽdo ne vnquam in mentem veniat talis reuelatio; quod, quàm ſit durum, quamq; à Dei miſericordia alienum quiſque ex ſe dijudicet. Multaque alia abſurda ſequerentur, niſi hanc cognitionem infallibilem eſſe, ſtatuamus, vt etiam in ſequenti teſtimonio cuique licebit intueri.

Quintum teſtimonium ex Geneſ. 11.

QVis non colliget hanc eandẽ veritatem ex illis verbis Geneſ. 11. *Nec deſiſtunt à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant, &c.* 14 Geneſ. 11.
vbi Deus clariſſimè prædicit effectum illum, nimirùm eos homines perducturos eſſe vſque ad finem opus inceptum, non tamen futurum abſolutè, quia nullo vnquam tempore re ipſa fuit talis effectus, ſed ſub conditione, ſcilicet niſi conatus illo-

illorum hominum diuinitùs impediretur. Facit huic expoſitioni quod inquit Rupert. de Trinit. & oper. eius lib. 4. in Geneſ. cap. 42. *Cœperunt hęc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec opere compleant, ergo ſi illa facultas mutuæ linguæ ſublata non fuiſſet, cogitationes ſuas opere implere, id eſt turrim tantæ altitudinis quiuiſſent extruere, cuius culmen ad Cœlum pertingeret. non vtique ad Cœlum æthereum, cuius altitudinis ſtadia Geometræ coniecturis ſuis numerare non poſſunt, ſed fortè ad Cœlum aereum, à quo volucres cœli dici conſueuerunt. Cum igitur de ſtulta eorum præſumptione dicit Deus. Nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec opere compleant, ſubaudiendum eſt, quantùm in ipſis eſt.* Hæc Rupertus. Prædicit igitur Deus infallibiliter futurum opus illud liberè quidem, (ſtante vnitate linguæ, & eorũ ambitione) non abſolutum, ſed conditionatum; quod quidem nunquam fuit, ſed futurum erat, quantum in ipſis eſſet, niſi obſtaſſet impedimẽtum, illaque linguæ confuſio. Idem inquit Caiet. *Prædicitur quod futurum erat, non quod futurum eſt, ſtante vnitate populi, & vnitate linguæ.* Auguſt. item Eugubinus refert ex Hieronymo iuxta translationem Hebraicam, illos omnia exequuturos, quæ decreuiſſent, niſi fuiſſent à Deo prohibiti, & ſic futurum conditionale liberum prędicitur, & certò, & infallibiliter. Nã quod Scriptura ſacra ſine hæſitatione aſſerit futurum, nos ſub dubio affirmare, & non ita certò, vt illi nõ poſſit ſubeſſe falſum, eſt contra regulam interpretandi ſacram Scripturam. Adde quod veluti cęcutiens operaretur Deus, dum deſcendit, confunditq; eorum linguam, caſu enim illa media adhiberet, niſi enim priùs quid futurũ fuiſſet, certò ſciret, nec media ad talem finem appoſita, & accommodata dicerentur, nec prudenter adhibita.

Rupertus.

Eugubin.

15 Nec audiendi ſunt, qui parùm ſolidè reſpondent, dicẽtes Deum hoc præuidiſſe in cauſa determinata, & potentia deliberata ad illud opus, quia eſt conſequens quoddam, futurum neceſſariò ex cauſa quamuis libera, quæ ſe ſemel determinauit ad vnã partem, eo enim poſito decreto, ab incępto non deſiſtet, quod homo poteſt etiam cognoſcere, quãtò magis Deus, qui penetrauit voluntates eorum hominũ, nec fore vt eos pœniteat, cum ſummo ſtudio cęperint ædificare, ergo potuit hãc conſequentiam colligere. Non deſiſtent, donec opere compleant &c. niſi impediantur.

Reijcitur quorũdam euaſio.

16 Verũ neſcio quomodo illud conſequens nec ex ſuppoſitione poſſit dici neceſſariũ, nec video, quo pacto ſuppoſita voluntate de aliqua re exordienda, ſequatur neceſſariò voluntas de eadem perficienda, cũ potuerint illi homines deterreri, ne in incępto perſiſterent, vel difficultate operis, vel temporis diuturnitate, vel potiùs ædificij inutilitate, vel tandem aliqua diſcordia, quæ inter ipſos oriri poterat, etiam ſi terra eſſet labij vnius: & omninò illud conſequens incertè colligitur, & per coniecturas ex illo antecedente; At prædictio Dei eſt infallibilis, cui non poteſt ſubeſſe falſum.

Vltimum teſtimonium ſumptum ex varijs Scripturæ locis.

17 VLtimò ex Prophetijs comminatorijs, & promiſſiuis hęc veritas confirmatur; Nam illæ etiam ſunt infallibiles, & non coniecturales ac conditionatæ; ſi enim conditio impleatur, & pręmium etiam, aut pęna infallibiliter confertur. Et tandem ſi voluas Scripturarum paginas, videbis modũ loquendi ex hac conditionata præſcientia, in illis eſſe

Ex prophetijs cõminatorijs, & promiſſiuis hæc veritas cõfirmatur.

eſſe adeo frequentem, vt planè conſtet, & generalem eſſe talem notitiā in omni genere effectuum, & actuū liberorum, Deumq; illa maximè vti, vt ad omnem prouidentiæ modum ſit perfectiſſimè diſpoſitus. Sed ſatis ſit præfata teſtimonia diſcuſſiſſe, cætera apud recentiores videantur.

Ex doctrina Sanctorum Patrum, & præſertim Auguſtini oſtenditur, Deum habere ſcientiam futurorum contingentium conditionalium. Cap. 4.

Auguſt. 1 SI varia loca Sanctorum Patrum, & præſertim Auguſtini, accuratè obſeruemus, haud dubiè affirmabimus, ex eorū ſententia hāc ſcientiam conditionalium ponendam eſſe in Deo. Et quidem Auguſt. pluriès de bono perſeuerantiæ lib. 2. cap. 9. hāc ſcientiam manifeſtis verbis adſtruit; vt ſunt illa. *Certè poterat illos Deus præſciens eſſe lapſuros, antequam id fieret, auferre de hac vita.* Et paulò inferiùs proponens illam quæſtionē, cur præteritis ſæculis Euangelium non ſit prædicatum, reſpondet. *Quid mirum, inquam, ſi tam infidelibus plenum orbem terrarum prioribus ſæculis nouerat, vt eis prædicari meritò nollet, quos nec verbis, nec miraculis ſuis credituros eſſe præſciebat?* Et tandem de Tyrijs, & Sydonijs loquens, inquit. *Numquid poſſumus dicere Tyrios, & Sydonios talibus apud ſe virtutibus factis credere noluiſſe, aut credituros non fuiſſe, ſi fierent cum eis? ipſe Dominus atteſtatur, quod acturi eſſent magnæ humilitatis pœnitentiam, ſi in eis facta eſſent diuinarum illa ſigna virtutum.* Idem repetit eod. lib. cap. 14. expreſsè affirmans, Tyrios, & Sydonios Gentiles acturos pœnitētiam, ſi illa auxilia habuiſſent, illaq; vidiſſent ſigna, qualia viderūt ciues Corozain, & Bethſaidæ, & quòd illis fuerit negatum, cum Iudæis fuerit conceſſum, refert in profunditatem
Iudicij diuini. At ſi omnes D. Auguſtini libros voluas, videbis illum millies hanc veritatem docere. 2
ſic in Epiſt. 49. de ſex quęſtionibus Paganorum, q. 2. circa fin. inquit. *Quid igitur mirum, ſi tam infidelibus plenum orbem terrarum Chriſtus prioribus ſæculis nouerat, vt eis apparere, vel prædicari meritò nollet, quos nec verbis, nec miraculis ſuis credituros eſſe præſciebat?* Quæ eadem verba repetens de prædeſtinat. Sanctor. cap. 9. addit. *Quid enim eſt veriùs, quam præſciſſe Chriſtum qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri?* Et contra Creſcentiū lib. 1. cap. 8. cōfitetur, quandoque Chriſtum prædicaſſe ijs, quos nouerat non eſſe credituros, volens nos ſuo firmare exemplo, qui futurā fidem, perfidiamque hominum prænoſcere non valemus, ne ſi quando nimium, nimiumq; ſine fructu ſalutis eorū loquuti fuerimus, deficiamus, & deſiſtamus ab inſtantia prædicandi, cum inaniter piguerit laborare.

Quod ſi Auguſtino nullū alium dabimus interpretem, niſi ipſum- 3
met Auguſt., non difficilè colligemus, quomodo ſit interpretandus locus eiuſdem de prædeſtinat. Sanctor. cap. 14. vbi in hæc verba de hac difficultate dixerit. *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, dictum eſt enim ſecundum pericula vitæ huius, non ſecundùm præſcientiam Dei, qui hoc præſciuit, quod futurum erat, non quod futurum non erat,* vt mens ipſius ſit de præſcientia abſoluta ibi loqui, quæ ſola ad rationem meriti, de quo ibi differebat Auguſtinus, poteſt conferre, non ſcientiam conditionatam impugna-

Conciliantur loca Auguſtini quæ vidētur cōtraria.

pugna-

pugnare, quæ licet ſimpliciter præſcientia non dicatur, cum non reſpiciat futurum ſimpliciter, appellari tamen poteſt hoc nomine ſecundùm quid, nempè ex hypotheſi, quia tendit in obiectum, tanquam in euentum futurum, poſita conditione, & omninò ſcientia, & notitia conditionata eſt, & appellanda eſt. Quòd tum ex præfatis locis Auguſtini licet manifeſtè argumentari, niſi velimus concedere, ipſum ſibi ipſi eſſe contrarium: tum etiam ex alijs quemadmodum ex lib. Epiſt. 105. impugnans opinionem illorum, qui dicebant, Deum conſulere baptiſmo quorundam paruulorum, quia videbat opera eorum bona, ſi erant victuri, quorundam non conſulere, quia videbat opera mala &c. nunquam præſcientiam negat, ſed pro abſurdo habet, opera, quæ homo facturus eſſet, ſi hoc, vel illud accideret, etiam ſi re ipſa nunquam ea facturus ſit, pertinere ad ratio-
4 nem meriti, vel demeriti. In eandem ſententiã loquitur in eod. lib. Epiſt. 107. ad vitalem illis verbis. *Quomodo ſecundum voluntates ſuas futuras homines iudicantur, quas habituri fuiſſe dicuntur, ſi diutius tenerentur in carne, cum dicat Scriptura ſacra Fœlices mortui, qui in Domino moriuntur, quorum ſine dubio certa, & ſecura fælicitas non eſt, ſi & ea, quæ non egerunt; ſed acturi fuerant, ſi eſſet hæc vita prolixior, iudicabit Deus, nullumque accipit beneficium qui rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, quia & pro illa malitia, cui forſitan imminenti ſubtractus eſt, pœnas luit; nec gaudendum eſt de ijs, quos fide recta, & vita bona nouimus eſſe defunctos, ne ſecundùm aliqua ſcelera iudicentur, quæ fuerant, ſi viuerent, fortaſſe facturi, nec dolendi, vel deteſtandi ſunt, qui vitam in infidelitate, & perditis moribus finierunt, quia forte ſi viuerent, acturi fuerant pœnitentiam, pièque victuri.*

Auguſtinus inquit opera quæ homo facturus eſſet ſi hoc vel illud acciderat nõ pertinere ad rationẽ meriti, vel demeriti.

Apoc. 14.

Hæc Auguſtinus; quibus ſemper proteſtatur, futura hæc conditionalia rationem meriti, vel demeriti non poſſe habere; ita vt quis eorum intuitu, vel pœna, vel præmio ſit afficiendus: non tamen ex eo capite. Aduerſariorum reprehendit opinionem, quòd hæc conditionalia admittant ſuo modo exiſtentia, & eorum notitiam. Citatque Cyprianum in ſuam ſententiam. Quia etiã eod. lib. de prædeſt. ſanct. cap. 12. hanc eſſe eius mentem, manifeſtè his verbis videtur declarare. *Quis enim audiat, quod dicuntur paruuli pro ſuis futuris meritis in ipſa infantili ætate baptizati, exire de hac vita, & ideo alij non baptizati in eadem ætate mori, quia & ipſorum præſcita ſunt merita futura, ſed mala, non eorum vitam bonam, vel malam Deo remunerante, vel damnante? ſed nullum Apoſtolus quidem limitem fixit, quem tranſgredi non debeat hominis, vt mitius loquar, incauta ſuſpicio; ait enim omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti,* Ad Rom. 14.
vt referat vnuſquiſque ſecundum ea, quæ per corpus geſſit, ſiue bonum, ſiue 3. ad Cor. 15.
malum. Geſſit, inquit, vel geſturus fuit; ſed vnde hoc talibus viris in mentem venerit, neſcio, vt futura, quæ non ſunt futura, puniantur, aut honorentur merita paruulorum. Et poſt aliquot eod. cap. *Iudicare autem quemquam non ſolùm ſecundùm merita, quæ habuit, quandiù fuit in corpore, ſed ſecundum merita, quæ fuerat habiturus, ſi diutius fuiſſet in corpore, vnde opinari potuerint homines, quorum ingenia non eſſe contemptibilia, veſtræ indicant litteræ, mirans, & ſtupens, reperire non poſſum,* & cap. 13. *Quod ſi forſitan dicunt, pœnitentibus peccata dimitti, & ideo iſtos non baptizari, in paruula ætate morientes, quia præſciti ſunt, pœnitentiam ſi viuerent, non acturos, eos autem, qui baptizantur, & paruuli de corporibus exeunt, Deum præſciſſe, acturos pœnitentiam fuiſſe, ſi viuerent, attendant*

& videant ſi ita eſt, non iam in paruulis ſine baptiſmate morientibus, peccata originalia vindicari, ſed ſua cuiuſque futura, ſi viuerent: item baptizatis non originalia dilui, ſed ſua futura, ſi viuerent, quoniam non poſſent niſi in maiore ætate peccare, ſed alios acturos pœnitentiam, alios non acturos fuiſſe præuiſos, ideoque alios baptizatos, alios ſine baptiſmo exiſſe de vita. Hoc ſi audirent Pelagiani, non iam laborarent, negando peccatum originale, & quærere paruulis extra Regnum Dei neſcio cuius ſuæ fœlicitatis locum, &c. Et tandem concludit eod. cap. circ. fin. *Sed quia hominum futura, quæ non ſunt futura, proculdubio nulla ſunt merita, & hoc videre facillimum eſt, & ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerũt, multo magis nec iſti dicere debuerunt.*

5 En igitur Auguſtinum, apertè negantem huiuſmodi futura conditionalia habere rationem meriti, vel demeriti, nec dici poſſe abſolutè futura, vt indicant illa verba illius, *futura, quæ non ſunt futura*. Nam hoc quod dicitur (eſt futurum), de abſolutis contingentibus tantùm affirmatur, negatur autem de futuris conditionalibus; ſed de illis dicitur, fuiſſent futura, geſſiſſet hoc, ſi vixiſſet; non autem, geſturus. Cum autem dicantur futura, quæ non ſunt futura, ſed quæ eſſent futura, ipſa qualiaqualia ſunt, cadunt ſub cognitionem diuinam, quod nunquam negat Auguſtinus, cum alibi clariſſimè id affimauerit; ſed non cadere tanquam hominis merita, vel demerita, quod proprium eſt illorum futurorum, quòd non ſolùm libera ſunt, ſed abſoluta. Eundem

6 ſenſum habent verba eiuſdem de anima, & eius orig. lib. 1. cap. 12. cum inquit, *Quomodo enim rectè dicitur præſciri futurum, quod non eſt futurum?* vt intelligantur non præſciri tanquam futurum abſolutum, quod ſolum meriti, vel demeriti rationem habet, vt teſtantur verba immediatè ſequentia. *Quomodo ergo puniuntur peccata quæ nulla ſunt? ideſt quæ nec in iſta vita, non dum incipiente, commiſſa ſunt, ante carnem, nec morte præueniente poſt carnem*, alioquin ſi nullo pacto præuiderentur hæc cõditionalia futura, quomodo ibi paulò ſuperiùs vocat maximum beneficium, quod illi collatum eſt, qui raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, ergo malitia futura erat, ergo præuiſa fuit, niſi velimus dicere cæco quodam modo, & caſu conferri à Deo his hominibus talia beneficia.

Præterea nunquam Auguſt. nec hoc loco, nec alijs negat, in Deo eſſe talem ſcientiam, quod ſi id ſentiret, proferre deberet, quia nullo faciliori modo reijceretur error, quem præfatis locis impugnat. His 7 conſona ſcripſit de geneſ. ad litteram lib. 10. cap. 16. vbi impugnans eundem errorem, quod ſcilicet aliquibus paruulis diuinitùs procuratur Baptiſmus, quia præſciuit, ſi vſque ad annos fidei congruos hi viuerent, piè eſſe victuros; alijs denegari, quia præſciuit contrarium; in hæc verba explicat ſuam ſententiã. *Cum ergo hæc reſpondent, quid eis contradici poteſt, niſi incertos nos eorum ſalutis fieri, qui hac vita benè geſta, in Eccleſiæ pace defuncti ſunt, ſi non ſolùm ſecundùm id, quod quiſque vixit, verum etiam ſecundùm id, quod victurus eſſet, ſi ampliùs viuere potuiſſet, quiſque iudicandus eſt; quandoquidem valent apud Deum merita mala non tantùm præteritorum, ſed futurorum delictorum, à quorum reatu nec mors liberat, ſi antequam fuerint commiſſa, præuenerit, nec aliquid ei præſtiturum eſt, qui raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, Deus enim præſcius illius futuræ malitiæ; cur non dum ſecundùm ipſum potiùs iudicaturus eſt? ſi moritura animæ infantis,*

fantis, ne obeſſet ei ex corpore peccati participata colluuies: ideo ſubueniendam iudicauit per Baptiſmum, quia præſciuit, eum, ſi viueret, piè, fideliterque fuiſſe victuram.

8 Hanc eandem doctrinam continent libri Hypognoſticon (ſi tamen ſunt Auguſtini, nam neque à Poſſidio, vel Beda, vel alio vetere Auctore ſub eius nomine citantur) vbi hęc verba leguntur contra Pelagianos, qui cauſam incircunciſi pueri pereuntis dicebãt eſſe actualia peccata, quæ commiſſurus erat, ſi viueret: *Deus, inquit is præſcius operum eius malorum, quæ facturus erat ætate perfecta, periturum dixit de populo ſuo. Ita ne, Pelagiane inſane, Deus, qui iuſtus eſt in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis pro huiuſcemodi credendus eſt, incircunciſum paruulum iudicare, vt tanquam factorem pro non factis ſceleribus puniat; tempus imputet quoddam, vbi vita non vixerit, vbi velle, & nolle non fuit voluntatis? Abſit hoc apud Iudicem iuſtum, qui vnicuiq; vel obedienti, vel contemnenti, vſu liberę voluntatis reddit ſecundùm opera ſua. Paruulo autem incircunciſo, ſolùm pro delicto, quod eſt opus diaboli, quod ex Adam ſeminatus attraxit, & circumciſione fraudatus non caruit, hoc in paruulo Deus odit, & punit. Ita nunc fit in populo Chriſtiano, circunciſio enim illa octaui diei, figuram circumciſionis Domini Saluatoris, & gratiam Baptiſmi geſtabat*: hæc ibi; quæ verba, ſiuè ſint Auguſtini, ſiuè veteris alterius Auctoris; ſatis ſit libris illis, qui eruditi ſunt, & vtiles, hanc eandem doctrinam confirmari, futura conditionalia non habere rationem meriti, vel demeriti, nec ſciri abſoluta ſcientia, qualis ad rationem meriti neceſſaria eſt: nunquam tamen negari, quin terminẽt cognitionem diuinam, & cadant ſub eius notitiam. Et tandem vbi Auguſtinus loquitur de vocatione efficaci, ſeu cõgrua, hac dirigi ſcientia conditionata ſtatuit, vt infallibilem cõſequatur effectum. In quam ſenten-
tiam varia poſſent adduci illius lo- 9
ca. Sed præclarum hac de re habetur teſtimonium lib. 1. ad Simplic. q. 2. ante med. vbi ita inquit. *Multi vocati, pauci verò electi; illi enim electi, qui congruenter vocati; illi autem, qui non congruebant, neq; contemperabantur vocationi, non electi, quia non ſecuti, quamuis vocati.* (Math. 20.) *Item verum eſt non volentis; neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* (Rom. 9.) *Quia etiam ſi multos vocet, eorum tamen miſeretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum eſt vt ſequantur: falſum eſt autem, ſi quis dicit, igitur non miſerentis Dei, ſed volentis, atque currentis eſt hominis, quia nullius Deus fruſtra miſeretur; cuius autem miſeretur, ſic eum vocat, quomodo ſcit, ei congruere; vt vocantem non reſpuat*: hac ille.

Examinatur illa difficultas, nũ, Deus cognoſcat hęc futura conditionalia poſt decretũ ſuæ voluntatis.

Nec refert ad illam confugere euaſionem ex Auguſtini ſententia, cognoſci quidem futura cõditionalia, ſed poſt decretũ diuinæ voluntatis: Nam id, & ſupra eſt impugnatum, & ex inferiùs dicendis clariùs apparebit, quanti ponderis ſit hæc reſponſio, & hoc eius teſtimonio conuincitur, iuxta eius mentem ſcientiam hanc conditionatam ducem eſſe efficacis voluntatis vocãdi, & ipſiuſmet cõgruæ vocationis, vt infallibilem conſequatur effectũ, ergo illas antecedit, non autem vice verſa decretum illud ſupponit, & ſequitur, quemadmodum etiam teſtantur verba illa eiuſdem eodem loco. Si vellet etiam, ipſorum miſereri, poſſet, ita vocare quomodo illis aptum eſſet, vt vocarentur, & intelligerent, & ſequerentur. Nec ſi hoc pacto dicatur, dabitur cauſa prædeſtinationis ex parte boni vſus liberi arbitrij à Deo præcogniti, quemadmodum cõtendunt aduerſarij,

ſarij, quod ex argumentorum ſolutione erit manifeſtum. Nec etiam interpretandus eſt, vt loquatur de coniecturali cognitione, ſed hoc illi imponitur, nunquam enim ſignificat ſe ita de Deo ſentire, ſed cum eadem claritate; & certitudine hãc ſcientiam illi tribuit, ac ſcientiam cæterorum futurorum contingentium, & ideo negat, cũ de Deo ſermo eſt, particulam, *forſitan*, ſignificare aliquam incertitudinem in diuina cognitione; Cuius rei præclarũ extat ipſiuſmet Auguſtini teſtimonium, tract. 32. in Ioan. exponentis verba illa Chriſti cap. 8. *Si me ſciretis, forſitan, & Patrem meum ſciretis; Ille, inquit, Auguſt., qui omnia ſcit, cum dicit, forſitan, non dubitat, ſed increpat: dubitationis verbum eſt cum dicitur ab homine, ideo dubitante, quia neſciente, quando vero dicitur à Deo, cum Deum nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas*. Hæc ille.

11

Quomodo ſit intelligẽda illa particula (forſitan) quãdo profertur à Deo.

12 Probatur eadem veritas auctoritate aliorum Patrũ.

Probatur deindè eadem veritas auctoritate illorum Patrum, qui illã diſcutiunt difficultatem, Cur Deus creauerit Angelos, vel Adam, eiſq; præceptum impoſuerit, cum præſciret illos peccaturos? In qua controuerſia non de ſcientia abſoluta, ſed de conditionata eſt ſermo; Nam præſcientia abſoluta ſupponit permiſſionem, ergo non potuit Deus tale peccatum permittere cum abſoluta eius præſcientia; multoque minus potuit illam abſolutam præſcientiam habere ante voluntatem creandi Adam. Præterea facilè dirimeretur quæſtio, negando quod aſſumitur, quia quãdo Deus habuit voluntatem creandi Adam, nõdum intelligitur habuiſſe illã abſolutam præſcientiam. Sancti autem Patres non ita difficultati ſatisfaciunt, ſed admittunt præſcientiam futuri peccati Adam, ante illam voluntatem creandi eum, reſpondentque nihilominus, Deum ex ſua bonitate voluiſſe illum creare: Apertè igitur loquuntur de ſcientia conditionata.

Cuius rei præclarum extat Hieronymi teſtimonium dialog. 3. contra Pelag., qui hoc Marcionis refert argumentum. Vel præſciuit Deus hominẽ in Paradiſo poſitum, mandatum tranſgreſſurum, vel non præſciuit; ſi præſciuit Deus, non peccauit homo, quia non potuit diuinæ ſcientiæ reſiſtere: ſi non præſciuit; cum auſers præſcientiam, auſers, & diuinitatem; Reſpondet Hieronymus, & præſciuiſſe Deum, & peccaſſe hominem; quia ita Deus præſciuit, vt eum in ſua libertate reliquerit. Hoc idem argumentum Marcionis copioſius tractat Tertull. lib. 2. contra Marcion. à cap. 1. vſq; ad 7. apertèq; oſtendit, ſermonem eſſe de ſcientia conditionata. Ad idem poſſunt adduci complures alij Patres, quorum longiſſimam ſeriem recenſet Suar. opuſc. ſuo de Auxilijs, lib. 2. de ſcientia conditionata cap. 2. Ipſum audite.

Hieron.

Tertull.

Suar.

Nõ præteribo tamen duo Chryſoſtomi teſtimonia, valdè notanda. Vnum eſt homil. 31. in Matth. quando comparans vocationem Pauli, & Matthęi, dicit, ambos eſſe à Deo vocatos, quando & quomodo ſciuit non reluctaturos, nam qui corda ſcrutatur, inquit, & occulta mentiũ, is etiam quando vnuſquiſq; ad obediendum paratus erat, non ignorauit. Alterum eſt homil 65. in eundem Matth., tractans de operarijs vineæ, diuerſis temporibus vocatis, & perueniens ad Paulum, ait, priùs nõ vocatum fuiſſe à Deo, quia præſciuit ipſum repugnaturũ vocationi; poſtea autem fuiſſe vocatũ, quia pręſciuit Deus, vocationem fuiſſe penetraturam eius Animam. His poſſumus duo alia eiuſdem addere; tractans enim illam quæſtionem de Adamo, Eua, & Angelis, homil. de

13 Chryſoſt.

Adam, & Eua tom. 1. & illam aliam de Chriſti crucifixoribus, homil. de anathem. tom. 5. inquit *Eos præſciens, formauit, vincente præſcientiam bonitate*, quæ verba non poſſunt niſi de præſcientia conditionata intelligi; nam ſciētiam abſolutam futurorum non vincit bonitas, ſed potiùs eſt quædam illius origo. Quibus poteſt
Greg. Nyſ. addi præclarum illud Greg. Nyſs. lib. de ijs, qui præmaturè abripiuntur, ſatis ant. fin., qui ſic ait. *Veriſimile enim eſt eum, qui id, quod futurum eſt, æquè atque præteritum cognouit, progreſſum vitæ infantis ad perfectionem prohibere, ne quod vi præſcia malum animaduerſum eſt, in eo, qui ita victurus fuiſſet, perficiatur; atque ei, qui ea voluntate, arbitrioque victurus, vitij nequitiæque materia, vita fiat*.

Ex Scholaſticorum doctrina, eadem veritas comprobatur.

Cap. 5.

1 QVamuis antiquiores ſcholaſtici non tractent ex profeſſo hanc controuerſiam, nihilominus, (licet non ſub ijs terminis) ſi eorum obſeruemus ſenſum, huic ſententiæ iam explicatæ videntur adhærere, & D. Thom. clarè
Thom. illam amplectitur 3. par. quæſt. 1. art. 5. ad 2. dum probat illud D. Auguſt. dictam, de Tyrijs, & Sydonijs aſſerentis. *Numquid poſſumus dicere Tyrios, & Sydonios talibus apud ſe virtutibus factis credere noluiſſe, aut credituros non fuiſſe, ſi fierent, cum ipſe Deus atteſtaretur eis, quod acturi eſſent magnæ humilitatis pœnitentiam, ſi in eis factæ eſſent diuinarum illa ſigna virtutum?* admittit igitur illo loco hanc ſcientiam conditionatam actuum liberorum, quam ex Auguſtino refert, manifeſtèque oſtendit, in illa eſſe ſententia, vt cognouerit Chriſtus, qui eſſent credituri, vel non credituri, his vel illis poſitis circumſtantijs. Similiter in catena adducit multa loca Sanctorum Patrum, qui expreſsè admittunt hanc ſcientiam conditionatam, & præter locum, quem communiter adducunt recentiores Matth. 11. *Si in Tyro*, &c. Matt. 11.
Sunt, & alia non minùs clara, & ſuper illa verba Matt. 21. Matt. 21.
Verebuntur forte filium meum, adducit Sanctus Thom. Hieronymum dicentem. *Quid autem dicit, verebuntur filium meum, non de ignorantia venit; quid enim neſciuit Paterfamilias, qui hoc loco Deus intelligitur? ſed ſēper ambigere Deus dicitur, vt libera voluntas homini reſeruetur*. Et tamen illa propoſitio, *verebuntur filium meum*, eſt propoſitio conditionalis, quæ non fuit poſita in actu; nam iudæi non honorarunt Chriſtum. Præterea alius locus eſt apud Ioan. 5.
Ioann. 5. *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan, & mihi*, propoſitio hæc conditionalis eſt; nam hi, de quibus hic eſt ſermo, mortui ſunt in peccato ſuo, vt dixerat Chriſtus. Adducit autem S. Thomas in hunc locum Alcuinum dicentem. *Forſitan autem more noſtro poſuit, non quia dubitatio ſit in Deo*. Et in illa verba Ioan. 8.
Ioann. 8. *Si me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis*, adducit Auguſtinum docentem particulam forſitan, non ſignificare dubitationem in Deo, ſed increpationem.
Tandem id colligitur ex loc. 3. par. 2
vbi quæſt. 1. art. 3. ad 4. circa illam difficultatem an Deus priùs præſciuerit ſcientia viſionis ipſum peccatum Adami futurum, & in remedium peccati decreuerit tanquam medium Incarnationem verbi, & mortem ipſius: ita argumentatur Deus ab æterno prædeſtinauit Incarnationem antequam eſſet peccatum;

catum; ergo, quamuis non fuiſſet peccatum, fuiſſet Incarnatio. Ad quod argumentum reſpondet negando conſequentiam, & reddit rationem; quia prædeſtinatio ſupponit præſcientiam futurorum. Ex quo loco aliqui Thomiſtæ colligũt, præſcientiã abſolutam peccati futuri anteceſſiſſe à Deo ſecundùm rationem ipſam voluntatem ſe incarnandi. Sed ſi exactius hic locus perpendatur, videtur hoc non poſſe dici: nam in eo loco S. Thomas affert exemplum ad ſuum intentum probandum, de prædeſtinatione alicuius electi, quæ, inquit, præſupponit orationẽ alicuius Sancti; per quam ille electus ſaluatur, ſicut, exempli gratia fuit oratio S. Stephani circa prædeſtinationem Pauli; ſed tam ſecundùm veritatem, quam ſecundùm ipſum S. Thomam, prior fuit voluntas efficax prædeſtinandi Paulum, quàm oratio Stephani: imò hæc oratio fuit effectus prædeſtinationis. Nec poteſt intelligi hic locus, vt volunt aliqui recentiores de ordine executionis, ſecundùm quem prior fuit oratio nam pateſſibi ſermonem eſſe de voluntate efficaci prędeſtinationis Chriſti; ergo eodem modo dicendum eſt, quod prædeſtinatio Incarnationis, ſeu exaltationis Chriſti, quæ duo pro eodem accipit ibi S. Thomas, fuit ante præuiſum peccatum abſolutè: quare dicendum potiùs, eſt Sanctum Doctorem loqui de peccato ſcito per ſcientiam cõditionatam, qua ſuppoſita Deus, incarnari voluit Chriſtum, vt cauſam finalem.

3 Sed obijcies ex eodem D. Thoma in Opuſc. 48. tract. de enunciat. cap. 14. dicente omnem conditionalem veram eſſe etiam neceſſariam, ergo cum hæ conditionales, de quibus loquimur, non ſint neceſſariæ, nec etiam erunt veræ, ergo nec poſſunt eſſe obiectũ diuinæ cognitionis, ipſe n. pro certo habet hãc conditionalẽ, ſi homo eſt albus, homo eſt muſicus, eſſe falſam, eo q non neceſſariò poſito albo ſequatur muſicum. Verum reſpondetur, D. Thomam non loqui de ijs conditionalibus eo loci, quas logici vocant promiſſulas, vel per ſe probabiles, ſed de ijs, quæ ſignificant neceſſariam illationem, ſuntque in materia neceſſaria, quod ex illa eius regula dignoſcitur: Si animal neceſſariò ineſt homini, quicquid fuerit homo, erit animal; hoc autem pacto conditionales propoſitiones de futuris liberis ſub terminis communibus ſumptæ, ſemper erunt falſæ; quemadmodum illa ſi homo eſt albus, homo eſt muſicus; nam ad veritatem harum propoſitionum oportet, vt termini poſiti in conſequenti neceſſariam habeant connexionem cum terminis poſitis in antecedenti; quod quam ſit falſum, omnibus patet. Vnde hæ propoſitiones indefinitæ non cognoſcuntur à Deo, niſi quatenus in ſuis ſingularibus, & illorum ratione veritatem habent.

Conciliantur diuerſa loca D. Th. quæ videntur contraria.

Ex cœteris eiuſdem ſæculi per conſequentias aut ex vno, vel altero ipſorum verbo hæc eadem ſententia quoquo pacto colligitur. Recentiores verò qui de gratia, & libero arbitrio ſcribunt, contra noſtri temporis hæreticos, non ſolùm hãc admittunt ſcientiam, ſed ea maximè vtuntur, ad declarandam concordiam gratiæ efficacis cum libero arbitrio, nõ placuit illos referre, nam eos omnes recenſet Suar. loc. proxime cit. cap. 3. qui fusè hanc pertractat materiam. 4

Alij recentiores qui amplectuntur eandem ſentẽtiam.

Explicatur de quibus futuris conditionalibus intelligantur prædicta.

Cap. 6.

1 Quomodo ſe habeat Deus in cognoſcendis futuris liberis, & diſparatis.

CVm inter propoſitiones conditionales non ſolùm illę numerentur, in quibus antecedens cōducit ad eſſe conſequentis, vel quia neceſſaria conſequentia vnum ex alio ſequitur, vt in conſequentijs neceſſarijs, vel quia re ipſa vnum ex alio producitur, licet non neceſſariò, vt cum agimus de effectibus contingentibus, & liberis; ſed etiam diſparatæ, in quibus nullo pacto antecedens conducit ad eſſe conſequentis, ſed ſolùm concomitanter ſe habeat, & quaſi caſu ſimul coexiſtunt in ordine ad eandem durationem, vt cum dicimus, ſi Petrus ambulabit, cœlum coruſcabit. Si Turca mortuus eſt, Franciſcus duxit vxorem. Si igitur de futuris conditionalibus ſecundi generis ſermo ſit, dicimus, ſub tali conditione non cognoſci à Deo, alioquin cognoſceretur falſum. Probatur aſſumptum, nam veritas conditionalis propoſitionis in bona illatione cōſiſtit, eſt enim ſimul conſequentia, & propoſitio; & veritas illius, quatenus eſt propoſitio, eſt bonitas eiuſdem quatenus eſt in conſequētia; vtraque verò conſiſtit in connexione antecedentis cum conſequēti. Vnde ex logicis habemus, inter alia iudicia, quibus internoſci ſolet bona, vel vitioſa conſequentia, in primis illud eſſe, ſi ex veritate antecedentis, ſaltem ex hypotheſi data, conſequens verum eſſe deprehendatur, vel neceſſariò, vel ſaltem re ipſa. At quomodo id eſſe poterit in illis propoſitionibus, in quibus antecedens nullo modo conducit ad eſſe conſequentis neque ex neceſſitate, neque ex aliqua cauſalitate, vt videre eſt in exemplis allatis. Si Petrus ambulabit, Cœlum coruſcabit. Si Turca mortuus eſt, Franciſcus duxit vxorem. Cum igitur in his propoſitionibus cōditionalibus ſecundùm proprietatem, & loquendi vim, ſignificetur dimanatio vnius ab alio, ſi quando conditio eſt diſparata, futurum contingēs cognoſceretur à Deo ſub illa conditione, falſum pro vero cognoſceretur, nam appręhenderetur vnum ab alio ſequi, quod à parte rei vtiq; non eſſet; quomodo enim cœli coruſcatio à Petri pendet de ambulatione, neque in ratione cauſæ, neque etiam effectus, quod niſi intercedat, nunquam bona illa conſequentia dici poteſt, ſi Petrus ambulabit, cęlum coruſcabit, nec conſequenter vera hæc propoſitio conditionalis, cuius veritas in bona illatione conſiſtit. At quia eſt inter terminos talium propoſitionū, quædam cōcomitantia ſub tali ratione, diuinam cognitionem non ſubterfugiet: quod quidem per aduerbiū temporale (quando) aptiùs ſignificatur hoc pacto. Tali die, quando Petrus ambulabit, cœlum coruſcabit: Tali hora, quando Franciſcus peccabit, Ioannes aget pœnitentiā; non autem per conditionis notam.

Quibus inditijs ex logicis habemus cognoſci a, vel vitioſam cōſequentiam.

Obijcies ex ſacra Scriptura, contingens diſparatum ſub illa conditione proferri, & ita etiam à Deo cognoſci, id enim manifeſtè oſtendūt verba illa ſumpta ex 4. lib. Reg. cap. 13. quibus refertur dixiſſe Eliſęum Regi Syriæ. *Si percuſſiſſes quinquies, vel ſepties, percuſſiſſes Syriam, vſque ad conſummationem*, vbi tunc nulla erat cōnexio cauſalis inter antecedens, & conſequens, cum ſagitta, tunc emiſſa nihil ſit operata in Syriæ deſtructionem; & tamen illud futurum contingens, ſcilicet Syriæ conſummatio cognoſcitur à Propheta 2

4. Reg. 13.

Obiectio cōtra dicta ex Scriptura ſacra.

pheta

Solutio. phæta per diuinã reuelationem ſub illa conditione, *Si percuſſiſſes quinquies, &c.* Verùm reſpondemus, diſparem eſſe rationem, nam hic antecedens, & conſequens non concomitanter ſe habent, & quaſi caſu in ordine ad eãdem durationem, cum emiſſio ſagittæ præceſſerit, percuſſio, vel deſtructio Syriæ erat futura; ſed connexio neceſſaria intercedit inter vtrumque non ex natura rei, ſed in ratione ſigni, & rei ſignificatæ, ex Dei voluntate, & ordinatione. Et quemadmodum vera eſt hæc propoſitio, & optima conſequentia, ſi homo eſt riſibilis, eſt rationalis, nam quãuis illud ſit poſteriùs à parte rei, hoc verò priùs, inter illa tamẽ neceſſaria ex connexio ex natura rei: ita vera eſt hæc alia, *Si percuſſiſſes quinquies &c. percuſſiſſes Syriam vſque ad conſummationem*, & optima conſequentia, quia vnum ex alio futurum erat, non ſi ſpectemus proprias rerũ naturas, ſed Dei decretum, & pręordinationem. Adde, quod eo loco nõ de futuro conditionali libero ſermo eſt. Nam licet bellorum apparatus in noſtra poſſint eſſe poteſtate, pręlijs verò ſuperari, vel ſuperiorem eſſe, non à noſtro pendet arbitrio.

3 Melius declaratur doctrina ſuperius tradita. Ex his, quæ diximus de futuris contingentibus, vbi cõditio eſt diſparata, non difficile infertur quid de reliquis futuris conditionalibus ſentiendum ſit, exiſtimo enim, cum ex vi harum propoſitionum ſignificetur dimanatio vnius ab altero, quod futurum contingens purum conditionale non poſſit à Deo cognoſci ſub illa cõditione, licet enim conditio pręrequiratur, vt poſſit ſequi effectus, non tamen ab illa nec neceſſariò, nec re ipſa ſequitur, ſed à cauſa cum ipſis præuijs conditionibus, nec ſufficit ad veritatem talis conſequentiæ, quòd cõditio aliquo modo prærequiratur ad effectum, ſi in ipſum nullo pacto influit. Nec exiſtimo verum, quod nonnulli recentiores dicunt eſſe per accidens reſpectu cognitionis diuinæ, vt in propoſitione cauſali cauſa concurrat, vel non concurrat; Nam quamuis non cognoſcatur effectus contingens, liber ex vi cauſæ; cognoſcitur tamen in ipſa cauſæ manatione; & cum in his propoſitionibus, quæ ſimul ſunt propoſitiones, & conſequentiæ, ſemper ſignificetur antecedens conducere ad eſſe conſequentis, vel neceſſariò, ſi in materia fiant neceſſaria; vel ſecundùm aliquam cauſalitatem, ſi ſermo ſit de conditionibus liberis. Ita etiam erit dicendum de cognitione diuina, alioqui vera dici non poſſet, niſi eſſet conformis rei, prout his propoſitionibus ſignificatur.

Quomodo Deus cognoſcat hæc futura conditionalia. Cap. 7.

Recentiores quidam ita putãt, dirimendam eſſe hanc controuerſiam; vt vno modo negandum ſit, hæc futura conditionalia cadere ſub ſcientiam, nec eſſe ſcibilia infallibiliter, etiam à Deo; alio verò ſit admittendum. Si enim hæc accipiantur, vt antecedunt omne decretum diuinę voluntatis prædeterminantis, quod tale quid ſit futurum, ſi adimpletur talis, vel talis cõditio, vtique nec ſciuntur, nec poſſunt verè ſciri; at ſi præintelligatur decretum ipſius efficax, & prædeterminans, cadunt ſub ſcientiam, vt futura aliquò modo ſunt, & infallibiliter à Deo cognoſcuntur. Quod vt melius intelligatur, animaduertendum eſt ex ipſorum ſententia, decretum aliquid faciendi, duplex eſſe aliud abſolutum, vt ſi quis abſque vlla conditione ſtatuat omninò ieiuna-

1 Refert opinio quorũdam recentiorũ ſententiũ, hæc futura conditionalia vno modo non cognoſci à Deo alio modo cognoſci.

2 Duplex decretum Dei afferũt, ad explicandũ eorũ ſentẽtiã vnum abſolutum, alterũ conditionatũ, & decretũ cõditionatum adhuc dicunt eſſe duplex.

ieiunare die craſtina; aliud verò cõditionatum, quod etiã duobus modis intelligi poteſt: vno ex parte actus ipſius voluntatis, vt cum volũtas nõ habet circa aliquod obiectum determinatum actum, ſed habuiſſet illum, ſi talis, vel talis occaſio ſe obtuliſſet, altero ex parte obiecti, vt ſi quis diceret ego volo, ſi talis adimpleretur conditio, vt hoc fieret &c. Dicunt igitur reſpectu futurorum contingentium, quæ nunquam ponuntur in actu, ponerentur tamen, ſi conditio eſſet impleta, præintelligi in Deo decretum conditionatum, non ex parte obiecti, atque in eo cognoſci, quo ſtatuit, vt eueniret conſequens, ſi impleretur conditio, importata in antecedente futuri conditionati; ſed quoniam abſoluta, & efficaci voluntate decreuit, vt conſequens non ſit futurum, eadem etiam efficaci voluntate ſtatuit, vt talis conditio non adimpleatur. Quod exẽplo Tyriorum, atque Sydoniorum confirmant, vbi illud futurum conditionatum, & ipſius veritas ſi in Tyro, & Sydone facta fuiſſent ſigna, quæ operatus eſt Chriſtus Dominus apud Iudęos, pœnitentiam egiſſent; non antecedit, ſed potius ſequitur decretum diuinæ voluntatis, illudque ſupponit; at quia occulto ſuo iudicio, ſed iuſto, decreuit abſoluta voluntate non conuertere Tyrios, & Sydonios, ſed in maſſa perditionis relinquere, etiam ſtatuit, vt ſigna illa, & virtutes non fierent apud eos, quæ ſi fuiſſent factæ proculdubio crediſſent.

3 Hancque eorum doctrinam putant colligi, tum ex alijs locis D. Auguſtini; tum ex lib. de bon. perſeu. cap. 14. vbi hæc habentur. *Non erant ergo ſic excęcati oculi, nec ſic induratum cor Tyriorum, & Sydoniorum, quoniam crediſſent, ſi qualia viderunt iſti ſigna, vidiſſent, ſed nec illis profuit, quod poterant credere, quia prędeſtinati non erant à Deo, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, & inuestigabiles vię, nec iſtis obfuiſſet, quod non poterant credere, ſi prędeſtinati eſſent, vt eos cæcos Deus illuminaret; & induratis cor lapideum vellet auferre.* Et poſt pauca; *Audiunt enim hæc, & faciunt quibus datum eſt non autem faciunt, ſiue audiant, ſiue non audiant, quibus non datum eſt.* En igitur D. Auguſtinum veritatem determinatam illius futuri: *Si in Tyro, & Sydone factę eſſent virtutes, quę factę ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.* reducentem ad liberum Dei decretum dandi fidem, aut piam operationem.

4 Impugnatur prædicta ſententia.

Verùm cum ſupra ſatis probatum ſit, hæc futura conditionalia natura ſua eſſe ſcibilia, & eſſe determinatè vera, cum alteram conditionalis partem inter contradictorias veram eſſe oporteat, ergo ad perfectionem ſciẽtiæ diuinę pertinent, vt cognoſcantur, cuius proprium eſt omne ſcibile, & omne penetrare verum, ergo nõ cognoſcuntur in libero decreto diuinæ voluntatis, quod potuit eſſe, & non eſſe, hoc enim præſefert illud liberum, & ſic ad Dei intrinſecam perfectionem non pertinet. Et confirmatur, nam quod natura ſua eſt ſcibile, certum, & indubitatum eſt à Deo cognoſci (niſi velimus dicere aliquod verum latere obtutum diuinum), ergo non eſt dicendum, cognoſci nullo modo poſſe niſi in decreto libero diuinæ voluntatis; ſupponeret enim hic modus explicandi, poſſe non cognoſci. Item aliquid incertum, nullo enim ſufficienti fundamento aſſeritur Deum habere tale decretum liberum circa omnia hæc conditionata obiecta. Nec valet dicere, ſupponere id, quod eſt neceſſarium, nempè voluntatem diuinam efficacem, & prædeterminantem,

5 nantem, omninò prærequiſitam ad operandum; nam ſi ita dicatur, hac ſententia euertit ſe ipſam, ſi enim futurus euentus ita erit prædefinitus, iam propoſitio futura cõditionalis non erit libera, ſed neceſſaria. At de futuris conditionalibus liberis noſter eſt ſermo, ſi enim Deus efficaciter decreuit dare Tyrijs, & Sydonijs ipſam fidem, & pias operationes, ſi in illis factę eſſent virtutes, quæ factæ fuerunt in illis Ciuitatibus, quibus Dominus exprobrauit, quomodo illud. *Si in Tyro, & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent*, erit futurum conditionale liberum? infallibilitas enim, quæ oritur ex vi antecedentis per ſe ſumpti, nulla alia facta ſuppoſitione ex parte conſequentis, requirit neceſſitatem in cauſa, prout antecedit vſum libertatis; talis autem neceſſitas eſt neceſſitas ſimpliciter, & libertati repugnans; at Deus cognoſceret, per aduerſarios illud futurum conditionale, pœnitentiam egiſſent Tyrij, ſi in illis factæ fuiſſent virtutes, &c. in decreto efficaci ſuæ voluntatis, ex quo tanquam antecedenti infallibiliter inferebatur, nulla facta ſuppoſitione, ex parte conſequentis, independenterque ab vſu liberi arbitrij eorum, ergo neceſſarium erat ſimpliciter, vt poſitis talibus ſignis, agerent pœnitentiam ex vi decreti diuini, & pręcedentium virtutum, & ſignorum, ergo illud non erat futurum conditionale liberum, ſed ſimpliciter neceſſarium.

6 Et explicatur magis nã ex decreto diuino per conſequentiam formalem liceret inferre exiſtentiam horum futurorum; & hoc non cernitur niſi in materia neceſſaria. Deinde ſi cognoſcuntur in decreto diuino hæc futura, non eſt peculiaris difficultas in illis cognoſcendis, nihil enim facilius quilibet cognoſcit, quàm quod in animo ſuo abſolutè iam ſtatuit. At hæc quæſtio non modo difficultates continet, illi cum futuris abſolutis communes, ſed etiam proprias; & in primis illam: nam cum nunquam ſint pro aliqua temporis differentia, habitura eſſe reale, neque in aliquo medio, neque in ſe ipſis videntur poſſe cognoſci, nec aliquid eſt in illis dare, ratione cuius terminent ęternum intuitum diuinæ ſcientiæ. Tandem cum Sancti inquirũt, cur Deus 7
creauerit Adam, quem præſciebat caſurum; ita loquuntur, vt tali locutionis modo hanc recẽtiorum ſententiam omninò improbent; pro certo enim ſupponunt, non fuiſſe caſurum ex decreto Dei efficaci, alioqui non haberet locum quæſtio illa, ſed alia magis perplexa, cur ſcilicet diuina voluntas ſuo decreto efficaci determinauerit Adę voluntatem ad talem actum, vel conſenſum, cum ille ſine tali determinatione cadere non poſſet, quod quidem in prauis actibus magis apparet abſurdum non ſolùm ratione libertatis, quæ cum tali diuino decreto nullo modo poteſt conſiſtere, ſed etiam ſi ipſorum actuum ſpectetur natura, quos ita determinare, & prædefinire, diuinæ repugnat bonitati Auguſtini autem ab eorum ſenſu diſcrepat opinio; in loco enim citato, & ſimilibus congruam vocationem à non congrua vult diſcernere, quæ per ordinem ad decretum diuinum ſecundum ſaniorem ſententiam non eſt explicanda, vt ſuo loco latiùs.

Modus igitur, quo Deus cognoſcit hæc futura conditionalia ſatis ex dictis patet, cum enim firmis rationibus principio huius diſputationis probatum ſit, has propoſitiones cõditionales non eſſe impoſſibiles, nec falſas, ſed habere determina- 8

Explicatur verus modus quo Deus dicitur cognoſcere hæc futura conditionalia.

tam

tam veritatem, conſequens eſt, vt Deus (quæ eſt eius infinita intelligendi virtus) ſicut intuetur omne verum, ita etiam immediatè penetret veritatem, quæ in illis eſt, ſeu concipi poteſt. Et quemadmodum cum ſupra de futuris contingentibus abſolutis tractatum eſt, diximus, quamuis in ſuis cauſis videantur, eſſe indeterminata, & à parte rei non dum exiſtunt; cognoſci tamen à Deo per conformitatem ad rem, prout tali tempore, & modo exiſtit abſolutè, & omninò cognoſci in ſe ipſis, ita ferè eodem modo philoſophandum eſt, cum eſt ſermo de cognitione horum futurorũ conditionalium, vt vnumquodque cognoſcatur per conformitatem, & comparationem ad rem, quæ tali modo, & tempore extitura eſt ſub conditione; cœtera petenda ſunt ex ijs, quæ diximus cum de futurorum contingentium abſolutorum cognitione, hæc enim inter ſe magnam videntur habere cognationem.

Soluuntur argumenta, quæ contra hanc ſcientiam conditionatam ab initio obiecta ſunt.

Cap. 8.

1 PRimi quidem argumenti patet ſolutio ex dictis; cum enim hęc futura habeant determinatam veritatem, ſecundùm eſſe, quod haberẽt poſita hypotheſi extra ſuas cauſas ita, vt ſunt entia, & vera, ſunt Deo præſentia obiectiuè ab æterno. Idemque vi infinita ſui luminis, cognoſcit ea in ſe ipſis, quod non minùs in his futuris ex hypotheſi, quam in abſolutè futuris locum habet, etſi non eodem prorſus modo.

2 Ad ſecundum reſpondemus negandum abſurdum, ſi de voluntate efficaci intelligatur antecedente omnem vſum liberi arbitrij, quod etiã in futuris abſolutis concedendum eſt, ſtatim enim ac voluit Adam creare cum tali diſpoſitione, & ſuæ illum relinquere libertati, præuidit illum peccaturum, & quoad hoc ſcientia illa nullam habuit à diuina voluntate dependentiam, ſed neceſſariò ſequuta eſt, ſuppoſita priori voluntate, & futura determinatione voluntatis Adæ; ſimpliciter autem dicimus, ita Deum certo cognoſcere futura ſub conditione, vt etiam ſub conditione intelligatur Dei decretum concurrendi ſcilicet cum arbitrio, v.g. Deus bene nouit totum hoc, ſi Petro in hac, vel illa occaſione darem hanc, vel illam vocationem, & ego cum illa cooperarer, iuxta illius exigentiam, nec miraculosè ſubtraherem meum cõcurſum, fieret tale opus; poſſem autem ſubtrahere, ſi placeret de concurſu autem dando, vel negando, nihil decreuit actu, quemadmodum ſentiunt quidam recẽtiores, & omninò ſicut futura contingentia abſoluta ſupponunt decretũ Dei concurrendi abſolutum: ita etiam hæc futura conditionata includunt voluntatem diuinam, ſi ipſa velit talem effectum, vel ſaltem permittere, & hoc pacto illorum ſcientia habet habitudinem ad voluntatem diuinam ſub prædicta conditione.

Ad tertium diſtinctiùs reſpondebitur cum de gratia efficaci; cum 3
enim explicatum fuerit in quo poſita ſit eius ratio, & quomodo ſupponat præuiſionem meritorũ, manifeſtiùs conſtabit, prædeſtinationem non eſſe propter merita, ſi illud propter dicat cauſam mouentem, ſed merita eſſe neceſſaria media ad exequendam illam Dei intentionem, & eorum præcognitionem requiri, vt prudenter poſſit

Deus

Digitized by Google

Deus ſaltem adultos prædeſtinare ad gloriam tanquam ad coronam, & premium. Ad quartum dicimus
4 nullum fieri, ita ſentiẽdo, bonitati, & diuinæ miſericordiæ præiudiciũ, omnibus enim Deus dat ſufficientia auxilia, vt ſuo loco multis probabimus, quibus quantùm eſt ex parte Dei homo conuertatur, nec dat ea, quibus præuidet hominem abuſurum, nec negat maiora, quibus eſſet benè vſurus, vt homo non conuertatur, & pereat, ſed prębet illa, vt nulli præcludatur ſalutis via; negat iſta, vel in pœnam prioris mali, vel quia hæc nemini debet, ſicque compertum ſit omnibus dari, cui dantur, vel vt permittat liberam creaturæ rationalis naturam ſuo modo operari, vel propter alias rationes ſibi notas.

5 Ad vltimum cõcedimus totum, quod infertur, non enim fatigatur infinita vis intellectus diuini, vt id cenſeri debeat incredibile; cumque in vnaquaque ſpecie diſtinctiſſimè cõcipit infinita indiuidua, ac quod indiuiduum poſſit infinitiès, vt ita dicam, replicari, non erit abſurdum concedere, Deum præſcire infinita futura ex hypotheſi, quę poſſint fieri circa quodlibet liberum arbitriũ, poſitis talibus diſpoſitionibus, circumſtantijs, talique rerum ordine.

6 Conſtat igitur tum ex ſolutione eorum, quę ab aduerſarijs objiciuntur, tùm etiam ex rationibus, & auctoritatibus ſacræ Scripturæ, quas ſupra ponderauimus, dari huiuſmodi ſcientiam futurorum cõditionalium, quam ſcientiam mediam vocant recentiores: Vtrum autem antiqui Scholaſtici ſub ſcientia viſionis illam compræhenderint, vel ſub ea, quæ dicitur ſimplicis intelligentiæ, ad modum loquendi pertinet: Quodverò ad rem ipſam ſpectat, ſatis diſputatum eſt de natura huius ſcibilis, idq; à vi infinita intelligendi diuina penetrari, quæ complectitur omne verum. Videantur recentiores.

Num intellectus Diuinus formet entiæ rationis.

OPVSC. XX.

Cap. I.

SI rem intimè conſideremus, negari non poteſt, meo quidem iudicio, entia rationis habere eſſe ſibi proportionatum ex vi etiam intellectionis diuinæ; nam hæc tum formantur, quando obijciuntur intellectui, ſed entia rationis obijciũtur intellectui diuino ergo. Maior videtur clara, nã nihil aliud eſt fieri, & exiſtere entis rationis, quã illud obijci, ſeu eſſe præſens obiectiuè intellectui. Et confirmatur ex differentia, quæ eſt inter entia realia, & rationis, in illis enim non valet hæc cõſequentia ſunt obiectiuè ab æterno pręſentia intellectui diuino, ergo ſunt actu, quia ipſis eſt extrinſecum obijci intellectui, & intelligi. At quando de entibus rationis ſermo eſt, intrinſecum, & formale illis eſt obijci; valet igitur dicere obijciuntur actu intellectui, ergo tunc formantur, & ſunt actu. Minor probatur, nã entia rationis cognoſcuntur à Deo, ſecundùm eſſe proportionatum ipſorum, ergo ſecũdùm illud eſſe obijciuntur intellectui diuino, ergo actu formantur à Deo. Antecedens probatur, nam quis poterit negare, intellectum diuinum, qui attingit omne verum perfectiſſimè, cognoſcere entia rationis? Item quotieſcunque aliquod, quod non eſt ens, cogitatur per modum entis; tunc intelligitur, & formatur ens rationis, ſed intelligit diuinus intellectus quædam non entia per modum entis, 1

entis,nam intelligere omne intelligibile perfectionis eſt,ergo. Prima conſequentia patet ex terminis. Vltima probatur,nam cum obijciuntur actu, totum eorum eſſe habent actu,ergo datur eorũ cauſa in actu: Non intellectus humanus,cum non ſit quãdo Deo obijciuntur ab æterno,ergo habent illud eſſe ex vi cognitionis diuinę.

2 Obiectio. Dices,repugnare perfectioni diuinæ cognitionis cognoſcere aliquid aliter,quàm eſt; at ens rationis tunc eſt,cum cõcipitur per modum entis,quod non eſt ens, ergo ſi intellectus diuinus formaret ens rationis,nõ intelligeret vnumquodque ſicuti eſt; ſed aliter quàm eſt.

Solutio. Verũ reſpondemus,vel non cognoſcere Deum ens rationis ad modum entis realis; ſed hoc oriri ex imperfectione intellectus noſtri. Vel melius, ſi totum eſſe entis rationis eſt obijci intellectui, & de ratione ipſius eſt taliter obijci per modũ entis poſitiui cum non ſit ens, Deus concipiendo illud ad modum entis, nõ concipit obiectum aliter, quàm eſt, cum hoc ipſum ſit eſſe entis rationis, & hoc nullam arguit imperfectionem in diuina cognitione, quin potiùs hinc colligimus,obiectum ab illa attingi omni modo cognoſcibili, v.g. cęcitas dupliciter concipi poteſt: negatiuè tantùm concipiẽdo, nõ eſſe potentiam viſiuam in tali organo,& tunc nullum inſurgit ens rationis, cũ ſolùm ſe habeat per modum non entis. Vel per modum entis poſitiui,quemadmodum intellectus noſter ad formandũ cõceptum ſimplicem ipſius cęcitatis, illam concipit, vt quandam animalis,ſeu organi affectionem, ſicut cũ dicimus,cęcitas eſt in oculo. Et appræhendit etiam tenebras vt quandam aeris diſpoſitionem, vt ſonat illa propoſitio. Tenebræ operiunt terram, & tũc inſurgit ens rationis.

Cæcitas, & quælibet priuatio dupliciter cõcipi poteſt.

Dices ens rationis non formari primario ab intellectu diuino, ſed veluti ſecundariò,nam ſupponit Deus ens rationis factibile, ſeu factum ab intellectu creato, & ſolũ cognoſcit illud vt tale. Cum autem vrgetur, ens rationis non habet aliud eſſe, quàm eſſe obiectiuum, ſed eſt præſens in mente Dei cum à Deo cognoſcitur vt factibile ab intellectu creato, ergo Deus format ens rationis; Reſpondetur concedendo illud ens factum ab intellectu creato eſſe præſens obiectiuè in mente Dei,hocque eſſe obiectiuum haberi ex Dei cognitione; verùm huiuſmodi eſſe obiectiuum eſt quaſi ſecundarium, ſupponit enim intellectus diuinus iam ens rationis formatum, vel formabile ab intellectu creato: quare cognitio Dei eſt veluti quædam reflexio ſuper ens rationis iam factum, ac ſi idem intellectus creatus reflecteret ſe ſuper illud idem ens rationis,quod formauit cognoſcendo illud iam factum. 3

Verũ licet poſſet obijci,Deum cognoſcendo ab æterno ens rationis actu illud formare; at quod ſupponitur ex parte intellectus creati nõ eſt actu,ſed in potentia, nec formatum,ſed formabile;quicquid tamen ſit de hac reſponſione,probo, intellectum diuinum primariò formare ens rationis, nullo habito reſpectu ad illud,quod poteſt formari ab intellectu noſtro, vt ſatis demonſtrant multæ propoſitiones,quę leguntur in Scriptura ſacra, & inter cæteras illa, quæ habetur lib. Geneſ. cap. 1. *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, cuius ſignificatio ſi attendatur, videbimus,non eſſe lucis,per modum poſitiui entis tribui abyſſo, ergo hinc ſatis colligo,cum hæc propoſitio ſit dictata à Spiritu ſancto,intellectum diuinum appræhendiſſe ens negatiuum per modum poſitiui, & formaſſe ens rationis. Reſponderi poteſt 4

Probatur hæc ſententia ex Scriptura ſacra.

Geneſ. 1.

poteſt ordinatum fuiſſe à Deo, vt
ſub illis terminis formaretur talis
propoſitio, nã ſic captui noſtrõ vi-
debatur accommodata. Sed con-
tra, nam non magis ſupra captum
cognitionis noſtræ eſt illa propoſi-
tio, lux non erat ſuper faciem abyſ-
ſi, quàm hæc alia, Tenebræ erant ſu-
per faciem abyſſi; imò forſitan illa
notior; nam ſi quæras, quid ſibi vult,
Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi;
reſpondetur, non erat lux &c. Præ-
terea non ſolùm verborum ſenſus,
ſed etiam verba ipſa fuerunt dictata
à Spiritu ſancto, ergo ita formata, &
expreſſa in mente eius. Probo an-
tecedens; nam iſta propoſitio dicta-
ta fuit à Spiritu ſancto illo loco Ge-
neſ. *Tenebræ erant ſuper faciem abyſ-
ſi*, & non illa, lux non erat ſuper fa-
ciem abyſſi. Et explico magis, ſub
5 his vocibus numero fuit dictata, &
hę voces numero, nõ ſunt illæ, ergo
nõ eſt dictata ſub illis vocibus; imò
ſi alia editio haberet, lux nõ erat ſu-
per faciẽ abyſſi, inde colligeremus,
vtramque propoſitionem fuiſſe di-
ctatam à Spiritu ſancto, diuinumq;
intellectum bifariam intellexiſſe
ens negatiuũ, & per modum etiam
poſitiui, & ſic formaſſe ens rationis.
Item Scriptores ſacri, Spiritus ſan-
cti ſunt inſtrumenta, non ſolùm quò
ad verborum ſenſus, ſed etiam quò
ad verba ipſa, vt dicunt Sãcti Patres
ſuper illud Pſal. 44. *Lingua mea ca-*
Pſal. 44. *lamus ſcribæ velociter ſcribentis*, er-
go ita fuit dictata à Spiritu ſancto,
ergo ita fuit formata, & expreſſa in
ipſius intellectu. Probo conſequen-
tiam, nam verba externa alicuius,
ſigna ſunt ſufficientia conceptuum
intellectus eiuſdem, ergo talia ver-
ba ſigna ſunt talium conceptuum.
Item locutionem externã alicuius
præcedit locutio interna. Sed hęc
propoſitio, *Tenebræ erant ſuper fa-
ciem abyſſi*, eſt locutio externa Dei,
& Spiritus ſancti, ergo illam præceſ-
ſit locutio eiuſdẽ interna, ergo per
illa verba mentalia fuit expreſſa in-
teriùs, per quæ verba vocalia legi-
mus expreſſam exteriùs.

Et confirmatur magis, nam lo- 6
cutio Dei in tempore, eſt cum co-
gnitione, ergo talem locutionem
externam in tempore, pręceſſit talis
locutio interna ab æterno, quod
enim in tempore loquitur Deus, lo-
cutus etiam fuit ab æterno, ſi autẽ
ita loquutus, ita etiam cognouit,
locutio enim interna non eſt cogni-
tio, vel iudicium de re ipſa, ſed rei
iam cognitæ quædam expreſſio: co-
gnouit igitur ens negatiuũ per mo-
dum poſitiui, illudq; de alio affir-
mauit, tanquam ſi eius eſſet quæ-
dam diſpoſitio, ergo formauit ens
rationis non quaſi reflectens ſe ſu-
per ens rationis ab intellectu creato
iam factum. Quamuis autem diui-
næ perfectioni formare ens rationis
dicto iam modo nõ repugnet; Nun-
quam tamen concedere formare il-
lud diſtinguendo inter ſe quæ non
ſunt diſtincta, ita vt res concipiat in
adæquato conceptu, & limitato; nã
hoc præſefert imperfectionem, ſi-
cut formare illud ex indigentia,
quod de Deo omninò eſt negan-
dum.

De Voluntate Diuina.

OPVSC. XXI.

VT omnem hanc materiam, & 1
difficultates, quæ in ea conti-
nentur, paucis amplectar, & expli-
cem, ad nonnulla capita ipſam re-
ducere operæpretium duxi. Et pri-
mum omnium cum acceptum ſit,
Deum præditum eſſe voluntate; vi-
dendum eſt quid ſit hęc eius volun-
tas. Deinde quotuplex ſit. Tertiò
quæ nam cadant in Dei voluntatẽ,
ſeù quænam Deus velit. Quartò

 quomo-

quomodo Deus velit ea, quæ vult. Sextò vtrum Dei voluntas ſit omninò efficax, & ſemper impleatur.

Deum prædictum eſſe voluntate, & quid ſit hæc eius voluntas.

Cap. 1.

2 IN Deo eſſe voluntatem, fide eſt tenendum, idque conſtat ex Scriptura ſacra, ad Rom. 12. *vt probetis, quæ ſit voluntas Dei*, & ibid. cap. 9. *Voluntati eius quis reſiſtit?* Et ex illo Pſalm. 13. *Omnia quæcunque voluit fecit*, & ex alijs teſtimonijs, quæ paſſim leguntur in ſacris literis; rationeſque ad idem confirmandum, ſatis ſunt notæ, vt eſt illa. Cum Deus ſit ens infinitè perfectum, neceſſariò fatendum eſt, in eo eſſe formaliter omnes perfectiones, quæ in latitudine entis ſunt ſimpliciter ſimplices nullam in ſui ratione includentes imperfectionem, ſed huiuſmodi perfectio eſt voluntas ſecundùm ſuam rationem formalem, ergo in Deo eſt voluntas formaliter. Minor probatur, nam nomine voluntatis formaliter intelligimus inclinationem, ſeu propenſionẽ quandam in omne bonum, quod intellectu concipi poteſt, quę ratio voluntatis eſt melior ipſa, quàm non ipſa, neque eſt incompatibilis cum aliqua alia maiori perfectione ergo nullam ex ſui natura includit imperfectionem. Præterea voluntas eſt perfectio ſequens intellectum, qua ratione vtitur D. Thom. 1. par. quæſt. 19. art. 1. Radicemque eius declarat, & comprobat alio principio, quod appetitus vitæ ſequitur formam comprætenſam, ſicut appetitus innatus ſequitur formam naturalem, quod principium omnibus viuentibus, cognitionis capacibus commune eſt, & conſtat inductione, & optima proportione à D. Thom. inſinuata; ſed hæc in re tam clara ſufficit attigiſſe.

Rom. 12. & 9.

Explicatur, quid ſit volũtas, & vt conueniat Deo.

Thom.

3 Pertinet autem ad eius quidditatem, & rationem formalem explicandam, an hæc voluntas non ſolùm ſit idem cum eſſentia diuina, ſed num ſit de eius eſſentia, & num præciſa voluntate intelligatur diuina eſſentia plenè conſtituta, & ecõtra, num in ratione voluntatis includatur eſſentia diuina. Verùm quia hæc omnia latè explicauimus, cum de attributis diuinis, illa ſufficiant ad ea, quæ ibi ſunt dicta, addere nunc duxi, vt formalitas diuinæ voluntatis magis innoteſcat, illam non eſſe in Deo per modum potentiæ ſecundùm rem, ſed per modum actus vltimi, & puri, quemadmodum ſupra diximus de intellectu, & ſcientia eiuſdem Dei, atque eodem modo probatur, nam voluntas, quæ in re eſt potentia, habet eam rationem reſpectu actus, quem elicit, & recipit; non eſt autem in Deo potentia efficiens, aut recipiens actus, quia nec eſt potentia receptiua in Deo, cũ repugnet puro actui, neque etiam potentia realiter actiua, ſeu productiua, reſpectu attributorum, ſeu actuum eſſentialium, quale eſt ipſum velle. Præterea velle Dei non eſt aliud, quàm eius ſubſtantia, ſeu eſſe: ſicut ergo ad ipſum eſſe non datur in Deo potentia neque ſuſceptiua, neque actiua; ita neque ad velle, non eſt ergo in ipſo potentia volendi, ſed volitio per eſſentiam.

An diuina volũtas nõ ſolũ ſit idẽ cum eſſentia Dei, ſed etiam an ſit de eius eſſentia.

4 Hoc autem omninò actu, quamuis ſit ſimpliciſſimus, & indiuiſibilis abſque vllo reali augmento, & diminutione eius, vult Deus omnia, quæ vult, & non vult ea, quæ non vult, & cum amet ſeipſum propter ſe, & alia propter ipſum, ſeque vt finem, cętera verò, vt media, & ſe neceſſario,

Eodẽ actu ſimpliciſſimo volũtatis vult Deus quæ vult, & nõ vult ea quæ non vult.

cessario,

Digitized by

ceſſario, quia hoc exigit propria ſua bonitas, & alia liberè, nam ſine illis poteſt ipſe conſtitui, omnia eodem actu perficit, & quod mirabilius eſt, eodem, quo poſſet alia extra ſe non amare, ſi vellet, quamuis nihil intelligatur additum ipſi actui, quemadmodum teſtatur etiam D. Thom. 1. par. quæſt. 19. art. 2. ad 4. & art. 3. latiùs, & art. 5. idque etiam confirmant illi Auctores, qui dicunt; Deum attingere per ſuum velle talia obiecta, tantùm addere actui diuino reſpectum rationis, non quia Deus conſtituatur actu volens talia obiecta per relationem rationis; nam cum ſit quid confictum, & nihil, non poteſt conſtituere formaliter Deum volentem liberè creaturas, nec tanquam tota forma, vel tanquam aliquid complens, vel vl-
5 timatè conſtituẽs illas. Adde quòd priùs ſecũdùm rationem Deus vult liberè creaturas, quàm intelligat ſe velle liberè illas, & intelligendo, fabricet reſpectum rationis; ſed ita loquuntur, nam illud attingere per ſuum velle talia, & talia obiecta extra ſe, nullam addit in ipſo Deo habitudinem realem, neque prædicamentalem, neque traſcendentalem, ſed cum eminentiori modo id peragatur, illum explicant per relationem rationis, quia alio pacto explicari non poteſt, fundamentum autem huius reſpectus ex parte Dei non eſt aliud, niſi ipſemet actus neceſſarius voluntatis diuinæ, non tamen, vt eſt tantùm neceſſarium in eſſe, ſed vt eſt etiam liber quoad determinationem, & aliquam cauſalitatem.

6 Hinc cõſpicitur eminentia illius diuini actus, quod apprædendatur, vt forma quædã, quæ ſecundùm totam ſuam realitatem neceſſariò eſt in Deo, ſiuè eſt ipſe Deus; tamen non neceſſariò confert quaſi adæquatum effectum formalem, quem conferre poteſt in ordine ad extrinſeca obiecta, ſed eſt in manu, & poteſtate habentis talem actum, per illum tendere, vel non tendere in talia obiecta, & cum tendit, verè illaxat, & vult, nihilq; ex eo plùs habet, quàm ſi non amaret. Hoc autem, quod nos explicamus per modum formæ, & effectus formalis, eſt in Deo longè altiori, & eminentiori modo, & ideò licèt in formis imperfectis nunquã poſſit accidere vt eadem omninò forma neceſſariò exiſtens in ſubiecto, non conferat illi totum effectum formalem ſuum, ac proindè in voluntate creata nõ poſſit intelligi, quod neceſſariò habeat aliquem actum volendi, & nihilominus ſit in manu eius velle, aut non velle per illum actum aliquod obiectum, ad quod poteſt terminari: Diuinum tamen velle, quia non eſt forma informans, neque actus actuãs, ſed actus puriſſimus; altiori modo intelligendum eſt, cõſtituere Deum volentem, & attingentem obiecta, cum eminenti quadam poteſtate ad attingendum, vel non attingendum ſecũdaria obiecta; nulla in ipſo actu, mutatione, vel reali additione facta. Accedit etiam, quòd velle creatum eſt totum natura ſua ordinatum ad obiectum, à quo ſumit ſpeciem, & ideo non poteſt eſſe talis actus in potentia, quin actu inclinet ad tale obiectum, & nõ per modum potentiæ, ſed per modum actus, & ideò neceſſariò conſtituit volentem, vel nolentem tale obiectum. At cum velle increatum nullam ſpeciem ſumat ab obiectis creatis, neq; enim eſt ens aptatum, & habens realem habitudinem ad illa, eminentiſſimo, & abſolutiſſimo modo illo attingit, quando Deus vult, & ideo licèt illud velle, ſecundùm totam ſuam entitatem neceſſariò ſit, nõ tamen neceſſariò attingit talia extrinſeca, ſiuè ſecundaria obiecta, & cum ea li-

Hoc eſt mirabile in Deo quod actus volũtatis diuinæ, ſecundum totam ſuam realitatẽ, vt forma quædã neceſſario eſt in Deo, ſiuè eſt ipſe Deus, tamẽ nõ neceſſario cõfert quaſi adæquatũ effectũ formalẽ quem cõferre poteſt.

Diſcrimina inter velle diuinum, & creatum.

berè attingat, non eſt neceſſe aliquid rei illi addere, ſed ſe ipſo eſt volitio eorum, liberè volendo, & ſe determinando.

7 Hinc intelligitur ſecundò quàm ſit eminens, & excellens modus libertatis diuinæ, quamque ab omni imperfectione ſemotus, nam libertas creata eſt potentialis, increata verò eſt ſummè actualis, & ideò illa eſt per modum potentiæ actiuæ, ſimul, & receptiuæ; hæc verò eſt per modum puriſſimi actus; illius actus liber eſt, quantùm ad eſſe, non verò quantùm ad terminari tali modo ad tale obiectum, quia ita eſt à ſua cauſa vt ex vi ipſius poſſit non eſſe; non eſt tamē liber quoad terminari, quia ſi eſt, neceſſariò terminatur ad tale obiectū tali entitati actus adæquatum: At verò volitio diuina libera eſt nō quoad eſſe, ſed quoad terminari reſpectu creaturarum; nam ſecundùm totam ſuam entitatem neceſſariò eſt, neque in hoc poteſt habere indifferentiam, quia eſſet magna imperfectio; tamen in terminari habet indifferentiam, non quidem reſpectu primarij obiecti, quod eſt ipſemet, & eſſentia diuina, quia neceſſe eſt, vt ad aliquod obiectū neceſſariò terminetur, ad illud ſcilicet, cum quo habet intimam, & neceſſariam cōiunctionem, vel potiùs vnitatem, ſed indifferentiam habet reſpectu ſecundariorum obiectorum, cum quibus non habet neceſſariam connexionem neq; ab illis vllo modo pendet. Vnde quāuis poſſe velle, & nō velle in nobis dicat potentiam actiuam, vel paſſiuam indifferentem ad hunc actū producendū, vel non producendū, & conſequenter recipiendum, vel non recipiendum. In Deo verò ſolùm dicit indifferentiam eiuſdē actus, vt ad hoc obiectū terminetur, vel non terminetur. Et quemadmodū libera facultas creata, quæ actiua eſt, & per modum potentiæ, non per modum actus, quamuis indifferens ſit, vt ſe determinet ad hunc actum potiùs, quàm ad alium agendum, non indiget alio determinante actiuè, ſed ipſe actiuè accommodat ſuam vim ad hunc actum potiùs, quam ad alium: ita libera facultas, ſeu potiùs actualitas increata non indiget alio formaliter determinante, & quaſi actuante, vt ſe ſe determinet, & quaſi flectat (vt ſic dicam) ad hoc obiectum potiùs, quam ad aliud, ſed ſe ipſa id præſtat, idque multo præſtantiori modo, quàm videre eſt in facultate creata, in qua eſt formalis libertas, quia hæc cum tantum ſit in potentia, ſeu actu primo, indiget aliquo addito per modum actus ſecundi, quo formaliter determinetur; entitas autem libera Dei, eo tamen modo, quo explicatum eſt, quia non eſt potentia, ſed actus purus, non indiget aliquo addito reali, vt ad obiectum terminetur, ſed ſe ipſa formaliter id præſtat, nam cum ſit ſumma eius actualitas, & infinita eius perfectio, in ſe præhabet quicquid ad omnem actualitatem volendi, neceſſarium eſſe poteſt; vnde tota illa perfectio, quæ addi fingitur per illud liberum actuale additum, in ipſamet infinita perfectione actualiſſimè continetur, ſecluſa omni imperfectione; nam ad obiectum creatum ſe ipſa terminari poteſt, cum quadam indifferentia, & dominio non ſupra ſe ipſam, ſed ſupra obiectum, nam nulli obiecto creato neceſſariò coniungitur. Et tandem quemadmodum voluntas creata non ſolum eſt libera antequam velit, ſed etiam cum vult, & actus, quo vult, eſt ſimpliciter liber, neceſſarius autem ex ſuppoſitione; quia prius natura, quam illum voluntas eliciat, intelligitur habere poteſtatem, ad eliciendum illum, & eſſe indifferens ad illum faciendum, vel

non

non faciendum, alioqui non conciperetur libera ad producendum illum actum: ita etiam Deus ab æterno liberè dilexit, & voluit creaturas, quia in primo ſigno rationis, intelligitur diuinum velle, vt indifferẽs ad hoc, vel illud obiectum creatum; in alio verò ſigno, in eodem inſtanti æternitatis, vt terminatum ad hoc obiectum; & quod in noſtro actu eſt neceſſitas ex ſuppoſitione, pro illo inſtanti pro quo eſſe ſupponitur, in Deo, & in illa terminatione diuini actus, eſt neceſſitas immutabilitatis pro ſua æternitate; vel, vt clariùs loquar, neceſſitas ex ſuppoſitione, non ſolum eo modo, quo omne, quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe; ſed etiam immutabilitatis, quia quod ſemel vult, ſemper neceſſariò vult; & quod ab æterno non voluit, ſemper, ac neceſſariò non vult, in ſenſu compoſito, vt aiunt.

8 Colligitur etiam ex dictis quod inquit D. Thom. 1. par. quæſt. 19. artic. 10. in Deo verè, & formaliter eſſe liberum arbitrium; non quidem comparatione bonitatis ſuæ, quàm neceſſariò diligit, atque vult eſſe, ſed comparatione aliarum rerum, quas etiam velle, & non velle, aut etiam nolle poteſt, hancque arbitrij libertatem non eſſe in potentia, ſed in actu, quia indifferentia eius non eſt in ordine ad actus, ſed immediatè ad obiecta ſecundaria reſpectu quorum (vt diximus) non eſt actus ille determinatus ad volendum, ſed ſolùm reſpectu primarij obiecti, quod eſt diuina bonitas. Thom.

Quotuplex eſt Diuina voluntas. Cap. 2.

1 QVamuis vna, & ſimpliciſſima ſit diuina voluntas ſi ſecundùm ſe ſpectetur quemadmodum, & ipſe Deus, ipſaque eſſentia diuina, cum qua identificatur. Verùm quia variè poteſt à nobis conſiderari tum propter habitudinem quorundam ad ipſam, quibus nomen diuinæ voluntatis analogicè tribui ſolet; tum etiam prout intelligitur alio, & alio modo diuerſa reſpicere obiecta, multiplex dici ſolet, & variè à Theologis diuidi. Et primùm explicabimus illas diuiſiones, quas noſſe oportet, ad explicandas varias locutiones Scripturæ, & Patrum, deinde illa, quæ ſumuntur ex analogia ad plures actus noſtræ voluntatis.

Diuiditur igitur, vt accedamus ad id, quod primo loco fuit propoſitum, voluntas Dei in voluntatem ſigni, & beneplaciti, vt videri poteſt in D. Thoma 1. par. quęſt. 19. art. 11. & 12. & etiam alijs in 1. diſtinct. 45. & 46. quę diuiſio iuxta communem ſenſum Theologorum, valde analoga eſt; nam voluntas ſigni non eſt vera voluntas, ſed ſignum voluntatis; ſolet enim vocari ſignum voluntatis alicuius, omne id quod indicat voluntatem eius. Sic ſumitur illud Pſalm. 102. *Notas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas*. Et etiam illud Actor. 13. *Qui faciet omnes voluntates meas*, id eſt præcepta, vel opera, quæ ego voluero. 2 Thom. Volũtas ſigni, & beneplaciti. Pſal. 102. Act. 13.

Dubium tamen eſt apud Theologos, num hæc voluntas ſigni, quæ methaphoricè dicitur voluntas, indicet tamen ſemper in Deo aliquã veram voluntatem, quæ formaliter ſit in ipſo. Sunt qui reſpondent negatiuè; nam ſicut, aiunt, punitio, & voluntas diuina puniendi peccatores, dicuntur methaphoricè ira, quatenus Deus talem effectum exhibet, qualem homo iratus conſueuit facere, cum tamen nihil ſit in Deo quod formaliter habeat ratio- 3 An volũtas ſigni quæ metaphoricè eſt volũtas, ſignificet ſemper aliquam voluntatẽque formaliter ſit in Deo.

nem iræ (iuxta illorum ſententiam, qui hunc effectum Deo negant) ita ſentiunt, & voluntatem ſigni, & metaphoricè dici Dei voluntatem, nec indicare voluntatem in Deo formaliter exiſtentem, quæ illi reſpondeat. Verùm latiùs infra demonſtrabimus, voluntatẽ ſigni ſemper in Deo verãm aliquam voluntatem indicare, vt communior eſt opinio, aliàs non eſſet verum ſignum, neque nomen voluntatis mereretur etiam ſecundum analogiam, ſicut homo pictus, niſi verum hominem repręſentaret, nec analogicè, nec methaphoricè homo dici poſſet.

4 Voluntas verò beneplaciti eſt illa, quæ veram voluntatem in Deo exiſtentem ſignificat, vt puta illam inclinationem, ſeu propenſionem Dei in obiectum à ſe cognitum, quæ inclinatio per modum actus puriſſimi, & vltimi, propriè voluntas diuina nominatur.

Voluntas beneplaciti quæ ſit.

Vnumquodque autẽ membrum huius diuiſionis porrò à Theologis diuiditur in alia. Voluntas ſigni ab eis dicitur eſſe quintuplex: nimirum præceptum, prohibitio, permiſſio, Conſilium operatio: quę omnes voluntates ſigni hoc vno verſiculo, memoriæ cauſa à ſcholaſticis compræhendi ſolent.

Voluntas ſigni dicitur eſſe quintuplex.

Præcipit, ac probibet, permittit, conſulit, implet.

Cuius verſus meminit Caiet. 1. par. quæſt. 19. art. 12. Durand. in 1. diſt. 46. quæſt. 3. & Cabr. ibid. diſtinct. 45. quæſt. 1. quamuis autem omnia hæc ſigna veram in Deo indicent voluntatem, nõ tamen eundem ipſius modum ſignificãt, propterea diſtinguntur.

Caiet. Durand. Gabriel.

5 Præceptum igitur ex ſe non indicat abſolutam Dei voluntatem, vt res præcepta fiat; ſed abſolutam præcipiendi, & obligandi voluntatem, vt fiat, cum affectu ſimplicis deſiderij, vt quemadmodum præcipitur; ita fiat; nam ſi in Deo non eſſet voluntas, de qua loquimur, ſanè inuitationes ad pœnitentiam, atque ad vitam æternam, quæ ex perſona Dei in Sacris Scripturis fiunt, potiùs fictiones dicendæ eſſent, comparatione eorum, qui non conuertuntur; veteratoris enim eſſet præcepta ſubditis dare, nec velle, vt ea implerent; vel æquè nihilominus traſgreſſores punire: quare in Deo nulla ratione eſt tribuendum, quin potiùs dicendum eſt, re vera velle fieri, quæ præcepit, ſeruata tamen libertate arbitrij creati, ac proinde ſub conditione. Si nos id ipſum velimus.

Nec obſtat præceptum illud Geneſ. 22. Abrahamo impoſitum, de immolando filio, quod, vt ab euentu potuit colligi, non fuit argumentum voluntatis diuinæ, rei præceptæ cõformis; nam poſſumus reſpondere quando dicimus in Deo eſſe formaliter voluntatem, qua vult, vt impleamus præcepta, quæ nobis tradit, ſi nos quoque id velimus, habere hanc tacitam conditionem, ſi penès nos ſit id adimplere: alioquin ſi impoſſibile, vel de facto, vel de iure nobis ſit, conſtat in Deo non eſſe talem voluntatẽ. At verò Abramo, tempore quo puerum erat percuſſurus, effectus erat impoſſibilis, iuris impoſſibilitate, ſcilicet id pręcepti antea ſibi impoſiti implere, quod implendum reſtabat, propter nouum illud aliud præceptum. *Ne extendas manum in puerum*. Poſſumus etiam dicere, & clariùs, doctrinam hanc manifeſtè eſſe in hũc modum intelligendam. In Deo eſt voluntas, vt ſi nos quoque velimus, impleamus præcepta, quæ nobis tradidit, pro tempore, quo obligãt; ab ea autem hoc pacto intellecta, nihil omninò eſt excipiendum, quoniam

6 Geneſ. 22.

An præceptum impoſitum Abraham, de ſacrificando filio fuit ſignũ voluntatis diuinæ rei præceptæ conformis.

etiam licet præceptum illud affirmatiuū, Abrahamo impoſitum, ipſum obligauerit ea omnia efficere, quæ vſque ad gladij erectionem effecit, idq; animo interficiendi Iſaac; Attamen pro nullo inſtanti illum obligauit Filium ſuum interficere; quoniam in tempore, in quo Filium, iuxta Dei præceptum erat percuſſurus, præueniendus erat à Deo, contrariumque illi præcipiendo. Et omninò, vt paucis plura complectar, dicimus, præceptum Dei ſemper eſſe ſignum voluntatis diuinæ, vt is, cui impoſitum eſt, idem velit facere, vel ſaltem tentet facere, non ſemper voluntatis diuinę, vt idem velit eſſe.

7 *Quid ſit diuina prohibitio.* De prohibitione idem cum proportione eſt dicendum; nam illa eſt quoddam præceptum oppoſiti, ſeu negatiui obiecti; indicat ergo in Deo voluntatem pręcipiēdi, & obligandi, ne aliquid fiat cum affectu, vt non fiat, quantum eſt ex parte Dei.

8 *Conſilium quā voluntatem indicat in Deo.* Conſilium non indicat voluntatem Dei obligandi; ſed videtur indicare tum iudicium diuinum, decernens, eſſe melius id, quod conſulit: Tum etiam ſimplicem affectum Dei, & deſiderium, vt id fiat, quantum eſt ex parte ſua, illud immediatè, hoc vero conſequenter.

9 *Permiſſio quā voluntatem indicat in Deo permittente.* Permiſſio autem non ſolùm non indicat voluntatem efficacem rei permiſſæ, vt dictū, eſt de præcedentibus, ſed præterea ex ratione ſua, quatenus permiſſio eſt, neq; ſimplicem Dei affectum indicat, vt fiat id, quod permittitur: permittit enim Deus peccatum, quod nullo modo vult; indicat igitur voluntatem Dei non denegandi concurſum generalem, rei permiſſæ neceſſarium, nec impediendi, ne fiat, iuxta illud Diu. *August.* Auguſt. in Enchyrid. cap. 95. *Nihil fit, quod omnipotens non velit; vel ſinendo vt fiat, vel faciendo.* Et vt etiā *Thom.* expoſuit D. Tho. 1. par. q. 19. art. 12. Vnde obiter ſit dictum, ſi permiſſio talem in Deo indicat voluntatem, ipſam non habere locū, vbi res iam eſt infallibiliter futura ex vi prioris voluntatis prædeterminantis. Nec videtur poſſibilis, ſi ea voce in propria ſignificatione vtamur, & prout Patres ea vtuntur, quando permiſſionem ab ordinatione diſtinguunt: *Quomodo Patres permiſſionem diuinam ab eius ordinatione diſtinguant.* permitti ergo aliquid alicui eſt, facultati, & voluntati eius ita committi, vt id, vel oppoſitum queat ſuo arbitrio velle, aut operari: Reſpectu igitur voluntatis Dei permitti dicitur, quod ex vi illius nec abſolutè, nec efficaciter ordinatur vt ſit, nec impeditur, ne ſit, ideoque nō negatur ei influxus neceſſarius, vt poſſit eſſe; in eo ergo effectu, qui futurus eſt ex vi prioris voluntatis prædeterminantis nō habet locum permiſſio, v. g. ſi Deus abſolutè prędeterminat actum voluntatis Iudæ, quo vult vendere Chriſtum, cum omnibus poſitiuis circunſtantijs, cum quibus id voluit, ex hac voluntate prædeterminãte neceſſariò ſequitur deformitas, adeo vt nō poſſit Deus illam impedire nec de abſoluta potentia ſua: quomodo ergo ibi locum habet permiſſio? erit ergo titulus ſine re, & vox ſine propria eius ſignificatione, ſicut ſi diceres, eum, qui feſtucam ad ignem applicat, permittere, vt cōburatur; multò enim magis ſequitur deformitas ex illo actu voluntatis, circa hoc obiectum, cum hac aduertentia facto, quàm combuſtio feſtucæ ex illa applicatione, hanc enim poſſet Deus de abſoluta potentia impedire; illam verò minimè. Sed de his latiùs alibi: ſufficit ergo nunc ſcire, permiſſionem ex ſua ratione nullam aliam voluntatem in Deo indicare, niſi non denegādi cōcurſum generalem, rei permiſſæ neceſſarium, & non impediendi, ne fiat.

Operatio etiam Dei indicat voluntatem diuinam, qua vult id facere, 10

re,

Operatio Dei indicat volũtatem diuinã qua vult id facere, vel ad id cõcurrere.

re, vel ad id concurrere, quia omnia per ſuam voluntatem operatur; voluntas autem hæc, quæ ex eius colligitur operatione, non ſemper eſt eiuſdem rationis; quando enim hæc operatio à ſolo Deo proficiſcitur, vt fuit opus creationis, vtique voluntatem ipſius abſolutam indicat: ſi autem ſermo ſit de ea operatione, quæ ſimul eſt à Deo, & à cauſa ſecunda, diſtinctione opus eſt: vel enim loquimur de illa, quæ ab arbitrio creato non pendet: & hanc quoque dicimus ſignum eſſe abſolutæ in Deo voluntatis; vel de ea, quæ ab arbitrio creato pendet, & tunc ſi bona eſt, ſignum eſt abſolutæ Dei voluntatis, non qua vult facere, ſed qua vult ad illam concurrere, tum per concurſum generalem, tum etiam ſpecialem, præſertim ſi ad ordinem gratiæ ſpectet. Et præterea qua præuidens pro libertate arbitrij creati ita futuras illas operationes, eas, vt ſibi gratas, & deſideratas abſolutè voluit. Si autem mala ſit, moraliter indicat voluntatem Dei abſolutam concurrendi, & influendi in eam, concurſu generali: Si autem conſideretur, vt effectus proprius liberi arbitrij creati; nulla ratione eſt ſignum, quod Deus illam velit, ſed ſolùm, quod velit eam permittere.

11 Voluntas beneplaciti

Voluntas verò beneplaciti, quæ veram in Deo voluntatem exiſtentem ſignificat, vnde ad eam ſpectant omnes voluntates, quas per quinque dicta ſigna oſtendi diximus, etiam ſuis modis diuidi poteſt.

Voluntas antecedens, & conſequens. Cap. 3.

1 Vlteriùs igitur volũtas in Deo exiſtens, diuiditur in voluntatem antecedentem, & conſequẽtem, quam diſtinctionem communiter Theologi tradunt, non tamen omnes illam eodem modo declarant.

Prima compoſitio voluntatis antecedentis, & cõſequẽtis.

Sunt igitur, qui ſentiunt, volũtatem antecedentem vocari illam, quæ nõ terminatur ad rem aliquam in ſe, ſed ad aliam antecedentem, ex qua ſufficienter poteſt altera fieri, licet fortaſſe impedienda ſit, ne fiat. Ita Bonauent. in 1. diſt. 47. artic. vnic. quæſt. 2. Scot. in 1. diſt. 46. quæſt. vnic. Ocham. & Gabriel. ibid. quęſt. 1. Durand. diſt. 47 q. 1. num. 5. & Heru. diſt. 46. quæſt. 2. exempla declarant, quia vult Deus reprobos ſaluare, non quia velit eis gloriam, æternamque ſalutem, ſed quia vult ſufficientem gratiam, in qua veluti antecedenter continetur gloria. Quod ſi obijcias, quia Deus vult hoc modo antecedenter cauſas, ex quibus ſequitur peccatum, & tamen non poteſt dici velle peccatum, etiam voluntate antecedenti, quia verè illi diſplicet. Reſpondebunt, peccatum non ſequi ex eo, quod Deus vult, nempè ex permiſſione; vt autem dicatur Deus velle aliquid antecedenter, oportet ex horum ſententia, vt ſequatur ex illo, quod Deus vult, tanquam ex cauſa. Voluntate autem conſequente, iuxta hos Auctores, vult Deus illud, quod non iam in ſua cauſa ſolùm, ſed immediatè etiam, & ſecundùm ſe vult, quando nimirùm nihil deeſt, vel obſtat, quominùs id aliquando in eſſe ponatur. Quocirca, iuxta expoſitionem hanc, omne bonum, quod fit, vult Deus voluntate conſequente: voluntate ſolùm antecedente vult Deus, omnes homines ſaluos fieri, & rectè viuere, quatenùs omnibus naturam contulit bonam, & confert etiam ſufficientia auxilia, vt id præſtare, & conſequi poſſit.

Bonauent. Scot. Ocham. Gabriel Durand. Herueus.

Hæc

2 Hæc expoſitio, quam tertio loco refert Greg. de Valent. 1. par. q. 19. diſput. 1. punct. 2., & maximè probat, mihi non probatur. Primùm; quia hæ duę voluntates diſtinguuntur ratione à Theologis, at iuxta hanc expoſitionem non eſſent duæ voluntates, ſed vna, quę vt terminatur ad ſuum obiectum immediatum, eſt conſequens; reſpectu verò alterius quaſi virtute, vel cauſaliter in illo contenti, dicetur antecedens. Deinde nec nominum rationi accommodatur: nam voluntas, quæ verſatur circa obiectum proprium, cur ea ratione conſequēs dici debet, cū ſit proxima ſui obiecti, vt ſic dicam & aliud nō ſit obiectum eius, niſi virtute, & quaſi interpretatione quadam. Præterea improbatur, nam iuxta horum Doctorum ſententiam, non ponitur voluntas in Deo, formaliter exiſtens, quę velit, omnes homines ſaluos fieri, ſed voluntas quædam, quæ ſit ſignum huius voluntatis, quia omnibus ſcilicet confert ſufficientia media, & auxilia, vt ſalutem conſequi poſſint æternā; hoc autem & rationibus, & auctoritatibus improbatur. Et primò, quoniam ſi Deus re vera nō vult, omnes homines ſaluos fieri, ſi per ipſos nō ſteterit, ſanè intelligi non valet qua nam ratione (ita vt ea audita animus quieſcat) omnes homines in vitam æternam cōdiderit, poſueritque omnes in manu conſilij ſui, vt gratia diuina adiuti, ad quam non ponentibus obicem, & facientibus, quod in ſe eſt, conferendam, paratiſſimus eſt, eam conſequi poſſent: Credere autem, & confiteri hæc omnia à Deo præſtari, & ſimul aſſerere, nunquam in eo extitiſſe voluntatem ſaluandi omnes, inter ſe non videntur cohærere.

Gregor. de Valent. Impugnatur, prædicta expoſitio.

3 Secundò Deus nobis dedit præcepta, & conſilia ad vitam æternam conſequendam, quæ quidem ex communi Theologorum conſenſu, voluntas ſigni dicuntur, neque alia ratione, niſi quia volūtatem in Deo formaliter exiſtentem exprimunt, qua id vult, ſi nos quoque pro noſtra libertate idem velimus, eaque ratione id nobis præcepit: ridiculum autem eſt, Scripturiſque ſanctis minimè conſonum, Deum dediſſe omnibus præcepta, & conſilia in vitam æternam, hancque eiſdem nunquam voluiſſe. Accedit ſi in Deo non eſſet voluntas de qua loquimur, ſanè inuitationes ad pœnitentiam, atque fœlicitatem æternam, quæ ex perſona Dei in ſacris litteris fiunt, potiùs fictiones dicendę eſſent, comparatione eorum, qui non conuertuntur. Et confirmatur id magis; Nam voluntas hæc nihil cum Deo pugnat, quin potiùs maximè conſentiens eſt, tùm cum bonitate, pietate, ac veritate diuina: tùm etiam cum libertate noſtra, & probatione, qua Deus nos ad palmam præmij ſtatuit perducere, ergo admittenda eſt. Tertiò idem comprobatur auctoritate D. Pauli, clarè id affirmantis illis verbis ideſt ad Timoth. 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri;* quibus ſatis exprimitur, Deum voluntate beneplaciti velle omnium ſalutem, & vitā morumque honeſtatem, omneſque alię expoſitiones ad locum Pauli præter hanc vel primo aſpectu peregrinæ, & extortæ apparent, & contextui minimè conſonæ, vt ex ſufficiēti illarum enumeratione patebit. 1. Timot. 2.

4 Prima igitur expoſitio eſt D. Auguſt. 12. lib de correct. & gratia cap. 15. vbi ſic habet, *Deus omnes homines vult ſaluos fieri, quoniam ſcilicet facit, nos velle, & aptare ſalutem*, quod probat ex illis verbis ad Rom. 5. *Miſit ſpiritum filij ſui, clamantem Abba Pater,* ideſt facientem nos clamare Abba Pater; ſi enim

Auguſt. Variæ expoſitiones illorum verborū Din. Pauli. Deus vult omnes homines ſaluos fieri.

Scriptu-

Prima expoſitio.

Scriptura verè dixit, Spiritum ſanctum clamare, quia efficit nos clamare, & Paulus potuit verè dicere; *Deus vult, omnes homines ſaluos fieri*, quoniam facit, vt ſalui ſimus, ideſt ſalutem velimus, quam operatur deſiderium ſalutis &c. Hanc expoſitionem confirmat idem Auguſt. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 1. & 2. dicens Voluntas Dei *ea*, quam efficit in nobis, iuxta illud ad Philipp. 2. *Deus operatur in nobis velle*: manifeſtum eſt igitur, Deum operari voluntatem bonam, atque eam voluntatem, quam operatur, dici voluntatem Dei. Verùm quamuis hęc Auguſtini ſententia ſanæ doctrinæ non repugnet, cum veriſſimum ſit velle Deum omnium mortalium ſalutem nobis eſſe curę, & hanc voluntatem bonam, qua omnes complectimur, in nobis illum operari; ad locum tamen Pauli dura videtur expoſitio, cum verborum proprietatem, nulla vrgente neceſſitate, detorqueat; nam quamuis cum audio, Deum clamare, dolere, pœnitentia tangi, ad metaphoras, & tropos neceſſariò confugiendum, intelligam, cum hæc omnia propriè Deo tribui nequaquam poſſint, in præſentia autem non dum apparet quid ꝓhibeat, quominus verè dicamus, velle Deum, omnes homines ſaluos fieri, cum præſertim id eius immenſæ bonitati conſentaneum in primis videatur. Adde, quod loci circunſtantia illam methaphoram non patitur, cum Paulus illam Dei voluntatem, erga omnes homines; nobis proponat, vt eam imitemur, & pro omnibus oremus.

Philip. 2.

5 Secunda eſt eiuſdem in Enchirid. cap. 103. & de prædeſt. ſanct. cap. 8. lib. Hypognoſt. ſub fin. & in Epiſt. ad Vital. quæ eſt 107. exiſtimantis, verba Pauli non eſſe intelligenda de omnibus in vniuerſum, ſed de ijs tantùm, qui ſaluantur, eo loquendi modo, quo, (vt ipſe ait loc. cit. de prædeſt. ſanct. dicere) conſueuimus quando vnus magiſter docet pueros in aliqua Ciuitate, huiuſmodi magiſtrum docere omnes pueros eiuſdem Ciuitatis, ſenſus enim eſt, omnes pueros, qui diſcunt in illa Ciuitate, ab eo magiſtro doceri, quamuis multi ſint, qui limina talis magiſtri nec ſalutant quidem, eſtque in hoc loquendi modo diſtributio accomoda, vt vocant. Eodem modo ait in Enchirid. explicari illud Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Nam cum multi in ſua perſeuerent perfidia, ſenſus eſt, à Chriſto illuminari omnes, qui illuminantur; ita vt nullus niſi ab eo illuminetur. Sed quamquam non nego, hanc explicandi rationem plerìſque Scripturæ locis neceſſariò adhibendam videri; huic tamen loco congruere nequaquã poteſt, orãdũ ait Paulus pro Regibus, cœteriſque omnibus, qui ſunt aliqua in dignitate cõſtituti, id enim eſſe Deo in primis gratum, qui vult omnes homines ſaluos fieri; ſi interpreteris, quia nemo ſalutẽ aſſequitur, quem Deus nolit, quis non videat, nullam hic eſſe aptam rerum conſecutionem, nullum nexum? quid ſi Deus nolit regem quempiam, aut magiſtratum conſequi ſalutẽ? vnde, quæſo, conſtabit Deo eſſe gratum, vt pro illis, preces fundantur? Quod aut de Ciuitatis magiſtro, vel medico affertur, huic loco non congruit, ſtupidum enim fuiſſe Timotheum neceſſe eſſet, ſi monendus fuiſſet ab Apoſtolo, neminem ſalutem conſequuturum, niſi quem Deus velit. Mitto exemplum illud ex Scriptura allatum nec admittere hanc interpretationem, cum Ioannes verè affirmet, Chriſtum, quantum in ipſo eſt, omnibus cœleſtem lucem afferre, per ipſos tamen ſtare homines, quomi-

Secũda expoſitio eorundẽ verborum.

Ioan. 1.

quominùs eam percipiant; quandoquidem, vt ipſemet dicit, Ioann. 3. *Hoc eſt enim iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.*

Ioan 3.

6 Tertia igitur eiuſdem Auguſtini expoſitio, qui cum ſuperioribus ſuis expoſitionibus non acquieſceret, inquit de correct. & gratia cap. 14. & in Enchirid. loc. cit. intelligenda eſſe verba D. Pauli per diſtributionem quandam, ita ſcilicet, vt diſtributio fiat non pro ſingulis generum, quaſi velit Deus omnes homines cuiuſcunque ſtatus ſaluos fieri, ſed pro generibus ſingulorum, vt loquuntur dialectici. Ita nimirum, vt ſenſus ſit, Deus vult, cuiuſque ſtatus aliquos ſaluos fieri. Ad eundem modum interpretatur idē Auguſt. illud Matth. 23. & Luc. 11. *Decimatis mentam, & rutam, & omne olus*, ideſt quamlibet oleris ſpeciem: quare per omnes homines intelligemus omnes genus hominum nēpè Reges, ſubditos, nobiles, ignobiles, doctos pariter, & indoctos, ſicut cum ait Chriſtus Ioan. 12. *Omnia traham ad me ipſum*, ſignificat. Si cruci affixus fuerit, ſe ſaluaturum omnes; omnes, inquam, ex quolibet hominum ordine, ad vitam æternam prædeſtinatos, ipſe enim ſe exponit Ioann. 6. ſignificans, ſe loqui de prædeſtinatis, dum dicit, *omne, quod dat mihi Pater venit ad me*. Similis ſenſus accommodandus videtur illis verbis Apocal. 5. *Ex omni Tribu, & lingua, & populo, &c. redemiſti nos Deus in ſanguine tuo.*

Tertia expoſitio.

Matt. 23. Luc. 11.

Ioan. 12.

Ioan. 6.

Apoc. 5.

7 Hæc expoſitio non videtur diſplicere D. Thom. 1. par. quæſt. 19. artic. 6. ad primū. Verū diſtributio illa non rectè reſtringitur ad prædeſtinatos, ſeu genera hominum, quia altera diſtributio, qua Paulus ait. *Obſecro fieri obſecrationes, orationes, &c. pro omnibus hominibus*, nullam ſimilem reſtrictionem patitur, & tamen manifeſtè Paulus eas æquiparat. Pręterea verendum eſt, ne perſimilis interpretatio magno cum fidei detrimento tum huic, tum alijs Scripturæ locis aptetur; nam cum Paulus hic appellat Chriſtum Saluatorem omnium hominum, forſitan hinc poſſet aliquis ſumere interpretandi licentiam, vt non de omnibus prorſus, ſed de hominum generibus ſit intelligendus. Item Pelagius diceret, cum Paulus Apoſtolus ad Rom. 5. ſcripſit, omnes in primo parente peccaſſe, non de ſingulis generum, ſed de generibus ſingulorum fuiſſe loquutum.

Thom.

Rom. 5.

Quarta expoſitio eſt D. Thom. & Caiet. in eundem locum Pauli 1. ad Thimoth. 2. & Marſil. 1. p. quæſt. 45. art. 1. & quorundam aliorum aſſerentium, locum illum non eſſe intelligendum de voluntate beneplaciti, hoc eſt quę formaliter ſit in Deo, hanc enim affirmant ſemper impleri; ſed de voluntate ſigni, qua Deus proponit omnibus præcepta ſalutis, auxilia, & remedia neceſſaria ad conſequendam vitam æternam. Sed hæc expoſitio, vt excludit voluntatem beneplaciti, ſatis ex ſuperioribus impugnatur. Ac D. Tho. licet in illum locum D. Pauli primam omnium referat hanc expoſitionem, exponit etiam poſtea eadem verba Apoſtoli quatuor modis de voluntate beneplaciti. Et in 1. par. quæſt. 19. art. 6. ad 1. illius nec meminit quidem, vtpotè nullius ponderis, nec rei veritati, nec verbis D. Pauli accommodatæ. 8

Quarta expoſitio. Thom. Caiet. Marſil.

Communis igitur expoſitio, & omnium optima eſt, Deum voluntate beneplaciti velle omnium ſalutem; quæ eſt Chryſoſt. Homil. 7. in hunc locum Paul. & in illud Ioann. 1. Qui illuminat omnem hominem, 9

Quinta, & communis expoſitio.

Chryſoſt.

Athan. Origen. Damaſcen. Proſper. Ambroſ. Hieron. Theophyl. Oecum. Caſſian. Thom. Chryſoſt. Damaſcen. Auguſt.

minem, Athanaſ. lib. de aſſump. homin. Origen. lib. 4. contr. Celſum, Damaſcen. lib. 2. de fid. cap. 29. & lib. contr. Manich. Proſperi lib. 2. de vocat. gent. cap. 19 & 25 alias 7. & 8. Ambroſ. lib. 2. de Chain, & Abel, cap. 9. Hieronym. ad Epheſ. cap. 1. & in Ezzecchiel. cap. 18. Theofilact. Oecumen. & aliorum, in illum locum Pauli, Caſſiani collat. 13. cap. 7. D. Thom. 1. par. quæſt. 19. artic. 6. ad 1. qui expoſitionem Chriſoſt. & Damaſc. in verba illa Pauli, magis probare videtur, & ideo vltimo loco, vt cœteris anteponendam retulit, & copioſius, quam alias explicauit. Quin etiam D. Auguſt. ad articulos ſibi impoſitos, art. 2. cuius hæc ſunt verba. *Sinceriſſimè credendum eſt, atque profitendum Deum velle, vt omnes homines ſalui fiant, ſiquidem Apoſtolus, cuius iſta eſt ſententia, ſollicitè præcipit, quod in omnibus Eccleſijs pijſſimè cuſtoditur, vt Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur; ex quibus quod multi pereunt, pereuntium eſt meritum, quod multi ſoluuntur, ſaluantis eſt donum.* Et idem de ſpiritu, & littera cap. 33. tom. 3. *Vult autem Deus omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non ſic tamen, vt eis adimat liberum arbitrium, quo vel benè, vel malè vtentes iuſtiſſimè iudicentur, quod cum ſi, infideles contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Euangelio non credunt, nec ideo tamen eum vincunt; Verùm ſe ipſos fraudant magno, & ſummo bono, maliſque pœnalibus implicant, &c. Ita voluntas Dei ſemper inuicta eſt, vinceretur autem, ſi non inueniret, quid de contemptoribus faceret, aut vllo modo poſſent credere, quod de talibus ille conſtituit.* Verbaque Pauli aliter poſſe explicari, quam tribus illis modis ſupra ex eius ſententia enumeratis ſignificat ipſe epiſt. 107. ad Vitalem tom. 2. ait enim. *Sed ſicut illud, quod dictum eſt: Omnes in Chriſto viuificabuntur, cum tam multi æterna morte puniantur, ideo dictum eſt, quia omnes quicumque vitam æternam percipiunt non percipiunt niſi in Chriſto: ita quod dictum eſt, omnes homines Deus vult ſaluos fieri, cum tam multos nolit ſaluos fieri, ideo dictum eſt, quia omnes, qui ſalui fiunt, niſi ipſo volente non fiunt.* Et deinde ſubdit. *Et ſi quo alio modo illa verba Apoſtolica intelligi poſſunt, vt tamen huic apertiſſimæ veritati, in qua videmus tam multos, volentibus hominibus, ſed Deo nolente, ſaluos non fieri, contraria eſſe non poſſint.* Hæc ille poſſunt autem explicari illis duobus alijs modis, quos paulò ſuperiùs ex eodem Auguſtino retulimus.

1. Cor. 15.

10 Et quamuis reſponſio ad articulos ſibi falsò impoſitos, Sancti Proſperi videtur eſſe, & inter eius opera habeatur; tamen hic ex mente Auguſtini loquitur. Adde quod de ſpiritu, & littera, loco citato, quod opus Auguſtini eſſe non ambigitur, idem confirmatur. Hæc autem expoſitio illi veritati de morte paruulorum ante Baptiſmum non contradicit, adhibita diſtinctione voluntatis antecedentis, & conſequentis, Deus enim poſita ruina generis humani, & beneficio redemptionis, voluiſſe voluntate antecedenti omnes ſaluos fieri, ſeruata tamen conſtitutione, curſuque cauſarum vniuerſi, dependenterque à libero arbitrio hominum; quos autem, vel ſua culpa, vel ob diſpoſitionem cauſarum vniuerſi viderit, à remedio ſalutis eſſe excluſos, voluit voluntate conſequenti, damnari, & perire: hoc autem factum paruulorum in vteris maternis pereuntium ante Baptiſmum, Diuo Auguſtino

no maximum faceſſit negotium, idque in cauſa fuit, vt teſtimonium Pauli non de omnibus vniuerſim hominibus ſæpè exponeret, dubiumque hoc dubiam reddidit Auguſtini ſententiam, ita vt diuerſis locis non eodem pacto Apoſtoli mentem ſit interpretatus.

11 Secũda expoſitio volũtatis antecedentis & conſequentis.

Cum ſatis ex dictis pateat, primam expoſitionem voluntatis antecedentis, & conſequentis non probari, accedendum eſt ad aliam. Secundò igitur exponitur, vt voluntate antecedente illud Deus dicatur velle, quod ex ſe vult ratione ſuæ bonitatis, vt miſereri, benefacere nulla cauſa ex parte creaturæ ad id inductus, vel certè minimè ad id ſufficienti, quod meliùs infra explicabitur; illud autem velit voluntate conſequenti, quod vult propter cauſam aliquam, quæ ex parte creaturæ antecedat, & à nobis prouocatus, vel ſuppoſita præſcientia operis noſtri, quo pacto Deus vult punire peccatores, vel aliquod malum irrogare, quia nimirùm id vult propter ipſorum peccata; peccata verò ipſa neque voluntate antecedente vult, neque conſequente, ſed libero illa hominis permittit arbitrio. Hanc diuiſionem hoc modo explicatam indicauit Chryſoſtomus homil. 1. ad Epheſ. vbi ita inquit. *Eſt enim & alia eius voluntas, vt eſt primaria illa; ſecundùm hanc non vult, perire peccatores, eſt ſecundaria, ſecundùm quam eos, qui in ſceleribus perſiſtunt contaminati, vult perire.* Damaſcen. vero 2. de fid. cap. 29. primus omnium nomina antecedentis, & conſequentis addidit. Nec dubitare poſſumus, illud duplex genus voluntatis in Deo poſſe conſulere, nam voluntas mundum creandi ad primariam pertinet eius voluntatem. At voluntas aliquem damnandi, vel perpetuò deſerendi, ſecundaria eſt, cum Deus neminem deſerat, niſi priùs deſeratur ab ipſo. Vbi notandum eſt ex ſententia horum Patrum, voluntatem Dei ſecundariam non verſari niſi circa aliquod malum inferendum, vt teſtantur etiam omnia exempla, quæ ponunt ad illam explicandam; omnia autem bona, quæ confert, volunt pertinere ad voluntatem primariam, ſeu antecedentem nam quamuis aliquod bonum interdum non conferat, niſi permotus ſuo modo ab homine per orationes, diſpoſitiones, &c. nihilominus quia ex ſe ſemper Deus eſt paratus ad hæc bona omnia conferenda, & illum ipſum ordinem vult propter maius bonum noſtrum, quod totum à primaria eius voluntate originem habet, ideo in malis ſemper explicant voluntatem conſequentem, vt magis appareat contra diſtincta ab antecedente.

Chryſoſt.

Damaſcen. primus omnium nominibus antecedentis, & conſequentis voluntatis eſt vſus.

12

13 Tertia expoſitio volũtatis antecedentis & conſequentis. Thom. Riccard. Cordub.

Tertia expoſitio horum membrorum eſt D. Thom. 1. part. quæſt. 19. artic. 6. ad 1. quem ſequuntur Thomiſtæ, & Riccard. in 1. diſt. 46. quæſt. 1. Cordubenſ. lib. 1. quæſt. 956. qui ait, voluntatem antecedentem vocari illam, quæ eſt de obiecto, ſeu fine bono, ſecundùm ſe ſpectato, præſcindendo ab adiunctis, ſeu particularibus circunſtantijs; Alteram verò vocari conſequentem, quia eſt de re in particulari conſideratis omnibus adiunctis, & circunſtantijs eius. Priorem, inquit D. Thom., non eſſe abſolutam, & efficacem, ſed magis dici poſſe velleitatem, quàm voluntatem: Poſteriorem verò ſcilicet conſequentem eſſe efficacem, & ſemper impleri. Exemplum affert Iudicis, qui antecedente voluntate vult omnem hominem viuere, cum nimirum naturam hominis abſolutè conſiderat; conſequenti verò voluntate vult, aliquos interfici,

Digitized by Google

terfici, cum eos præterea conſiderat non modo homines, ſed etiam latrones eſſe. Atque iſto modo, ex ſententia ipſius, antecedente voluntate vult Deus omnes homines ſaluos fieri; conſequenti verò, propter adiunctam peccati circunſtantiam vult, aliquos damnari.

14 Differt autem inter expoſitionem Damaſceni, & D. Thomæ maniſeſtè; nam ſecundum expoſitionem D. Thomæ voluntate conſequente vult Deus iuſtificare v.g. hominem ad id diſpoſitum ſiquidem id vult non ſecundùm quid, ſed ſimpliciter, conſideratis omnibus circunſtantijs rerum; non autem ſecundùm expoſitionem Damaſceni, ſed ſolùm voluntate antecedente, vt vidimus. Præterea ex huius mente non omnis voluntas abſoluta appellatur conſequens, nam antecedens poteſt eſſe abſoluta, & conditionalis; & ſecundùm ſuam rationem abſtrahit ab vtraque, ſed ea abſoluta appellatur conſequens, contradiſtincta ab antecedente, de cuius contrario velleitas in Deo reperitur; etenim voluntatem, qua Deus præuidens Petrum pro libertate ſui abitrij ſeruaturum præcepta, & conſilia, conſecuturumque vitam æternam, id iam abſolutè vult, placetque ſibi, non appellat voluntatem conſequentem, ſed ad antecedentem pertinere affirmat, quandoquidem per eam non aliud vult Deus, quàm id ipſum, quod voluntate antecedente vult, cum tamen illud idem velit abſolutè, atque vt ſibi gratiſſimum acceptet. Dum autem reprobis, præuiſis peccatis vult dãnationem, vtique voluntate conſequenti id vult, quia de eius contrario, velleitas in Deo reperitur, qua vult, omnes homines ſaluos fieri. Tandem, quamuis iuxta vniuſcuiuſque opinionem voluntas conſequens, ſemper eſt efficax; at ſi de antecedente eſt ſermo, iuxta Damaſcenum poteſt eſſe efficax, & inefficax, nam, & reprobis, & electis exiſtimat Deum antecedenter velle perſeuerantiam, & ſalutem æternam, & tamen his efficaciter, illis verò nequaquam, at iuxta D. Thomæ ſententiam, voluntas antecedens ſemper cenſetur inefficax. Quod ſi interdum voluntas aliqua beneplaciti, quam Deus ex ſe ſolo habet, abſoluta, & efficax eſt, illam vocat Diu. Thom. vt patet ex doctrina eius loc. cit. 1. par. voluntatem conſequentẽ, quia habetur abſolutè, & conſideratis omnibus, quæ ad illã ſunt neceſſaria, vt fuit voluntas creandi, &c.

Diſcrimina inter Damaſcenum, & D. Tho. in declaranda hac diſtinctione antecedentis, & conſequentis voluntatis.

Voluntas alia efficax, alia verò inefficax. Cap. 4.

1 Haec diuiſio iuxta Damaſceni ſententiam, & expoſitionem, eſt ſubdiuiſio voluntatis antecedentis, cum hæc ex eius mente, poſſit eſſe abſoluta, quæ ſemper impletur, & conditionalis, & velleitas quædam; Iuxta D. Thomam verò, & alios, eſt noua diuiſio voluntatis beneplaciti. Illud tamen eſt animaduertendum, habere locum hanc diuiſionem in vtraque ſententia, & Damaſceni, & D. Thom, & quamuis non certum ſit, dari hanc voluntatem inefficacem in Deo, ex omnium placito; nam Auctores citati in prima expoſitione voluntatis antecedentis, & conſequentis, illam videntur negare; omnes tamen, qui volunt, D. Paulum de omnibus hominibus loquutum eſſe in ſępè citatis verbis 1. Timoth. 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, illam tenentur concedere, vt conſequenter loquantur. Vnde cum Auguſtinus quandoque verba D. Pauli interpretetur ſecundum communem opinio-

Hęc diuiſio ſecundũ Damaſcen. eſt ſubdiuiſio voluntatis antecedẽtis ſecundũ vero D. Tho. & alios eſt noua diuiſio.

1. Timot. 2.

Auguſt.

opinionem de omnibus hominibus, hanc Dei voluntatem beneplaciti inefficacem; neceſſe eſt, vt concedat; vt videre eſt de ſpiritu, & littera, cap. 33. tom. 3. & in ipſius verbis, quæ ibi leguntur, quę ſupra perpendimus, quibus addere poſſumus immediatè ſequentia ad hanc eandem veritatem magis declarandum. *Qui enim dicit v. g. volo, vt hi omnes ſerui mei operentur in vinea; & poſt laborem requieſcẽtes epulentur, ita vt quiſquis eorum hoc noluerit, in piſtrino ſemper molatur videtur quidem quicunque contempſerit; contra voluntatem Domini ſui facere, ſed tunc eam vincet, ſi & piſtrinum contemnens effugerit, quod nullo modo fieri poteſt ſub Dei poteſtate*. Et in illud Pſalm. 110. *Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius*, ait. *Non vult Deus, vt pecces, nam prohibet; tamen ſi peccaueris, non putes, hominem feciſſe quod voluit, & Deo accidiſſe quod noluit; ſicut enim vult, vt homo non peccet, ita vult peccanti parcere, vt reuertatur, & viuat. Ita vult poſtremo in peccato perſeuerantem punire, vt iuſtitiæ potentiam contumax non euadat, ita quicquid elegeris, omnipotenti non deerit vnde ſuam de te compleat voluntatem, magna enim opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius*.

Pſal. 110.

3 In Deo datur ex ſententia Diu. Auguſtini volũtas beneplaciti inefficax.

Hæc ille, in quibus eius verbis clarè licebit proſpicere in Deo dari, ex eius ſententia, voluntatem beneplaciti inefficacem, & quamuis dicat voluntatem Dei ſemper vincere, id in eo ſenſu intelligit, quia efficaciam, & amplitudinẽ diuinæ voluntatis, nihil poteſt ſubterfugere. Cum quo etiam ſtat, vt quod vna ratione relabitur, in diuinam voluntatem; alia ab ipſa recedat. Et ita voluntas eius non omni modo cõſiderata eſt efficax, & impletur, ſed aliquãdo eſt inefficax, & non impletur, nec hoc dicit imperfectionem, cum non ſit ex defectu ſed quia Deus non vult aliter illam habere, vt latiùs infra declarabitur.

Eandẽ doctrinam, dicendũ eſt, probari ex D. Auguſtino in alijs locis, vbi verba Apoſtoli. *Vult omnes homines ſaluos fieri*, de omnibus hominibus intelligit, vt ad articulos ſibi impoſitos, art. 2. Idem confirmatur 4

Auguſt.

ex illa doctrina D. Auguſtini, ſæpè proponẽtis illam quæſtionem; quemadmodum 12. de Ciuit. Dei c. 6. cur ex duobus æquè diſpoſitis in actu primo, & æquè inuitatis ab eodem obiecto, alter ad illicitè perfruendum mouetur, alter in voluntate pudica ſtabilis permanet, & tamen nunquam reddit rationem ex diuinæ voluntatis prędeterminatione, neque ex maiori gratia vni collata, quàm alteri; alioqui non æquè eſſent diſpoſiti in actu primo, ſed in ipſius liberi arbitrij intrinſecam facultatem id reducit, ergo inde colligitur, vtriſque Deum voluiſſe perſeuerantiam in pudicitia, voluntate illa antecedente, & inefficaci, & ad id ambobus contuliſſe paria auxilia ad perſeuerantiam; at illius perſeuerantiam, quam pro libertate arbitrij vidit eſſe futuram, voluit etiã voluntate abſoluta. Tandem cum 5

Auguſtinus ſępè dicat de ſpiritu, & littera cap. 31. & 5. de Ciuit. Dei cap. 9. & 10. Deum eſſe auctorem omnium poteſtatum; nõ tamen omnium volũtatum, ſcilicet actualium, ſeu volitionum; ſi igitur illarum Auctor non eſt, neque illas ſimpliciter vult, ſed ſubintellecta conditione ſi liberum arbitrium ad illas efficiendas ſe applicauerit, ergo ex eius mente non omnis diuina voluntas eſt efficax, & abſoluta. Sed de Auguſtini doctrina multa dicemus infra.

Digitized by

Voluntatis efficacis ſubdiuiſio. Cap. 5.

1 POteſt intelligi hæc diuina voluntas efficax, vel præueniens, & præfiniens; vel concomitans. Voluntas concurrendi, ſeu concomitans eſt illa, qua Deus non efficit aliquid ſe ſolo, nec ſe habet cauſaliter, vt ita dicam, ad operationem cauſæ ſecundæ, quatenus ab ipſa emanatura eſt, ſed tantùm concomitanter. Voluntas præueniens, & prædefiniens, eſt præmouens, & ſe habet cauſaliter ad operationem cauſæ ſecundæ. Hæc autem prædefinitio diuinæ voluntatis poteſt eſſe duplex: vna interna, vt cum Deus in ſua voluntate ſtatuit aliquod opus ad extra, non tamen, vt per eam præfinitionem immutet cauſam ſecundam immediatè, à qua futurum ſit illud opus, aut illam determinet, extrahatve à ſuo proprio, & connaturali modo agendi, ſed quia in ſe ſe definitam, & abſolutam intentionem habet alicuius finis, & ex vi eius applicat media conſentanea, & aptiſſima, vt eo modo quo prædefinitus eſt, fiat. Alia verò eſſe, aut cogitari poteſt prædefinitio diuinæ voluntatis, quæ cum tali, tantaque efficacia in effectum exit externum, vt voluntatem humanam determinet ad ſuum actum, vel intrinſecus per aliquam qualitatem, & præmotionem illi inhærentem, vel extrinſecus per modum imperij. Prior vocari poteſt prædefinitio interna, vel immanens; poſterior prædefinitio externa, vel tranſiens; aut prior prędefinitio per modum intentionis, poſterior per modum executionis: Aut prior prædeterminatio ſolum diuinæ voluntatis ad volendum talem actum; poſterior verò prædeterminatio etiam voluntatis humanæ; & vt ſimplicioribus, & breuioribus verbis vtar, priorem vocabimus præfinitionem, ſeu prædifinitionem, poſteriorem verò prædeterminationem; prior enim vox ex vi ſuæ ſignificationis ſolum actum internum denotat; poſterior verò magis referre poteſt actum, & effectum externum.

Prædefinitio volũtatis diuinæ duplex vna interna, alia quæ in effectũ exit externum.

Diſcrimina inter vtrãque.

Vbi eſt etiam animaduertẽdum, 2 etiam inefficacem volũtatem diuinam poſſe diuidi in præuenientem, & concomitantẽ, nam poteſt Deus ita actiones noſtras præuenire, vt neque internè illas pręfiniat, neque ex vi illius præuenientis voluntatis illas prædefiniat externè, & tranſeunter. Præterea voluntas concomitans circa actus liberos humanos, cum includat conditionem, ſi voluntas humana voluerit in illum actum influere, & quoad cauſalitatem concomitanter ſe habeat cum humano arbitrio, ex ſe ſola non eſt efficax; qualiter autem ſe habeat hæc voluntas diuina circa actus ſecundarum cauſarum, præſertim circa actus liberos humanos, ſiue prauos, ſiue moraliter bonos, ſiue ordinis naturalis, ſiue ſupernaturalis, videbitur ſuo loco.

Voluntas per modum intentionis, & per modum executionis.

Cap. 6.

DAri voluntatem in Deo pertinentem ad ordinem intentionis, & etiam aliam ratione diſtinctam, pertinentem ad ordinem executionis, probatur, nam quamuis executio fit in re ipſa: tamen ſi illa ab eodem artifice per ſuam voluntatem operantę, emanatura eſt, neceſſariò intelligere oportet in ipſomet artifice, præter totum ordi- 1

Digitized by Google

ordinem intentionis, & conſultationis, voluntatem, à qua immediatè manat executio, quæ incipit à proximo medio, quod in electione fuit poſtremum, & progreditur vſque ad executionem finis, primò intenti, ſed à voluntate diuina manat executio operis, quod ipſe non intendit, ergo. Maior clara, neque illa eſt noua apud Philoſophos morales, nam poſt totam electionem mediorum, in qua finitur ordo intentionis, dicunt, incipere vſum, qui, vt actiuè eſt ab eodem artifice, in voluntate exiſtit, & ab illo inchoatur executio. Minor etiam facile probatur; quamuis enim in Deo ſecundum rem non ſit diſtinctio talium actuum; tamen verè, ac propriè debent illi tribui, & ſecundum rationem à nobis diſtingui; nam cum in ipſo æquè æterna ſit voluntas, per quam in tempore exequitur quod vult, & volunt, qua intendit aliquid, ſeu prædefinit, rectè concludimus, in ipſa æterna Dei voluntate, & decretis eius liberis optimè diſtingui vnum, quod ſit per modum intentionis, & aliud, quod ſit per modum volũtatis executiuæ, & applicantis ad vſum pro tali tempore cauſas, ſeu potentiam proximè exequentem talem effectum. Secundò id ipſum probatur, quia quando Deus ſtatuit dare homini cogitationem, ex qua ſcit eſſe futurum peccatum, vel cogitationem, ex qua ſcit futurum eſſe opus virtutis; verè dicimus, dare vnum propter opus virtutis, non verè aliã propter opus peccati, cuius rei cauſa alia eſſe non poteſt, quia in vno caſũ antecedit ſecundùm rationem actus aliquis diuinæ voluntatis, quo intendit tale opus bonum, & ex quo orta eſt cogitatio, quæ futura eſt cauſa illius operis; in altero verò non antecedit talis intentio, ſed ſolùm poſt voluntatem dandi talem cogitationem, ſequitur in Deo voluntas concurrendi cum humano arbitrio ad actum peccati, quæ eſt voluntas executiua; & alia proportionalis ponenda eſt circa opus bonum, quia etiam Deus vult concurrere ad illud, ergo circa illum met actum bonum interueniunt ex parte Dei duo affectus ratione diſtincti; vnus pertinens ad ordinem intentionis, alius verò ad executionem. Et confirmatur exemplo boni, quod cadit ſub præcepto; præceptum enim illud indicat voluntatem Dei, qua intendit bonum per modum ſimplicis affectus, & deſiderij ſe habentem; & præter illam eſt voluntas executiua, qua vult concurrere ad bonum præceptum, ergo. Sed quid dico de actibus virtutis? Illud decretum liberum, mandãdi executioni pęnas debitas peccatis, & puniendi ſuo tempore peccatores, nonne ſupponit aliam voluntatem ratione priorem, qua intendit quaſi ſecundaria intentione permittere peccata ad oſtenſionem ſuorum attributorum, & præſertim iuſtitiæ ſuæ?

Defenditur hæc diſtinctio contra aliquos recentiores.

2

3 Sed dices in hoc exemplo illos duos affectus, alterum pertinentem ad ordinem intentionis non verſari circa idem obiectum. Sed poſſumus vrgere, nam ſi voluntas puniendi peccatum ſuo tempore, eſt bona, & pertinens ad Iuſtitiam Dei, ergo intentio puniendi, ſi fiat, eſt etiam bona, & danda in Deo, cum habeat idem obiectum. Et explicatur magis, nam ſi bonum eſt velle permittere peccata, bonum eſt ad oſtenſionem iuſtitiæ diuinæ, ergo etiam habere intentionem puniendi, cum habeat eundem finem.

4 Tandem id patet quando finis, & medium ita comparantur, vt medium in executione ſit cauſa Phyſica, efficiens finem ſine interuen-

tu cauſæ liberæ; tunc enim dicendum eſt, finem eſſe priùs in intentione efficaci Dei, quàm medium, licet ſit poſteriùs in executione, vt quando Deus intendit efficaciter abundantiam frumenti, & ideo ordinat pluuiam, quam priùs exequi vult; tunc autem neceſſariò eſt ponenda alia voluntas executiua, per quam Deus poſt factam pluuiam efficit abundantiam frumenti; nam hic eſt effectus ratione diſtinctus, & procedit ex ſuis cauſis, ac omninò ex aliqua voluntate Dei. Dicimus autem, hãc executionẽ fieri per voluntatem ratione diſtinctam à priori intentione; neque enim poſt finitam conſultationem, & electionem neceſſariam eſſe moroſam repetitionem, aut nouam conſultationem, ad executionem ipſam inchoandam pertinentem; nam cum hæc imperfectionem dicant, à Deo prorſus ſunt remouenda.

Quęnam Deus velit, & quęnam cadant in diuinam voluntatem.

Cap. 7.

1 DEum velle ſe ipſum, & alia extra ſe, vtrumque eſt de fide, idque explicat D. Thom. 1. p. q. 19. art. 2. & 3. Quin etiam eadem certitudine tenẽdum eſt, creaturas extra ſe liberè velle, ſe ipſum neceſſariò. Et præter loca ſacræ ſcripturæ, quæ ad id comprobandum adducuntur; probat vtrumque D. Thom. dicto artic. 3. illa ratione, quamuis voluntas Dei ad ſuam ipſius bonitatem, quam habet pro fine, neceſſariò refertur; tamen relata ad creaturas non poteſt in ipſas neceſſariò ferri, nam creaturas reſpicit tanquam media ad finem; media autem niſi habeant neceſſarium ordinem ad finem, vtpotè ſine quibus finis eſſe non poſſit, non diligũtur neceſſariò, ſed liberè, etiam ſuppoſita voluntate finis; creaturæ autem non habent ita neceſſarium ordinem ad Deum, vt ſine illis bonitas Dei conſiſtere nequeat, ergo Deus non vult illas neceſſariò, non, inquam, neceſſariò neceſſitate abſoluta, & nulla facta ſuppoſitione, vt facta ſuppoſitione quod ipſas velit, neceſſariò tendit in ipſas ea neceſſitate, qua omne, quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe; quamuis alioqui etiam volendo ſuam bonitatem non neceſſariò velle debeat creaturas.

Thom. Deus vult creaturas extra ſe liberè, ſe ipſum neceſſariò, idque certa fide tenendum.

Circa hãc rationem animaduertunt, & Caietan. in art. 3. quæſt. 19. & Ferrar. in 1. contra gent. cap. 80. ſolùm probari, voluntatem Dei ad ſuam ipſius bonitatem neceſſariò moueri quoad ſpecificationem, non quoad exercitium, nam bonitatem Dei comparat S. Thomas, Beatitudini in vniuerſum, vt ita ſe habeat bonitas diuina ad Dei voluntatem, ſicut ſe habet Beatitudo in vniuerſum, ad voluntatem humanam; Beatitudo autem ſolùm mouet humanam voluntatem neceſſariò quò ad ſpecificationem. Verùm ſi ratio ſumatur non abſtractè, ſed ſecundum ſubiectam materiam de qua loquitur Diu. Thom. nempè de voluntate diuina, quæ non eſt aliud, quàm ipſum velle, & de illa voluntate, quæ per ſe ipſam reſpicit immediatè obiectum ſuum, benè concluditur, illud velle eſſe omninò neceſſarium, & immutabile, atque adeo eſſe neceſſarium quò ad exercitium; nam potentia, quæ non coniungitur obiecto per ſe ipſam, ſed per actum, habet ad illud habitudinem inclinationis; actum verò tunc ſolùm neceſſariò habet, quando habet præſens obiectum ita propoſitum, vt nihil in illo appareat, quod poſſit poten- 2

Caiet.

Defenditur ratio Diu. Thom.

potentiam retardare. Diuina autem voluntas per ſe ipſam reſpicit immediatè obiectum ſuum, nam cum ſit ipſum velle, reſpicit per modum actus potiùs, quam per modum potentiæ, & habet obiectum ſuum ſemper præſentiſſimum, & in illo apparet ſumma ratio boni, ſine vlla ratione mali, quæ voluntatem illam retardare poſſit, ergo. Quare illa comparatio D. Thom. ita poteſt intelligi: quemadmodum voluntas noſtra ex ſe habet talem, & tam neceſſariam habitudinem ad beatitudinem, vt ſi in ſe ipſa videatur beatitudo obiectiua; neceſſario quò ad exercitium illam velit, Ita Deus, &c. Vnde eadem quæſt. 19. art. 9. infert ex iis, quæ dixerat loco ſupracitato, nempè art. 3. Deum non habere liberum arbitrium reſpectu ſuæ bonitatis, quæ non eſſet bona illatio, ſi non loquutus fuiſſet de neceſſitate quò ad exercitium; nam neceſſitas quò ad ſpecificationem non excludit liberum arbitrium. Et confirmatur,
3 nam D. Thomas, inquit, voluntatem diuinam ferri in bonitatem ſuam neceſſariò, ea inquam, neceſſitate, quæ opponitur libertati, qua fertur in creaturas extra ſe ipſam, ſed creaturas inquit velle liberè non ſolùm quò ad ſpecificationem, ſed etiam quò ad exercitium, nam inquit, ita liberè velle creaturas vt poſsit non velle, quæ eſt libertas quò ad exercitium, ergo cũ docet, voluntatem Dei neceſſariò velle ſuam bonitatem, loquitur de neceſſitate etiam quò ad exercitium; intendit igitur D. Thomas reſpondere, Deum vtroq; modo ferri neceſſariò in bonitatem ſuam, & ratio ab ipſo facta ſi intelligatur vt iam diximus, id aſſequitur.

4 Verum autem actus volũtatis diuinæ, vt terminatur liberè ad creaturas actu volitas, dicat perfectionem in Deo, controuerſia eſt inter Theologos. Caiet. 1. par. quæſt. 19. art. 2. & 3. affirmat, aſſeritque, eſſe perfectionem in Deo, liberam tamen, ac voluntariam, qua proindè potuerit non eſſe in ipſo, & talem vt oppoſitum eius nullam in Deo dicat imperfectionem. Verùm hanc impugnat Ferrarien. 1. contra gent. cap. 75. & recentiores communiter, & latiùs Suar. in Meth. diſput. 30. ſec. 9. & meritò, nam iuxta hanc opinionem eſſet compoſitio in Deo. Item compararetur diuina voluntas ad talem actum, non ſolum ſub ratione potentiæ actiuæ, ſed etiam per modum potentiæ receptiuæ, & verè paſſiuæ, & ad illud quod eſſet accidens, cum potuerit eſſe, & non eſſe, & non eſſe in ipſo Deo. Et tandem daretur aliquid, quod ex ſe eſt nihil, & re ipſa poſſet manere ſub nihilo, & adhuc verè, formaliter, ac eſſentialiter eſſet Deus, & econuerſo aliquid, quod nunc eſt verè, & eſſentialiter Deus; tale tamen eſſet, quod abſolutè loquẽdo, poſſet non eſſe, niſi velimus dicere, dari in Deo aliquid reale, quod non ſit diuina eſſentia, quæ omnia cum fide catholica pugnant. Hæc autem diffuſiùs tractantur ab Auctoribus citatis, ipſos licebit adire.

Impugnatur opinio Caiet. ponentis in Deo perfectionem liberam.

Suar.

Accedamus ad ea, quæ num cadant in voluntatem diuinam, difficultatem habent; vel ſi cadunt, ad id declarandum, & diſtinctionibus opus eſt, & longa oratione, & vt à facilioribus inchoemus. 5

Dico primò malum pœnæ, quatenus malum eſt, non vult Deus, 6 nullum enim malum cadit per ſe in diuinam voluntatem. Probat Diu. Thom. 1. par. quæſt. 19. artic. 9. Nam cum ratio boni ſit ratio appetibilis, malum autem opponatur bono, impoſſibile eſt vt malum quatenus malum appetatur, cum ſit oppoſitum rationi formali obiecti, cuiuſcunque

Thom.

Malũ pœnæ quatenus malum eſt nõ vult Deus.

quę potentię appetitiuæ, ſiuè naturalis, ſiuè animalis, ſiuè intellectualis, atque etiam diuinæ voluntatis. Poteſt confirmari hoc idem auctoritate Diui Dionyſij cap. 4. dicentis, nemo intendens ad malum operatur. Idque etiam docet Scriptura ſacra, quæ quibuſdam in locis indicat, eos qui malum volunt, nequaquam illud velle, niſi ſub ſpecie boni, quam etiam in malis ſibi proponunt. Hinc enim Sap. 14. dicuntur *Creaturæ Dei, factæ in muſcipulam pedibus inſipientium*: quia ſcilicet non niſi ſub aliqua ſpecie boni voluntatem hominis alliciunt, & quaſi ineſcant. Et id ipſum Iſaias ſignificat illis verbis cap. 5. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum*: quo loco declarat, eos qui bonum auerſantur, non illud auerſari niſi ſub aliqua ratione mali, quam in illo, vel circa illud imaginantur, vt qui patientiam, & humilitatem vt res viles damnant, & contra qui malum amplectuntur, ſub aliqua ratione boni probant, & ſequuntur, vt qui vindictam, ac faſtum, homines decere dicunt.

Dionyſ. Areopag.

Sap. 14.

Iſai. 5.

7 Dico ſecundò, malum pœnæ, vel alicuius naturalis defectus, per accidens poteſt quidem cadere in diuinam voluntatem, ſicut etiam in aliam, quamuis appetitiuam potentiam. Hanc aſſertionem ponit etiam Diu. Thom. 1. par. quæſt. 19. artic. 9. ac ea probat ratione. Illud malum per accidens appeti dicitur, quod eſt coniunctum cum aliquo bono, quod magis appetitur, quam aliud bonum, cui malum id opponitur, vt v. g. malum mortis ouis per accidens appetitur à Leone, quatenus leo magis appetit bonum ſubſtentationis ſuæ, quod eſt coniunctum cum malo mortis ouis, quàm bonum vitæ ouis, cui opponitur illud malum mortis eius. Hoc modo Deus poteſt velle malum pœnæ, & naturalem aliquem defectum, volendo aliquod bonum, cui coniungitur tale malum, magis quàm aliud bonum, quo huiuſmodi malum priuatur. Ita volendo iuſtitiam vult pœnam, & volendo ordinem naturæ ſeruari, vult quædam naturaliter corrumpi.

Malum pœnæ, vel alicuius defectus per accidens poteſt cadere in voluntatē diuinā. Tho.

Quod etiam poteſt probari multis locis ſacræ Scripturæ, in quibus Deus dicitur efficere, atque adeò velle quædam mala, quæ non poſſunt intelligi de malo culpæ, vt patebit inferiùs, neque de malo pœnæ, vt cadit in diuinam voluntatem per ſe, (vt iam dictum eſt) ergo ſolùm per accidens. Sic debet intelligi illud Deuter. 32. *Congregabo ſuper eas mala*. Et quòd de malis pœnæ ſermo ſit, declarant verba ſequentia. *Et ſagittas meas complebo in eis*. Cuius totius ſententiæ ille videtur eſſe ſenſus, malorũ cumulum in illos inducã, & omnia ſuppliciorum genera inferam: his enim quaſi ſagittis omnibus coniectis, iræ meæ pharetram exhauriam, ita vt nullum adhuc ſit vindictæ genus reliquum, quod non in illos effuderim. Hoc ipſum ſibi volunt verba illa Iſaię c. 45. *Ego Dominus faciens pacem, & creans malum*, ideſt clades inferens, & omnes calamitates, quæ ſub belli nomine continetur. Et illud Amos 3. *Si eſt malum in Ciuitate, quod Dominus non fecerit*, communiter intelligi de malo pœnæ, nemo ambigit. 8

Deuter. 32.

Iſai. 45.

Amos 3.

9 Dico tertiò, malũ pœnæ Deus nõ vult voluntate antecedẽte, vult autem voluntate conſequẽte. Probatur, nã non eſt à Deo volitũ, niſi poſita culpa eius, in cuius vindictã iuſtè eſt volitũ; atq; adeo ipſo præbẽte priùs cauſam, vnde meretur vt aliud ſit illi volitũ ab eo, quod fine creationis Deus illi conferre volebat, ſi per ipſum non ſtaret, ideo volũtate quadam conſequente (quæ cõparatione

Mal ũ pœnæ Deus nõ vult voluntate antecedenti vult autévoluntate conſequenti.

ratione illius alterius, noſtro intelligendi more poſterior eſt, hominibus eſt volitum. Hoc autem dictum nõ ſolùm eſt iuxta Damaſceni (Damaſc.) ſententiam, lib. 2. de fid. cap. 29. cuius verba ſunt hæc: *Vtramque voluntatem à Deo proficiſci; priorem quidem quia bonus eſt; poſteriorem verò, quia iuſtus eſt; prioremque ex bonitate, miſericordia, ac clementia diuina oriri, poſterioris verò homines cauſam prabere*; Sed etiam Diui (Thom.) Thomæ, qui quamuis quoquo pacto à Damaſc. differat in declarãda voluntate antecedẽte, & cõſequente diuina; hoc tamẽ vnicum alteró conuenit, quod malum pœnæ non ad aliam voluntatem diuinam pertineat, quam ad conſequentem.

10 (Malũ culpæ nullo modo vult Deus neq; per ſe neq; per accidens.) Dico quartò, Malum culpæ nullo modo Deus vult, neque per ſe, neque per accidens. Probatur primo, nam quod ſub nulla ratione, bonum honeſtum eſt, ſub nulla ratione poteſt rectè cadere in Dei, aut cuiuſquam alterius voluntatem: ſed malum culpæ ſub nulla ratione bonum honeſtum eſt, quia ſemper manet malum, ſimpliciter abhorrens à recta ratione, ergo ſub nulla ratione poteſt iuſtè cadere in Dei, aut cuiuſquam alterius volũtatem. Minor probatur, quia malum culpę ex ſe peruertit omnem rectum ordinem rationis ad Deum, ſine hoc autem recto ordine, nulla poteſt vera honeſti ratio ſubſiſtere, cum omnis recta ratio, tanquam fundamento nitatur, recta quadam ſubordinatione ad bonum ſummum, quod eſt Deus. Secundò, id confirmatur ratione Diu. Thom. 1. par. quæſt. 19. (Thom.) artic. 9., quæ eſt huiuſmodi. Tunc malum aliquod rectè poteſt appeti per accidens, ſub aliqua nimirùm ratione boni, quando bonum, cum quo coniunctum eſt, magis eſt appetibile, quam bonum aliud quo priuat; ſed nullum bonum, cum quo ſit coniunctum malum culpæ, eſt magis appetibile, quàm bonum illud quo priuat malum culpæ, ergo neque à Deo, neque ab vllo alio poteſt rectè appeti malum culpæ per accidens, ſub ratione nimirum alicuius boni. Aſſumptio probatur, quia nullum bonum eſt magis appetibile, quàm bonum ipſum diuinum; & rectus ordo creaturarum ad illud, quippè cum hoc recto ordine ad Deum contineatur ratio ipſius boni honeſti, quæ eſt appetibiliſſima. Hac autem boni honeſti ratione priuat malum culpæ; nam, quantum eſt ex ſe, tollit bonum ipſum diuinum; vel quia per malum culpæ conſtituit ſibi homo alium vltimum finem (ſi ſit culpa mortalis) vel etiam quia, quantùm ex ſe eſt, Deum contriſtat, & priuat ſumma fęlicitate, quæ eſt illi naturalis, & intima. Id quod etiã ſuo modo facit culpa venialis, cũ per illam quoq; Dei Maieſtas offendatur.

Tertiò idem dictum poteſt confirmari multis locis ſacræ Scripturæ, vt illis verbis Exod. 23. *Mendacium fugies, Iuſtum non occides, quia auerſor impius*: & illis alijs Iudith. 5. *Deus enim illorum odit iniquitatem*. Sed pulchrè auctoritate illa Pſalm. 5. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es*: (vt optimè animaduertit Caietan. ſatis ſubtiliter deſcribit Propheta voluntatem Dei reſpectu iniquitatis; nam non vult poſitiuè, quia bonus, non habet nolle poſitiuum, quia cum fiant, non eſſet omnipotens, ſed inuito fierent ipſo, ſed tantùm dicitur, (Non Deus volens iniquitatem) negatiuè ſe habens circa peccatum, quia hoc pacto ſe habet circa concurſum efficacem dandi remedia illa, per quæ efficaciter impediretur peccatum, & eius indignitas: cum quo non velle ſtat, quod poſitiuè velit permiſſionem peccati, 11 (Probatur hæc doctrina multis locis ſacræ Scripturæ. Exod. 23. Iudith. 5.) (Pſal. 5.)

vt infra dicemus.

12 Deus facta quadã præciſione veluti metaphyſicè ſummè probat Martyrum paſſiones, & pariter deteſtatur tyrannorũ iniquas actiones.

Tamque abominatur Deus peccatum, & iniquitatem, eadem Scriptura teſte, vt quamuis ſummè probet pijſſimas, & celebres Martyrum paſſiones, ſeruorum ſuorum inuictam fortitudinem, ſingularem patientiam, non id conſueſcat facere, niſi facta quadam diſtinctione, & & quaſi præciſione Metaphyſica, qua illorum paſſiones nunquam ſatis celebrandæ, ab iniqua Tyrannorum, & dœmonum actione ſegregētur. Quod optimè indicatur cum eorum pœnæ, & calamitates, & admirabilis in tot malis ſuſtinẽdis patientia per verbum paſſiuum proferuntur, & extolluntur in Scriptura ſacra. Sic de Iob patiente dicitur cap. 1. *Sicut Domino placuit, ita factum eſt*; cum tamen ſi de Sabęorum, & dęmonis actionibus ſit ſermo, ſicut Domino placuit, non fecerint dęmon, atque Sabęi, eiuſmodi autem loquendi formæ vim, atque proprietatem in re ſimili explicanda ſubtiliter ſolent obſeruare ſacræ litteræ, vt percurrenti multa ipſarum loca, facilè patebit. Sic Ioſeph. Geneſ. 45. ait fratribus ſuis, *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum*, cum tamen minimè Dei voluntate inuidi fratres illum obligauerint, & vendiderint. Deinde dum idem ſuorum fratrum ſcelus extenuat Geneſ. 50. aut excuſat. *Nolite*, inquit, *timere, Num Dei poſſum reſiſtere voluntati?* Cuius loci lectio varia eſt. Septuaginta, *Dei enim ſum ego*. Aquila, & Symmachus, *Numquid enim pro Deo ego*, quod reſpondet Hebręo. Alij ex eodem fonte, *Quoniam nunquid ſub Deo ego*, aut *Nunquid loco, aut vice Dei ego*. Eodem recidunt omnia. Subtiliter autem hic Caietan. obſeruat, cum Deus, atque fratres non eodem modo in Ioſepho vendendo ſe habuerint, Ioſephum dicere loco Dei ſe ſtare, id eſt à Dei partibus; ita vt non quid hoſtes fecerint iniqua actione, ſed quid Deus vellet ſua paſſione, & tolerantia attenderit, ſe gaudere, quod venditus, quod in Aegyptum ſit miſſus, quòd id quoque Deo placuiſſe intellexiſſet. Simile eſt Caiphæ dictũ apud Ioan. cap. 11. *Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo*. quod à Spiritu ſancto ductum, & nõ à ſemetipſo dixiſſe Euangeliſta teſtatur. Et meritò, dixit enim vt moriatur, quod paſſionem ſignificat ſanctam, & omni laude digniſſimam; Non autem vt occidatur, quod nefariam dicit, & impijſſimam Iudæorum actionem. *Non inde proceſſit voluntas interficiendi*, inquit Leo Papa ſer. 16. de paſſ., *vnde moriendi, nec de vno extitit ſpiritu atrocitas ſceleris, & tolerantia Redemptoris, non enim impias, ac furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit, nec præſciendo, quod faciendum eſſet, coegit vt fieret, cum tamen adhoc carnem ſuſcepiſſet, vt fieret. Denique inter Crucifixum, & crucifigentes tam diſpares ſunt cauſa, vt quod à Chriſto ſuſceptum eſt, non poſſit reſolui; quod ab illis commiſſum, poſſit aboleri*: hæc ille. Cum igitur à Deo proceſſerit voluntas vt Chriſtus moreretur, ab impijs Iudæis voluntas vt occideretur, meritò Euangeliſta cum refert, quod non tàm ab ipſo Caipha, quàm à Spiritu ſancto dictum, *Expedit*, inquit, *vt vnus homo*, non occidatur, ſed *moriatur pro populo*, quod paſſionem ſonat, non ſceleſtam illam actionem. At verò de Incarnatione eiuſdem Domini noſtri non ſolùm in paſſiua ſignificatione loquuntur ſacræ Scripturæ, ſed etiam in actiua, quemadmodum demonſtrant verba illa Apoſt. ad Philipp. 2. *Semetipſum exinaniuit*; quia in hoc Myſterio, vt animaduertit etiam Leo Papa ſerm. 5. de Natiuit., & quod factum fuit,

Iob. 1. — Geneſ. 45. — Geneſ. 50. — Ioan. 11. — Leo Papa. — Philip. 2.

Apex Theologorũ vocatur Apoſtol' Petrus à Dionyſio Areopagitæ.
Act. 2.

fuit, & ipſamet effectio, totum à di-
uina proceſſit voluntate. Vide etiã
quàm Theologicè Apex ille Theo-
logorũ (ſic vocatur à Dionyſio) Pe-
trus de hac eadẽ re loquatur Act. 2.
Hunc definito conſilio, & præſcientia
Dei traditum, per manus iniquorum
affligentes, interemiſtis. Quæ verba li-
cet exponant aliqui, vt non ad ean-
dem perſonam referantur, ſed con-
ſilium hominũ eſſe intelligatur, præ-
ſcientia verò Dei. Non enim dicitur
diuino conſilio, ſed definito conſi-
lio, & erit ſenſus, vos interemiſtis
hunc Ieſum definito quidem conſi-
lio veſtro, Deo autem præſciente, &
permittẽte. Expoſitio tamen Chry-
ſoſt. Oecumen. & communis, noſtro
propoſito maximè eſt accommoda-
ta, vt illud *Definitum conſilium*, ad
eandem perſonam Dei referatur,
quemadmodum, & præſcientia, ita
vt velit Petrus dicere. Iniquæ ma-
nus agentes, affligentes, interimen-
tes; Dei conſilium æquiſſimum, vt
traderẽtur, & vt traditus, pęnam pro
noſtris delictis ſolueret. Cui con-
ſonant illa alia verba, Act. 4. *Conue-*
nerunt verò in Ciuitate iſta aduerſus
ſanctum puerum tuum Ieſum, quẽ vn-
xiſti, Herodes, & Pilatus cũ gẽtibus, &
populis Iſrael, facere quæ manus tua;
& conſilium tuum decreuerunt fieri.
Quod quidem decretum non refer-
tur ad peccatum crucifigentium
Chriſtum, hoc enim fuit damnatum,
punitum, ſummopere deteſtatum,
tantùm abeſt, vt fuerit decretum, &
definitum à Deo; ſed ad fructum
paſſionis Chriſti, & ad actus virtu-
tum, quos in ea Chriſtus exercuit;
vt præter Chryſoſt. & Oecumen. in
hæc verba, rectè declarant Leo lo-
co citato, & Proſper lib. ad excer-
pta Genu. dub. 7. & lib. ad cap. Gall.
14 obiect. 13. Quod igitur illi egerunt,
Deo diſplicuit; quod verò à Chri-
ſto factum fuit, Domino placuit,
ita vt ipſe iure optimo dicere po-
tuerit, ſubſtinens tot pœnas ab im-
pijs manibus, ipſi illatas, ſicut Do-
mino placuit, ita factum eſt.

Chriſoſt.

Act. 4.

Chryſoſt.
Oecum.
Proſper.

Aliqua horum, quæ dicta ſunt,
animaduertit Pined. in præfata ver-
ba Iob. cap. 1. verſic. 14. num. 16.
Quibus & nos addere poſſumus
præclara illa Pſalmi 68. prædictam
præciſionem metaphyſicã mirificè
confirmantia. *Quoniam quem tu per-*
cuſſiſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem
vulnerum meorum addiderunt. Verba
ſunt Chriſti ad litteram, reddentis
cauſam, propter quã mala ſuperiùs
dicta. *Effunde ſuper eos iram tuã, &c.*
Fiat habitatio eorum deſerta, &c. iuſtè
Iudæis rependuntur. Eam igitur aſ-
fert verſu hoc, immediatè ſequenti.
Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti
ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meo-
rum addiderunt. Sed quæret aliquis, 15
quomodo ad plagas à ſolo Deo in-
flictas adiecerunt Iudæi ſuas, cum
vulnera, flagella, tormẽta, & omnia,
quæ paſſus eſt, à Patre ſint præfini-
ta, vt eleganter docet Hieronymus,
& alij in illud Zachar. 3. *Super lapi-*
dem vnum ſeptem oculi ſunt, & ecce ego
celabo ſculpturam eius, aſſerens ſcul-
pturam lapidis Chriſti, eſſe vul-
nera; quæ pro nobis paſſus eſt,
per quæ iniquitatem terræ abſtu-
lit. Dicit autem Pater. *Ego cela-*
bo ſculpturam eius; non quod vul-
nera ipſe fecerit, ſed quod Chri-
ſtum Filium ſuum pati voluerit, &
tot vulnera pati, & ita factum eſt
iuxta prædefinitionem eius, ob
mundi redemptionem, iuxta illud
Iſaiæ 53. *Propter ſcelus populi mei*
percuſſi eum. Si igitur vulnera,
flagella, omnia tormenta Chriſti
præfinita fuerunt à Patre, quomo-
do dicitur de Iudæis. *Quoniam*
quem tu percuſſiſti perſequuti ſunt, &
ſuper dolorem vulnerum meorum ad-
diderunt?

Pined.
Pſal. 68.
Quomodo ad plagas Chriſti à Deo prædefinitas Iudæi addiderunt?
Hieronym.
Zachar. 3.
Iſai. 53.

Sed inter multas expoſitiones, 16
quas habet hic verſus, illam etiam
admit-

admittit, noſtro propoſito ſatis accommodatam, ſcilicet, quæ Pater ſummæ charitatis incenſus ardore, Filium ſuum pati voluit pro noſtra ſalute; Iudæi peruerſo animo, & iniqua actione perfecerunt. Quod igitur traderetur, quod traditus ſuſtinuerit Crucem, & paſſionem, totque vulnera ſit paſſus, hoc Patri fuit placitum, æquiſſimumque eius conſilium. Quod autem Iudæi fuerint crucifixores. Deinde, hoc eſt, quod ad dolorem vulnerum Chriſti additum, tamque à Deo deteſtatum, vt cauſa fuerit, cur tot mala in illo Pſalmo numerata, iuſtè illis repenſa ſint.

17 En igitur peccatum ita à Deo abominari, vt nec bonum, quod inde ſequitur, licet eximium, Scriptura teſte, conſueſcat probare, niſi facta prius illa præciſione metaphyſica à peccatis, quorum occaſione effectum fuerit. Tamque verum eſt, quod aſſumpſimus, probare, peccatum ſcilicet nulla ratione cadere in Dei voluntatem, neque debere in vllum rationalem appetitum; vt bonum, quod natura ſua eſt appetibile, deſinat iure optimo ipſius cauſa appeti; ita illud quandoq; culpa inficit, id enim ſignificant verba illa à Chriſto de Iuda proditore prolata Matth. 26. *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*: tanta eſt enim peccati miſeria, totque malis eſt coniunctum peccatoris eſſe; quemadmodum eſt eorum, qui gehennæ adiudicati ſunt; vt prudenter iudicetur vtroque carere, ſatiùs, quàm illud eſſe habere tot ærumnis plenum, vnde iure optimo dicit Chriſtus de Iuda, quem in finali impœnitentia moriturum prænouerat: *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*: Sed notandum, quod non ſimpliciter dictum eſt *Bonum erat*; ſed *Bonum erat ei*, Deus enim etiam præſciens peccati Iudæ; meliùs fore iudicauit, vt eſſet, quàm vt non eſſet, nouerat enim quid boni facturus eſſet de illo, eiuſque peccato, ſed ipſi, poſito, quod propria ſpontè commiſſurus erat proditionis peccatum; meliùs, & optabiliùs erat non eſſe, quam eſſe; tùm propter peccatum ipſum, tùm propter pœnam diuino iudicio ob illam culpam ei infligendam; de qua propriè ibi loquitur Chriſtus, & ſi enim impoſſibile eſt, vt non eſſe, ſecundùm propriam rationem, aut eligatur, aut appetatur (quod multis docet Auguſtinus lib. 3. de liber. arbitr. cap. 7. & 8.) Vt tamen conſideratur tanquam miſeriæ priuatiuum, ſeu excluſiuum, ita appræhenditur vt bonum, ac proindè ea ratione, & eligi, & appeti poteſt, licèt re ipſa nihil ſit: Imò verò tanta poteſt eſſe miſeria; quanta faciat, vt meritò, & rationi conſentaneè, vt diximus, appetatur, optetur, & eligatur non eſſe, præ ipſo eſſe, vt ſi miſeria alicuius maius ſit malum, quàm ipſius eſſe ſit bonum, quemadmodum eſt eorum, qui Gehennæ adiudicati ſunt, nominatim verò Iudæ proditoris, de quo abſolutè pronunciat Saluator, non tantùm quod optabit non eſſe, verum etiam, quod melius illi erat non eſſe; ſimpliciter enim dictum eſt, inquit Hieronymus multò meliùs eſſe, non ſubſiſtere. Sed adde ex Diu. Auguſt. lib. contr. Iulian. Pelag. c. 8. *Ego non dico paruulos ſine Chriſti baptiſmate morientes, tanta pœna eſſe plectendos, vt eas non naſci potiùs expediret, cum hoc dominus de quibuslibet peccatoribus, ſed de ſceleſtiſſimis, & impijſſimis dixerit.* Quare victor Antiochenus in Marcum *Hoc dicitur*, inquit, *propter diros cruciatus, quos Iudas apud inferos expenſurus erat ſiquidem ſatius eſt multò, omninò non eſſe, quam tantis miſerijs, & calamitatibus perpetuò obſtrictum eſſe*.

Matt. 26.

An damnati prudẽter appetãt potius nõ eſſe quã tãta pati tormẽta,

Auguſt.

Victor Antiochen. in Marc.

Dices

19 Obiectio contradicta. Dices, ex hoc diſcurſu ſumi poſſe argumentum contra ea, quæ in hac aſſertione diximus, vt ſi quis ita argumentaretur. Peccatum eſt ordinabile à Deo ad aliquod bonum, vnde de Iuda prodire non dixit ſimpliciter Chriſtus, bonum erat, ſi natus non fuiſſet, ſed bonum erat ei; quia quamuis illi culpa illatura eſſet maximum malum, nouerat tamẽ quid boni facturus eſſet de illo, eiuſq; peccato; ergo hac ratione ſaltem peccatum poteſt cadere in diuinam voluntatem, vt ordinabile ad bonum, & ita malum culpæ poteſt Deus velle, quamuis non per ſe, ſaltem per accidẽs, contra ea, quæ diximus. Solutio. Verùm reſpondemus, quemadmodum etiam indicat D. Thom. Thom. 1.p.q.19.ar.9. ad primum, peccatũ eſſe ordinabile ad aliquod bonum, non habere per ſe, ſed ab extrinſeco illi conuenire, & ex ordinatione diuina, ſiquidem ex ſe euertit, vt dixi, fundamentum omnis veræ bonitatis, nempe rectum ordinem ad bonũ ſummum: neq; ordinatio illa diuina facit, vt peccatum ſit aliquod bonũ honeſtum, quod poſſit eſſe obiectũ alicuius bonæ & rectæ voluntatis. Hoc totum ſacra Scriptura ipſa videtur docere. In primis verba illa D. Pauli ad Rom. 3. Rom. 3. *Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniquus eſt Deus, qui infert iram ſecundum hominẽ dico: Abſit; alioquin quomodo Deus iudicabit hunc mundum.* Quorum verborum ille videtur germanus ſẽſus. Si noſtra iniquitas ex ſe habet, ac ipſa in cauſa eſt, vt Dei iuſtitia, & fidelitas innoteſcat, & manifeſtetur, ne commendetur, iniquus igitur videbitur Deus, ſi talem iniquitatem puniat, & in homines peccatores inferat iram, cum potiùs videatur debere remunerari eos tanquam auctores, vt eius iuſtitia magis eluceret. Sic autem iniquus eſt Deus, dũ ponit, & infert iram, etiam in eos peccatores, quorum peccatis eius elucet fidelitas; & iuſtitia, quod abſit dicere, alioqui quomodo Deus iudicabit hũc modum, quaſi dicat. Si iniquus eſſet, mundum hunc iudicare non poſſet, nec vniuerſæ terræ iudex eſſet: ab inconueniente igitur, & indirectè vult D. Paulus probare, & ſoluere obiectionẽ propoſitam ſic peccata hominum non ex ſe hoc habent, vt illuſtrent Dei veritatem, & fidem, ſed id prouenit ex ipſius Dei bonitate, & ordinatione, qui adhuc peccantibus hominibus ſuas implere vult promiſſiones, &c. Idcirco iuſtè Deus iram infert pro peccatis, ſicut etiam perſecutor iniquè agit, & iram meretur, quamuis qui perſecutionem patienter fert, illuſtretur, & perficiatur, quia non id ex perſecutione per ſe, ſed ex voluntate patientis, & diuino auxilio procedit.

20 Nulla igitur ratione neque per ſe, neque per accidens poteſt peccatum cadere in diuinam voluntatem; cum ipſum non ſit bonum, ſed malum, nec vllam habeat annexam bonitatem, ſed ſi ad bonum ordinatur, id habet extrinſecus ex ordinatione diuina. Deinde hoc ipſum cõprobatur verbis illis Ioſeph Geneſ. 50. qui fratribus timentibus, ne fortè memor iniuriæ quam paſſus erat, redderet illis malum, quod fecerãt, reſpondit. Gen. 50. *Nolite timere, Numquid Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* loco quorum verborum ex Hebręo poteſt verti. *Ne timeatis, quoniam numquid pro Deo ego?* Quibus verbis præter ſenſum, quem editio vulgata reddit, quaſi idiotiſmo Hebræo ſignificare intendit Ioſephus, ſe nõ eſſe Deum, vt ſuo conſilio, & non potius diuino, cuius proprium eſt malum in bonum vertere, & cui nullus valet reſiſtere, fęlix ille euentus ex fratrum maleficio fuerit conſecu-

ſecutus. Quod confirmant verba immediatè ſequentia. *Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis.* Ex quibus manifeſtè colligitur malum culpæ, quòd vertatur in bonum extrinſecus tantùm habere, ex ordinatione, inquam diuina. Et tandem Chryſoſt. in illa verba Matth. 26. *Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo, væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur,* inquit, *Quippe non Iudæ traditio, ſed ſapientia, atque potentia Chriſti ſalutem peperit vniuerſis, Chriſtus enim improbitate aliorum ad vtilitatem noſtram vſus eſt, nam ne quis putet, miniſtrum diſpenſationis Iudam fuiſſe, quaſi miſerum defiet.* Hæc Chryſoſtomus: ergo quod malum culpæ verti poſſit in bonum nec ex ſe habet, nec ex vlla creata potentia. Sed poſſe id perficere ſolius eſt Dei potentiæ, & ſapientiæ, & filij eius, Patri in omnibus conſubſtantialis.

Chryſoſt. Matth. 26.

21 Obijcies iterum. Vnũ peccatum eſt interdum pœna, qua Deus alterum peccatum vlciſcitur, ſicut dixerit D. Auguſt. lib. 3. contra Iulian. c. 5. & videtur colligi ex illis modis loquendi Apoſtoli ad Rom. 1. *Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum.* Et iterum. *Propterea tradidit illos Deos in paſſiones ignominiæ.* Et tertiò. *Propter quod tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quę non conueniunt:* cadit igitur peccatum in Dei voluntatem, ſicut & alia mala pœnæ, quæ Deus propter peccata vult infligere. Verùm reſpondeo, quemadmodum Patres omnes, & communiter ſcholaſtici declarant vnum peccatum eſſe pęnam alterius, quoad permiſſionem, & derelictionẽ Dei, vel etiã quoad beneficia, quæ Deus confert, quãdo homini ſunt futura in occaſionẽ peccandi, non quatenus liberè ab homine committitur, ergo permiſſionem peccati vuult Deus, nõ peccatum ipſum, ſic enim nullo pacto cadit in Dei voluntatem, nec etiam ſub illa ratione, vt pęna alterius, tum quia, licet punire ſit bonum, non ſũt tamen facienda mala, vt eueniant bona; malum autem culpæ cum tollat ex ſe bonum Diuinum, & rectum ordinem creaturæ ad illud, ſub nulla ratione eſt bonum honeſtum; tum etiam quia malum culpæ, vt committitur ab homine, eſt illi liberum, ac proinde non eſt ſub ea ratione pęna ipſi à Deo vindice inflicta, ſed vt à Deo permittitur id, quod non à libero hominis arbitrio, ſed à Dei ordinatione pendet: quare permiſſionẽ peccati quãdoque vult Deus in pęnam peccati, non peccatum ipſum. Nec aliud ſibi vult D. Paulus illis loquendi modis, non enim dicitur Deus tradere hominem, quaſi inducens in peccatum, ſed permittens, eum operari ex ſuo proprio appetitu, nec retrahens, auxilio ſuæ gratię: tradere igitur non eſt agere, ſed permittere agere, & ſinere hominem agere, vt Auguſt. in lib. expoſ. epiſt. ad Rom. & Chryſoſtomus expoſuerunt. Eodemque ferè modo loquuntur Origen. Theodoret. Oecumen. & inter Latinos Ambroſ. & Hieronym. Eſt autem propter locutio generica, non enim in accuſandi caſu dicitur (In deſideria) ſed *in deſiderijs*, quia homo non à Deo impulſus eſt in ea, ſed in eis dimiſſus. Deſiderium autem potiùs concupiſcentia dicitur, idque vox generica ſignificat. Hanc explicationem docuit etiam Dauid, eandem ſententiam verbis alijs pronuntians Pſal. 80. *Dimiſi, inquit, eos ſecundùm deſideria cordis eorum.* Rectè autem dicitur *Cordis eorum*, non abſolutè *Cordis*, vt has concupiſcentias a natura hominis corrupta per peccatum, non a Dei gratia, nec natura inte-

Verũ Deus velit vnum peccatum in pœnam alterius. Auguſt.

Deus quãdoq; loqui permittit vnum peccatum in pœnam alterius.

Auguſt. Chryſoſt. Orig. Theod. Oecum. Ambr. Hierony.

Pſalm. 80.

Digitized by Google

integra, & perfecta emanaſſe ſciamus.

22 Deus malũ culpæ neq; voluntate antecedente vult neque conſequente.

Dico 5. malum culpæ neque voluntate antecedente vult *Deus*, neque etiam conſequente. Prior pars patet, nam illud vult *Deus* voluntate antecedente, quod vult ratione ſuę bonitatis; huiuſmodi autem non poteſt eſſe peccatum, cum ex ſe tollat bonum diuinum, & rectum ordinem creaturæ ad illud. Idque etiam teſtantur pręcepta, quibus prohibet fieri peccata, quæ quidem manifeſtè indicant voluntatem diuinam per modum deſiderij, vt non fiat peccatum. Poſterior pars etiam facilè probatur; nam hoc differt inter malum pœnæ, & malum culpæ; nam illud eſt volitum, vt inquit *Damaſcenus*, poſita culpa eius, cuius in pœnam iuſtè illud malum eſt volitũ; hoc autem neq; antequam fiat, neq; poſtquam præuidetur ex nequitia liberi arbitrij futurum, aut cum iam effectum fuerit, & volitum, cum nũquam habeat rationem boni.

Obiectio contradicta.

Obijcies, Patres ſolere dicere nunquam priùs cadere peccatum futurum in voluntatem *Dei*, quàm in eius præſcientiam, ſed econuerſo, vt patet ex Auguſt. de prędeſt. & gratia c. 6. & tract. 53. in Ioann. ergo concedunt tandem, cadere, & voluntate conſequente eſſe à *Deo* volitum.

Auguſt.

Solutio.

Sed reſpondetur, *Deum* non ſolùm non velle peccatum priùs quam videat illud eſſe futurum, ſed etiam poſtquam illud præuidet non habere abſolutam voluntatem, ità vt ſimpliciter, & abſolutè illi ſit complacitum, ſed ſolum *Deo* complacet, quatenus ab ipſo maneat; & ad aliquod bonum efficiendum deſeruire poteſt: Itaque præuiſo futuro peccato complacet *Deo* is concurſus, quem ad illud præbet, quia iuſtè, & prudenter datum eſſe cognoſcit, complacet illi interdum bonus effectus, quem ex tali actu ad iuſtitiæ ſuę ordinat manifeſtationem, ac tãdem placet illi, ſi quid vtilitatis ex tali actu elicere poteſt ad alios honeſtos fines, actus vero talis, vt eſt emanatio à voluntate humana, ſimpliciter *Deo* non probatur, nec vnquam fuit illi complacitum: vnde nec abſolutè vult fieri, ſed tantum ſub illa imbibita conditione, ſi ipſa humana voluntas ſeſe determinauerit, non vult illam impedire, ſed potiùs cum illa concurrere.

23 Deus nõ vult peccatum, nõ ſolum quoad formalitatẽ ipſius, ſed etiã quoad materiale, & fundamentum illius formalitatis.

Dico 6. Quod dictum eſt de peccato, quod non cadat in *Dei* voluntatem, id non ſolùm, volumus, intelligi de eo, quoad formalitatẽ ipſius, ſed etiam quoad materiale, & fundamentum illius formalitatis, ſeu quoad id, vnde habet, vt ſit fundamentum ipſius. Probatur primo, nã *Deus* nulla ratione poteſt præcipere, ut aliquis dicat mendacium, neq; actum illum materialem, ut eſt fundamentum culpæ, ueluti actum blaſphemiæ, actum odij, fornicationis, ergo nec poteſt ulla ratione uelle peccatum pro materiali. Clara cõſequentia; nam ſi poſſet uelle, igitur quia aliqua ratione bonum honeſtum, cum nihil poſſit cadere in diuinam uoluntatem, quod à recta deuiet ratione, ergo poſſet eſſe etiã materia præcepti. Antecedens clarũ, mentiri enim, blaſphemare, odiſſe *Deum*, & cætera huiuſmodi non ideo non ſunt mala, quia *Deus* prohibet; ſed potiùs, ut alibi uidebimus, quia ſunt mala, prohibentur à *Deo*; hoc enim differt inter ea, quæ ſunt prohibita, quia mala, inter quæ numerantur omnia pręcicta; & inter ea quæ ſunt mala, quia prohibita, quæ tantùm præcepti acceſſione prohibentur fieri, & incipiunt inter turpia numerari.

24

Et confirmatur, quia *Deus* punit non ſolùm formale, ſed etiam materiale peccati, ergo non poteſt uelle, quod punit, dignumque natura ſua eſt pœna. Sic

teſtantur uerba illa Apocalip. 18. *Quantùm glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum*. Sic etiam Theologi, dum inquiũt, pœna damni punitur auerſio; pœna ſenſus, uoluntatis ad creaturam conuerſio; at conuerti ad creaturam, eaue frui, ad materiale peccati ſpectat; quamuis coniunctum habeat formale: utrumque igitur punit Deus, iniuſtè igitur punit, quod ipſe uult, & probat.

Apoc. 18.

25 Deus potuit præcipere Abrahamo immolationẽ filij non volendo actionem malam homicidij.

Quod ſi *Deus* præcepit Abrahamo immolationem filij, Geneſ. 22 & homicidium illud: Et Iſraelitis, ut inferrent, & ſecum aſportarent uaſa, & ſpolia Aegyptiorum, id fecit detrahendo priùs, per appoſitionem aliquarum circumſtantiarum, illas actiones à ratione peccati, quæ ipſis ſemotis, fuiſſent contra ius naturale, ac proinde peccata. Vt enim eſt dominus uitæ cuiuſque hominis, multoque magis bonorum, facta priùs parenti in filium ea facultate, potuit præcipere Abrahamo, ut interficeret filium ſuum Iſaac, idque illi per *Deum* fuit licitum abſque tranſgreſſione quinti præcepti Decalogi, quemadmodum etiam Hebræis aſportare res alienas; facta priùs translatione dominij ab habẽte poteſtatem. neque illud erat committere futurum, nec peccara in ſextum Decalogi præceptum. At quòd *Deus* præcipiat illam actionẽ, quæ in cauſa ſecunda retineat rationem peccati, nuuquam fieri poteſt, quemadmodum nec quod uelit: id enim planè contradictionem implicat, eo quòd cum diuina uoluntate, & lege æterna pugnet. Et quamuis dicatur in Scriptura ſacra 2. Reg. 16 quòd dominus præceperit Semei, ut malediceret *Dauid*: nihil contradicta, nam ut Auguſt. de gratia, & lib. arbitr. cap. 10. notauit, permiſſio facta Semei, ut illi malediceret, præceptum non propriè, ſed translatè appellatur, cognoſcebat enim *Dauid* ex ſpeciali Dei ordinatione, id fuiſſe permiſſum in pęnam ſui delicti, & exercitium patientię ſuę, illam ergo, quæ reſpectu Semei permiſſio erat, reſpectu ſui æſtimauit præceptum.

26 Permiſſio diuina qua permittit aliquod peccatum, præceptũ quandoq. appellatur non propriè, ſed translatè.

27 Quomodo intelligẽdũ quõ dicitur in Scriptura ſacra, homines à Deo induci in actionem prauam. Pſ. 105.

Obijcies primò, ſæpe Scriptura ſacra ſignificat homines à *Deo* induci in actionem prauam, ut præter nonnulla loca, quæ ſepiùs ſunt examinata, poteſt non obſcurè colligi ex uerbis illius Pſalm. 104. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, & dolos facerent in ſeruos eius*, ergo ſi inducit in has actiones, ut odium, & maleuolentiam, cadunt illæ in diuinam uoluntatem, cum ipſa ſit præcipua cauſa rerum: per uoluntatem enim ſuam operatur ad extra. Sed ſi conſiderentur uerba contextus, ipſa reſpondent obiectioni, dicitur enim ibi. *Et auxit populum ſuum vehementer, & firmauit eum ſuper inimicos eius*. Deinde ſubditur immediatè. *Et conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, &c.* benefaciendo igitur *Deus* populo ſuo, & fœcũditatem inſolitam illi donando, occaſionem quodammodo præbuit peruerſis Aegyptiorum cordibus, vt inuiderent alienæ fœlicitati, & inde illos opprimere deſiderarent; & quamuis præſciẽs inuidiam, & odiũ in Aegyptijs, ea occaſione naſcituram; benefecit tamen populo ſuo; quia poterat, & volebat mala eorũ voluntate, quam ipſe non fecerat, bene vti, ad punienda peccata Aegyptiornm, & ad populum ſuum de captiuitate liberandum. Ita exponit hunc locum D. Auguſtinus, qui inter cetera, inquit. *In eo igitur, quod populum ſuum multiplicauit hoc beneficio ſuo malos ad inuidendum conuertit, &c. Non itaque cor illorum malum faciendo, ſed populo ſuo benefaciendo, cor illorum ſponte malum, conuertit ad odium*. Sic etiam exponit Theodor. & re-

Explicatur illud Pſal. vbi dicitur conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.

Aug.

Theod.

Azellius. Genebr. Bellarm.

& recentiores communiter Agellius Genebrardus, Bellarminus, & in hunc Pſalmum; & lib. 2. de amiſſ. gratiæ, ſtat. peccat. cap. 23. tom. 4. & alibi idem Diuus Auguſtinus.

28 Quomodo Deus conueniendo ad totam entitatem illius actionis peccati adhuc non dicatur cā peccati.

Obijcies ſecundo, tota entitas illius actionis peccati, & totum illud ens poſitiuum, quod dicit materiale peccati, eſt à *Deo*, ergo fundamentum, & materiale peccati eſt volitū à Deo. Conſequentia ex dictis patet; antecedens probatur manifeſtè: nam non poteſt dari aliqua actio realis, & poſitiua, quin ſit à *Deo*, cùm ſine ipſo factum ſit nihil. Sed reſpondemus, quod quamuis totum eſſe actionis prauæ totalitate effectus, ſit à *Deo*, & ſit etiam illud idem à libero arbitrio influente, & cooperante contra legem *Dei*, non quidem per aliam numero actionem, ſed per eandem prorſus; non tamen habet ab influxu Dei, vt ſit materiale, & fundamentum peccati, ſed ab influxu liberi arbitrij hic & nunc influente, & cooperante contra legem Dei; nam tota illa actio realis, quæ eſt à *Deo*, prout ab ipſo eſt, manere poſſet ſine illa ratione culpæ, aut mali moralis, vt ſi homo cum ignorantia inuincibili, aut inaduertentia naturali eundem actum haberet, careret malitia peccati, & Deus tantùm eundem influxum numerò præberet. Dices, liberum arbitrium vt agat hic, & nunc habet à Deo; ergo quicquid eſt ab actione, & influxu

29 ipſius, eſt etiam à Deo, tanquam Auctore, & cauſa, nam quod eſt cauſa cauſæ, dicitur etiam cauſa cauſati. Verùm dici poteſt, illam actionem vel poſſe conſiderari eſſe à cauſa ſecunda, vt agens eſt, & ſic eſt etiam à *Deo*: vel vt eſt à cauſa ſecunda deficiente, & hoc pacto nequaquam: Habet igitur, vt ſic materiale, & fundamentum peccati entitas illa vt eſt à cauſa deficiente, & ideo ſolùm in illam refertur, quod exemplo claudicationis docuit ſæpe *D.* Thom. 2. 2. quæſt. 79. artic. 2. & latiùs quæſt. 3. de malo, artic. 2. & 3. contr. Gent. cap. 71. nec non Capreol. in 2. diſt. 37. & Ferrar. 3. contr. Gent. cap. 71. Nam quemadmodum defectus, qui cernitur in claudicatione ſolùm refertur in tibiam claudicantis, & agentis cum defectu, non in virtutem motiuam, quæ v. g. valida eſt, & fortis; nec illud ambulare eſt fundamētum claudicationis vt eſt ab illa uirtute, ſed vt eſt à tibia curua; Ita dicendum eſt in propoſito de peccato, &c.

Thom. Capr. Ferrar.

Nec valet dicere: Tota illa actio quoad ſuam integram rationem realem, & formalem eſt à Deo per concurſum ſuum generalem, tanquam à parte cauſæ, & vt eſt à *Deo* ſibi non diſplicet; ergo eadem hæc actio quoad eandem rationem realem, & formalem, ſibi non diſplicet, ſed illam uult. Nam eſt argumentatio à ſecundum quid ad ſimpliciter; ut enim ſibi ſimpliciter diſpliceat, contradictionemque implicet ſibi placere ſimpliciter; ſatis eſt, ſi eadem tota actio, quatenus à libero arbitrio contra legem *Dei* emanat, ſibi diſpliceat; cum bonum ſit ex integra cauſa, malum ex quolibet defectu. Implicat autem, eam ita ſpectatam ſibi placere, quemadmodum etiam implicat, Deum illam eodem pacto ſpectatam præcipere, ſuadere, & ad eam mouere. 30

31 An Deus, vt cauſa prima dicatur hominem peccātem applicare, & determinare ad actionē peccati.

At urget ratio, diceret aliquis; nam cauſæ primæ munus eſt ita agere cum cauſa ſecunda ad producendum effectum, ut ipſam applicet, & determinet ad illum, ergo cum in actione peccati ita ſuas expleat partes, ut determinet cauſam

ctam malitiam moralem,& prauita-
tem peccati,ergo. Nec valet dicere,
33 Deum non eſſe Auctorem peccati,
& illius malitiæ, quia illam non in-
tendit. Nam (prætermiſſo eo,quod
inde videtur poſſe argui prauæ in-
tentionis,cum enim totum hoc non
requiratur ad explendum munus
cauſæ primæ; cur igitur adhuc id
præſtat, niſi quia malitiam inten-
dit? & cum immittat malam volun-
tatem in hominem,etiam illam pra-
uam intentionem dicitur ſuggere-
re, & intendere) etiam ſi demus,ita
eſſe, adhuc conuincitur Deus tan-
quam Auctor mali; tum quia bona
intentio non excuſat prauam actio-
nem, ſi ex obiecto ſuo mala eſt, non
enim ſunt facienda mala, vt inde
eueniat bona;tum etiam quia homo
ipſe qui peccat, non id facit inten-
dendo malitiam; imò & Dœmon
ipſe vix hoc modo inducit ad pec-
candum, quia nemo intendens ad
malum operatur ergo vt aliquis ſit
Auctor peccati, neceſſarium non
eſt,vt ita intendat malitiam;dicere-
tur igitur Deus, dato illo antece-
dente,& Auctor peccati, & peccati
reus; Nam licet peccare, vt ſignifi-
cat tranſgreſſionem legis non poſſit
tribui Deo, ſic operanti, quia non
eſt ſubditus legi: vt tamen peccare
ſignificat deflectere ab eo,quod re-
ctũ eſt,& honeſtum,ſic re vera pec-
caret Deus,data illa hypotheſi. Niſi
velimus dicere, Deum ita præde-
terminantem non eſſe Auctorem
peccati, nam cum per talem præde-
terminationem auferatur ab homi-
ne vſus libertatis ſuę in operando
talem actum, non peccabit morali-
ter. Verùm potiùs inde ſequitur,
actum illum prauum non fieri per
talem habitudinem ad voluntatem
humanam, vt in ordine ad illam di-
catur peccatum, ſed totam illam
malitiam referri in Deum ita ope-
rantem, & ipſum ſolum eſſe Aucto-
rem peccati; ità vt ſolus dicendus
ſit peccati reus, ſi quid malitiæ ineſt
illi actui, ac conſequenter peccatũ
maximè cadere in voluntatem Di-
uinam,quod videtur implicare con-
tradictionem, quia hoc ipſo rectum
eſſet, quod diuinæ eſſet conforme
voluntati. At nos cum impugne-
mus prædeterminationem hanc, &
defendamus, concurſum Dei tantũ
dari ad actus prauos, & voluntatem
non prędeterminantem, ſed con-
currendi ſuſtineamus, vt patebit
etiam ex ſequenti dicto, quæ cum
non ſit definita ad actum malum,
ſed indifferens, nec ſit efficax; ſed
ſufficiens,& cùm cooperatione hu-
manę voluntatis, & dependenter
ab vſu liberi arbitrij habeat effe-
ctum, verè dicimus, ratione illius
Deum non facere, vt faciamus ma-
los actus,nec materiale fundamen-
tum peccati cadere in diuinam vo-
luntatem. Quæ omnia attendens
Anſelmus lib. de caſu Diab. cap. vlt.
cum dixiſſet, ipſum velle iniuſta,
quatenus eſt aliquid, eſſe à Deo,
ait. *Nempe non ſolùm bona habet aliquis à Deo, quod Deus ſponte dat, ſed etiam quod iniuſtè rapit Deo permittente.*
Non potuit ſanè elegantiùs decla-
rari, quomodo velle, quod malum
eſt, non inchoetur in nobis à Deo
ſponte ſua nos prædeterminante,
ſed à nobis rapientibus,& quaſi co
gentibus Deum, vt nobiſcum con-
currat. Loquitur autem Anſelmus
de malo velle, ratione actus mate-
rialis, vt euidentiùs conſtat ex eo,
quod diſertè loquatur eodem loco
cap. 20. de voluntate mala vt eſt
quoddam bonum, dicitq; non eſſe à
Deo,niſi permittente.

Quin etiam totum hoc mirificè
Scriptura ſacra videtur docere, 24
quod enim apud Ieremiam cap. 2.
legitur in noſtra vulgata. *A ſeculo cõfregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, dixiſti non ſeruiam.* Capp. in hũc
locum

Quomodo Deus quãuis concurrat ad materiale peccati non tamen dicitur auctor peccati.

Anſelmi. Pulchra auctoritas ad hoc propoſitum.

Ierem. 2.

Capp.

locum ex Hebræo vertit. *A ſæculo rupi iugum tuum, rupi vincula tua, dixiſti non ſeruiam.* vbi ex his duabus translationibus optimè colligitur quod multi dicunt Theologi, verèq; eſt conſonum Philoſophiæ, nempe quod talis ſpecie actus producatur, non prouenire ex ratione concurſus *Dei*, quaſi ille per ſe ad talem ſpeciem tendat, ſed ex concurſu voluntatis humanæ, quæ generalem Dei concurſum ſuo concurſu modificat, & contrahit ad hanc ſpeciem actus, vt rectè animaduertit Caiet. 1. par. q. 14. art. 13. & q. 19. art. 8. & Conradus 1. 2. q. 79. art. 1. & quamplures recentiores: Vnde Deus, ſic concurrens, peccatorem alloquens, dicere poteſt; quia confregiſti iugum, confregi; quia rupiſti vincula, rupi; dixiſti: Non ſeruiam, nec te poſthac ut ſeruum habebo meum. Et quod inquit Beda lib. uariat. qq. q. 13. *Deus nos non cogit ad malum, ſed potiùs nos cogimus Deum, vt videat malum*: In hoc ſacræ Scripturæ loco, licebit conſpicere, & tanta auctoritate comprobare.

Quomodo pulcher eadem doctrina probatur auctoritate ſacræ Scripturæ.

Caiet.
Conrad.

Bed.

35 Dico 7. licet Deus non uelit poſitiuè peccatum, poſitiuè tamen uult permiſſionem peccati. Et quãuis non habeat uoluntatem abſolutam, ut ſint actus peccatorum, qui ab arbitrio creato fiunt, habet tamẽ uoluntatem abſolutam eos permittendi. Prior pars patet ex dictis: poſterior licet poſſit colligi ex ſuperioribus, adhuc magis eſt probanda, & explicanda. Et primò nam uoluntate abſoluta uult concurrere generali influxu cum arbitrio creato ad illorum productionem. Hæc autem uoluntas concurrendi cum nõ ſit determinata ad actum malum, ſed indifferens, nec ſit efficax, ſed ſufficiens, & cum cooperatione humanæ uoluntatis, dependenterque ab uſu liberi arbitrij effectum habeat, eſt uoluntas permittendi. Et confirmatur, nam niſi uellet Deus actus malos permittere, non eſſent. Secundò probatur, nam in uoluntate permittendi peccatum, & concurrendi ad illud, nulla eſt deformitas, nec repugnantia cum recta ratione; imò illa permiſſio uolita, eſt obiectum per ſe decens, & honeſtum, diuinæque conſonum bonitati, cum id pertineat ad munus cauſæ primæ; at in uoluntate prædefiniente, & efficaciter volente actum peccati, nulla poteſt conſiderari rectitudo, cum ita velle, ad munus cauſæ primæ non requiratur, neque habeat obiectum per ſe decens, aut diuinæ conſonum bonitati. Et explicatur magis nam cum voluntas concurrendi ſit ex ſe indifferens, & inefficax, non eſt virtualis voluntas malitiæ, ſed permiſſionis tantùm, nec ratione illius dicitur Deus cooperari ad malum, tũ quia eius cooperatio ex ſe abſtrahit à malitia; tum quia Deus non tenetur, nec debet eam negare, vt obeat munus cauſæ primæ, propterque generalem rationem prouidentiæ, & tandem propter alia maiora bona. At obiectum voluntatis prædefinientis, & prædeterminantis actum peccati, eſt prauum, & indignum, vt in diuinam cadat voluntatem, cum ſit volitus actus peccati, & volitus in particulari, cum omnibus circumſtantijs, & conditionibus moralibus, cum quibus efficiendus eſt. Et hoc pacto eſt virtute uolita malitia, quæ ab illo actu eſt inſeparabilis, ratione cuius actus ipſe, etiam vt talis actus moralis eſt, non poteſt dici honeſtus, ſed prauus, rectæque rationi repugnans.

Deus quamuis non velit poſitiuè peccatum poſitiuè vult permiſsionem peccati.

Cum Deus dicatur cõcurrere cõcurſu indifferenti ad actus prauos, non dicitur cooperari ad malum, ſed obire munus cauſæ primæ.

Quo-

Quomodo Deus velit ea, quæ vult. Cap. 8.

1 Licet multa pertinentia ad hoc caput explicata ſint cum de obiecto diuinæ voluntatis; nam & ea quæ vult, diximus ex propoſito, & quomodo, ſæpe dictum eſt obiter; nunc cætera ſunt proſequenda, quæ huius ſunt quæſtionis, vt ipſi plenè poſſit ſatisfieri.

Non prædefinit Deus actus prauos & ſi loquamur de illa prædefinitione interna.

Dicimus igitur primò, non prædefinire *Deum* æterno ſuo conſilio, & voluntate actus prauos, quod volumus, dictum eſſe non quod prædefinitio illa immanens, & interna, qua Deus intra ſe diſponit, quæ operari, & fieri intendit, repugnet actibus voluntatis prauis, qua liberi sūt, cum prædefinitio huiuſmodi, de qua loquimur, non mutet modum intrinſecum operandi voluntatis noſtræ, ſed quia repugnat prædefiniri quæ mali ſunt, & vt malitiam habent neceſſariò adiunctam, quod ſatis patet ex dictis in ſuperiori capite; ſi enim ibi ſatis probatum eſt, peccatum nō cadere neque per ſe, neque per accidens, neque pro materiali, neque pro formali in voluntatem diuinam, à fortiori concludendum eſt, non cadere in eius prædefinitionem, cum hæc non ſit quæcunque volitio diuina, ſed efficax intentio, vel electio obiecti prædefiniti, ergo ex vi illius infallibiliter futurus eſt effectus prędefinitus, non enim ſupponitur futurus ante hanc prædefinitionem, & illa poſita, non poteſt non eſſe futurus, ergo oportet, vt ex vi illius fiat, vel immediatè, quod de hac prædefinitione nōn dicitur, vel mediatè, ordinando media, per quæ infallibiliter obtineatur, quod pertinet ad prædeſtinationem; illa igitur, quæ ſupra adducta ſunt ad probandum, peccatum non cadere in diuinam voluntatem, id efficaciùs aſſequuntur, ſi de voluntate hac prædefiniente ſit ſermo.

D[e]us non prædefinitè illos effectus bonos qui eſſentialiter ſupponunt culpam.

Dicimus ſecundo. Probabilius eſt, nec poſſe Deum prædefinire illos effectus bonos, qui eſſentialiter ſupponunt culpam, vt actum pœnitentiæ, pęnam, vt pœnam, & huiuſmodi, quæ reſpiciunt culpam, vt culpam, tanquam obiectum, vel materiam, circa quam verſantur. Id confirmari poteſt exemplo redemptionis Chriſti, ſentiunt enim frequentius Theologi, Deum non prædeſtinaſſe Chriſtum dominum ſub ratione Redemptoris, niſi ſuppoſita præſcientia originalis peccati, quia redemptio eſſentialiter dicit habitudinem ad peccatum, illudque ſupponit, ſaltem in radice infecta; item de pœnitentia, quæ cum dicat retractationem, & ſatisfactionem aliquam offenſæ commiſſæ, ſi Deus præfiniret actus contritionis, & virtutis pœnitentiæ ante pręſcientiam peccati, prædefiniret etiam actus prauos; quos eſſentialiter pęnitentia, & contritio ſupponunt. Diximus id tanquam probabilius eſſe ſentiendum, nam non improbamus illorum ſententiam, qui ſentiunt, poſſe admitti horum effectuū prædefinitionem ante præſcientiam culpæ, quia non ſequitur, prędefiniri peccatum, ſed tantùm permiſſionem.

Non eſt improbabilis contraria ſententia.

Dices. Nullus vult medium, quod remote requiritur ad aliquem finem, niſi priùs velit, quod proximè confert ad eundem finem; nam omne mediū ea ratione eligitur, quia vtile eſt ad finem: quare ſi per aliud cōfert, per illud etiam eligitur, ſed Deus vult permiſſionem peccati ipſius Petri propter pęnitentiam, ergo vult peccatum ipſius, quod immediatè ſupponit eius contritio. Sed reſponderi poteſt, quamuis Petri lacrymæ immediatè ſuppon[ã]t illud negationis peccatum, & remotè permiſſionem eius; ſufficit tamen voluntas diuina,

præ-

prædefiniens permiſſionẽ illius culpæ. Nam vt infallibiliter ſequatur peccatum, quod præſupponit pęnitentia, ſufficit voluntas permittendi illud cum ſcientia conditionata. Quod poteſt confirmari auctoritate D. Auguſt. de nat. & gratia cap. 28. vbi ait. *Deſerit aliquantulum Deus, vnde ſuperbis, vt ſcias non tuum, ſed eius eſſe, & diſcas ſuperbus non eſſe.* Affertque in confirmationem teſtimonium illud Pauli 1. Timoth. 1. dictis. *Quod traduntur Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare, id eſt permittuntur labi in peccatum, vt cautiores conſurgant?* Sed forſitan hæc teſtimonia Sequens dictum confirmant quando ſcilicet Deus euentum bonum, qui occaſione peccati factus eſt, prædefinit.

Auguſt.

Deus pōt prædefinire euentus bonos qui culpam ſup ponunt, vt occaſionē.

3 Dicimus igitur tertio, poſſe Deũ prædefinire euentus bonos, qui ſupponunt culpam, & occaſionem tantum, vel vt cauſam extrinſecam, nõ ſimpliciter neceſſariam; ſicut actus humilitatis poteſt vehemẽtius exerceri occaſione culpæ. Sic Auguſtin. lib. de gratia, & liber. arbitr. cap. 20. poſtquàm adduxit illud Dauidis 2. Reg. 16. *Dimitte eũ* (ſcilicet Semei) *vt maledicat, quia Dominus dixit illi*, ſubdidit, *nec cauſa tacita eſt, cum ei Dominus illo modo dixerat maledicere Dauid, vt videat*, inquit, *Dominus humilitatem meam, & retribuat mihi bona pro malis.* Sic etiam potuit fieri, vt Deus prædeſtinauerit Petrum ante præſciẽtiam peccati, ad talem humilitatis gradum, & poſtea permiſerit peccatum, vt illi eſſet occaſio talem humilitatem comparandi. Vel enim de Petri pœnitentia ſermo eſt, & de hac cum ſupponat peccatum eſſentialiter, loqui debemus iuxta notata in ſecundo dicto, vel de eius humilitate, quæ ſine peccato poterit cõparari, & etiam eius occaſione, & de hac philoſophandum eſt iuxta doctrinam huius tertij dicti. Quod etiam D. Gregor. comprobat Homil. 21. in Euangel. dicens. *Lapſum Petri fuiſſe à Deo permiſſum, vt in ſua perſona diſceret aliorum miſereri, qui aliorum Paſtor futurus erat.* Sentit igitur hic Pater ex intentione alicuius patientiæ, vel alterius virtutis permiſiſſe Deum lapſum Petri, & peccata prædeſtinatorum. Sic etiam præfinire potuit Deus exaltationem Ioſeph in Aegypto antequam permitteret, vel præſciret abſolutè futurum peccatum fratrum eius, qui eum vendiderunt; re vera enim ille effectus talis erat, qui poterat ſine peccato fieri; tamen quia etiam occaſionē peccati poterat perfici, & hoc magis Dei ſapientiam manifeſtabat, facilè intelligitur Deus deinde permiſiſſe peccatũ illud, quod ſibi eſſet occaſio conferendi Ioſeph illud bonum. Nõ nego, poſſe 4 defendi Deũ pręuiſa primũ vẽditione fratrum, præfiniſſe poſt modum exaltationem Ioſeph, & ad hunc sẽſum poſſe non difficilè accommodari uerba ſcripturæ, melius tamen, & illi cõformius dicitur, Deum præ-definiſſe quidem tranſitum Ioſeph in Aegyptum, & exaltationem eius, non tamen uenditionem, ſed hanc ſolùm permiſiſſe ex certa, & ineffabili ſententia, quod eſſet futura, ſi permitteretur, ac eam permiſſionẽ, & malam actionem præuiſam ita ordinaſſe, ut per eam finem à ſe intentum conſequereretur. Quod colligi uidetur ex illis uerbis Geneſ. 45. *Pro ſalute veſtra miſit me Deus ante vos in Aegyptum* Et infra. *Non veſtra conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me quaſi Patrem Pharaonis.* Vbi conſiderandum eſt, non dixiſſe *Dei conſilio vendidiſtis me*, ſed *Huc miſſus ſum*, quod ſolùm ſignificat tranſitum in Aegyptum, & effectum uenditionis, in quo ut per ſe conſtat, nihil erat, quod non potuerit

Greg. Pap.

An prædefiniuerit Deus exaltationem Ioſeph in Aegypto.

2. Reg. 16.

Gen. 45.

Google

tuerit à Deo præfiniri, erat enim bonus effectus, & per ſe nullam requirebat culpam, etiam in medijs. Idē videntur ſonare verba illa alia

Gen. 50.

Geneſ. 50. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* vt non de voluntate permiſſiua peccati, Sed de diſpoſitione, qua voluit, vt ipſe regnaret in Aegypto, intelliguntur. Et Auctor Catenæ in Geneſ. in cap. 45. probat hanc expoſitionem dùm inquit. Ea

Auctor catenæ in Geneſ.

Ioſephum ratione venditum in Aegyptum, vt ibidem fratribus refugiū ſalutis fieret, & vitæ ſubſidium; quod quidem maximè Dei commē dat ſapientiam, non enim in eo ſolùm manifeſtatur, quod præuiſo iam peccato futuro, illud ad bonum ordinat; ſed multò magis in hoc, quòd ante præuiſum peccatum, vt abſolutè futurum, ipſammet permiſſionem eius, ad finem à ſe prædefinitū ordinat: tanta certitudine, & infallibilitate, ac ſi actum ipſum præfiniret.

Qua ratione potuerūt prędefiniri paſſiones martyrum à Deo.

5 In hoc ordine veriſimile eſt, ſedē ſibi vendicare Martyrum paſſiones, quæ vt huiuſmodi, bonæ ſunt, nec eſſentialiter, ſeu ex intrinſeca habitudine culpam requirunt; quare ſub tali ratione potuerunt præfiniri, etiā ante præſcientiam, vel permiſſionē actuum iniquorum, qui in tempore fuerunt effecti. In hoc ordine collocanda eſt Chriſti paſſio, de qua intelligitur illud

Pſal. 32.

Pſal. 32. *Reprobat autem cogitationes populorum*, &c. In

Hieron.

quæ verba Hieronymus, *Reprobat autem cogitationes populorum; hoc eſt Iudæorum conſilium, quia non potuerunt illa facere, niſi quantùm à Deo præfinitum erat*. Licet enim multa moliti ſunt aduerſus Chriſtum; illa tamen perfecerunt, quæ præfinita erant à Deo per eorum permiſſionē ad intentum finem paſſionis Chriſti, eo etiam modo, quo facta eſt, & ordinata à Deo.

Quid dicēdum de paſsione Chriſti.

6 *Dicimus* 4. Deus nunquam prędefiniuit, ſeu abſolutè decreuit exercere iuſtitiam ſuam vindicatiuam, antequàm promiſerit, & præuiderit peccatum. Probatur, nam ſi hunc finem intendiſſet voluntate efficaci, & præfinitione, & ideo permiſiſſet peccatum, incideremus in ſententiam illam de prædeſtinatione hominum quorundam ad mortem, ante præuiſum peccatum, quam alibi latius impugnauimus. Dices, vnde oritur voluntas illa permittēdi peccata reprobi? niſi enim ad hunc finem efficaciter volitum confugiamus, nulla illius poteſt dari ratio; nō ex parte ipſius reprobi, ſi ad totum eius lapſum comparetur; In Angelis enim malis quòd Deus permiſerit primùm eorum peccatum, non poteſt habere cauſam ex parte illorū, cum ante primum peccatum non ſit aliud, & tamen ante primum eorum peccatum anteceſſit eius permiſſio; illa ergo non habet cauſam ſpecialem ex parte Angeli. Et idem eſt in hominibus quoad permiſſionem peccati Adæ, vt ſecludamus quæſtionem aliorum peccatorum actualium, poſt præuiſum originale; ergo tota illius permiſſionis ratio eſt voluntas efficax, & prędefinitiua iuſtitiæ vindicatiuæ in punitione peccati. Sed reſpondemus, illam ex quadam oriri ratione generalis prouidentiæ, qua Deus vult ſinere cauſam ſecundam motus ſuos agere: ſi quis autem contendit, illam permiſſionem ſupponere voluntatem non prędefinientem, ſed cōditionatam, qua voluerit peccata punire, ſi fierent, ac præuidens tali pacto manifeſtari gloriam ſuam, voluerit permiſſionem peccati, id non inficiabor.

Nunquam Deus præfiniuit exercere iuſtitiam vindicatiuā ante præuiſionē peccati.

Dicimus 5. Deus vult alia à ſe omnino libere quoad exercitium, licet ſi loquamur de libertate quoad ſpecificationem, etiam circa aliqua obiecta ad extra, poteſt inueniri 7

Deus vult alia a ſe omnino liberè quo ad exerci-

ri

tium, & quid dicendũ quo ad ſpecificationem. Thom.

ri neceſſitas in voluntate diuina. Prima pars huius aſſertionis eſt D. Thom.1.par.q.19.ar.3. certâque in fide doctrinam continet, nam libertatem Dei docet Scriptura ſacra,cũ tribuit Deo electionem, ſic Paulus ad Rom.ſæpe cap.8.& 9. *Vt ſecundũ electionem propoſitum Dei maneret. Iis, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.Et ad Epheſ.cap.1. Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.* Idem etiam orationes Sanctorum ad Deum,perſpicuè declarant. Eccleſiaſticus enim de ſapiente loquens cap.39.inquit. *Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur,ſi enim dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum,&c.*

Rom.8. & 9.

Eph.1.

Eccleſ.39

8 Secunda etiam pars eſt certiſſima, & eſt D. Tho.1.par. q.21. ar.1. ad 2. Et probatur tum diſcurrendo per obiecta aliqua communia,tum etiam per particularia; In primis.n. circa obiectum bonum in communi, non ſolùm vt ab ipſo Deo, ſed etiam vt à nobis, vel Angelis fieri poteſt, ſi Deus habiturus eſt ſimplicem aliquem effectum, neceſſe eſt, vt ille ſit complacentiç, & non diſplicentiæ,quia diuinę voluntati repugnat,vt illi diſpliceat honeſtum bonum,à quocumque fiat. Quin etiam tali obiecto repugnat affectus diſplicentiæ, quia non poteſt diſplicere bonum qua bonum eſt; in bono autem honeſto nulla vera ratio mali reperiri poteſt, præſertim in ordine ad diuinam voluntatem, quæ apparente mali ſpecie, moueri non poteſt, eademque ratione circa malum culpæ,ſi Deus habiturus eſt affectum ſimplicem, neceſſariò futurus eſt diſplicentiæ non complacentiæ, propter oppoſitam proportionalem rationem; diſſonum eſt diuinæ bonitati, vt illi malũ culpæ complaceat, cuiuſcunque illud ſit. Adde quod tale obiectum ſecundùm veram, & rectam rationem, incapax eſt talis affectus, vnde ſapientis illud dictum Sap.14. *Odio eſt Deo impius, & impietas eius.* Et illud Eccleſ. 12. *Altiſſimus odio habet peccatores*,quà peccatores ſũt. Præterea ſi de voluntate loquamur efficaci, præſertim reſpectu operũ, quæ Deus ipſe facturus eſt, eidem ſubijcitur neceſſitati; omnia enim ſecundùm aliquam rectam, honeſtamq; rationẽ operatur, nihil enim velle poteſt,niſi ſecundùm aliquam rationem honeſti: quo ſenſu in diuina Scriptura omnes viæ Domini iuſtæ,& rectæ dicuntur. Quod etiam docuit D. Thom.1.par.q.21. art.1. ad 2. dum inquit,impoſſibile eſſe, Deum velle, niſi quod ratio ſuæ ſapientiæ habet, quæ quidem eſt ſicut lex iuſtitiæ,ſecundùm quàm voluntas eius recta eſt. Et Anſelmus in Proſolog. cap.10. Deum dicit iuſtũ eſſe,quia facit quod ſummum bonũ Vnde cum Deus ſummè bonus, & ſapiens ſit, ab hac rectitudine declinare non poteſt.

Thom.

Sap.14.

Anſel.

9 Quod ſi deſcendemus ex hac obiectorum generalitate ad particularia, eandem neceſſitatem quoad ſpecificationem in diuina voluntate inueniemus; ſi enim Deus loqui vult, neceſſariò vult dicere verum, nec mentiri poteſt, quia mendacium ita eſt turpe, & intrinſecè malum, vt comparatum ad diuinam voluntatem, vel actionem, non poſſit honeſtari; hæc autem neceſſitas quoad ſpecificationem non in eo fundatur, quod Deus aliquo extra ſe bono indigeat ad ſuam beatitudinem, ſed in eſſe vitali rectitudine diuinæ voluntatis, quod indicat Diuus Paul. 2. ad Timoth. 2. illis verbis. *Ille fidelis permanet, negare ſe ipſum non poteſt.* Hoc eſt, vt inquit Dionyſ. Areop. de

Si Deus vult loqui neceſſariò vult dicere verum.

2.Tim.2.

Dionyſ. Areop.

Digitized by Google

de Diu.nom.cap.7. Firmiſſimum, & immobile eſſe oſtendit fundamentum diuinarum promiſſionum, dum Deum eſſe, ait, primam, verèque ſubſiſtentem veritatem, cui innititur fides, ac proinde firma eſt, & ſtabilis. Idemque cap.8. confutans argumentationem cuiuſdam Magi, ſi eſt omnipotens (dicebat magus) quomodo dicitur à Paulo aliquid non poſſe, qui ait, Deum ſe ipſum negare non poſſe? Reſpondet Dionyſius, quia ſe ipſum negare, à veritate deficere eſt: porrò veritas Deus eſt, & à veritate caderet; ſi ergo veritas Deus eſt, veritatis negatio à Deo eſt prolapſio.

10 August. Deus qui multa non poteſt, & tamen eſt omnipotẽs. Eandem ſententiam proſequitur Auguſt. 5. de Ciuit. Dei cap. 10. tandemque ait. Propterea quædam non poteſt, quia omnipotens eſt. Et idem lib. 2. de ſymbol. ad Catechum. cap. 1. exponens particulam. *Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem*, ſic ait, *Deus Omnipotens eſt, & cum ſit omnipotens; mori tamen non poteſt, falli non poteſt, mentiri non poteſt, & quod ait Paulus, ſe ipſum negare non poteſt; quàm multa non pteſt, & tamen omnipotens eſt, quia illa non poteſt; nam ſi mori poſſet, non eſſet omnipotens, ſi falli, ſi iniquè agere, quia ſi hoc in Deo eſſet, non fuit dignus, vt eſſet omnipotens*, &c. Hoc etiam amplectitur D. Thom. in 2. ad Timoth. 2. dum ait. *Ex hoc eſt ompotens Deus, quod ſe ipſum negare non poteſt; poſſe enim deficere magis pertinet ad impotentiam, quia quod aliquid deficiat, eſt per debilitatem ſui eſſe*. Et Anſelmus explicans eadem Apoſtoli verba, nam qui talia poteſt, inquit, nempè mentiri, &c. quod ſibi non expedit poteſt, & quod non debet poteſt, quantò magis poteſt, tantò magis peruerſitas, & aduerſitas poſſunt in illum, & ipſe minùs contra peruerſitatem, & aduerſitatem, qui ergo ſic poteſt, non potentia, ſed potiùs impotentia poteſt; ſed Deus inde verè eſt omnipotens, quia nihil poteſt per impotentiam, & nihil poteſt contra eum aliquid; Rectè ergo de omnipotente dictum eſt, quia negare ſe ipſum non poteſt, quemadmodum facere aliquid iniuſtum, magis impotentia eſt, quam omnipotentia.

Thom. Anſel.

En igitur hanc neceſſitatem quoad ſpecificationem in Dei voluntate etiam circa aliqua obiecta extra ſe ipſum non in alio fundari, quàm in ipſius eſsẽtiali rectitudine. Quod egregiè etiam declarat charitas nobis infuſa, quæ eſt nobiliſſima quædam rectitudinis voluntatis diuinæ participatio, & ideo vel non operatur, vel ſi in actum prodit, non poteſt niſi rectè amare, iuxta illud 1. Ioan. 3. *Qui natus eſt ex Deo non peccat; quia ſemen ipſius manet in eo, ſed nec peccare poteſt, quoniam ex Deo natus eſt*, id eſt ſi ſecundùm eam Natiuitatem, hoc eſt ſecundùm gratiã, & charitatẽ operatur (vt Auguſtinus, & alij expoſuerunt) ergo maiori ratione Deus, qui eſt ipſa charitas, & bonitas per eſſentiam, hanc habet naturalem rectitudinem, ratione cuius in eius voluntate prædicta neceſſitas quoad ſpecificationem inuenitur. Dices, voluntatem diuinam eſſe regulam recti, ergo falſum eſt reſpectu illius dari vllum obiectum turpe, eo enim ipſo, quo Deus vult aliquid, obiectum eſt, cum ipſa ſit ſuarum actionum norma. Quod poteſt confirmari illis verbis Domini Saluatoris Matth. 11. *Confiteor tibi Pater, &c. Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te*. Laudat Chriſtus opus rectitudine quia ſic placuit Patri, non dicit qua ratione, ſumpta ex parte obiecti, ſic ei placuit, ſed tantùm quia placuit, nam eius beneplacitum, pro mille rationibus valet, & eſt amplectendum; ergo quamuis mentiri, & ſimilia,

11

Ioan. 3.

12 Quomodo intelligẽdũ id, quod dicitur voluntatẽ diuinã eſſe regulã recti.

Matt. 11.

lia, turpia ſint, ſi tamen ea velit voluntas diuina, eo ipſo poſſunt honeſtè velle, & amari. Verùm reſpondemus, dici voluntatem diuinam merè regulam, & ſuarum actionum normam, non quia ſapientia, & prudentia non regatur, nec quia non ſint obiecta aliqua ita per ſe mala, & turpia, vt poſſint actu diuinæ voluntatis honeſtari, ſed quia ipſa eſſentialiter eſt ſua ſapientia, & prudentia infinita, vnde non poteſt niſi quæ recta ſunt, & honeſta, velle, & amplecti.

13 Vnde notanda eſt differentia inter voluntatem diuinam, & creatam, nam in creata ſæpè reperitur hæc neceſſitas quoad ſpecificationem in ordine ad honeſtatem actionis, & nihilominus ex illa non oritur in tali voluntate neceſſitas ſimpliciter ſic operandi, etiam ex ſuppoſitione, quod operari velit, vt v.g. mihi nunc non eſt ſimpliciter neceſſarium loqui, tamen ex ſuppoſitione, quòd loqui velim ad honeſtatem morum neceſſarium eſt, vt verè loquar, & nihilominus poſſum ab hac rectitudine, & neceſſitate deficere, & falſum loqui. At cum de Deo ſermo eſt, ex neceſſitate illa quoad ſpecificationem, vt ſcilicet operatio voluntatis recta ſit, ſequitur abſoluta neceſſitas, vt Deus non poſſit aliter illas velle, quod non aliunde naſcitur, niſi ex intrinſeca, & naturali rectitudine diuinæ voluntatis, quæ eſt ipſa bonitas, & ſapientia, & virtus per eſſentiam.

Diſcrimina inter volun tatē diuinā, & creatam.

14 Cæterum his exceptis, quæ ſupra ſunt explicata in ſuis operibus, libera eſt diuina voluntas, etiam quoad ſpecificationem actus, quoties, inquam, in vtraque ſpecie actus, vt ſic loquamur, honeſtatis ratio ſeruatur, nihilque indecens, aut indecorum in alterutro reperitur. Sic potuit ſe habere diuina voluntas circa Incarnationis Myſterium, aut circa mundi creationē, vt apud Theologos certiſſimum eſt, Idque 15 ſuadet ratio illa de perfecto dominio diuinæ voluntatis, circa ea, quæ ſunt extra ſe ipſam, licet enim poteſtas perfecti dominij non poſtulet, vt eius vſus ad turpia, & inhoneſta extendi valeat, requirit tamen, vt intra latitudinem honeſti, & conſentaneè, rectæ rationi poſſit voluntas ſuo arbitrio liberè velle, & nolle, quæ eſt libertas quoad ſpecificationem. Et hoc eſt, quod D. Thom. docuit 1. par. quæſt. 62. art. 8. ad 3. dum inquit, quòd liberum arbitrium diuerſa eligere poſſit; ſeruato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius. Sed quod eligat aliquid, diuertendo ab ordine finis, quod eſt peccare, hoc pertinet ad defectum libertatis, vnde maior libertas arbitrij eſt in Angelis, qui peccare non poſſunt, quàm in nobis, qui peccare poſſumus.

Thom.

Maior libertas arbitrij eſt in Angelis qui peccare nō poſſunt, quā in hominibus qui poſſunt peccare.

Dicimus ſexto licet ſimpliciter voluntas diuina circa obiecta ad extra ſit libera quoad exercitium, non tamen repugnat, vt ex ſuppoſitione determinetur ad aliquid faciendum, & ad exercitium actus. Prior pars patet ex iam dictis. Poſterior ex eo poteſt probari, nam in Deum poteſt cadere debitum, ex aliqua ſuppoſitione illi voluntaria; & libera, quæ non poteſt eſſe, niſi promiſſio, aut pactio aliqua, ex quibus fidelitatis, aut iuſtitiæ debitum oriri ſolet. De qua re latiùs cum Dei fidelitate, & iuſtitia. 16

Licèt voluntas diuina circa obiecta ad extra ſit libera quò ad exercitiū ex ſuppoſitione poteſt determinari ad aliquid faciendum.

Dicimus ſeptimo: Deus omnia, quæ vult, immutabiliter vult. Pro 17 cuius dicti explicatione notandum eſt cum D. Thom. 1. par. quæſt. 19. art. 7. quod duobus modis poteſt variari quod eſt decretum à Deo: vno modo per varietatem circa rem decretam à Deo, & ab ipſo amatam, non ſecundùm idem, & pro eodem tempore, ſed pro diuerſis

Thom.

Deus omnia quæ vult immutabiliter vult ꝙ duplicē poteſt habere ſenſum.

ſis tēporibus, vt ſi v.g. hodie Deus diligat Petrum, cras verò non diligat, & hoc non intendimus negare cum de voluntatis diuinæ loquimur immutabilitate, quia hoc non infert mutationem in ipſa, cum ſine vlla mutatione poſſit res vno tempore diligi, & non alio. Si vtrumque ſimul decreuerit pro tali tempore amare, & pro tali non amare, & vtrumque ex ſufficienti cauſa, & ratione: quin etiam de facto ita Deus immutabiliter, & ſine vlla variatione vult rerum varietatē, & mutationem, quia non habet noua decreta, nec mutat antiqua; ſed ſingula pro ſuis temporibus ex ęternitate amat, diſponit, aut permittit, & in eo, quod ſemel propoſuit, perpetuò

18 durat. Alio modo poteſt intelligi decretum à Deo variari, nempè per mutationem ipſiuſmet decreti, vt cum talis mutatio concipitur circa idem obiectum, & ſecundùm idem pro eodem tempore, &c. Vt ſi intelligamus, quod Deus decreuerit tali tempore Franciſcum creare v.g. & poſtea nolit pro eodem tempore illum creare. Et hoc pacto intendimus probare, Deum, omnia, quæ vult, immutabiliter velle. Et hæc aſſertio ita explicata, eſt de fide. Et probatur primo multis ſacræ Scripturæ locis, vt eſt illud Numer. 23. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mutetur.* Et illud aliud Prouerb. 19. *Multæ cogitationes in corde viri voluntas autem Domini permanebit.* Et vniuerſè Deum eſſe mutationis expertem probat illud Iacobi 1. *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.*

Num. 23.

Prouer. 19.

Iacob. 1.

19 Verùm quamuis hæc doctrina ſine controuerſia ſit, rationes, quę ad illam confirmandam adducuntur, non videntur id aſſequi, ſed patiuntur ſuas difficultates. Et in primis ratio illa, quam nonnulli pleniorem exiſtimant, & præferunt probationi D Thomæ, ſumpta ex eo, quod volitio Dei, & determinatio libera, nihil aliud eſt, quã ſimplex eius entitas neceſſaria, abſq; additione realitatis liberæ, ſuas patitur difficultates. Nam cum Deus per eandem entitatem ſuam neceſſariam poſſit liberè velle res ad extra, ſine vlla additione realitatis liberæ, vt ſupra oſtēdimus, de facto ita ſe liberè determinaſſe ad ea, quæ ſunt extra ſe ipſum ab æterno; cur non poterit id ita in tempore ſicut in æternitate præſente, cum non maior additio in vno, quàm in alio requiratur, & conſequenter nec maior mutatio: Vnde tantum abeſt, vt ex illo principio expediatur hæc difficultas, vt potiùs ex illo naſcatur Ferrar. 1. contr. gent. cap. 83. inquit illa ratione Deum mutari, ſi deſineret velle quod voluit; quia reſpectus rationis, quem velle Dei includit, non poteſt mutari, niſi mutato aliquo extremorum, non poteſt autem hic reſpectus auferri per mutationem creaturæ, ergo neceſſe eſt, fieri per mutationem in Deo, verum ſi hæc ratio eſſet efficax, concluderet de eodem reſpectu ſi ab ęterno eſſe intelligatur, nam ex æternitate reſultare non potuiſſet ſine aliqua additione, vel in Deo, vel in creatura. Quod ſi illo non obſtante, in æternitate, non opus fuit additione ex parte Dei, neque alia mutatione ex parte creaturæ, niſi illa obiectiua, etiam in tempore, non erit realis additio ex parte Dei, & conſequenter nec mutatio; ſed eodem ſimpliciſſimo actu poteſt velle quod antea non volebat, & cauſare prædictam mutationem obiectiuam, quæ ſufficit ad nouum illum reſpectum.

Licèt ſit de fide Deum quæ vult immutabiliter velle, rationes, quæ ad id probandũ aſſeruntur, patiuntur difficultates.

Impugnatur prima ratio. Ferrar.

Alij probant illa ratione, quam facilem putant, ſcilicet, quia ille reſpectus rationis, quem addit decretum Dei ſuper eſſentiam, non poteſt mutari in tempore, ſed talis de- 20

bet eſſe ab æterno, non quia mutatio aliqua ſequeretur in Deo, intrinſeca aut ſcientiæ ipſius, quæ præcedit voluntatem, ſi reſpectus in tempore mutari poſſet; ſed quia cum res futuræ ab æterno futuræ ſunt, nec in tempore quicquam incipere poſſit eſſe futurum, ſequitur, reſpectum illum ad res producendas non poſſe in tempore incipere, ſicut rem eſſe producendam, & futuram, non poteſt in tempore incipere. Verùm hoc non eſt tam facile, vt ſuas non patiatur difficultates; nam quod dicitur, reſpectum illum rationis ad res producendas non poſſe in tempore incipere, quia non poteſt res futura, ab æterno nõ eſſe futura; videtur ſupponere quod quæritur; obiectum enim, ſeu effectus volitus à diuina voluntate pro aliqua differentia temporis, ideo infallibiliter erit, quia voluntas diuina eſt efficax, & immutabilis; ſi autem decretum Dei eſſet mutabile, etiam ſi ab æterno eſſet poſitum, non eſſet abſolutè futurus effectus eius, ſed tantùm ſub conditione, nempè ſi in eo decreto Deus perſiſtat. Neque hoc erit contra efficaciam diuinæ voluntatis, ſed potiùs ex illa naſcitur, quod mutato decreto, ceſſet effectus. Igitur ſupponitur quod quæritur, dum à poſteriori probatur immutabilitas decreti ex immutabilitate obiecti, ſemel voliti, & ex reſpectu rationis, ab æterno poſito ad res producendas.

Impugnatur ſecunda ratio.

21 Dices, robur rationis poſitum eſſe in obiecti quidem immutabilitate, fundatum non in immutabilitate diuinæ voluntatis, ſed in æterna veritate propoſitionis de futuro, quæ mutari non poteſt, ob neceſſitatem compoſitam, quam includit; quia ſicut id, quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe; Ita quod futurum eſt, ſuppoſito quòd futurum ſit, non poteſt non fore: ergo ſi ab æterno verum eſt, rem eſſe futuram, Deus ab æterno vult illam eſſe, ergo talis reſpectus neceſſariò eſt æternus. Sed hæc euaſio non ſuperat difficultatem, nam reſpectus ille rationis non fundatur tantùm in obiecto, ſed primam habet radicem in voluntate Dei, non quidem in eius mutatione, vel in re illa addita, ſed in eminentia eius, & cauſalitate. Poſſet igitur dici, quod licet res, quæ de facto eſt futura aliquando, ab æterno ſit futura, id non habet ex eo, quod ab æterno voluit Deus vt eſſet, ſed etiam, quia ab æterno fuit verum, Deum fuiſſe aliquandoioliturum, vt illa res eſſet: Tunc autem licèt intelligatur nouus reſpectus rationis in Deo, volente in tempore, ille poſſet fundari ex parte Dei, in eminentia eius; ex parte verò obiecti in hoc ſolùm, quod priùs erat futurum ex futura determinatione cauſę. Iam verò ex actuali, vnde ex vi prioris ſtatus potuiſſet non fore, quantùm erat ex actuali ſtatu cauſarum; non verò in poſteriori ſtatu.

D. Thomas 1. par. quæſt. 19. artic. 7. illa ratione hanc diuinæ voluntatis immutabilitatem probat. 22 Voluntas alicuius tunc mutatur, cũ is incipit id velle, quod ante nolebat, aut è contrario; ſed hoc in Deum non poteſt cadere, ergo Dei voluntas mutari non poteſt. Minor probatur, nam quod aliquis incipiat velle, quod ante nolebat, accidit ex eo, quòd vel incipit ipſi aliquod eſſe bonum, quod ante non erat, vel incipit certè ab eo cognoſci, quod ante non cognoſcebat: At neutrum iſtorũ cadit in Deum, cum is, & ſecundùm ſubſtantiam, & ſecundùm cognitionem ſit omninò immutabilis, & inuariabilis. Verum probatio hæc tanquam inſufficiens communiter arguitur; nã ſtante eadem cognitione, poteſt voluntas

Impugnatur tertia ratio.

luntas pro ſua libertate amare quod priùs non amabat, vel non appetere quod appetebat, quia ſuppoſita quacunque cognitione, voluntas manet libera. Idque in materia de qua ſermo eſt, magis eſt perſpicuũ, nam in æternitate, ſuppoſita tota ſcientia Dei, merè naturali (quæ ſola ad liberam determinationem voluntatis ſupponitur) voluntas manſit libera ad amandam, vel non amandam creaturam, ergo ſtante eadem cognitione, potuit priùs amare, & poſtea non amare, quia cognitio ex ſe non magis cogit ad perſeuerandum in amore, quàm ad exhibendum amorem.

23 Aſſertur ratio omnib' probabilior

Illa tandem ratio videtur omnibus alijs probabilior, ſcilicet ex huiuſmodi variatione decreti, aut terminationis liberè per locum intrinſecum inferri quandam animi inconſtantiam, & imprudentem modum ſe gerendi in ſuis decretis, quę imperfectiones non minùs repugnant Deo, quam Phyſica mutatio. Item quia non implere promiſſum, magna imperfectio eſt, non quidem formaliter, & pręcisè propter mutationem phyſicam, ſed propter indecentiam, & moralem defectum, qui eſt in illo actu, & tamen totus ille defectus, etiam ſecluſo mendacio, in hac mobilitate animi conſiſtit: quod ſi in hominibus hæc meritò cenſetur imperfectio, quantò magis in Deo, de quo cum dicimus abſolutè eſſe immutabilem, non minùs id intelligimus de morali, quàm de Phyſica immutabilitate. Accedit etiam, quod ex imperfectione immediatè inferri poteſt, voluntatem ſic mutabilem, eſſe finitam, & non rectam per eſſentiam, & inde tandem concludi poteſt, nunquam accidere illam mutationẽ quaſi moralem, ſine mutatione phyſica.

24 Verùm ſi pondus rationis huius conſideretur, optimè concludit, nõ poſſe Deum in tempore aliud habere decretum circa res ad extra, ab illo, quod habuit ab æterno, ſine inconſtantiæ, & imprudentiæ nota, non autem ſi illud, quodcunque ſit, cæpiſſet habere in tempore, nihil definitè volendo ab æterno, nec in alterutram partem inclinãdo; Nam inconſtans propriè eſt, & dicitur, qui mutat propoſitum: & ſi id tędio facit diuturnitatis, vel ſimilis incommodi, mollis: At ſi intelligeremus voluntatem diuinam negatiuè ſe habentem ab æterno circa obiecta extra ſe ipſam, definitè verò amplectentem alteram partem in tempore, nulla ſequitur ex hoc capite inconſtantia. Cum verò ex dictis pateat, nec etiam inde oriri mutationem phyſicam, nullum haberemus inconueniens. Dices, abſurdum eſſe, voluntatem diuinam in 25 tota æternitate ita eſſe circa obiecta ad extra ſuſpenſam. Sed reſpondemus, quod ſi intelligeremus Deũ ſuſpendẽtem deliberationem ſuam in futurum, & neſcientem quid poſtea electurus ſit, maximam ponimus in intellectu diuino imperfectionem. At ſi dicamus, ipſum præſcire quid in tempore ſit decreturus, eluditur huiuſmodi obiectio. Quod ſi rurſus quis vrgeat, poſita tali pręſcientia, irrationabilem eſſe, & impertinentem talem voluntatis ſuſpenſionem; id illi eſt probãdum, nam nec plenitudini diuinæ ſcientiæ repugnat, nec perfecto voluntario. Nam quemadmodum ſuppoſita tota ſcientia Dei, merè naturali, voluntas manſit libera ad amandam, vel non amandam creaturam; ita ſtante eadem infinita Dei ſcientia; potuiſſet voluntas diuina, pro ſua libertate ſuſpendere ex æternitate omnem determinationem liberam, & poſtea ex eadẽ libertate, quã vellet, partẽ eligere. Cum ergo aliunde non intercedat mutatio Phyſica in

Hæc ratio etiã patitur ſuas difficultates.

noua illa determinatione libera? ex parte inconſtantiæ, & imprudentiæ non poteſt hoc dictum rei ci.

26 Ac forſitan totalis illa ſuſpenſio decreti liberi, imperfectio eſt, quia potẽtialitatem quandam præſefert, vt indicare videtur D. Tho. 1. contr. gent. cap. 82. nam quotieſcunque voluntas diuina non ſe determinaret reſpectu aliquorum volitorum, quantùm ad illa, videtur ſe habere ad vtrumlibet, omnis autem virtus, quæ eſt ad vtrumlibet, eſt quodammodo in potentia. Verùm nec id potentiam obiectiuam ſonat, vt patet, nec paſſiuam, cum illa indifferẽtia, & indeterminatio non ſit ad actus diuerſos, ſed ad determinationem actus, circa diuerſa obiecta ad extra, quod plenam potius infert libertatem, nullam autem imperfectionem, nec potentialitatem, alioquin nec de voluntate diuina id affirmaremus in eadem æternitate, in aliquo rationis ſigno. At cui dubium, quod in eodem æternitatis inſtãti, præintelligimus voluntatem diuinam in aliquo priori ſigno rationis nihil extra ſe volẽtem, & poſtea liberè ſe determinantem? Non igitur probat prędicta ratio, nõ poſſe Deum de nouo aliquid velle, ſed non poſſe aliter in tempore, quàm voluerit ab æterno, ſine inconſtantiæ nota. Quin etiam ſi prudenter eſſet facta illa mutatio, non poſſet accidere, ſine cognitionis augmento; ſin autem inuariata notitia; imprudenter fieret. Neutrum autem horum de Deo fas eſt dicere.

27 Dicimus vltimo. In hac voluntate eſt potentia ad appoſita. Quod quidem declaratur, non vt intelligamus, illud poſſe velle Dei, & non velle, dicere potentiam actiuam, vel paſſiuam ad diuerſos actus producendos, & recipiendos, ſed indifferẽtiã, eiuſdem actus, vt adhoc obiectum terminetur, vel nõ terminetur; in primo enim ſigno rationis intelligimus diuinum velle indifferẽs ad hoc, vel illud obiectum creatũ, potenſque pro eius libito ad vtrũlibet terminari; in alio verò ſigno ſine vlla mutationis vmbra, cum nullum ſit veſtigiũ realis additionis, adhoc potiùs obiectum terminatur, quàm ad aliud. Nec id aſſerere eſt contra D. Thomæ mẽtem, quicquid ſentiat Caiet. Nam cum Sãctus Doctor. 1. par. quæſt. 19. art. 7. ad 4. negat in voluntate diuina potentiam ad oppoſita, id intelligit in ſenſu cõpoſito ſucceſſiuè, ita vt poſtquàm Deus aliquid voluit ab æterno pro aliquo tempore, non poſſit illud non velle pro eodem tempore, aut ecõtrario, ſed neceſſario ex hypotheſi velit quod voluit, aut nolit quod noluit. Non tamen negat potẽtiam ad oppoſita ſimpliciter, & diuiſiuè, ante quàm illã conſideremus coniunctã, cum altero oppoſitorum. Nec vllus id debet negare, talẽ enim potentiã ad oppoſita hoc ipſo habet diuina voluntas, quod eſt ſimpliciter libera, quæ nimirũ diuiſiuè poteſt velle, & nõ velle idem. Quod vero Caiet. obijcit ex Philoſopho 9. Methaph. omnẽ potentiã ad oppoſita eſſe mutabilem, id intelligendum eſt de potentia ad oppoſitos actus tum producendos, tum recipiendos, quales ſunt immanentes. Et de potentia ad oppoſita etiã ex ſuppoſitione, hoc eſt, quæ ſit ad oppoſita in ſenſu etiã cõpoſito ſucceſſiuè, cuiuſmodi eſt omnis potẽtia ad oppoſita in creaturis. Quando autem intelligimus actum voluntatis diuinæ, vt terminatum adhoc obiectum volendum, manet quidem ipſa virtus voluntatis diuinæ, quæ ſua natura indifferens eſt ad vtrumlibet, ſed non cum habitudine ad oppoſitum, vt illud poſſit non velle.

Thom. Thom. Caiet.

In voluntate diuina eſt potentia ad oppoſita nõ inquam ad oppoſitos actus, ſed ad oppoſita obiecta.

Qua-

Quare Deus velit ea, quæ vult,& num velit vnum propter aliud. Cap. 9.

1 Nullo modo De' vult vnum propter aliud, ſi intelligam' vnã volitionẽ Dei eſſe cauſam alterius.

FIde certa tenendum eſt, Deum nullo modo velle vnum propter aliud, ſi intelligamus vnam aliquam volitionẽ Dei ſecundùm rem eſſe cauſam alterius volitionis; nam cũ hoc dicat in nobis imperfectionem, vt ſatis conſtat, à Deo autem omnis imperfectio eſt remouenda, clarè patet, nec dari plures actus volũtatis diuinæ, multòque magis nec vnum actum eſſe alterius cauſam. Quod docet etiam D. Thom. 1. par. q. 19. art. 5. dum alijs verbis inquit, nullo modo poſſe aſſignari aliquam cauſam diuinę voluntatis. Et D. Auguſtinus 1. de Geneſ. cõtr. Manich. Cum volũtas, inquit, Dei omnium, quæ ſunt ipſa ſit cauſa, proculdubio tenẽdum eſt, illius nullam dari cauſam. Si autem quæramus, an ſaltem ſemper aſſignanda ſit aliqua ratio, cur diuina volũtas nõnulla velit extra ſe, ſaltem diuina bonitas. Nam quemadmodum ad perfectionẽ noſtram pertinet, ne temere, aut ſicut res non intelligentes, velimus id, quod volumus, ſed certa cum ratione, & conſilio: ita etiam de Deo loqui debemus, à quo remouendum eſt quicquid imperfectionis eſt in creatura, & ei tribuẽdum quicquid ſimpliciter ad perfectionẽ ſpectat, ſtatuimus, hac de re eſſe philoſophandum iuxta D. Thom. doctrinam 1. p. quæſt. 23. art. 5. ad 3.

Thom.

Auguſt.

2 Declaratur ſm doctrinã D. Tho. quo modo Deus vult vnũ ꝑpter aliud.

Quando enim in operibus Dei, comparatis ad diuinam bonitatem inuenitur ex parte eorũ maior conuenientia, vel decẽtia ad eandem diuinam bonitatẽ, vt hoc faciat, vel illud, vtique hęc eſt aſſignãda ratio. At quãdo ex parte operũ Dei id inueniri nõ licet, in vno potius, quàm in alio, & aliunde voluntas Dei inęqualiter ad illa ſe habet, tunc non modo non ex rebus ipſis, ſed nec etiam ex diuina bonitate, ſed ex ſola libertate diuinæ voluntatis poteſt reddi ratio illius inęqualitatis. Exẽplis totam hanc cõprobat doctrinã, quod enim Deus aliquos voluerit pręd eſtinare, & ad gloriã efficaciter eligere, aliquos verò non, itẽ, poteſt ſumi ratio ex parte diuinæ bonitatis, voluit enim Deus, quãtùm ad illos, quod ita prædeſtinat, ſuam repreſẽtare bonitatẽ per modum miſericordię, parcendo, conferendo tã eximia beneficia, quę omnia ex gratia ortum ducunt; quantùm verò ad cæteros, quos non ita prædeſtinet, per modum iuſtitiæ puniendo. Et hanc rationẽ aſſignat Apoſtolus, ad Rom. 9. dicens, *volens Deus oſtendere iram*, ideſt vindictam, *iuſtitia, & notam facere potentiam ſuam ſubſtinuit*, ideſt permiſit *in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ*, ideſt magnitudinẽ gratiæ, *in vaſis miſericordiæ*, ideſt in ſuis electis, & iuſtis, quos ipſe aptauit, & *præparauit in gloriam*. Idemq; domeſtico exemplo confirmat 2. ad Timoth. 2. *In magna domo*: Sicut enim in domo, quamuis opulẽta, nõ omnia vaſa ſunt aurea, vel argẽtea, ſed nõnulla etiam lignea, & fictilia, quæ facilè confringuntur: quædam item honorificis, quædam ſordidis deſtinata vſibus: ita ſi res habet nõ modo in toto humano genere, ſed etiam iuxta Cyprianum lib. 3. Epiſt. 8. & lib. 4. Epiſt. 2. & Ambroſium hoc loco Pauli, & Auguſt. lib. 4. de Baptiſ. contr. Donatiſtas c. 12. & lib. 7. c. 51. & 52. Anſelmum, & alios nõ paucos in Eccleſia Dei, & fidelium congregatione. Si autẽ quæras, cur hos elegerit efficaciter ad gloriã, illos non elegerit; non habet rationẽ, niſi diuinã voluntatẽ vnde eſt illud Pſal. 17. *Saluum me fecit, quoniã voluit*

Rom. 9.

2. Timot. 2.

Cyprian.

Ambroſ.

Auguſt.

Anſelmus.

Pſal. 17.

luit me, ideſt nulla erãt merita mea, ſola interuenit benefica voluntas. Vgo Card. Et Vgo Cardinalis hæc verba de prędeſtinatione intelligit, cuius initium nullum aliud eſſe dicit, niſi Dei voluntatem, & electionem. Et Auguſt. D. Auguſt. tract 26. in Ioann. *Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle diiudicare, ſi non vis errare.*

3 Thom. Cauſa affertur cur quoſdã elegerit Deus efficaciter ad gloriã, alios verò non. Alio exemplo D. Thom. hanc eandem doctrinam confirmat, materiæ ſcilicet primæ; ſi enim quæras cur materia natura ſua ſit informis, vna ſit ſub forma ignis, & altera ſub forma æquę, ſumi poteſt ratio ex bonitate Dei. Sed quare ab initio hæc pars materiæ fuerit ſub iſta forma condita, & illa ſub alia, dependet ex ſimplici diuina volũtate; ſicut quod hic lapis ſit in hac parte parietis, ille in alia, non alia poteſt reddi ratio, quam ſimplex artificis voluntas, quamuis ad artis rationem pertineat, quod aliqui ſint in hac; aliqui verò in illa. Neque hinc inferendum eſt, temerè Deum quicquam velle, cum Dominus ſit omnium, eiuſque voluntas regula ſit recti, vt ſupra declarauimus.

4 An Deus feratur in res alias ob ſui bonitatẽ tãtùm an verò etiã ob bonitatẽ aliarum rerum. Quos ſi rurſus quæras, an cum Deus in res alias fertur, ob ſui bonitatem, an propter illam ſolùm operetur, an etiam ob bonitatem aliarum rerum, ita, vt cur hoc, vel illud faciat, poſſit ſumi ratio, non ſolùm ex bonitate diuina, ſed etiam ex rebus ipſis, D. Thom. 1. contr. gent. cap. 86. & 87. ait, quamuis nõ detur vera cauſa diuinæ voluntatis, aut actus eius, tũ quia eius velle nõ eſt à ſua voluntate diſtinctum, tum etiam quia eodẽ ſimpliciſſimo actu vult quicquid vult, vt latiùs ipſemet exponit quęſt. 19. art. 5. nihilominus Quãuis non detur cauſa diuinæ voſũtatis, & act⁹ eius, tamen datur ratio ex parte creatorũ obiectorum, cur ad talia obiecta liberè terminetur. tamen dari ex parte creatorũ obiectorum rationes aliquas, ob quas diuina voluntas ad talia obiecta liberè terminetur; ſicut quod materia vna ſit ſub forma ignis, & alia ſit ſub forma aquæ, etiã ex rebus ipſis poteſt ſumi ratio, vt ſcilicet ſit diuerſitas ſpecierum in rebus naturalibus. Quod etiam Durand. Caiet. & alij Theologi docuerunt. Durand. Caiet. Conſonantq; verba D. Pauli ad Epheſ. 1. Epheſ. 1. *Deus operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.* In quæ verba Hieronymus. Hieron. *Quæ Deus facit, conſilio, & voluntate facit, quod ſcilicet & ratione plena ſint, & poteſtate facientis.* In illo enim æterno cõſilio nõ tantùm cõſiderat Deus bonitatẽ ſuã, ſed etiã pulchritudinẽ, & decentiã, in rebus ipſis inuentã, perq; voluntatem ſuã illas acceptat, & amat. Neque hoc 5 pugnat cum ratione mediorũ: tùm quia etiã ſi id, quod eſt purè mediũ, non alliciat ad ſui amorem, propriè loquendo, ſed finis tãtùm alliciat ad amorẽ medij; quando tamen mediũ ita eſt mediũ, vt ſit etiã per ſe amabile, poteſt ſimul cum fine ad ſui dilectionem allicere: hoc autẽ modo poſſunt multæ creaturæ ad diuinam voluntatem comparari, tũ etiã quia quod eſt medium reſpectu vnius, eſt finis in ordine ad aliud, atq; ita licèt omnia opera Dei ſint media reſpectu ipſius, & bonitatis eius; inter ſe tamen habent ordinem finis, & mediorũ, ſub qua etiam ratione à Deo amantur, & ideo ſimul illa reſpicit, vt ſunt per ſe amabilia, licèt omnia velit vt media ad ſe ipſũ. Et vt alijs verbis idẽ explicem, licet cũ in Deo ratio attingendi per volitionem ſuã res alias à ſe, eſt bonitas ipſius, non nuda eius voluntas, non tamen ſolùm ſuam bonitatem intendit, ſed etiam commodum, atq; vtilitatem aliorum; etenim nonnullæ res creatæ, ex Dei intentione, & volitione finis, ſunt quarundam aliarum creaturarum, in quorum commodum illas alias vult, propter ſuam tamen bonitatem.

6 Declaratur eadem doctrina. Et ratione declaratur; quia Deus vult vnum obiectum vt finem, & aliud

liud vt medium ad illud: ergo illud, quod eſt finis, eſt ratio volẽdi aliud. Item Deus vult aliquid, ſuppoſita aliqua conditione ex parte creaturæ, quod non vellet, illa non ſuppoſita, ergo illa cõditio eſt aliquo modo ratio obiectiua talis voluntatis. Antecedens declaratur in naturalibus; quando enim Deus creat animam rationalem in hominis generatione, non creat illam, niſi quatenus corpus, iam perfectè diſpoſitum, illam requirit, & ſuo iure exigit, ergo illa corporis diſpoſitio, eſt ratio obiectiua, inclinans, voluntatem Dei, vt hic, & nunc velit animam creare.

Euidentius autem id conſtat in moralibus; vult enim Deus dare, quod petitur, quia petitur in vi promiſſionis ab ipſo factæ: Vult etiam conferre præmium ratione meritorum: illa ergo obiectiuè determinant voluntatem Dei, ad præmium conferendum. Id quod clariùs eſt in redditione pœnarum, quas Deus non vult ex ſe, ſed à nobis prouocatus, vt ait Damaſcen. lib. 2. de fid. cap. 29. & 30. ergo demerita hominis determinant obiectiuè voluntatem Dei, vt velit illa punire. Determinare autem dicimus non inferendo neceſſitatem, ſed, quantùm eſt ex ſe, mouendo, & inclinando, vt D. Thom. loquitur 1. contr. gent. cap. 82. Damaſcen.

7 Obiectio. Reſponderi ſolet ad hæc, & ſimilia argumenta, rectè probare vnum effectum voluntatis eſſe cauſam alterius, non verò eſſe obiectiuam rationem diuinæ voluntatis, quæ vno ſimpliciſſimo actu vult, vnum eſſe propter aliud, aut eſſe diſpoſitionem ad aliud, &c. Sed hoc nulla ratione ſatisfacere poteſt, quia hæc cauſalitas vnius effectus reſpectu alterius, non eſt niſi media voluntate diuina inclinando illam ad talem effectum, vt v.g. oratio eſt cauſa effectus poſtulati, non quia per ſe, & immediatè efficiat illum, vt per ſe conſtat, ſed quia inclinat diuinam voluntatem ad illud faciendum. Quod Scriptura aliquando explicauit his verbis Ioſuè 10. *Obediente Deo voci hominis.* Et ex humanis intelligi poteſt, nam qui ab alio petit eleemoſynam, in tantum eſt cauſa eleemoſynæ, in quantùm inclinat voluntatem alterius, nec poteſt talis cauſalitas aliter intelligi, & ita illam explicat D. Thom. 2. 2. q. 83. artic. 1. Idemque ferè eſt in omni cauſalitate morali, qualis eſt in merito, & demerito, & etiam in diſpoſitione morali; ergo ſi Deus vult cauſalitatem illorum effectuum inter ſe; vult etiam vt in vno eorum, v.g. in merito, ſit ſufficiens ratio; ob quam voluntas eius determinetur, ſaltem ordine executionis, ad volendum alium effectum. Solutio. Ioſu. 10. Thom.

Quamuis ergo radix prima, finiſque vltimus, propter quem Deus vult alia à ſe, ſit ipſius bonitas; non tamen cum rem vnam alteri vult, nudam ſuam bonitatem intendit, vt ægrotus in ſumenda potione amara, nudam ſanitatem: ſed ſimul etiã commodum, & bonum rerum, quibus, cum miſericordia, & magnificentia vtitur, procurat. 8 Quãuis prima radix finiſq; vltim' ꝑpter quẽ Deus a alia à ſe ſit ipſius bonitas nõ tamẽ cũ rem vnã alteri vult nudam ſuã bonitatem intendit.

Sunt autem alij Theologi, qui oppoſitam ſentẽtiam videntur tueri, nimirum Deum in omnibus operibus ſuis nullam aliam rationem operandi habere præter ſuam bonitatem. Quod videtur ſentire D. Thom. 1. par. quæſt. 19. art. 2. in C. & artic. 1. ad 3. dum ait diuinam voluntatem non moueri ab alio, ſed à ſua bonitate, quæ eſt ipſamet ſibi ipſi ſufficiens. Vnde inquit, non ſit, vt nihil aliud velit, ſed vt nihil velit, niſi ratione ſuæ bonitatis. 9

Hanc eandem ſententiam amplectuntur Alenſ. 1. par. q. 28. memb. 3. art. 3. & q. 25. memb. 3. Henr. quodlib. 4. Alenſ. Henr.

Gabriel. lib.4.quæſt.19. Gabriel in 1.diſt.41. quæſt.vnic.art.2. in fin. & alij. Sed & loca, quæ videntur oppoſita, & auctoritas, quæ in oppoſitam videtur adduci ſententiam, non difficilè conciliantur, adhibita illa diſtinctione de prima, & formaliſſima ratione volendi, & de proxima, quæ ratione alterius ſe habet vt materiale ad formale: priori enim modo ſola Dei bonitas eſt Deo ratio volendi omnia, quæ vult, quia re vera ſola Dei bonitas ad Deum comparatur, vt per ſe amabilis, perfectiones, verò creaturarum, quantùmuis in ſe magnæ videantur, ſolùm ſunt Deo amabiles, per reſpectum decentiæ, aut conuenientiæ ad eius bonitatem. Poſteriori modo pro ipſarum rerum diuerſitate, quæ inter ſe mediorum habent rationem, & finium. Deus vult hoc propter illud, & vult, hoc eſſe propter illud.

11 Quam conciliandi viam etiam diuerſa ſacræ Scripturæ loca oſtendunt. Nam ſi perpendamus verba illa, Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque in diem malum*; videbimus, Deum omnia feciſſe propter gloriam ſuam, & propter ſemetipſum, tanquam vltimum omnium finem, ad quem omnia dirigantur. Et inter cætera etiam impiũ hominem operatus eſt ad diem malum hoc eſt illum ad diem vltionis ordinauit, idque propter ſemetipſum, & ad oſtenſionem gloriȩ ſuȩ, Iuſtitiæ ſcilicet ſuæ in impijs, & bonitatis ſuæ in electis, vt docet Apoſtolus ad Rom. 9. verbis illis ſupra citatis. Idque etiam perbellè figuratur eo quod Ioan. 19. de Chriſto teſtatur, quod inclinato capite tradidit ſpiritum, præter morientium morem, quorum non ante, ſed potiùs poſt mortem, ſpiritu, & vigore omni deficiente, caput ſuo pondere declinat: huiuſque inuſitatæ rei reddit cauſam Athanaſ. in qq. ad Antioch. q.76., vt ſic adſtanti morti, ſuum innueret munus; ad eum, qui poteſtatem habebat ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eam, propiùs accedere verenti. Andreas de Soto, in libell. de contemplat. Crucifixi cap.9. aliam lepidam aſſert rationem, inquiens. Non capite erecto, nec ſubito exiſtente, ſed inclinato, & incumbente pectori, expiraſſe Chriſtum; vt ſic omnibus notum fieret intra ſemetipſum latitare cauſam, cur tali ſanguine, & hoſtia litandus eſſet, amorem ſcilicet, & bonitatem ſuam, proprio hærentem pectori. Nam cum ab hominibus, quos erecto capite adſtantes proſpiceret, nihil poſſet habere, quod ipſum ad moriendum impelleret, quin potiùs plurimas inſpiceret cauſas ipſos puniendi, & cum illis agendi ex lege; quid mirum, quod inclinato capite, in ſe ipſum, & in cor ſuum oculos fixerit, vt ſic tandem emitteret ſpiritum? Id etiam ſonant verba illa Iſaiæ 43. *Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me*. Et Daniel 9. in quadam oratione, quam Deo effundit, inquit, *Exaudi Domine, placare Domine: attende, & fac ne moreris propter temetipſum Deus meus:* Dauidq; cum Patre loquens, vt remiſſiùs, & placatiùs ſe haberet cum hominibus, inquit. *Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui*: Hęc autẽ dicta ſint, ſi de prima, & formaliſſima ratione volẽdi ſit ſermo. At verò ſi de proxima nõ nudã ſuã bonitatẽ Deum intẽdere; ſed hęc omnia ipſum velle in vtilitatẽ, & commodum aliorũ, eadẽ Scriptura ſacra magiſtra, intelligemus. Vnde Iſai. 53. de eiſdem diſſerens Myſterijs, inquit, vulneratũ eſſe Chriſtum propter iniquitates noſtras, attritum eſſe propter ſcelera noſtra: 12

Et

Margin notes: Prouer. 16. — Probatur doctrina explicata auctoritatibus ſacræ Scripturæ. — Ioan. 19. — Athan. — Andreas de Soto. — Pulchra redditur ratio cur Chriſt⁹ inclinato capite tradidit ſpiritum. — Iſai. 43. — Daniel 9. — Pſalm. 38.

Et Eccleſia canit. *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, &c.* Vbi & Incarnationem, & totius Redemptionis periodum ad noſtræ ſalutis ſcopũ, directã teſtatur. Et D. Paulus ad Galat. 2. *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*. Idemq; Apoſtolus ad Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem, & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis*.

Galat. 2.

Epheſ. 5.

13 Quod ſi cõſideremus, Deum ex voluntate efficaci finis velle media infallibilia ad finem, firmabitur eadẽ doctrina, ſcilicet cur hoc Deus, vel illud faciat, poſſe ſumi rationem, nõ ſolùm ex bonitate diuina, ſed etiam ex rebus ipſis. Quod pulchrè ſignificant illa verba, Pſal. 65. Qui poſuit animam meam ad vitam, & non dedit in cõmotionem pedes meos. Vel vt Chaldæus habet: Qui numerauit, ſeu recenſuit animam noſtram in vita futuri ſeculi. Quibus loquendi modis, præſertimq; illo (ponendi animam ad vitam) quaſi indicatur locus aliquis, vbi ſeruetur, & in tuto ſit per prædeſtinationẽ animæ prædeſtinati, vt ipſa vita cęleſtis, ad quã efficaciter ordinatur, ſit vas quoddam, ſeu ſacculum, in quo eius anima ſit repoſita. Simili nãq; loquendi forma dixit Abigail, Dauidem alloquens, 1. Reg. 25. Erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium apud Dominũ Deum tuum. Ex hac autem voluntate finis voluit Deus media infallibilia ad hunc finem. Et ideo Propheta ſubdit. *Et non dedit in commotionem pedes meos*. Paginus legit: *Et non permiſit, vt declinaret pes noſter*, præordinationem infallibilium mediorum ſic ſignificans; ex voluntate tamen efficaci illius finis.

Deus ex voluntate efficaci finis vult media infallibilia ad finem ex Scriptura ſacra.

Pſal. 65.

1. Reg. 25.

14 Ex his igitur dictis manifeſtũ eſt, propoſitiones, quę vel ſolùm denotant habitudinẽ medij, & finis inter res à Deo volitas, vel eas habere huiuſmodi habitudinem ex volitione diuina, atque adeò vt Dei voluntatem terminant, concedendas eſſe; eas verò quæ cauſam volitionis diuinæ innuunt, negandas, dubias autem diſtinguendas.

15 Et iuxta hanc normam ferre licebit iudicium illarũ quatuor propoſitionum, quas examinat Caiet. 1. p. q. 19. art. 5. Prima. Hoc eſt propter illud. Secunda. Deus vult hoc eſſe propter illud. Tertia, hoc eſt volitũ à Deo propter illud aliud, volitum ab eodem. Quarta, Deus vult hoc, quia vult illud aliud. Prima, ſine controuerſia eſt vera ſimpliciter, cũ ſolùm deſignet ordinem, qui eſt inter res ipſas. Sic planta eſt propter hominẽ; fructus terræ propter eundem. Eadem ratione concedenda eſt ſecũda, quia ſolũ denotat, Deũ velle ipſum ordinem rerum, ita vt ſtatuerit, creaturas aliquas eſſe fines quarũdam aliarũ, in quarũ cõmodum illas alias velit, propter ſuã tamen bonitatem, quod eſt veriſſimum. Tertia, & quarta diſtinguẽdæ ſunt; Nam ſi ſenſus ſit, vnam aliquã volitionem Dei ſecundùm rem eſſe cauſam alterius volitionis, ita vt ab alia, & alia voluntate denominetur Deus velle hoc, & illud. Et hoc eſt illud eſſe volitum ab ipſo; ſic propoſitiones illæ falſæ ſunt. Si verò tãtũ ſenſus, ſit Deum nõ velle hoc, niſi ſimul etiam volendo illud aliud, tanquã huius aliquo modo cauſam, & hoc non eſſe à Deo volitũ, niſi quatenus illud etiã ab eodẽ eſt volitum, tanquam huius aliquo modo cauſa. Sic veræ sũt propoſitiones illę. Atq; iſto modo intelligi debẽt Patres, cum aiunt paſſim Deum velle quidpiam, quia vult aliquid aliud. Quia, & ipſamet Scriptura ſacra non rarò id ſimiliter indicat, Deum aliud propter aliud velle. Simpliciter illę propoſi-

Caiet.

Examinatur veritas illarum quatuor propoſitionũ, quæ afferuntur à Caiet. dum loquitur de voluntate diuina.

poſitiones Deus vult hoc eſſe, quia vult eſſe illud aliud, vt vult plantam eſſe; quia vult hominem eſſe, & ſimiles, non ſunt concedēdæ, piè autem ſunt exponendæ iuxta ea, quæ diximus, quando in aliquo graui reperiuntur Auctore.

Vtrum voluntas Diuina ſemper impleatur. Cap. 10.

1 Diuina voluntas efficax ſemper impletur, Eſther 13. VOluntatem diuinā efficacem ſemper impleri, fide tenendū eſt. Ita probatur multis ſacræ Scripturæ locis, quæ paſſim adducuntur, vt Eſther cap. 13. *Nemo eſt, qui voluntati tuæ poſſint reſiſtere.* Et Sap. 12. (Sap. 12.) *Subeſt enim tibi cum volueris poſſe*: quod non eſſet verū, ſi talis Dei voluntas poſſet impediri. Et Pſal. 113. (Pſal. 113.) *Omnia quæcunque voluit fecit*, & ad Rom. 9. (Rom 9.) *Voluntati eius quis reſiſtit?* Et Iſaiæ 46. (Iſai. 46.) *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet*. Hoc etiā affirmat D. Thom. 1. par. q. 19. art. 6. nec eſt qui id poteſt negare; niſi malè de Deo ſentiens. Patetq; ratione, nam cū cauſa aliqua aliquid vult abſoluta, & efficaci voluntate, ſi nō impletur, vel eſt quia non poteſt quod ita vult, quia impeditur, vel quia mutat voluntatem. Primū, & ſecūdum nulla ratione de Deo dici poſſunt, quippè cū Deus omnipotēs ſit omniſq; cauſa ſecunda tum vt ſit, tū vt agat, pendeat à libero eius influxu, & concurſu. Neq; item tertium, eo quòd in Deum viciſſitudinis obumbratio cadere non poſſit nihilque à Deo non præuiſum, aut præcognitū accidere poſſit, ratione cuius, conſilium, aut voluntas eius mutetur, ergo quicquid Deus abſoluta, & efficaci volūtate vult, ſemper impletur.

2 Tertiò, poteſt aliquid eſſe volitū Notandum tamen eſt, tripliciter poſſe aliquid à Deo eſſe volitū abſoluta, & efficaci voluntate. Primò ante omnem præſcientiam determinationis cauſæ ſecūdæ, nec vlla huius præſcientiæ habita ratione. Secundò, ſuppoſita præſcientia conditionata, eiuſq; ductu. Tertiò, ſuppoſita præſciētia abſoluta illius determinationis. Quando voluntas diuina primo modo eſt abſoluta, & efficax, ita impletur, vt nullo modo ei poſſimus reſiſtere: negandum tamē eſt, actus liberos hominum in particulari, ita eſſe volitos, aut prædefinitos à Deo: nam cum concipiatur talis voluntas independenter à noſtra libertate, omnē eius motū præueniendo, & ea poſita non poſſimus impedire efficacitatē eius, cū libero arbitrio ſtare nō poteſt. At ſi ſecundo modo aliquid velit, noſtræ libertati nullum fit præiudicium. Nam præſcientia illa ſuppeditat Deo varios modos infallibiliter exequēdi quicquid illa voluntate abſoluta, & efficaci decreuerit, abſq; intrinſeca voluntatis noſtræ prędeterminatione. Et quamuis non poſſit homo tali voluntati reſiſtere (quemadmodum poteſt motioni præuenienti, quæ mandatur executioni, ſeu per quam conuertitur, ſi nuda illius motionis efficacia ſpectetur,) Id tamē totū fit ſalua eius libertate: talis. n. intentio diuina abſoluta, & efficax, nō eſt independens ab actu hominis libero; ſaltem ſub conditione. Tertio modo voluntas diuina dicitur abſoluta, & efficax, nimirùm ſuppoſita pręuiſione abſoluta prędeterminationis noſtrę voluntatis. Certum eſt autē, neque illi, neq; motioni, quæ eā cōſequitur, reſiſti poſſe. Sed hoc libertati non repugnat, quia motio illa nō eſt præueniens, ſed concomitans determinationem liberam voluntatis, vnde non affert neceſſitatem aliquam antecedentem, ſed ſolùm concomitātem. Sola autem neceſſitas antecedens libertati repugnat. Confirmatur, quia hęc neceſſitas, quam

à Deo voluntate efficaci.

zed by Google

Sola neceſſitas antecedens libertati repugnat.

quam affert illa voluntas abſoluta, & eius operatio, eſt ſolum ex ſuppoſitione eius, quod eſt in noſtra poteſtate; nimirũ determinationis, & nutus ſpontanei noſtrę voluntatis; neceſſitas autem ex ſuppoſitione non repugnat libertati, quando ipſa ſuppoſitio libertati ſubeſt. Et quamuis neceſſe ſit, talem voluntatem abſolutam ſemper impleri; totum id nititur certitudini præſcientię diuinæ; præſcientia autem obiectiuè ſupponit rem futuram.

3 Quod autem diximus, omnem voluntatem diuinam abſolutam efficacem ſemper impleri, non ita accipiendum eſt, quaſi id tantùm contineatur intra limites voluntatis cõſequentis; Nam iuxta mentem Damaſceni, qui priùs hanc diuiſionem ex Chryſoſtomo accepit, & nobis explicauit; aliqua etiam voluntas antecedens eſt efficax, & omnino abſoluta, qualis eſt voluntas præueniendi hominem gratia vocationis. Nã ſi ex Damaſceni ſententia, iuxta ſuperiùs dicta voluntas antecedens reſpectu noſtri eſt, quæ ex ſolo *Deo*, nec vllo modo occaſione noſtrorũ operum ortum habet; illa etiam erit antecedens, quia *Deus* decreuit vocare nos hac, aut alia vocatione, quæ abſoluta, & efficax eſt, & ſemper impletur.

Chriſoſt.

Damaſc.

4 Hinc tandem infert aliquam voluntatem Dei beneplaciti non impleri, illam, inquam, quæ ſimplicis tantùm eſt complacentiæ & inefficax; qualis eſt ea, qua vult omnes homines ſaluos fieri. Nec id impotentiam in *Deo* arguit, & imperfectionem. abſurdũ autem eſſet concedere in *Deo* voluntatem, & propoſitum efficax faciendi rem aliquam, quod effectum non haberet, id enim illi tribueretur impotentiæ. At ſimplicem affectum eius non impleri ſemper; imo aliqua contra hãc voluntatem fieri, nihil imperfectionis in eo eſt, ſed inde infertur, *Deum* ſinere, operari cum libertate creaturas rationales ea, quæ ſibi grata non ſunt, quod neceſſariò eſt fatendum.

Aliqua voluntas Dei beneplaciti non impletur.

Vtrum voluntas diuina verſetur circa res poſſibiles. Cap. 11.

Vltimò eſſet examinanda illa quæſtio prætermiſſis alijs, an voluntas diuina, quemadmodum nõ verſatur circa peccatum, eo modo, quo ſatis explicatum eſt, verſetur nõ ſolum circa res exiſtentes vel iam futuras in aliqua temporis differentia, ſed etiam circa poſſibiles, non dico in illud eſſe eminentiale, vel ideale, quod habẽt in *Deo*, ſic enim non eſt dubium neceſſariò diligi; quemadmodum *Deus* neceſſariò diligit ſe ipſum, cum ita conſideratæ non ſint aliud, quam ipſa creatrix eſſentia. Verùm dubitari poteſt, an ſecundùm illud eſſe proprium poſſibile, quod obiectiuè habent in diuina ſcientia ſimplicis intelligentię; præſcindẽdo ab ordine ad actualem exiſtentiam aliquando futuram, ſint obiectum diuinæ voluntatis, ita vt ab ipſa ſint volitæ & amatæ. 1

In qua difficultate dicimus, *Deũ* non eſſe omniuolentem, ſicut eſt omnipotens, nam omnipotens dicitur reſpectu omnium rerum poſſibilium, eo quòd omnia poſſibilia poteſt producere; volens autem ſolùm dicitur reſpectu futurorum. Quod videtur ſignificare illud Pſ. 113. *Omnia quęcumque voluit fecit*. Cum ergo non fecerit omnia poſſibilia, ſequitur ea non voluiſſe; nam ſi voluiſſet, feciſſet. Idque probatur illa ratione; nam ſi Deus vellet, & diligeret omnes creaturas poſſibiles; vel liberè id faceret, vel neceſſariò, neutrum poteſt dici; ergo. 2

Deus non eſt omnivolens ſicut eſt omnipotens.

Pſal. 113.

Ll Pro-

Probatur aſſumptum. Non liberè, nam ſi eas nunc ita diligeret, vt poſſet ab æterno non diligere, poſſet aliqua eſſe variatio vel in eſſentia *Dei*, vel in rebus ipſis, nam duo extrema eodem modo ſe habentia nõ poſſunt eſſe fundamentum contradictoriarum denominationum, quales ſunt diligere, & non diligere. At nulla variatio excogitari poteſt, nec in *Deo*, vt manifeſtum eſt, nec in ipſis rebus poſſibilibus; quia eodem modo ſemper neceſſario poſſibiles ſunt, ergo dicendum eſt, eas non liberè diligi: ſed ſi diliguntur à *Deo*, neceſſariò diligi. Probatur autem
3 hæc altera pars, quod ſcilicet non diligantur neceſſariò. Et probatur primò. Nam ſicut diuina bonitas eſt omnino independens a creaturis, etiam vt poſſibilibus, ita Deus poteſt illas non amare; & nullum affectum habere circa tales creaturas. Et confirmatur, nam nunquam animus quieſcit aſſerere, vt voluntas, præſertim diuina neceſſariò feratur in id, quod non eſt ſummum bonum; & quod neceſſarium ſit ad perfectionem diuinam bonũ limitatum, & finitum, ipſoque aliquo pacto indigeat, ſi neceſſariò in illud feratur.

4 Nec valet dicere in creaturis poſſibilibus, quà bonæ ſunt, non apparere aliquam rationem mali, ergo non poteſt earum bonitas ad eſſentiam diuinam, vt amantem nõ referri. ſic enim etiam creaturæ in ordine ad exiſtentiam neceſſariò amarentur, cum in illis, qua bonæ ſunt, non appareat aliqua ratio mali. Et confirmatur, quia liberum arbitrium creatũ nihil neceſſariò amat neque amore efficaci, neque complacentiæ, ergo multò magis idem eſt affirmandũ de Deo; nam quemadmodum voluntas creata liberè fertur in illas, quia in exercitio ſui actus non inuenit omnem rationẽ bonitatis, ita actus voluntatis diuinæ nõ neceſſariò debet terminari in creaturas poſſibiles, cum in illa terminatione actus non inueniat omnem
rationem boni. Adde quod quem- 5
admodum, vt patet ex Metaphyſicis, quæ non ſunt actu entia non ſũt actu bona, ita nihil appeti poteſt, niſi in ordine ad actualẽ exiſtentiã.

Quod quidẽ in amore efficaci eſt 6
euidentiſſimum, & in ſimplici affectu etiam licebit perſpicere, nam vel eſt actus inefficax, quem per voluntatem conditionatam explicamus, ſcilicet vellem, hoc bonum fieri, ſi poſſet, aut ſi non eſſet tale impedimentum: quem affectum eſſe deſideriũ rei in ordine ad eius exiſtentiam, quamuis non ſit efficax, & abſolutus, euidens procul dubio eſt. Vel eſt per complacentiam in re pulchra, aut bona, abſque vllo deſiderio habendi illam, vt quando alicui complacet pulchra imago viſa, aut Dei bonitas contemplata, & hoc pacto etiam affectus fertur ad bonitatem, in ordine ad eius eſſe. Nam vel eſt de illo obiecto, ſeu eius aſpectu in nobis exiſtẽte, vel velle, & gaudere, quod res illa habeat illam pulchritudinẽ, & bonitatem, quam in ea conſpicimus, & conſideramus. Sic etiam actus uoluntatis diuinæ vel fertur in euentum uoluntate efficaci, & ſimplici affectu, uel conditionato, ſemper eas ſolas creaturas dicitur diligere, quibus uult dare aliquid eſſe. Et quãuis *Deus* amando omnipotentiam ſuam, neceſſariò amet, & gaudeat, quod creaturæ ſint poſſibiles; ille tamen amor non fertur in creaturas ipſas poſſibiles, ſed in ipſam omnipotentiã, cum aliquo reſpectu in ordine ad eſſe exiſtentiæ ipſius; quæ cum creaturis poſſibilibus habet neceſſariam connexionem, non quamcumque, ſed cauſalitatis. Sicut enim *Deus* actu efficiens

Omnipotẽtia Dei nõ ordinatur ad res poſſibiles, ſed potius res poſſibiles pẽdent ab ipſa.

ciens eſſe non poteſt; niſi aliquid fiat, non quia ipſe referatur ad effectum, ſed quia effectus pendet ab ipſo, non quia omnipotentia eius ordinetur ad effectum poſſibilem, ſed quia ab illa neceſſario habent res, vt ſint poſſibiles, ſi ex parte earum non ſit repugnantia.

7 Huius ſententiæ eſt etiam *Diuus* Thom. 1. par. quæſt. 82. art. 3. dum inquit, voluntatis actionem inclinari ad ipſam rem, prout in ſe eſt, & cum agit de bonitate 1. par. quæſt. 6. art. 3. aſſerit, bonitatem conuenire rei exiſtenti, & ideo ſolum Deum eſſe bonum per ſuam eſſentiam, cū ipſe ſolus includat in ratione eſſentiæ ipſum eſſe. Et ita intelligendus eſt 1. p. q. 19. art. 3. ad 6. cum de diuina voluntate in illis difficillimis verbis.

Thom.

Diuinum ſcire habet neceſſariā habitudinem ad ſcita, non autem diuinum velle ad volita quod ideo eſt, quia ſcientia habetur de rebus, ſecundùm quod ſunt in ſciente; voluntas autem comparatur ad res, ſecundum quod ſunt in ſe ipſis, vt ſit ſenſus, omiſſis multis expoſitionibus, quia res cognoſcūtur à *Deo*, quatenus in ipſo ſunt obiectiuè, loquitur enim de ipſis ſecundùm proprias earum rationes; diliguntur autem, vt ſunt in ſe ipſis; ideſt ſecundum propriam earum exiſtentiam, quam habent extra ſuas cauſas in aliqua temporis differentia, & quia in ipſo *Deo* neceſſariò ſunt, ſi loquamur de creaturis poſſibilibus, & de ſcientia ſimplicis intelligentiæ. Amor autem *Dei*, quantumuis perfectus, non habet neceſſariam connexionem cum amore creaturarum, quia eſſe creaturarum non habet neceſſariam connexionem cum bonitate Dei; amor autem non eſt ſine ordine ad actuale eſſe, ideo diuinum ſcire habet neceſſariam habitudinem ad ſcita, non autem diuinum velle ad volita. Vide etiam, quæ ſcripſit ad confirmandam hanc doctrinam idem Auctor lib. 1. contr. Gent. cap. 81.

Explicatur difficilis locus. D. Thom.

De amore Dei.

OPVSC. XXII.

Capit. I.

CVm hucvſque de voluntate diuina, & actibus eius in vniuerſum dictum ſit; nunc de illis in particulari, quæ ſecundùm rationem ibi diſtinguuntur, lubet pertractare. At cum in noſtra voluntate triplicem ordinem actuum intelligimus; Vnus eſt ſecundùm eum ordinem, quo animi paſſiones numerantur, quatenus in voluntate ſpiritualiter eſſe poſſunt, ſemota paſſionum perturbatione. Alius ſecundùm ordinem actuum, qui in humana actione, conſultatione, & deliberatione interueniunt, vt intentio, electio &c. Tertius ordo actuum poteſt numerari per varias voluntatis virtutes, vt eſt iuſtitia, miſericordia, liberalitas, magnificentia, charitas, &c. & omnes huius triplicis ordinis actus poſſint diuinæ voluntati tribui ſemotis imperfectionibus; ſunt igitur explicandi. Prætermiſſo autem ſecundo ordine actuum, de quibus nonnulla ſupra diximus, reliqua ſunt dicenda cum de prædeſtinatione; ad duos alios accedamus. In priori ergo ordine vndecim actus numerauit Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 23. & 25. quorum aliqui pertinent ad concupiſcibilem, aliqui verò ad iraſcibilem. Sex, qui pertinent ad concupiſcibilem omnes excepta triſtitia, diuinæ poſſunt tribui voluntati, cum proprietate, & ſine methaphora: Nos autem præcipuos explicabimus, & il- 1

lum in primis, qui primum locum obtinet, quemadmodum eſt amor.

2 Inter illos affectus, qui Deo tribuuntur, nullamque in ſua ratione formali imperfectionem includunt. Primus omnium numerandus eſt amor; hic enim teſte Ariſtot. 2. Rhetor. cap. 4. nihil aliud eſt, quam velle bonum alicui, non habita futuri, vel præſentis ratione, ſed rem, ſecundùm ſe conſiderando, omniq. amori, ſi intimè id penetretur, videtur conuenire, quicquid dicat Molina 1, par. quæſt. 20. art. 2. qui & ſi concedat, velle bonum alicui, eſſe diligere illud; attamen diligere, & amare rem aliquam, exiſtimat latiùs patere; affici namque uoluntate ad aliquid, eſt, etiam illud diligere, non tamen eſt velle ei bonum. Verùm ſi percurramus per omnes amoris acceptiones, ſemper inueniemus amare eſſe alicui velle bonum. Nam ſi loquamur de amore amicitiæ, eſt velle bonum alicui, vt bonum ipſius eſt. Si de amore concupiſcentiæ, eſt velle bonum alicui, illud ad aliud referendo, vt puta amare vinum eſt velle illi conſeruationem. Verùm quia amore concupiſcentiæ illud diligo, bonum illius amo, vt rationalium bonum, quibus ſeruiunt creaturę omnes inferiores. Si de amore beneuolentiæ ſit ſermo, quæ inchoatio quædam eſt amicitiæ, vt ait Ariſt. 9. Ethic. cap. 5. affectio quædam eſt, qua, quis bonum alteri deſiderat, propter illius virtutem, non propter propriam vtilitatem, aut voluptatem. Si tandem de effectu illo agamus ſimplicis cōplacentiæ, quo afficimur ad aliquid ob eius pulchritudinem, aut bonitatem, ſi eſt per modum beneuolentiæ ipſius obiecti, ſeu rei viſæ, & cōtemplatæ, ſic nihil aliud eſt, quàm velle, & gaudere, quod res illa pulchritudinem talem habeat, aut bonitatem, qualē in ea conſpicimus, aut conſideramus; alioqui erit delectatio quædam de proptio actu circa tale obiectum.

D. Thom. Deffinitur quid ſit amor.

Molin.

Explicatur triplex diuiſio amoris.

Ariſtot.

Aſcendendo autem ad amorem, qui in Deo eſt, abſque dubio eſt affirmandum, illum, quatenus in ſe ipſum fertur, eſſe actum, quo vult ſibi perfectiſſimum bonum. Si autem obiectum eiuſdem non primarium, ſed ſecundarium, creaturas ipſas intuebimur, in quas liberè fertur, non neceſſariò, quis unquam dubitauit, amare Deum creaturas nihil aliud eſſe, quàm illis velle bonum. Quinimo ſi illum ſimpliciſſimum actum conſideremus, quatenus diuerſas noſtro intelligendi modo induit rationes, & dicitur vel amor amicitiæ, vel concupiſcentiæ, vel amor propoſiti, vel executionis, vel ſecundùm quamcumque aliam acceptionem, iuxta ſcholarū vſum, clarè videbimus, vt ex diſputationis huius progreſſu magis patebit, Deū amare aliquid, nihil aliud eſſe, quàm illi velle bonum. Cum igitur ita ſe habeat amor, & in eius ratione formali perfectionem dicat, & talem, vt nullam coniunctam habeat imperfectionem, tantùm abeſt, vt Deo negandus ſit, vt fide potiùs ſit tenendum, in illo eſſe amorem, vt conſtat ex multis ſacræ Scripturæ locis, vt ex illo 1. Ioan. 4. *Deus charitas eſt.* Item Sap. 11. *Diligis omnia, quæ ſunt.* Præterea Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum,* & ex multis alijs. Probaturque à D. Tho. Nam cum in Deo ſit voluntas non vt voluntas eſt, & potentia, ſed vt volitio, & actus ſecundus, primuſque actus uoluntatis ſit amor; ſicut etiam primus actus appetitus ſentientis idem eſt, in Deo proculdubio ponendus eſt amor. 3

1. Ioan. 4. Sap. 11. Ioan. 3. Thom.

Di-

Diſcrimen inter Diuinum amorem, & humanum ex Diuo Tho.& alijs. Cap. 2.

1 Quomodo illud intelligendum, quod amor Dei erga nos eſt infundens, & creans bonitatem.

DIffert inter amorem noſtrum, & diuinum ex D. Thom. 1.p. quæſt.20.art.2. Nam amor noſter, quo bonum alicui volumus, bonitatis illius nec cauſa eſt, nec dicitur. At amor Dei eſt infundens, & creans bonitatem in rebus. Quod quidem non debet ita vniuersè intelligi, nam falſum ſimpliciter eſſet, quando enim Deus præordinat hominem ad aliquod bonum, vt quando promiſit Abrahæ futuram ex ipſo Chriſti generationem. Item quãdo præordinat aliquem in ſtatu peccati exiſtentem, ad futuram gloriam, præſentem amorem ſpecialem erga huiuſmodi perſonas oſtendit, licet non dum bonum illud eis præſtet, amatque eos, quos decreuit facere bonos, pro aliquo tempore ac deinceps pro tota æternitate, etiam pro illo tempore, quo eos non facit bonos, quia etiam tunc ordinat ad tale bonum. Vnde dictum illud D. Thom. & aliorum, quod Deus amando hominem, facit bonum, cum diuinus amor bonitatis cauſa ſit, intelligendum eſt non de amore propoſiti, & intentionis, ſed de illo, qui in collatione ſitus eſt, talis boni, & dicitur amor exequutionis; non autem ea vis creato, & humano amori; voluntas enim noſtra à bonitate rerum mouetur, ac proinde amor, primus illius actus, ab obiecti bonitate cognita, tanquam à parte cauſæ efficitur. At verò Dei voluntas, quæ ſe habet, vt volitio, & amor, eſt primaria, & radicalis creaturarum cauſa, verſaturque circa illas, vt eis benefaciat, & in ſe exiſtentes efficiat, ſane igitur intellectum, veriſſimum eſt D. Thom. dictum, amorem ſcilicet diuinum infundere, & creare bonitatem in rebus, eaſque amando, facere bonas; Cõfirmatq; paſſim Scriptura ſacra.

Thom.

Probatur doctrina explicata auctoritate ſacræ Scripturæ.

2 Id ſignificant illa verba de Salomone dicta 2.Reg. 12. *Amabilis Domino*, & ſtatim ſubditur cauſa, *eo quod diligeret eum Dominus*, indicans illa propoſitione cauſali Spiritus ſanctus, non merita Salomonis feciſſe eum dignum tali amante, ſed amorem diuinum, cum noſtro ſemper ſit antiquior, illumque diligendo, contuliſſe ei merita, vt dignus fieret tam præcipuo amore. Et D. Bernardus lepidè ponderans illa verba Pſalm.46. *Speciem Iacob, quem dilexit*, ſic enim nonnulli Codices habent, quos Hieronymus in Commentar. Bruno, Carthuſ. Beda, Pampolitanus, Lyra, Hugo, Richelius, Turrecremata, Valentia, Genebrardus ſequuntur, inquit non ſine myſterio dictum eſſe *Speciem Iacob*, *quem*, non quam *dilexit*, vt omnes intelligerent, non prius Deum amaſſe Iacob formam, fœda enim & deformis erat, ſed amaſſe Iacob, eoque amore talem ei contuliſſe decorem, & pulchritudinem, vt dignus deinceps fieret amore diuino. Et Chryſoſt. Homil. 1. ad Rom. communiterque expoſitores in illud D. Pauli cap. 1. ad Rom. *Omnibus, qui ſunt Romæ dilectis Dei vocatis ſanctis*, animaduertunt, declarare Apoſtolum hoc modo loquendi, Vnde noſtra ſanctificatio? à dilectione; Diuinus enim amor ſanctitate replet. Nam quamuis dilectio humana ſemper aliquid præcedens, vnde obiectum diligi poſſit, & amari; requirat, quando de diuina dilectione ſermo eſt, & ad fidem vocatio, & ſanctitas eius effectus eſt; quin etiam omnium bonorum noſtrorum radix; vocatio enim iuſtificatio, merita bona, & ipſa glorificatio, inde procedunt, iuxta illud

2.Reg.12.

Pſal. 46. Hieronym. Brun. Cart. Beda. Pampolit. Nic. de Ly. Hug. Car. Rechelius. Turrecre. Iac. de Valen. Geneb.

Chriſoſt. Rom. 1.

Pſal. 5.

Pſalm. 5. *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos*, ideſt confiteor tibi Domine omnia noſtra bona opera, illinc manare, quia beneplacitum tuum, ſiue gratia tua, illius effectus, nos complexa eſt, & vndique protexit, vt ſcutum protegere ſolet milites. Imo notat Chryſoſt. ſcutum hoc, quod dicitur dilectio, bonaque voluntas diuina, cum firmitate, & ſecuritate, ornamentum ſemel afferre, & gloriam, quæ ſeiuncta in hominibus reperiuntur, ut in Principe gloria, ſine ſecuritate, in paupere ſecuritas ſine gloria. Vnde D. Thom. in illud Apoſt. ad Epheſ. lect. 2. Deus, qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam, conſona ſcribens doctrinæ ab ipſomet traditæ, in prima parte ita inquit. *Quia cum amor hominis cauſetur ex bonitate eius, qui diligitur, tunc homo ille, qui diligit, diligit ex iuſtitia, in quantum iuſtum eſt, vt talem amet, quando verò amor cauſat bonitatem in dilecto; tunc eſt amor, procedens ex miſericordia; amor autem, quo Deus amat nos, cauſat in nobis bonitatem, & miſericordia ponitur hic quaſi radix amoris diuini Deus, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam.* Hæc ille.

Chriſoſt.

Epheſ 2.

Homo quodammodo vt inquit D. Th. diligit ex iuſtitia, Deus vero ex miſericordia.

3 Quod ſi ſpectetur Spiritus ſanctus, ſecundùm propriam, & peculiarem notionem ſuam, amor diuinus appellatur, non ſolum per appropriationem nominis eſſentialis, ſed etiam per peculiarem illius vocis ſignificationem, & impoſitionẽ. Et per ſpiritum Dei, qui ferebatur ſuper aquas Geneſ. 1. Patres communiter Spiritum ſanctum, Tertiam Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonam intelligunt; optimè illum in aquis fluitantem deſcribit Moyſes, ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, quia nõ de indigno aut egeno amore loquitur. In quæ uerba optimè Eucherius. *Spiritus ſanctus Deus eſt, qui non loco continetur, aut diſtenditur, nec temporum mutationibus ſubiacet, ſed eſt vbique præſens ac totus: Superferri autem Domini ſpiritus ſuper aquis dicitur, non peruagatione, ſed poteſtate, non localiter, ſed potentialiter, non per ſpatia locorum, ſicut terræ ſol ſuperfertur, ſed per potentiam ſublimitatis ſuæ, Deus enim non ex indigentia fecit opera ſua, ſed ex beneficentia, atq; omnipotentia, qui nihil indigens, omnia creat, & miſericors cũcta viuificat, etc. indignus quippe, atque egenus amor ſubijcitur rebus; quas diligit, quamobrem non indignus amor ſuperfertur rebus quas diligit; ideo dictum eſt, ſuperferri creaturæ Spiritum ſanctum, quia non ex indigentia operatus eſt ipſam creaturam.* Hæc ille. quod ſi tempus ſignemus quando Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, non ſeptimo, inquam die, quando *perfecti ſunt cæli, omniſque ornatus eorum*. Geneſ. 2. ſed quando (vt ille dicebat Poeta)

Gen. 1.

Cur ſpirit. Domini .i. Spiritus ſanctus dicitur ferri ſuper aquas. Eucherius.

Gen. 2.

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quẽ dixere chaos, rudis indigeſtaq; moles.

Ouid. in Metamorſ.

Nihil dum eductum erat neque ex aqua, neque ex terra, neque ex aere, neque aliunde, quod Spiritum ſanctum, ad id, quod faceret, prolectaret, & ferebatur nihilominus ſuper aquas, vt ſic cognoſcerent omnes, eius erga nos beneficentię cauſam, & originem eſſe bonitatem, & amorem ſuum, illi collata in nos beneficia omnia, accepta referre debemus, iuxta illud Prou. 16. *Omnia propter ſemetipsũ operatus eſt Dominus.*

Prou. 16.

Nec contradicit huic veritati, tot firmatæ auctoritatibus id, quod in Euangelio legimus, dixiſſe Chriſtũ, ſuos alloquentem diſcipulos Io. 16. *Ipſe enim Pater amat vos, quia me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui.* Non enim ſic eſt accipiendum, quaſi noſtra dilectione præueniamus abſolutè omnem Patris erga nos dilectionem, eamq; promerea- 4

Ioan. 16.

Quomodo amor Dei & præcedat & ſequatur noſtrum amorem.

mur

mur primi, id enim Pelagiana eſt hæreſis, ſed vt inquit D. Thom. præcedentem dilectionem Patris probat Chriſtus, & oſtendit ex duobus, ſcilicet ex amore diſcipulorum ad ipſum, & ex fide: probatio autem hæc non eſt per cauſam, ſed per ſignum, quia hoc ipſo, quod nos Deū diligimus, eſt ſignū, quod ipſe amat nos, ſæpe enim particulam illam, quia, non cauſam, ſed conſecutionem indicare, & ex alijs ſacræ Scripturæ locis poſſet probari, & ex cōmuni loquendi modo; dicimus enim Ignem eſſe, quia fumus eſt, cum fumus effectus ſit ignis. Verùm quia Cyrill. lib. 11. cap. 9. & Auguſt. trac. 102. in Ioann. exponunt illam in ſenſu cauſali, & illud præteritum, con-

Cyrill.

5 iunctum præſenti *Pater amat vos, quia vos me amaſtis*, forſitan indicat, amorem, & fidem Diſcipulorum in Chriſtum, præceſſiſſe amorē Dei erga eos, poſſumus hanc ſententiam intelligere, ſalua veritate catholicæ fidei; contra Pelagium, firmaque remanente doctrina ſuperiùs declarata; quod dilectionem noſtram ſequatur dilectio Patris quoad aliqua noua dilectionis inditia, vt pote ad exaudiendum ſemper noſtras preces; abſolutè enim Deus prior amat, quam homo credat, cum ideo credat, & diligat, quia dilectus à Deo prius eſt: At amor diuinus adhuc procedit, & noua confert beneficia; & huius cauſa eſſe poteſt bonū iam homini collatum, fides eius, & amor, iuxta illud; quod dicitur Io. 14 *Qui diligit me, diligetur a Patre meo.*

Ioan. 14.

6 Auguſtinus totā hanc refert ſententiam ad amorem Dei, qui dicitur complacentiæ, cum vult, & gaudet, quòd nos bonum illud ab eo collatum habemus, ſicut. n. dilectionis, & amoris duos poſſumus numerare actus; Vnū eſt bonum alicui velle, & facere; alter eſt ſibi cōplacere in bono iā facto; amamus. n. amicum non ſolùm ei bonum optando, ſed ĕt in bono ipſo, quod ineſt, complacēdo. Ita ſecundùm proportionē de Deo loqui poſſumus, quod amet benefaciēdo; velle. n. ipſius, facere eſt; & in bono facto, & collato cōplacendo. De amore, quē dicūt cōplacentiæ, ſermo eſt in prædicto loco Ioan. ex Auguſt. ſententia, quia. n. Deus dilexit benefaciēdo, crediderūt, & dilexerunt diſcipuli, at quia crediderūt, & dilexerunt, ſibi complacet in eis, hæc eſt legitima Auguſt. expoſitio. cūq; verū verò nūquam cōtradicat, quanta ſit eius veritas, ex alijs locis ſacræ Scripturæ pōt demonſtrari, vt ex illo Pſ. 146. *Beneplacitū eſt Domino ſuper timētes eū, & in eis, qui ſperāt ſuper miſericordia eius.* Et Chaldaica Paraphraſis. *Beneuolentia cōplectitur Dominus timētes ſe, et eos qui expectāt benignitatē ipſius.* Ecce hic amor ſupponit aliquid ex parte hominū, nēpe timorē illū caſtū, ſpē, patiētiam: quæ tñ omnia certū eſt, Dei eſſe dona, iuxta illud Iacob. 1. *Omne datum optimū, & omne donū perfectū deſurſū eſt*, requirereq; primū donū, qui eſt amor. Verū dicimus, illa præcedere amorem Dei antecedentē, ſubſequi verò amorē complacentię, quē prę-uenimus timore, patientia, & dilectione noſtra, & dicitur cōſequens. Idē pōt probari illo alio loco Pſ. 149. *Quia beneplacitū eſt Domino in populo ſuo, & exaltauit manſuetos in ſalutē.* Et Chaldaica verſio. *Quoniam voluntas domini in populo eius, &c.* priùs amore antecedenti elegit illos in populum ſuum, iuxta illud Pſal. 46. *Elegit nobis hæreditatē ſuā, ſpeciem Iacob, quem dilexit.* Cū aūt iam fecerit

A dducuntur loca Scripturæ ſacræ ad doctrinā explicatam confirmandum.

Pſal. 146.

Pſal. 149.

Pſal. 46.

populū ſuū fide vera, & ſpeciali cul- 7
tu, beneplacitū eſt illi in populo ſuo quod intelligitur de amore cōplacētiæ, & conſequēti. Hæc dicta ſint in gratiā expoſitionis D. Auguſtini, quæ priorē nō excludit, nā propter ea, quæ diligēs nobis cōtulit, amat

etiam

etiã nos, nõ ſolũ cõplacendo in datis, ſed noua alia & nobis optando, & exhibendo. Quod totum videtur illis Pſ.149. verbis contineri. *Beneplacitum eſt Domino in populo ſuo, & exaltauit manſuetos in ſalutẽ.* Amauit igitur populũ ſuum, bona multa ipſi conferens; cõplacita ſunt illi bona, ei collata, vlteriuſq; proceſſit amor diuinus, dũ exaltauit manſuetos in ſalutem, ideſt non ſolùm à malis eripuit, verùm etiam conſpicuos, & illuſtres fecit, vt nõ modo ſalutem, ſed etiam gloriam tribueret.

Quod Deus æqualiter non omnia diligat. Cap.3.

1 QVòd Deus non æqualiter omnia diligat ex parte obiecti, vt inquit D.Th.1.p.q.20.ar.3. patet tum ex alijs multis, tum potiſſimum ex diſcrimine inter amorẽ, quo diligit cuncta, quæ fecit; & ſingularem illũ, quo proſequitur credẽs in ipſũ: Amore .n. generali ſic Deus diligit omnia, vt amorem ipſum eius non cõmunicet; ex amore quippe omnibus benefacit, amorem tamen ſuum non omnibus impertitur. At verò tã ſingulari cõplectitur beneuolentia ſuos, in ipſumq; credentes, vt nõ ſolùm eis magna conferat beneficia, filioſq; faciat adoptionis, ſed ẽt ipſammet ſuã dilectionẽ eis donet, vt in ipſis ſit verè. Patris quidem dilectio Spiritus ſanctus eſt, quẽ dat credentibus, vt ſic efficiantur filij, capaceſq. ſint donorũ, quæ ex eodẽmet amore procedunt. Minus profectò, & altiſſimus eſt hic amandi modus. Hunc amorẽ petebat à Patre Chriſtus, diſcipulis ſuis, quando dicebat Ioan.15. *Vt dilectio, qua dilexiſti me, in eis ſit, & ego in ipſis.* Nota non abſque myſterio dicere. *Vt dilectio ſit in ipſis*, cum potuiſſet dicere, *Diligas eos*, hoc enim loquendi modo volebat Chriſtus petere, credentes in ſe diligi à Patre non quidem illa dilectione generali, qua bonos, & malos diligit, qua & ſolem ſuum oriri ſuper eos facit, ſed ea, qua efficiendi erant filij Dei adoptionis, & hæredes æternæ vitæ, & vt ſint vnũ ſicut & Pater, & Filius vnum ſunt, quę non erant futura, niſi eadem dilectione Patris, quę Spiritus ſanctus eſt, collata, & donata eis, propterea inquit, vt dilectio qua me dilexiſti, ſit in eis. Hoc etiam dictum fuit à D.Paul. ad Roman.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Et confirmat etiam Ioan.cap.3. 1. epiſt. dicens. *Videte qualem charitatem dedit Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.* Non enim inquit; quali charitate nos dilexit Pater, ſed qualem charitatem dedit nobis, ſic namque filios nos effecit ex charitate, vt eandem charitatem, quæ Spiritus ſanctus eſt, dederit, ac per eum filij eſſemus. Conuenitq; cum illo Apoſt. ad Rom.8. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater.* Et cum illo alio 3 ad Gal.4. *Miſit Deus ſpiritum filij in corda noſtra, in quo clamamus Abba Pater.* Meritò autem dixit Ioannes in illa ſua epiſtola *Videte*, quia omni profectò dignus eſt conſideratione, & perpetua gratiarum actione, tantus, & tam ſingularis amor, quem non deſijt prædicare, ſimulque admirari Dauid Propheta, illis verbis Pſal. 67. *Aſcendiſti in altum; cœpiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus, etenim non credentes inhabitare Dominum Deum*, loquens enim de Chriſti in cælum aſcenſu, ac de ſanctis Patribus in Lymbo iam captiuis, qui inde erecti ad triumphum Chriſti condecorandum cum ipſo fuerunt aſſumpti, ſubdit præterea, Chriſtum ad patris dexteram ſedentem, accepiſſe dona in hominibus, de Spiritu ſancto intelligens, de

Margin notes: Thom. — Oĩa quæcumq; fecit Deus amat, non omnibus tamen amorẽ ſuũ communicat, ſed in ipſum credentibus. — Ioan. 15. — 2 — Rom 5. — 1.Ioa.3. — Rom.8. — Galat.4. — Pſalm.67.

eiuſq;

eiuſq; donis vt eſſent in hominibus. Dices. Ad quem finem hæc omnis Chriſti interceſſio. *Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum*, vt ſic qui prius non credebant, conuerſi ad fidem viuam, & veram, repletiq; talibus donis (quemadmodũ videre erat tunc temporis in baptizatis ab Apoſtolis) de vaſibus contumeliæ in uaſa transferrentur gratiæ, & gloriæ, quinimo in templum formarentur Dei viui, inhabitando in eis dominus Deus. Sic exponunt ad literam hæc verba Pſalmi nonnulli recentiores, Ianſenius, Genebrardus, Agellius, & alij. Quin etiam ita videntur expoſita ab Apoſtolo ad Epheſ. 4. dum inquit. Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia, ſecũ dum menſuram donationis Chriſti, propter quod dicit. *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus*. Tandem ſic intelligit, & Pſalmi verba, & Apoſtoli D. Auguſt. in Pſal. 67.

4 Video, poſſe obijci cõtra ea, quæ ſuperiùs diximus, illud in primis, quod multi ſentiunt, Deum magis diligere prædeſtinatum, etiam pro eo tempore, in quo non eſt iuſtus, quàm reprobum, etiam tunc quando eſt iuſtus, & tamen non cum illa beneuolentia ſpeciali complectitur, vt amorem ſuum illi communicet. At contra reprobum iuſtum non ſolùm generali amore diligit, ſed etiã amorẽ ſuũ illi impartitur, ergo ſpecialiter diligit. Sunt qui reſpondẽt, pro illo tempore, quo præſcitus eſt iuſtus, & prędeſtinatus eſt in peccato, plùs amari à Deo reprobum, quia tunc ille habet gratiam, & eſt acceptus ad gloriam, ad quam ſecundũ præſentem illius temporis iuſtitiam non eſt acceptus prædeſtinatus peccator, ſimpliciter autem plus amari prædeſtinatum ratione illius voluntatis diuinæ, ſeu decreti gratuiti, dãdi gloriã, quia ſimpliciter ei vult maius bonũ, ſcilicet vitam æternam, & conſummatã gratiã. Sed contra, nã per hunc actum dilectionis, quo ordinatur ad gloriã, diligitur prædeſtinatus etiam pro eo tempore, in quo non eſt iuſtus; ergo etiam pro eo tẽpore plùs diligitur ſimpliciter, & abſolutè. Antecedens probatur, nã ſemper prædeſtinatus dicitur electus ad gloriam, etiam tunc temporis, quando in peccato eſt, ergo dilectus à Deo; Nam, vt videbimus infra, electio vel formaliter eſt dilectio, differuntque inter ſe, quia per has voces ſolùm diuerſæ connotãtur habitudines, vel ſaltem dilectio præcedentem electionem requirit. Patet conſequentia, quia illa dilectio in ſe ſimpliciter eſt maior, ergo omni tempore, quo denominat hominem dilectum, denominat etiam magis dilectum. Et explicatur hoc clarius, nam tunc temporis, quando prædeſtinatus peccator, verè eſt electus; ergo tunc etiam diligitur à Deo, ergo etiam præciſè conſideratus ſecundùm illam differentiam temporis magis diligitur, quia ad maius bonũ ordinatur. Quod ſi hoc non eſt ſatis, vt magis eum diligat, quia illi tunc non confert ei maius illud bonum, ergo poſſet inferri nec abſolutè diligi (dilectione vtique ſupernaturali) quia ex vi illius voluntatis nullũ bonum ſupernaturale ei confertur, quod videtur abſurdũ; nã cum pro omni temporis differentia ſit electus, & ad bonũ illud ſupernaturale, etiam pro omni tempore dicendus eſt eiuſdem ordinis dilectione dilectus.

Vtrũ Deus magis diligat prędeſtinatum ẽt pro eo tempore in quo nõ eſt iuſtus quã reprobũ ẽt tunc quando eſt iuſtus.

Electio & dilectio quo differunt.

5 Verùm ſi recolamus illam diſtinctionẽ, ſuperiùs explicatã, amoris, inquam, propoſiti, & intẽtionis, quo tantum ordinatur homo ad aliquod bonum, & illius, qui appellatur executionis; quo confertur amato bonum, videbimus, non obſtante hac obiectione, firmam remanere doctri-

Reſolutio quæſtionis prapoſitæ.

ctrinam, nuper explicatam; Nã prædeſtinatus peccator præcipuè dicitur amari amore illo propoſiti, præſcitus verò iuſtus, amore executionis, vterque autem diligi ſemper dicitur in ordine ad dilectionem, quæ in ipſis ſit, vel ſed conferendam; vel iam collatam. Cum autem ſimpliciter maius ſit id, ad quod ordinatur prædeſtinatus peccator, quàm id, quod collatũ eſt iuſto præſcito, ſimpliciter magis dicitur ille amari, quã iſte, licet non pro omni differentia temporis amore collatiuo, ſed quãdoque ordinatiuo, vt quando eſt in ſtatu peccati. Nec contradicit doctrinæ D.Th. dicentis 1.p.q.20.art. 4 ad 5. Deum ſemper magis diligere meliora; loquitur.n. de amore executionis, vnde inquit, ſecũdum illud tempus penſandã eſſe bonitatẽ illius, qui amatur à Deo, ſecundùm quod dandum eſt ei ex bonitate diuina aliquod bonum; ſecũdùm ergo illud tẽpus, quo prædeſtinato peccatori maius bonum, melius, licet ſecũdum aliquod tempus ſit peius. Non tamen, quod diximus, negaret de amore intẽtionis, & propoſiti, quin ẽt id confirmat ſacra Scriptura, cuius mos eſt illam Dei voluntatẽ erga homines omnibus alijs præferre, quæ ſecũdũ propoſitum appellatur, ad Rom.8. & 9. & ad Epheſ. 1. quæ quidẽ æterna eſt, firmaq; ac ſtabilis voluntas, dandi electis gloriam, ſed & Chryſoſt. Homil. 1. ad Eph. in illa verba. *Secundum propoſitum uoluntatis ſua*, inquit, *perinde eſſe, atque vehementer velle vt illud fiat, & hoc Dei eſſe deſiderium.* Non tamen executionem habet pro omni differentia tẽporis, impediturque quandoq; ob varias cauſas, interq; alia ob peccatum prędeſtinati, licet ſimpliciter impediri non poſſit.

Thom.

Chryſoſt.

Vtrum Deus ex parte actus alium præ alio diligat.

Cap. 4.

Ex parte actus *Deus* nõ poteſt vnum præ alio diligere, in hoc ſenſu, vt intẽſius feratur, in vnũ, quàm in alium; quemadmodum inter homines ſolet accidere cũ quis duobus vult æquale bonum ex parte obiecti, vni vult tamen intenſiùs quàm alteri, quo caſu licet vtrumq; æqualiter diligat ex parte obiecti, ex parte tamen actus vnum præ alio diligit, vt bene inquit *Diuus* Thomas prima par. quæſtione 20. art. tertio, eo quod actus dilectionis, quo Deus creaturas amat, eſt ſua ipſius eſſentia, quæ in ſe eadem omnino eſt, quod adeo verum arbitrantur Theologi, vt aſſerãt eodem prorſus actu dilectionis, quo Pater æternus, & Filius diligunt Spiritum ſanctum, diligere etiam creaturas, tametſi non æque primo ad Spiritum ſanctum, & creaturas referatur: quæ ſanè diuerſitas non ex parte actus, ſed ex parte creaturarum ſumitur, quia minùs neceſſarium eſſe habent, quam Spiritus ſanctus. 1

Declaratur titulus quæſtionis.

Thom.

Verum quod in gratuita dilectione *Dei* non ſit paritas erga omnes ex parte affectus, ſed vnum præ aliò appretiatiuè diligat, non dubitarem concedere, vt quemadmodum in obiecto volito ſunt gradus; ita ſint in æſtimatione eorum, qui diliguntur à Deo, qua alter alteri in amore præferatur, nam ex peculiari beneuolentia, & prouidentia huic confert maius bonum, quàm alteri: quemadmodum Pater habens multos filios, omnes quidem valde dilectos, non 2

Deus vnũ præ alio appretiatiuè diligit, & ſic non eſt paritas erga oẽs etiã ex parte affectus diuini.

tamen

by Google

tamen eodem gradu, ſed ordine quodam, ita vt alios alijs præferat, non ſolùm in portione hæreditaria, ſed etiam in affectu, & æſtimatione, ſic vt malit hunc viuere, & hæreditate frui, quàm illum, vnum præ alio dicitur diligere, non ſolùm obiectiuè, ſed etiam appretiatiuè. Quod autem iſta diſparitas ex parte affectus reperiatur in Deo, poſſumus primò probare. Nam ſi vera eſt illa ſententia, quòd *D*eus quandoque vni dat minora auxilia phyſicè quã alteri, cui dedit maiora, verùm illi congrua, & infallibilia; huic autem ſufficientia, fallibilia tamen, non poſſumus dicere, quod illi voluerit maiorem gloriam, quàm huic. Nam gratia, phyſicè maior, huic collata, ſua natura ordinatur ad maiorem gloriam, ſed illi, maiori efficacia de-
3 ſiderauit gloriam, quàm iſti. Dices, amare illum magis ex parte obiecti, cum illa gratia, licet phyſicè, & in ratione auxilij ſit minor, cum tamen ſit congrua, & medium ineffabile ad gloriam, ſit maior in ratione gratiæ, & beneficij. Sed contra, nam hæc dilectio non ſolùm eſt maior quoad affectum finis, cum enim non poſſit dici maior reſpectu finis, quia huic plures gradus gloriç velit, quã alteri, nam gratia phyſicè maior, ad ſublimiorem gloriam ordinatur, dicẽda eſt maior ex effectu finis, quia vni efficacius vult finem quàm alteri. Et confirmatur, nam intentio finis eſt proportionata electioni mediorum, & è conuerſo media manifeſtant, qualis fuerit intentio finis, nunquam tamen concedendum eſt ex parte Dei maiorem dilectionem ex parte actus quam vocant intenſiuam, ſed maiorem appretiatiuè, ita vt diſparitas ex parte effectuum arguat in Deo peculiarem affectũ, quo alios præ alijs diligat; ergo ſi Deus ex peculiari beneuolẽtia procurat huic homini media congrua, infallibilia, quibus finem aſſequatur, ſignum eſt, efficaciter intendere talem finem, & longè aliter velle ſalutem, & gloriam tali homini, quã alij, cui talia media non confert. Et explicatur magis, nam voluntas finis, in eo præſertim, qui perfectè operatur, non eſt virtualis, ſed expreſſa, & formalis, ſed glorificatio, eſt finis auxilij congrui ad perſeuerandum, ergo voluntas talis finis nõ eſt virtualis tantùm, ſed formaliſſima, & expreſſa. Et ſicut homo, qui conſultò tribuit vni meliora arma ad aliquem finem, quàm alteri, dicendus eſt ardentiùs deſiderare vni finem illum, quàm alteri, alioquin temerè id factũ eſſet, multò magis id de *D*eo affirmandum eſt, cum in quacunque voluntate ordinata verum habeat illa regula, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis; ſi ergo *D*eus vult gratiam propter gloriam, ſequitur magis velle gloriam; ergo ſi vult gratiam voluntate efficaci, efficaciter etiã vult gloriam.

Nec valet dicere hoc argumentum nullam habere vim cũ de *D*eo 4
agimus, quia non vult vnũ propter aliud, ſed vnum vult eſſe propter aliud; nam licet non poſſimus dicere, de *D*eo loquentes, hoc eſſe cauſam, cur velit illud, bene tamen poſſumus affirmare, vnũ eſſe rationem cur velit aliud, vt voluntas finis ratio cur velit media. Et confirmatur magis. Nam cum ita poſſit eſſe, ut medium ſit uolitum à *D*eo propter finem, ita affirmandum eſt, eſſe de facto, ſic enim ordinatè procedimus: non ſic autem poſſumus aſſignare rationem, cur huic voluerit efficaciter gratiam, & non illi, niſi ipſiuſmet uoluntate, & beneplacitum, quo uoluit appretiatiuè alium præ alio diligere. Nec ad proban- 5
dam iſtam diſparitatem ex parte affectus diuini erga homines, cogimur

mur illam ſequi ſententiam, de gratia congrua, & non congrua (de qua quid ſentiendũ, uidebimus ſuo loco) ſed poſſet perſuaderi, etiam ſi aliam ſectemur opinionem; Nam cũ Deus quibuſdam abſque ullo illorũ merito contulerit gratiam eximiã, & modo quodam prouidentiæ ſingulari cum eis uſus fuerit, idque uel ab infantia, uel ab adoleſcentia, uel poſtea ſub finem uitæ, & interdum poſt grauia peccata, per quam ad maximum ſanctitatis gradum peruenerunt, ut patet in Apoſtolis, in S. Ioanne Baptiſta, in multis martyribus, in multis Eccleſiæ Doctoribus, in fundatoribus Religionum, in multis Religioſis utriuſq; ſexus. Alijs uerò dederit longè minorem, & tali modo prouidentiæ cum illis uſus fuerit, ut moraliter fuerit illis impoſſibile ad tantum ſanctitatis gradum pertingere. Hanc inæqualem gratiæ præparationem, & diſtributionem ſignum eſſe inęqualis delectationis appretiatiuè, nec ſolùm quoad præparationem mediorum, ſed etiam quoad effectũ finis, ijſdẽ argumentis ſatis probatur. Sicut igitur uoluntas diuina libera eſſe dicitur ad uolendum quodlibet obiectum extra ſe, tum quoad ſpecificationem, tum quoad exercitium, ipſo actu inuariato, & immutato, cum conſtituatur uolens creaturas ſuo reali, intrinſeco, & ſimpliciſſimo uelle. Ita poteſt ex parte affectus vnum præ alio appretiatiuè diligere, ſine ulla intenſione, uel mutatione ex parte actus.

6 Tandem Deus eadem quaſi perfectione intenſiua, ſe, & nos diligit, & tamen ſimpliciter ſe magis diligit, quia in æſtimatione ſe omnibus alijs præfert. Vnde nullius ponderis videtur eſſe quod inferunt aliqui, ex illo principio, quod actus voluntatis diuinæ non poſſit intenſiùs fieri in vnum, quàm in alium, non habere Deum ante merita præuiſa, peculiare, aut maius deſiderium vitæ æternæ erga prædeſtinatos, quã ęrga reprobos, cum poſſit, vt vidimus, appretiatiuè non ſolum obiectiuè vnum præ alio diligere. Præterea, quicquid ſit de facto ſi validũ eſſet illud eorum argumentum, probaret nec de poſſibili aliũ præ alio eligere poſſe ad gloriam ante præuiſa merita, quod quidem ipſi videntur concedere. Sed quis hoc audeat dicere de Deo, qui plenum habet dominium, cuius voluntas eſſentialiter recta, non poſſe arbitratu ſuo hunc efficaciter eligere ad gloriam, & non alium.

Vaſq. 1. p. diſp. 89. n. 21. & 22.

Vtrum Deus amet nos amore charitatis, & amicitiæ. Cap. 5.

1 Quid ſit amor amicitiæ.

AD huius difficultatis intelligentiam, animaduertendum eſt ex D. Thom. 2. 2. q. 23. art. 1. non quemlibet amorem habere rationẽ amicitiæ; nam quando amo aliquid ob meum commodum, & vtilitatẽ, vel referendo illud bonum amatum in commodum, & gratiam alterius, dicor illud amare amore concupiſcentiæ; amor autem amicitiæ requirit, vt fundetur in amore beneuolẽtiæ; amor autem beneuolentiæ formaliter eſt ille, quo volumus bonum alicui, propter ſe ipſum, diciturque ex Ariſtot. 7. ethic. ad Eudem. cap. 8 initium amicitiæ; nam ſi includat mutuum amorem, vtrinque notum, dicitur, & eſt verè amicitia quamuis ſi amor amicitiæ latius ſumatur, omnis amor beneuolentiæ, qui fertur in aliquem propter ſe ipſum, licet non redamationem includat, amor dicitur amicitiæ, & ſic ſumitur quando diuiditur amor in amorem concupiſcentiæ, & amicitiæ, ut videre eſt paſſim apud Auctores de hac

Amor amicitię latius & præſsius ſumi pòt.

hac materia tractantes in locis citatis tam 1. par. quæſt. 22. Quibus ita conſtitutis, pluribus nominibus redditur difficilis, ne dicam impoſſibilis, hæc amicitia inter Deum, & hominem, cum omnia, & ſingula ad conſtituẽdam veram amicitiam deſiderentur. Verùm accuratius hæc ſunt examinanda, ne repugnemus illis verbis Chriſti, Ioann. 15. *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos*, alijſque innumeris ſacræ Scripturæ locis, in quibus hic Dei amor erga homines mirum in modum exaggeratur.

Ioan. 15.

Prima conditio, vt non ſit amor concupiſcentię, ſed beneuolentiæ.

Cap. 6.

1 Proponitur difficultas cur non poſſit eſſe amicitia inter Deum, & nos.

OB defectum huius conditionis nulla videtur poſſe eſſe amicitia inter nos, & Deum, quia de ratione amicitiæ eſt velle bonum alteri propter ſe ipſum; ſed Deus omnia creata amat non propter ſe ipſa, ſed vt media, ergo. Clara maior, nã amicitia, vt quid eſſentiale ſupponit beneuolẽtiam; amor autem beneuolentiæ, vt iam diximus, eſt ferri in aliquem, propter ſe ipſum. Minor etiã patet, declaratis terminis, nam quod amatur, vt medium, non amatur propter ſe ipſum, ſed propter finem; ſi ergo Deus quicquid creatum eſt, amat, referendo ad ſe ipſum, tanquam omnium vltimum finem, ergo amat vt medium, non amore beneuolentiæ; patet igitur conſequentia, amorem ſuum erga nos non poſſe eſſe amicitiæ, cum non ſit beneuolentiæ. Verùm reſpondemus; amare aliquem amore beneuolentiæ, opponi illi amori, quo amamus aliquem ob commodum, vel vtilitatem ſeu propriam, ſeu aliorum; cum ipſo tamẽ ſtare, quod reſamata hoc amoris genere; ad aliquid aliud referatur tanquam ad finem; alioquin nec nos ipſos, nec proximos noſtros poſſemus amare amore beneuolentiæ, ſi quidem, & nos, & proximos amare debemus propter Deum tanquam propter finẽ, nam cum de ratione huius amoris ſit, vt in honeſtate fundetur; intrinſeca autem ratio honeſtatis poſtulet hunc reſpectum, & habitudinem ad vltimum finem; ſic igitur, quamuis Deus amet omnem creaturam, etiã rationalem, vt medium ad ſuam gloriam, & ad ſuam ſapientiam, & alia attributa manifeſtanda, hoc nihil obſtat, quominus creaturas intellectuales amet amore beneuolẽtiæ, & amicitiæ, nullam enim inde vtilitatem ſibi quærit, nam bonorum noſtrorum non indiget; ſiſtendo igitur intra rationem vtilis, & commodi, vult Deus creaturę intellectuali bonũ propter ipſam, ideſt propter eius ſalutem, beatitudinem &c. quæ omnia in alterius vtilitatẽ, & commodum, nõ refert: & ideo illa eſt propria, & perfecta beneuolentia. Quod ſi ex parte creaturæ reſpondeat debitum, & proportionatus amor erit etiam amicitiæ; cui nihil obſtat, quòd Deus ad ſe referat totum illud bonum intellectualis creaturæ etiam æternam eius beatitudinem; quia non refert ad ſe ideſt ad ſuum commodum, & vtilitatem, ſed ad gloriam, & honorem, ſibi debitum, vt ſupremo auctori, & talis creaturæ fini vltimo, quo ſe ipſum priuare nullo modo poteſt, cum reſpectus ille perfectioni, & honeſtati talis amicitiæ, ſit neceſſarius.

Soluitur.

Quid ſit de ratione amoris beneuolentiæ.

Probatur declarata doctrina auctoritate ſacræ Scripturæ.

Conſulamus Scripturam, quid de hoc ſentiendum; nam ipſa, quæ hanc Dei beneuolẽtiam inſuper, & amicitiam tam mirificè prædicat, *commendat in nobis Deus charitatem* 2

Rom 8. Epheſ. 2. 1. Ioan 3. Ioan. 3.

ſuam ad Rom. 8. *Propter nimiam charitatem ſuam*, ad Epheſ. 2. *Videte qualem charitatẽ dedit nobis Pater*, 1. Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret*, Ioan. 3. & alibi ſæpiſſimè, etiam illius leges inuiolatas eſſe deſcribit. Id teſtãtur

Iob. 22.

clariſſimè illa verba Iob. 22. *Quid prodeſt Deo, ſi iuſtus fueris*, ait Eliphaz, *aut quid ei cõfert ſi immaculata fuerit via tua*? Vbi nota in Hebræo loco verbi, Deo, haberi, Saddai, quod vult dicere omnipotẽs, abundantiſſimus, vberrimus, ſufficientiſſimus ſibi, tum etiã creaturis omnibus, quaſi dicat, qui bonis abundat omnibus, quid à te boni expectare, aucupariue poteſt? Cui ſententiæ

Luc. 17.

conſonat illud Chriſti, Luc. 17. *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutile ſumus*; liquet enim nullã illi rei cuiuſpiam acceſſionem fieri, etiamſi in omnibus ipſi ſumus obſecuti, nullamque gratiã, nullamque mercedem nobis debere, ſi iure nobiſcũ vellet agere. Multaque alia loca alibi põderauimus, ex quibus lepidè colligitur, nihil Deum habere antiquius, quam vt id omnes in animum inducant, nullam vtilitatem in ipſum ex noſtris operibus redundare.

3 Quod ſi cætera luſtremus loca, videbimus, hoc Deum ſemper quęrere, vt nobis quicquid boni acciderit, omni ex parte ſit vtile, ſibi verò honorificum. Benè erat huius voluntatis conſcius Dauid Propheta,

Pſal. 78.

qui dicebat Pſalm. 78. *Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum*, vt liberatio illa tum à tẽporalibus, tum etiã à ſpiritualibus malis, ſibi eſſet ex vſu, Deo autem ex honore. Non id erat ignotũ

Daniel 3.

Danieli, qui petiones ſuas ad hanc normã dirigebat, ſicut illam c. 3. *Fac nobiſcum ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ, & da gloriam nomini tuo*. Ita volebat, vt ſuæ vtilitati conſuleretur, & commodo, vt primatus tamen daretur Dei honori, & glorię, quin etiam volens Deus in aduentu filij ſui nobiſcum ſtabilire amicitiã, hanc regulam illius ſeruandæ perpetuo fędere præſcribit. Idque docet Angelorum illud Canticum in

Deus vult, vt petitiones noſtras ad hãc normã dirigamus ad vtilitatem noſtrã, & gloriam Dei.

Chriſti Natiuitate Luc. 2. *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. In quæ verba

Luc. 2.

Ambroſ. ſerm. 13. de hoc Cantic. *Digna planè, & iuſta ſententia, quæ in Natiuitate Chriſti, & Deo honorẽ repræſentat in cælis, & hominibus pacem præſentat in terris: nec prius pacẽ Angeli annunciãt hominibus, qui ſunt in terra, ex Dei beneplacito, & gratuita eius voluntate, vbi agebatur de noſtra vtilitate, & commodo, quam glorificent Deum, qui eſt in altiſſimis, illique vt par erat debitæ, redditæ ſint laudes*.

Ambroſ.

Hanc autem doctrinam optimè addiſcens ſancta mater Eccleſia, primę omnium horarum Canonicarum illud voluit eſſe initium, Pſal. 50. *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam*, ſtatimque ſubdit, quaſi admonẽs Deum, vt reſpondeat officio, illud Pſal. 69. *Deus in adiutorium meum intende, Domine, ad adiuuandum me feſtina*: quaſi velit dicere, ſi inter cęteras noſtrę amicitiæ leges, illa videtur præcipua, vt ego tuæ ſollicitus ſim gloriæ, & laudis, tu verò viciſſim meæ conſulas vtilitati, & cõmodo, æquũ eſt, vt cũ ego labia mea aperio, ad annuntiãdum laudẽ tuã, tu intendas in meum adiutoriũ, ac ad me adiuuandũ feſtines, ac initio horarum omniũ hęc lex proponitur, vt vnuſquiſq; admoneatur, quæ ſuæ ſunt partes, illiſque explendis ſtudeat. Faxit Deus, vt in noſtro adimplẽdo munere, illius ſimus ęmulatores, cui maiori curę videtur eſſe noſtra vtilitas, quàm ſuus proprius honor, quemadmodũ mirificè

4 Hãc doctrinam confirmat conſuetus Eccleſiæ mos.

Pſal. 50.

Pſal. 69.

Auctor operis imperfecti. Matt. 5.

Mira Dei misericordia, hominũ vtilitates magis aſpiciens quam ſuos honores.

rificè exaggerat Auctor operis imperfecti Homil. 11. in c. 5. Matth. in illa verba Chriſti, *ſi offers munus tuũ ante altare, & frater habet aliquid aduerſum te, dimitte illic munus tuũ, & vade reconciliare prius fratri tuo. Vide*, inquit, *miſericordiã Dei, quomodo hominum vtilitates amplius aſpicit, quam ſuos honores; ſi enim ſuos honores magis aſpiceret, ſic dixiſſet, interim offer munus tuum, & poſtea vade, reconciliare: nũc autem dicit, vade primum, & reconciliare, & ſic veniens, offeres, tanquam ſi dicat ad illum, vade, ego libenter contemnor, libenter honoris mei patior damnum, liben er expecto Dominus ſeruos, tantummodò vt vos in amicitiã veniatis. Vade ergo, vt ſcias, quia plus diligo concordiam fidelium meorum, quàm munera, quia munera hominum nullum Deo faciunt lucrum, charitas enim illorum Dei gloriã operatur*. Hæc ille, non enim Deus (vt

5 optimè in hunc locũ animaduertit Burgenſ.) ſimilis eſt principibus huius ſeculi, qui magis quærunt munera ſuorum, quàm conſenſionem, venanturque ex diſſidio munera. Animuſque debet nobis accreſcere ad hanc amicitiæ legẽ libenter amplectendam, quod nos noſtrã non poſſumus venari vtilitatem, niſi diuini honoris potiſſimã habeamus rationem, quodque videtur mirabilius, ſi ſuo Deus ſuauiter vult cõſulere honori, noſtram debet attendere vtilitatẽ, quod tum ex alijs multis, tum ex illis verbis Pſalm. 129. eleganter probatur. *Quia apud te propitiatio eſt propter legem tuam*, (ſic enim diſtinguũt aliqui, ac in Hebræo ita diſtinctum eſt) deinde ſubditur, *ſuſtinui te Domine*, quæ diſtinctio hanc continet ſententiam tu miſericors es, & indulges, quia tua intereſt, & legis à te latæ, vt illa ab hominibus tua miſericordia illectis, & cõfirmatis, cuſtodiri poſſit; nã niſi peccatis ignoſceres, per pauci legi tuæ obtemperarẽt, quin potius deſperatione fracti, legem negligerent, & illam violare non pertimeſcerent; putauit igitur Deus, ex Dauidis ſententia, ad tuendam legem, legislatoriſque honorem optimam eſſe rationem, nõ ex lege cum traſgreſſoribus agere, ſed ex miſericordia, illiſque facilè ignoſcere. Tanta ergo beneuolentia nos Deus proſequitur, vt ſiſtẽdo intra rationem vtilis, & commodi, velit creaturæ intellectuali, bonum propter ipſam, ideſt propter eius ſalutem, beatitudinem, promotionemque, quod quidem ad ineundam cum eo amicitiam debet nobis ſtimulus eſſe, & calcar.

Cõparatio inter Reges terrenos, & cœleſtẽ.

Pſal. 129. Dei intereſt vt nobis miſereatur.

6

7 Quod ſi Seneca epiſt. 9. verũ amicum veramque amicitiam deſcribens, illa protulit verba notatu digniſſima, *ſapiens etiam ſi contentus eſt ſe, tamen habere amicum vult, ſi ob nihil aliud, vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat, non ab hoc, quod Epicurus dicebat, vt habeat qui ſibi ægro aſſideat, ſuccurat in vincula coniecto, vel inopi, ſed vt habeat aliquem, cui ipſe ægro aſſideat, quem ipſum circumuentum hoſtili cuſtodia liberet*. Et poſt pauca. *In quid igitur amicum paro? vt habeam pro quo mori poſſim, vt habeam quem in exilium ſequam, cuius me morti opponam, & impendam*. Quod ſi hæ vitæ amicitiæ, ſeneca teſte, ſunt notæ, quis vnquam Deo in legibus, amicitiæ ſeruandis, eſt comparandus? qui omnia hæc re ipſa nobis præſtitit, longeque maiora Dauid Propheta Pſalm. 143. *Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei, aut filius hominis, qua reputas eum? Homo vanitati ſimilis factus eſt; dies eius ſicut vmbra prætereunt*, quaſi dicat, qua ratione tanta beneuolentia proſequeris hominem? cur opponis erga eum cor tuum? Vnde erga ipſum tam es affectus? cum omnibus hominibus ſit indignus. Et quod

Seneca.

Leges veræ amicitiæ.

Pſal. 143.

caput eſt, omnium indigens. Si tamen ita tibi placuit, inclina Cœlos tuos, & deſcende, nam omnes Theſauri, omneſque diuitiæ cęleſtes, in hac tuenda amicitia, tibi ſunt impendendæ, multaque mala ferenda, amicum paras, cui ipſe ægro aſſidens, cuius inopiæ ſuccurras, quem circunuintum hoſtili cuſtodia liberes, vt habeas pro quo mori poſſis, cuius te morti opponas, & impendas; quæ omnia opera præſtitit, & maiora; iuxta illud Iſai. 35. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra; diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus.*

Iſai. 53.

8 Quod ſi de amicitia illa, quæ cauſa vtilitatis aſſumitur inquit Seneca loc. cit. negotiationem eſſe, non amicitiam, quæ ad commodum accedit, quæ quid conſecutura ſit, ſpectat, qualis fuerit Dei negotiatio, in carne venientis, num legibus veræ amicitiæ tantillum præiudicans, aſſerit Leo Pontifex Maximus ſerm. 3. de paſſ. *Venerat in hunc mundum Diues, & negotiator, atque miſericors: & Cæli commutatione mirabili inierat commercium ſalutare; noſtra accipiens, & tua tribuens: pro contumelijs honores, pro doloribus ſalutem, pro morte dans vitam, & cui ad exterminationem poterant pluſquam duodecim millia Angelorum ſeruire legionum, malebat noſtram recipere formidinem, quam ſuam exercere poteſtatem.*

Leo Papa.

Chriſtus rigidè ſeruis leges amicitiæ.

Secunda conditio eſt amor mutuus, in qua quædam ęqualitas inter amicos continetur.

Cap. 7.

EXplicanda eſt hæc conditio, vt intelligamus num ex ipſius defectu, amicitia inter Deum, & nos, non poſſit conſiſtere. Requiritur ergo ad conſtituendam amicitiam, amor mutuus ſiue, vt ſit cum redamatione, & quidem vtrinque cum electione quadam, ideſt certa cum ratione, & iudicio, vt patet ex Philoſopho 8. Ethic. cap. 5. qui ob defectum huius conditionis aſſerit, nō dici homines habere amicitiam erga bruta, multoque minus erga res inanimes; amor autem hic mutuus non patitur inæqualitatem, de amicis enim ſcribens Ariſt. 8. Ethic. cap. 5. inquit: *Vterque quod ſibi bonum eſt amat, & æqualē vicē voluntati, & iucunditati refert, æqualitas enim amicitia dicitur*; hæc ille. Aequalitas igitur quędam in hoc mutuo amore inuoluitur, ſaltē ſecundùm proportionem quãdam, vt ſcilicet amicus poſſit amico vicem rependere, cum redamando. Cum autem hæc cōditio ita ſe habeat, videtur ex defectu illius, amicitiam inter Deum, & hominē nō poſſe conſiſtere, cum inter vtrumq; ſumma ſit inæqualitas; infinitè enim diſtãt. Et cōfirmatur hoc argumentum ex eodem Ariſt. qui idcirco inquit 8. Ethic. c. 6. & 7. Dei ad homines non eſſe amicitiam. 1

Ariſt.

Quòdo amicitiæ inter Deū, & nos non obſtet inæqualitas.

Verùm poſſumus primò reſpōdere, nō requiri æqualitatem ſimpliciter, ſed ſufficere ſecundùm quãdam proportionē, vnde ipſemet Ariſt. 8. Ethic. cap. 7. & 8. de quodam genere amicitiæ, quam vocat ſuperemineutiæ, & excellentiæ, quæ eſt inter perſonas habentes communicationem 2

Datur q̄di genus amicitiæ quam vocat Ariſ. ſuper eminentiæ, & excellētiæ.

nem in ordine ad vnum finem honeſtum, conſtitutas tamen in diuerſo gradu, ſeu dignitate, inter quas non ſeruatur æqualitas ſimpliciter, ſed proportionalis, quia vnaqueque tribuit alteri id amoris, honoris, & officij quod vnicuique pro conditione ſua conuenit, qualẽ, tradit, eſſe inter Principes, & eorũ ſubditos, inter parentes, & liberos.

3 Et hanc eſſe inter nos, & Deum, teſtatur Scriptura diuina, mirificèq; Geneſ. 22. colligitur ex illo Geneſ. 22. vbi de Abraham dicitur, parato occidere filium vnigenitũ propter Dominũ, *nunc cognoui quod timeas Dominum, & nõ pepercisti vnigenito filio tuo propter me*. Poſſet aliquis dubitare, cur timori illud factum tribuitur potiùs, quàm amori? Nonne ipſamet veritas dixit Ioan. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis?* Nonne Abraham, offerendo vitã vnigeniti in Dei obſequium, propriã millies videbatur impẽdere? Cur igitur dictũ fuit. *Nunc cognoui quod timeas*, & nõ potiùs quòd ames? Poſſet reſpõderi, per verbum illud ſignificari, non quemcũque timorem, ſed illum caſtum, & filialem, qui charitatẽ ſemper habet annexam, nec ab ea, quãuis perfecta, vnquam excluditur. Verùm præterea (quo ſubtiliùs aliquantò, & diſtinctiùs de re hac diſſeramus, noſtroq; propoſito magis conſonè) iſtiuſmodi loquẽdi modo ſignificauit Deus ſingularem quandam amoris erga ipſum, proprietatem; amor enim rationalis creaturæ erga Deum, nõ debet eſſe secũdùm illam amicitiæ ęqualitatẽ, quę ſolet eſſe inter pares, ſed profundiſſima cũ ſubmiſſione, reuerẽtia, tremoreque cõiunctus, quin etiam reſpectu eorum, quæ Dei iuſſu agenda ſunt homini, adiunctã habere debet prõptiſſimam, & abſolutiſſimã obediẽtiam, & in homine, qui in terris eſt, peccare potente annexum habeat ſummũ offendẽdi Dei timorem neceſſe eſt. Ad quod totũ indicandũ, manifeſtè amoris eſt, timori tribuitur loco citato, vt ſic admoneremur, illum amorẽ, ad ineundã cum Deo amicitiã, ex parte noſtra eſſe neceſſariũ, qui cũ obſequio, & reuerẽtia maxima eſt coniunctus; nã amicitia dicitur ſupereminẽtiæ, qualis nõ eſt inter pares. Quod totum alio pulcherrimo loco eiuſdẽ ſacrę Scripturæ, ſcilicet Cantic. 8. fit euidentius: Cant. 8. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuũ, vt ſignaculũ ſuper brachiũ tuum*. Quæ verba ſunt ſponſi, primùm, mutuum amorẽ, ad indiſſolubilem amicitiã contrahendã, à ſponſa depoſcentis; inquit, igitur, volo, vt me habeas, vt cordis ſignaculũ, neque toto affectu diligas. Deinde, vt perpetuitati huius amicitiæ cõſulat, admonẽtis, vt illũ ſicut par eſt, diligat, & amet, illis verbis. *Pone me, vt ſignaculũ ſuper brachium tuum*. Nam quemadmodũ ſeruorum eſt, vt præcincti, & 5
ſeminuda habẽtes brachia ſeruiant, vt promptiores, & expeditiores ſint in dominorũ obſequiũ, ita cum hęc amicitia ſit excellẽtiæ, & ſupereminentiæ, ſic te redamare oportet, vt amici induas perſonã, & ſerui, eo inquam amore, qui illã perpetuò habeat coniunctam reuerentiã, & prõptitudinẽ ad obediendũ, & ſeruiendũ, quæ decet ſeruũ, erga Dominũ ſuum, vel alio pacto, quod ad eundẽ ferè ſenſum tẽdit, & finẽ. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*, ad illã alludẽs conſuetudinẽ, qua ſerui quibuſdã notis, igne cãdẽti, ſignari ſolent, vt quocunq; tetẽderint, illis notis dignoſcantur, & quod ſerui, ac mancipia ſint, & cuius ſint ſerui. Sic igitur Deus mutuũ amorẽ efflagitat 6
à ſponſa, vt etiã meminerit, cũ quo inierit amicitiã, ſeque in omnibus eius ſeruã eſſe teſtetur. Praxim hu-

Ioan. 15.

Adducitur ſacra Scriptura ad id confirmandum.

4

ius theoricæ oſtēdit Apoſtolus, qui non cōtentus redamare Chriſtum, ſicut decebat amicum, dum dicebat ad Rom.8. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia?* &c. qualē etiam profitebatur amicitiam, teſtatur dum etiam ſtigmaticum eius ſeruum ſe eſſe confitetur ad Galat.6. *De cætero nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto*, illemet enim ignis, qui inuſſit cor eius ad redamādum, quibuſdā quaſi inuſtis notis illum cōſignauit, vt ſe ſeruum etiam ſentiret eius, cuius profitebatur eſſe amicus, & ab omnibus dignoſceretur. Quod totū aliis verbis ipſemet Dominus explicauit, dicēs Ioan.14. ſi quis diligit me, ſermonē meum ſeruabit, volens paucis indicare, hāc amicitiā inter nos, & Deū ſitā eſſe in mutuo amore, & prçterea ex parte noſtra in perpetuo obſequio, in exequendis continuò mandatis eius, cū ſit inter perſonas, inter quas non poteſt ſeruari æqualitas ſimpliciter, ſed proportionalis. Et hactenus de prima reſponſione.

Rom.8.

Galat.6.

7 Poteſt ſecundò reſpōderi cū D. Hieronymo in c.7. Micheç, amicitiā vel eſſe inter çquales, vel ipſam certè reddere aliqua ratione æquales; idque verificari etiā de amicitia inter Deum, & hominē, quod duplici probatur ratione, primò, quia charitas Dei, erga homines efficit, vt Deus ipſe quodammodo ad hominē ſe dimitteret, iuxta illud ad Philip.2. *Exinaniuit ſemetipſum, formā ſeruī accipiens.* Secundò quia eadem Dei charitas exaltauit hominem, & quodammodo erexit ad diuinā dignitatem, iuxta illa verba 2. Petri, ideſt, *Magna, & pretioſa nobis donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ*, quibus conſonat id, quod Cicero præcipit in libro de amicitia, vt ſcilicet amicus quātùm opus ſit, ad amicum ſe demittat, eique ſe exæquet.

Hieronym. Amicitia, vel eſt inter æquales, vel ipſa reddit æquales.

Philip.2.

2.Petr.1.

Cicero.

Sed poteſt hoc ipſum magis ex proprijs probari ex natura ipſa amicitiæ, & charitátis, quæ quamuis ſit inter inæquales, non tamen ita inæqualitatē conſiderat, ſed vnionem; quatenus amātes mutuò cōueniunt in aliquo communi. Quod patet ex differerentia inter charitatē, & religionē; religio enim qua Deum colimus, & adoramus, reſpicit ipſum ſub reſpectiua ratione per cōparationē ad honorantem, tenditque in excellentiā ipſius, in quātum excedit ipſum adorantem, vt amor amicitiæ, & charitas ex formali ſua ratione non nititur bonitati, vt cōſtituit vnum ſuperiorē alteri, nec ſub reſpectiua ratione ſuperioris, ſeu excellentis, ſed vt conſtituit vnum cum altero. Vnde quamuis in exercitio, modo, & gradu amoris, etiam attendat modum, & gradum hominis, quia hoc ſpectat ad debitū modum, quem ſeruat omnis virtus, nihilominus ad vnitatē amicitiæ ſufficit conuenientia in aliquo cōmuni bono, licet illud bonū non æquè ab omnibus participetur: & hic ſenſus eſt verborū D.Tho.2.2.q.25.art.1. ad 2. dum, inquit, *amorē ferri in bonū in cōmuni*, nō, vt voluerit ferri in bonū in cōmuni, nō in particulari: hoc enim eſt tā apertè falſum, vt nō potuerit in mētē D. Tho. vnquā venire; ſed intellexit non ferri in bonum ſub ratione reſpectiua ſuperioris, & excellentis, vt diſtinguit bonitatem à bonitate, ſed ferri in bonū, vt conſtituit vnū cū altero, charitas enim vinculū eſt, quo & homines inter ſe, & cū Deo vniuntur per gratiā. Hçc autem charitatis natura, quæ à religione differt, ex vulgari, & cōmuni ſenſu hominū poteſt comprobari; Nam vbi perſonæ inæquales ſe ſe cōmunicāt, vt amici, quodammodo inæqualitatis obliuiſcuntur, vel illā diſſimulant, vt amicitię detur locus, cum 8

Amicitia nō inæqualitatē cōſiderat, ſed vnionē inter amicos.

Thom.

9 Quomodo charitas ergā Deū differt à Religione erga eundem.

cum verò honoris ratio habẽda eſt tunc vniuſcuiuſq; excellentia,& dignitas formaliter attenditur, & in hoc ſenſu dicitur excellentia diuina incommunicabilis creaturę, ſcilicet vt ratio eſt talis cultus. Bonitas autem dicitur communicabilis, non quidem vt reddat creaturam æquè bonam ac Deus, ſed ita vt coniungat creaturam cum Deo in vera amicitiæ vnitate.

10 Audiamus Scripturã, cõmunem omnium magiſtram. Dauid Propheta quando agit de amãdo Dominũ, audi quid dicat Pſal.12. *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentũ meũ,& refugium meum,&c.* loquitur de Deo, quaſi vnũ ſit cum ipſo,& illius fortitudo,& firmamentum ſit vtrique commune, non cum illo agit vt ſolet ſeruus, & ſubditus cũ ſuperiore,&Domino,ſed tali pacto, quaſi Attributis diuinis pro re ſua poſſit vti;ita vt nullũ diſcrimen, nullaq; diuerſitas eſſet inter ipſos, hoc enim potiſſimũm attendit amicitia,& charitas. Similiter cõfirmat Iſai.cap.12. *Fiducialiter agam,& non timebo,quia fortitudo mea,& laus mea Dominus,* quaſi dicat,quãtus quantus eſt,totus meus eſt, fortitudo, & laus mea,idcircò *Fiducialiter agam,& non timebo!* cum eo,tãquam cum amico agam,omni depoſito timore. At verò quando de illo honorando, & glorificando ſermo eſt, quod ad religionem pertinet,mutat dicendi formam Exod.15. *Iſte Deus meus,& glorificabo eum; Deus Patris mei, & exaltabo eum,* illum in maieſtate cõſiderat, nec quocunque modo, ſed quatenus talis excellentia incõmunicabilis nobis eſt,ratioq; talis cultus eſt Deus, omnem continẽs perfectionem,eãq; ab omni creata infinitè diſtantem. Nec nouũ quid eſt, quod de eius maieſtate prædicat, ſed ita antiquum,vt ſit Deus meus, inquit,& Patris mei, maiorũq; omniũ,nec vllum poſſit vnquam amplitudinis eius dari exordiũ,ergo omne ei debetur obſequiũ, glorificabo illũ,pariter,& exaltabo,dignus eſt .n. omni laude. Cognouit hoc etiã diſcrimen Dauid Propheta,vt teſtãtur illius verba Pſal. 29. *Pſallite Domino Sancti eius,& cõfitemini memoriæ ſanctitatis eius,* ideſt laudẽt eũ, eius magnitudinem, & maieſtatẽ cõmemorantes,id namq; ſignificare ſanctitatem,celebritatem ſcilicet, ac maieſtatẽ; plura ſunt loca ſcripturæ, quæ id docent, vt animaduertit in hunc Pſalmũ Agellius. Et pulchrè cũ ad actũ religionis inuitat Propheta, vt eſt pſallere,& confiteri, ideſt laudare;maieſtatem,& celebritatem,vult cõmemorari,nam id reſpicit religio

Pſal.12.

Adducitur ſacra Scriptura ad confirmandam prędictã doctrinam.

Iſai 12.

Exod. 15.

Pſal.29.

Nec debet à propoſito deterrere, 11
quod etiam bonitatem prædicet,& laudet,ſicut in illo Pſal.135. *Confitemini Domino,quoniam bonus,quoniam in ſæculum miſericordia eius;* nam illã bonitatem conſiderat, qua ſibi ſoli ſufficit, nec alterius participatione indiget, ſed totius bonitatis fons eſt,& origo,ac in primo illius Pſalmi verſiculo habetur nomẽ quatuor literarũ,quod ſoli Deo vero, propriũ eſt,&nunquã cõmunicatur cũ rebus creatis, de quo prędicatur bonũ nõ quodcũq;, ſed quod abſolutè eſt,& dicitur bonũ,quod .n. ſummè,& abſolutè eſt,ei iure ſummum, & abſolutum debet tribui bonum,& omninò conſiderat Dauid bonũ vt cõſtituit non vnũ cum altero,ſed vnũ ſuperiorẽ altero,quod ad religionem, vt diximus,pertinet:ſicut è contra excellentia quandoque pertinet ad amicitiã,& charitatẽ,non tamen in ea ſiſtendum eſt, ſed quatenus hoc excellens bonum ſe nobis cõmunicat. Sic docent illa verba Pſalm.44. *Audi filia,& vide,& inclina aurẽ tuã,* &c. vbi Propheta ſponſam hortatur, vt obliuiſcatur domus Patris ſui, ſuorũ omniũ, ſeq; totam tradat ſui

Pſal.135.

Pſal. 44.

ſponſi

ſpõſi amori,nec ſolùm ob illã rationem, quam ſubiungit. *Et concupiſcet Rex decorem tuum*,&c. ſed etiam ob illam aliam,*quia ipſe eſt Dominus Deus tuus,& adorabunt eum.* Vult,vt amet,quia eſt Deus,quẽ adorabunt omnes, ſed iſta excellentia amoris, & amicitię ratio eſt,quatenus communicatur,ideſt iſte Deus, quẽ omnes adorabunt, erit tuus ſponſus, vtriuſque tecum ſpiritus:vnde tu etiã vnum quid cũ eo facta,huius honoris, & magnitudinis eris particeps. Hinc eodem loco ſubditur. *Et filia Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur.omnes diuites plebis*: hoc eſt, tanta Regis gloria in te quoque redundabit, eius facta ſponſa, & in Reginæ pariter conſtituta dignitate.

12 Collatio mutua beneficiorum an ſit de eſſentia amicitiæ.

Poteſt obijci tandem, amicitiam eſſe amorem mutuum, beneficijs confirmatum,vt ſępè docent Philoſophi, & per ſe conſtat, mutuum enim amorem conſequi ſolent mutua beneficia, ſed homo non poteſt conferre Deo beneficium, vt conſtat,ergo ex hac parte impeditur ratio amicitiæ. Sed reſpondetur,collationem beneficiorum non eſſe de eſſentia amicitiæ honeſtæ, ſed potius effectum, vt tradit Ariſtot.4. Ethic.cap.5. ſufficit verò ad confirmandam hanc amicitiam, ſi homines quoad poſſint, ex gratia Dei ſtudeant illi obedire, & vt par eſt, obſequium offerre. Quod poteſt confirmari illo Pſal.118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in ęternum,propter retributionem.* Quod nonnulli etiã exponunt actiuè, vt retribuam tibi, quod debeo, homo enim quodammodo Deo videtur rependere quod accepit,dum eius ſeruat præcepta.

(Ariſt.) (Pſalm.118.)

Tertia conditio amicorum conuictus, & ſocietas,bonorumq; aliqua communicatio, qua mutuus amicorum amor nitatur. Cap. 8.

1 Ariſt. EX Ariſt.8.Etich.cap.3.colligitur,maximè ad amicitiã pertinere quaſi conuictum, & ſocietatem quorundam amicorum; ideo enim ait Philoſophus eodem loco, abſentiam,& ineffabilitatem ſolere multas amicitias diſſoluere. Præterea ad amicitiam requiri videtur bonorum aliqua communicatio, eiuſmodi,quæ viciſſim alter amicorum impertiat alteri; vtroque nomine videtur difficilis,ne dicam impoſſibilis, amicitia inter Deum, & hominem: priori tum quia in huius vitæ ſtatu talis ſocietas, & conuictus inter Deum, & hominem non eſt, *Siquidem Peregrinamur à Domino dum ſumus in hoc corpore* 2. Corinth.5. tum etiam quia quamuis Deus intimè ſit in omnibus per præſentiam, eſſentiam, & potentiam, nihil quod pertineat ad realem, & intimam hanc exiſtentiam Dei in anima, per hanc amicitiam acquiritur, quia Deus, & Perſona diuina non mouetur, & anima ſupponitur præexiſtens. Neque etiam augetur ex parte Dei propter eandem immutabilitatem, neque ex parte animæ, quia illa indiuiſibilis eſt, & toti Deo eſt totaliter, & intimè præſens ſecundum eſſentiam. Neque in eo modo exiſtentiæ Dei in re aliqua poteſt dari magis, vel minus. Poſteriori, nam quæ bonorum communicatio poteſt eſſe inter Deum, & hominem, cum homo nihil Deo tribuat; iuxta illud Michеæ 6. *Quid dignum offeram Domino?*&c. Mich.6.

(2. Cor.5.)

Sed

Digitized by Google

2 Sed his obiectionib. ſtabilitur magis hæc amicitia inter Deum, & hominem, quàm diſſoluitur. Ac primũ dico, vt hinc incipiam, cõuictum illum, & præſentiam amicorũ mutuã, non eſſe conditionem eſſentialem amicitię, cõtingit enim, aliquos, qui nunquam ſe viderunt, veram colere amicitiam, modo per litteras, vel alia ratione conſtet vtriq; de mutuo amore, quàm autem conſtet homini, Dei ergo ipſum amor, infra explicabimus. Poſſet etiã addi, iuſtos, & amicos Dei ſic à Domino, dum ſunt in corpore, peregrinari, vt tamen illorum conuerſatio magna ex parte ſit in cęlis cũ Deo, vt ait Apoſtolus ad Philipp. 3. Verùm quia non parum foueri ſolet amicitia illa mutua amicorum præſentia, & conuictu, neq; id in amicitia inter Deum, & hominem deſiderari, ſuomet ore teſtatur Chriſtus Ioan. 14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. At quid noui, inquies, per hãc acquirit amicitiam, quod pertinet ad realem, & intimam Dei præſentiam? argumenta enim ſupra facta probant ſatis, nihil tale eſſe. Verùm poſſet dici, ſi per impoſſibile fingamus, Deum non eſſe realiter præſentem intra animã, eo ipſo, quod anima gratia ſanctificante, & charitate decoratur, ipſemet Deus, omneſque tres Perſonæ aduenirẽt per intimã, & realem præſentiam, in illaq; manſionem facerent, quandiu gratia, & charitas in ea permaneret. Quod ſi ritè explicetur, à vero nõ abhorret, nam per gratiam, & charitatem perfectiſſima quędam amicitia contrahitur inter Deum, & homines; amicitia verò ex ſe petit vnionem inter amicos, non ſolùm per affectuum conformitatem, ſed etiam per inſeparabilem præſentiã, & coniunctionem, quò ad eius fieri poteſt; perfectiſſima verò, qualis eſt ſpiritualis, & diuina, iure ſuo poſtulat intimã Dei præſentiam in homine, qui amicus cõſtituitur per talia dona, vt quãuis alio titulo ibi non eſſet Deus, hic ſufficeret.

Conuictus & præſentia amicorũ mutua, non eſt cõditio eſſentialis amicitiæ.

Philip 3.

Quomodo mutua amicorũ præſẽtia, & cõuictus reperitur in amicitia inter Deum, & homines.

Nec alienus eſt ab hac explicatione D. Tho. dum ait 1. p. q. 8. art. 3. & q. 43. art. 3., dari modũ ſpecialẽ, quo Deus eſt in creatura rationali, ſicut cognitũ in cognoſcente, & ſicut amatum in amante; nã per gratiam, & charitatẽ manet Deus in anima, vt obiectũ cognitum, & amatũ non vtcumq;, ſed per modũ amici, intimè dilecti, qui non quocunq; modo dicitur eſſe obiectiuè in amante, ſed tanquam bonum intimè præſens, & intra ipſum amantem exiſtens: quia autem hæc amicitia non eſt omninò inter æquales, ſed cum debita proportione (vt iã diximus) ideo ex vi illius nõ ſolum manet Deus, vt amicus, ſed talis, vt ſit etiam Protector, & Rector eius, cũ quo iniuit amicitiam, curãq; illius gerit, non ſolũ generali prouidentię titulo, ſed ſpeciali etiam amicitiæ contractæ intuitu. Hoc ſibi vult illud Dauid Prophetæ Pſal. 7. *Iuſtum adiutorium meũ à Domino, qui ſaluos facit rectos corde*. Nã cum peculiari nomine protector ſit, & Saluator Iuſtorũ, iure ſibi vẽdicat auxiliũ, diuinamq; opẽ, in anguſtijs. Præterea quia charitas, licèt bonitatem attendat, vt conſtituit vnum cũ altero, in exercitio tamen, & gradu amoris, modũ etiam reſpicit, & gradũ bonitatis; Ita ſit Deus intimè nobis præſens per hanc amicitiam, vt etiam inhabitet in Templo viuo, in quo adoretur, dignumq; ei, vt par eſt, præſtetur obſequium, iuxta illud Apoſt. 2. Corinth. 6. *Vos enim eſtis Templum Dei viui*. Et idem alibi, *An neſcitis quoniã mẽbra veſtra Templũ ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt?*

3 Thom.

Pſal. 7.

2. Cor. 6.

4 Ad aliã obiectionẽ partim reſpõſum eſt ſupra, partim poteſt reſpondende-ri,

deri per ſe, & eſſentialiter ad amicitiam requiri, vt amici aliquod, vel aliqua bona inter ſe cõmunicent. Vt autem eiuſmodi bona ab altero in alterum viciſſim deriuentur, non eſt ad amicitiam per ſe requiſitum (quãuis foueatur quidẽ inter homines mutuis largitionibus) alioquin inter duos homines virtute præditos, qui ob ſolam virtutũ cõmunicationẽ ſe mutuò diligunt, vera amicitia non poſſet conſiſtere, conſtat .n. virtutẽ non eſſe, donũ, quod alter amicorũ alteri impertiat: ſatis igitur ad amicitiã inter Deũ, & hominem, illa bonorũ cõmmunicatio, quã ſupra indicauimus eſſe inter vtrumq; tametſi abſque mutua vtrinq; largitione. Adde, quod etiam homo impertit Deo honorem, & obſequiũ, ſeſeq; totũ illi poteſt offerre; quod munus ab homine in primis Deus requirit, iuxta illud Prouerb. 23. *Prębe fili mi cor tuum mihi*.

Quomodo requiritur ad amicitiã vt amici aliqua bona inter ſe cõmunicent.

Prou. 23.

Quarta conditio, vt amor mutuus non lateat. Cap. 9.

1 QVarta, & vltima cõditio, quam enumerãt, amicitię cõſeruandæ ſatis neceſſaria, eſt vt amor mutuus ipſos amicos nõ lateat, ſed aliquibus, vel officijs, vel ſignis, vtriq; illorum ſit cognitus; Nam, vt inquit Ariſt. 8. Ethic. cap. 2. Amicos autem eos, qui quomodo inter ſe affecti ſunt, ignorant, appellare quis poſſet? Ideq; c. 3. Amicitia, inquit, eſt redamatio non latens: nec hęc cõditio in amicitia, de qua agimus, deſideratur, Deo .n. de amore iuſti in illũ, & iuſto de amore Dei erga ipſum conſtare quantùm ſatis eſt ad amicitiæ rationẽ, poteſt nõ difficile probari. Ac de Deo quidẽ, quod amorẽ iuſti erga eũ cognoſcat, non eſt dubium, *Cognouit enim Dominus qui ſunt eius*, ait Apoſt. 2. Timot. 2. Quod ſi idem ſcrutatur ꝓfunda cordiũ, quo pacto nũ quis illud amet amore verę amicitię poteſt illi eſſe occultũ? ſi de iuſto autẽ an cognoſcat illã Dei dilectionẽ, quã beneuolentiã dicimus, nec eſt ambigendũ, cũ tot rerũ experientię, ſimul & ipſa fides id doceãt, cõſiderãtiq; Dei in carne Oeconomiã, manifeſtè patebit, omnia eius attributa diuina defeciſſe quandoq; viſa eſſe, nũquã tamẽ amorẽ, & erga nos ſuam beneuolentiã. Defectũ viſa eſt pati eius ſapiẽtia, quãdo inſipiẽs eſt habitus. Similiter eius innocentia, quando inter iniquos reputatus eſt. Pręterea eius potẽtia, qñ ligari, & in Crucẽ tolli ſuſtinuit; At nunquã amor, qui tũc magis ſe proferebat, cũ cętera abſcõdebãtur. Vnde hoc etiã nomine dici de Deo poterat, verè tu es Deus abſconditus Iſai. 45. nã qua abſcõdebatur eius diuinitas illo cęterorũ attributorũ quaſi defectu, ea manifeſtabatur tam ineffabili amore, qui inter illas denſiſſimas tenebras magis illuxit.

Ariſt.

Quomodo hæc conditio in amicitia inter Deũ, & hominem nõ deſideratur

2. Timot. 2.

Quãdo videbãtur defeciſſe cætera attributa Chriſti diuina, tũc magis ſe ꝓferebat amor.

Iſai 45.

2 Si autem loquamur de amore amicitiæ, quod iuſtus cognoſcat hãc dilectionem Dei erga ipſum, quæ in mutua dilectione eſt poſita, videtur probari ex illo Apoſt. ad Rom 8. *Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quod filij Dei ſumus*. Quod dictum, & Origenes, & Patres cõplures de teſtimonio exhibito à Spiritu ſancto, ſpiritui noſtro intelligũt, & per ſpiritum noſtrum, ſuperiorem animæ noſtræ partem exponũt: huic Spiritum ſãctum dicit Origenes teſtimoniũ reddere nos eſſe filios Dei per affectum ipſum, quo non timore iam, ſed amore legem Dei impleri experimur; affectus ergo hic teſtimonium eſt Spiritus ſancti, redditũ animæ affectum experienti, nos eſſe filios Dei, nõ quod certitudo Fidei diuinæ inde oriatur; ſed quia, inquit Anſelm. ad Rom. 8. Ambroſ. in Pſal. 118. in illa verba, *Memor fui iudiciorum tuorum*: Leo Põtifex ſerm. 1. de Epiph.

Rom. 8.

Quam certitudinẽ habẽt iuſti in hac vita de ſua iuſtitia, & quod maneãt in charitate.

Anſelm.
Ambroſ.
Leo Papa.

Bernard. Vega lib. 9 in Concil. Trid à c. 32 vſq; ad 35.

Epiph. & ſerm. 2. de Paſch. Bernard. ſerm. 1. de Annunc. & ſerm. 3. de ſeptem, & alij, Spiritum ſanctum in mentibus Iuſtorum inſerere opinionem quandam ſuæ iuſtitiæ, quę quibuſdam nititur coniecturis, admodum probabilibus, quæ ſufficiunt, vt valeant animum Iuſti in ea re, quantùm ſatis eſt, ſecurum, atque pacatum reddere. Quò etiam pertinere poteſt illud Apocal 2. *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, &c. quod nemo ſcit niſi qui accipit*. Vbi Ambroſius, & Anſbertus aiunt, poſſe per hunc calculum charitatem intelligi, quæ candorem habet, & ignem: candorem quidem quia veſtis eſt; ignem, quia amor eſt. Et Primaſius calculũ, dicit, eſſe adoptionem in Filium Dei, quæ fide, & charitate continetur, dum autem ſubditur, *quod nemo nouit, niſi qui accipit*; ſatis indicatur, eum certè noſſe, quantùm ſatis eſt, Dei erga ſe gratiam, eiuſque ſuauitatem, qui diuinę gratię donum accipit. Quibus non repugnat illud Iob 9. *Si venerit ad me, non videbo eum:* Nam vtrumque verum eſt; & quod intelligit iuſtus Dei in ſe aduentum per gratiam, perſuaſione, vt dictum eſt, probabili; & quod eum tamen non videt, quia non ſcit certitudine fidei, vel perſuaſione, nimirùm euidenti, & ex ſuo genere, infallibili. Cui expo-
3 ſitioni fauet Diu. Gregor. Poſſunt etiam illa verba Iob ad inuiſibilitatem Dei referri, nam cũ Deus ſimpliciſſimus ſpiritus ſit, & inuiſibilis corporeis oculis, neq; nos adorientem, & aggredientem, cum venit, neque aliò diſcedentem à nobis; referentemque pedem ſentire poſſumus; quare neque illius ictus, vulneraq; vitare, neque vlla ratione illum lędere fas eſt, quæ eſt inuicti cuiuſdam hoſtis deſcriptio.

Apoc. 2. — Ambroſ. Anſbertus — Primaſius. — Iob 9.

Quidnam ſit melius, amare Deum, an amari à Deo? Cap. 10.

Hanc quæſtionem proponit Diu. Auguſt. tract. 129. in Ioann. ſed myſticis quibuſdam interpretationibus conatur illam determinare. Verùm nos reſpondemus, Amari bifariam ſumi poſſe; vel quaſi in actu ſecundo, vel obiectiuè, & quaſi aptitudine, quod eſt idem, quod eſſe amabile: ſi priori modo accipiatur, non eſt actus hominis, ſed denominatio ab amore, qui in Deo eſt. Et hoc pacto ſimpliciter, melius, & nobilius eſt amari à Deo, quàm ipſum amare. Vnde non immeritò, prudentiæ, & ſapientiæ maximopere à Patribus. Laudatur qui nuntius iuit Chriſto, à ſororibus Lazari miſſus, ſic affatus Ioan. 11. *Ecce quem amas infirmatur*; cum multas poſſet afferre cauſas, quibus animũ Chriſti ad ſanitatẽ pręſtandã inducere poſſet, potiſſimam attulit. Vna illarũ ſororũ erant preces; nẽpè infirmatur Lazarus, rogamus, vt eũ ſanes: quantùm autem valeant amicorum preces ad impetrandum ab amicis, etiã apud Chriſtum, teſtatur Luc. 4. dicens. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt pro ea, & imperauit febri, & dimiſit illã. Altera cauſa eſt ipſamet 2
cõſanguinitas etiam ſine precibus. Deus enim & homines ſolent multa facere pro his, quos cõiunctos ſciũt amicis, quos diligunt. Sic Scripturę ſacræ oſtendunt exempla, vt illud 3. Reg. 11. *Propter Dauid pepercit Deus Salomoni, ne regnum, eo viuẽte diuideretur*. Et illud aliud Geneſ. 18. quando Deus propter decẽ iuſtos Sodomitis parcere paratus erat. Sufficiẽs igitur cauſa erat Lazaro obtinendi ſanitatẽ, eum eſſe fratrẽ earũ, quas Dominus diligebat: potuiſſet igitur dicere

1 Auguſt. — Diſtinctione opus eſt in dirimenda hac quæſtione. — Ioan. 11. — Prudentię laudatur nuntius miſſus à ſororibus Lazari infirmi ad Chriſtum. — Luc. 4. — 3. Reg. 11.

dicere Domine frater noſter infirmatur. Tertia cauſa erat ipſius infirmi erga Chriſtum amor, petere enim ſolemus pro ijs, qui indigent; & impetrandi cauſa eſt, ſi ij, quibus petimus, beneuolo ſint animo, & grato erga eum, à quo eſt impetrandum; Vt enim inquit Ambroſ. lib. 2. de off. c. 7. Amor vnius inducit alterum ad redamãdum. Et Auguſtinus lib. de cathechizandis rudibus c. 4. Rudis, inquit, eſt animus, qui dilectionem, quam nolit impẽdere, nolit rependere: poterant ergo dicere, Domine, ecce qui te amat, infirmatur: ac ita Luc. 7. factum eſt, Dignus eſt, vt hoc ei præſtes, diligit enim gentem noſtram. Quarta cauſa eſt ipſius ſubuenientis amor; hæc eſt omnium potiſſima, quãdo enim qui ſubuẽturus eſt, amat eum, qui indiget, etiam ſi nulla cæterarum adſit cauſa, ſufficit: quando verò deeſt; cæteræ vix animos eorum, à quibus beneficia ſperantur, mouent; efficacior eſt enim amor ſubuenientis, vt benefaciat, quàm amor indigentis, vt benefiat ei; ad hoc enim & preces, & cætera tendunt, vt voluntatem inclinent ſubuenientis erga eũ, cui eſt ſubueniendũ: prudenter ergo, & ſapienter nuntius ille hanc cauſam, prætermiſſis alijs, exprimit: *Ecce quem amas infirmatur*.

Ambroſ. August. (margin); 3 and 4 mark the third and fourth causes.

Quo ſenſu poteſt dici, meliùs eſſe amare Deũ, quã amari à Deo.

Meliuſq; proculdubio, ſimpliciter eſt, (vt ad rem noſtram reuertamur) amari à Deo, quam amare Deum, ac etiam nobilius, quantùm præſtat Deus rebus omnibus creatis; licèt in ratione ſigni poſſit dici quoquo pacto meliùs amare Deum, quia nota eſt illius amoris diuini, qui amor dicitur amicitiæ, & mutuus eſt amor; quod per illud amari, ſimpliciter prolatũ, non ſufficienter exprimitur; poteſt enim etiam intelligi de amore beneuolẽtiæ. At ſi termini accipiãtur pares, & de illo amore ſermo ſit, qui ex aduerſo eſt actui noſtro ſecundo, qui dicitur amare; ſic amari (denominatio, inquam, ab amore, qui in Deo eſt) omni nomine meliùs eſt, & dignius. Nec militat contra hæc quæ diximus, quòd Ioannes Euangeliſta ſæpiùs dicitur à Domino magis dilectus Ioan. 13. 20. & 21. Cum tamen colligi videatur ex Euangelio Ioan. 21. Petrum dilexiſſe Chriſtum pluſquàm cæteri Apoſtoli; nam dilectio, quam erga Ioannem ita ſpecialẽ habere dictus eſt Dominus, cuiuſdam amicitiæ fuit humanæ: non enim omnes quos charitate diligimus, eos tanquam amicos amicitia humana, & honeſta complectimur: habuit hanc Chriſtus erga Ioannem, quem præter charitatis dilectionem, amore humano, & honeſtæ amicitiæ etiam proſecutus eſt ſupra omnes alios. Non tamen hinc dirimenda eſt illa controuerſia, num Ioannes melior fuerit, & ſanctior Petro, & omnibus alijs; quam nec D. Tho. 1. par. q. 20. art. 4. ad 3. nec D. Bonauent. in 3. diſt. 32. quæſt. vlt. voluerunt definire; nec ego audebo quicquam hac de re determinare.

Ioan. 13. 20. & 21. Thom. (margin)

5 (margin, beside "de amore beneuolẽtiæ")

6 Si autem amari ſumatur obiectiuè, & quaſi aptitudine, quod eſt idem, quod eſſe amabile, præſtatur à charitate, quæ eſt in nobis non effectiuè, ſed formaliter, nec per ſe primò, ſed ſecundariò; nam primò id confert gratia; charitas verò, quantùm ab ipſa eſt actus amandi Deum: quod cũ bonum ſit, Deoq; valdè gratum; conſequenter fit, vt qui Deũ amat actu, vel habitu; hoc ipſo amabilis fiat: quare hoc modo amari, ſi conferatur cum actu noſtro charitatis, qui eſt amare, habet reſpectu illius quodammodo rationem finis.

Quod

Quod gaudium ſit in Deo. Cap. II.

1 Quid ſit gaudium. GAudium quoque in *Deo* eſſe, non ambigimus; nam cum ipſum ſit vitalis quædam ſuauitas, quæ ex amore ad præſentiam rei amatæ in voluntate gaudentis exiſtit, nullam, ſecundùm ſuam rationẽ formalem, imperfectionem includit; cur igitur Deo eſt negandum? *Dices*, ſe habere per modum paſſionis, ex amore, ita dicto reſultãs. Verùm non propriè dicendum eſt, quod ſit paſſio, quaſi ex parte rei veram ſui cauſam habens, & requirens, ſed quemadmodum voluntas, quæ in *Deo* ſe habet per modum volitionis, ſecundùm noſtrum modum intelligendi intellectionem prærequirit, quam diximus veluti vltimò cõſtituere eſſentiam diuinam, & ideo ex *Damaſceni* ſententia, & aliorum Patrum volitionem inter ea, quæ circa eſſentiam ſunt, numerauimus; ita etiam dicendum eſt, gaudium eſſe attributum diuinum, quod præfatum amorem, & cœtera, quæ ab amore preſupponuntur, prærequirit.
2 Et quemadmodum amor, qui vnus, & idem eſt ſecundùm ſubſtantiam; diuerſus autem ratione, fertur in obiectum primarium, & ſecundarium; in vnum neceſſariò, in alterum autem liberè; ita *Deus* gaudet non ſolùm de ſe ipſo, & de bono ſuo, quod eſt ſemper præſens, & quod infinitè amat; ſed de bono creaturarum, & præſertim rationalium: de priori quidem, neceſſitate abſoluta, & ſimpliciter; de poſteriori verò ex ſuppoſitione, nam gaudium neceſſariò reſultat ex amore, ad præſentiã boni amati: ſuppoſito igitur, quod *Deus* voluerit amare creaturas, & præſertim rationales, non poteſt non gaudere de illo bono, quod ad ſalutem earum ſpectat, quando eſt præſens, ſeu poſſidetur, cum in ſua ratione nullam imperfectionem includat. Vnde etiam ſacra Scriptura hũc effectum *Deo* tribuit, quæ cũ proprietate poteſt intelligi, & eadẽ ratione quando contingit perſonã à *Deo* dilectam non habere bonum illud, quod Deus illi vult, etiam poteſt Deus habere deſiderium talis boni, nam licet circa ſe non poſſit habere talem actum, quia non poteſt ipſe non habere omnia ſua bona, reſpectu tamen alterius poteſt habere illum, quia aliter poteſt carere eis bonis, quæ illi *Deus* vult; & talis videtur eſſe voluntas, qua *Deus* vult omnes homines ſaluos fieri 1. ad Timoth. 2. de qua re multa diximus ſupra, & infra etiã alia ſunt dicenda. Quin etiam addo, omnes ſex actus, qui ad concupiſcibilem pertinent (excepta triſtitia) poſſe diuinę tribui voluntati cũ proprietate, & ſine Metaphora. Sed videamus quid dicẽdũ ſit de odio, de quo eſt ſpecialis controuerſia, num ſit Deo tribuendum.

An actu deſiderij ſit in Deo. 1. Timot. 2. Omnes ſex actus qui ad concupiſcibilẽ pertinent (excepta triſtitia) cum proprietati poſſunt tribui diuinæ voluntati.

Affectus odij an Deo conueniat.

OPVSC. XXIII.

Cap. I.

ANtequàm hanc difficultatem explicemus, Notãdum priùs eſt, odium in affectu fugiente conſiſtere; eſt enim auerſio, ſeu alienatio appetitus à re ſub aliqua ratione mali appræhenſa. Quod ſi quis rurſus quærat. An in actu poſitiuo ſit poſitum? Caietanus 1. 2. q. 9. art. 1. cũ diſtinctione reſpondet; Vel enim de odio abominationis loquimur, & hoc ſe habere inquit ad malum, 1

Caiet. Duplex eſt odium.

Nn quod

quod reſpicit, per modum negationis; Vel de odio inimicitiæ, quod oppoſitum eſt amori amicitiæ, & hoc vult ſe habere ad obiectum ſuũ per modum proſecutionis.

2 Mihi autem non diſplicet eorum ſententia, qui cenſent, odium, ſic vniuerſim ſumptum, vt omnem actũ appetitus, qui tale dicitur, complectitur, in actu poſitiuo conſiſtere; nã ſicut omnis actus cognoſcentis potentiæ eſt; ita appetentis eſt appetitio. Et explicatur hoc magis à ſimili; Nam ſicut diſſentire ipſius intellectus cum iudicat, aliquam propoſitionem eſſe falſam, vel Petrum nõ eſſe alium, non eſt receſſus, vel negatio, ſed eſt iudicare poſitiuè, propoſitionem eſſe falſam: ſic illa alienatio appetitus à re, ſub aliqua ratione mali appræhenſa, eſt actus poſitiuus, quo potentia appetit diſiunctionem rei illius: erit igitur odium vniuerſim ſumptum, affectus ille appetitus, quo quis diſiungitur à re, quàm odio habet, quod ſignificauit D. Thom. loco cit. 1. 2. dicens. *Sic igitur in appetitu animali, ſeu intellectiuo amor eſt conſonantia quædam appetitus in id, quod appræhenditur vt conueniens; odium verò eſt diſſonantia quædam appetitus ad id quod appræhenditur, vt repugnans, & nociuum*. Hoc autem vtrique odij ſpeciei optimè videtur conuenire, nam vel eſt effectiua ſeparatio à re, quæ in ſe appræhenditur tanquam mala, & turpis, etiam ſi nullum inde commodum proficiſcatur, & hoc inimicitiæ dicitur odium. Vel eſt quædã auerſio, quæ mihi, vel amico cognoſcitur, vt nocens, & mala, quæ in ſe ipſa eſſe poteſt omnino bona, & illud malum meum, uel alterius, vel illud poſitiuum bonum, quatenus illi annexa eſt talis priuatio, obiectũ dicitur odij abominationis.

An odium conſiſtat in affectu fugienti & in auerſione, vel in actu poſitiuo.

Thom.

Definitur vtrumque odium, & abominationis, & inimicitiæ.

3 Obijcies, amor amicitiæ ille eſt, qui uel expreſsè, uel uirtute uult amico bonum amatum, ergo odium inimicitiæ, ut ſit illi contrarium, in eo debet conſiſtere, ut uelit inimico malum. At per hos actus ita à nobis nuper explicatos, ſiue ad odium pertineant abominationis, ſiue ad illud inimicitię, nullũ malum uolumus rei, quàm dicimur odiſſe. Verũ reſpondemus, Amorem in eum poſitum eſſe, ut ſit illa unico affectiua, qua rem amatam proſequimur; odiũ ergo per ſe opponitur amori, quoad illum primarium eius effectum formalem, differt aliquo modo ab ipſo, nam cum amor conſiſtat in affectu, quo rem proſequimur ideo formaliter eſt appetitio boni, atque adeo aliquo modo implicitè includit uelle alicui bonum; odium uerò poſitum eſt in affectu fugiente, quo neque formaliter, neque uirtute aliquid appetit rei, à qua appetitus fugit, ſed ſolùm ſeparatur ab illa. Eſt autem affectus ille, quo uolumus alteri malum, conſequẽs ipſum odiũ; frequenter enim ſequitur, vt rei, à qua appetitus fugit, velimus malũ. Et explicatur hoc magis; Nam cum volo ego alicui malum, illud procul dubio volo ex diſplicentia perſonæ, ergo prior eſt talis perſonæ diſplicentia, & auerſio ab ea, quàm velle illi malum, ergo in illa auerſione conſiſtit odium inimicitiæ, ex qua deinde ſequitur tanquam effectus eius, dicta voluntas. Et quia hic effectus nobis eſt notior, per ipſum, odiũ explicamus. Differunt tamen, Nam odiũ eſt affectus fugiens; hic uero ſe habet per modum proſecutionis. Et quia non poteſt appetitus, ſiue ſenſitiuus ſit, ſiue rationalis, ferri hoc pacto in malum ſub ratione mali, hic affectus, quo uolumus alteri malum, reſpicit bonum in illa coniunctione mali cum malo, nam odium u. g. inimicitiæ reſpicit tanquam bonũ, ut res mala, quæ odio habetur, ſubiacet alicui alteri malo, per

Definitur amor & nũ includat velle bonũ rei amotio.

4 Examinatur in quo conſiſtat vera formalitas odij.

Digitized by Google

per quod aliquo modo tendat quaſi ad interitum, atque adeo minùs valeat repugnare, & nocere alteri malo?

5 Atque in hoc etiam differt ab ira, nam quamuis vterque affectus velit alicui malum, ſub ratione tamen boni, bonum quod reſpicit ira, appræhenditur eſſe in ipſo malo, quod eſt inferēdum, vt habet rationem quādam retributionis, & compenſationis, quatenus illud eſt iuſtum quodammodo, & æquale malo accepto, quod vindicatur. Bonum autem, quod eſt obiectum formale huius affectus, qui cōſequitur odium, v.g. inimicitiæ, non appræhenditur eſſe, niſi in coniunctione illa mali cum malo: quapropter quando *D.* Tho. 1.2.q.46. art.2.& 6. ſignificat, odiū inimicitiæ reſpicere malum, tātummodo vt malum. intelligi debet de effectu hoc, per quem tale odium explicatur, & de ipſo malo præcisè, quod per illum expetitur ei rei, quæ odio habetur, atque adeo debet hoc accipi abſtrahendo ab illa coniunctione mali cum malo, quæ eſt etiam obiectum talis actus, qui ſe habet per modum proſecutionis; ita vt ſenſus ſit, dum quis vult inimico malum, per talem actū non reſpicit actionem aliquam boni in ipſo quidem malo, quod eſt inferendum, ſicut reſpicit ira, ſed tendit ad illud nudè vt malum eſt, quod quidem non obſtat quominus in coniunctione illa mali cum malo, etiam reſpiciat rationem aliquam boni.

Odiū quomodo differt ab ira.

Thom.

6 His ita prænotatis, ſine vlla hæſitatione affirmandum eſt, in Deo affectum odij reperiri tū abominationis, tum inimicitiæ; ita enim loquuntur ſacræ Scripturæ, quaſi cum proprietate eſſe intelligendas, & docet regula ipſa interpretandi, nobis tradita à Sanctis Patribus, & D. Th. 1. p.q.20.ar.2.ad 4. Quando aūt lib.1. contr. Gent.c.96. ſimpliciter negat, Deū aliquid odio habere, intelligēdus eſt, vt loquatur de odio perſonarum, & rerum exiſtentiū, vt tales ſunt, & ſecundùm id, quod habent à Deo, iuxta illud Sap. 1. quod ibidem adducit. *Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti.* Nihil autē prohibet, idem ſecūdū aliquid amari, & ſecundùm aliquid odio haberi, vt idem notat loco nuper citato 1.p.& ita nō ſolū odio habet peccatū ratione ſuæ malitiæ, ob quam illud deſtrui cupit, ſed etiā peccatorem, non vt homo eſt, ſed vt peccator eſt; Illud autem dicitur odiſſe odio abominationis; hūc verò etiam odio inimicitiæ: ſicut enim gratia cauſa eſt, vt perſona, in qua exiſtit, peculiari quodam modo *Deo* placeat: ita verſa vice peccatum reddit perſonam, cui ineſt, Deo infenſam; hac igitur ratione dicitur illam odiſſe, & illi malum infert, ergo ſaltē qua peccator eſt, illum odio habet.

Sine vlla hæſitatione affirmandū eſt affectū odij in Deo reperiri tū abominationis tum inimicitiæ.

Thom.

Sap. 1.

Adducūtur loca ſacræ Scripturę.

Quam quidem doctrinam ex ipſo ſcripturarum fonte licet haurire. 7
Paſſim in illis reperies ſcriptum, vt Sap. 14. *Similiter odio ſunt Deo impius, & impietas eius.* Et Eccleſ. 12. *Quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores.* Et Abachuc 1. *Mundi ſunt oculi tui ne videas malum & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* Et quoniā peccata committuntur opere, verbo, & cogitatione, ſiue deſiderio, vt magis innoteſcat *Deo* inuiſum eſſe quodcumque peccatum, ſingula enumerat Dauid Pſ. 5. Primùm operantes iniquitatem. *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem.* Deinde loquētes mendacium. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*, quod de pernicioſo intelligitur. Tandē virum ſanguinum. i. crudelem, ſanguinis appetentem, & doloſum. i. qui dolos meditatur, & ſtruit. *Virum ſanguinum, et doloſū abominabitur Dominus.* Quin ex Chriſoſtomo vir ſanguinum inſi-

Sap. 14.

Eccleſ. 12.

Abachuc 1.

Pſal. 5.

Chryſoſt.

8 diator dicitur, & tectus homo, qui aliud in corde, aliud in ore habet. Quod ſi ſupra oſtendimus illã auerſionẽ, & alienationẽ appetitus à re, ſub aliqua ratione mali, omni odio ſiue abominationis, ſeu inimicitiæ, eſſe cõmunẽ, id ẽt docet ſacra Scriptura. Sic præſeferũt verba illa Deuteron. 25. vbi poſt enumerata transgreſſorũ legis multa peccata dicitur *Abominatur Dominus Deus tuus qui facit hæc, & auerſatur omnem iniuſtitiam.* Vbi etiam de inimicitia, quæ inter Deũ eſt, & peccatorẽ, abominatio dicitur, & auerſio voluntatis diuinę, iuxta ẽt illud Pſal. 5. *Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus.* Vbi Hierony. vim in æthimologia faciẽs (Abominabitur) explicat, à bono omine remouendum. vel ſcribẽdo. ſ. (Abhominor) cũ aſpiratione, à cõſortio rõnaliũ, & creaturarũ ratione vtentiũ, quibus cum Deus inire ſolet amicitiã (Abominatum) pro ſacris interdicto, & excommunicato, ciuili prorſus interdicto communicatione, oſſeruauit Alciatus l. pecuniam 36. ff. ſi certum petatur Diu. Thom. verò putat abominandi verbo denotari odium irrecõciliabile Dei, abominari. n. nos illa dicimus, quæ in cognitione noſtra non patimur, qnod loquẽdo de diuina cognitione, intelligi debet, vt eſt approbatiua. Voleníq; Iſaias oſtendere, quã graues capiat Deus inimicitias in peccatores, cauſamq; illarum reddens, quia manus eorum plenæ ſunt ſanguine, inquit c. 1. *& cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiã; manus enim veſtræ ſanguine plenæ sũt.* Et Leuitic. 26. loquens cũ trãſgreſſoribus legis, breuibus oſtendens, quàm inimico animo cum ipſis ſit acturus, inquit, *Abominabitur vos anima mea*, ergo & odium inimicitiæ verè reperitur in Deo, & illud ſæpe abominatio auerſio, alienatio diuinæ dicitur voluntatis. Nec remouere ab hac debet ſententia id quod apud Ierem. Thren. 2. reperitur de Deo ſcriptum, *Factus eſt vel vti inimicus*, nã vel ſic indicatur homines aduerſus Deum habere ſe veluti inimicos, & cauſas prætexere, cur eum oderint, cum nulla ratio poſcat, vt cum Deo gerãt inimicitias, quin imò omnis, vt maximè diligãt. Vel potius particula, quaſi, non minuit ſed quod verè eſt exprimit, vt Ioan. 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre*, & alibi ſæpe. Poteſt per eãdem particulam innui Dei contra peccatorẽ inimicitias, licet veræ ſint, & iuſtæ, tamen non eſſe irreconciliabiles. Ac præterea ſignificari poteſt ſæuitia quædã Dei in puniendo, ac veluti crudelitas, vt non tanquam Pater, ſe in eo agat; 9
verùm vt inimicus in ſolam perniciẽ intentus: Quod ſi ſupra docuimus, velle alicui malum, effectũ eſſe odij, quod vocamus inimicitiæ, idq; oriri à diſplicentia perſonæ; & ab auerſione quadam ab illa, quod eſt quid prius formalitatem talis odij conſtituens, Id ẽt videtur indicare ſacra Scriptura, illo loquendi modo Eccleſ. 12. *Quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam.* Inſuper & Pſ. 5. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Quod ſi quicquid, à Deo fit in tẽpore, voluntatem eius æternam illud faciendi ſupponit, quam exequentem vocauimus, cum de voluntate Dei; ergo verum erit dicere Altiſſimus odio habet peccatores, & impijs vult reddere vindictam, Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, vis perdere omnes, qui loquuntur mendacium, ergo velle alicui malum non formalitatem odij conſtituit, ſed ipſam ſupponit, eſtque dicendus effectus, illam conſequens.

Deuter. 25. Pſalm 5. Alciatus. Iſai. 1. Leu. 26. Thren. 2. Ioan. 1. Eccleſ. 12. Pſal. 5.

Quod non conſtituat formalitatem odij.

Illud

10 *Odium Dei redolet miſericordiã.*

Illud tandem animaduertendum eſt, odiũ Dei non poſſe eſſe niſi ſanctum, & omnino perfectum, & vt ita dicam, redolens miſericordiam, tãta enim eſt eius bonitas, & erga nos benignitas, vt nulla alia ratione ei diſplicere poſſimus, niſi quatenus peccatis in nobiſmetipſis; eius deformamus imaginem, & hoc ſolo nomine poteſt nos odio proſequi, & velle nobis malum, vt malum noſtrũ. Eaque poteſt afferri ratio, quia neque nos alio modo *Deo* aduerſi, & contrarij eſſe poſſumus, quam ratione peccati.

De ira Dei.

OPVSC. XXIV.

Cap. I.

1 *Qui non actus pertinentes ad iraſcibilem dicunt imperfectionem, & cõſequenter remouendi à Deo.*

DE cæteris actibus, pertinentibus ad iraſcibilem, num ſint in *Deo*, non difficilè poteſt ferri iudicium; nàm ſpes, deſperatio, audacia, timor, claram inuoluunt imperfectionem in perſona habente illos, vt videre eſt apud auctores, qui de his tractant affectibus. *De* ira, an reperiatur in Deo, poteſt eſſe aliqua dubitatio, quæ nunc eſt examinanda; nam ſunt, qui exiſtimant methaphoricè Deo tribuendam, & ita interpretantur Scripturas, cum de Dei ira loquuntur. Alij contendunt, illam locutionem eſſe propriã, nec vllam imperfectionem in ratione iræ includi, ob quam Deo ſit neganda.

2 *Iram ſecũdum communem latinorũ vſũ dicit imperfectionem, vel antecedentem vel conſequentem.*

In hac quæſtione, quæ de nomine ab aliquibus appellatur, exiſtimo dicendum, ſi nominis æthimologiã, & communem latinorum uſum ſpectemus, iram propriè includere imperfectionẽ aliquã, vel materialẽ cõditionẽ, ſ. vel antecedentem; iraſcimur.n. ob triſtitiam, vel dolorẽ. Aut conſequentem; nam hic effectus efficitur cum commotione ſanguinis, & bilis circa cor. Vel conditionem aliquo modo formalem; regulariter enim iraſcimur non ſolùm quia triſtitia, aut dolore afficimur, quod ad cauſam pertinet iræ; ſed etiam irati triſtitiam, ac dolorem appetimus rependere, hæcque tanquam irę obiectum reſpicimus, quæ rationem videntur dicere formalẽ. Hæc omnia illis duabus definitionibus optimè declarat Ariſt. 1. de anima text. 16. *Definitur ira ex Ariſt.* Altera, quã ipſe appellat per materiam, explicatque iram per effectũ, & perturbationem corpoream, hoc modo. *Eſt ſanguinis aut caloris eius, qui circa cor eſt, feruor, ebullitioue.* Altera, quæ tum ea, quæ antecedunt iram, tùm etiam quæ ad rationẽ eius formalem aliquo pacto pertinent, exprimit per illa verba. *Eſt appetitio doloris, viciſſim aduerſario inferendi*, ſignificatque illum, qui iraſcitur, triſtitiam, aut dolorem, ab illo illatum, paſſum eſſe, contendereque paria illi rependere. Hùc tendunt illa verba *Damaſceni* lib. 2. de fide cap. 16. & Nyſſ. lib. 4. philoſophiæ cap. 13. Ira eſt appetitus recruciationis, & vltionis ex accepta iniuria.

3 *Greg. Nyſſ. Definitur ira ex Damaſceno.*

Quomodo intelligẽdi ſunt Patres dũ Deo irã denegant.

Si igitur hoc pacto hic affectus accipiatur, vt eius præſefert nomen, ira Deo proculdubio non eſt tribuenda. Et ita loquuti ſunt multi ex Patribus, dum iram *Deo* denegant; ad corpoream enim perturbationẽ, & alias imperfectiones, quas diximus iram habere coniunctas, reſpexiſſe videntur. Quod ſi nullus eorũ audet dicere miſericordiã propriè in *Deo* non eſſe, quæ cũ corporea ẽt perturbatione, & cõpaſſione eſſe ſolet, id factũ arbitror; quia tũ ſi nominis vtriuſq; æthimologiã; tùm ſi res ipſas conſideremus; plures habet adiunctas imperfectiones ira, quàm miſericordia. Vnde vocare aliquem iracundum, notę illi tribuitur; miſericordem verò laudi.

4 Si verò rem ipſam, non nominis æthimologiam formaliter conſideremus, iram *Deo* tribuere non ambigerẽ; primò, quia in illo affectu, prout eſt in voluntate humana non video imperfectionẽ, quã formaliter ex vi ſui obiecti præciſè ſumpti includit. Nã quod ex dolore oriatur, & ex triſtitia, extrinſecum eſt illi, ſicut extrinſecum affectui miſericordiæ, quod fit ex compaſſione. Quod verò circa dolorem verſetur, & triſtitiam, tanquam circa obiectũ, non formale eſt, ſed materiale, & ideo nõ eſt vniuerſale; nam, vt patebit ex aliquibus locis, infra citandis, tum D. Th. tũ etiam D. Auguſt. idem affectus haberi poteſt ob illatam iniuriam, & nocumentũ, ẽt ſi nullus poſſet eſſe locus dolori, vel triſtitiæ. Et hoc modo videtur ira habere locũ in Beatis. Secũdo ſi definiamus irã cum Lactantio, de ira Dei c. 7. eſſe ſcilicet motum animi ad cœrcendũ peccata inſurgentis, quis prohibet, iram *Deo* concedere; quod quidam recentiores concedunt, *Deo* competere, ſed inquies, non eſſe ſignificationem huius nominis; nam cum de affectu aliquo queſtio eſt, an *Deo* tribui debeat, de illo loqui debem⁹ ſecundũ communem apud Philoſophos, & peritos in arte, nominis ſignificationem. Verùm cùm apud peritos id etiam dubium, controuerſumque ſit, nos qui nõ tam nominũ æthymologiam, quàm rei naturam intuemur, propoſitæ rei formalitas nobis primùm examinanda eſt, ipſaque ſic præciſè ſumpta, nullam imperfectionem includit, ſine ſcrupulo tribuenda eſt *Deo*.

5 Dices, illam definitionem iuſtitiæ eſſe vindicatiuæ, non iræ. Verũ prætermiſſis alijs reſponſionibus, quæ ſolent afferri, dicimus, ſi non nominis vim conſulamus, ſed rei naturam, ira & iuſtitia vindicatiua, affectus ſunt vindictæ, ac illatæ iniuriæ propulſationis: Cum igitur in *Deo* voluntas ſit puniendi delicta, punitio autem vindicta ſit, vel vindicatio, erit igitur in illo affectus vindictæ ergo & ira, & vindicatiua iuſtitia. Hinc factum eſt, vt ſcripturæ hunc affectum tribuant *Deo*, nunc ſub nomine iræ, vt ſonãt verba illa Pauli ad Epheſ 5. *Venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Nũc verò ſub nomine iuſtitiæ, vt legere eſt ſępiſſimè in Epiſt. ad Rom. cap. 1. & 2. & confirmant verba illa Apocal. 19 *Vera, & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius*, vt ſic omnes intelligant, iram, & iuſtitiam uindicatiuã in *Deo* eſſe eundem effectum puniendi delicta.

Si rẽ ipſam non nominis æthimologiã conſideremus, non eſt denegãda ira Deo.

Thom. Auguſt.

Definitio iræ ex Lactantio.

Ira & vindicatiua iuſtitia nõ diſtinguũtur.

Epheſ. 5.

Ro. 1. & 2.

Apoc. 19.

Hæc doctrina auctoritatibus ſacræ Scripturæ confirmatur. Cap. 2.

1 QVod autem non ſit formidandum, iram propriè in *Deo* ponere, ſemotis imperfectionibus, quę iram comitantur humanã, teſtantur non modo rationes dictæ, ſed etiam multa loca ſacræ Scripturæ, quorũ, ſi modum loquendi perpendamus, hanc ueritatem maximè perſuadẽt. Pulchrã id aſſequuntur, ut hinc incipiã, uerba illa *D.* Pauli ad Rom. 2. *In die iræ, & iuſti iudicij Dei*. Periphraſis eſt extremi iudicij, quando Deus iratus, & ultramodum ſæuiẽs, nullis precibus ad lenitatem, aut manſuetudinem flecti poterit. Verũ Oecumenius meritò additum putat poſt illa uerba, in die irę, quod ſequitur, & reuelationis iuſti iudicij Dei, ne quis exiſtimaret animi aliqua perturbatione iudicij æquitatẽ impediri poſſe; ira enim Dei ſine animi perturbatione eſt. Ad id ipſũ exprimendum lepidiſſimẽ utitur ne-

Rom. 2.

Ira Dei ſine animi perturbatione lepidiſſime deſcribitur in Scriptura.

Digitized by Google

Ierem. 25. æ iræ, & columbæ Ieremias Pro-
pheta cap. 25. loquens enim ad
literam de ira Dei, & ſentit Nico-
Nic. de Ly. laus de Lyra, illa protulit uerba. *Fa-*
cta eſt terra eorum in deſolatione à fa-
cie iræ columbæ, quaſi diceret iræ
mãſuetæ, iræ tranquillæ omnis per-
Gre. Papa. turbationis expertis. In quæ uerba
Gregorius, *Quia in Deo nulla furoris*
inæqualitas reperitur, furorem Domini
iram columbæ nominauit; vt enim vim
diuinæ diſtrictionis imperturbabilem
demonſtraret, & iram dixit, & colum
bæ, quaſi dicat, diſtrictum iudicium
inconcuſſus exerit, qui permanens man
2 *ſuetus punit.* Quod ſi veluti in tabula
pictam lubebit cernere differentiã
inter humanam, & diuinam iram,
huncq; affectum in Deo eſſe, ſemo-
tis omnibus noſtris imperfectioni-
bus, ante oculos eſt habẽdus locus
Ierem. 1. Ierem. c. 1. hæc omnia deſcribens,
nihil.n.eo põt eſſe pictius: *Quid tu*
vides Ieremia, Prophetam alloquẽs,
dicit Dominus; Reſpondet ipſe
Pagninus. *Virgam vigilantem ego video*. S. Pa-
gninus, pro virga vigilante, legit vir-
Dion. Car. gã ex amygdalo, cito florẽte. Dion.
Carth. Virgã vigilãtẽ.i.florentẽ ex-
ponit, & legit. Rurſus interrogans
Iræ huma- De⁹ quid pterea videat Propheta?
næ & diui- Ad hæc ipſe. *Ollam ſuccenſam ego vi-*
næ viua *deo, & faciem eius à facie Aquilonis*.
ſimulacra. Chaldaica Paraphraſis pro olla ſuc
cenſa legit. *Regem feruentem quaſi*
lebetem ego video. En tibi humanæ
iræ, & diuinæ mirabiles ſpecies, ac
vtriuſque vmbra, & eminentia, ma-
nu Dei picta. Per ollam ſuccenſam
iram Regis Babylonis, qui iam ap-
propinquabat cum exercitu ma-
gno, Ieruſalem vaſtaturus, intelligit
S. Hieronymus. Idque Paraphraſis
Chaldaica, & contextus ipſe no-
ſtræ vulgatæ, quaſi indice produnt;
& eleganter, ſignificanterque ira il-
lius Regis, quæ hominis eſt ira, ollæ
ſuccenſæ, ſiue feruenti lebeti aſſimi-
latur, nam hominis irati accenditur
ſanguis, turbatur mens, cæcutiunt
oculi, balbutit lingua, cetera tre-
munt membra, agit iracundus ho-
mo ſpumas ore, incredibili pertur-
batione, & ebullitione viſcerum,
& peccatis; humanæ iræ hominiſ-
que iracundi naturalis effigies eſt
olla ſuccenſa, lebes feruens, in
hoc loco Ieremiæ depicta; ita
vt ex hoc fonte videatur hauſiſſe
illam ſuam doctrinam Ariſtoteles, Ariſtot.
quando noſtrum hunc definiens af-
fectum dixit. *Eſt ſanguinis, aut calo-*
ris eius, qui circa cor eſt, feruor ebul-
litioue. At per virgam vigilantem,
ſeu florentem, idem Hieronymus,
alijque expoſitores, Dei iram tunc
populo illi, valde irati intelligunt:
Virga autem dicitur efflorens, vt il-
lius affectus diuini ad viuum eſſet
expreſſa imago. Virga dicitur ob
rectitudinem; quia ad id, quod non
iuſtum, nec æquum eſt, numquam
flectitur, ſemper florens, quia in il-
lius viget pectore; beatitudinem,
fœlicitatem manſuetudinem, tran-
quillitatem ſemper florente, qui no
uit eodem tempore, & tranquillus
iuſtis, & iratus apparere iniuſtis,
haſque explet partes ſine vlla ani-
mi perturbatione, cum eius tran-
quillitas ira ſit, & ira tranquillitas;
maxima; ita vt in toruo ſuperci-
lio Dei, quod quidem in nobis
horribilis iracundiæ ſolet eſſe nota,
iucundam ſuauitatem licebit aſpi-
cere. Sic teſtantur verba illa Pſ. 10. Pſal. 10.
Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit,
æquitatem vidit vultus eius. Quod
Dei vultus eius iram, & indignatia- 3
nem ſignificet, teſtantur illa alia
verba Pſalm. 33. *Vultus autem* Pſal. 33.
Domini ſuper facientes mala. Quòd
autem hic non modo iram, ſed ve-
hementis iræ notam importat, il-
lam, quam vulgò dicimus *La gronda*
confirmat Brunonis, Carthuſiæ Bru. Carth.
Patriarchæ expoſitio, qui per vul-
tum Dei vultuoſitatem irę, & vin-
di-

dictæ eius intelligit; quando igitur Deus iratus toruo nos aſpicit ſupercilio, & vt prouerbio fertur, *con la gronda*, adhuc quod rectum, & æquumque eſt ab ipſius manibus

Ira Dei eſſentialiter eſt iuſta.

expectandum, nam eius ira ità eſſentialiter eſt iuſta, æquitatiſque ſectatrix, vt æquitatem videat etiã
4 vultuoſitas iræ eius. Non eſt igitur ambigendum, iram in Deo ponere, quaſi ſacris literis dicamus pugnantia, vel naturæ diuinæ, eiuſque patientiæ, & longanimitati quid contrarium: quinimo verba illa Pſal. 7.

Pſal. 7.

ſcrupulum hunc auferunt dicentia. *Deus iudex iuſtus, & patiens numquid iraſcitur per ſingulos dies?* Vbi Dauid ex Dei iuſtitia, & patientia non infert, in Deo non eſſe iram, ſed Deum iræ non eſſe ſubiectum; quemadmodum ſolent eſſe qui iraſcuntur per ſingulos dies, quibus bilem commouet omnia, quæ vident, & audiunt. Quòd ſi Chaldaicam legas Paraphraſim, quę habet. *Deus iuſtus in fortitudine iraſcitur aduerſus impios tota die,* addiſces, in Deo ſemper eſſe effectum iræ; iræ verò perturbationem cæteraſque imperfectiones adeſſe nunquam; Nam quod eſt in ira excandeſcentiæ turbationis, irregulari motus, imbecillitatem, debilitatemque comitatur. Vnde Ariſtot. problem 37. ſec. 10. inquit, extenuationem, & inediam ad iram incitare.

Ariſtot. qui nã dicãtur ſubiecti iræ

Et ſecundo Rhethor. cap. 16. ſenſum imbecillium viribus, iras, & excandeſcentias acutas eſſe. Et ſect. 10. proble. 44. pueros, vtpote infirmæ ætatis, magis irę deditos eſſe, quàm viros, mulieréſque ad debiliorem pertinentes ſexum propenſas magis eſſe ad iram. Vnde lib 9. de hiſtor. animal. cap. 1. quęrulas eſſe inquit, maledicentiores, & mordaciores, ac præterea anxias. Et ſacra Scriptura ſatis id confirmat, dicens Eccleſ. 25. *Non eſt ira ſuper iram mulieris.*

Eccleſ. 25.

At Deus quamuis iraſcitur, in fortitudine id peragit maxima, iramque quoad effectum pro libito moderatur, non iræ ſuccumbit. Et tandem iraſcitur tota die, ſeu per ſingulos dies, non quod in dies iraſcitur, & horas, ſed quia ex tunc ira eius, iuxta illud Pſal. 75. *Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.* ideſt ab æterno, quæ omnia complectitur tempora, ab initio, ab æternitate hanc iram contra impios concepit, ex tunc apud ſe aluit, ergo inuariabilis, inalterabilis, vniformis, perturbationis neſcia, ſicut ipſa æternitas, ſicut ipſe Deus.

Pſal. 75.

Patrum, & Scholaſticorum teſtimonijs hæc eadem doctrina probatur. Cap. 3.

POſt Lactantium in lib. de ira Dei, quem multi ſequuntur, 1
complures poſſunt afferri in hanc ſententiam. D. Thomas varius videtur; Nam in 1. par. quæſt. 20. art. 1. ad 2. Iram Deo videtur negare, vtpotè imperfectionem includentem. Idem ſentit in illud Pſalm. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua. In Deo,* inquit, *non cadit ira, ſed quod eſt creaturæ, aliquando attribuitur Deo per antropoſpatos, quod eſt humana propaſſio.* At in 1. 2. quæſt. 47. artic. 1. in C. & ad 1. ait, iram non dici in Deo ſecundùm paſſionem animi, ſed ſecundùm iuditium iuſtitiæ vindicatiuę contra peccatum, quomodo etiam propriam rationem iræ retinet; nec paſſionem importat: nec imperfectionem. Et ibidem inquit, iram eſſe appetitum nocendi alteri ſub ratione iuſti

D. Tho. qui videtur varius redicitur ad verũ ſenſum.

Pſalm. 2.

Digitized by Google

iuſti vindicatiui, quod repetit ſupra ead. par. quæſt. 46. artic. 6. & 7. Forſitan in prioribus locis ad corpoream perturbationem, quam habet coniunctam; & ad nominis æthimologiam reſpiciens, ita loquutus eſt. In poſterioribus ad rationem formalem, quam formaliter ex vi ſui obiecti, præcisè ſumpti, includit, & ſic totam hanc noſtram doctrinam confirmat. Idque eò magis perſuadetur, quòd D. Auguſtinus, cui D. Thomas ſemper adhæſit, nobiſcum ſentire videtur, ipſe enim in illud Dauid Pſalm. 2. *Tunc loquetur in ira ſua*, inquit hæc formalia verba. *Iram autem, & furorem Domini Dei, non perturbationem mentis oportet intelligi, ſed vim, qua iuſtiſſimè vindicat, ſubiectam ſibi ad miniſterium vniuerſam creaturam; præcipuè namque prauidendum eſt, & tenendum quod ſcriptum eſt in Salomone. Tu autem Domine virtutum cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos.* Cui dicto conſonat, quod idem Auguſtinus 1. confeſſ. cap. 4. Dei ſcribens naturam, dixit *Iraſceris, & tranquillus es.* Oecumenius, Hieronymus, Gregorius, quorum auctoritatibus vſi ſumus, in exponendis ſcripturis de hac materia, id ipſum ſentiunt: quique negare id videntur, præſertim ex Græcis, ad corpoream perturbationem reſpexerunt, vt ſonant manifeſtè eorum verba; non ad rationem eius formalem.

Auguſt. videtur ponere iram in Deo. Pſalm. 2.

2 Auguſt. Oecumen. Hierony. Greg. Pap.

3 Huius etiam ſantentiæ ſunt inter recentiores Medina in 1. 2. D. Thomæ q. 46. qui ex differentijs iræ, & odij manifeſtè infert odium non eſſe in Deo; iram autem non negat. Vide Suar. 1. par. de Attribut. Dei poſitiu. cap. 6. num. 8. & in opuſc. de auxilijs, diſput. de diuina iuſtitia, ſect. 5. in princip. Rebell. de præjud. iuſt. lib. 1. quæſt. 4. ſect. 5. & alios.

Medin. Suar. Rebell.

Si quis autē quæreret an ſimpliciter ira in Deo ſit concedenda, nulla adhibita diſtinctione, ego in illa magis inclinarem ſententiam, vt non ſit danda, nam ita abſolute prolata, iuxtà ſenſum magis receptum, & communiorem vſum, affectum ſignificat, qui triſtitiam ſupponit; quiue ſine aliqua animi commotione non ſit. Et quamuis differat à triſtitia, quod hæc neque ſit in Deo, neque ſignificet actum, qui in Deo eſt, ſed effectum aliquem ſimilem illi, qui in nobis oriri ſolet ex triſtitia. Ira verò ſignificat aliquem proprium actum Dei, habentem conuenientiam analogam cum ira hominis, in eo, quod eſt intrinſecum illi, ſcilicet in appetitu vindictæ, hoc tantùm probat, iram non ita dici metaphorice de Deo, ſicut triſtitiam pœnitentiam, & ſimilia, poſſeque adhibita præfata diſtinctione, concedi, non tamen ita ſimpliciter prolatam, eſſe Deo tribuendam. Hoc ſibi velle videt, Diuus Auguſtinus in illud Pſalm. 57. *Sicut viuentes, ſic in ira aſſorbet eos.* vbi ipſe legit. *Tanquam viuentes, tanquàm in ira aſſorbet eas*. Super quæ verba inquit. *Et quare non in ira, ſed tanquam in ira, niſi quia tranquillus hoc facit Deus? nàm & hoc ſcriptum eſt Sap. 12. Tu autem Domine virtutum, cum tranquillitate iudicas; ille ergo comminatur, non iraſcitur; neque enim perturbatur, ſed tanquam iraſcitur, quia punit, & vindicat.* Vide etiam Suar. 1. par. lib. 5. de repro. cap. 4. num. 13.

4 Nō eſt admittenda illa propoſitio ſimpliciter prolata cōtra eſt in Deo, ſine diſtinctione.

Auguſt.

Suar.

De

De Miſericordia Dei.

OPVSC. XXV.

Cap. I.

1 ACcedendum nunc eſt ad tertium ordinem actuum voluntatis diuinæ, qui per varias virtutes poteſt numerari, vt miſericordiæ, iuſtitiæ, liberalitatis, Charitatis, &c. Verũ quæ poſſent de charitatis virtute diſputari, omnia, ſiue præcipua, ſunt ſupra explicata, cum de amore Dei, accedamus igitur ad miſericordiam,

Miſericordia, ſi nominis, vel impoſitionem, vel interpretationem conſideremus, triſtitiam, ſeu compaſſionem alienæ miſeriæ ſignificat; vnde miſericors dicitur quaſi miſerum habens cor. Et Ariſtot. 2. Rhet, cap. 8. ſic illam deſcribit. *Commiſeratio eſt dolor quidam ex apparẽte malo corruptiuo, ac dolorem inferente, in indignum pati, quod ipſe putabit ſe pati, vel ſuorum aliquem, idque ſic, vt propinquum videatur*. Nec multùm ab eo differens Auguſtinus lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 5. inquit. *Miſericordiam eſſe alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſſionem, quà vtique ſi poſſumus, ſubuenire compellimur*. Quæ quidem reſpiciens *D.* Thom. 1. p. q. 21. ar. 3. dixit, in *D*eo eſſe miſericordiam non ſecundùm pàſſionis affectum, ſed ſecundùm effectum; nam cum in ipſo nequeat eſſe triſtitia, ſeu dolor; aut alienæ miſericordiæ compaſſio talem miſericordiæ affectum nunquam experitur; ſecundùm effectum verò maximè dicitur miſericors, nam cum defectus omnis, & miſeria perfectione aliqua depellatur, aut præueniatur, *D*eus verò ſit fons, & origo totius perfectionis, ſit, vt miſericordia quoad effectũ *D*eo maximè conueniat.

Definitio miſericordiæ ex Ari.

Thom.

At verò ſi miſericordia accipiatur ſecũdũ id, ad quod propriè ſignificandũ eſt impoſita, pro voluntate, ſeu affectu accipitur ſubueniendi miſeriæ, ſeu defectui alterius, ſiue adiunctam habeat compaſſionem, ſiue non; quo pacto omnis eleẹmoſyna, qua quis inopiam, & miſeriam alterius ſubleuare conatur, appellatur actus miſericordiæ, etiã ſi nullam habeat coniunctam compaſſionem. In hac ſecunda acceptione miſericordia eſt virtus, teſte Diuo Thoma 2. 2. quæſt. 30. artic. 3. & formaliter, & propriiſſimè eſt in Deo, vnde in Scripturis ſacris miſerator, & miſericors appellatur, miſerationes eius dicuntur eſse ſuper omnia opera eius. Paſſio autem, ſeu compaſſio, quæ in nobis illi affectui coniungitur, materialiter ſe habet, & ideo poteſt eſſe miſericordia vera in Deo, ſine illa compaſſione. Ita ferè *D.* Thom. 1. par. quæſt. 21. art. 3. Theologi communiter in quarto diſt. 46. & Alenſ. in ſua ſumma 1. par. quæſt. 39. Quin etiam addo, hanc diuinam miſericordiam, quæ quamuis pertineat ad voluntatem, Attributumque ſit diſtinctum à *D*ei iuſtitia, ſi propriè ſumatur pro commutatiua, vel diſtributiua, ex vi formalis conceptus eſſe illa perfectiorem, quia miſericordia eſt ex diuina voluntate proximè, & immediatè: Iuſtitia autem præſupponit aliquid ex parte hominis. Præterea iuſtitia hoc modo ſupponit miſericordiam; non enim *D*eus poteſt eſſe debitor, niſi eius præcedat miſericordia; Nam vt ſupra diximus ex Auguſtino, cùi deberet coronam iuſtitiæ iuſtus iudex, niſi gratiam dediſſet miſericors Pater? Cum autem dixit Anſelmus in Proſolog. cap. 20. Miſericordiam oriri ex iuſtitia, loquitur de iuſtitia generaliter, qua *D*eus vuult quæ ſuam decent bonitatem

2 Definitur miſericordia ſecũdũ id quod propriè ſignificat.

Alenſ.

Comparatio inter *D*ei miſericordiam, & iuſtitiam.

Auguſt.

Anſelm.

Quod

Quod ſi collata cum diuinis attributis ex vi formalis conceptus, perfectior dicēda eſt miſericordia Dei, quàm ipſiuſmet iuſtitia; quantis nominibus præſtet omni humanæ, ac creatæ miſericordiæ, quiſque ex ſe ipſo dijudicet, & ex ijs, quæ mox ſubijcimus; liquidò apparebit.

Diſcrimina inter humanam miſericordiam, & diuinam. Cap. 2.

1 Miſericordia quo ſēſu dicitur in Deo ſolo reperiri. Pſal. 129.

MIſericordia diuina ita cæteras omnes antecellit, vt apud *Deum* tantummodo dicatur reperiri, inque ſolo eius ſinu requieſcere, iuxta illud *Dauid* Pſal. 129. *Quia apud Dominum miſericordia*: licet enim extra *Deum* opèra ſint miſericordię, vnde dictum eſt Pſ. 32 *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Et Pſalm. 88. *Miſericordia tua vſque ad nubes*, in pijs etiam hominibus, *participatio ſit quędam miſericordiæ*; ipſa tamen ſolium cum *Deo* tãtum habet commune; nam ſi quantum ineſt alicui defectus, & miſeriæ; tantùm illi deeſt miſericordiæ, vbi tota poterit eſſe à contrarijs; ſaluaque eſſe iura miſericordiæ, niſi apud *Deum*, omnis prorſus incapacē miſeriæ. Præterea ſi voluntas auferendi omnem imperfectionem, omnēq; miſeriam, miſericordia eſt, diuinum opus illi erat, habere domicilium. *Apud Dominū miſericordia*, ibi enim ope omnipotentiæ, ſuas omnes poteſt explere partes, cum ſolius *Dei* omnipotentis vires, ſint ſatis ad omnem auferendam, quod eius fieri poteſt, miſeriam. Ideo ſacræ Scripturæ mos eſt, cum de hac *Dei* virtute loquitur, ad tollendam omnem ſuſpitionem adulteratæ miſericordiæ, vt videre eſt in humanis, præmittere omnipotentiam. Sic Sap. cap. 11. *Miſereris omnium, quia omnia potes*, optimè probatur perfecta miſericordia, qualis eſt diuina, ad tollendam miſeriam efficaciſſima, ex coniunctione cum ſumma potentia, & Dauid Propheta Pſalm. 61. Quia poteſtas Dei eſt, & tibi *Domine* miſericordia, quaſi dicat ideo iſta, quia illa; & quia illa ſumma, ideo etiam hæc perfectiſſima, eundemq; reddunt ſenſum verba illa Eccleſiaſt. cap. 2. *Secundùm magnitudinem ipſius, ſi & miſericordia ipſius cum ipſo eſt.* Hic eſt ritus ſanctæ Matris Eccleſiæ ad erigendas Chriſtianorum animas, vt optimè de diuina ſentiant miſericordia; præmittere omnipotentiam; in precibus enim Deum appellans, ſolet dicere. *Omnipotens, & miſericors Deus.*

Pſal. 32. Pſal. 88. Miſericordia in ſinu Dei dicitur requieſcere vbi eſt omnipotētia. Sap. 11. Pſal. 61. Eccleſ. 2.

2

3 Miſericordia humana adiunctam habet triſtitiam, quia huius virtutis actus, vt eſt in homine, duo videntur eſſe; & illa compaſſio, quæ triſtitia eſt de alterius miſeria, & voluntas ſubueniendi miſero; illa prior eſt quaſi cauſa, hæc poſterior eſt veluti effectus; ideo enim conatur quis depellere, quam in fratre videt miſeriam, quia illi diſplicet, doletque tali ineſſe ſubiecto. Nec alicuius ponderis videtur eſſe illa obiectio, quod fuga mali ſupponit appetitum boni; cum igitur triſtitia ſit actus fugiendi malum, debet potius prærequirere voluntatem ſubueniendi, quæ eſt appetitus boni. Nam non difficilè ſoluitur, ſi dicamus quamcumque antecedentem coniunctionem, vt ſolet eſſe inter homines beneuolentia, vel natura coniunctos ſatis eſſe, vt ſequatur in vno compaſſio, ſeu illa triſtitia, quando in altero eſt miſeria, ex qua demum oriatur alter ille actus, qui eſt uoluntas ſubueniendi. Quod ſi probabilius quis ſentiat dicendum (conſiderando prædictos actus, vt morales ſunt, & honeſti) antecedere appetitum illum, ſeu voluntatem, 5

4

quod

quod proximus liberetur à miſeria, deinde ſubſequi compaſſionem illã & triſtitiam, nam hæc cum ſit paſſio ſua natura, nam habet bonitatem aliquam, vel malitiam, niſi à quo habet, quod ſit volũtaria & omni à volũtate illa, ad quã adiũgitur Præterea per ſe, primo fini, & honeſtati miſericordiæ nõ eſt neceſſaria illa triſtitia, ſed volũtas ferẽdi opera, &c. cũ illud obiectũ per ſe honeſtũ, & appetibile ſit, licet nulla intelligatur intercedere triſtitia, vt patet in *Deo*, &

6 in beatis. Quo circa iuxta hãc alterã ſententiam ita poteſt inter hos duos actus eſſe ordo, vt ſtatim oblata, & cognita proximi miſeria, primũ quis appetat ſuccurrere proximo, eumq; ſubleuare à miſeria. Quod ſi voluntas eſt efficax, & adeſt facultas, ſtatim ſequitur alia voluntas, ſeu vſus ſubleuandi; ſi autem facultas deſit, ſeu ad obſequendum appetitui non ita prompta, & expedita, ſequitur deſiderium, atque huic voluntati coniuncta eſt illa triſtitia.

7 Quicquid tamen ſit; ſiue hæc poſterior ſententia probabilior, ſiue prior; ſiue vtraque æquè probabilis, ex vtriſq; illud licet colligere, compaſſionem illam nobis ſemper pro calcaribus eſſe, quibus vrgemur vel ad miſerendum, vel ad ſubueniendũ quàm primùm miſeris. Quod quidẽ mirabili fuit diſpoſitum diuina prouidentia, vt natura ſegnes ad ſubueniendum indigenti, compaſſione illa moti, ſolertiores redderemur, nam opem ferre miſero, noſtra etiã intereſt, non ſolum illius; ſic enim cum alterius vel ſubleuatione, vel liberatione noſtra uel minuitur, vel tollitur compaſſio, magna ex parte nobis ipſis ſubuenimus. Hacque de cauſa miſericordiæ virtuti coniungimus viſcerum nomen, non enim dicimus viſcera caſtitatis, iuſtitiæ, aut humilitatis, ſed miſericordiæ, iuxta illud D. Paul. ad Philippen. 2. *Si qua viſcera miſerationis in vobis*, &c. ideſt ſi qua compaſſio, ad ſignificãdũ particularẽ quendã corporũ, & viſcerũ affectũ, quo, excuſatur miſericordia, qui nobis pro calcaribus à natura eſt inſitus, vel ad miſerẽdũ, vel ad proferendum opem miſero. Philip. 2.

Hunc igitur compaſſionis affectum non admittit miſericordia diuina; tum quia incapax illius eſt, cũ *Deus* ſit impaſſibilis; tũ etiam quia talibus nõ indiget calcaribus, quod enim in homine facit cordis, & viſcerum compaſſio; hoc multò melius in *Deo* præſtat amor, & ardẽtiſſima eius erga nos dilectio, tantiq; facit opera miſericordię, noſq. miſeros illlis, ſubleuare, ac ſi res eius ageretur, deq; honore periclitaretur proprio, idq. ſatis indicat illa eius loquendi forma, qua apud Iſaiam vtitur c. 6. quando de legato mittendo agebatur, ad Iſraeliticum populum, de eius rebus maximis; tũ *quem mittam*, inquit, *Deus, & quis ibit nobis?* quaſi referre talia eius mandata Iſraeli ſua intereſſet, non illius. Præterea nota contextum. *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Quis ibit mihi vel mediocris Grammaticus dicendum præciperet; cur igitur dũ de legato agitur decernendo, ſingulari vtitur numero, *quem mittam?* cũ vero de fructu inde percipiendo eſt ſermo, pronomẽ ponitur pluralis numeri. *Quis ibit nobis?* veluti vnus deſcribitur legatũ mittẽs. *Quẽ mittã?* at cur cũ de nũtij agitur põdere nominantur plures? *Quis ibit nobis?* E Theologorũ ſchola didicimus, opera *Dei* ad extra eſſe indiuiſa, ac quicquid ab illo extra ſe producitur tãquã ab vno principio fieri, & operari iuxta eorũ normam dicimus; ſic vnus dicitur creator, vn⁹ Redẽptor; glorificator ſimiliter vn⁹; At quãdo de productionibus ad intra incidit ſermo, aliã eſſe aſſumendam loquẽdi formã, ijdem docent, nam Pater 8 Iſai. 6.

ge-

generat Filium, Pater, & Filius ſpirant Spiritum ſanctum; vnum principium ſpirans, & vnus ſpirator, ſed duo ſpirantes. Item Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto: Ad rem igitur noſtram reuertentes, legatum mittere ad populum Iſraelis, opus Dei erat ad extra, ſtylo igitur Theologico in ſingulari dicitur, *quem mittam*? At negotij magnitudo, populum videlicet illum ad frugem corrigere, & lucrari, tantum habebat ponderis, vt res Dei videbatur agi maxima: mutatur igitur dicendi forma, & in numero plurali dicitur, *quis ibit nobis?* ritu productionum ad intra, in quibus ita omnis collocata eſt res diuina, vt ſine ipſis, Deus nõ eſſet Deus.

9

Deus incarnatus currenti miſericordiæ diuinæ calcar addit.

Cum igitur vrgeretur ſatis Deus ad ſubueniẽdum nobis nimio amore ſuo, hoc quaſi non contentus, voluit currenti miſericordiæ calcar addere, vt iret itineribus maximis, & carnem aſſumens, viſcera huius virtutis humano more induere, iuxta illud Zachariæ, Luc. 1. *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto*. Vt inde colligeremus hoc nouo titulo Deũ hominem factum, maximum haurire gaudij ex ſubleuãdis noſtris miſerijs, quia ſibi ipſi ſic etiam ſubueniebat, ſuumque animum moleſtijs leuabat, dum cõpaſſionis affectus, illum intra viſcera ſtimulans, minuebatur. Hæc explicauit Paulus illis mirabilibus verbis ad Eph. 2. *Deus, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, conuiuificauit nos in Chriſto*. Nota, *diues eſt in miſericordia*, abundans, & ſuper abundans; nam qui per ſolam voluntatem potuit ſubuenire, quod miſericordię ſolius eſt, voluit etiam exequi per compaſſionem carne ſuſcepta, & miſericordiæ currenti quaſi calcar addere; hoc autem procedebat ex nimia charitate, qua nos dilexit, quæ iure dicitur nimia, quia, pluſquam neceſſarium erat, contulit ad ſalutem.

Luc. 1.

Epheſ. 2.

Huc etiam ſpectant illa alia Apoſtoli verba, ad Hebr. 2. *Debuit per omnia fratribus aſſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi; in eo enim, in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus, potens eſt, & ijs qui tentantur auxiliari*. Vbi obſeruant Ambroſ. & Chryſoſt. hinc eximiam Dei in nos charitatem eluceſcere, quod cum ille ſit ſplendor gloriæ, & diuinæ hypoſtaſis character, ad tantam ſe ſe humilitatem deiecerit, & naturæ noſtræ imbecillitatem ſubierit, nec altera totius huius admirandæ diſpenſationis affertur ab Apoſtolo cauſa, quàm illa ſola. *Vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex*; factus autem Pontifex, cum pro mortalium genere, ſuo ſanguine, ac morte litauit. Miſericors quidem, quia noſtras ærumnas, & calamitates expertus, commiſeratione motus, illis etiam proſpexit. Quod opere præſtito cõprobatũ eſſe, teſtatur Ioãnes Euangeliſta, qui de Chriſto, morti iam propinquo, noſtræ ſalutis gratia, illa memoranda protulit verba c. 19. *Baiulans ſibi Crucem*. Nam quamuis portaret Crucem non ſibi, ſed nobis tranſgreſſoribus per legem debitam, non ſine myſterio Ioannes inquit Baiulans ſibi Crucem; nam portãdo proprijs humeris Crucem illam grauiſſimam ſimul, & longiſſimam; domeſticis ſuccurrebat malis; nam cum continuò vrgerentur eius viſcera illo moriẽdi ardore, pro totius mundi ſalute, vt ipſe proprio fatetur ore Luc. 12. *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur?* ferendo Crucem, tanquam maleficus vſque ad ſupplicij locum proprium leuabat, & extinguebat ardorem; non ſolum igitur noſtra, ſed etiam ſua cauſa

10

Hebr. 2.

Ambroſ.

Chryſoſt.

Ioan. 19.

Cur Ioannes dicat de Chriſto proficiſcenti ad Caluarium baiulãs ſibi crucem.

Luc. 12.

Crucem proprijs humeris excepit. Nam quamuis duplici modo nobis illam prętulerit, miniſterio, & exemplo: miniſterio quidem, quia nobis debita (noſtra enim erant Crux, & maledictio) cum ferendæ eſſemus impares, tulit pro nobis, eiuſque maledictionē nobis in benedictionem vertit. Exemplo autem, quia comendauit eam, imitaturis, re ipſa nos docens, quod alias docuerat verbis, Matth. 16. & Luc. 14. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me*. Quamuis igitur duplici capite toti generi humano baiularet Chriſtus Crucem, *Baiulans ſibi Crucem*, inquit S. Ioannes, quia ad ſolamen etiam proprij mali, quo vrgebatur ad miſerendum.

Matt. 16. Luc. 14.

11 Ab hac virtute miſericordiæ, & ab eius materia S. Thom. 2. 2. q. 30. art. 1. ad 2. excludit propriam miſeriam; nam cum hęc virtus, inquit, ſit ad alterum, non autem ad ſe ipſum, niſi ſecundum quandam ſimilitudinem, non dicitur propriam reſpicere miſeriam, nec etiam illorum qui ita nobis coniuncti ſunt, vt aliquid ſint noſtri, & exiſtimentur, vt ſunt filij, parentes, quorum non miſeremur, ſi ſint in miſerijs conſtituti, ſed potius dolore afficimur. Quæ quidem D. Thomæ doctrina forſitan intelligenda eſt de eo, quod perfectionis eſt in miſericordia, cuius eſt alienam miſeriam tanquam propriā reputare, & de eo, quod in explendo miſerationis munere difficile eſt, & arduum, ad quod ſuperandum hæc virtus maximè in nobis requiritur; nam alioqui nulla eſt ratio, propter quam hæc virtus ſit ad alterum omninò diſtinctum, nec poſſit exerceri circa parentes, quin etiam circa proprium ſubiectum, iuxta illud Eccleſiaſt. 30. Miſerere animæ tuæ, timens *Deum*, nam ſubuenire proprijs miſerijs filiorum, ac parentum etiam eſt honeſtum, ergo obiectum virtutis, ergo huius, quæ dicitur, & eſt miſericordia.

Thom.

An materia miſericordiæ ſit propria miſeria.

Eccleſ. 30.

Quod ſi alienis malis proſpicere perfectionē arguit in miſericordia; & in nobis vim eius, & poteſtatem, nam quod arduum eſſe ſolet, & difficile, ſuperat; quis nō prędicet, perfectiſſimā eſſe, & omnibus numeris abſolutam, miſericordiam diuinam; cuius eſt non modo alienis proſpicere (nec enim circa propriū poteſt verſari ſubiectum) ſed tunc maximè cum alienatum animū à Deo habebamus. Nam cū peccatores, & inimici eſſemus, ſecundùm tempus, inquit, Paul. ad Rom. 5. Chriſtus pro nobis mortuus eſt, & quod multò magis commēdat eius honeſtatem, & miſericordiam, vt adnotat Chryſoſt. homil. 26. in Ioan. quod pro ingratis filium dederit, non ſolùm inimicis tantùm contulit beneficium, ſed illis, quos poſt gratiam acceptā præuidit, futuros eſſe ingratos. Et quod ſummū videtur huius diuinæ virtutis, ex maximis peccatis occaſionem cępit, peccatis maximè indulgere. Hoc ſibi volunt, iuxta literam illa verba Apoſt. 1. Timoth. 1. *Blaſphemus fui, & perſequutor, ſed miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate mea*. Sunt qui dicūt, Pauli culpam fuiſſe grauiſſimam, ac proindè non adduci ab eo vt extenuetur, ſed vt Dei miſericordia qui vel de lapidibus ſuſcitat filios Abrahæ; cōmendetur magis: quare de ignorantia affectata nonnulli recentiores hūc locum intelligunt; putantq; exaggerari Dei miſericordiā, quæ vel affectatè peccātes, à tenebris per Chriſtum vindicantur in lucem, eo maximè ducti argumento, quod ſi ex ignorantia communi peccaſſet, non ſe vocaſſet Apoſtolus primum peccatorū. Adduntque Sacerdotes cum Chriſtum probè agnoſcerent, eum tamen ad

12

Rom. 5.

Chryſoſt.

Diſcutitur locus Pauli 1. Timot. 1.

Crucem damnaſſe, ex quibus nihilominus aliqui reſipuerũt, vt Actor. dicitur cap. 6. *Multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei*. Ad quem ſenſum ſpectat expoſitio Gloſæ ordinariæ ſuper hæc verba, *Ignorãs feci in incredulitate*, exaggerat, inquit, non extenuat. Additq; (quod etiam adnotauit Petrus Lombardus) coniunctionẽ illã, quia, poni pro, quod, vt ſit ſenſus veniam ſum aſſequutus; de eo, quod ignorans feci per incredulitatem, ſiue veniam obtinui erroris, & infidelitatis meæ; Non diſſentiunt ab hac interpretatione, qui dicunt reddi ab Apoſtolo rationem, ob quam miſericordiam ſit conſequutus ex magnitudine peccati ſui, quaſi illuſtrior appareat Dei clementia in conuerſione eorum, qui atrociſſimis immerſi ſunt peccatis, ſicut ad Rom. 11. dictum eſt, *Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur*. Horum igitur verborum hic videtur ſenſus: Deus vidit me per infidelitatem ita obcęcatum, vt mala mea non cognoſcerem, idcirco nullis meis meritis exiſtentibus, ſua miſericordia dumtaxat præuenit me, peccatum namque quodammodo cauſa eſt ſummę bonitati, vt ſoluat vincula reis, vt lumen proferat cæcis.

Act. 6. — *Gloſ. ordi.* — *Petrus Lõbardus.* — *Rom. 11.*

14 Ita etiam tractat hunc locum Auguſtinus de verbis Apoſtoli tom. 10. ſerm. 8. 9. & 10. ac inter multa hæc inquit ſerm. 8. *Deſperatè ægrotat, qui per inſaniam medicum cędit: qualis ergo eius inſania, qui medicum occidit? quanta verò bonitas, & potentia Medici, qui de ſanguine ſuo inſano interfectori ſuo medicamentum fecit? neque enim ille, qui venerat quærere, & ſaluare quod perierat, pendens ſine cauſa dicebat, Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt; inſani ſunt, Medicus ſum, ſæuiant, patienter fero, cum occiderint, tunc ſanabo*. Hæc Auguſtinus. Cum quo facit Leo Papa ſerm. 15. de paſſione Domini, intelligens illa verba, *Pater ignoſce illis*, &c. de ijs, quos malitia excęcauerat.

Auguſt. — *Luc. 23.* — *Leo Papa.*

Hæc verborum Pauli expoſitio, tot firmata auctoritatibus ex contextu etiam poteſt probari, *vt in me primò oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam*. Quibus verbis rurſus ad Dei benignitatem, non ad aliquod meritum ſuam refert, iuſtificationem, quaſi dicat ideo Chriſtus me peccatorum omnium peſſimum ad ſe traxit, vt in me, tanquam in exemplari cernerent, qui in peccatis ſordeſcunt, miſericordiam, & facilitatem ipſius in ſaluãdis etiam iniquiſſimis peccatoribus, an non faciliùs vulgares peccatores ſibi conciliabit, qui me peſſimum ad gratiam tam facilè admiſit. 12

Et Theodoretus Medici, & ęgroti antitheſi vſus, hunc locum eleganter enarrat, *quemadmodum*, inquit, *Medicus, cum in vna domo multi ſimul ægrotant, & omnes de ſalute deſperant, ſi vnum peſſimè affectum acceperit, & datis ei medicamentis ad perfectiſſimam ſanitatem deduxerit, facit, vt alij omnes bono ſint animo, ac fiduciam concipiant. Ita Dominus Chriſtus, animarum Medicus, cum factus eſſet homo pro ſalute peccatorum, me, qui eram iniquiſſimus, & omnium ſceleratiſſimus, non ſolùm à prioribus liberauit maculis, ſed maximis etiam donis obruit, omnibus hominibus per me oſtendens ſummam patientiam, & clementiam, vt nemo eorum, qui maxima ſcelera perpatrauerint, ad me reſpiciens, de ſalute deſperet*. 15

Theodor.

Similem interpretationem adducit D. Auguſt. de verb. Apoſt. tom. 10. ſerm. 9. & 10. vbi comparat Chriſtum medico peritiſſimo, Paulum verò ægroto iam deſperato: poſſe igitur, & ſcire hæc facere, ſummæ potentiæ, & ſapientiæ eſt: velle au- 16

Auguſt.

tem, immenſæ miſericordiæ, opere tandem complere incredibilis miſerationis.

17 Miſericordia humana, natura ſua parca, opera autem eius parciſſima, ac quandoque ita deficiens, vt ne veſtigium quidem illius reperiatur in humano pectore. Vnde dicebat Ariſt. 2. Rethor. cap. 8. *eos, qui ſunt in contumeliandi diſpoſitione, ſiue affectu, non eſſe ſolitos miſerereri*. Quod confirmat D. Thom. 2. 2. quæſt. 30. art. 2. ad 3. imò conſonat verbis illis ſacræ Scripturæ, Prouerb. 27. *Ira nō habet miſericordiam, nec erumpens furor*. Vbi Hebraica lectio ſeueriorem continet ſenſum, ſic enim habet, *crudelitas iræ, & inundatio furoris, & quis ſtabit ante inuidiam?* hoc eſt crudelitas eſt in ira, & inundatio, vel vehemens impetus eſt in furore, ſed quis ferre poterit inuidiam, ſic enim philoſophandum eſt de miſericordia humana, vt non ſolum impediatur ira, ne ſuum impleat munus, ſed pellatur etiam, ac ita, vt in eius locum extremum vitium crudelitas ſuccedat. At quādo agitur de miſericordia diuina, abundans eſt, & ſupereffluens, præmia enim, quæ pro rectè factis dantur, vt dicunt Theologi, ſunt ſupra condignum. Et hoc ipſum

18 teſtatur Dominus Luc. 6. dicens, *menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuper effluentem dabunt, in ſinum veſtrum*, ſumpta epitheta hæc omnia ab eorum conſuetudine, qui res aridas, vt frumentum, ſeu aliquid aliud eiuſmodi, liberaliter, abſque parſimonia metiri dum volunt, id ipſum, quod admetiuntur, quò ſit confertius, comprimunt manibus; deinde vas ipſum medium quatiunt, quò amplius capiat deinde etiam ſuperaddunt quod vltra menſuram redundet. Et Iacob id in ſe ipſo ſæpius expertus dicebat Geneſ. 32.

Ariſt.

Thom.

Prouer. 27.

Luc. 6.

Geneſ. 32.

Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua, quam expleuiſti ſeruo tuo, ita videbatur exiguus meritis, vt nunquam poſſet exæquare miſerationes diuinas, ſed longè ab illis ſuperaretur. Et non 19

ſolùm in dandis præmijs superabundans eſt hæc Dei miſericordia; ſed nunquam omninò deficiens; ita vt in eius ira, & in pęnis ſumendis reluceat maximè; nam punit citra condignum, ac damnati in inferno, vbi maximam experiuntur Dei ſæuitiam, participes ſunt eius miſericordiæ; nam cum detur miſericordia Dei interdum omninò liberans; interdum verò aliqua ex parte ſubleuans; in damnatione ergo impij non cernitur miſericordia omninò liberans, de qua intelligitur illud Iacobi 2. *Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non facit miſericordiam*. Cernitur tamen miſericordia aliqua ex parte ſubleuans; quoniam cum Deus iuſtè poſſet punirè acerbiùs; aliquid tamen ex liberalitate ac miſericordia ſua remittit: qua de cauſa punire dicitur citra condignum.

Iacob. 2.

Ira hominis nullis quandoque clauditur terminis, nullis circumſcribitur finibus; quod tum verba illa Sampſonis, tùm factū etiam ipſum optimè præfigurant, Iudic. 16. *Domine Deus, dicebat, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem priſtinam, & pro amiſſione duorum luminum vnam vltionem recipiam*. Quibus dictis, appræhendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, concuſſiſque illis fortiter, cecidit domus ſuper omnes Principes, & cęteram multitudinem, quæ ibi erat, oppreſſorumque numerus fuit maximus, quia in ſolo domus tecto, ſeu ſolario erant circiter tria millia hominum; in ſingulis verò contignationibus nihilo pauciores, in loco imo, &

Ira hominis nullis clauditur terminis.

Iudic. 16.

area

area longè plures, quia in tecto ij tantùm numerabantur, qui oculis verſus inferiorem partem coniectis, ludentem Sampſonem ſpectabant; non alij, qui ad partes, lateraque alia, vel alia ſpectabant, vel commeſſabantur, vel confabulabantur; ita vt duabus, vel tribus poſitis contignationibus, quæ in tam ampla, magnificaque domo eſſe conſueuerunt, videantur hominum millia, pluſquam viginti oppreſſa, ergo oculorum millia pluſquam quadraginta clauſa ſunt, pro amiſſione duorum luminum, & tamen dicit pro amiſſione duorum luminum vnam vltionem recipere.

Pagninus.

Et Pagninus vertendum putat, *vt vlciſcar vltionem vnius, ex duobus oculis meis de Philiſtijm*; ergo ſi integram vltionem petijſſet, pro duobus proprijs luminibus, oculorum millia pluſquam octoginta eruenda erant inimicis, Typus quidem humanæ iræ, omnes traſgredientis fines. non ſic autem ſentiendum eſt de ira Dei, quæ intra fines ita ſe continet, vt in inferno, vbi feruet maximè, puniat citra condignum, exerceatque ſuum munus miſericordia.

Odium ipſum Dei redolet miſericordiam.

Quid plura? odium ipſum Dei redolet miſericordiam, tanta enim eſt eius bonitas, & erga nos benignitas; vt nulla ratione ei diſplicere poſſimus, niſi quatenus peccatis deformamus eius imaginem in nobis, & hac ſola ratione poteſt nos odio perſequi, & velle nobis malum, vt malum noſtrum. Verùm de hoc alias.

Quare propriũ ſit Deo miſereri, & parcere.

20 Tandem ita præferenda eſt miſericordia diuina omni creatæ, vt hæc, comparatione illius nulla dicenda ſit, ac iure optimè canat Eccleſia, *Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere*: tum quia ſolus ille poteſt omnes tollere miſerias, qui omni caret defectu, ac eſt infinitæ perfectionis, actus purus, æternus, omnipotens, tùm etiam, quia, vt benè inquit Clemens, ſecundo Stromat. propriè miſeretur maior minoris; ſolus autem Deus per ſe maior, homines natura ſunt æquales: quare miſereri peculiariter eſt proprium Dei, cum illi per ſe conueniat, alijs verò quaſi per accidens. Sed de hoc latiùs paulò inferius.

Clement.

An miſericordia pręſtantior ſit charitate.

Cap. 3.

Thom. Miſericordia diſtincta virtus eſt à charitate.

1 SVppono has virtutes eſſe inter ſe diſtinctas. Sic affirmat D. Thom. 2.2. quæſt. 30. art. 3. & poteſt probari 1. ex Apoſtolo, qui charitatem ita diſtinguit à miſericordia, ſicut ab humilitate, patientiam, & modeſtia, quæ ſunt peculiares virtutes; poſtquam enim dixit ad Coloſs. 3. *Induite viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam*, &c. deinde ſubiungit, *ſuper omnia autem hæc charitatem habete.*

Coloſs. 3.

Secundò probatur ex D. Auguſtino lib. 9. de Ciuit. Dei cap. 5. qui repræhendens ſtoicos, quod miſericordiam tanquam paſſionem quandam, & morbum animi in vitio ponerent; econtrario laudat Ciceronẽ, quod eam inter alias virtutes numerarit, *longè*, inquit, *meliùs, & humanius, & piorum ſenſibus Cicero in Cęſaris laude loquutus eſt, vbi ait; nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior miſericordia eſt*.

Auguſt.

Cicero. Reprehendũtur Stoici, qui miſericordiã in vitio ponebant.

Tertiò probatur ratione, nam motiua charitatis, & miſericordię ſunt diſtincta, ergo diſtinguuntur inter ſe. Conſequutio eſt manifeſta, probatur antecedens, nam motiuum charitatis eſt ratio amicitiæ, & hoc ipſum debet eſſe motiuum beneficentiæ, actus imme-

immediatè à charitate proficiſcentis, ſemota tamen amicitiæ ratione, hoc ipſum, quod eſt ſubuenire creaturæ rationali indigenti, eſt per ſe honeſtum, & rationi conſonum, & ablata omni amoris, & amicitiæ conſideratione, talis miſeria mouet hominem ad honeſtam compaſſionem, & ad illum ſubleuandi affectum, &c. ergo hoc motiuum poteſt per ſe pertinere ad aliquam virtutem, eamque vocamus miſericordiam. Et explicatur magis, nam charitas reſpicit proximum, vt bonum, & vt ſic bona cum illo communicat, eiuſque malum conſiderat, vt bono oppoſitum, at miſericordia reſpicit eundem, vt miſerum, & quodammodo beneuolentia indigentem, & ſubuentione, intueturque malum illius, vt eſt miſeria quædam, efficaciter in executione ſubleuabilis, ergo diſtincta motiua diſtinctas, & ſpeciales inferunt virtutes. Et confirmatur, quia etiam in alijs virtutibus charitas ſub vno proprio motiuo efficere ea poteſt, quæ ad illas pertinent, vt patet in pænitentia, & ſuo modo in religione, & liberalitate reſpectu proximi, & tamen præter illam optimè cenſemus, dari alias virtutes. Quam diſtinctionem à peculiaribus earum motiuis benè argumentamur. Nec huic repugnat doctrinę, quod dici ſolet, miſericordiam numerari inter effectus charitatis; nam quamuis ſit virtus ab illa diſtincta, vtriuſque motiua talem inter ſe cognationem habent, vt ſępè motiuũ miſericordiæ ex illo charitatis oriatur, quia ordine quodam eſt conſequens, vt qui diligit, etiam miſereatur.

Quomodo miſericordia numeratur inter effect⁹ charitatis.

2 Cum igitur probatũ, ſit has duas, eſſe virtutes diſtinctas: videndum nunc eſt, vtra harum ſit præſtantior D. Thom. 2. 2. quæſt. 30. art. 4. duo inquit, alterũ eſt, ſi miſericordia, & charitas conſiderentur ſecundùm ſe, miſericordiam eſſe perfectiorẽ, quam charitatem, quia eſt communicatiua boni, & ſubleuatiua defectus alieni, quod perfectius quidem eſt, quàm amare. Alterum verò ſi conſiderentur in ordine ad habentem, ſiue ad ſubiectum, miſericordiam, non eſſe perfectiorem niſi in eo, qui nullum ſuperiorem habet, ſed omnes ſub ſe, vt puta in Deo, cuius proinde dicitur eſſe proprium miſereri, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. In eo autem, qui ſuperiorem habet, vt puta in homine, perfectiorem eſſe charitatem, ei enim, qui ſuperiorem habet, præſtabilius eſt coniungi cum ſuo ſuperiori (id quod fit per charitatem) quàm ſupplere defectum inferioris.

Thom.

Vtra harũ virtutũ ſit præſtãtior miſericordia an charitas?

3 Verùm breuiter dicendum exiſtimo, ſi comparemus charitatem, & miſericordiam ſecundùm ſe ſimpliciter, non ſecundum quid, charitatem eſſe meliorẽ. Hinc ad Deum aſcendendo, ſi comparemus eius attributa inter ſe, eo modo, quo à nobis comparantur, & diſtinguuntur; altiùs attributum erit ipſa charitas, primò quia miſericordiæ eſt fons: vnde inquit D. Thom. 2. 2. quæſt. 30. artic. 2. ad 1. *quod Deus non miſeretur niſi propter amorem, inquantùm amat nos tanquam aliquid ſui*. Secundò quia ipſi Deo meliùs eſt ſibi ipſi ſummo amore coniungi, quàm aliorum miſereri. Tertiò quia ſecundùm hanc comparationem meliùs eſt obiectum charitatis, actuſque perfectior, nullam ſecundùm ſe includens imperfectionem. Quarto id excellentiæ, quod videtur eſſe in miſericordia, eminẽtiori modo eſt in charitate; nam ſicut miſericordia eſt ſubleuatiua miſeriæ; ita charitas eſt benefactiua; vnde charitas in ſuo genere, & conceptu ſummè perfecta eſt, diffuſiua,

Deciſio difficultatis.

Digitized by Google

ua, & communicatiua omnis perfe-ctionis, quod etiam requirit actum purum, & ſummam potentiam.

3 Ad hæc in hoc excedit charitas, quod non tantùm ad externam communicationem, ſed etiam ad eam quæ eſt intra Deum, inclinat. Vnde non tantùm communicat perfectionem finitam in infinitum, ſed etiam perfectionem ſimpliciter infinitam per proceſſiones ad intra; licet enim illæ non ſint à voluntate libera, charitatis tamen inclinationi ſunt conſonę, & quæ eſt per amorẽ, ab ipſa eſt charitate, licet per modum naturæ influente.

4 Nec id, quod diximus, rationibus ſatis firmatum, Diu. Thom. doctrinæ repugnat; nam ipſe non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid miſericordiam prætulit charitati, ſecundùm ſe eas conſiderando; quia charitas per ſe non dicit rationem ſuperioris, ſed ſeruatur inter æquales; miſericordia verò quia reſpicit miſeriam, ſecundùm ſe importat quandam excellentiam, præcipuè ſi intelligatur perfecta, potens perficere actum ſuum, qualis eſt miſericordia ſimpliciter ſuperioris. Et quia hoc in miſericordia, prout in nobis eſt, non poteſt reperiri, ideo in nobis nullo modo dicitur ſuperare charitatem. Et hoc ſibi vult Diu. Thom. quando inquit, charitatem eſſe meliorem miſericordia, ſi conſideretur in ordine ad habentem, qui habet ſuperiorem; hoc eſt vt etiam ſecundùm quid ſit illi in tali caſu præferenda charitas. Sed vrgebit aliquis, ſi ſecundùm quid præferenda eſt miſericordia charitati, quia charitas non dicit rationem ſuperioris, quemadmodum miſericordia, etiam dicenda eſt melior hoc pacto in ordine ad habentem, quandoquidem ab illa formaliter habet ſubiectum perfectionem, quæ eſt in ipſa miſericordia ſecundum ſe. Sed poſſumus reſpondere concedendo ſecundùm hanc conſiderationem, eſſe meliorem miſericordiam charitate, munus enim miſericordiæ à quocumque exerceatur cum imperio quodam eſt, & poteſtate in miſerum, charitatis autem eſt exequare amicos, quamuis alioquin inæquales, verum quando dixit Diu. Thom. charitatem eſſe meliorem habenti illam, intelligendus eſt ſecundùm bonitatem vtilitatis cuiuſdam maioris, nam cum præmium reſpondeat meritis, merita autem menſurentur iuxta pondus charitatis, quod reperitur in eo, qui accepturus eſt præmium, optimè, inquit Diu. Thom. charitatem eſſe meliorem in ordine ad habentem, & hæc reſponſio magis probatur.

Audiamus ſacram Scripturam, 5
in ea enim appellatur Deus Dominus miſericordiæ, iuxta illud Sap. 9. Sap. 9.
Deus Patrum meorum, & Domine miſericordiæ; non tantùm vt ſit idem quod Dominus miſericors, quemadmodum dicitur Deus gloriæ, Actor. 7. & Rex gloriæ, Pſalmo 23. Sed quia dominium ſuum declarat miſerendo potiùs, quam quoduis aliud opus exercendo. Et eodem lib. Sap. cap. 12. *Ob hoc, quod omnium Dominus eſt, omnibus te parcere facit*; ideſt hoc ipſum, quod omnibus dominaris, omnibus te parcere facit, hoc eſt, tua in omnes poteſtas non te impellit ad ſæuiendum in omnes, ſed parcendum omnibus, & quò es maior, eò clementior, quaſi hac contentus veluti vindicta, quod intelligunt cæteri; poſſe vindicare, ſi velit, nolle, quia miſericors ſit. Et Moyſes ſic orans, compellat Deum, Exod. 34. *Dominator Domine, Deus, & miſericors, & clemens.* priùs dominatorem, & Dominum vocat,

Act. 7. Pſal. 23. Sap. 12. Aſſertur ſacra Scriptura ad eandẽ doctrinam confirmandam. Exod. 34.

vocat, deinde quod eius decet dominium, & poteſtatem, ſubdit miſericors, & clemens, nam alijs effundere, & defectus aliorum ſubleuare id maximè ſuperioris eſt, carentis, videlicet omni penitùs miſeria, defectu, imperfectione; vt probant etiam alia Scripturæ ſacræ loca, circa initium huius tractatus citata, & vt credere videtur Eccleſia in illa ſolemni prece. *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas*; & in alia, *Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere*. Miſe-
6 ricors habet vnde largiatur in ſe ipſo, & ipſe mouetur ad miſerendum bonitatis peculio proprio, ergo qui natura ſua Princeps eſt, omnibuſque dominatur, ipſius eſt etiam miſereri; Tantumque deferendum eſt miſericordiæ diuinæ, vt ipſius ſit mouere quodammodo, & applicare Attributa cætera ad opus externum, etiam Iuſtitiæ punientis, non ſolùm quia punit Deus citra condignum, ſed quia puniendo tollit deformitatem iniquitatis, quæ eſt miſericordia maxima, ne læſa nempè maneat Iuſtitia, impunita relinquatur malitia, videnturque Attributa cætera in miſericordia abſorberi, cum enim dixiſſet Dauid Pſal. 114. *Miſericors Dominus, & iuſtus*, perindè ac ſe ipſum, quod iuſtum nominaſſet corrigens, vel in iuſtitia ipſa miſericordiam reperiens, ſubiunxit, *& Deus noſter miſeretur*. Et in Pſalm. 139. in quo celebrat opera diuinæ potentiæ, ſapientiæ, artis, bonitatiſque diuinæ, ad ſingulos verſus adnectit hemiſtichium *Quoniam in æternum miſericordia eius*, quia ipſius ſit moderari, ac regere omnia, cæteraque diuina Attributa mouere; applicareque ad opus.

Cætera attributa diuina videntur in ſola miſericordia abſorberi. Pſal. 114. Pſal. 139.

7 Plura dicturus ſum, ex eodem tamen hauſta fonte. Totum Dei peculium, omniſque perfectio diuina in ſola relucet miſericordia; quod Matthæus ſimul, & Lucas docent: Attendite, quod enim ille, inquit Matth. 5. *Eſtote perfecti ſicut, & Pater veſter Cæleſtis perfectus eſt*, id ſatis ſe explicaſſe exiſtimauit, dicendo Luc. cap. 6. *Eſtote miſericordes ſicut & Pater veſter miſericors eſt*. Quem locum Lucæ perpendens Chryſoſt. homil. 37. in Matth. ait. *Cum pleraque alia dixit, de nullo id, præterquam de miſericordia dixit. Eſtote miſericordes ſicut Pater veſter; Nihil enim certè nos vſque ad ſimilitudinem Dei ſic offert atque extollit, quemadmodum libera, & benefica, & copioſa collatio*. Hæc ille. Quin & illud Matthæi, *Eſtote perfecti &c.* Burgenſ. & recentiores alij de dilectione, ſcilicet benignitate, & miſericordia interpretantur, & tamen abſolutè, inquit Euangeliſta. *Eſtote perfecti ſicut, & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*; quia miſericordia omnem quodammodo abſorbet perfectionem diuinam. Et quia hanc eius virtutem quoad eius fieri poteſt, æmulatur, omne aſſequitur pro modulo ſuo diuinum bonum; cum totum Dei peculium in ſola reluceat miſericordiæ. Et vt 8
ſignificantius hoc ipſum edoceam, ſi de perfectione illa loquamur, quæ conuenit Deo, non tam in ordine ad ſe ipſum, & ad intra, vt dicunt Theologi, ſed in ordine ad creaturas, omnis videtur miſericordia contineri; erga enim illas perfectum ſe exhibet; benignè, & miſericorditer diſponens omnia, quæ operatur circa eas, ita vt nihil illis deſit, quod neceſſarium ſit ad earum bonum, & profectum; huiuſmodi autem perfectio, vt elegantiſſime S. Auguſtinus adnotauit in Pſalm. 58. expendens illud, Deus meus miſericordia mea, egregiè exprimi, dixit, per miſericordiam, non autem

Totum Dei peculiũ, & perfectio ĩ ſola miſericordia relucet. Matt. 5. Luc. 6. Chryſoſt. Burgenſ. Pſal. 58.

autem per alia attributa, noſtro modo intelligendi conſiderata, ſecundùm quem non eſt idem, Deum eſſe ſapientem, & eſſe perfectum, nec Deum eſſe bonum, & eſſe perfectum. At ſi in ordine ad creaturas loquamur, in idem videtur incidere, eſſe miſericordem, & eſſe perfectum; per ſapientiam namque etiam infinitam, iuxta noſtrum modum intelligendi non dicitur Deus eſſe perfectus in ordine ad creaturas, quia per ſapientiam ſolùm concipimus peculiarem perfectionem tollentem ſolùm ignorantiam, per bonitatem ſimiliter etiam infinitam, iuxta captum noſtrum conceptam, non dicitur vndique perfectus in ordine ad eaſdem, cum ſolùm intelligatur libera ab omni malitia, & quod ſolùm poſſit malitiam tollere. Per potentiam itidem, aut fortitudinem etiam infinitam, eodem modo intellectam intelligitur carens omni infirmitate, & debilitate, & per quam non poteſt niſi debilitatem tollere; ideoque nec per illam intelligitur ſimpliciter perfectus; at per infinitam miſericordiam omnibus modis perfectus intelligitur in ordine ad creaturas, quia miſericordia eſt, quæ miſeriam tollit, & infinita miſericordia, quæ infinitas, & quaſcunque miſerias poteſt tollere; qui autem omnes miſerias poteſt tollere; nullam in ſe debet habere; quinimò omnium generum bonis abundare, & intelligi vndique perfectus. Hinc ratio
9 illius vocis, qua clamauit Moyſes, quando vidit omne bonum Dei.
Exod. 32. Petierat ille Exod. 32. *Oſtende mihi gloriam tuam;* reſpondit Dominus, *Oſtendam omne bonum tibi*: quando autem id Deus re ipſa præſtitit, cla-
Exod. 33. mauit Moyſes Exod. 33. *Dominator Domine Deus, miſericors, clemens, patiens, & multæ miſerationis.* Oſtendit illi Deus perfectionem ſuam, quæ in eo eſt poſita, vt omne bonum contineat. Et Moyſes videns eam, omnia complectentem bona, volens illam exprimere, miſericordiam præcipuè recenſet, & meritò quidem, nam miſericordia infinita eſt, quæ omnes tollit miſerias; ad omnes autem miſerias auferendas omne bonum requiritur; ideo idem eſt dicere omne bonum, aut perfectum, quod infinitè miſericors. Et idem eſt dicere, Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt, quod Eſtote miſericordes, ſicut Pater cœleſtis miſericors eſt, ſi de perfectione, inquam, loquamur, quam Deus habet non in ordine ad ſe, & ad intra, ſed in ordine ad creaturas, & ad homines præcipuè, erga quos omnes ſe exhibet benignus, beneficus, & miſericors, ſiuè bonos, ſiuè malos, ſiuè amicos, ſiuè inimicos.

De Iuſtitia Dei.

OPVSC. XXVI.

Cap. 1.

1 CVm quærimus, an in Deo propriè ſit Iuſtitia, & non metaphoricè, non de Iuſtitia loquimur ſecundùm communem rationẽ (ſatis enim conſtat, nec eſt qui neget Deum eſſe, & vocari iuſtũ, quatenus Iuſtitia generalis nihil aliud eſt, quã decẽtia diuinæ voluntatis, & ſecundùm rationẽ diſtinguendo Attributa, eſt collectio omnium virtutũ moralium, quæ in diuina voluntate eſſe intelliguntur; ſecũdùm rem autem, & adæquatam rationem formalem eſt rectitudo, & bonitas ſimpliciſſimę voluntatis diuinę, ſed de illa noſtra eſt præſens controuerſia, quæ particulare ſit ponẽda Dei Attributũ, diſtinctũ ſecundũ noſtrũ modum intelligẽdi, à veritate, miſericordia, liberalitate, magnificentia, cęteriſq; Attributis diuinis.

In-

Digitized by Google

2 Definitur iuſtitia. In qua difficultate ſine dubio ſentiendum exiſtimo, dari in Deo iuſtitiam non in ſenſu methaphorico, ſed proprio, quæ ſit in ipſo ſpeciale attributum, à cæteris diſtinctum. Probatur primo, nam iuſtitia eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, ergo in Deo eſt ponenda. Clara conſequentia, probatur antecedens multipliciter. Primò nam vt definit Vulpianus l. 10. de iuſt. & Iur. quam definitionem amplexatus eſt D. Thom. 2. 2. quæſt. 61. art. 1. Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens; in nulla autem ex his particulis vlla imperfectio includitur; nam voluntas perpetua, & conſtans, ſi ſit de bono, magna perfectio eſt. Tribuere etiam aliquid alteri ex vi huius conceptus, imperfectio non eſt. Et quamuis hoc ipſum, quod eſt tribuere perfectionem non ponat in tribuente, ſupponit tamen illam, & ipſa voluntas dandi per ſe loquendo magna perfectio eſt, adeo vt ex ſententia Chriſti dixerit Paul. Actor. 20. beatius eſſe dare, quam accipere. Secundò ex eadem definitione conſtat, hanc virtutem non moderari paſſiones, ſed operationes rectas facere; at illa, quæ eſt huiuſmodi, melior eſt ipſa, quàm non ipſa, nullamque dicit imperfectionem, ergo Deo non eſt neganda, ex generali enim ratione virtutis perfectionem dicit; ex propria autem nullam includit imperfectionem; agere enim, & operari vt ſic, imperfectionem non dicit; ſed ex perfectione procedit. Minor huius argumenti eſt D. Thom. 1. contra gent. cap. 93. qui concludit, omnes virtutes, quæ huiuſmodi ſunt, ſecũdùm propriam ſpeciem nullã dicere imperfectionem, propter quã à diuina excludantur perfectione; ſunt enim perfectiones intellectus, & voluntatis, quatenus ſunt principia operationum abſque paſſione quod totum perfectionem dicit, ac formaliter, ac præcisè ſumptum, nullam includit imperfectionem; excludimus enim ab ijs rationem habitus, vel qualitatis, & omnem materialem, imperfectumque operandi modum; nihil enim horum virtus operatiua, vt huiuſmodi, requirit. Tertio quia exæquare ius alterius, illud reddendo, & tribuendo, magna perfectio eſt, debitumque quod in tribuente ſupponitur, poteſt ſine vlla eſſe imperfectione, vt magis conſtabit ex ſolutione eorum, quæ obijciuntur, ergo cur id negandum eſt Deo?

Vlpianus. Thom. Act. 20.

Secundò principaliter id ipſum confirmat D. Thom. auctoritas, loco proximè citato, qui ait, in Deo eſſe veritatem, liberalitatem, magnificentiam, prudentiam, artem, & iuſtitiã, illam, inquam, cuius eſt vnicuique quod ſuum eſt, tribuere. 3

4 Debitũ iuſtitiæ cadit in diuinam voluntatẽ. Tertiò id probatur, nam debitum iuſtitiæ cadit in diuinam voluntatem, ergo iuſtus eſt Deus, & in illo reperitur iuſtitia, quæ conſtans voluntas eſt tribuendi vnicuique quod ſuum eſt. Clara conſequentia, alioquin Deus iniuſtus eſſet, quod eſt blaſphemum, contraque illud Pauli ad Hebr. 6. *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis noſtri*. Antecedens probatur, nam quotieſcunque facta eſt promiſſio non ſimpliciter, ſed ſub conditione tali, quæ ſi adimpleatur ab eo, cui fit promiſſio, poſſet ius fundari iuſtitiæ, eaque nomine pacti ſolet ſignificari; promittens ex iuſtitia tenetur ſtare promiſſis; ſed tales ſunt multæ promiſſiones diuinæ, quæ quaſi conuentionem ex parte vniuſcuiuſque extremi includunt, qualis ſignificatur in illa parabola vineæ Matth. 20. vbi Pater familias conuentione facta cum operarijs

Hebr. 6. Matth. 20.

operarijs ex denario diurno, miſit illos in vineam ſuam. Idipſum præſeferunt illa alia verba, eodem loco. *Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis*, vbi illa promiſſio fit per modum ſtipendij, & mercedis, labori debitæ; per modũ autem brauij, ſeu pręmij in certamine propoſiti explicatur à Paulo 1. Corint. 9. & ad Philipp. 3. Similesq; promiſſiones à Deo hominibus factæ ſunt in ſcriptura ſacra frequentiſſimè; ita vt nullus relinquatur ambigendi locus. Sic apud Matth. 19. inquit Chriſtus. Qui reliquerit patrem &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit, & Paul. 1. ad Timot. 4. *Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, pariter, & futuræ*: & Iacob. 1. *Accipiet coronam vitæ, quam repromiſit diligentibus ſe*. Cui conſonum eſt illud Sap. 9. *Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum*. Item illud Apoſt. 1. ad Corin. 3. *Vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem*. Et Matt. 16. *Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundùm opera ſua*. Quod alijs verbis legitur Apocal. vlt. *Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundũ opera ſua*. Et alia multa poſsũt afferri loca in hanc ſententiã, ergo.

1. Cor. 9. Philip. 3. Matt. 19. 1. Timot. 4. Iacob. 1. Sap. 9. 1. Cor. 3. Matt. 16. Apoc. vlt.

5 Dices, hoc debitum pertinere ad fidelitatem; non ad iuſtitiam. Sed contra, nam debitum ex fidelitate oriens, quod ſimplicẽ, abſolutamq; promiſſionem ſupponit, non impedit, quin donum ex illa collatũ, gratia ſit, donatioq; gratis facta, vt eſt certiſſimum de remiſſione peccati, & prima gratia ſanctificante, quam Deus gratis donat, quamuis eã promiſerit agentibus pœnitentiam. Beneficium item Incarnationis Deus gratis mundo fecit, quamuis id promiſerit, vt ait Paul. 2. Timot. 1. Ante tempora ſæcularia; ſed quando promiſſio doni fit ſub conditione operis, illudq; adimpletur ab eo, cui fit promiſſio, obligationẽ, & debitum inducit longè diuerſum à fidelitate; ſoluere igitur illud propriè pertinet ad iuſtitiam.

Debitũ ex fidelitate oriens non impedit quo donũ ex illa collatum ſit gratia.

2. Timot. 1.

Quãdo promiſſio doni inducit debitũ iuſtitiæ.

6 Obijcies iterum, etiã promiſſionẽ primę gratię, & remiſſionem peccati, factam peccatoribus, ſub illa conditione eſſe factam, ſi veram pœnitentiam agant, vt paſſim in ſcripturis habetur, & tamen illa nõ obſtante, certiſſimum eſt, & remiſſionem peccati, & infuſionem gratiæ eſſe ſimpliciter gratiam, ideſt gratuitum donũ. Verùm reſpõdemus, promiſſionem ſub cõditione alicuius operis requiſiti, duplicem eſſe. Alteram requirentem opus, ex quadã decentia, vel diſpoſitione; & hanc non excludere, quin collatio doni promiſſi, etiam tali conditione poſita, ſit ſimpliciter liberalis, cum opus tale non ſit ſufficiens ad fundandam iuſtitiã, vt videre eſt in exemplo allato, de promiſsione remiſsionis peccati, & primæ gratiæ, facta peccatoribus, ſi veram agant pœnitentiam; Alteram verò ſub conditione proportionati operis, & habentis valorem, cõdignitatemq; reſpectu mercedis, & præmij, quemadmodum homini exiſtenti in gratia, promittitur vita æterna, ſi condigna faciat opera; & tunc adimplens conditionẽ, ius acquirit ad rem promiſſam, cui reſpondet ex parte promittẽtis debitum Iuſtitæ; opera enim talia ſunt, quæ ad iuſtitiam fundandam ſufficiunt, vt modus loquendi ſacrę Scripturæ, & Sanctorum, ſicut latiùs videbimus, ſatis indicant, vtuntur enim vocibus, nominibus, ac propoſitionibus, quę omnia in proprietate intellecta (nec enim cur ad metaphoricos, & improprios ſenſus recurramus) veram, ac propriam iuſtitiam continent.

Promiſſio ſub conditione alicuius operis requiſiti, duplex eſt, vna inducit debitũ iuſtitiæ altera verò non.

Quod

7 Quod ſi dicat quis, nõ poſſe conſiderari rationẽ debiti, quia includat imperfectionem, ergo omninò neganda eſt Deo. Conſequentia, eſt clara. Antecedẽs primò videtur eſſe notũ ex terminis, obligatio enim & debitum ſoluendi illud ius, repugnare videtur libertati diuinæ voluntatis. Secundò, minuere videtur Dei dominiũ quando enim quis rei alicuius perfectus eſt Dominus, nunquã ius alterius obligare illum poteſt ad talem rem tribuendam: dari igitur in nobis tale Ius, vt obliget Deum ad nobis reddendam coronam vitæ, videtur perfecto dominio ipſius, qui omnia plenè poſſidet, & beatitudinem illam cœleſtem eſſe contrarium. Verùm hæc omnia non magni videbuntur eſſe momenti, ſi rationes iuris debiti, & dominij, abſtractùs conſiderentur; ſic enim intelligi poſſunt ſine imperfectione, & ſine ſcrupulo Deo tribui. Et vt à debiti ratione incipiam, quando hæc ex lege, & directione Superioris procedit, imperfectionem ſupponit, creaturarum propriam, debitum enim legis debitum includit obedientiæ, quæ ad Superiorem dicit habitudinem; ſi tamen illud ius, & debitum iuri reſpondens, & omnis res, in qua illud fundatur, ſit ex voluntate, & actione eius, qui ius illud ſoluturus eſt; tollitur ex hoc capite omnis imperfectio; cum igitur habere ius ad aliquid non includat in ſui ratione, vt ſit contractum ſine voluntate, & actione illius, ad quem tale ius refertur, imò poſſit eſſe ab ipſomet deriuatũ, qui illud ipſum ius ſoluturus eſt, ſequitur, vt nulla in tali cõceptu includatur imperfectio. Nec etiam repugnat, vt in Deum cadat debitum, quaſi cum ſuo dominio incompoſſibile, quod enim ius exæquans, & ſoluens debitum, priuet ſe dominio illius rei, quam tribuit, ex imperfectione prouenit, & limitatione dominij, vt in creaturis ſolet accidere. At ſi quis tribuendo alteri ius ſuum, maneat adhuc perfectus illius rei Dominus, quam tribuit, ceſſat ex hoc capite omnis imperfectio. Ita ſe res habet in Deo, vt videbimus cum de eius dominio, ergo nec hoc nomine dicendum eſt, ſuſpectam eſſe in Deo rationem debiti, & obligationem illud ſoluendi, quæ omnia ex ſequentibus magis erunt manifeſta.

Quãdo ratio debiti includit imperfectionẽ, & quãdo non.

Tota hæc doctrina ſacræ Scripturæ auctoritatibus comprobatur. Cap. 2.

VT inde exordiã, promiſſionẽ, vel ſimplicem, & abſolutam, ſeu ſub conditione operis ex quadam decentia, & diſpoſitione requiſiti, non impedire, quin collatio gratiæ ſit liberalis, & donũ gratuitum. 1
Patet ex illis verbis Ioel 2. manifeſtiſſimè. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, &c. quia benignus, & miſericors eſt.* Vbi benignitati, & miſericordiæ tribuitur Dei, quòd remittat peccata, & det primam gratiam pœnitentibus ex toto corde, quamuis millies illud promiſerit. Item ex illis Pauli ad Titum 3. *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundùm miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.* Quamuis enim ex parte noſtra quædã requirantur diſpoſitiones ad obtinẽdam iuſtitiam, ſine quibus nõ iuſtificatur peccator, adhuc tamen gratis confertur prima iuſtitia. Et idem Apoſt. ad Rom. 4. Quamuis dicat fidem eſſe neceſſariam ad iuſtificationem, negat tamen, iuſtitiam fidei eſſe mercedem, ſed eſſe donum gratuitum, vt ſonant illa ipſius verba.

Ioel. 2. Tito 3. Rom. 4.

Ei

Ei verò, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam, ſecundum propoſitum gratiæ eius. Idque magis patet ex contextu; nam priùs dixerat, operanti dari mercedem ſin debitũ, huic membro opponit hoc alterùm credenti acceptam referri fidem pro Iuſtitia. quo loco, vt perfecta ſit antitheſis, intelligi neceſſariò debet non ſecũdùm debitum, ſed ſecundùm gratiam. Et in hunc
Pſal. 31. ſensũ exponit illud Dauidis Pſ. 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*. Colligens, beatos illos à *Dauide* appellari; quibus Deus accepto fert iuſtitiam, quaſi dicat, eam ſibi ſolutam fatetur, quamuis peccator pœnitendo, etiam ſoluendo non ſit, eſt enim verbum ab humana conſuetudine ductum; dicitur enim creditor acceptam referre pecuniam debitori, cum ea fatetur habere pro ſoluta: quæ actio à Iuriſperitis acceptilatio dicitur, quæ eſt imaginaria ſolutio l. imaginaria ff. de regul. iur. fitque ſine rei interuentu, ac ſolutioni comparatur, quæ ſolutionis ratio gratuitæ iuſtificationi mirificè congruit; nam quemadmodum ſi creditor pecuniam acceptam referat debitori, hic obligatione ſoluitur; ita is, cui *Deus* acceptam refert Iuſtitiam, liber eſt à reatu ſupplicij ſempiterni, nam ipſe peccator ex ſe, ſoluendo non eſt, nulloque modo poteſt pro culpa ſatisfacere; Deus autem Chriſti merita ſpectás, *Diuinæ* gratiæ beneficio pœnitentiam excitat fidelium, & per acceptilationem quandam, acceptam refert iuſtitiam, liberaliter peccata condonat, confertque misericorditer primam gratiam.
2 En igitur promiſſio facta pœnitentibus; quia tamen pœnitentiam, & opera illius generis vt diſpoſitiones quaſdam requirit, non impedit, quin gratia iuſtificans ſit donum gratuitum. Et quia promiſſio, quæ fit homini pænitenti, ſub præciſa conditione orationis factæ cũ debitis circumſtantijs; ſecluſa ratione meriti, vel alterius valoris ex parte petentis, eſt promiſſio ſub conditione operis requiſiti ex quadam decentia, tota eius executio miſericordia nititur, & non iuſtitia diuina; beneficium igitur ita oranti collatum, habet rationem gratuiti, & liberalis doni; quare *Deus* exaudire dicitur orationem, quia Pater & bonus eſt, iuxta illud Matth. 7. *Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris; quantò magis Pater veſter cæleſtis dabit bona petentibus ſe?* Cui con- Matt. 7.
ſonat illud Iacobi 1. *Si quis indiget, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter* indicans, opus eſſe liberalitatis, quod confirmat *Dauidicum* illud Pſal. 65. *Benedictus Deus, qui non amouit deprecationem meam, & miſericordiam ſuam à me*: hoc eſt orantem non reiecit, ſed miſericorditer quod petebam, tribuit. Iacob. 1. Pſal. 65.

At verò, vt tandem ad rem noſtram reuertamur, cum eſt conditio ſub conditione operis proportionati, & habentis valorem, condignitatemque reſpectu mercedis, & pręmij, longe diſpar eſt ratio, adimpleta enim conditio debitum inducit iuſtitiæ. Idque modus loquendi ſacræ Scripturæ ſatis perſuadet, vocibus vtentis mercedis, & iuſtitię, quę tale debitum ſatis indicant. Nec eſt recurrendum ad methaphoricos, & improprios ſenſus propter aduerſariorum argumenta, quæ non admodum vrgent. Hoc ſibi vult in primis illud Pauli ad Rom. 4. (Ei, qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum) mercedis autem nomen nunquam gratuitum donum, ſed iuſtum laboris ſtipendium ſignificat, quodque merces huiuſmodi debeatur nõ 3

quibuſcunque operibus, ſed valorẽ, & condignitatem habentibus reſpectu illius. Audi quid dicat Chriſtus Matth. 5. in ſermone in monte habito coram *Diſcipulis*. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cęlorum*, voluntariam ſectantibus paupertatem amodo debetur Regnum cælorum; tamq; certi ſũt, ſe loco, & tempore accepturos, vt iam nũc eſſe ipſorum dicatur, quod etiam afflictis, oppreſſis, humiliatis propter Chriſti nomen eodem loco intimatur. *Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorũ eſt Regnũ cęlorum.* Et alloquẽs Diſcipulos tum ibidem, tum Luc. 6. ad tot patienda deſtinatos, inquit, *Beati eſtis, cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint; & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis*. Notate quanto conſilio his nominibus vſus ſit Chriſtus ad ſolandum afflictos, *Merces veſtra*, vt ſic non ſolum retributionem ſignificet, ſed illius etiam maximam certitudinẽ, eſt enim merces veſtra tam infallibilis, vt tanquam pro veſtra, licebit vti. Et quemadmodum Deum eſſe iniuſtum, eſt impoſſibile, eodẽ modo illud gaudium, illamque coronã vobis non eſſe retribuendã, fieri nullo pacto poteſt; eſt enim merces veſtra, ex iuſtitia mercenario debita,
5 ſignificanter hoc etiam *D*. Paulus expreſſit, dum mercedem ſuis laboribus in cœlo præparatam, ſuum appellauit depoſitum 2. Timoth. 1. Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meũ ſeruare in illum diem iuſtus Iudex; quaſi tãtũ gloriæ ſuo quoq; tempore deponeret in cęlis, quantùm meriti pondus operãdo comparaſſet in terris, non quòd merces illa operibus debita, omni ratione dicatur depoſitum, cum iuſti ius, reſpectu futuri præmij, ad rem potiùs dicatur, nõdum autem in rem ipſam acquiſitã. At verò omne ius ad depoſitũ pertinens, deponentis eſt. Sed quẽadmodum depoſitum ea lege depoſitario cuſtodiendum traditur, vt nec ipſo vti poſſit deponente inuito, ita operanti iuſto gloria operi, & labori proportionata reſeruata eſt, vt quaſi cuſtodis, & depoſitarij munere fungens Deus, ea vti pro ſua non liceat. Id indicare videntur verba
Chriſti, iuxta Hieronymi expoſitionem apud Matth. cap. 20. *Sedere autẽ ad dexteram vel ad ſiniſtram meam non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo. Sic inquit intelligendum eſt, non eſt dantis, ſed accipientis.* Admirabilis quidem exaggeratio, ad rem explicandam valde accomodata; non enim poteſt Regnum cælorum non eſſe dantis, cũ ſemper Deus ſit, & maneat ſupremus *Dominus* eorum, quæ donat, vel promittit; Vt tamẽ intelligamus, non obſtante hoc dominio, ius Regni cęlorum ita obtineri à iuſtis, vt non poſſint ſalua iuſtitia illo priuari, dixit Hieronymus iam non eſſe dantis, ſed accipientis. Quod verbis ſequentibus declarat. *Non eſt.n. acceptio perſonarum apud Deum, ſed qui talem præbuerit, vt regno cęlorum dignus fiat hic accipiet quod non perſonæ, ſed vitæ paratum eſt.* Et in eodem ſenſu declarat illa verba Chryſoſtomus Homil. 66. in Matth. *Num igitur, inquit, quaſi non potentem illum id facere condemnabimus? nequaquam, ſed iuſtitiam admirabimur et quoniam non perſonam, ſed rem reſpicit, laudabimus*. Quod non dixiſſent hi Patres, quorum interpretandi rationem, & inhærentem ſententiæ ſacrorum librorum explanationem omnes admirantur, ſi aliam, loca ſacræ Scripturæ, ſalua verborũ proprietate, paterentur interpretationem, vt teſtantur quæ allata ſupra fuerunt à

Matth. 5. Luc. 6. 2.Tim. 1. 6 Matth. 20. Chryſoſt.

no-

2. Tim. 4.

nobis, & illud etiam D. Paul. 2. Timoth. 4. in hac materia valde ponderandum. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex.* Eandemque vim habet nomen illud brauij, eidem præmio ab eodem Apoſtolo impoſitum. 1. ad Corinth. 9. quod

1. Cor. 9.

niſi currentibus, & certantibus ex pacto, & ex iuſtitia datur.

7 Quod ſi lubet videre in pauca collatam differentiam, inter opera peccatorum, diſponentia tamen ad gratiam, quibus Deus, ſtans promiſſis ex benignitate confert iuſtitiam, & inter opera condigna gloriæ, vt ſunt omnia amicorum, quibus ſtatim Deus parat mercedem, redditurus loco, & tempore ex iuſtitia. Lege illa verba Dauid Pſalm. 102.

Pſal. 102.

Miſericordia autem Domini ab æterno, & vſque in æternum ſuper timentes eum, & Iuſtitia illius in filios filiorum, iis, qui ſeruant teſtamentum eius, & memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea. Quæ inter cæteras, vt animaduertit incognitus, hanc patiuntur expoſitionem, vt timentibus Deum ideſt peccata deteſtantibus per pœnitentiam, miſericordia detur, ideſt prima gratia peccatorumque remiſſio, quæ

Incognitus

quamuis promiſſa ita ſe præparantibus, ſtetque Deus his promiſſis ſemper, doni tamen gratuiti nomen non amittit. At iuſtitia Dei, qua cuique quod dignum eſt pro merito reddit, iis, qui ſeruant teſtamentum eius, & memores ſunt mandatorum ipſius. Amicis, inquam, qui ſunt in gratia, ſine qua non poteſt lex impleri. Hancque doctrinam non ſolùm verbis, ſed etiam illuſtri facto comprobat ſacra Scriptura, eaq; reperitur quàm luculentiſſimè poteſt, expreſſa in hiſtoria B. Stephani, Actor. 7. qui pro ſe ſtans, pro inimicis verò, flexis genibus deprecabatur, vt ſatis

Illuſtre affertur exẽplũ ad præfatã doctrinam confirmandam.

Actor. 7.

demonſtrant illa verba. *Lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem Domine Ieſu ſuſcipe Spiritum meum.* Poſt quæ immediatè ſubdit. *Poſitis autem genibus clamauit voce magna dicẽs ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Dices, cur ita? Reſpondet Auguſtinus ſerm. 5. de Sancto Stephano. *Plus dolebat perſequentium peccata, quam ſua vulnera.* Petrus Damianus ſerm. de Sancto Steph. poſt Maximum ſerm. de eodem nec non Bernardus ſerm. de Innocent. illorum iniquitatem, & impietatem magis odio habebat, quàm ſuam mortem. Verùm conſonè doctrinæ iam explicatæ, ſtans orabat pro ſe, inquit idem Auguſtin. ſerm. 93. de diuerſ. tom. 10. Nam tunc Actoris perſonam agebat, ad Tribunal ſe ſiſtens iuſtitiæ, tanquam debitum exigens quod Martyribus promiſſum erat, illud inquam, quod ait Apoſtolus 2. Timoth. 4. *Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, &c. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.* At flexis genibus pro inimicis deprecabatur, nã de illorum re diſceptabatur, qui iam victi erant, ſi ex lege cum ipſis fuiſſet agendum: ſupplex igitur ſiſtitur ad Tribunal miſericordiæ, veniam, & gratiam deprecans. Et quamuis multum tribuatur in Scriptura ſacra orationi pro inimicis, valeatque plurimùm ad impetrandum, quin etiam ſi demus promiſſam illi impetrationem, adhuc tamen, quod à Deo promiſſis ſtante conceditur, gratuitum eſt; Quid mirum igitur, ſi pro ſe rogans, inquit Auguſtin. eodem loco ſerm. 92. ſteterit, pro illis genuflexerit, pro ſe forma corporis recta, & excelſa; pro illis humili, & curua, dixeritque Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.

Auguſt. — Petr. Dam. — Aug. — 2. Tim. 4.

Ne quis verò putet hoc debitum

Digitized by Google

Nunquam illa gloria nobis deberetur ex iuſtitia, niſi præceſſiſſet gratuita Dei promiſſio.

9 iuſtitiæ, quod cadere diximus in Deum, à lege aliqua illi impoſita oriri, quod imperfectionem proculdubio diceret in ſoluente, propter habitudinem ad ſuperiorem, id totum eſſe contractum non ſine gratuita voluntate Dei, imò radicem huius iuſtitiæ fuiſſe eius gratiam, eadem ſcriptura docet, quæ ad id perſuadendum ſæpæ, cum de præmio æternæ vitæ loquitur, promiſſionis diuinæ mentionem facit. Matth. 20. Sic Matth. 20. *non ne ex denario conueniſti mecum?* Et Iacobus in ſua Iacob. 1. epiſtola cap. 1. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ quam repromiſit Deus diligētibus ſe.* Et Apoſt. Hebr. 11. ad Hebr. 11. *Adepti ſunt remiſſiones.* Conſuetus ſcripturarum loquendi modus, vt ſic omnes intelligant, nunquam illam gloriam potuiſſe nobis deberi tanquam operibus mercedem, laboribuſque præmium, niſi gratuita præceſſiſſet promiſſio diuina. Sed duo inter cætera loca id Matt. 5. perbellè demonſtrant. Alter verò Luc. 6. Luc. 6. in quorum priori dicitur. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* In poſteriori verò, *Si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia?* Matthæi ſententia planum habet ſenſum, expoſitione non indiget. At illa Lucæ difficiliorem; multas enim habet expoſitiones, ſed ea eſt optima, propoſitoque noſtro maximè accommodata, vt gratia intelligatur retributio, quæ à Deo datur pro operibus rectè geſtis, ac propter illum factis. ſic enim ſolemus dicere; agere, habere, ſeu referre gratiam alteri, cum vel verbis oſtendimus, vel memorem accepti beneficij retinemus animum, vel tandem factis illud remetimur, & omninò quod à gratitudine proficiſcitur, dicitur gratia. Erit igitur ſenſus. Si diligitis tantùm amicos, quæ vobis eſt gratia? ideſt quid retributionis, aut mercedis, aut præmij vobis à Deo propter eam dilectionem dabitur? nihil profectò. Simile quid in Petro reperies, cap. 2. 1. Epiſt. 1. Pet. 2. *Hæc eſt gratia, Si propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitiam, patiens iniuſtè.* ideſt hoc eſt apud Deum retributione, & compenſatione dignum. Et iterum. *Si benefacientes, patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum.*

10 Et vt paucis id abſoluam, quod apud Matthæum merces, apud Lucam gratia dicitur, cum idem ſenſus ſit vtriuſque ſententiæ, licet vltima verba diuerſa. Sed cur retributio gratia dicitur, cum ex iuſtitia debeatur, vt tot probatum eſt locis ſacræ Scripturæ? Ad indicandum, reſpondebitur, non ſolùm gratitudinem quandam habere rationem iuſtitiæ, ſed multò magis id quod paulò ante propoſuimus, radicem huius mercedis ex iuſtitia debitæ, fuiſſe non aliam, niſi gratiam, & gratuitam Dei voluntatem. Quod totum breuiùs exprimitur illis verbis Pſalm. 20. Pſal. 20. *Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.* Vbi cauſa, quare iuſtus accipit in alia vita coronam gloriæ, referri videtur ad benignitatem domini præuenientem eum in benedictionibus dulcedinis; qui modus loquendi liberalem denotat largitionem, qui enim ſic largitur, verbis benignis munus cohoneſtat. Clarius, & forſitan magis ad literam hoc ipſum ſignificatur viſione illa Apoc. 19. *Vidi*, inquit Ioannes, *cælum apertum & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis, & verax & cum iuſtitia iudicat.* Apoc. 19. Vbi animaduerſione dignum, quod cælum ſit apertum, & patens beatis introeuntibus, debetur primum veritati, & fidelitati ſedentis &c. & omnino id debet

Deus

Deus ſibi ipſi, qui cum ſponte, & benignè promiſerit, veritas, & fidelitas eius poſtulat, vt ſtet promiſſis. Deinde operibus introeuntium, vnde dicitur, *cum iuſtitia iudicat*, quæ ad alterum eſt, & reddit vnicuique quod ſuum eſt.

11 Et ita paſſim reperitur in Scriptura ſacra, & apud ipſius ſtudioſos, hanc ſcilicet Dei Iuſtitiam in reddendis præmijs fundatam eſſe in eius miſericordia, atque hac vtuntur doctrina ad concilianda loca, quæ videntur contraria. Quod enim Diuus Paulus Gentium Doctor iure à Deo petit, dum inquit. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, Petrus Apoſtolus Theologorum ſummus (vt inquit Dionyſius) in ſua prima Canonica cap. 4. petit per gratiam. *Itaque hi qui patiuntur*, inquit, *ſecundùm voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas ſuas in benefactis*. Ille ius ſuum credit exigere, his à Deo idem petit ſtipis loco, & vtrumque verum, & ius eſſe, quod petitur, & gratiam, ob rationem ſæpiùs dictam. Vnde ſapiens, cuius eſt potiſsimum verba librare; vt ſemper ſapientiam redoleant, quia dixerat Sap. 5. *Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum.* ne quis hinc inferret, cælorum gloriam ita eſſe mercedem operibus debitam, vt nullam ſupponeret gratiam, ſubdit quaſi corrigens, vel meliùs dicta declarans. *Ideo accipient Regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera ſua teget eos, & brachio ſuo defendet illos*. Verùm hæc retributio gloriæ, quam ex gratia diximus fieri, & ex iuſtitia, cum ex vi ſuperioris, & vniuerſalis dominij fiat à Deo, ipſo non priuatur dum alteri ius ſuum, & ſpeciale tribuit dominium, nullaque imperfectio in illo iuſtitiæ munere conſequenter inuoluitur, neque ſupponitur, vt latiùs videbitur cum de Dei dominio.

Dionyſ. Areop.
1. Pet. 4.
Sap. 5.

Probatur hoc ipſum auctoritatibus Sanctorum Patrum.

Capit. 3.

Auguſt.

AVguſtinus lib. 5. contra Iulianum ita firmiter videtur tenere hanc ſententiam, vt auſus ſit dicere. *Deus ipſe (quod abſit) erit iniuſtus, ſi ad eius regnum, verus non admittitur iuſtus*. Et lib. de nat. & grat. cap. 2. *Non eſt*, inquit, *iniuſtus Deus, qui iuſtos fraudet mercede ſua*. Iuſtitiam tamen hanc ſupponere gratiam, clariſſimè teſtatur idē Auctor lib. de grat. & liber. arbitr. dum inquit. *Cui redderet coronam iuſtitiæ iuſtus iudex, ſi non donaſſet gratiam miſericors Pater? & quomodo eſſet iſta corona iuſtitiæ, niſi præceſſiſſet gratia, quæ iuſtificat impium? quomodo iſta debita redderentur, niſi priùs illa gratuita donarentur?* quod ſæpius repetit. Cui conſonat quod ſcripſit Celeſtinus Papa de correc. & grat. cap. 13. & in Enchirid. cap. 106. & 107. *Tanta erga homines eſt bonitas Dei, vt noſtra voluerit eſſe merita quæ ſunt ipſius dona: atque pro his, quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus*. quod quidem ita eſt intelligendum, quod licet meritoria opera principaliter ſint dona Dei, illorum enim initium totum ipſius eſt, conſummatio verò principalius; quod pertinet tamen ad cooperationem, & vſum liberum, ſunt noſtra, noſque ſumus illorum Domini, idque ſatis eſt, vt per illa poſſimus ius acquirere iuſtitiæ. Et

Celeſ. Pap.

Digitized by Google

Hilar. hoc eſt quod dicebat Hilar. can. 6. in Matth. *De noſtro eſt beata illa æternitas promerenda; præſtandumque eſt aliquid ex proprio.* Et Hieronym. Hierony. lib. 1. contr. Iouin. præter loc. cit. *Noſtri laboris eſt pro diuerſitate virtutum diuerſa nobis præmia præparare.* Paulinus. Et Paulinus in epiſt. ad Victo. *Tuarum tibi præmia ſe debere virtutum iuſtus Iudex agnoſcit.* Baſilius. Baſilius orat. in init. Prouerb. plus addidiſſe videtur dicens. Omnes, qui vitam Euangelicam incedimus, mercatores ſumus, per operam mandatorum, nobis cœleſtem poſſeſſionem comparantes. Et hoc ſignificare voluit Hieronymus in illud Matth. Hierony. Matt. 20. 20. *Non eſt meum dare nobis*, ſupra ſatis ponderatum. Idque confir-Chriſoſt. mat Chryſoſtom. non ſolùm hæc eadem verba exponens, vt vidi-Pſal. 71. mus, ſed etiam Homil. in Pſal. 71. exponens illa verba. *Orietur* in diebus eius iuſtitia. Quæ iuſtitia, inquit, pietati coniunctæ, tolerantiæ conglutinatæ appenditur ibi vitæ æternæ, & fit iuſtitia, vt in qua menſura menſi fuerimus, remetiatur nobis, & Bernard. lib. de grat. Bernard. & liber. arbitr. circ. fin. tractans il-2. Tim. 1. lud 2. Timoth. 1. *Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem, iuſtus iudex.* inquit, Dei promiſſum appellat ſuum depoſitum; promiſſum quidem ex miſericordia, ſed iam ex iuſtitia perſoluendum, iuſtum quippe eſt, vt reddat quod debet, ſubdit vero deinde hanc iuſtitiam eſſe promiſſionem ipſam Dei; de qua vero promiſſione, & quo ſenſu loquatur, ſtatim declarat, dicens tamen ſuæ iuſtitiæ ipſum (idem Paulum) Deus voluit habere conſortem, vt & coronæ faceret promeritorem, id eſt talem voluit, eſſe promiſsionem, quæ opus aliquod ex parte hominis requireret, in quo poſſet tale ius iuſtitiæ fundari, Diuum Thomam pro hac ſen- Thom. tentia ab initio citauimus, & infra aliqua eius dicta latiùs examinaturi ſumus.

Sed audiamus Concilium Tridentinum, ad cuius normam, & li- 4 Conc. Tri. bellum omnem noſtram doctrinam debemus dirigere. Illud, duplicem promiſſionem ſuperiùs explicatam reperiemus aperte diſtinguere, dum ait ſeſſion. 6. cap. 16. Bene operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus, proponenda eſt vita æterna, eaque tanquam gra- 6 tia Filijs Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, pro meritis fideliter reddendam. Vbi illa particula, fideliter, non excludit rationem iuſtitiæ, ſed ſumitur prout generalis eſt omni promiſſioni. Vnde ſtatim ſubdit idem Concilium, Hæc eſt enim illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen, & curſum repoſitam ſibi aiebat Apoſtolus, à iuſto Iudice ſibi reddendam. Et ideo conſultò dixit Concilium, illam coronam, ſeu mercedem reddi ipſis operibus bonis, & meritis. Nec potuit clariùs ſignificare, talem mercedem eius eſſe, qui operatur, & ob illam rationem, quia operatur, qualis eſt ea, de qua loquitur Paulus ad Romanos 4. eſt Rom. 4. ergo illa merces, vt talis, ſic debi- 5 bita, vt eius ſolutio non pura gratia, aut liberalitas exiſtimanda ſit. Quod egregiè confirmari poteſt ex eodem Concilio ſeſſ. 6. cap. 8. vbi docet, ideo Paulum dicere hominem gratis iuſtificari, quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promerentur: Si enim gratia eſt, ait idem Concilium, iam non ex operibus, alio-

Alioquin, vt idem Apoſtolus, inquit, gratia non eſſet gratia, ergo econtra cum opera iuſti de condigno mereantur gloriam, collatio ipſius non erit pura gratia; ſed merces, & præmium debitum. Non potuit ſanè Concilium clarioribus verbis doctrinam, & expoſitionem datam confirmare. Et Concilium Cõc. Arau. Arauſicanum ſecundum capit. 18. Debetur merces bonis operibus, ſi fiant, ſed gratia *Dei*, quæ non debetur, præcedit, vt fiant.

3 An id quod diximus Deum debere, ſibi, an nobis debeat.

Capit. 4.

1 QVomodo res ipſa ſe habeat, iã conſtat; de modo loquendi poteſt eſſe controuerſia. Sed ex iam dictis non difficile colligitur, vtrumque poſſe dici, ac in rigore vtrumq; eſſe verum; ſi enim Deus nobis promiſit, vt vere promiſit, & ſibi, & nobis debet. Sibi tanquam primariæ radici, ac præcipuè totius debiti cauſæ, nobis nam virtus non modo iuſtitiæ, ſed etiam Thom. veritatis, vt inquit *Diu.* Thom. 2. 2. quæſt. 109. art. 3. eſt ad alterum, etiam ſecundùm rationem debiti, non legalis, ſic enim differt à iuſtitia; ſed moralis, in quantum ſcilicet ex honeſtate vnus homo alteri debet virtutis manifeſtationem. Et idem in ſolutione ad primum ait, virtutem veritatis aliquo modo attendere rationem debiti ad alterum, quia cum homo ſit animal ſociabile, naturaliter debet alteri, ſine quo humana ſocietas ſeruari non poſſet: ſeruata ergo proportione, etiam Diuina veritas eſt aliquo modo ad alterum; licet enim *Deus* ſit extra omnem ordinem; ſi tamen vult cum alijs loqui, vel conuerſari, veracem ſe illis præbere oportet; quod ſi eius dicta promiſſionem continent, debet iiſdem præterea, fidelitatem, neque id prout Deo tribuitur, vllam includit imperfectionem, ſed potiùs nobis liberalitatem, benignitatemque Dei erga homines ſignificat. Vnde Cyprianus de opere, & eleæmoſyna, de iuſto loquens, inquit, *Deum* ſibi 2 computat debitorem. Et Auguſtinus ſimiliter. Auguſt. Debitor nobis factus eſt. Quod ſi quandoque formidat concedere, Deum conſtitui homini debitorem, vt ſonat illud ipſius dictum ptimo confeſſ. cap. 4. *Reddis debita, nulli debens, donas debita, nihil perdens.* Quem imitatus *D.* Thom. Thom. 1. 2. quæſt. 11. ar. 1. ad 2. & ar. 1. 114. ad 3. inquit. Neque ex natura debiti, neque ex ratione meriti *Deum* effici nobis debitorem, ſed ſibi ipſi; quia debitum eſt, vt ſua ordinatio impleatur. Et 1. par. quæſt. 21. art. 1. ad 3. inquit. *Dupliciter poteſt attendi debitum in operatione diuina. Aut ſecundum quod aliquid debetur Deo, aut ſecundum quod aliquid debetur rei creatæ, & vtroque modo debitum Deus reddit; debitum enim eſt Deo, vt impleatur in rebus id, quod eius ſapientia, & voluntas habet, & ſecundum hoc iuſtitia Dei, reſpicit decentiam ipſius, ſecundùm quam reddit ſibi quod ſibi debetur, debitum etiam eſt alicui rei creatæ, quod habeat id, quod ad ipſam ordinatur: & licet Deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipſi eſt debitor, quia ipſe ad alia non ordinatur, ſed potiùs alia ad ipſum.* Arbitror, hos Patres, attendentes radicem illius debiti, ita dixiſſe; nam cum *Deus* reddat debita, non ſolum ratione fidelitatis, ſed etiam ea, quæ iuſtitiæ debet iure, non ex nobis tantùm aut principaliter proueniente, ſed ex aliqua ſuppoſitione

ne

by Google

ne ab illo profecta, non alijs, ſed ſibi debitorem eſſe dicunt. Et ita etiam intelligendus eſt Anſelm. in proſolog. cap. 10. cum ait, de Deo loquens, *Iuſtus es non quia nobis reddis debitum*, vt de illo dicat, quod ex nobis tantùm, aut præcipuè ortum habeat, quemadmodum ille loquendi modus Sanctorum Patrum, ſatis cõfirmat. Auguſtinus enim enarratione in Pſalm. 83. circ. fin. inquit, *debitorem Dominus ipſe ſe fecit, non accipiendo, ſed promittendo: non ei dicitur, Redde quod accepiſti, ſed redde quod promiſiſti*. Et ſerm. 16. de verb. Apoſt. cap. 2. inquit. *In his, quæ iam habemus, laudemus Deum largitorem; in his, quæ non habemus, teneamus debitorem, debitor enim factus eſt non aliquid à nobis accipiendo. Sed quia ei placuit promittendo*, Et Fulgentius in præfat. lib. ad Monym. *ſe ipſum dignatus eſt ſua largitate facere debitorem*. Et Chryſolog. ſerm. 25. ad fin. Non ne homo homini exiguæ cartulæ obligatione conſtringitur? Deus tot, & tantis voluminibus cauet, & debitor non timetur, ſed dicis; eſto quod debeat; quo exigente reſtituet? ſe ipſo, quia non poteſt ille mentiri; idem ipſe eſt exequutor, & debitor.

Fulgentius

Petr. Chry.

4 Patet igitur, & ſibi, & nobis Deũ debere, ac vtrumque modum loquendi in rigore eſſe verum. At cum ex ſuperioribus ſatis conſtet, duplex Dei eſſe debitum; alterum ad fidelitatem tantùm pertinens; quod non impedit, quin donum promiſſum ſit gratuitum; alterum verò etiam ad iuſtitiam; ſi de priori ſermo ſit, meliùs eſt dicere, Deum ſibi ipſi illud debere cum fidelitatis debitum magis honeſtatem reſpiciat operantis, quam ius, vel actionem alterius. Ad quod reſpexiſſe videtur D. Paulus 2. ad Timoth. 2. cum illa protulit verba, *Ille fidelis permanet, ſe ipſum negare non poteſt*. Quem locum attingit Dionyſ. cap. 8. de diu. nomin. inquit. *Se ipſum negare, à veritate decidere eſt: porro Deus veritas eſt, & à veritate cadere, à Deo eſt cadere; at Deus à ſe ipſo cadere non poteſt, quia non eſſe non poteſt*. At ſi de poſteriori agamus, ad rationem talis debiti, rationemque Iuſtitiæ explicandam, aptius eſt dicere Deum nobis etiã debere, cum Deus iuxta hoc genus debiti aliquid nobis debeat, vt ſatis iam dictum eſt, & ex dicendis magis erit manifeſtum. Nõ tamen poſſum negare, primum dicendi modum radicem, præcipuamque talis debiti cauſam magis explicare, ac cum obſeruantia; qualis eſt hominum erga Deum magis coniunctum.

2. Tim. 2.

Dion. Areo.

Qualis ſit hæc iuſtitia Diuina commutatiua, an diſtributiua. Cap. 5.

CVm iam viſum ſit, Deum debere iuſtis æternæ vitæ præmium, & ex iuſtitia debere explicandum nunc eſt, qualis ſit hæc iuſtitia diuina in retributione meritorum, an ſit diſtributiua, vel potiùs commutatiua, vel legalis, vel tandẽ nulla iſtarũ formaliter, ſed alia eminentior, quæ has virtute contineat. 1

Ad quam difficultatem non dubito reſpondere, vtramque rationẽ iuſtitiæ, & diſtributiuæ, & commutatiuæ in Deo reperiri, quod probo primùm illa ratione. Quando aliqua virtus ſecundùm ſuam rationem formalem, & vt diſtinguitur ab alijs actibus virtutum, & obiectum earũ nullam dicit imperfectionem, in Deo ponenda eſt; ſed talis eſt vtraque iuſtitia ſecundum rationem formalem, ergo. Maior eſt manifeſta, nam ſi opus eſſet, vt aliqua virtus, vel eius actus dicatur propriè

Iuſtitia cõmutatiua & diſtributiua reperiuntur formaliter in Deo.

repe-

reperiri in Deo, vt eodem modo, & cum omnibus imperfectionibus in illo ſit, quò in hominibus, vel inter homines reperitur, nec miſericordia eſſet in Deo, quia in eo non eſt compaſſio; Nec liberalitas, quia non priuatur illis bonis, quæ alijs communicat: nec vindicatio, quia nõ ſe tuetur, vel ſeruat incolumem, alios puniendo: nec ſcientia, quia non diſcurrit, nec concluſionis aſſenſum colligit ex aſſenſu principiorum. Item neque rationes formales, horum attributorum ſunt ſumendæ ex omnibus conditionibus, quas in hominibus habent, etiam ſi non omnino materiales ſint, ſed ex obiecto formali limitato, noſtræ capacitati accommodato prouenire videantur; alioquin nec amor ad alterum, nec miſericordia ex hoc etiã capite eſſent formaliter in *Deo*, nam miſericordia creata neceſſariò ſupponit ſubiectum, & in eo aliquam miſeriam, quæ ſe habet per modum priuationis alicuius boni, vt ſubleuandi, Deus autem, vt miſereatur, nullam priuationem neceſſario reſpicit, nam eorum, qui nihil antea erant, miſeretur, cum eis confert eſſe, ſimiliter amor humanus ſupponit in alio bonum, vt illud amet; & hoc pertinet ad obiectum formale ſuum; amor autem diuinus non ſupponit in creatura bonum, quod amet, ſed confert; conſiderandæ ſunt igitur hæ virtutes, earumque operationes, ſecundùm formalem rationem, analogicè ſaltem abſtractam; diligenterque obſeruandum, num ita acceptæ nullam dicant imperfectionem, quod quidem contingit quoties ex parte obiecti formalis, quod in earum abſtractione reſpiciunt, nulla includitur imperfectio; ſi autem ita inueniantur, eſſe in *Deo* ſine vlla dubitatione eſt affirmandum.

Ad probandam minorem, in qua tota videtur verſari difficultas, ſupponendum eſt, rationes formales harum virtutum ſumendas eſſe ex iuribus, quæ reſpiciunt, quod probatur à ſufficienti partium enumeratione: nam non eſt ſumenda earũ diſtinctio penès illas differentias æqualitatis, quia ſcilicet commutatiua reſpicit æqualitatem arythmeticam, hoc eſt æqualitatem rei ad rem; diſtributiua verò æqualitatem Geometricam, hoc eſt proportionalitatem, ſiue proportionem proportionum, repertam inter plures perſonas, vt ſicut ſe habet vna perſona ad alteram perſonam quoad meritum, & dignitatem; ita ſe habeat præmium, ſeu res reddẽda vni; ad rem alteri reddendã; cum hæ differentiæ non ſint eſſentiales, ſed modi accidentarij, & generales, nã huiuſmodi æqualitas ſecũdùm proportionem geometricam, poteſt reperiri in actu iuſtitiæ commutatiuæ, vt quando debitor impotens eſt ad ſoluendũ integrè ſingulis debitoribus, ad proportionem geometricã inter illos confugit, vt iuſtitia ſeruet, cum tamen totum illud, quod agitur, munus ſit Iuſtitiæ commutatiuæ, & non diſtibutiuæ, quod ex eo patet, nam iuſtitia commutatiua tunc obligat ad eam proportionem geometricam ſeruandam, & contra talem iuſtitiam peccat, qui tũc eam non ſeruat, quod nemo negat. Ecõtra vero ſi Rex eſſet potentiſſimus, qui Duces ſuos, ſigniferos, & alios communes milites condignis præmijs afficeret, ſecundùm æqualitatem rei ad rem, ideſt vnicuique dan do quantùm ſecundùm rectam rationem, ratione habita laboris, & dignitatis, vnuſquiſq; mereretur; nihilominus iuſtitiam diſtributiuam inter eos ſeruabit, cur.n. ſi eſſet impotens, ea vſurus fuiſſet, non verò ſi potens ſit? Præterea non ſolùm

2 Rõnes formales harũ virtutũ ſumendæ ſũt ex iuribus, quæ reſpiciunt.

con-

cōtingit, Geometricam proportionem eſſe quandoque debitam ex iuſtitia commutatiua, ſed quando accidit deberi ex miſericordia, ipſa illam efficit, quando ex obſeruantia ſimiliter, & ſic de alijs, quia vnaquæque virtus ſufficit ad explendas ſuas partes, ſuam ſcilicet intrinſecā obligationem, & intrinſecum modum, & ordinem, eiuſque circumſtantias.

Præterea iuſtitiæ diſtributiuę partes ſunt aliquādo aliquod bonū ſine
3 partitione, aut diſtributione cōferre, quia illud nimirum in ſuo ordine diuiſibile nō eſt, licet ſit pro dignitate perſonæ conferendum, & ideo ad hanc iuſtitiam ſpectat illud conferre, etiam ſi tunc non reſpiciat illam proportionem in illo ſingulari actu. Et confirmatur, nam non excludit hæc iuſtitia, quin etiam vni perſonæ tantum, ſi opus ſit, aliquid ex bonis communibus conferat; ſeruata moderatione, & adæquatione ad illius dignitatem, vt reſpublica iubeat diſtribuere bona aliqua communia, militibus benè de ea meritis, & vnus tantum miles benemeritus reperiatur, recipiet quidem præmiū ſecundùm iuſtitiam diſtributiuam pro meritis ſuis, ſecundùm ſe ſpectatis, abſque vlla tamen comparatione ad alios, atque adeo abſque proportione geometrica, patet igitur, non eſſe ſumendas differentias harum virtutum, quæ ex cōmuni conſenſu eſſentialiter differunt ex illis æqualitatibus, Arythmetica ſcilicet, & geometrica, quæ accidentales ſunt, & communes, non autem vnicuique propriæ. Confugiendum eſt igitur ad diuerſa iura; quæ ab his ſpeciebus reſpiciuntur, vniuſcuiuſque differentiam ſpecificam, & eſſentialem explicemus. Et confirmatur, nam ſi obiectum iuſtitię ius eſt; ipſius enim eſt ius ſuum vnicuique tribuere, ergo iuſtitiarum diſtinctio ex iurium diſtinctione ſumenda eſt. Et explicetur magis, nam cum virtutes per obiecta diſtinguuntur, ſicut & alij habitus, & potentiæ, earum diſtinctio ex iurium diſtinctione ſpecifica, & eſſentialiter, & à priori dicenda eſt.

Duplex igitur (prout ad rem noſtram pertinet) datur ius. Alterum 4
ita proprium, vt ſit vel rei dominiū, vel illi moraliter ęquiualens; alterum verò non ita proprium, fundatum in quadam dignitate, ſeu conditione perſonæ, quæ eſt pars alicuius communitatis, ſeu Reipublicæ; ratione cuius debetur ei aliquid ex illius bonis, ſuæ dignitati proportionatum: hoc autem ius non eſt dominium; quia talia bona nunquā talis perſonæ fuerunt, nec ratione proprij dominij, aut alterius rei propriæ, in qua læſa fuerit, ei debentur. Prius ius, iuſtitiæ commutatiuæ obiectum dicitur, non enim ſolùm qui rem furto abſtulit, tenetur ex Iuſtitia commutatiua reddere illam vero *D*omino, quia ſemper retinet ius proprij dominij, ſed etiam qui pecuniam mutuo accepit, tenetur ſtatuto tempore ſoluere mutuanti; nam quamuis illius dominium non retineat, ſed illud mutando, in alium tranſtulerit, loco tamen illius retinuit quoddam ius ad illam pecuniam, ſeu ſolutionem, quod moraliter æquiualet dominio, quod à ſe abdicauit. At ius illud, quod eſt proprium rei dominium, vel illi moraliter æquiualens, dicitur obiectum Iuſtitiæ commutatiuæ. poſteriùs verò ius in dignitate, ſeu perſonæ conditione fundatum obiectum eſt diſtributiuæ. Quod etiam videtur indicare Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 61. Thom.
artic. primo ad quintum, dum inquit. *Iuſtitia diſtributiua, & commutatiua non ſolùm diſtinguuntur ſecūdū*

vnum,

vnum, & multa, ſed ſecūdùm diuerſam debiti rationem, alio enim modo debetur alicui id, quod eſt commune, alio modo quod eſt proprium. Illud igitur ius, quod ad iuſtitiam pertinet commutatiuam, maximū, & perfectum ius eſt, & (vt dicunt) rigoroſum; ita vt omnes Theologi 2.2.q.62.art.1. affirment ex illius læſione naſci obligationem reſtituēdi; hoc verò, quod reſpicit Iuſtitia diſtributiua, non eſt ita proprium, nec ita perfectum, cū nec rei dominium ſit, nec illi æquiualens.

5 Verùm ex nuper dictis poſſet aliquis argumentari, diſtinctionem harum virtutum non eſſe explicatam per ea, quæ ſunt eſſentialia, & propria, ſed potius communia, & accidentalia, probo conſequentiam. Nam ſi ius proprium, vt eſt rei dominium, vel illi moraliter æquiualens, illud eſt, ex cuius violatione reſtituendi oritur obligatio, cum ex iuſtitiæ diſtributiuæ læſione eadem inſurgat obligatio, ergo ius illud dominij, vel illi moraliter æquiualens ab vtraque iuſtitia reſpicitur, ergo non eſt explicata diſtinctio per id, quod vnicuique eſt propriū, ſed potiùs per commune. Probatur aſſumptum, nam qui dignum digniori præfert, vt qui beneficium, vel cathedram minùs digno oppoſitori confert; tenetur ad reſtitutionem. Similiter non diſtribuens ſpolia militibus, iuxta meritorum proportionem, & tamen id diſtributiuam iuſtitiam violat, cum huius partes ſint hæc diſtribuere.

6 Sed poſſemus primò reſpondere, negando conſequentiam; nam quāuis iura vtriuſq; iuſtitiæ ſint diſtincta, & eſſentialiter diſtincta, poteſt tamen effectus hic illis eſſe communis; nam quemadmodum hoc alteri cum altera conuenit, quod ſint iuſtitia, ita etiam illud aliud, quod ex vtriuſq; læſione inſurgat reſtitutionis obligatio. Verum quia quamplures Theologi, & qui, mea ſententia, meliùs ſentiunt, negant, hanc naſci obligationem, cum de læſione agitur iuris, ad diſtributiuam pertinentis, negamus aſſumptū; nunquā .n. prætermittens digniorem, & aſſumens dignum, quando agitur de dignitatibus, officijs, emolumentis diſtribuendis, quod eſt iuſtitiæ diſtributiuæ, reſtituere tenetur, niſi ratione illius meriti, & prærogatiuæ, qua cæteris præſtat, habeat ius propriū, & intrinſecum ad id, quod conferendum eſt, quod vel dominium, vel illi æquiualens ſit extimandum, & omnino dicimus nunquam ex læſione iuris, quod eſt iuſtitiæ diſtributiuæ obiectum, ſi præcisè illud lædatur, inſurgere obligationem reſtituendi.

Et ad illud, quod dicitur de collatione beneficij, ſeu cathedræ, in qua dignus digniori præfertur, cum diſtinctione eſt reſpondendum; ne.n. laboremus in æquiuoco; oppoſitio dupliciter fieri poteſt; vno modo ſi vocentur etiam publico edicto oppoſitores, ſub ea lege, vt de ſingulis fiat periculum, quinam inter cæteros ſit dignior, vt ex illis collator aſſumat ad beneficium, vel cathredā, qui idoneus videbitur, abſq; vllo tacito, vel expreſſo pacto, id muneris conferendi ei, qui ſe digniorem oſtenderit, quæ oppoſitio vera, & propria, & formalis non eſt, ſed minus propria, ac ſecundùm quid, & cum hoc modo fit, pręter peccatum acceptionis perſonarum, quod in prætermiſſione dignioris competitoris interdum cōmitti poterit contra iuſtitiam diſtributiuam; non cōtrahitur vlla reſtituendi digniori obligatio. Altera vero oppoſitio fieri poteſt ad dignoſcendum digniorem, ſiue ſub explicito, vel implicito pacto, inter collatorem, & oppo-

oppoſitores inito, vt digniori conferatur; ſiue ad plura ſuffragia, ſiue per alicuius ſuperioris inſtitutionem; pactum explicitum interueniet, ſi in ipſomet edicto exprimatur; implicitum verò ſi per conſuetudinem, vel ſtatutum aliquod, cui vel ſuffragatores, vel collatores ſubiecti ſint, præcipiatur dari ei, qui inter competitores dignior, magiſq; idoneus, ſpectatis omnibus, iudicatus fuerit. Si hoc autem poſteriori modo fiat oppoſitio, quo pacto propria, & formalis eſt, ius confert digniori ad beneficium, vel ad cathredam obtinendam, pertinens ad iuſtitiam etiam commutatiuam; vnde non ſolùm peccatum eſt læthale prætermittere digniorem oppoſitorem, ſed etiam eidem reſtitutio, ſiue compenſatio facienda eſt, quia huiuſmodi lex, ſeu conſuetudo, vim habens legis, ſiue ſtatutum cenſetur quaſi publica promiſſio oneroſa, de promouendo eo, qui inter competitores dignior iudicatus fuerit; qua impleta, oppoſitio ius tribuit proprium, & ſecurum digniori, ad cathedram obtinendam. Quod ſi non eſt quaſi promiſſio, ſaltem, cùm lex hæc diſpenſatoribus, vel ſuffragantibus formam diſpenſandi huiuſmodi bona communia præſcribat. Primùm in bonum commune, deinde in fauorem oppoſitorum (qui fauor etiã in bonum commune per ſe redundat) ſufficiens illa eſt, vt per eam ius iuſtitiæ habeant ad collatores, ſiue diſpenſatores obligandos, vt digniori oppoſitorum conferant.

9 Et confirmatur nam ſi leges iuſtæ poſſunt auferre dominium ab vno, & transferre in alterum per præſcriptionem; ita à fortiori poſſunt tribuere ius commutatiuum cuique priuato, ad aliquod bonum, licet commune exigendum, & imponere nouam obligationem commutatiuæ iuſtitiæ collatoribus; vt illud non niſi ſub certa forma conferant. Confirmatur rurſus hoc idem, quia non minorem vim habent huiuſmodi leges, quoad hæc communia bona, quàm teſtamentum, quoad bona teſtatoris; ſed ſi quis ita diſponeret, vt legata coniunctioribus darentur; hæres verò minus coniunctis conferret, teneretur reſtituere coniunctioribus prætermiſſis. Idque verum habet, vt notat Salon in Oeconomo iuſſo diſtribuere pauperibus, ſi minus indigentibus diſtribueret, pauperrimos alios ſcienter prætermittendo, ergo ſimiliter in propoſito dicendum eſt, quando lex, ſeu conſuetudo, ſiue ſtatutum talem formam præſcribit; per publica autem Academiarum ſtatuta, vt plurimùm lex lata haberi ſolet, vt Cathedra digniori oppoſitori conferatur, abſque vllo ambitus, ſeu iniuſtitiæ impedimento.

Quoad beneficia verò, quæ per 10
concurſum prouidentur, per legem Canonicam ſatis eſt forma tradita, à Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 18. quare cum oppoſitio conferat ius ad rem digniori, peccat contra iuſtitiam commutatiuam impediens, reſtitutionique eſt obnoxius, vt bene inquit Nauarrus cap. 17. num. 69. malèque infert num. 74. à reſtitutione excuſari ſcholares, pro minus digno oppoſitore ſuffragantes. quin forſitan dicendum eſſet, etiam ſi daremus oppoſitionem, nullum ius ad rem tribuere, nec obligationem de iuſtitia imponere commutatiua, adhuc electores, vel ſuffragatores, quando talis forma eſſet præſcripta, prætermiſſo digniori, teneri ad reſtitutionem, ex eo quod quod per dolum, & fraudem à conſequutione reiecum impediunt, ſignificando longe aliter, ac ſentiunt

per

per ſua ſuffragia, minus dignum eſſe digniorem, dolus enim ſiuè fraus interuenit, iuxta illam regulam, l. 1. ff. de dolo: quādo aliud exteriùs, aliud interiùs agitur in alterius præiudicium: conſtat autem apud omnes, qui per mendacium, dolum, fraudemue alium impedit à conſequutione boni, etiam ſi non iure Iuſtitiæ, ſed liberaliter dandum fuiſſet, teneri ad reſtitutionem defraudato, quia eſto non habeat ius commutatiuum ad rem, habet tamen Ius iuſtitiæ, vt per dolum, fraudemùe ab vllo bono non impediatur.

11 Ad illud de Duce, ſeu Principe, circa ſpoliorum diſtributionem, inquit Suar. in opuſc. diſput. de Iuſtitia Dei, ſect. 6. num. 13. teneri ex iuſtitia diſtributiua diuidere ſpolia inter milites iuxta meritorum proportionem, & ex conſequenti ſi quid in hoc munere obeundo trāſgrediatur, reſtituendi tamen obligationem non inducens. Ego tamen Dico primò. Si quis malè impedit hanc iuſtam ſpoliorum diſtributionem, teneri ad reſtitutionem, cum vnuſquiſque ius habeat iuſtitiæ commutatiuæ, ne per dolum fraudemue ab vllius boni conſequutione impediatur. Deinde ſi dux poſitam legem militiæ de diſtribuendis ſpolijs iuxta proportionem meritorum cuiuſque militis non ſeruaret, teneretur etiam ad reſtitutionem; poſita enim ea lege, qui plùs meretur, ius habet commutatiuæ iuſtitiæ ad maiorem ſpoliorum portionem, quam ei dux ex officio iuxta legem tradere tenetur, ob rationem ſuperius dictam.

12 Tandem quia in hoc caſu videtur eſſe pactum ſaltem implicitum, ſi non ſemper per legem latam, per cōſuetudinem tamen introductum, vt iuxta proportionem meritorum, militibus diſtribuantur ſpolia, qui hoc ius violaret, cum teneretur ex officio, reſtitutioni eſſet obnoxius. Hoc tamen non obſtante, firmum remanet illud fundamentum, non niſi ius commutatiuæ iuſtitiæ inducere reſtituendi obligationem, cum contra illam etiam tunc peccaretur; quæ niſi lædatur, nunquam oritur reſtituendi obligatio.

Suār.

Et hæc eſt doctrina D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 2. ad 4. & art. 1. ad 3. ſemper dicētis reſtitutionem, ſeu compenſationem damni illati pertinere ad iuſtitiam commutatiuam. Et quamuis art. 2. ad 4. dicat illa verba, quę aliquibus dubitationem afferunt, *impedientem ſcilicet alicui conſequutionem boni ex odio, teneri ad reſtitutionem*. Si tamen conſideremus contextum, ſoluitur omnis quæſtio; loquitur enim de impediente iniuſtè, & conſulto volente alicuius damnum, vel propter odium, vel vindictam, aut aliquid huiuſmodi; non quod putauerit impedientem ex odio præcisè impedire iniuſtè, cum luce ſit clarius, odium ſoli charitati non iuſtitię opponi; ſed ita loquutus fuit, quia plerumque ex odio, vel vindicta, aut ex alto alio prauo affectu mouetur quis ad impediendum alium à conſequutione boni, quod iuſtitię commutatiuæ iure petit. Odium igitur ſignum eſt, impedientem iure ſuo non vti, ſed iniuſtè agere. Poſſunt videri recentiores in hunc locum D. Thom. Sot. lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 3. ad 6. Rebell. lib. 3. de obligat. iuſt. ex delict. quæſt. 5. & alij etiam. 13 Thom. Sot. Rebell.

Cum iam ſatis explicata ſit ratio formalis vtriuſque iuſtitię ex iurium diſtinctione, & differentia, & omninò ex proprijs obiectis harum virtutū, reliquum eſt examinare num aliqua includatur imperfectio in ipſarum rationibus, vt ſic tandem poſſemus ferre iudicium an reperiantur in Deo. 14

Digitized by Google

Et quod pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, cuius obiectum eſt illud ius proprium, & ſeuerũ, quod eſt rei dominium, vel illi moraliter æquiualens, videtur repugnare excellenti dominio Dei, quod videtur minui, vel non poſſe conſiſtere, ſtãte illo iure quod tribuimus creaturæ, ad commutatiuam hanc pertinens iuſtitiam, nec valet dicere, dominium Reipublicæ in bona Ciuium non impedire eorum dominia priuata, nec veros contractus, ex quibus obligatio oritur, ad iuſtitiam pertinens commutatiuam, diſpar enim eſt ratio, cum Reipublica habeat ius altum in bona Ciuium, in caſu ſcilicet occurrentis neceſſitatis. At verò Deus habet dominium plenum ſuper creaturas; imò dominium ipſius neceſſariò imbibitur in dominio priuato creaturarum, quia hoc eſt eſſentialiter ab illo dependens, vnde nulla via poteſt fieri, vt ſpoliet ſe dominio rei alicuius, quod poſſit in nos transferre. Præterea quando creatura habet ius proprium iuſtitiæ commutatiuæ in alium, quodammodo fit illi Superior, habetque eam ſibi ſubiectam ſecundùm eam rationem, quia ex vi ſui iuris neceſſitatem illi infert ſeruandi, vel ſoluendi tale ius, neceſſitatem, inquam, per ſe loquendo, directiuam, & ſi vires habeat, etiam coactiuam, quantùm ex vi talis iuris; ſi aliter non poſſit æqualitatem illius ab alia obtinere. At quis dicat vnquam, ex iure creaturæ oriri neceſſitatem in Deo, habereque creaturam tali ratione Deum ſibi ſubiectum: quæ omnia maximam inuoluunt imperfectionem. Ad hæc contrapaſſum ad hanc iuſtitiam requiritur; nam duo videntur eſſe de ratione formali huius iuſtitiæ. Vnum eſt, vt qui ex hac iuſtitia aliquid confert alteri, aliquid vtilitatis ab illo accipiat; vel certè quod illi tantundem nocumenti intulerit. Aliud eſt, vt qui ex iuſtitia aliquid alteri confert, ex hoc ipſo patiatur aliquid mali, vel oneris ſuſtinendo, vel, ſaltem dominio illius rei, quam alteri præbet, ſe priuando. At quomodo Deus aliquid vtilitatis à nobis poteſt accipere, vel iniuſtè damnum aliquod nobis inferre, vt ex iuſtitia commutatiua teneatur æquale rependere, quid mali ſuſtinere, aut quid amittere, donando, cum diues ſit in miſericordia, nec in largiendo parcus, nec ob largitionem vnquam decoquens?

Sed ſi de iuſtitia commutatiua 15
loquamur creata, vera ſunt hæc, non autem de illa analogè abſtracta; multò minus de increata. Quod quidem ſi optimè conſideretur, commutatiuam iuſtitiam in Deo reperiri abſque ſcrupulo defendemus; non enim minuitur dominium illud diuinum, plenum, & illimitatum ex iure illo commutatiuæ iuſtitiæ, quod creaturæ tribuimus reſpectu Dei, cum id accidat iuſtitiæ commutatiuæ, vt huiuſmodi, proprium tamen ſit illius, quę inter homines reperitur, qui cum habeant iura, & dominia limitata, non poteſt vnus ratione iuris, quod habet ex iuſtitia commutatiua, aliquid ab altero accipere, quin tantundem ille patiatur, abdicando à ſe dominium, & ſic vt vnus tribuat, alter verò accipiat, iuxta iura iuſtitiæ huius, oportet rei dominium ab vno in alium transferri. Quod ſi poſſet hæc fieri retributio abſque huius dominij abdicatione, vt quis ab alio pecuniam illi debitam, vel rem aliã verè acciperet, proq; re ſua poſſet vti, ſicut omnibus alijs quarũ eſt Dominus nulla facta iactura dominij illius, qui tribuit, ac tribuẽdo ſoluit, quod ex iuſtitia commutatiua debebat; integra adhuc eſſet ra-

tio

tio formalis huius Iuſtitiæ; ita ſeres haber in Deo, nam quamuis ex iure Iuſtitiæ commutatiuæ multa nobis retribuat, noſq; accipiendo, Domini efficiamur; cũ illius dominiũ ſit plenũ, & illimitatũ, nos autẽ cõparare dominium non poſſumus, quin ſit creatum, & conſequenter ab illo eſſentialiter dependens, fit, vt retribuendo, nihil patiatur, nec yllum à ſe abdicet dominium; imò nec tantillum minuat. Confirmatur primò: nam ſi quis conſideret

16 modum, quo inter homines miſericordia exercetur; inueniet regulariter, nõ fieri ſine aliqua repaſſione; nam dum aliquis ſubuenit alteri, vel ſe priuat dominio rei ſuæ, vel ſaltem vſu, aut onus aliquod, vel laborem ſuſtinet, ergo hinc inferendum eſt, repaſſionem in hoc ſenſu ſumptam eſſe de ratione miſericordiæ vt huiuſmodi, ac proinde in Deo non eſſe ponendam miſericordiam. Idem dicere poſſumus de liberalitate. Et confirmatur rurſus, nam cum de iuſtitia agitur hac, vt eſt inter homines, & iure Iuſtitiæ commutatiuæ, quod quis habet in alium, accipit quod ſibi debebatur, verè debitor explet ſuas partes; quãuis abdicando à ſe dominiũ rei, quam retribuit, nõ poſſit efficere, quin id, cuius dominiũ in creditorem tranſtulit, non ſit ſub dominio Dei, altiori, & perfectiori modo; cur igitur, dubitabimus, Iuſtitiam commutatiuam in Deo defendere, cum totum, quod datur, & accipitur, ex iure iuſtitiæ cõmutatiuæ humanæ, totũ reperiatur in hac, quæ eſt inter Deum, &

17 hominem. Quod autem in illa non poſſit dari, & accipi abſq; eo, quod transferatur dominium ab vno in alium, hoc ex imperfectione prouenit, & limitatione creati dominij. At cum Dei dominium ſit plenum, & illimitatum, quamuis Iure iuſtitiæ commutatiuæ homo rei alicuius dominium nuper compareт, non poteſt eſſe præciſum à iure, & dominio Dei. Et explicatur magis, nam ſi Deus Franciſci loco magnam pecuniæ quantitatem ſolueret, quam ille debebat Petro, & ex parte Dei ſoluentis, & Petri ius ſuum accipientis, totum iuſtitiæ commutatiuæ munus expletum eſſet, ſine vlla Dei imperfectione, ergo cur id negandum eſt, totum poſſe Deum præſtare, dum proprio, non alterius id agit nomine, integra eius maieſtate, & perfectione. Nec ſequitur ex hoc iure commutatiuæ iuſtitiæ, quod haberet creatura in Deum, vt quodammodo ſit illo ſuperior; non ſolùm ob illam rationem, quia totum fit non modo ſine abdicatione, ſed nec etiam ſine vlla diminutione ſui dominij, ſed ob id maximè, quia illa neceſſitas retribuendi non oriretur formaliter ex iure creaturæ, ſed quaſi obiectiuè tantùm, formaliter autem proueniret ex rectitudine diuinæ voluntatis, ſuppoſita eiuſdem voluntatis libera promiſſione.

Dices, repugnare iuſtitiam commutatiuam Deo ſecũdùm proprie- 18 tatem, ex ratione dati, & accepti, nam inter cætera, quæ requiruntur ad rationem formalem iuſtitiæ cõmutatiuæ eſt, vt qui ex iuſtitia aliquid confert alteri, aliquid vtilitatis ab illo acceperit, vel certè quod tantundem nocumẽti illi intulerit, quantum emolumenti tribuit. Verùm ex ijs etiam, quæ in humanis videntur, poſſumus colligere non eſſe de ratione iuſtitiæ cõmutatiuæ mutuam vtilitatem dantis, & accipientis in ſolutione enim promiſſionis obligantis ex iuſtitia, qui ſic ſoluit, nihil ab alio accipit vtilitatis. Præterea ſæpè ſolui ſolet inter homines ſtipendium pro opere nullius vtilitatis, imò nec voluptatis; vt ſi quis

det alteri ſtipendium ad interficiēdum, vel mutilandum ſeruum, vel amicum innocentē, vnde nulla prouenit vtilitas danti; & nihilominus alter iuſtè accipit. Quod ſi quis contendat, expleri appetitum hominis talia exigentis, & voluptatem, idque quandam extimari vtilitatem; pręterquā quod ſic inquiens abutitur terminis dicimus, hoc maximè confirmari noſtram ſententiā; nam quamuis Deus à nobis nō accipiat quod ei ſit vtile, vel commodum, accipit tamen quod à nobis exigit, obedientiam ſcilicet, & obſequium. Quod licet nihil illi afferat vtilitatis, ad honorem tamen eius pertinet, & hoc ſatis eſt, vt aliqua ſit commutatio inter noſtrum meritū, & præmium ab ipſo collatum. Et ne in plura protrahatur hęc diſputatio; quomodo id, quod nos reddimus, ſit æquale, quomodo id præſtare poſſit ſeruus Domino, quomodo eidem ſit ex aliàs indebitis, benè id explicant nonnulli recētiores, præſertim Franciſcus Suar. cit. diſput. de iuſtitia Dei ſec. 6. num. 8. & q. & ſec. 2. nu. 57. & 3. part. diſp. 4. ſec. 5.

19 Quod autem iuſtitia diſtributiua virtus ſit, perfectionem dicens, nullam includens imperfectionem, non difficilè probatur, nam diſtribuere bona communia inter membra communitatis, apparet eſſe munus Superioris, & Principis; ſeruare autem in hac diſtributione meritorum proportionem, & dignitatum, ſapientiam præſefert, & rectitudinē, quod autē quandoq; is, qui diſtribuit bona non ſua, ſed aliena impartiatur, quod imperfectionis eſt, dicitur eſſe per accidens, nā poteſt iſte diſtributor ſe gerere nō tāquam alterius diſpenſator, ſed tanquam Princeps ſua propria bona, ſecundùm meritorum, & dignitatum proportionē diſtribuens, quod autem bona ſua diſtribuendo faciat non ſua, dicimus iuxta doctrinam ſuperiùs traditam, hoc oriri ex limitatione dominij in humanis: falſum enim eſt aſſumptum de diſtributione bonorū in tota ſua amplitudine.

Quod ſiquis dicat, rationem formalem iuſtitiæ diſtributiuę poſitam eſſe in illa proportione geometrica, in illa, inquam, proportione proportionum, ſcilicet, vt ſicut ſe habet perſona ad perſonam in merito, ſeu iure, & dignitate; ita ſe habeat præmium, ſeu res, vni conferenda ad rem dandam alteri; vnde reſultat illa proportio, quod ſicut vna perſona ſe habet ad vnum præmium, ita alia ad aliud; hoc autē *imperfectionem* dicit; ideo enim ſeruat illam æqualitatem proportionum, quia non poteſt ad perfectam æqualitatem peruenire, Arithmeticam ſcilicet, quæ eſt rei ad rem. Verùm primùm reſpondemus, iuſtitiam diſtributiuam non ſemper in ſuis *actibus* ſeruare illam æqualitatem proportionum, ergo illa æqualitas non poteſt eſſe ſuum formale obiectum, ſed ius illud, vt diximus, quod habet ad talem rem perſona ratione ſuæ dignitatis, vt ſupra eſt explicatum. Cōſequētia tum patet ex eo, quod nō poteſt virtus aliqua ſuum actum exercere extra obiectum formale; tum ex illa partium enumeratione ſuperiùs facta. Antecedēs probatur communi exemplo de electione ad beneficium, vbi non fit diſtributio inter multos, ſed tātùm beneficium datur digniori. Et confirmatur, nam non ſolùm id accidit quādo res cōmunis diſtribuēda, eſt indiuiſibilis, ſed poteſt cōtingere etiam quando multa Reipublicæ bona eſſent diuidenda pro meritis ſingulorum, & vnus tātùm reperiretur dignus, vt ſi bona communitatis diſtribuēda eſſent militibus de illa benemeritis, quamuis vnus tātùm reperiatur; ille tamen ſuo præmio eſſet donādus, & 20

totum

totum hoc ad iuſtitiā diſtributiuam pertinet, cum de præmio agitur vltra ſtipendium. Deinde dici poteſt, iuſtitiam diſtributiuam etiam quādo inter multos ſeruat illā proportionem geometricam; nō per ſe requirere, vt non poſſit cum ſingulis Arythmetica ſeruari ęqualitas, cum nulla ratione, aut auctoritate talis poſſet oſtēdi neceſſitas; nam ſi Rex aliquis præpotens ſuos milites cōdignis præmijs velit afficere, etiam ſi tot habeat bona, & diuitias, vt vnicuique poſſit dare quantum ſecundùm rectam rationem, habita dignitatis, & laboris ratione meretur; nihilominus iuſtitiam diſtributiuā inter eos ſeruabit; cur enim ſi eſſet impotens, ea vſurus fuiſſet, non verò ſi potens ſit?

21 Confirmauimus igitur multis illud argumentum, quod ad dirimendam totam hanc controuerſiam ſolùm eſt ſatis, illas virtutes ponēdas eſſe in Deo, quæ nullam inuoluunt imperf. ctionem, at iuſtitia commutatiua, & diſtributiua in ſuis rationibus formalibus nihil habent imperfecti, ergo illas eſſe in Deo, non eſt dubitandum.

Probatur deinde eadem veritas, nā Deus in præmio reddēdo vtrāq; iuſtitiam exercet, & diſtributiuam, & commutatiuam, ergo non eſt dubitādum, quin hę virtutes reperiantur in ipſo. Clara conſequentia, ita vt probatione nō indigeat, in explicando, & probādo antecedēte maxima eſt difficultas, & cōplures poſſent afferri modi ad id perſuadendum; ſed ille cęteris videtur probabilior, quē tertio loco affert, & defendit Suar. diſp. cit. de iuſtitia Dei, ſec. 3. nu. 31. & 32. & vt eius magis innoteſcat probabilitas, contra aduerſariorum argumenta ipſum quoad eius fieri poteſt, tueamur.

Suar.

22 Vaſquez igitur 1.2. diſp. 223. nu. 69. & ſeq. in illum modum dicendi ita inſurgit. Vel illud ius quod eſt in meritis ad r etributionem, verè deficit à rigore cōmutatiui iuris, prout erga Deum reperiri poteſt, aut ab eo non deficit, ſi deficit, quantumuis parum deficiat, nō poteſt id fieri integro manente obiecto formali commutatiuæ iuſtitiæ, nam ſi integrum maneret, nihil ab eo ius illud deficeret ac proinde ibi non eſſet ius diſtributiuæ, ſed ſolius cōmutatiuæ; ſi quidem hæc duo iura, prout etiam verſantur erga Deum, ſunt omninò contraria, imò verò contradictoria: cōmutatiuum enim aut eſt ius dominij, aut dominio æquiualens; diſtributiuum verò nō eſt ius dominij, aut illi æquiualens, aut ius illud, quod eſt in meritis ad retributionem, non deficit à iure cōmutatiuo, quale eſt erga Deum, & ita non erit ius diſtributiuæ; nam, vt proximè dicebamus, hæc duo iura integra ſimul manere nequeunt, eo quod iuxta definitionē præmiſſam, contraria ſeu contradictoria ſunt. Parum autem refert, quod ipſi catenus ſolùm dicunt in meritis eſſe ius diſtributiuum, quatenus illud deficit à iure commutatiuo humano; nam vt dictum eſt, ſimul cum commutatiuo iure erga Deum, ſtare non poteſt, & ita etiam à rigore iuris commutatiui erga Deum deficere debet.

Vaſq.

Præterea omne illud, quod conſiderant in iure meritorum ad retributionem, & in quo dicunt deficere à iure commutatiuo, quod eſt inter homines, & conſtituere ius diſtributiuum erga Deum, ipſi quoque fatentur conuenire iuri commutatiuo, etiam erga Deum, vt ita Deo tribuant iuſtitiam commutatiuam, ſine imperfectione, ergo nullo modo diſtinguunt ius commutatiuum à diſtributiuo erga Deum. Porro autem ea omnia, quæ ipſi aſſignant diſtributiuo iuri erga Deum 23

inductione ſtatim patebũt. Primùm quidem, quod hoc ius non obligat Deum ad alienandum, & abdicandũ à ſe id, quod tribuit, ſed ad id, quod ſuum eſt, alteri cõmunicandum ſeruato illius dominio penès ſe, etiam conuenit Iuſtitiæ cõmutatiuæ Dei, nam, vt eam ſine illa imperfectione abdicationis dominij, quæ eſt inter homines, Deo tribuerent, dixerunt, ad rationẽ Iuſtitiæ cõmutatiuæ abſolutæ, & abſtractæ, repaſſionem nõ pertinere, ſed eam ſolùm conuenire Iuſtitiæ cõmutatiuę humanæ. Deinde quod ius hoc potius innitatur rectitudini, & verbo ipſius Dei, quam proprietati creaturæ, etiam conuenit Iuſtitiæ cõmutatiuæ, quam ipſi Deo tribuunt; nam ex ſua rectitudine, & verbo obligantur ad dandum ex commutatione, non autem ex eo ſolo, quod creatura det illi aliquid: quinimò in omni Iuſtitia cõmutatiua, etiam inter homines, ipſi volunt, non oriri obligationẽ iuſtitiæ commutatiuę ex ſola ratione dati, & accepti, niſi promiſſio; & pactũ accedat, ac proindè ex hac parte ius diſtributiuum etiam à commutatiuo humano non differret, ſi eorum ſen-
24 tentia vera eſſet. Quod autem dicunt, eatenus in nobis eſſe ius diſtributiuum erga Deum, quatenus deficit à rigore iuris commutatiui, ſi intelligunt de rigore iuris commutatiui humani; etiam id conuenit iuri commutatiuo erga Deum; neque enim in eo ſeruantur omnia, quæ in commutatione inter homines ſeruari debent. Si autem intelligunt quatenus deficit à iure commutatiuo erga Deum, incidunt in difficultatem ſuperiùs factã, vt nullam relinquant iuſtitiam commutatiuam erga Deum. Demùm quod poſtremò dicunt, in Deo vtramque iuſtitiam formaliter, & propriè, licèt eminenter, ideſt in eminẽtiori quadam ratione ſimul reperiri, quia quantùm aliquod ius ab vna deficit, ab altera participatur, aliã nõ minorem continet difficultatem; ſic enim videntur quandã iuſtitiam Deo tribuere, quę nec ſit formaliter cõmutatiua, nec diſtributiua, ſed tertia ex vtraque conflata, ſi quidem ei aſſignant obiectum, & ius, quod ab vtriuſque iure aliquo modo deficit, & quantùm deficit ab vno, habet alterius, ex hoc enim planè ſequitur, neutrius rationem formalem in Deo reperiri, ſed tertiam aliam, vtriq; ſimilem. Et ſanè ſi in Deo vtraq; eſſet formaliter; dicendum foret, iuxta ſententiam prędictorum Theologorum, qui putant Iuſtitiam cõmutatiuam, & diſtributiuam in nobis ſpecie differre, in Deo eſſe duo diuerſa Attributa, quaſi ſpecie diuerſa, in noſtro modo cõcipiendi, atq; duos actus eadem ratione aſſignare deberẽt, & duo obiecta ratione ſaltem diuerſa; cum igitur vtramque rationem iuſtitiæ, & opus vtriuſque in vnum Attributum, complectens in ſe aliquid vtriuſque iuſtitiæ, & iuris, confundant, quaſi tertiam iuſtitiam, ex vtraque compactam reminiſcuntur.

Hæc argumenta fiunt cõtra prædictum modum explicandi, quanta 25
fieri potuit breuitate, & fidelitate recitata, quæ non ſolùm ſpecie quidem, ſed re ipſa maximi ſunt ponderis, ſi vt verba videntur præſeferre, intelligamus Franciſci Suar. ſententiam. At ſi explicatur hoc pacto, videntur quæ in contrariũ obijciuntur, poſſe ſolui. Dicimus igitur, cum loquimur de iuſtitia commutatiua diuina, deficere à Seuero illo iure, ſeu iuſtitiæ commutatiuæ humanæ; non autem deficere à iure illo commutatiuo iuſtitiæ abſtractè ſumptæ, & à iure commutatiuo, quod eſt erga Deum, alioquin non poſſet formale eius obiectum manere; & vt ſic conſi-

conſideratam, non conſtituere iuſtitiam diſtributiuam Dei; nam ſi quatenus ita deficit, conſtituit formalitatem Iuſtitiæ cõmutatiuæ in Deo, non poteſt ſecundùm eandẽ rationem pertinere, ſeu conſtituere iuſtitiam diſtributiuam eiuſdem; Nam cum hęc ſint contraria, ſiuè contradictoria, & proportionata reſpiciãt ſuis rationibus iura, non poſſunt per idem, ſecundùm idẽ vtraq; cõſtitui.

26 Dicimus tamẽ, ex eo quod iuſtitia cõmutatiua Dei à ſeuero illo iure iuſtitiæ cõmutatiuæ humanæ deficiat, fieri, vt Deus per eundẽ actum expleat munus vtriuſq;, & exerceat nõ ſolùm id, quod pertinet ad rationem formalem iuſtitiæ cõmutatiuæ; ſed etiã diſtributiuæ, & vtriuſq; iuribus ſimul ſatisfaciat, quod quidẽ nõ ſolet admittere ſeuerũ illud ius cõmutatiuæ iuſtitiæ humanę; nam cum non cogatur Deus ab extrinſeco (ſi radicem obligationis cõſideremus) ad implendũ, & ſeruandum tale ius, ſed ex naturali rectitudine ſibi intrinſeca, ad id inclinetur, & ex ſuppoſitione neceſſitatẽ habeat retribuendi neq; ex illo iure poſſit cogi ad dandã rem ſimpliciter alienam, ſed ad ſuam propriam cõmunicandã. Cũq; idem qui plenũ, & perfectũ habet dominiũ, ſit ſupremus Gubernator, ad quẽ ſpectat cõmune bonũ, & in eo debitã proportionẽ reſpicere, bonaq; cõmunia, iuxta conditionẽ, & dignitatẽ perſonarũ diſtribuere; aſſerẽdũ eſt, voluiſſe ita obligari, vt eodẽ pręmio non ſolũ tanquã ſtipendio debito militibus, ſeu mercede cõmenſurata operibus, & laboribus, ſed etiã præmio de Republica Chriſtiana benemeritis, iuxta perſonarũ cõditionẽ, & dignitatẽ ſatisfaceret, idq; faciliùs perſuadetur; nã pro laborũ, & certaminũ ratione eſt quis de eadẽ Republica magis be-

27 nemeritus. Addendũ præterea eſt, diſponi Deũ, vt ita dicã, per iuſtitiã cõmutatiuam tanquã priuatũ hominem ad priuatum, vel eum, qui ſe inſtar priuatorum habet; per iuſtitiam verò diſtributiuam tanquam ſupremum Gubernatorem, vel eũ, qui cõmunitatẽ repręſentat ad priuatum, per illã Deum dirigere cõmutationes, per hanc diſtributiones bonorũ cõmunium. Et tandem dum explet 28
partes Iuſtitiæ cõmutatiuæ, ſpectare conditionẽ rei alterius, vt ei reddat æquale, dũ exercet munus diſtributiuæ, reſpicere cõditionem perſonę, vt iuxta ius in eius dignitate fundatum, ad cõmunia bona fiat diſtributio. Et confirmatur, nam ſi in eodẽ actu quandoq; concurrunt iuſtitia cõmutatiua, & diſtributiua humana, vt quando ratione talis dignitatis, & conditionis cõtingat aliquem habere proprium, & intrinſecũ ius, ad aliquid aliud conſequendum: & omninò cum Iuſtitia diſtributiua in ſua functione includit cõmutatiuã, nempè quando fit diſtributio rerũ, quæ ſtricto iure debentur, iuxta perſonarum conditionem, vt ſi quis relinquat centũ aureos, diſtribuendos ſtudioſis collegij, pro cuiuſque inopia, & eruditione, præſes diſtributor lege iuſtitiæ cõmutatiuæ, obligatur erga ſingulos, quamuis erga omnes teneatur ſeruare formã iuſtitiæ diſtributiuæ, vt ſit ea proportio eleemoſynę ad eleemoſynã, quę eſt inopię ad inopiã, quod quidem fundatũ eſt in cõditione perſonæ. Et meliùs, quando confertur cathedra digniori oppoſitori, iuxta legem, vel loci conſuetudinem, qua cautum eſt, vt ita omninò fiat, in eodem actu habet ſuas partes vtraque iuſtitia, & diſtributiua, & commutatiua, & de actu agitur humano, quid dicendum eſt de diuino? cum de illo agatur, qui ex pacto poteſt obligari, ſiuè de menſura loquamur obligationis, ſiuè de modo pro libito ſuæ voluntatis.

Rebel-

Rebell. Rebellius lib. 1. de prȩludijs Iuſtitiȩ q. 4. ſect. 2. nu. 20. ſic defendit Iuſtitiam diſtributiuã in Deo, ſi attento iure præcisè quod perſonæ priuatæ habēt ad bona communia ſuæ Reipublicæ; Deus ipſe vel per Angelum, vel per ſe ipſum diſtribuat ea ſecundùm merita politica ſingularum perſonarum, quo pacto videtur diſtribuiſſe Ioſuè terram (ſicut in libro eiuſdē à cap. 14. legimus) promiſſionis, ſingulis Tribubus, & per Samuelem Regnum Iſraeliticum primò dedit Sauli, tanquam digniori inter reliquos, congregatos Iſraelitas, vt 1. lib. Reg. cap. 10. continetur, & poſtea Dauidi, omniũ digniſſimo, poſt reiectionē Saulis, vt eodem libro, cap. 16. narratur, profectò iam in rigore dicetur Deus ſeruare Iuſtitiam diſtributiuã propriiſſimè dictam non minùs, quàm ſi ipſa Reſpublica talia bona diſtribueret, ſiuè conferret, ſecundùm dignitatē perſonarũ particularium. Et confirmari poteſt auctoritate D. Tho. 2. 2. q. 61. art. 4. vbi non ſolùm in operibus gratiæ, & præmijs meritorũ, ſed etiã in operibus naturæ tribuit Deo iuſtam diſtributionem, vnde ita cōcludit. *Ordo vniuerſi, qui apparet tàm in rebus naturalibus, quàm in voluntarijs, demonſtrat Dei iuſtitiam.* Sed nō probatur, quia ſine proprio debito, quo violato iniuſtitia cōmitteretur, nō intercedit propria ratio Iuſtitiæ: ſecluſa autem promiſſione non poteſt eſſe in Deo hoc debitum, ergo. Deinde, quia ſecluſa promiſſione, quicquid conſideraretur ex parte creaturæ, ratione cuius diceretur illi aliquid deberi, potiùs eſt indigentia quædam, & neceſſitas, quàm ius ad talem rem, vt cum dicimus igni deberi cōcurſum, vt calefaciat; magis ſignificamus, ignem indigere concurſu, quàm quòd habeat ius aliquod ad illum, ſed vbi non eſt ius aliquod, nec vera Iuſtitia eſſe poteſt, ergo. Et tandem confirmatur, Nam opera noſtra, quatenus à gratia procedunt ex vi, & natura ipſius gratiæ, habent quidem quandã proportionē condignitatis ad præmiũ; nihilominus tamen verũ etiam eſt, eis nō deberi ex propria Iuſtitia prȩmium, niſi in promiſſione, & pacto Dei fundetur, vt latè Bellarm. lib. 5. de iuſtific. cap. 14. Hoſius in confeſſione Polonica, cap. 73. vbi oſtēdit, hanc eſſe Scholaſticorum ſententiã. Et ratio eſt eadem, quam ſæpè tetigimus, quia Deus abſq; promiſſione non poteſt conſtitui debitor ſimpliciter, itaut ſit iniuſtus negando debitũ: Iuſtitia autem propria, de qua loquuti ſumus talis eſt, vt hanc neceſſitatem debiti includat. In exēplo autem allato à Rebell. debitor, qui ex oppoſito ſe habet creditori, non eſt Deus, ſed Reſpublica, cuius nomine Deus eius bona communia diſtribuit; illud igitur erit non Dei iuſtitiam diſtributiuam, ſed Reipublicæ explicare. Ad auctoritatem D. Tho. reſpondemus, illum citato loco, vel latiùs loqui de iuſtitia diſtributiua Dei, quàm nos loquuti ſumus; interdum enim omnis diſtributio cũ proportione geometrica poteſt dici iuſta diſtributio, quamuis non ſemper ad propriam iuſtitiam diſtributiuã pertineat; vel certè illo notiori exemplo declarare voluiſſe, quod ſicut in hac naturaliũ proprietatum diſpenſatione ſeruat Deus propriam diſtributionē; ita in materia iuſtitiæ ſeruabit etiam propriam iuſtitiam diſtributiuam, ſed de mente D. Thom. latiùs infra.

Thom.

29 Meliùs igitur defenditur in Deo iuſtitia diſtributiua, & commutatiua, modo explicato: dicere autem vtramque Iuſtitiam in ipſo eſſe duo Attributa, quaſi ſpeciȩ diuerſa, noſtro modo concipiendi, cũ reſpiciat diuerſa iura, quorum vnum eſſentialiter differat ab alio, non dubitarem,

bitatem,& omninò aſſererem,iuſtitiam Dei eſſe formaliter commutatiuam,& diſtributiuam,& vtramque eminenter,ad eum modum, quo dici ſolet,ſcientiam Dei eſſe practicam,& ſpeculatiuam,formaliter, & eminenter; non quia neutra ſit propriè talis,ſed quia vtriuſque veram, & formalem rationem habet vnitam ſub eminentiſſima ratione ſcientiæ; ſic ergo de Iuſtitia Dei ratiocinandum cenſeo, cum quo tamen ſtat, iuxta noſtrum modum concipiendi, illum actum,quo Deus æterna præmia diſtribuit,vt exercet munus Iuſtitiæ diſtributiuæ, differre à ſe ipſo, vt exercet commutatiuæ. Et contra hunc modum explicãdi vtrumq; Attributum diuinæ Iuſtitiæ non videntur militare præfata argumenta, vt patet.

30 Dices, non poteſt fieri vt bonum commune debeatur tanquam proprium,ſed ea, quæ debentur ex Iuſtitia diſtributiua ſunt communia, quæ debentur ex commutatiua,debentur tanquam propria, ergo non poteſt idem deberi ex vtraque Iuſtitia,& conſequenter in retributione meritorum Deus non poteſt ſoluere vtrumque debitum. Verùm poteſt reſponderi,idem non deberi, & tanquam commune bonum,& quaſi proprium, eodem titulo, & ſi reſpiciamus vnum, & idem ius, at diuerſo titulo, & ſi diuerſa conſiderentur iura,id fieri poteſt. Exemplo id poteſt eſſe perſpicuum,nam bona communitatis ex Iuſtitia diſtributiua debẽtur de ea benemeritis:poſtquam autem Princeps, ſeu Reſpublica diſtributori iniunxit, vt bona communia talibus diſtribuat, ſi ſecus ille fecerit, ad damnum reſarciendum tenetur; nam licet bona communia, non niſi ex iuſtitia diſtributiua debeantur, poſtquam diſtributori ita iniunctum fuit, iam ſe ſe immiſcuit noua debiti ratio ex iuſtitia commutatiua, ad eadem bona tanquam propria, orta tum ex voluntate Principis, ita præcipientis, tum ex iure, quod habet quis, ad iuſtitiam pertinens commutatiuam, ne defraudetur. Sed ſacræ Scripturæ imploremus auxilium.

Sacra Scriptura hanc eandem confirmat doctrinam.

Cap. 6.

Fieri à Deo in retributione præmiorum diſtributionem illam ex Iuſtitia diſtributiua, multa teſtantur ſacræ Scripturæ loca. In primis id colligitur ex verbis illis Ioan. 14. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, quorum ſi penetremus ſenſum, vt per has manſiones non ſolùm multitudinem intelligamus ſignificari, ſed etiam ex ſententia antiquorum Patrum, Irenæi lib. 3. cap. 21. Hylarij ſuper illud Pſal. 64. *Beatus quem elegiſti*, Cyrill. lib. 9. cap. 31. Hieronymi lib. 2. contra Iouinianum,& ex communi Catholicorum ſenſu varietatem,& inæqualitatem, ſeu inæqualem multitudinem, clarè patebit, Deum in præmiorum diſtributione ius reſpicere, in perſonarum conditione,& dignitate fundatum, atque vnicuique pro ſua dignitate, diuerſa tribuere loca; quod totum pertinet ad Iuſtitiam diſtributiuam. Quod pulchrè confirmat Auguſtini expoſitio in hunc locum Ioannis, & lib. de Sanct. Virg. cap. 26. qui inquit, cum Petro dictum eſſet fidentiori, atque promptiori non cantabit gallus, donec ter me neges? tanquam ergo eſſent ab illo perituri meritò turbabantur, ſed cum audiunt in domo Patris mei manſio-

1

Ioan 14.

Ireneus.
Hylarius.

Cyrill.
Hieron.

Auguſt.

manſiones multæ ſunt à perturbatione recreantur certi, ac fidentes etiam poſt pericula tentationum ſe apud Deum cum Chriſto eſſe manſuros, quia etſi alius eſt alio fortior, alius alio ſapientior, alius alio iuſtior, &c. in domo Patris mei manſiones multæ ſunt, nullus eorũ alienabitur ab illa domo, vbi manſiones pro ſuo quiſque accepturus eſt merito, & omninò ne infirmis quidem, modo in ſe crederent, locum defuturum. Idem videtur eſſe ſenſus illorum verborum, de iuſtis in gloria collocãdis ad literam, Sap. 3. In paucis vexati, in multis benè diſponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe, quibus habemus non niſi dignis dari Cœlorum Regnum. Et ſi cum Hugone, Sap. 3. attendamus propriam notionem verbi, diſponendi, qualitatem prẹmij cuiuſq; dignitati mirificè reſpondere videbimus; denotat enim aptã quandam, ordinatã, & iucundã collationẽ, qualem innuunt Chriſti verba Luc. 22. *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum.* Sed lepidiſſimè in hũc ſenſenſum interpretatur Burgenſis illa verba Chriſti Matth. 20. *Calicẽ quidem meũ bibetis, ſedere autẽ ad dexteram meam, vel ſiniſtrã, nõ eſt meũ dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Petierat mater filiorũ Zebedẹi Iacobo, & Ioanni primatũ cõſeſſus Regij, vt cingerent Chriſto latus vtrumque, ac vt eſsẽt ipſi à Chriſto Rege primi Proceres Regni (dic vt ſedeãt hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnius ad ſiniſtram in Regno tuo.) At matre ſupplicante, Chriſtus reſpondit filijs, ac inter cętera inquit (Calicem quidẽ meum bibetis) hoc eſt. Eritis mihi quidem ſocij Regni, cõſolationiſq; quemadmodum fueritis certaminis, ac triſtium paſſionum; calicis, inquam, ac baptiſmi; ſedere autẽ ad dexteram meam, &c. ideſt ſed locus Regni primus, incertũ quorũ erit, certo tamẽ eorũ, quibus Deus Pater eum præparauit, ille ab ęterno perſpecta habens futura ſingulorum electorum opera, operumq; merita, ac momẽta, quæ, ipſius cooperante gratia, hac in vita facturi, ſibi comparaturi eſſent, ſuum ſigulis ab æterno deſtinauit in Regno meo locum, ac honoris gradum; ſummum, primumq; ijs, qui per opera omnium illuſtriſſima, præcæteris magis idoneos, dignoſque ſe eſſent reddituri; quinam illi ſint, vos ne an alij, non eſt meum nũc declarare, quod Pater vult adhuc apud ſe manere ſecretum. Lepida expoſitio, ac doctrinę explicatæ de iuſtitia diſtributiua, qua diximus ius attendi, in perſonarum dignitate fundatum, ſatis accommodata. Confirmaturq; grauiſſimorum Patrum auctoritate, Ambroſ. lib. 5. de fid. cap. 3. Epiphanij hæreſ. 69. Cyrill. lib. 10. Theſaur. cap. 5. Chryſoſt. Hom. 66. Hieronym. in comment. ad hunc locum, qui ſentiunt, in illis verbis, *ſedere autem ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus*, &c. non fieri comparationẽ inter Chriſtum, & Patrem, Ariani putabant, quaſi Pater poſſit, filius verò non poſſit, ſed comparationem fieri inter perſonas, quibus huiuſmodi honor dari poteſt, quod non omnibus, ſed quibus à Patre paratum eſt, .i. dignioribus, & magis de Chriſtiana Republica benemeritis, ne iuſtitiæ diſtributiuæ ius lædatur, cuius eſt dexterum, & ſiniſtrũ deſignare, quæ ſupponit Chriſtus illo loco Matthæi eſſe in Regno ſuo. Et D. Paul. ad Rom. 2. dicens Deum redditurum vnicuique iuxta opera ſua; rationem reddit, quia non eſt acceptio perſonarum apud Deum quod vitium, vt Theologi videntur ſentire, formaliter ſumptum, contra

Margin notes: Sap. 3. — Vgo Card. — Luc. 22. — Burgenſ. — Matt. 20. — a Ambroſ. — Epiph. — Cyrill. — Chryſoſt. — Hieron. — Rom. 2.

Iuſti-

Iuſtitiam eſt diſtributiuam. Verùm
3 arbitror opponi Iuſtitiæ cõmutati-
uæ, quando eam violat; diſtributiuæ
verò ſimiliter quando eam non ſer-
uat, ac vtriq; eſſe commune; vnde in
iudicio etiã locum habet, vbi Iudex
pro ſui muneris ratione vtriq; parti
æquè debet Ius dicere, & inter illas
ſolùm debet attẽdere æqualitatem
dati, & accepti; quãdo autem alicui
earum, quia benè eſt affectus, plùs
tribuit, aut eam minùs punit, quam
debebat, acceptor dicitur perſona-
rum, & in vitium incidit, cõmutati-
uæ iuſtitiæ oppoſitum, iuxta illud
Pſal.81. Pſal.81. *Vſquequo iudicatis iniquita-
tem, & facies peccatorum ſumitis?* ini-
quos alloquens Propheta Iudices,
qui non attendentes merita cauſæ,
ſed gratiam hominum diuitum, &
potentium, iniuſtè iudicant, illorum
gratiã, pauperi Iuſtitiæ anteponen-
tes. Hæc autem acceptio perſonarũ
iuſtitiæ opponitur cõmutatiuæ. Si-
militer cũ Phariſæi dixerunt ad Ie-
Matt.22. ſum, Matt.22. *Scimus quia verax es,
& non eſt tibi cura de aliquo, non enim
reſpicis perſonam hominum.* Probi, fi-
diq; Doctoris laudes prędicant, qui
incorruptè, ſincerè, ac liberè docet,
nec cuiuſuis hominis gratia ab offi-
cio deflectit; & tamen petebat, vt
iudicaret, vtrum cenſus deberetur
Cæſari, an non, quod ad cõmutati-
uam pertinebat, ergo vitiũ accep-
tionis perſonarũ huic Iuſtitiæ etiam
opponitur. Ex parabola autem de
Matt.25. talentis, Matth.25. & Luc.19. di-
Luc.19. ſtributiuæ Iuſtitiæ forma ſatis vide-
tur colligi, in illa enim qui quinque
talenta lucratus fuerat, ſuper quin-
que Ciuitates conſtituitur, qui ve-
rò duo, ſuper duas. Et ſimiliter qui
apud Lucam decem mnas cõpara-
uerat, decem Ciuitatibus præfer-
tur; diſtribuuntur igitur præmia
pro ratione Iuris in perſonæ digni-
tate fundati.

4 Quod etiam Deus retribuat ea-
dem æterna prẹmia ex Iuſtitia com-
mutatiua, ſatis oſtendimus ſupra, cũ
probauimus multis ſacrę Scripturæ
teſtimonijs, Iuſtitię debitum cadere
in diuinam voluntatem; oſtendimus
enim præmium illud in ſacræ Scrip-
turæ paginis, nunc mercedem vo-
cari laboribus, & operibus debi-
tum, nunc brauium currentibus,
nunc depoſitum Deo creditum,
quòd de mercede, & compenſatio-
ne laboris intelligit Theophilactus, Theophyl.
qui enim boni quidpiam agit is ve-
luti iſtud reponit, vt per ipſum coro-
netur, ſumpta metaphora ab ijs, qui
apud nummularios pecunias depo-
nunt, vt integras, aut etiam cum fę-
nore, ſuo tempore recipiant; & tan-
dem coronam Iuſtitiæ, quàm virili-
ter certantibus reddet Dominus in
die Iudicij iuſtus Iudex. Super quę
verba, inquit, Auguſt. ſerm.14. de August.
verbis Domini. *Reddet mihi Domi-
nus coronam iuſtus Iudex; debet ergo
quod reddit, reddet ergo Iudex; non
enim opere inſpecto poteſt negare mer-
cedem, quia opus inſpicit: Bonum cer-
tamen certaui; opus eſt, ſupereſt mihi
corona Iuſtitiæ merces eſt.* Hæc ille,
quæ omnia ad Iuſtitiam pertinere
commutatiuam, quis dubitat?

Quod ſi lubet tanquam in ſpecu- 5
lum Deum inſpicere, vtriuſq; Iuſti-
tiæ ius attendentem in retributione
meritorum, cõſidera verba illa, quæ
canit Eccleſia in Feſto vnius Mar-
tyris, ex Eccleſiaſt.cap.45. ſumpta. Eccleſ.45.
*Corona aurea ſuper caput eius, ex-
preſſa ſigno ſanctitatis, gloria, honoris,
& opus fortitudinis.* Vocat igitur co-
ronã, Martyrũ capitibus impoſitam
in æterna beatitudine gloriã hono-
riſ, ideſt ornamentum honorificum,
eorum dignitati debitum; En Deum
partes explentẽ Iuſtitię diſtributiuę.
Vocat præterea opus eorũ fortitu-
dinis. En munus exequẽtẽ alterius,
quę dicitur commutatiua, dum mer-
ces illa, ſeu præmium opus vocatur

Martyrum

Martyrum manibus fabrefactum, ergo ad illud habebant ius dominij, vel æquiualens, operibus enim noſtrarum manuum pro noſtris licèt vti.

Quid ſenſerint D. Thomas, & alij Scholaſtici de hac difficultate.

Cap. 7.

1 Thom. D. Thomam ſenſiſſe, Iuſtitiam diſtributiuã eſſe in Deo; ego non dubitarem, cum id expreſsè dicat in 1. par. q. 21. art. 1. nec vnquam apud eum legerim contrarium. Et quamuis 2. 2. q. 61. art. 4. ad primũ dicat, iudicium illud attendi ſecundùm rationem Iuſtitiæ cõmutatiuę, prout ſcilicet recompenſat præmia meritis, & ſupplicia peccatis, nõ tamen excludit Iuſtitiam diſtributiuã, cum id clarè dicat loco priùs citato. Vnde non probarem ſententiam Molinæ, qui interpretatur dictum D. Tho. ſecundùm modum, & accõmodationem quandam; nam in eo ſenſu, quo ibi negat, eſſe in Deo Iuſtitiam cõmutatiuam, affirmat Iuſtitiam diſtributiuam; at cõmutatiuam per affinitatem, & ſimilitudinẽ quãdam eſſe in Deo, iam dicit in loco vltimò citato.

2 Thom. Capreol. Quid autem ſenſerit de Iuſtitia cõmutatiua, magis eſt dubium, nam illã ſimpliciter Deo negare videtur 1. par. q. 21. art. 1. & 1. contra gent. cap. 93. & in 2. diſt. 27. art. 3. & 1. 2. q. 114. art. 1., licet alibi, vt dixi, cõcedat, iudicium illud vltimũ attẽdi ſecundùm rationem Iuſtitiæ cõmutatiuæ. Capreol. in 2. diſt. 27. art. 3. ad 1. exiſtimat, quod D. Thom. prioribus locis de commutatiua negare viſus eſt, in poſterioribus emẽdaſſe, vel declaraſſe; nam quando negat (inquit) inter Deum, & creaturam poſſe eſſe Iuſtitiam commutatiuam, cõſiderat creaturam, ſeu hominẽ, & actionem eius ſecundùm proprias vires, & ſecundùm valorem, ſeu efficaciam, quam ex ſe habere poteſt ad obligandum Deum ex Iuſtitia. At verò conſiderando actum hominis, prout eſt ex motione Spiritus ſancti, & gratia, habet æqualitatem cum præmio. Verùm ſi conſiderentur opera noſtra ſecundùm proprias vires, nec diſtributiua iuſtitia poteſt eſſe inter nos, & Deum, quã tamen cõceſſit in loco illo 1. par.; negauit autem eſſe Iuſtitiam cõmutatiuam; quod ſi ſecundùm eius rationẽ dixerit, eſſe iuditium finale in pręmiorum, & pœnarum retributionem, id debet intelligi per quandam ſimilitudinem, & cognationẽ, nam infligere cõdignam pro delictis pęnam, munus eſt Iuſtitiæ vindicatiuæ, quæ commutatiua, nõ eſt (vt videbimus) ſed illi valdè affinis. Alij volũt, Diu. 3
Thomam negaſſe eſſe, Iuſtitiam cõmutatiuam in Deo; ſi accipiatur, vt imperfectionem inuoluit; nõ tamen ſecundùm conceptum illum cõmunem commutationis, ſeu ſolutionis proprij Iuris, & debiti, cum æqualitate rei ad rem, ſeu actionis ad mercedem, in quo nulla inuoluitur imperfectio. Sed contra, nam cum neget commutatiuam Iuſtitiam, abſque vllo additamento, concedit diſtributiuam, quæ cum imperfectione non minùs Deo repugnat. Præterea ſi propter imperfectionem, quam dicit in humanis, liceret negare Deo iuſtitiam commutatiuam, nihil ampliùs explicando, liceret etiam negare miſericordiam, intellectum, & voluntatem, & operationes vtriuſque, denique cætera omnia attributa?

Dices, Iuſtitiam commutatiuam ex obiecto formali limitato habere imperfectionem; non ſic miſericordiam, &c. Contra, nam miſericordia 4

cordia creata, vt diximus, neceſſa-
3 riò ſupponit ſubiectum, & in eo ali-
quam miſeriam, vt eius poſſit miſe-
reri, & ita reſpicit, vt obiectum for-
male miſeriam, quæ ſe habet per
modum priuationis alicuius boni,
vt ſubleuandæ. Similiter amor hu-
manus ſupponit in alio bonum, vt
illud amet, & hoc pertinet ad obie-
ctum formale ſuum, ergo ob eãdem
rationem non eſſent ponenda nec
amor, nec miſericordia in Deo. For-
ſitan poſſet dici, quando abſolutè
negat D. Thom. ipſi Deo iuſtitiam
commutatiuam humano, ſeu philo-
ſophico modo de iuſtitia commuta-
tiua fuiſſe loquutum, vt inter homi-
nes inuenitur, cum eo ſeruato iure,
quod imperfectionem inuoluit, &
quando ſimpliciter inquit, iuſtitiam
commutatiuam non eſſe in Deo, il-
la particula, ſimpliciter; non exclu-
dit proprietatem iuſtitiæ, ſed rigo-
rem illum, qui gratiam aliquam, vel
eius promiſſionem non ſupponit, vt
patet ex illis verbis eius 1.2. quæſt.
114. art. 1. ideo meritum hominis
apud Deum eſſe non poteſt, niſi
ſecundùm præſuppoſitionem diui-
næ ordinationis. Et iuxta hanc do-
ctrinam poſſunt intelligi duo loca
S. Doctoris in 3. par. alter eſt quæſt.
11. art. 2. in C. & reſponſ. ad 2. vbi
inquit, inter Chriſtum, & Deum
fuiſſe iuſtitiam ſimpliciter, quia ibi
ex parte Chriſti nulla fuit gratia
ſuppoſita, quæ ipſi Chriſto ſatisfa-
cienti & merenti, propriè, & in ri-
gore facta fuerit. In altero verò,
qui eſt 3. par. quæſt. 85. per totam,
ſatis declarat, in ſatisfactione no-
ſtra erga Deum, interuenire iuſti-
tiam commutatiuam; hanc verò eſ-
ſe imperfectã ex parte noſtra, quia
deeſt æqualitas, quin etiam poteſt
colligi ex ſententia ipſius, eſſe in
Deo iuſtitiam commutatiuam ve-
ram, & perfectam, ſemotis imperfe-
ctionibus, dum quod negat in hoc
poſteriori loco de ſatisfactione
noſtra, concedit in priori, dum agi-
tur de ſatisfactione Chriſti, affir-
mans, eſſe æqualem, & inde includit
eſſe ſimpliciter, & perfectè iuſtam.
Quod ſi quis concedat, illas con- 6
ditiones, quæ reperiuntur in iuſti-
tia commutatiua humana, eſſe de
ratione formali iuſtitiæ commuta-
tiuæ ſimpliciter dictæ, & ideo non
eſſe tribuendam Deo, cum eo non
eſt multùm contendendum, quia
contentio erit de nomine, ſat eſt in
Deo reperire iuſtitiam quandam à
cæteris attributis diſtinctam, qua in
retributione meritorum, & merce-
dem ſoluit laborum, & iuxta per-
ſonarum dignitatem, & conditio-
nem præmia diſtribuit. Inter cæte-
ros ſcholaſticos eſt etiam hac de re
controuerſia; conſiderandum ta-
men eſt, multos loquutos fuiſſe de
creatura ſecundùm ſe tantùm, &
non vt operante ex gratia, & præ-
cedenti promiſſione, & pacto cum
Deo inito.

Iuſtitia prouidentialis eſt in Deo.

Cap. 8.

CVm iuſtitia hæc, quam in Deo 1
eſſe, aſſerimus, præter com-
mutatiuam, & diſtributiuam, analo-
giam quandam habeat ad iuſtitiam
noſtram legalem, hæc prius expli-
canda eſt, vt illa faciliùs intelliga-
tur. Iuſtitia igitur legalis, vt vera ſit
iuſtitia, neceſſe eſt, vt ius aliquod
pro obiecto habeat, illudque alteri
reddat, vel illæſum conſeruet ea-
demque ratione, vt ſit diſtincta iu-
ſtitia, neceſſe eſt, vt aliquod ius ſibi
proportionatum, & ſpeciale reſpi-
ciat. Cum ergo Reſpublica, vel il-
lius Princeps, vt publica eſt perſo-
na, habeat dominium quoddam al-

Declaratur quænam ſit iuſtitia legalis.

Digitized by Google

tum in bona omnium Ciuium, etiā priuata, quod non excludit proprium, & priuatum eorum dominium, ſed eo non obſtante, facultatem præbet ad vtendum illis bonis, ad communem Reipublicæ vtilitatem, quando neceſſitas id poſtulauerit, & ratione huius iuris tenetur quodlibet Reipublicæ mēbrum ſua bona non ſubtrahere, vel derogare Reipublicæ, quādo huiuſmodi vſui ſunt neceſſaria; imò non ſolùm circa res externas Reſpublica hoc genus habet dominij, vel iuris, ſed etiā circa ipſas perſonas, & actiones earum, imò circa vitam ipſam, vt illam cuicunque morali periculo, ſi neceſſarium id fuerit iudicatum, exponere iuſtè valeat. Virtus ergo, quę vnumquodq; Reipublicę membrum inclinat, vt ſuo modo, & quātum ad ipſum ſpectat, hoc ius ſuæ Reipublicæ tribuat, vel illæſum cuſtodiat, legalis iuſtitia dicitur, diſtincta à commutatiua, & diſtributiua; nam iuris, & debiti diſtinctam etiam reſpicit rationem, & peculiari etiam modo habet reſpectum ad alterum; reſpicit enim Rempublicā, vt totum quoddam, habens quandā iuris peculiarem rationem ad ſingulorum mēbrorum bona, quomodo non habent aliæ iuſtitiæ ſpecies, de quibus ſupra dictum ſatis.

2 Quidam exiſtimant, non differre hanc virtutem à pietate. Verùm quamuis huius iuſtitiæ ſit, actiones aliarum virtutum imperare, vt charitatis, pietatis, & obedientię, vt debitum Reipublicæ ſoluat, tamē magis ſeuerum ius reſpicit hæc iuſtitia quàm pietas, longè enim maior eſt obligatio partis ad totum, ad hanc ſpectans iuſtitiam, quàm effectus ad ſuam cauſam ſecundariā, quod pertinet ad pietatem, cum quiſque ſuā Rempublicam, cuius eſt membrum, parenti teneatur præferre, & vitæ propriæ. Et quāuis ad ortum vniuſcuiuſque magis Pater contulerit, quam patria, quiſque tamen patriæ, & Reipublica bonum, debet parēti anteponere, non vt pietatis expleat partes, ſed huius iuſtitiæ legalis, cuius eſt quemlibet Ciuem diſponere ad hoc ius ſuæ Reipublicæ tribuendum, quod cum pertineat ad vinculum, nexumque, qui eſt partis ad totum, longè eſt ſeuerius. Neque dicenda eſt hæc virtus obedientia, quemadmodum alij ſentiunt, nam non eſt illius formaliter munus parēdi legibus, ſicut huius, ſed dicitur iuſtitia legalis, nā quemadmodum lex, vt iuſta ſit, debet commune bonum primariò reſpicere; ita hæc iuſtitia illud maximè procurat.

Bonū Reip. & patriæ parenti eſt anteponendum.

Sic etiam Deus habet virtutem 3 quandam iuſtitiæ, quæ non reſpicit debitum ex promiſſione, vel pacto ſicut propria iuſtitia, de qua prius loquuti ſumus, ſed reſpicit debitum tantùm prouidentiæ modum, quem Deus, vel rebus, vel potius ſuæ ſapientiæ, & bonitati debet, ſuppoſito, quod res creare voluerit, quod ex varijs operibus eius magis poteſt eſſe perſpicuum, vt quod humanitati Chriſti ratione aſſumptionis tantam gratiam, & tot virtutes conferre voluerit; in illis enim tribuendis non ſolùm Deus reſpexit miſericordiæ rationem, & liberalitatis, ſed maximè exigentiam quandam, quæ ferè moralis neceſſitas cenſetur. Item in prę mio etiam bonorum aliquid ampliùs interuenire videtur, quam miſericordia, etiam ſecluſa promiſſione, non enim ſolùm indigent præmio, ſed etiam ſecundùm ſpecialem quandam decentiam illis debitum eſt: Huc etiā ſpectat, quod fęmina, quæ futura erat mater Dei, abſq; peccato originali cōciperetur, & cōdignis gratiæ ornamētis præueniretur, & perficeretur. Nam licet quadā ratione illud fuerit opus gratię reſpectu Virginis,

Declaratur quęnam ſit iuſtitia prouidentialis Dei.

&

& alia fuerit opus rigoroſę iuſtitiæ, reſpectu meritorum Chriſti, per ſe tamen cōparatum ad verbum,& ad dignitatē Matris Dei, fuit opus iuſtitiæ huius, de qua nunc agitur. In operibus etiam naturæ hic modus etiam iuſtitiæ facile intelligitur,nec ſolum in operibus naturæ particularis, ſed etiam vniuerſalis, vt cum philoſophis loquar, iuſtitia hæc intercedit,v.g.quod terra aquis ſit diſcooperta, non particulari naturæ, ſed vniuerſali debitum eſt;itē quod aqua aſcēdat ad replendū vacuum. Tandem ſi moralem (vt ita dicam) prouidentiā ſpectemus,inueniemus exempla non diſſimilia, nam quod Deus imponat hominibus præcepta,non ſolùm recta,& poſſibilia,ſed etiam illis accommodata, & proportionata, huius iuſtitiæ opus eſt; in his enim obiectis; & omninò in hoc debito prouidentiæ modo, eſt quædam honeſtas; & conformitas ad rectam prudentemque rationem inuenitur, quam diuina ſapientia proponit, vt per ſe ſe maxime decentem, diuinaque voluntas ex vi huius virtutis illam amplectitur, nam velle ex hoc motiuo operibus tum gratiæ,tum naturæ conuenienter prouidere,honeſtus actus eſt, & conſequenter ſpeciale attributum in diuina voluntate requirens.

4 Hæc iuſtitia Dei habet quandam analogiam ad Iuſtitiam noſtram legalem, non tamen ſecundùm proprietatem talis dicenda eſt. Probatur prima pars,nam quemadmodum iuſtitia hæc noſtra legalis formaliter ſpecialis eſt virtus, ratione tamen materiæ, & cauſalitatis generalis dicitur ob materiam nam ex parte illius; ad quem ordinatur, & reſpectu iuris, quod reſpicit, cum ſit cuiuſdam totius Politici,eſt quaſi generalis omnium perſonarum, quæ ſunt partes illius totius,ob cauſalitatem; nam ad hunc finem communis boni, Reſpublica aliarum virtutum actiones poteſt imperare, non ſub ea ratione, qua charitas, vel pietas, vel obedientia, &c. ſed ſub hac ſpeciali, quæ eſt reddere Reipublicæ prædictum ius, quantum ſcilicet ad hunc finem, vſus aliarum virtutum, poteſt eſſe neceſſarium, ſic etiam hæc virtus Dei generalis dicitur ex parte materiæ, & rerum circa quas verſatur, nam bonum commune totius vniuerſi procurat, & leges fert toti communitati maximè conuenientes; ſicut & etiam prouidentia eius generalis dicitur. Poteſt etiam generalis appellari hoc alio nomine, quia omnem iuſtitiam quodammodo imitatur;nam ea ratione, qua vnicuique naturæ præſtat quod illi adæquatè debetur, quandam formam ſeruat commutatiuæ iuſtitiæ; illa verò,qua in vniuerſo omnia collocat ſecundùm vniuſcuiuſque dignitatem, iuſtitiam diſtributiuam imitatur.

Probatur ſecunda pars, nam iuſtitia legalis in ſua proprietate ſumpta, & in ſuo conceptu formali imperfectionem includit, nimirum quod ſit ad alterum, tāquam ad ſuperiorē,reſpiciatque ius, & bonum alterius tanquam altius, & excellentius,quàm proprium, ſcilicet vt bonum totius, & commune: Deus autem reſpectu nullius communitatis poteſt cōparari,vt pars; nec ius, aut bonum alterius, tāquā excellētius reſpicere,nō ergo poteſt formalis iuſtitia legalis Deo cōuenire. Et cōfirmatur,nā ius,quod reſpicit homo reſpectu huius legalis iuſtitiæ magis ſeuerum eſt;quam illud aliud pertinēs ad commutatiuam, quādo enim hæc duo ſimul concurrunt, & ne vnum alterum impediat, ius cōmutatiuę,iuri legalis iuſtitię cędere debet,cum illud huic ſubordinetur; at verò cum de Deo agimus, nō ita 5

Diſcrimen inter iuſtitiam legalem, & cōmutatiuā.

Digitized by Google

ſe res habet;nã ſi ipſe negaret quod ratione cõmutatiuæ debet iuſtitiæ; iniuſtus eſſet,& diceretur;at cum de hoc alio debito loquimur,nõ ita,ex hac iuſtitia operans iuſtitiæ debitũ nõ ſoluit, imitatur tamen propriam iuſtitiam, reſpicit enim aliquale debitum, ſeu proportionẽ, & cõmenſurationẽ aliquã rerum inter ſe cum cõmuni bono; arctius igitur vincitur Deus illo iure,quam iſto.

5 Obijcies, qua is, qui ex affectu iuſtitiæ legalis operatur,procurãdo ſcilicet, vt ſinguli de communitate reddant Reipublicæ debitum, & in bonũ cõmune per ſtudioſas actiones tum iuſtitiæ,tum aliarum virtutum operentur, & ſic æqualitatem inter ſe,& cõmunitatem cõſeruent, verſatur circa ius reddendum communitati ex ſpeciali debito, quod eſt iuſtitiæ legalis proprium obiectum;ergo Deus, qui præcellenter, & imperatiuè per varia præcepta, monitiones, & inſpirationes cooperatur, vt ſuum debitum cõmunitati reddatur, ex eadẽ iuſtitia operabitur, iuxta doctrinam D.Thom. eiuſdem namq; virtutis eſt reddere debitum, & procurare, vt illud reddatur,ſi ex eodem motiuo fiat. Sed reſpondetur, ſi ille, qui ex affectu iuſtitiæ legalis procurat, & operatur,vt ſinguli de communitate,Reipublicę debitũ ſoluãt,illius ſit pars, ex iuſtitia legali operabitur, ſi ex motiuo huius virtutis illa omnia procuret:at Deus cũ nõ poſſit cõſiderari,vt pars cõmunitatis alicuius, nec reſpicere poſſit ius, & bonũ alterius tanquã altius, & excellẽtius, quã propriũ,ſcilicet vt bonũ totius, & cõmune, quamuis per præcepta, monitiones,& inſpirationes cooperetur, vt ſuum debitũ reddat vnuſquiſq;ſuæ cõmunitati,nõ ex iuſtitia legali operabitur, quia non ex eius motiuo. Nec valet illa cõſequentia ex affectu illius iuſtitiæ operatur, quæ reſpicit bonum cõmune,ergo debet dici iuſtus eadẽ iuſtitiæ ſpecie, quæ illud ius reſpicit tanquam ſuũ propriũ obiectũ,quemadmodũ nec Angelus ſi ex affectu caſtitatis, aut tẽperantiæ aliquid circa hominẽ operetur,debet dici caſtus, cum huius virtutis propriè capax nõ ſit. Nec video, quod ad hanc pertinet difficultatẽ,afferri ſufficientẽ rationẽ diuerſitatis; nã quemadmodum quia caſtitas, & tẽperantia verſatur per ſe primò,& directè circa moderandas proprias ſui ſubiecti paſſiones quod ad delectationes tactus, & guſtus tanquã circa propriã materiã, cũ Angelus ſit taliũ paſſionũ incapax,conſequẽter nõ poteſt eſſe ſubiectũ caſtitatis,vel tẽperãtię,ſed ex charitate, & beneuolentia operabitur, quãdo ex affectu caſtitatis, quam nobis deſiderat, ad eam nos incitat,vel aliquo alio modo pro ea obtinenda nobiſcum operatur: ita etiã cum iuſtitia legalis illud ius reſpiciat,quod pars debet cõmunitati,Ciuiſq;patriæ,& Reipublicę tanquã illius membrum, cum Deus reſpectu nullius communitatis poſſit cõſiderari tanquã pars,nec ius, aut bonum alterius tanquã altius reſpiciat, non poteſt ex motiuo iuſtitiæ legalis operari. Et quãuis cooperetur monitionibus, vt quiſquis communitati debitum reddat,nunquam tamẽ formalis iuſtitiæ legalis ratio poteſt illi cõuenire. Et cõfirmatur,ſi inſtãte neceſſitate huius Reipublicę,alius quiſpiã maximæ auctoritatis vir,alibi degens, hortaretur omnes illius communitatis Ciues ad reddẽdũ pro viribus patriæ debitũ, idq;omnibus vijs cõtẽderet, nõ ex iuſtitia legali id ageret,ſed ex charitate, & beneuolẽtia diceretur operari, quia illius communitatis nec pars,nec mẽbrum eſt: quãtò magis id Deo eſt negandũ, qui vllius Reipublicæ nec pars eſt,ne eſſe vllo pacto 6

Digitized by

cto poteſt. Nec alicuius ponderis eſt illa ratio. Debitor, & creditor correlatiua ſunt, & actiones illæ morales, quæ præſtandæ erunt ex parte vtriuſque extremi, quatenus tales ſunt, non ſolùm ſub eandem ſcientiã debent cadere, ſed ad eandem virtutem moralem pertinere; nam Deus quando per præcepta, monitiones, inſpirationes exigit, vt vnumquodq; membrum, quod Reipublicæ eſt pars; per iuſtitiam legalem ſoluat hoc debitum, creditor huius iuris formaliter eſt Reſpublica ipſa, quæ totum dicitur reſpectu huius partis. Quod ſi etiã illud ſoluere Deo debemus, qui ſupremus eſt moderator, &c. nõ ex iuſtitia legali, ſed ex alia virtute, vtpotè obedientia, vel alia eſt illi debitum.

Iuſtitia hæc benè prouidentialis, ſeu prouidentiæ dici poteſt. Quod ſi obijcias, opus illus non eſſe extra latitudinem miſericordię, ſeu generalis beneficentiæ, quæ eſt veluti actus interior amoris, quia hoc debitum nullũ eſt ex parte Dei, ſed potiùs ex parte creaturæ eſt quædam indigẽtia, cum quadam proportione inter rem indigentem, & aliam, quæ deſideratur, vt indigentiæ ſubueniens, hoc autem præſtarè non videtur opus extra latitudinem miſericordiæ, vt ſi diceremus terræ ſitienti deberi aquam, vt germinare poſſit, nõ propterea excluderemus quin pluuiam congruentẽ ſuo tempore illi tribuere, ſit opus miſericordiæ. Verùm ſi cõſideremus omnia, quæ complectitur, vt diximus de humanitate Chriſti, de Virgine glorioſa, de retributione prẽmiorũ, ſemota etiam promiſſione, id nõ videtur ſatiſfacere, opus enim eius non ad ſolam miſericordiã, ſed ad maiorẽ quandã decentiam videtur pertinere ſoluere igitur hoc quoquo pacto debitum, dum de Deo agimus, munus eſſe illius virtutis diuinę, optimè dicere poſſumus, quę iuſtitia prouidentialis appellatur. Quod videtur indicare D. Thom. 1.2.quæſt.21.art.4.& 1.p.quęſt.21. art.1. dum inquit, hanc iuſtitiã pertinere ad Deum, vt ſupremum gubernatorẽ, & prouiſorem omnium. Thom. Et eleganter Tertullianus libr.2. contr. Mar. cap.11. & ſeq. de hac eadem loqui videtur, cum ait, iuſtitiam eſſe tutelã bonitatis, quia bonitas niſi iuſtitia regatur, non erit bonitas. Et rurſus charitas Dei operata eſt mundum, iuſtitia modulata eſt quod latè proſequitur, & poſtea concludit. *Ita omne hoc iuſtitiæ opus, procuratio bonitatis eſt*, &c. & infra. *Iuſtitia etiam plenitudo eſt bonitatis ipſius, exhibens Deum perfectum*. Tertull.

De veritate, ſeu fidelitate Dei.

OPVSC. XXVII.

Cap. I.

CVm omnis veritatis diuiſio tripartita ſit; aut enim in eſſendo, vel in intelligendo, aut tandem in dicendo nuncupatur, ac de veritate Dei in eſſendo ſatis dictum cũ de veritate diuini eſſe deque eadem in intelligendo diſputatũ multis in tractatu de diuina ſcientia, vnde patet, Deum eſſe veritatem primam in intelligendo, quia per ſe ipſum ita omnia diximus intelligere, vt nihil niſi verè intelligere poſſit, dumque infallibilem conformitatem diuinæ intelligentiæ cum omni re intelligibili, & rationibus, & auctoritatibus demonſtrauimus; ſatis hæc diuina veritas fuit confirmata. Vt igitur nihil de eius veritate relinquatur intactum, de- 1

illa huius diuiſionis parte eſt agendum, quæ veritas moralis dicitur, ſicut enim in nobis eſt virtus quædam, qua inclinamur ad loquẽdum ſemper verum, & veritas appellatur moralis; ita huic proportione attributum in voluntate reſpondet diuina, qua non ſolùm inclinatur, ſed etiam quoad ſpecificationem determinatur ad dicẽdum ſemper verum, ita vt, ſi loqui velit, non niſi verum dicere poſſit, vnde etiam prima veritas in dicendo non immeritò nominatur; hocque attributum eius celebratum reperies, cum dicitur in Scripturis ſacris Deus veritatis Pſal. 30. ſpiritus veritatis Ioan. 14. & 15. ideſt, in quem nullum poteſt cadere mendacium. Item qui ſtat promiſſis, fallereque nunquam poteſt. In hac veritate, inquit D. Tho. 2.2. quæſt. 80. art. vnic. ad 3. includi fidelitatem, qua fiunt dicta, non tanquam ſpecies ſub genere, ſed tanquam actus ſub habitu, ſeu tanquam particulare munus ſub adæquata virtute; agens enim de virtutibus in ſpeciali, nullam mentionẽ facit alterius fidelitatis, quod diligenter notauit Caiet. 2. 2. q. 113. qui hanc ſententiam latè diſputat, & defendit, aduertens etiam quod ſignificat ipſe D. Thom. 2.2. quæſt. 110. art. 3. ad 5. infidelitatem illam, quæ promiſſis non ſtat, inter mendacia, ſeu vitia oppoſita veritati computari.

Pſal 30. Ioan. 14. & 15. Thom. Caiet.

2 Veritas diuina ſæpè fidelitas in ſcripturis ſacris nominatur.

Veritas igitur diuina, quę & fidelitas ſæpè in Scripturis ſacris, & à Sanctis Patribus iuxta Philoſophiæ moralis normam nuncupatur, quin potiùs iuxta illius luminis ductum, à quo omnis Philoſophia, omniſque norma ſentiendi, & loquendi ortum ducit, veritatem humanam ita vincit, & ſuperat, vt hanc ad illam comparare prorſus inane ſit; diuina enim aſſertio, quantumuis ſimplex, tantum veritatis, & firmitatis habet pondus, vt eadem ſit eminentiſſimè promiſſio, nec quæcunque, ſed perfectiſſima promiſſio, quemadmodum dicitur iuramento firmata, obligationemque ex debito fidelitatis, & veritatis inducens; At cum de veritate agitur humana, longè diſpar eſt ratio, homo enim ſi ſuæ aſſertioni non coniungat promiſſionem, non obligatur ex vi ſolius veritatis ad veram efficiendam aſſertionem ſuam pro futuro tempore, quia non eſt infallibilis, & immutabilis veritas, vtpotè humana, ſatis ergo erit, quod humano modo verum dicat ſecundùm præſentem ſtatum, ſeu propoſitum. Si verò aſſertioni adiungat promiſſionem, iam virtus veritatis illum obligat, vt verum efficiat, quod dixit, ſtetque promiſſis, factum præſtando, cum dicto conforme, quod ſi accedat iuramentum, iam ſimplex promiſſio, in promiſſionis naturam tranſit iuratæ, additurque obligatio non ſolius veritatis, ſed etiam religionis, propter diuini reuerentiam teſtimonij; paulatim tamen tollitur in huius obligationis acumen. Cum contra ſi illam eminentem Dei virtutem moralem inſpiciamus quæ non quæcunque veritas, ſed ſumma in dicendo veritas appellatur, clarè videbimus, eius obligationem eſſe grauiorem, ac ad illius munus, vt ita dicam explendum plura requiri, non enim ſolùm non fert mendacium, ſed nec mutabilitatem, aut inconſtantiam, vel quamuis leuem mendacij vmbram vnquam patitur, Deus enim, quæ ſumma eſt eius veritas, non poteſt dicere, aliquid ſe facturum, quin animum habeat, & propoſitum faciendi, quod dicto eſt conſonum. Rurſus eadem requirit, vt propoſitum mutare non poſſit, non ſolùm ad vitandam muta-

Diſcrimen inter veritatem diuinam, & humanam,

mutabilitatem phyſicam, & realem ab illa diuina natura prorſus alienam, ſed etiam ne deſit aliquid primæ veritatis partibus explendis neceſſarium; hæc enim non fert, aſſertionem diuinam eſſe non omni modo veram, in tali autem caſu, licèt verum eſſet, Deum illud habuiſſe propoſitum; at futurum fuiſſe, quod Deus dixit, ſe facturum, à vero abhorreret; non eſſet igitur aſſertio diuina omni ex parte vera; hoc autem primæ, & ſummæ veritati repugnat, non ſpeciali aliqua obligatione inducta vi nouæ promiſſionis, à propoſito diſtinctæ, & aſſertione, ſed vi ipſius primæ veritatis, cuius hæc eſt natura, & perfectio. Habes igitur alicuius gratiæ, vel beneficij in te conferendi ſimplicem aſſertionem diuinam; ſit tibi eadem, & promiſſio, & iuramentum, nam quicquid firmitatis in aſſertione humana, & promiſſione tàm ſimplici, quàm iuramento firmata inuenitur, id totum vnitum, & ſimpliciſſima ratione coniunctum, ac omni imperfectione ſemota, reperies in ſimplici aſſertione Dei.

3 Firmat maximè hunc noſtrum diſcurſum Scriptura diuina, qua docente, addiſcemus ſimplicem Dei aſſertionem illius tam maximi beneficij, in totum genus humanum conferendi, quemadmodum erat Aduentus Filij eius, non modo promiſſionem, ſed iuramentum dici. Sic Dauid Pſalm. 131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Et Pſalmo 88. *Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit.* Non ſemel, ſed iterum teſtatur Propheta, iuraſſe Deum, quod in promiſſione dicitur, eius ſcilicet Regnum perpetuum fore, quod Chriſto Regi ab eo deſcendenti debebatur, & tamen vbi id iurauerit Deus nō repeiitur; nam hæc verba Dauid ex communi expoſitorum conſenſu, ad illa referuntur, quæ in 2. lib. Reg. cap. 7. ſcripta leguntur. *Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſque in æternum ante faciem tuam, & Thronus tuus erit firmus iugiter:* Nulla hic iuramenti forma, imò nulla inuenitur promiſſio: relata reperies verba, quæ ſimplicem potiùs ſonant aſſertionem; quia tamen non ad quamcunque, ſed ad Dei pertinent aſſertionem, iuraſſe illum, bis aſſerit Dauid, nam in ſimplici aſſertione diuina, quicquid in noſtra non modo aſſertione, ſed etiam in promiſſione, & iuramento, eminentiſſimè continetur. *Deus per neminem iurat*, inquit Athanaſius ſermone primo de paſſione, & Cruce Domini, *qui enim poteſt, cum ſit Dominus, & mediator omnium? ſed ſi quod res eſt, dicendum eſt; certa fide imbuens Auditores, quoniam quæ promittit, & loquitur, prorſus fient.* Et infra: *Ea, quæ loquitur Deus, ob firmitudinem, & immutabilitatem voluntatis eius pro iuramentis reputanda ſunt.* Et paulò poſt: *Non per veritatem iurat Deus, ſed quia quæ vera ſunt, ſermone ſuo dicit, id hominibus ad fidem pro iuramento eſt.* Et Chryſoſtomus expoſitione in Pſalmo 109. *Deus* inquit, *non iurat, ſed id dicit, quod omninò futurum eſt.* Didicerunt hanc doctrinam Sancti Patres in eadem ſchola ſacrarum litterarum in quibus paſſim id docetur. Sic Deus Geneſ. 17. loquens cum Abraham, & dicens illa verba *Pactum meum tecum*, præmittit priùs *Ego ſum*, quaſi diceret, Pactum meum tecum, erit immutabile, inalterabile, & irreuocabile, me dignum, qui natura talis, qui nec mutari poſſum, nec mentiri.

Et confirmatur magis ex lectione

Marginalia: Affert ſcriptura ſacra ad præfatā doctrinā confirmandam. — Pſal. 131. — Pſal. 88. — 2. Reg. 7. — Athan. — Chryſoſt. — Geneſ. 17.

Digitized by Google

ne Hebræa, vbi loco illorum verborum, *Ego ſum* legitur *Ami inneh* Ecce ego, hoc eſt Ego ille, qui ſolus ſum; ſi igitur ſum illud eſſe illimitatum, & infinitum, à quo pendet cunctum eſſe creatum, ergo primum eſſe, & conſequenter prima veritas; tale pondus ergo habet quodcunque verbum à me prolatum, vt nec mendacium ferat,
Abachuc.3 nec vllam deceptionem. Et Abachuc 3. loquens de iuramento Dei, tali vtitur forma loquendi: (Iuramenta Tribubus, quæ loquutus es) noua quidem, & inuſitata; ſi ad vulgarem confugiamus loquendi modum: nam Iuramentum facere dicimus, non loqui. Et ita etiam legit Pagninus; *Iuramenta quæ feciſti Tribubus*. Sed optimè de Deo dictum (vt noſtra habet vulgata) *Iuramenta Tribubus, quæ loquutus es*. Nam cum agitur de ſermone diuino, non humano, quicquid Deus loquitur, ob firmitudinem, iuramentum eſt, omneque eius verbum, quamuis ſimpliciter prolatum, ſit tibi promiſſio, iuramento firmata; ſic enim decet primam, & ſummam illam veritatem, quæ tam indiſſolubili nexu cum Dei dictis iuncta eſt,
Pſal. 88. vt de ipſa loquens Dauid Pſal.88. illa proferat verba *Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo*, vbi notandum, quod quamuis nihil aliud ſit Dei veritas, quam Deus ipſe, humano tamen loquens more, inquit Propheta, eſſe in circuitu Dei, tanquam intimum eius adminiſtrum ad excipienda mandata, vt quicquid Deus annuerit, ſtatim ipſa perficiat.

4 Ad oſtendendam igitur fidelitatem Dei, quamque infallibiliter promiſſa adimpleat, inquit Dauid, ipſum eſſe potentem, & prꝫterea veritatem eſſe intimum adminiſtrum in circuitu ipſius &c. Vel alio pacto, idque ad rem noſtram etiam valdè opportunum. *Veritas tua in circuitu tuo*. Veritas, ideſt veracitas, & fidelitas dicitur eſſe in circuitu Dei, quoniam eſt veluti eius cingulum, iuxta illud Iſaiæ 11. *Erit iu-* Iſai.11.
ſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius: vt enim cingulum adſtringit veſtes, vt corpori firmiter adhæreant, ſic veritas adſtringit verba promiſſionis diuinæ, vt non mutentur, ſed adimpleantur. Et quemadmodum cingulum hominem ad ambulandum expeditum facit, vnde ſcriptum legimus Tobiæ lib. cap.5. Angelum Tob.5.
Raphaelem apparuiſſe vt Iuuenem præcinctum, & paratum ad ambulandum; ſic veracitas facit, vt omnibus ſemotis impedimentis quiſque expeditè progrediatur ad implēda promiſſa; aſſeruit igitur Deus ſe aliquid eſſe facturum, confide, ſic ligari eius verba ab ipſius veritate, vt ne vnum quid Iota cadat in terram, quin imò ab eadem calcaria addi, vt quamprimùm factis comprobentur. Quod ſi præfata 5
verba Dauid coniungas cum illis Pſal.88.
alijs, quæ mox eodem loco leguntur, *Miſericordia, & veritas præcedent faciem tuam*, ſolamen ſunt peccatorum maximum, eriguntque animos ad altè ſentiendum de diuina benignitate, & miſericordia, ſic enim facilè intelligent veritatem diuinam, intimam Dei adminiſtram è latere eius ad excipienda mandata; excipere potiſſimùm illa quꝫ ſunt miſericordiæ, eſſeq; in circuitu eius tanquam Dei cingulum, ad ſtringenda benignitatis verba, promiſſionemq; miſericordiæ, vt factis comprobentur quantò citiùs: non ſic autem quando profert Deus verba iræ, & pꝫnarum, vt ſępè accidere ſolet in comminationibus, quæ cum fundentur in hominum malitia, ſupponantque peccata ex parte noſtri, oriri videntur ex voluntate Dei conſequente,

ſequente,nec ita ligantur verba huiuſmodi Dei veritate, vt ſemper adimpleantur; at miſericordia, & veritas præcedunt faciem Dei,nam cum promiſſiones, verbaque ipſius ad miſericordiam pertinentia ex voluntate prodeant antecedente,ac ex affectu illo diuino,erga nos tàm benefico, ſemper habent veritatem comitem,& miniſtram,ad excipienda hæc mandata maximè paratam, cuius etiam ſunt partes, vt quantùm in ipſo eſt, ſemper adimpleantur. Habes igitur ſimplicem aſſertionem diuinam? ſi eſt de beneficio conferendo; ſit tibi certa promiſſio, firmumque Iuramentum fideiuſſoremq; habebis perpetuum, ſummam eius veritatem.

6 Quod ſi vtitur quandoque Deus forma iurandi,nec enim poteſt negari, cum id Scriptura apertè doceat, vt eſt illud Ierem.51. *Iurauit per animam ſuam*. Et illud aliud Amos 6. *Iurauit Dominus in anima ſua*:& ſimilia,dicendum eſt nec eſſe huiuſmodi formales actus Iuramenti,quales in nobis ſunt, quia nō ſunt actus religionis; nec ſunt propter aliquem auctoritate maiorem,vt ſonant verba illa D.Pauli ad Hebr.6. *Abrahæ namque promittens Deus,quoniam neminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum, &c.* Nec dicta ſunt,vt addant firmitatem, vel obligationem ſimplici aſſertioni diuinæ, ſed prolata ſub illa forma, magis nobis accommodata, vt facilius nos appræhendamus aſſertionis certitudinē, & promiſſionis firmitatem, idque præſeferunt eiuſdem Diui Pauli verba ſequentia. *In quo abundantiùs volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum.* Nota illud *abundantiùs*, ſatis ſic demonſtrans Apoſtolus,totum id eſſe factum non ad firmandam promiſſionem Dei, non

Ierem. 51.

Amos 6.

Hebr. 6.

enim eo opus habet,ſatis enim firmatur veritate ſua,ſed ad adiuuandam incredulitatem noſtrā; ſic Hieronymus in cap.14.Iſaiæ. *Cum iurat*, inquit, *Deus, humano loquitur affectu, vt nos nihil timeamus*. Et Damaſcēnus per iuſiurandum, ait, ſignificari conſilij ipſius immutabilem conſtantiam,quippè cum apud nos, interpoſito iureiurando, pacta confirmentur.

Hieron.

Addi etiam poteſt ex Baſilio homil. de pœnis,quæ eſt 27. interdum iurare Deum propter incredulitatem futurorum hæreticorum, quam præſciebat; *Sicut promiſit*, inquit, *veniam pœnitentibus ſub iuramento illo, Viuo ego, ad confundendos hæreticos,qui fructum pœnitentiæ negant*. Et eleganter expendit, quando iurat Deus, in forma ipſa iurādi commemorare attributū effectui, quem promittit,accommodatum, qui viuit, inquit,viuere vult peccatorem. Ac iuxta explicatam doctrinam intelligendi ſunt Patres, quando dicunt,Deum non iurare. 7

Baſilius.

De Liberalitate Dei.

OPVSC. XXVIII.

Cap. 1.

Liberalitatis virtutem in Deo eſſe,non eſt ambigendum; nam ſi ad ipſam pertinet bona propria alteri communicare,non intuitu alicuius commodi, aut propriȩ vtilitatis,vt inquit Ariſt.4.Ethic.cap.1. & lib.de virtutibus, & etiam Diu. Thom.1.par.q.31. art.3.& 1.contr. gent.cap.93.non ſolùm affirmādum eſt,Deum eſſe liberalem, ſed cum Auicenna concludendum ſolùm liberalem propriè dici poſſe, cum nullum ex donatione, aut deſiderare, aut expectare poſſit emolumentum; omne verò aliud agens 1

præter

Ariſt.

Thom.

Auicenna. Definitur liberalitas, & quomodo ſolus Deus propriè dicitur liberalis.

Digitized by Google

præter ipſum;vt animaduertit Diu. Thom. loco citato contra gent. ex actione ſua aliquod bonum appetit, aut acquirit. Hoc teſtantur verba illa Iſaiæ cap.63. *Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus,quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum domus Iſrael, quæ largitus eſt eis, ſecundum Indulgentiam, & ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum*; quaſi dicat, beneficia diuina in memoria habenda, & eius dona ſummis celebranda ſunt laudibus; nam ita ipſa largitur, vt in largiendo facilitatem illam ſuam in concedendo reſpiciat, & honeſtatem donationis,quodque decet maximam ſuam miſericordiam,nullaque quęſtus, aut lucri ſpe ad donandum ducitur,vnde ſapienter Sapiens c.3. illius libri diuina dona,quibus Electos ſuos ſolet donare, deſcribens, illa protulit verba: *Quoniam donum, & pax eſt Electis Dei*; Nam vbi alicui quis donatus abit, nihil aliud, quàm rem ſuam cogitanti; nec horam apud ſe quietus eſſe poteſt, retributionem cogitans;me miſerum, inquit,nolim ille me ſibi hoc munere addictum credat; à Deo verò donis,& muneribus affecti, & largitione fruuntur, & pace. *Quoniam donum,& pax eſt Electis Dei*; nam talis eſt donatiuus, vt præter gratuitam, & honeſtam donationẽ in largiendo, nihil aliud reſpiciat. Quod ſi donum,teſte Ariſtotele,dicitur gratia irreddibilis, quia ex animo profecta nihil aliud reſpicit; quin imò non ſine myſterio donum *preſente* vulgò dicitur; non ſolùm ob illam nominis æthymologiam, quaſi ſic donatiuus donato præſto ſit,ſed potiſſimùm ob hãc aliam, quia vt quis verè donet, nullius temporis, niſi præſentis habere debet rationem; nam ſi attendat præteritum, potiùs remuneratio dicitur; ſi futurum,aliquid requirit, quod ſibi reſpondeat. Donum,quod à nobis donatur, tantùm abeſt,vt poſſit dici *preſente*, vt omne iure optimo appellandum ſit futurum; nam retributionem variatur. At quod Deus optimus maximus largitur, ritè ita eſt nuncupandum; nam eſt ita gratuitum,quod nihil magis: tantumque Deus largitionem gaudet, vt tunc dona accipere videatur, cum donat,nihilque aliud requirens,quod ſibi reſpondeat, cum donat, quàm bonitatem, honeſtatemque largitionis:quod eleganter videtur indicare Paulus Apoſtolus ad Epheſ.4. qui commemorans illud Dauidis, Pſal.67. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus*,ait *Propter quod dicit Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus* ſenſum, non verba exprimens, ſignificanterque exiſtimauit accipere per dare, quod videtur oppoſitum præſignare,nec ſine myſterio,vt animaduertit etiam Auguſtinus in Pſal.67. Nam Chriſtus donando nobis, qui ſumus eius membra, & donatiuus idem eſt,& donatus, nec aliam expectat donorum ſuorum retributionem,quàm donationem ipſam. Ad hæc ita amicus liberalitatis Deus, vt ipſam velit redolere mercedem, quam ex iuſtitia reddit,id enim videntur ſignificare verba illa Eccleſiaſt.21. *Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat*, neque enim expectat noctem, vt cum illo pernoctare videatur labor mercenarij, ſed ante noctis tenebras, cum ſerò factum eſt, veſpere, & ante veſperum etiam, nam feſtinat, & in hora veloci proceſſus illius fructificat, ideſt velociter, in eadem etiam laboris hora, & iacti ſeminis boni operis germinat, & creſcit culmus, & matureſcit,& fructum præmiumque colligere licet: vix pedem moue-

Margin notes: Iſai.63. — Sap. 3. — 2 Definitur quid ſit donum ex Ariſtotele. — Donum cur dicitur (preſente.) — Epheſ.4. — Pſal.67. — 3 Eccleſ. 21

mouebit homo, vt procedat in Dei obſequium cum ſtatim mouebit; porrigetque manum Deus, vt præmium largiatur. Non enim Deus ſicut alij Patres familias, qui quamuis liberales ſint, ac iuſti pariter, atque benigni erga mercenarios, tamen laboris pretium non ſecum deferunt, ſed domi in ſcrinijs ſeruant, eo mercenarios ire iubent, mercedem ſui laboris accepturos. At Deus ſecum defert præmia noſtri laboris, & ad manum parata habet; *ecce* (inquit Iſaias cap. 62. quod mirabilis cuiuſdam liberalitatis, & benignitatis eſt) *merces eius* (quam ipſe proponit ijs, qui ſe coluerint) *cum eo* (ad manum habet, ſecum defert, ſtatim redditurus laborãtibus) neque ſatis fuit hoc ſemel dixiſſe; repetit iterum, quod de Dei liberalitate, & benignitate erga ſuos ſeruos nos certos faceret, (& opus illorum coram illo,) Neque oportet mercenarios feſtinare pro accipienda mercede, ille mercedem redditurus, feſtinat. Quid plura? In Dei Palatio liberalitatem præ foribus adeſſe ſemper reperies, nã Dei nomen, nomen eſt liberalitatis, & magnificentiæ, nam quemadmodum Iuppiter à iuuãdo, ſic Deus à dando dictus. Hinc Varroni Diues dictus eſt, quaſi Diuus, quod perinde ac Deus circumfluat maximis copijs, & alienam miſeriam, ac inopiam, nihil ipſe interea commodi accipiens, leuare tam velit, quam poſſit; ac olim Mæcenates, Patroni, ac Principes, liberalitate in clientes, ac ſuos, nomen ſibi inuenere diuinum.

Iſai. 62.

Varro.

5 Nec alicuius momenti illud fundamentum, propter quod contra hanc ſententiam iam explicatam, quæ eſt D. Thom. & communiter recepta, aſſerunt aliqui, in Deo non eſſe proprium, & formale attributum liberalitatis, ſcilicet, quia liberalitas verſatur circa pecuniæ largitionem, vel cuiuſuis rei, cuius æſtimatio nummo menſuratur, teſte Ariſtot. 9. Ethic. cap. 1. & D. Thom. 2. 2. quæſt. 117. art. 2. Nam in primis, & ſi hoc concedatur; non propterea liberalitatis virtus excluditur à Deo, quia ipſe etiam liberaliter largitur pecunias, & quicquid pecunia æſtimabile eſt; & quamquam non ſe priuet dominio illarum rerum, quando illas alijs præbet, in quo differt ab homine, non tamen propterea non retinet altiori modo liberalitatis affectum, & vſum, quia illud non eſt de intrinſeco conceptu liberalitatis, ſed prouenit ex limitatione, & imperfectione noſtri dominij quod patet ex formali munere, quod D. Thom. 2. 2. quæſt. 117. artic. 1. liberalitati tribuit, benè vti rebus, quæ extra nos ſunt, ea elargiendo. Quod autem hic vſus ſit cum priuatione proprij dominij, hoc autem non pertinet ad formalem rationem liberalitatis; conſtat autem, cùm Deus hæc bona largitur, optimè, & honeſtiſſimè illis vti, quid ergo illi deeſt ad liberalitatem etiam prout in hac materia verſatur.

Ariſt. Thom.

Liberalitas nõ tñ verſatur circa pecuniæ largitionẽ.

Quod nam eſt munus liberalitatis ex D. Tho.

6 Adde etiam, propriam, ac formalem liberalitatem non limitari ad pecunias ita materialiter intellectas; vt aliqui Auctores ſignificant; & verba Ariſtotelis videntur ſonare. Nam ſi liberaliter donare pecuniam, eſt opus virtutis; cur ergo non erit gratis donare quamcũque rem? poteſt enim vnus homo alium docere, vel aliud opus conſilij, aut auxilij alteri præſtare. Nec negandum eſt, has operas, ſi gratuito fiant, poſſe eſſe materiam liberalitatis, ſed diceret Ariſtoteles, hæc omnia eſſe pretio æſtimabilia, quia vnus homo non præbet alteri ſcientiam ſuam, nec propriè, aut per ſe donat illi ſcientiam,

quam

Digitized by Google

quam acquirit, ſed externo aliquo miniſterio illum iuuat, vt ipſe addiſcat; quod miniſterium per ſe pretio æſtimabile eſt, ſed ita cenſeret, & ipſe, & quiuis naturalis Philoſophus, qui altiorem inter homines bonorum communicationem non intelligit. At verò nos, qui ſcimus eam poſſe eſſe, & quandoque fieri, liberalitatis virtutem ad hanc tantùm materiam non debemus arctare; nam quando homo gratuito alteri donat res altioris ordinis, & æſtimationis, quàm ſint pecuniæ; v.g. opera ſua ſtudioſa, quatenus ſunt ſatisfactoria coram Deo, & quatenus ſunt impetratoria, vel quando vnus alteri donat beneficium, vel alteram rem ſpiritualem, quæ vt talis eſt, pecunia æſtimabilis non eſt, non video, cur hi actus ad liberalitatem non pertinent, cum huius virtutis honeſtatem participent. Sic etiam Summus Pontifex intelligi poteſt verè liberalis in concedendis Indulgentijs, quantùm ho-
7 neſtè poteſt. Et quemadmodum miſericordia Dei materiam habet, quam humana, vel creata miſericordia attingere non poteſt, qualis eſt educere creaturam ex miſeria, in qua nihil erat, dando illi eſſe; vel liberare culpa, remittendo illam, cum quo tamen ſtat, vt miſericordia Dei propriiſſimè ſit miſericordia: Ita idem affirmandum eſt de liberalitate, ob rationis paritatem. Et confirmatur magis ex eo, quod inquit, Diu. Thom. prima parte, quæſt. 21. artic. 3. eundem actum diuinum habere poſſe & miſericordiæ, & liberalitatis rationem, diuerſo modo conſideratum: illius quatenus propulſat aliquam miſeriam, hoc eſt aliquem defectum creaturæ: huius quatenus in eo bono communicando reſpicit bonum, & gratuitum vſum eius rei, quæ donatur, & ab intẽtione omnis proprij commodi liberum. Et alibi etiam Diu. Thomas inquit primo contra gent. cap. 93. dare, non propter aliquod commodum ex datione expectatum, ſed propter ipſam bonitatem, & conuenientiam dationis, eſt actus liberalitatis. Vbi nota, non dixiſſe Diuum Thomam, dare pecuniam, aut rem æſtimabilem pecunia, ſed dare abſolutè propter ipſam bonitatem, & conuenientiam donationis eſſe liberalitatis actum.

Definitur liberalitas ex D.Tho.

De Magnificentia Dei.

OPVSC. XXIX.

Cap. 1.

AD magnificentiam pertinet intendere magnitudinem in opere externo, quatenus eſt opus artis, vel vſibus humanis accommodatum, magnos ſumptus requirens, vt in extruendis Templis, Monaſterijs, Collegijs, in conſtituendis pijs fundationibus, in epulo publico exhibendo quomodo ratio poſtulat. De huiuſmodi intelligenda eſt definitio Ciceronis, quam refert Diuus Auguſtinus 31. tract. 83. quæſt. 99. Magnificentia eſt magnarum rerum, & excelſarum, cum ampla quadam, & ſplendida propoſitione cogitatio, atque adminiſtratio. In ijs etiam poteſt verſari magnanimitas, ſi ſpectentur, vt ſunt magna virtutum opera, vt expreſsè docet Diu. Tho. 2.2. q. 134. art. 2. ad 2. & diffuſiùs Caietanus ibidem, dicens, non eſſe eandem magnitudinem directè intentam ab vtraq; virtute, ſed magnificentiam attendere magnum in materia exteriori; magnanimitatem verò magnum in ipſo actu magni- 1

Cicero. Auguſt.

Definitur magnificẽtia.

Thom.

Quomodo differt magnificentia à magnanimitate.

Digitized by Google

magnificentiæ, & hoc per ſe primò quatenus eſt actus virtutis, non quatenus eſt opus artis, vel vſibus humanis accommodatum, à magnificentia intentum. Et quamuis magnificentia faciat operationem ſuam magnam, quæ virtutis actus eſt, non reſpicit illam magnitudinem vt obiectum, ſed facit vt conditionem conſequentem, & veluti circumſtantiam; attendere verò ad illam magnitudinem, per ſe primò pertinet ad magnanimitatem, quæ ſicut cæteras virtutes ornat magnitudine, ita & ipſam magnificentiam: & quemadmodum miſericordia perfecta, & conſummata magnam ſubleuat miſeriam; ſed tendere ad ſubleuandam magnam miſeriam, quatenus magnum virtutis opus, maximoque dignum honore, pertinet ad magnanimitatem, ita etiam eodem proportionali modo philoſophandum eſt de magnanimitate, & magnificentia, cuius ratione formali iam explicata, non difficile erit comprehendere quodnam ſit ipſius primarium officium, eſt enim res magnas, ad quas magno ſumptu opus eſt, efficere, quando ratio id poſtulat, vel ſuadet. Deinde huius rei cauſa affectum copioſæ pecuniæ, ad id neceſſariæ, moderari, ne per illum vel opus quis non audeat ſuſcipere quando oportet, vel ſuſceptum relinquat, vel non decorè perficiat.

2 His igitur præmiſſis, non eſt dubitandum, in Deo magnificentiam ſecundùm formalem eius rationem, ſemota imperfectione, quam in nobis poteſt connotare, eſſe ponendã, cum virtus ſit, vt ex eius ratione iã explicata, & eius officio primario licet colligere, nullam dicat imperfectionem, & id ſentit D. Thomas 1. contr. Gent. cap. 93. qui artem prudentiam, iuſtitiam, liberalitatem, magnificentiam, & veritatem in Deo ponit. Et confirmatur, nam, vt idem inquit 2. 2. quæſt. 134. artic. 4. ad 1. circa eandem materiam verſatur magnificentia, & liberalitas; ſolumque differunt, quod magnificentia in magnis verſatur ſumptibus, ſeu donis elargiendis, liberalitas verò non ita, ſed in mediocribus, & ordinarijs expenſis: Dices, magni ſumptus per comparationem ad hominis facultatem, & indigentiam, quam timere poteſt, induunt rationem obiecti ardui, ac difficilis, reſpectu autem Dei nulli ſumptus ſunt ardui, ac difficiles, neque enim eſt, quod timeat indigentiam, etiam ſi ſumptus faciat, quantùmuis maximos. Cum igitur data ſit hæc virtus, & inſtituta ad hanc vincendam difficultatem, neganda eſt magnificentia Deo, concedenda eſt hominibus. Verùm reſpondemus: ſi vox magnificentiæ ſumatur ſecundùm quendam ſpecialem reſpectum, quo opus comparatur ad facientem tanquam magnum, & ideo arduum, ac difficile illi, ſic magnificentia non poteſt Deo tribui, cum ipſi nihil ſit arduum, ac difficile ad faciendum, vel largiendum: & per comparationem ad bonitatem, vel potentiam eius, nihil (vt ſic dicam) magnum eſt; quia tamen hæc reſpectiua comparatio materialiter potiùs, quàm formaliter ſe habet, & accidentaria eſt ad rationem formalem magnificentiæ ſecundùm ſe, non eſt, cur negemus Deo propriam rationem magnificentię, nam abſolutè loquẽdo, facit magna qui potens eſt, ergo in Deo eſt magnificentia ſicut liberalitas.

In Deo cõcedẽda eſt magnificentia.

Idque confirmant ſacræ Scripturæ loca, quæ cum magnificentiam Deo tribuant Pſal. 8. *Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos Deus*. Et illud aliud Pſalm. 110. *Confeſſio, & magnificentia opus eius*. Nec aliquod 3

Adducuntur ſacræ Scripturæ loca ad id confirmandum.

 ſe-

ſequitur abſurdum, ſi intelligantur hæc verba ſecundùm proprietatem, ergo ſecundùm regulas interpretandi ſacras Scripturas, ita ſunt accipienda, quin etiam res ipſa loquitur, nam ſi conſideremus quod ipſe ædificauerit palatium huius mundi totius, cuius pauimentum eſt orbis terræ, & tectum eſt cælum, quod alat omnia viuentia, quæ ſunt innumerabilia, quod ſanguinem pretioſum filij ſui obtulerit pro redemptione mundi. denique quod donauerit Angelis ſanctis, qui ſunt in maximo numero, ac donaturus eſt hominibus iuſtis Regnũ ampliſſimum, non temporale, ſed æternum, quis negare poterit magnificentiam eſſe opus eius, ideſt materiam virtutis huius, ſummis laudibus celebrandæ?

An Attributum magnificentiæ in Deo diſtinguatur ab Attributo liberalitatis.

Cap. II.

Thom. 1 MAgnificentiã diſtingui eſſentialiter à liberalitate in hominibus ſupponere videtur Diuus Thomas, inquit enim 2.2.quæſt.134 artic.3. ad primum circa pecuniam, & vſum eius oportere duas eſſe virtutes, ſcilicet liberalitatem, quæ reſpicit communiter vſum pecuniæ, & magnificentiam, quæ reſpicit magnum pecuniæ vſum. Et idem 2. 2. quæſt. 129. artic. 2. *Circa appetitum pecuniarum ſunt duæ virtutes: vna quidem circa mediocres, vel moderatas, ſcilicet liberalitas: alia autem circa pecunias magnas, ideſt magnificentia*. Et loquens de connexione virtutum 1. 2. quæſt. 65. artic. 1. ad 1. & 3. inquit quaſdam eſſe virtutes, quæ perficiunt hominem ſecundùm communem ſtatum, & has inquit eſſe connexas: quaſdam verò, quæ perficiunt hominem ſecundum aliquem eminentem ſtatum, ſicut magnificentia, & magnanimitas; & ita poteſt quis habere cæteras morales virtutes, non tamen has, ergo cum liberalitas perficiat ex eius ſententia hominem ſecundùm communem ſtatum, & ſit connexa cum cæteris virtutibus moralibus, non autem magnificentia poſſit ad omnes pertinere, ſequitur differre inter ſe eſſentialiter. Magnificentia & liberalitas ex D. Thom. videntur eſſentialiter differre

2 Sed contra hæc obijcere poſſumus, nam quemadmodum eadem fortitudinis virtus maximos timores mortis temperat, & etiam mediocres, & manſuetudo maximas iras domat, & etiam mediocres regit: & quemadmodum ſolùm opus eſt vna virtute abſtinentiæ, quæ ſicut affectum, & vſum temperat in magnis ciborum voluptatibus; ita & in paruis: Et tandem in rebus venereis moderandis idem motiuum ſpectatur, ſiue magna in illis ſit voluptas, ſiue parua. Vnde eadem virtus caſtitatis, vtrique moderandæ ſufficit, ita eadem virtus ad moderandum affectum pecuniæ ſiue magnæ, ſiue mediocris, & ad rectum vſum vtriuſque una debet ſufficere uirtus, & ita liberalitas, & magnificentia una erũt uirtus eſſentialiter, qua ut reſpicit communem pecuniæ uſum, dicitur liberalitas, ut uerò magnum, magnificentia. Obiectio.

Nec uidetur ſatisfacere illa reſponſio, quod res exterius exiſtentes, ut pecuniæ &c. etiam ſi ſint paruæ, ſunt multum appetibiles, utpote ad hominis uitam neceſſariæ, & ita paſſiones circa hæc obiecta, uim habẽt magnam repugnandi rationi: non mirum igitur uideri de-

debet, ſi duabus virtutibus opus eſt ad pecuniarũ appetitum moderandum: vna quidem cum de mediocribus, & moderatis agitur: altera cum de magnis. Nam adhuc vrget argumentum, quemadmodum enim fortitudo, quæ maximos temperat timores mortis, poteſt etiam & mediocres: & manſuetudo, quæ maximas domat iras, etiam paruas frænat, eodẽ modo magnificentia, quæ affectu moderatur copioſæ pecuniæ, cur non poterit & mediocris? ergo non different liberalitas, & magnificentia, niſi penes diuerſum ſtatum eiuſdem virtutis vel imperfectæ, vel conſummatæ. Adde, quod eſſe arduum, vel non arduum, vel minus, vel magis arduum per reſpectum ad operantem, eſt accidentarium ad formales rationes harum virtutum. Nam opus aliquod, quod ſit materia harum virtutũ, quamuis ſua natura mediocre, comparatum ad facientem, ſeu largientem, ſi ſit pauper, erit magnũ, & magis arduũ, ac difficilius, quã ſit aliud abſolutè maximum, comparatum ad diuitem, & præpotentem: & tamen in paupere non erit magnificentia.

Solutio. 4 Poteſt igitur aliter reſponderi, quia magnæ diuitię paucorum ſunt, & diuerſum efficiũt ſtatum; hinc fit, vt qui magnas facturi ſunt expẽſas, aliam rationem honeſti in vſu taliũ bonorum, & opum ſpectent, quam paſſim ſolent homines in mediocribus: cum igitur aliud motiuum reſpiciatur, quando de magnis agitur; aliud quando de mediocribus; ideo ad vſum humanũ, & moralẽ, diuerſa virtute opus fuit, non ſic aũt ſe res habet in allatis obiectionibus; nam voluptates magnæ, & timores magni, & iræ magnæ omnibus ſunt cõmunes; nec in his magnitudo, & mediocritas diuerſum faciunt hominis ſtatũ; ſufficit ergo vna ratio honeſti, in quouis horum genere, & ſic vna virtus, quæ principaliter moderatur affectum in magnis ſecũdariò ſe extẽdit ad moderãdũ in mediocribus.

Ex his igitur ad Deũ aſcẽdendo, difficilius eſt aſſerere, in ipſo liberalitatem, & magnificentiam eſſe formaliter duo attributa, cum ex eodẽ motiuo & magna, & parua videtur largire, quod ſenſiſſe videtur *D.* Th. qui 1. cõtr. Gent. c. 93. quãuis ęquè ponat in *Deo* artẽ, Prudentiã, Iuſtitiã, liberalitatẽ, magnificẽtiã, & Veritatẽ; poſtea diſcurrẽs per ſingulas; de magnificẽtia nihil dicit, cũ loquatur de alijs quinque, ſentiens planè, ipsã liberalitatẽ *Dei* cũ ſit maxima, & ſumma, cũq; non moderetur paſſionẽ aliquã, ſed inclinet ad actionẽ, & largitionẽ; diuinæ bonitati cõſentaneam, eſſe etiam magnificentiam ſummam, & perfectiſſimam. 5 — *D. Thom.* Difficilius eſt aſſerere in Deo hęc duo attributa eſſentialiter differre.

Si quis autẽ vellet defendere, liberalitatem, & magnificentiã nõ eſſe in *Deo* vnũ attributũ formaliter; ſic, vel ſic denominatum in ordine ad maiora, vel minora opera, ſed duo; poſſet Dei perſonã, quẽadmodũ diximus cũ de eius iuſtitia, dupliciter conſiderare; & vt priuatã, & ẽt vt publicã, & omnino vt magnũ Principẽ totius huius Reipublicæ moderatorẽ, & caput, quẽ decet magnis ſumptibus ingentia palatia, aut Ciuitates ędificare, vel maximũ famulorũ numerũ, aut ẽt integros exercitus alere; vel ampliſſima dona in alios cõferre: quamuis igitur Deus in donãdo, & largiẽdo, ſiue det, aut faciat magna, aut parua, ſẽper ſecũdũ conueniẽtiã ad bonitatẽ ſuã operetur: aliud tamen motiuũ reſpicit, & aliã honeſtatis rationẽ cũ magna largitur, aut operatur, quẽadmodũ decet magnum Principẽ, & publicam perſonã; aliã verò quãdo de mediocribus, vel paruis agitur, priuatamq; perſonam induit, illa igitur largitio ad eius pertinet magnificentiã; hæc verò ad liberalitatem. Nec argumen- 6 — Quomodo poſſumus defendere hæc duo attributa in Deo eſſe formaliter diuerſa.

Digitized by Google

& omuino ſingulæ virtutes præſentes, ſi ſint heroicæ, faciunt opera in ſuo genere magna, & ad illa inclinat, ac magnanimitas inclinat ad opera magna, & heroica in omni virtutũ genere, quia magna, & ardua, & quæ magno honore ſunt digna. Hinc patet, hanc virtutem ab alijs diſtingui, quia quamuis verſetur circa opera illuſtriora aliarum virtutũ, habet tamen diſtinctum obiectum, formale; motiua enim huius, & illarum, vt dictum eſt, ſunt diuerſa. Hãc doctrinam expreſsè tradit Caiet. 2. 2. q. 129. art. 1. & 4. & indicat etiam ibidem *D.* Thom. & clariùs lect. 8. in cap. 3. lib. 4. Ethic. ſuper illa verba Ariſtot. *Atque magnanimi videbitur id eſſe, quod eſt in vnaquaque virtute magnum.* dicit. *Ad magnanimitatem videtur pertinere id, quod eſt magnum in vnaquaque virtute, propter hoc, quod non eſt dignus magno honore, qui non operatur magnum virtutis actum, ſic igitur circa actũ alterius virtutis operatur illa virtus, attendens quod eſt proprium ſibi, puta fortitudo attendit fortiter agere; magnanimitas attendit magna operari in fortiter agẽdo, & ſic de alijs.* Quod etiam indicat 2. 2. q. 134. art. 1. ad 2. Eadem eſt mens Ariſtot. verbis allatis, & cum ait. *Videtur igitur ipſa magnitudo animi tanquam ornamentum quoddam eſſe virtutum, nam maiores efficit ipſas & ſine illis ipſa non fit.* Dices, Ariſtotelem manifeſtè aſſerere 4. Ethi. cap. 4. 3. magnanimitatem verſari circa honores, ſic enim præſeferunt illa eius verba. *Magnitudo igitur animi maximè circa honores, & oppoſitum verſatur.* Quod etiam docet Diu. Thom. lect. quæſtion. 4. ethic. tum in illa verba Philoſophi, tum 2. 2. quæſt. 129. artic. 1. 2. 3. & 4. ideoque aiunt, eſſe ſpecialem virtutem, ergo non extendit ſe ad actus eximios aliarum virtutum. Verùm reſpondemus ex Caiet. in artic. 1. q. 129. Magnum in cuiuſuis virtutis opere eſſe obiectum formale magnanimitatis; magnos verò honores eſſe eiuſdem materiam, ſeu alijs verbis. Aliter verſatur magnanimitas circa honores, aliter circa actum virtutis: circa honores enim verſatur non quidem eos per ſe expetendo (hoc enim laudabile non eſſet) ſed tanquam circa materiam remotam, moderando appetitum honorum, vt eis rectè vtamur, nec pluris, quàm par eſt, æſtimemus, vt etiam teſtatur D. Thom. 2. 2. q. 129. art. 1. & 2. ſicut liberalitas verſatur circa diuitias; & fortitudo circa mortis pericula, circa verò actus virtutum verſatur tanquam circa obiectum, & materiam propinquam, magnitudinem, & excellentiam quandam in illis appetendo; procurando, & efficiendo: & quia qui magna præſtare in aliquo virtutum genere ſtudet, potiſſimum infeſtatur appetitu honoris, qui illuſtria facta comitari ſolet. Ad hanc eandem virtutem ſpectat appetitum magnorum honorum tempore, vt opera magna ſincero affectu deſignet, ne eius affectu potiſſimum illa aggrediatur, neuè, ſi honor abſit, ab incepto deſiſtat. Et ſicut fortitudo moderatur timorem; & audaciam in periculis, vt fortiter agat, & liberaliras amorẽ pecuniæ, vt ea rectè vti poſſit, & facilè donare vbi ratio dictat: Ita etiã magnitudo animi, immodicum temperat honoris appetitum, vt ad magna opera facienda ſincero affectu moueatur.

Caiet. Thom. Ariſtot.

Quomodo magnanimitas verſatur circa honores tãquam eius materiam.

5 Quod pulchrè illis ſacræ Scripturæ verbis probatur, de Salomone dicentis 3. Reg. 4. *Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis, quaſi arena, quæ eſt in littore maris.* Latitudo illa cordis quid aliud eſt, niſi magnanimitas illi à Deo data, ad magna, & heroica opera illum impellens, vt eius tot præclara geſta comprobarunt?

3. Reg. 4. Adducitur Scriptura ſacra ad præfatam doctrinam confirmandam.

Sed cur adiecta eſt illa ſimilitudo. *Quaſi arena, quæ eſt in littore maris?* Ad indicandum illud magnanimitatis munus, quod nuper diximus: Nam ſicut arena, & lictus oppoſitũ eſt illud, in quod illiſi confringuntur tumentes maris fluctus: ſic magnanimitas eſt magnanimo pro muro, & lictore ad continendas ſuperbientes animi commotiones, & inſurgẽtes immodicos honoris appetitus, atque etiam ad moderatè ferẽdum
6 res ſecundas. Quod ſi Apoſtolica illa pectora admodũ dilatata ſũt ob dona Spiritus ſancti, illique præ omnibus alijs magnanimi ſunt effecti, qui primitias acceperunt, quomodo ſe habuerint erga res magnas, & præſertim circa magnos honores eos prout expedierit aut contemnendo, aut moderatè curando. Audi teſtimonium ipſius veritatis, de ipſis dicentis Ioan. 16. *In mundo preſſuram habebitis*, non modo perſecutiones ferendo, ſed honorati etiam; nam ſi mundum hic appellat Chriſtus totum id, quod legi Dei opponitur, quodque hominem à Deo auertere tentat omnia ergo, quę in mundo ſunt, non modò timores, perſequutiones mali homines Dæmones, ſed etiam honores, diuitiæ, voluptates preſſuram inferebãt Apoſtolis; non ſolum igitur flagellatus Paulus, contumelijs affectus, cum multa patiebatur tormenta, in mundo preſſuram habebat; ſed tunc etiam maximè, quando illum tanquam diuinum aliquid volebant colere, & adorare, vt legitur Actor. 28. Nam quemadmodum qui latos habet humeros, ſi forte thoracem induat arctum; ita contrahitur, coarctatur, ac ſtringitur, vt præ anguſtia quamprimùm illum quærat exuere: ſic Apoſtoli magnanimi iam effecti, Spiritus ſancti chariſmatibus; ita contemnebant pompas diuitias, honores, atque huius ſæculi voluptates, vt totus mundus eos non poſſet capere, ac conſequenter in mundo non modo flagellati, ſeu etiam honoribus affecti, & venerari præſſurã habebant. Quod ſi animæ videnti creatorem, iuxta Gregorianum illud, anguſta eſt omnis creaturæ; quorum conuerſatio in cælis erat, maximoque illa bona præ oculis continuò habebant, prout eorum cordis latitudinem decebat, & magnanimitatem, quid non arctum? quid non anguſtum? quid non vile in his inferioribus reputabant? mundanos honores, quamuis maximos, ita contemnebãt, vt in illis preſſurã haberent.

Ioan. 16.

Act. 28.

Quodnam igitur ſit magnanimitatis obiectum formale, quæue eius materia, iam accipimus; ex quibus licet etiam colligere quæ ſint eiuſdẽ virtutis munera; nam ſi de primario ſermo ſit, illud erit opera magna, ſeu quæ magno honore ſunt digna, efficere, non propter honorem huius mundi (cum non ſit cenſenda nera virtus teſte Auguſtino, lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 12. quæ honorem humanum, rem caducam, fragilem, fallacem, bonis, & mali, commune ſibi propoſitum habet) ſed propter ipſorum operum excellentiam, ratione cuius honore ſunt digna. At ſi de ſecundario agitur, ipſius erit appetitum honorum moderari; ita vt eas neque multum appetat, neque plùs, quàm par eſt, refugiat, ſi deferantur; ijs non extolli, non exultare lætitia, ſed moderatè ſe gerere. Vnde Ariſt. ait loc. cit. *Magnis honoribus, et ijs, qui à viris bonis deferuntur, modicè delectabitur tanquam ſibi accommodatis; qui autem à vulgo, & ob res paruas tribuentur, prorſus contemnet*. Et tandem magnanimi eſt in omni proſpera, & aduerſa fortuna moderatè agere; cum enim nihil magni æſtimet, niſi quod verè magnum eſt, fit vt omnia temporalia par-

7 Quæ ſunt munera magnanimitatis.

Ariſt.

8

par-

Digitized by Google

paruipendat, ac proinde non multum curet illorum ſecundos, vel cõtrarios ſucceſſus. Hinc etiam licet optimè argumentari ſi magnitudo animi Chriſtiana præſertim in ijs ſita eſt, ſcilicet in conatu, niſuque ad ea, quæ ſunt maximè ardua, & honore cæleſti digna, & in contemptu earum rerum, quæ maximi vulgò æxtimantur, & quęruntur, vt ſunt diuitiæ, voluptates, honores, hanc virtutem maximè reperiri in ijs, qui ſpretis omnibus, quæ in mũdo ſunt, Chriſti veſtigia ſunt ſequuti, iuxta illud Iſaiæ 30. quod ſecundùm literam videtur hanc confirmare doctrinam. *Et dabit uobis Dominus panem arctum, & aquam breuem, & non faciet auolare à te ultra Doctorẽ tuum, & erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum*. Futura enim Euangelij tempora deſcribens Propheta, quando proprijs oculis homines viſuri erant cæleſtem illum Doctorem, illam explicantem doctrinam. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum*. Matth. 5. exemploque ſuo hanc cõſiliorum viam pręmonſtrantem, inquit, multos ad eius imitationem vitam compoſituros, quos paruo cõtentos, tenuis victus, qualis eſt panis, & aquæ modicum, delectabit: quibus duobus omnis animi magnitudo videtur contineri, vt iam dictum eſt. Quin & *D*auid Propheta peculiari lumine vitam ſuam ad hanc normam olim edoctus dirigere; audi quid dicat Pſ. 36. *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut Cedros libani, & tranſiui, & ecce non erat*: Quæ vltima verba de tranſitu mentis a cogitatione rerum futurarum, & æternarum, & de intuitu quodam in ſanctuarium *Dei*, & abyſſum profundam iudiciorum eius interpretantur multi Patres, præſertim Origenes, qualis eſt eorum; qui in via Dei proficiunt; qui ſæpe terrena cæleſtibus comparantes, nihil magni edocti æſtimare, niſi quæ ſurſum ſunt verè magna, & paruipendunt temporalia, & magnifaciunt æterna, ſicque omnes magnanimitatis explent partes.

Magnanimitas præſertim reperitur in perfectis Chriſtianis

Iſai. 30.

Matt. 5.

Pſal. 36.

Orig.

Cum hæc omnia de magnanimitate in vniuerſum dicta ſint in illius rei gratiam, ſcilicet, vt ſic ſanius poſsimus ferre iudicium ab initio propoſitæ controuerſiæ, an virtus hæc ſit ponenda in *Deo*, ex iam pręnotatis dirimenda hæc eſt difficultas. D. Thom. 1. contr. Gent. cap. 92. in fin. magnanimitatem *Deo* negat, quemadmodum, & fortitudinem, & audaciam, & manſuetudinem, ea ſcilicet ratione, quia hæ omnes, & alię huiuſmodi circa paſſiones ſunt: cum igitur in *Deo* nulla poſſit eſſe paſſio, conſequenter nec vlla virtus illi proprie tribuenda eſt, quæ paſſiones moderatur, niſi tantùm methaphoricè. Sed forſitan non erit abſurdum, illam *Deo* concedere, cum magnanimitatis natura non in eo ſita eſſe videatur, vt appetitum moderetur honoris, nec vt animũ perficiat eo fine, vt circa honores magnos rectè ſe habeat, quod patet primum ex eius obiecto formali, nã vt optimè inquit Caiet. 2. 2. in ar. 1. quæſt. 129. magnitudo, quæ eſt formale obiectum huius virtutis, non induit hanc rationem, vt relator ad magnum honorem, nam magnanimus non tendit in magna formaliter quatenus ſunt digna magno honore, ſed habet rationem formalis obiecti abſolutè conſiderata: & hęc eſt illa excellentia, in quolibet virtutis opere, quæ ſua natura digna eſt magno honore: quare licet hæc virtus verſetur circa vtroque modo magna, præcipuè tamen vt ſunt abſolutè magna; & hæc pertinent ad eius formale obiectum. Patet etiam ex eius munere: nam quamuis eius etiam munus ſit appetitum pri-

9 An magnanimitas ſit ponenda in Deo.

Tho.

Probabiliter concedere poſſumus, magnanimitatem eſſe in Deo

Caiet.

honoris moderari; tamen non eſt primũ, ſed ſecundum, & ubi id opus eſt: Primum autem, & inſeparabile munus eius eſt opera magna, ſeu quæ ſunt digna magno honore efficere, non propter honorem, &c. Sed propter ipſorum operum excellentiam, ratione cuius honore ſunt digna. Et confirmatur etiam nã liberalitatis eſt amorem pecuniæ moderari, vt ea rectè quis uti poſſit, & facile donare ubi ratio dictat: & tamen, ut uiſum eſt, liberalitas *Deo* non eſt neganda, ſed ipſi propriè tribuenda; quia non in hoc ſita eſt eius natura, cum ſecundariò ad illam ſpectet, & quaſi per accidens, propriè autem liberalitatis ſit in bono communicando non ſpectare utilitatem propriam, ſed eius cui donũ confertur.
10 *Dices*, magnanimitatem reſpicere id, quod eſt magnum, & arduũ, in vnaquaq; virtute, ergo nõ poteſt *Deo* tribui, quia ipſi nihil eſt arduum, aut difficile ad faciẽdũ, & per comparationem ad bonitatem, uel potentiam eius, nihil, ut ſic dicam: magnum eſt; Verùm reſpondemus, hanc quaſi reſpectiuam comparationem accidentariam eſſe formali ratione magnificentiæ ſecundùm ſe, cum uerſetur circa id, quod ſua natura, & abſolutè magnum, & excellens eſt in unaquaquaque uirtute, ergo non eſt, cur ob id negemus *Deo* formalem perfectionem magnanimitatis.

11 Adducitur ſacra ſcriptura ad id confirmandum.

Hæc autem uelim ita probabiliter dicta, ut liberum ſit unicuique oppoſitam, ſi lubet, tenere ſententiam. Non ineleganter tamen, quod diximus uidetur confirmare *Dauid* Propheta, qui quando agit de remiſſione peccati ſui magni, & multas habentis deformitates, inquit Pſal. 50. *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam*; quia ad eandem miſericordiam pertinet ſuccurrere miſerijs, ſiue magnæ illæ ſint, ſiue paruæ. At quando inuitat Deum ad remittendam illi culpam ob illud motiuum, quia multas habebat deformitates, & maxima erat, & immenſa, audi quid dicat Pſalm. 24. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim*. Nota illud. *Propter nomen tuum*, de quo inquit Pſalm. 94. *Confiteantur nomini tuo magno*, ideſt illuſtri, & celeberrimo, utpote eius, qui ſemper reſpicit, iiſque efficiendis delectatur, quæ ſunt magna. Imò cum iuxta diuerſas expoſitiones illud. *Multum eſt enim*, referatur uel ad peccatum, quod eſt magnum, vel ad nomen ita celebre, & illuſtre; optimè hoc uno uerſiculo explicabitur totum quod intendimus. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim*, ideſt cum magnum ſit nomen tuum, utpote magnanimi Principis, qui ſemper magna intuetur, & quæ ſunt magno digna honore, & laude, precor, ut propitieris peccato meo. *Multum eſt enim*, ideſt, quia magnum magna condonare æquum eſt pertinet etiam maximè ad commendandam eandem *Dei* magnanimitatem ille locus *D.* Pauli 1. ad Timoth. 1. *Blaſphemus fui; & perſecutor, ſed miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci*. De quo plura ſupra, cum de miſericordia Dei.

Pſal. 50. Pſalm. 24. Pſalm. 94. 1.Tim.1.

De

De omnipoteutia Dei.

OPVSC. XXXI.

Capit. 1.

1 IN *Deo* verè potentiam eſſe actiuam, certa fide tenendum eſt. Sic Pſalm. 78. *Potens es Domine.* Et iterum Pſalm. 70. *Potentiam tuam Deus vſque in altiſſima, quæ feciſti magnalia*, & alijs pleriſque locis. Eandemque dici omnipotentiam, eodem modo eſt certum. Sic lib. Geneſ. cap. 17. *Egò Deus omnipotens* & cap. 18. *Numquid Deo quicquam eſt difficile.* Et Exod. 15. *Omnipotens nomen eius.* Et Iob. 42. *Scio quia omnia potes.* Et Eccleſ. 1. *Vnus eſt Altiſſimus, creator omnium, omnipotens.* Matth. 19. *Apud Deum omnia poſſibilia ſunt.* Luc. 1. *Non erit impoſſibile apud Deum omne uerbum.* In vtroque Symbolo, Apoſtolorum, & Nyceno. *Patrem omnipotentem.* In Symbolo Athanaſij. *Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus ſanctus.* In Concil. Later. cap. firmiter de ſum. Trinit. *Vnus eſt Deus immenſus, incompræhenſibilis, omnipotẽs.* Cedit maximè in laudem *Dei*, huius attributi notio, firmumque veræ diuinitatis eius teſtimonium, iuxta illud Pſalm. 85. *Magnus eſt tu, & faciens mirabilia; tu es Deus ſolus*, Quaſi dicat cum Dij falſi non ex eo, quod quicquam faciant, ſed potius ex eo, quod fiant, venerationem ſui apud ſtultos homines habeant; tu verò ex eo, quod ipſe mirabilia feceris, ſolus *Deus* es, & haberi debes, teque his laudibus ornabunt Gentes, quæ factorum celebritate permotæ, ad adorandum uenient, quod magnus ſis, quod faciens mirabilia, te ſolum viuum, verumque Deum eſſe prædicabunt.

Pſal. 78. Pſal. 70. Gen. 17. Gen. 18. Exod. 15. Iob 42. Eccleſ. 1. Matt. 19. Luc. 1. C. firmiter. Pſalm. 85.

2 Huius autem omnipotentiæ duplex poteſt eſſe conſideratio: & veluti in actu primo, vel in ordine ad actiones, & vt coniunctæ liberæ voluntati, & quaſi alligatæ ordini, ab ipſa voluntate præſcripto.

De omnipotentia Dei per ſe, & præciſè ſpectata. Capit. 2.

1 QVamuis omnipotentia Dei in ſe ſpectata nõ cenſeatur formaliter conſtituere eſſentiam diuinam, omnino abſoluta in ſe eſt, nec inter res relatas eſt numeranda. Primum dictum tum ex ijs, quæ ſuperiùs dicta ſunt de Attributis Diuinis, tum etiam ex alijs, quæ paulò poſt ſubijciemus, poteſt fieri euidens. Secundum probatur, nam non eſt Diuina potentia talis naturę, vel pfectionis quaſi ſpecificę vt ad ens poſſibile, quod dicitur eſſe ſuũ obiectum, ordinetur, aut realem habitudinem ad illud habeat, vel quæ ab illo quaſi ſpecificari intelligatur, ſicut potentiæ creatæ ſolent à ſuis ſpecificari obiectis, nam hic modus potentiæ minus perfectus eſt, quia ſupponit potẽtiã, quaſi per ſe ordinatam ad ſuum obiectum; quod de diuina omnipotentia dici nõ poteſt; eſt ergo diuinum eſſe abſolutiſſimũ, & conſequenter diuina omnipotentia, quæ cum ipſo realiter, & formaliter, à parte rei adęquatè idẽtificatur: quia verò in ſe cõplectitur omnẽ perfectionem, inde habet, vt ſit effectiua omnis rei, quæ poſſit habere rationem entis, ideoq. ſine habitudine vel ſpecificatione ab obiecto, ſuum obiectum neceſſario habet. Et confirmatur, nam vt Deus in ſe ipſo ſit omnipotens, non poſtulat, hanc, vel illam naturam creari poſſe, ſed talis virtutis debet eſſe in ſe ipſo, vt ſi aliqua creatura non implicet cõtra-

tradictionem, eam producere poſſit: non poſſe autem producere quæ implicant contradictionem, nihil adimit Deo perfectionis, & omnipotentiæ: quare ſi aliqua creatura ex ijs quæ fieri poſſunt, implicaret cõtradictionem, imo etiam ſi nulla eſſet poſſibilis, Deus in ſe ipſo eſſet æqualis perfectionis, ac modo eſt: & ita neceſſariò eſt fatendum, niſi uelimus dicere tantam neceſſitatem habere creaturas poſſibiles ſecudùm eſſe poſſibile, quantam habet ipſe Deus.

2 Dices creaturas poſſibiles importare quandam perfectionem, & neceſſitatem, conſiſtentem in quodam indiuiſibili, quod ſcilicet non inuoluant contradictionem; nec poteſt aſſignari cauſa, quare non inuoluant contradictionem; ſicut non poteſt aſſignari cauſa, quare chimæra contradictionem inuoluat, ergo videtur eſſe par ratio, & par neceſſitas, cur *Deus* ſit ens neceſſarium actu, & cur creaturę ſint neceſſariæ quoad poſſibilitatem. Sed hoc, quod ſupponitur, falſum eſt; nam quamuis vtrumq; tam Deus ſecundum actualem exiſtentiam, quam creaturæ ſecũdùm poſſibilitatem non implicent contradictionem (licet in aliquo ſenſu illud propriè dicatur non implicare contradictionem, quod eſt extra *Deũ*) tamen *Deus* perfectiori modo habet hanc rationem, quàm particeps ſit illius ens poſſibile: quia *Deus* habet quãdam rationem poſitiuam, infinitè perfectiorem, in qua fundatur iſta negatio, non implicantia, ſcilicet contradictionis; quia ſi per impoſſibile non eſſet Deus, non eſſent creaturæ, vt dictum eſt ſupra: non autem è conuerſo: & hoc modo *Deus* eſt prior natura, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia per hypotheſim impoſſibilem. Et explicatur hoc magis; nam vel eſſentiæ creaturarum nullum habent eſſe actuale eſſentiæ reale; ſed tantum habent eſſe in potentia cauſæ; & tũc ſecundum hoc eſſe reale actuale eſſentiæ, dependent à Deo etiam tãquam ab efficiente. Vel eſſentiæ creaturarum habent eſſe actuale eſſentiæ ab æterno, vt tenent multi ſcholaſtici, & probabilem ſententiã exiſtimat Capreolus, & tunc eſſentiæ rerum ſaltem dependent à *Deo* in genere cauſæ exemplaris, ex quo ſequitur, quod ſi per impoſſibile nõ eſſet *Deus*, tanquam cauſa exemplaris, non eſſet hoc eſſe eſſentiæ actuale, reale creaturarum; non tamen ecõuerſo. *Dices* rurſus, *Deo*, vt *Deo* conuenit eſſe cauſam, ergo in *Deo* 3
eſt perfectio relata ad aliud. Sed reſpondetur, cauſam reſpectiuam non eſſe in *Deo*, ſed tantùm perfectionẽ abſolutam, quæ eodem modo eſſet, etiam ſi per impoſſibile non darentur creaturæ poſſibiles. Et confirmatur magis. Nam ſi eſſe cauſam in creatis non dicit quid reſpectiuum, ſed abſolutum, quamuis ſint entia coaptata ad effectus, & ordinata ad illos; quanto minus id affirmandum eſt de *Deo*, cui nihil ſit in ipſo intrinſece ordinatum ad creaturas, nec ad vllum obiectum ad extra, ſed tantùm datur in Deo abſolutum, ſeu perfectio abſoluta, extrinſecè terminata ad creaturas, eſt enim *Deus* tantæ perfectionis, vt ſi creaturæ dentur, poſſit illas producere, quam perfectionem ſemper habet, ſiue dentur creaturæ, ſiue per impoſſibile, dari non poſſint: ſicut cognitio *Dei* tantæ eſt perfectionis, vt terminetur extrinſecè ad res futuras, ſi dentur: ſiue autem dentur ſiue non dentur, ſemper re ipſa habet eandem perfectionem. Hinc eſt, quòd optimè inquit *D.* Thom. 1. p. q. 25. art. 2. ad 2. quod ſi *Deus* ſtatuiſſet nihil vnquam creare, nihilominus potentia ipſius non eſſet fruſtra,

Thom. **Si Deus ſtatuiſſet nihil vnquã creare potentia ipſius nõ eſſet fuſtra.**

ſtra, quod ordinatur ad finem, eũq; non aſſequitur. quare cum potentia *Dei* non ordinetur ad finem, nec ſit propter creaturas, nec coaptata ad illas, quemadmodum creaturæ factæ ſunt à *Deo*, vt ſint propter operationem, vel effectus, ſit, vt potentia non eſſet fruſtra, eſto nihil vnquã operaretur. Omnipotentia igitur *Dei* quamuis illa ſit, quæ poteſt facere quodcunque poſſibile; non tamen in ſe relata eſt, ſed abſolutiſſima, ſicut & ipſe *Deus*.

An diſtinguitur hæc Dei omnipotentia à ſcientia, & voluntate. Cap. 3.

1 VT formalius, & magis præciſè explicetur, quid ſit hęc Dei potentia, quam, ſupra diximus non eſſe rem relatam, ſed abſolutiſſimam in ſe ſpectatam, ſicut eſt ipſe Deus; examinãda eſt hæc difficultas quomodo diſtinguatur potentia ab ipſa ſcientia, & voluntate *Dei*, & ſuppoſito hoc tanquam perſpicuo, non eſſe aliud re ipſa, quam ipſam diuinã eſſentiam, ſcientiam, & voluntatem, cum in *Deo* nullum ſit accidens, nullaque compoſitio; ſed de diſtinctione rationis proponitur difficultas. Quæritur igitur, num ſit potentia attributum diſtinctum ab omnibus alijs, & præſertim a ſcientia, & & voluntate; vel ſit aliquod illorum ſpeciali ratione, ac modo conceptum.

2 Dei omnipotentia diſtinguitur rõne tũ ab alijs attributis diuinis tum ab intellectu, & volũtate

In qua controuerſia dicimus, potentiam diuinam eſſe diſtinctam ratione tum ab alijs attributis, tum ab intellectu, & voluntate, ſi ſecũdum præciſas ſuas rationes formales cõcipiantur; non enim eſt aliud, quàm ipſa eſſentia diuina, vt eſt infinita entitas, & ipſum eſſe per eſſentiam, quæ quatenus talis, & per ſe effectrix cuiuslibet eſſe participati, vel participabilis; ergo non quatenus intellectus, & voluntas. Clara conſequentia. Probatur antecedens; nam hoc differt inter naturam limitatam, & infinitam, qualis eſt Deus. Nam ens limitatum, v.g. ignis, quãuis ſit principium radicale, & principale ſuæ actionis, & ignis producti, quia tamen eſt naturæ limitatæ, & finitæ, indiget calore, & diſpoſitionibus accidentalibus. In diuina autem ſubſtantia ceſſat hæc ratio, quia illimitata eſt, & omnem vim agendi in ſuo eſſe ſubſtantiali continet; igitur diuina natura vt ſic eſt principium principale, & radicale omnis actionis ad extra. Et confirmatur magis, nam non eſt tale principium, niſi quatenus eminẽter cõtinet omnia: hoc autem non habet præciſè ratione ſcientiæ, aut voluntatis, ſed ratione totius infinitatis ſuæ. Item quia in tantùm eſt fons totius eſſe, in quantum eſt ipſum eſſe per eſſentiam: quod eſſe, quatenus concipitur formaliter in ipſo *Deo*, vocatur natura, ſeu eſſentia eius: vt verò eſt per ſe ipſum communicatiuum ſui, dicitur principium, ſeu ratio agendi ad extra. Nec dicendum 3
eſt, principium radicale eſſe tale; præter illud autem dandum eſſe aliud principium proximum, etiam ratione diſtinctum, & immeditatiùs eliciens actionem; hoc autem eſſe intellectum, vel voluntatem: Nam cum illud iam explicatum, ſit illimitatum, & infinitum (quemadmodũ non reperiuntur principia radicalia in creaturis) quamuis ſubſtantiale ſit, eſt ſufficiens, etiam in ratione propriæ virtutis, non indigens media facultate. Adde quia *Deus* non eſt omnipotens eo, quod ſciat omnia, ſed potiùs ſcit omnia, quia eſt omnipotens, & eminenter continet omnia; ſic enim cum de ſcientia

Dei

Dei diximus cum *Dionyſio*, & alijs, Deum comprehendendo ſe, & potentiam ſuam, cognoſcere omnes creaturas poſſibiles, ergo ſcientia creaturarum ratione diſtinguitur ab omnipotentia; & illa ſcientia vt terminata ad creaturas, ſupponit noſtro modo concipiendi, in diuina natura continentiam eminentialem omnium creaturarum, ratione cuius poteſt eſſe primum principium eorum. Similis diſcurſus poteſt fieri de voluntate *Deus* nō ideo poteſt creare, quia vult; neque ideo poteſt creare, quia poteſt velle, ſed potiùs ideo poteſt velle creare, quia eſt omnipotens; ad exequendum ergo voluntas ſupponit ſecundùm rationem omnipotentiam.

4 Probari hoc poteſt verbis illis Sap. c. 12. *Subeſt enim tibi cum volueris, poſſe*. vnde poteſt colligi diſtinctio, iuxta noſtrum concipiendi modum attributi potentiæ ab attributo voluntatis in *Deo*: ita vt ratio agendi non ſit voluntas, ſed vis, & facultas operatiua: quamuis autem ſecundùm rationem, intelligendi potentia præcedat voluntatem, dicitur tamen lib. Sap. *Subeſt tibi, cum volueris, poſſe*, quoniam, vt notat Bonauentura, potentia præcedit in eſſendo, ſed voluntas in agendo, hoc eſt applicat ad agēdum potentiam; poteſt namque multa, quę non facit Deus, quia non vult. Quod autem intellectus, ſeu eius imperium non ſit ratio agendi ad extra, poteſt probari illis verbis Pſalm. 67. *Manda Deus virtuti tuæ; Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis*: hoc eſt. Impera potentiæ tuæ, vt operi inchoato aſſiſtat, illudque conſeruet, & augeat, ergo potentia diuina exequēs, ſupponit ſecundùm rationem noſtram facultatem mandantem, & imperantem, quæ illam applicet ad opus: hoc autem ad intellectum dicitur pertinere; vel etiam ad voluntatem, ergo non modo voluntas, ſed etiam nec intellectus diuinus eſt ratio agendi. Nec obeſt, quod aliqui 5
dicunt, non dici propriè vllum mandare virtuti, ideſt potentiæ ſuæ; nam non tam rara, & inſolens phraſis eſt, ſed ſimilis ei, qua dicimus vocare rationem noſtram in conſilium, imperare nobis ipſis. Nec contrarium perſuadent illa uerba Pſ. 148. *Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt:* hoc enim loquendi genere non explicatur aliquis actus proprius intellectus *Dei* loquentis ad creaturas, ſed methaphoricè declaratur efficacia diuinæ potentiæ, operantis ad nutum voluntatis ſuæ; & in hoc cōſiſtit efficacia diuinæ voluntatis, quod poſſit infinitam potētiam applicare ad opus, ſi velit, propter quā ei tribuūtur actiones ad extra. Hoc genus methaphoræ eſt frequens in Scriptura ſacra, vt apud Iob 38. Deus dicitur loqui ad mare. *Vſque huc venies, & non procedes ampliùs*. de quo etiam dicitur Prouerb. 8. *Et legē ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos*, & etiam Ro. 4. *Vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt*, quibus loquendi modis declaratur efficacitas diuinæ voluntatis, & potentiæ: non eſt ergo in intellectu diuino aliquis actus, qui ſit proprium imperium, reſpectu effectus producendi, & qui immediatè illum attingat. Et quamuis D. Tho. Imperium Diuinū ad effectus producendos in voluntate conſtituat, id propterea dicit, quia voluntas applicat diuinam potentiam efficaciter ad opus: quamuis enim opera ad extra comparentur ad potentiā diuinam, tanquam immediatū principium, ipſas eliciens, vnde dicuntur actiones, & effectus tranſeuntes; qùia tamen Deus operatur perfectiſſimo modo, indiget intellectu, & uoluntate, illo ut dirigente: hac uerò ut applicante potentiam. Et cum

ipſa

Sap. 12. Adducitur ſacra Scriptura ad præfat. doctrinam confirmandam.

Pſal. 67.

Pſal. 48.

Prou. 8.
Rom. 4.

ipſa ſcientia, & voluntas non ſint in Deo aliud, quam ſuum eſſe; ideo per illud habet Deus quicquid eſt neceſſarium ad agendum perfectiſſimo modo; atque ita tandem diuina ſcientia, & voluntas ſunt cauſa rerum, in re quidem per ſe, ac propriiſſimè perficiendo illas, quatenus in re ſunt ipſum eſſe, & ipſa omnipotentia Dei; ſecundùm proprias verò rationes, altera dirigendo, altera verò applicando potentiam exequentem, à qua ratione distinguuntur. Nec improbant id, quod dictum eſt, ſed potiùs confirmant verba illa D. Paul. ad Eph. 1. *Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ*. Nam quamuis opera ad extra ipſius Dei immediatè eliciantur à potentia diuina, ſupponunt tamen neceſſariò, & ſcientiam dirigentem, & voluntatem approbantem, & applicantem, vt ſit ſenſus omnia operatur ſecundùm conſilium ſibi beneplacitum, ſeu voluntate acceptatum, ſeu, quod in idem recidit, ſecundùm propoſitum, & decretum, non cauſale, ſed prudens; adeoque conſilium diuinum, quod habitum eſt in Conſiſtorio ſanctiſſimæ Trinitatis, iuxta quam interpretationem Apoſtolus optimè declarat in eo, quod dixerat, forte nos eſſe vocatos, non indicari imperfectionem caſus, & contingentiæ, quia ſummo conſilio factum eſt, ſed excludi rationem, & cauſam ex parte noſtra, ob quam ſic vocati ſumus, quia conſilium illud ſolo Dei arbitrio conſummatum eſt, nihil attendens, quod requiratur ex parte noſtra.

Eph. 1.

Idem probatur auctoritate D. Thomæ. Cap. 4.

QVod idem ſentiat D. Th. omnibus ijs erit manifeſtum, qui attentè eius ſcripta legerint; ipſe. n. in 1. p. q. 19. ar. 4. ad 4. inquit, quod vnius, & eiuſdem effectus in nobis eſt cauſa ſcientiæ, vt dirigens, qua concipitur forma operis, & volũtas, vt imperãs, & potentia, vt exequẽs; quia nominatur immediatum principium operationis, & deinde concludit, ſed hæc omnia in Deo idem ſunt, ſignificãs, re quidem eſſe vnũ, ſecũdũ rõnẽ aũ. diſtingui, quod expreſſiùs declarauit ead. 1. par. q. 25. ar. 1 ad 4. dicens, *quod potentia non ponitur in Deo vt aliud differens à ſciẽtia & voluntate, ſecundum rem; ſed ſolum ſecundum rationem, in quãtum ſcilicet potentia importat rationem principij exequentis id quod voluntas imperat, & ad quod ſcientia dirigit*: Sunt qui animaduertunt, D. Tho. corrigere hanc primã ſolutionẽ, per ſecundam, quam ſtatim ſubdit dicẽs. *Ipſa ſcientia, vel voluntas diuina, ſecundum quod eſt principiũ effectiuum, habet rationem potentiæ*. Sed immerito nam eadem verba primæ ſolutionis repetit ar. 5. illius quæſtionis 25. in ſol. ad 1. *Potentia intelligitur vt exequens; voluntas autem vt imperans, & intellectus, & ſapientia vt dirigens*. Et tandem concludit. *Ideo enim Deus aliquid facit, quia vult, non tamen ideo poteſt, quia vult, ſed quia talis eſt in ſui natura*. At ſi voluntas, vt voluntas eſſet principium effectiuum, & haberet rationẽ potentiæ, poſſemus optimè dicere, Deus ideo poteſt, quia vult: Vnde cum inquit, ſcientiam, & voluntatem diuinam, ſecundum quod eſt principium effectiuũ, habere rationem potentiæ, non deſtruit, aut negat, quæ dixerat in prima

1 Thom.

Aluares li. 2 de auxil. diſput. 17. nu. 3.

ma ſolutione, ſed addit, ſcientiam, & voluntatem ſecundum ſuum cauſalitatis modum poſſe nomen potentiæ participare: nunquam tamen tribuit illis modum cauſandi exequendo proximè, & quaſi eliciẽdo actionem ad extra, ſed imperando tantùm, vel dirigendo.

2 Sunt alij, qui aſſerunt, ex D. Tho. ſententia, potentiam eſſe ſcientiam, & voluntatem non quocunque modo, ſed volũtatem, quatenus efficax eſt, & ita dicere rationem principij. Ac in hunc ſenſum interpretantur S. *Doctorem* quando inquit, potentiam in *Deo* differre ratione ab intellectu, & voluntate, vt velit diſcrimen illud eſſe, quale eſt inter includens, & incluſum, quia potentia includit voluntatem, & ſcientiam, ſed ſcientia, & voluntas ſecundùm ſe poſſunt conſiderari abſque eo, quod ſint principia rerum, poteſt.n. conſiderari & ſcientia, & voluntas non quatenus efficax eſt ad res producendas, & ſic non vt habet rationem principij. At non conſonè dicitur principijs *D.* Thom. ipſe.n. ait 1.p.quæſt.25.ar.1.ad 4.& ar.5.ad 1. quod ſcientia pertinens ad potentiam, & ad opera eius ad extra, ſe habet vt dirigens; voluntas vt imperans, potenria, vt exequens. At id quod dicitur principium exequens, & immediatè eliciens actionem nõ includit in ſua eſsentia ſcientiã dirigentem, nec actum voluntatis imperantis, ſed potius ſupponit. Item ſi voluntas non quocumque modo, ſed quatenus efficax ad res producendas habet rationem potentiæ, non diceret *Diu.* Thom. non ideo *Deus* poteſt quia uult, ſed totum oppoſitum, ideo Deus poteſt, quia uult, cũ ibi loquatur, ut patet ex contextu, de uoluntate efficaci, per quã ut iſti ſentiunt, formaliter conſtituitur potẽs. diſcrimen igitur ſupra poſitum, & formatum inter potẽtiam, & intellectum, & uoluntatem, magis uidetur eſſe ex ſententia Diu. Thomæ.

Vaſq. 1. p. diſp. 102. cap. 3.

3 Verum pro defenſione huius opinionis poteſt dici, his uerbis probari ex ſententia *D.* Tho. uoluntatem, prout uolitio eſt, nõ eſſe potentiam: at uoluntatem, prout uoluntas eſt, potentiam dici, & eſſe: licet.n. *Deus* non ſit potens quia uult producere; eſt tamen potens, quia poteſt uelle. Sed cõtra. Nã probauimus, in Deo non eſſe uolũtatem per modum potentiæ. Rurſus ſi quis diceret, eſſe illud uelle neceſſarium, quatenus eſt eminenter liberum; At *D.* Thom. inquit, potentiam differre ratione à uoluntate, &c. Et confirmatur, quia nulla eſt ſufficiens ratio, ob quam uis executiua, & elicitiua immediatè actionis ad extra magis tribuatur uoluntati, quàm intellectui, uel è conuerſo, ergo neutri attribuenda eſt. Antecedens probatur, nam ex una parte ſcientia ſuperat uoluntatem, quia iuxta formalem ſuam rationem eſt excellentior perfectio, & formaliùs conſtituit, ſeu pertinet ad eſſe *Dei*, ut ſupra explicatum eſt, & continet in ſe formas, ſeu ideas rerum agendarum, quod maximè neceſſarium uidetur ad earum productionem. Aliunde uerò ſuperat uoluntas intellectum, quia ad illam pertinet executio operum, quia eſt magis impulſiua, quam intellectus. Conſequentia probatur, tum quia non eſt, abſolute loquendo, maior ratio de una potentia, quàm de alia: tum quia in neutra eſt ſufficiens ratio, ut ei executio tribuatur; quia una ſine altera non eſt ſufficiens ad efficiendum, & unaquæque in ſua ratione habet proprium cauſalitatis modum, quẽ non tranſcendit, præciſè ſtando in ſuo cõceptu, & ratione formali, ſed in illo habet infinitatem ſuam: ſcientia.n. ut ſcientia, quãtũuis practica,

ſolum

ſolum habet dirigere actionẽ, eſt.n. ſcientia repreſentans, & quaſi illuminans: vnde hoc munus habet in agente per intellectum, dirigit.n. actionem eius: quapropter etiam ſi ſit infinita, præcisè ſtando in eius ratione ſolùm habebit infinitam perfectionem in dirigendo, cum infinita claritate, & infallibilitate. Volũtatis verò munus eſt diligere, intendere, eligere, & vti: & hac ratione applicare ad opus alias potentias eiuſdẽ appetentis. Quod ſi infinita ſit voluntas ſub hac præciſa ratione, habebit infinitatem in applicando, ita vt etiam infinitam potentiam poſſit efficaciter applicare ad opus, ſi neceſſe ſit, & in hoc conſiſtit efficacia diuinæ voluntatis, propterquam ei tribuuntur actiones ad extra: Verùm quia præter hæc duo ſcilicet directionem, & applicationem deſideratur aliquid aliud ad opus ad extra: principium ſcilicet immediatè eliciens actionem, non ſolùm vna, vel altera ex dictis potentijs; intellectus ſcilicet, vel voluntas, ſi enim in ſuo cõceptu, & ratione formali accipiãtur, eſt ſufficiẽs principium exequẽs opus ad extra; ſed etiam ſi ſimul cõiungantur, nõ integrant illud. Adde, quia actio huius potentiæ, quæ eſt principium elicitiuum operis ad extra, vnius, ac ſimplicis rationis à nobis concipitur, & ideo fieri non poteſt, vt potentia præcisè concepta, includat intellectus, & voluntatis actum.

De obiecto Diuinæ omnipotentiæ. Cap. 5.

1 QVamuis Dei omnipotentia in ſe abſoluta ſit, & independens à creatura etiã in eſſe poſſibili, vt ſupra declarauimus, & late probat Henriq. quodl. 5. q. 1. & docet ẽt D. Th. q. 7. de poten. nõ poteſt tamẽ nec concipi à nobis, nec nominari ſine reſpectu ad creaturas. Explicãdum eſt igitur, quodnã ſit hoc obiectum diuinæ omnipotentiæ, & quomodo ad ipſam ſe habeat, cũ id maximè conferat ad dilucidãdum hoc Dei attributum.

Pro cuius quidẽ rei intelligentia animaduertẽdũ eſt, quod quãuis diuina potentia nec talis naturæ, vel perfectionis quaſi ſpecificę ſit, vt ad obiectũ ordinetur, aut realẽ habitudinẽ ad illud habeat, vel quæ ab illo quaſi ſpecificari intelligitur, ſicut potẽtiæ createę ſolẽt à ſuis ſpecificari obiectis, hic.n. modus potẽtiæ minus perfectus eſt, ſupponit.n. illam, quaſi per ſe ordinatã ad ſuũ obiectũ: quod de diuina potẽtia dici nõ põt, eſt.n. diuinũ eſſe abſolutiſſimũ: quia tñ diuina omnipotẽtia vera, & realis eſt potẽtia actiua, nõ poteſt non habere aliquid per modũ obiecti: tũ quia rõ potẽtię nõ põt aliter à nobis cõcipi; tũ ẽt quia ſi illa eſt potentia, neceſſe eſt, vt per eam poſſit aliquid fieri: hoc autem, quod ab illa fieri poteſt, vocamus obiectum eius. 2

Dicitur igitur obiectũ adæquatũ omnipotẽtię diuinæ quodcũq; poſſibile. Quod ſi quæras quodnam ſit hoc poſſibile: ſi.n. illud tale dicẽdũ eſt, quod à potẽtia ita denominatur, & hæc nõ poſſit eſſe potẽtia paſſiua (quia nullã paſſiuã potẽtiã ſupponit potẽtia diuina, ſed à potẽtia actiua, & omnino à potẽtia Dei, qua nulla prior; idem per idem explicatur: nã nihil aliud ſibi vellet Dei potentiam extẽdi ad quodcũq; poſſibile; quam poſſe id, quod ab ipſamet denominatur poſſibile. Reſpondetur, poſſibile, ad quod dicitur omnipotentia diuina, quando ſumitur relatè, non eſſe illud, quod põt fieri ab alia potentia; ſic.n. cõmitteretur repetitio illa nugatoria, quæ modo dicta eſt, ſed illud dici tale, quod ex ſe ipſo nõ implicat cõtradictionẽ ex terminis: prius eſt igitur, res eſſe hoc pacto 3

Quomodo ſe habeat potentia diuina ad ſuum obiectum, quod eſt omne poſſibile.

Tt 2 poſ-

poſsibiles.i.ex ſe non implicare cõtradictionẽ,quã Deũ ad ipſas referri vt omnipotentẽ: ſicut prius eſt eſſe colorem,quàm oculum ad colorem referri,& quàm color dicatur viſibilis. At ſi poſſe ipſius Dei conſideretur in ſe, prius eſt,quàm entia eſſe poſsibilia, & nõ implicare cõtradictionem,ita vt per locũ intrinſecum rectè ſequatur,ſi nõ eſſet Deus, neç eius poſſe, quod eſt abſolutiſsimũ, implicaret contradictionem, hominem eſſe,non tamen contra, ſi implicaret contradictionem, eſſe hominem, implicaret etiam, eſſe Deum cum ſua potentia.

4 Quare cũ poſſe tã actiuũ ex parte Dei,quã paſsiuũ ex parte creaturarũ bifariã intelligi liceat; & abſolutè, & relate; ita inter ſe hæc ſunt ordinanda,vt poſſe Dei actiuũ abſolutè acceptũ, priùs ſit, quàm poſſe paſsiuum,etiam in ſe ſpectatũ creaturarum,ſi.n.Deus,& eius non eſſet potentia, implicaret contradictionem,hominem eſſe;eadẽ rõne poſſe Dei,acceptum relatè,priùs eſſe,quã poſſe paſsiuũ, etiã relatè conſideratum, ipſarũ creaturarũ:nõ.n.probatur eorum ſententia,qui ſentiunt ex eo,quòd creaturę in ſe non implicãt contradictionẽ,proximè oriri poſsẽ paſsiuũ earundẽ,actu relatum ad potentiam Dei, hoc eſt, quod dicãtur poſſibiles produci à potentia Dei, & tandem ex hoc poſſe paſſiuo relato naſci poſſe actiuum in Deo, actu etiam relatum ad creaturas: nam ſicut color dicitur viſibilis à viſu, & ens intelligibile ab intellectu; eadẽ rõne poſſibile, aut producibile à potẽtia productiua denominatur:prius eſt igitur, actiuã potẽtiã actu referri ad obiectũ, quod poſſibile, aut producibile denominatur, quã ipſũ obiectũ talẽ denominationẽ ſortiri; eſt tñ obſeruandũ diſcrimen,nã color dicitur viſibilis ex eo, quod viſus ſuapte natura refertur ad illũ: at verò res nõ dicuntur poſſibiles quia Dei potẽtia re ipſa, & natura ſua referatur ad ipſas,refertur.n.extrinſeca tãtùm denominatione; ſicut etiã res ipſæ referuntur ad potentiã, ſed inter vtramq; denominationẽ eundem ſeruamus ordinem, quem in creaturis videmus inter potentiam actiuam, & denominationem obiecti, vt inter viſum,& viſibile.

En tibi obiectũ adæquatũ diuinę omnipotentiæ, & quomodo ſe ha- 5
beat ad illud,iuxta dictum Gabrielis
Luc. 1. *Nõ erit impoſſibile apud Deum* Luc. 1.
omne verbũ,hoc eſt,Deũ ea rõne dici omnipotẽtẽ, quia põt omne id producere, quod eſſe põt,hoc eſt,quod eius natura ſpectata, in rerũ natura eſſe non repugnet,vel,quod in idem recidit, per, verbum, accipi poteſt quicquid à noſtro,vel aliquo intellectu intelligi poteſt abſq; contradictionis implicatione. Quod ſi illa cauſalis (quia) quæ ibi legitur,reddat cauſam à priori,eſt definitio omnipotentiæ, relatè acceptæ;non abſolutè. Ex qua doctrina primũ habemus, tolli nugatoriam illam repetitionem, quæ committi poſſet in definitione omnipotentiæ, ſi definiatur per poſſibile,ac propriũ, & adæquatũ eius obiectũ: quemadmodũ definit D.Th.1.p.q.25. ar.2. eſt virtus, quæ poteſt producere quicquid non implicat contradictionẽ, vt ſit; vbi cũ accipiatur poſſibile, non cõparatione potentiæ, quia videlicet datur potentia,per quam eſſe poſſit, ſed ſecundùm ſe, & abſolutè,quia ſpectata eius natura non repugnat
eſſe relatio omnipotentiæ ad poſſe Definitur Dei potentia ex D. Thom.
paſsiuum abſolutum creaturarum refertur, & ſic nulla committitur nugatoria repetitio.

Deinde ex eadẽ doctrina explicã- 6
dus eſt Anſelm. in lib. de caſ. Diabol. cap. 2. cum ait, ideo eſſe ali- Anſel. dictũ declaratur.
quid poſsibile, quia ab alio fieri poteſt, nam ſi de poſsibili abſolutè lo-

loquatur, negari non poteſt priùs eſſe in ſe poſſibile, non potentia phyſica, ſed logica, quàm dicatur ab aliqua potentia fieri poſſe, & omnino prius eſſe, quod ex ſe non implicat contradictionem, quàm quod *Deus* ad ipſum referatur vt omnipotens. Si verò intelligat de poſſibili relato, veriſſimũ eſt, nihil poſſibile dici, niſi quia ab alio fieri poteſt. Niſi velimus dicere, Anſelmum velle ſignificare poſſe *Dei* ſecundùm ſe, & abſolutè ſumptum priùs eſſe, quàm eſſentia poſſibilia, & non implicantia contradictionem modo ſuper explicato, quod quidem veriſſimum eſt, ſed forſitan non conſona ipſius ſententiæ interpretatio.

7 Quomodo non ens eſt ob ectũ diuinæ omnipotentiæ.

Præterea ſequitur quomodo non ens ſit ſub obiecto omnipotentiæ; ſi enim illa negatio neget poſſibilitatem, ſeu capacitatem ad eſſe, omnino excluditur ab obiecto omnipotentiæ, quod non eſt limitatio, ſed excellentia omnipotentiæ, nam, vt optime dicit Ambroſ. lib. 6. epiſt. 37 impoſſibile illud nõ infirmitatis eſt, ſed virtutis, & maieſtatis, nam hoc non obſtante verum eſt, nihil eſſe, quòd Deus non poſſit facere, nam ſi quid dicitur non poſſe, illud eſt ex ſe impoſſibile, & ita non eſt aliquid contentum in latitudine entis non modo actualis, ſed nec etiam poſſibilis. Si verò cum dicimus non ens, neget tantùm actualem exiſtẽtiam, non autem poſſibilitatem, & capacitatem ad eſſe, tunc proculdubio clauditur ſub obiecto omnipotẽtię, quatenus per *Dei* potentiam poteſt recipere exiſtentiam, licet vt eſt nõ ens actu, careat influxu omnipotentiæ Dei. Vtrum autem hoc non ens, ſecundo modo dictum habeat quod tale ſit, vel quod non ſit ab omnipotentia pertinet ad modum loquẽdi: propriè tamẽ potiùs id videtur pertinere ad obiectum voluntatis, quã potentiæ; voluntas enim intelligitur

Ambroſ.

poſitiuè velle, vt illud non ſit, & vt potentia non influat in illud, ſicut quando ex abſentia luminoſi ſunt tenebræ, remouens luminoſum, eſt potiùs cauſa tenebrarum, quàm ipſum luminoſum: ſic ergo voluntas, quæ eſt ratio ſuſpendendi influxum potentiæ, eſt propriè cauſa, & illa libera negatio influxus poteſt ſuo modo dici proxima cauſa per ſe: potentia autem ipſa non ita propriè.

Adhuc Deum poſſe facere omne poſſibile, dupliciter poteſt intelligi: Vno modo diuiſim, ſeu ſingillatim, ſignando quamcumque rem, vel etiam finitam multitudinem poſſibilem, & ſic eſt ſimpliciter verũ abſq; vlla diſtinctione. Altero modo poteſt intelligi collectiuè, & ſic non eſt neceſſarium, & forſitan nec verum: non quidem neceſſarium; quia vt verè dicatur Deus illa omnia poſſe, ſatis eſt, vt quodlibet eorum, comparatum ad diuinam potentiam, poſſit ex vi illius ita in re conſtitui, ſicut dicitur eſſe poſſibile: non verò neceſſe eſt, vt poſſit quodcunque illorum facere ſimul cũ omnibus alijs: eoque magis perſuadetur: nam dubium eſt, ſi ſit verum, ac poſſit fieri, cum ſentiant complures, in hoc repugnantiam inuolui, quæ non inuoluitur in ſingulorum productione. 8

8 Deum poſſe facere omne poſſibile dupliciter poteſt intelligi.

Adde cum impoſſibile nõ ſit cõtentum ſub latitudine entis, nec ſub obiecto omnipotentiæ, ſed ſit non ens primo modo dictum; ſequitur, quod præteritum, vt non ſit præteritum, non poſſit à *Deo* fieri, cum ſit impoſſibile, & non ens modo explicato; ratio autem eſt in promptu: nã cum præteritum dicatur, quod in aliqua differentia temporis habuit eſſe, impoſſibile autem ſit, vt quod ſemel ponitur in aliqua temporis differentia habens eſſe, in illa eadem non habeat, vel habuerit eſſe, ergo cum Deus non poſſit in impoſſibile, vel cum impoſſibile non 9

9 Quare Deus non poteſt facere, vt præteritum non ſit præteritum

continéatur ſub omnipotentiæ *Dei*, ſequitur manifeſtè, id nullo pacto poſſe fieri, quod dictum intelligitur non in ſenſu diuiſo, ſic enim poteſt fieri, ſed in ſenſu compoſito, ideſt poſito, quod fuerit, & ita loquitur D.
Hieronym. Hieronym. epiſ. ad Euſtoch. de virg. qui ait. *Audenter loquar, cum omnia poſſit Deus ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam.* quibus verbis non negat Hieronymus, *Deum* poſſe redintegrare clauſtrum Virginitatis, & quodcumque aliud donum, per peccatum omiſſum, ſed non poſſe efficere, ut quæ corrupta fuit, corrupta non fuerit. Eſt etiam Auguſti-
Auguſt. ni lib. 26. contr. Fauſt. cap. 5. dicentis. *Quiſquis ita dicit, ſi omnipotens eſt Deus, faciat, vt quæ facta ſunt, facta non fuerint, non videt ſe hoc dicere, ſi omnipotens eſt faciat, vt quæ vera ſunt, eo ipſo, quo vera ſunt, falſa ſint.*
Anſelm. Et clariſſimè Anſelmus lib. 2. Cur Deus homo cap. 22. *Cum Deus, inquit, facit aliquid, poſtquam factum eſt, iam non poteſt non eſſe factum, ſed ſemper verum eſt factum eſſe.* Et idem lib. de concord. præſcien. & liber. arbitr. ſæpius hanc eandem docet doctrinam. Et eſt ſententia
Ariſt. Ariſtot. lib. 6. Ethic. cap. 2. qui ait. *Factum non contingit non eſſe factum:* qua propter ſubdit,
Agatho. *Rectè Agatho dixit, Hoc etiam ipſe Deus, ſoloque carere videtur, infectum vt faciat*
10 *quod factum eſt.* Quin apertè videtur colligi ex illo D. Paul. ad Hebr. 6.
Hebr. 6. *Vt per duas res immobiles*, promiſſionem ſcilicet, & iuſiurandum, teſte
Theoph. Anſelm. Theophilato, & Anſelmo, *quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam.* Ex quibus uerbis tale conficitur argumentum, hanc habens Apoſtolo magiſtro, conſecutionem. *Deus* nullâ ratione poteſt mentiri, ideſt reuocare, ſeu retractare id, quod hominibus promiſit, & iurauit, ac ita homines ludificare, & fallere, ergo quod reuelauit, & promiſit futurum, non poteſt non euenire. At ſi ad præteritum eſſet potentia, conſecutio illa eſſet nulla, quandoquidem ſine ullo mendacio efficere poſſet *Deus*, ut id nō eueniret, efficiendo, ut neque reuelauerit, neque promiſerit, aut iurauerit, quod reuelauit, promiſit, ac iurauit euenturum: ſit ergo (ut teſtimonium Pauli præſupponit) ad præteritum non eſſe potentiam.

Deducitur tandem, nihil eſſe, 11
quod propriè loquendo Deus non poſſit facere: nam ſi quid dicitur nō poſſe, illud eſt ex ſe impoſſibile, & ita non eſt aliquid contentum ſub latitudine entis, non modo actualis, Ambroſ.
uerum nec poſſibilis: unde Ambroſ. lib. 6. epiſt. 37. *Quid, inquit, impoſſibile Deo? non quod virtuti arduum, ſed quod naturæ eius contrarium: Impoſſibile iſtud non infirmitatis eſt, ſed virtutis, & maieſtatis* At Anſelm. in Anſelm.
Proſol. cap. 7. ſimiliter ait. *Hæc poſſe, quæ repugnant, non eſſe potentiam ſed impotentiam.* Et Auguſtin. lib. 26. Aug.
contr. Fauſt. cap. 5. id magis declarans, inquit: *Deum, qui eſt ſumma veritas, non poſſe facere, vt quæ vera ſunt, ſint falſa.* Et idem lib. 15. de Ciuit. *Dei* cap. 15. *Magna, inquit, potentia eſt, non poſſe mentiri.* Itaque, quod *Deus* dicatur quædā, quæ ex ſe impoſſibilia ſunt, non poſſe, non eſt contra omnipotentiā eius: ſicut quod Deus non ſciat ea, quæ falſa ſunt, non eſt contra eius omniſcientiam: imò eo quod exactam habet omnium ſcientiam, ſcire quæ falſa ſunt non poteſt.

De

De infinitate potentiæ Dei. Cap. 6.

1 Duplex infinitas potentiæ diuinæ vna intenſiua, altera extenſiua.

DE duplici infinitate potentiæ Dei loqui poſſumus. De infinite, inquam, intenſiua, quia in ſe eſt infinitæ perfectionis: & de extenſiua, quia in obiectis ſuis infinitam extenſionem habet: & vtraque eſt probanda. Quod infinita ſit intenſiuè; poteſt probari à priori, illa ratione D. Tho. 1. p. quæſt. 25. art. 2. Talis eſt potentia rei, qualis eſt eſſentia: at eſſentia Dei eſt ſimpliciter infinita in genere entis, ergo & eius potentia erit infinita ſimpliciter. Minor patet, & probata eſt in ſuperioribus. Maior probatur, quia hęc potentia eſt quaſi proprietas, conſequens infinitam eſſentiam. Cui rationi ſi addamus, hanc potentiam non modo eſſe actiuam per modum principij proximi, ſeu immediati, ſed per modum principij principalis, qualis intelligitur in igne eſſe forma ſubſtantialis: videbimus, ipſam non modo eſſe infinitam in proprio aliquo genere, ſeu conceptu, ſicut ſciẽtia, & voluntas vt ſic, dicitur in proprio genere infinita, ſed addita latitudine obiecti, videbimus hanc diuinam potentiam ad extra, ex vi ſui conceptus exigere infinitatem ſimpliciter, & in genere entis; quia talis potentia quatenus principium agẽdi principale eſt, eminenter continere debet omnes effectus, quarum eſt actiua: tale enim principium actionis debet continere terminum, vel formaliter, vt in actione vniuoca, vel eminenter, vt in æquiuoca, qualis eſt omnis actio Dei ad extra; ergo cum poſſit in omnem effectum, in infinitum perfectiorem, vt contineat actu eminenter totam illam ſubſtantiarum poſſibilium latitudinem, & multitudinem, à... debet eſſe ſimpliciter infinita, & in genere entis.

Probatur infinitas intenſiua & à priori & à poſteriori

Probatur eadem infinitas magis à poſteriori ex modo agendi diuinæ potẽtiæ, agit & perficit ſuam actionem ſine dependentia ab alio, ergo eſt ſimpliciter infinita in genere entis, ergo infinita intenſiuè. Clara vltima conſequentia. Probatur primò, quia vna, & præcipua ratio, cur omnipotentia non poteſt communicari creaturæ, quàmuis perfectiſſimę, illa eſt, quia omnipotentia ex parte modi dicit, vt alterius potentiæ non innitatur: at virtus communicata creaturæ, ſiue ſit principalis, ſiue inſtumentalis, intrinſecè dicit, vt innitatur uirtuti diuinæ, & multò magis virtus inſtrumẽtalis, quia nõ ſolũ quatenus creatura eſt, ſed etiã quatenus inſtrumentum eſt, dicit, vt innitatur cauſæ ſuæ principali, ergo non poteſt omnipotentia communicari creaturæ inſtrumentaliter. Adde ad confirmandam eandem conſequentiam; quia eſſe independens ab alio eſt proprium entis, ſimpliciter infiniti, quod infinitum intenſiuam continet perfectionem, ergo cum diuina potentia agat tanquam principium principale, identificata realiter, & formaliter cum tali ente infinito, à nullo alio dependens à ſe diuerſo; imò ſimpliciter independens, debet eodem modo eſſe infinita.

2 Probatur etiã à poſteriori, ratione alterius modi, ſcilicet ex actione creandi, ex qua non ratione termini producti, cum ſemper ſit finitus, ſed ratione modi, quia ſcilicet ex nihilo totam hanc mundi machinam produxit, infertur potentia intenſiuè infinita: probabiliùs enim cenſetur ad hunc modum productionis requiri virtutem ſimpliciter infinitam.

3 Tandem ex extenſione, quam habet in obiectis ſuis hæc diuina potentia, colligitur etiam eius infinitas

tas intenſiua, quã non poteſt tot effectus in infinitum perfectiores producere tanquam agens principale æquiuocum, niſi illos eminenter actu contineat: at qui poteſt ita cõtinere, niſi in ſe ipſa ſit intenſiuè infinita? Quod ſi aliqui probant, dari potentiam hoc pacto infinitam illa ratione, quia quodlibet corpus ita eſt aptum moueri, vt poſſit velociùs agitari ſine termino, ergo neceſſe erit, eſſe aliquam potentiam, à qua velociùs, atque velociùs ſine termino moueri queat, ergo oportet cõcedere potentiam aliquam eſſe infinitæ virtutis, vt actu eam poteſtatem habeat, qua poſſit velociùs, & velociùs in infinitum, corpus mouere. Sed immeritò, quia ad illam velocitatem in infinitum ſufficit potentia motiua ſuperioris ordinis, & infinita ſecundùm quid. Multò efficaciùs probatur eadem infinitas ex dicta latitudine obiecti diuinæ potentiæ; poteſt enim producere ſpecies in infinitum perfectiores, ita vt quacunque data, alia perfectior in infinitum ſit ab illa producibilis, ergo actu eminenter debet continere illam ſubſtantiarũ poſſibilium latitudinem, & multitudinem, ergo eſt intrinſecè infinita.

Probatur infinitas extenſiua.

5 Infinitas extenſiua, quæ in hoc poſita eſt, quod in latitudine ſuorũ effectuum non habet terminum, poteſt probari à priori ex infinitate intenſiua, quia ex illa ſumma perfectione ſui eſſe habet diuina potentia, vt extendatur ad omne poſſibile, ſeu ex ſe non repugnans. Verùm ſi principium huius argumentationis ſit tantùm perfectio intenſiua potentiæ, non ſuppoſita illa latitudine rerum poſſibilium: ita vt proceſſus ille non ſit ſolùm in multitudine effectuum, ſed etiam in perfectione eorũ, quæ in infinitum procedat in tota latitudine entis, & in ſpeciebus eius abſque præfixo termino, non continet rationem, propter quàm res eſt, niſi enim talis entium latitudo poſsibilis eſt, non diceretur extenſiuè infinita; bene poſſemus argumentari ex infinita Dei eſſentia infinitam eſſe eiuſdem potentiam, ſecundùm ſe, & abſolutè acceptam, non tamen relatè ad obiectum, & extenſiuè. At ſuppoſita poſsibilitate plurium, & plurium effectuum non ſolùm eiuſdem rationis, ſeu perfectionis, ſed in perfectione eorum, quæ in infinitũ procedat in tota latitudine entis, & ſpeciebus eius, abſque præfixo termino, bene ex infinitate intenſiua diuinæ potentiæ inferre poſſumus infinitam eius extenſionem, ex illa enim ſumma perfectione ſui eſſe, habet diuina potentia, vt extendatur ad omne poſsibile, ſeu ex ſe non repugnans: cum autem tale poſsibile in infinitum ſucceſsiue multiplicari poſsit in tota latitudine entis, vt dictum eſt, infinitè erit extenſa, habẽs in obiectis ſuis infinitam extenſionem. Sunt qui ſentiunt, Deum non poſſe producere, modo dicto infinitas ſpecies, ſeu in infinitum: quorũ ſententia licet impoſsibilis ſit, oſtendit tamen probationem hanc procedere ex principio minùs certo, quàm ſit aſſertio. Ab hac autem infinitate extenſiua, virtus actiua Dei denominatur omnipotentia: & ob hanc rationem de diuina ſapientia, quæ Dei Verbum eſt, reperitur ſcriptum Sap. 7. *Cum ſit vna, omnia poteſt*. Idemque eſt, potentiam eſſe infinitam extenſiuè, & eſſe omnipotentiam; licet ratio nominum ſit diuerſa; per vnum enim explicatur, potentiam illam extendi ad omnia poſsibilia: per aliud verò indicatur, illa poſsibilia eſſe infinita, & ita vnũ ex alio poteſt probari.

Quod ſi quis quærat an hæc, quę dicta ſunt de infinita Dei potentia, poſsint ratione naturali cognoſci;

Re-

Quod dictũ eſt de potẽtia Dei infinita lumine naturali cognoſci poteſt.

Reſpondetur, potentiam Dei eſſe infinitam, ratione naturali eſſe manifeſtum, nam ſi naturali diſcurſu cognoſcit intellectus, talem debere eſſe potentiam, qualis eſt eſſentia; cum naturali ratione ſit cognitum; Dei eſſentiam eſſe infinitam, & illimitatam, ergo idem naturali lumine infertur de eius potentia. Quod ſi rurſus quis petat, an ratione naturali poſſit ſciri, hanc infinitam potentiam eſſe omnipotẽtiam, extendentem ſe ad omne poſſibile, reſpondetur dupliciter poſſe nos loqui de omnipotentia Dei: vel formaliter ſolùm, vel ſimul etiam materialiter: cognoſcere formaliter omnipotentiam Dei appello cognoſcere illam, ſecundum præciſam rationem formalem eius, nimirum, quatenus eſt omnipotentia ex ſe habens efficaciam ad omne poſsibile, ſeu quod ex ſe non repugnat. Materialiter autem eam cognoſcere erit diſtinctè cognoſcere eam rationem, vt applicatam ad ſingulos effectus, qui per omnipotentiam Dei poſſunt fieri. Priori modo veriùs exiſtimo, poſſe naturali ratione cognoſci, Deum eſſe omnipotentem: nam aliquæ ex rationibus ſuperiùs factis, ſufficienter hanc veritatem demonſtrare videntur, licet ex ſolis principijs naturalibus procedant. Et præter eas videri poſſunt aliæ apud D. Thom. 2. contr. Gent. cap. 22. & ſeqq. quæ id etiam aſſequuntur, quamuis ſolo naturali lumine nitantur. Quam etiam veritatem præfato ſenſu declaratam, attigiſſe videtur Ariſtot. 6. Ethic. cap. 2. approbans Agathonis carmina: *Hoc etiam ipſe Deus ſoloque caret videtur infectum vt faciat quod factum eſt, atque peractum.* In qua ſententia confiteri videtur, Deum poſſe omne id, quod non repugnat, imo ſolùm videtur excipere vnum impoſsibile, ſcilicet facere, vt præterita infecta ſint, ſub illo tamen intelligere poſſumus omnia, quæ ſimilẽ inuoluunt contradictionem. Et ita interpretatur D. Thom. ſuper 6. Eth. Ariſt. ſententiam, eam confirmans illa ratione quod potentia Dei eſt vniuerſaliſsima, habens pro obiecto ens, inquantum ens, & ideo ſolùm illud ei ſubtrahitur, quod entis ratione repugnat, quale eſt illud tantùm, quod implicat contradictionem.

Ariſt.

Thom.

Poſteriori autem modo non poteſt diuina omnipotentia ratione naturali cognoſci, alioqui ſequeretur cognoſci poſſe lumine naturali myſteria ſupernaturalia eſſe poſsibilia, vt v. g. hominem poſſe concipi ex fœmina, ſine opera viri, aut naſci ex Virgine: Omnia miracula, quæ nos in ſacremento Euchariſtiæ confitemur, & credimus, & alia, quę nos fides docet. An verò ſaltem in communi cognoſci poſsit lumine naturæ, Deum poſſe aliquid ſupernaturale facere, ſeu præter naturas rerum, dubium graue eſt, & multas complectens difficultates late tamẽ illud examinat Suar. in Metaph. diſput. 30. ſect. 17. §. Adhuc enim inquiri poteſt. Ipſum conſule. Poſſumus tamen ratione naturali cognoſcere, Deum eſſe potentem ad producendos effectus alios, præter eos, qui produci poſſunt à cauſis naturalibus huius vniuerſi, tam ſecundum ſpeciem, quàm ſecundum indiuidua. Nam ſuppoſito, quod poſſit creare: item quod potentia eius ſit infinita ſimpliciter, etiam in latitudine obiecti: prætertea quod operetur liberè: ex his principijs euidenter ſequitur, poſſe facere alias res, præter eas, quæ ſunt in vniuerſo, & quæ in virtute cauſarum eius continentur. Ad hæc cenſeo, poſſe ratione naturali cognoſci Deum abſolutè eſſe potentem, ad faciendum ſua ſola virtute omnes effectus, quos 7

Omnipotẽtia Dei vt applicata ad ſingulos effectus qui per ipſam fieri poſsũt non poteſt cognoſci lumine naturale.

Suar.

quos per cauſas ſecundas operatus, quatenus in eis pura efficientia interuenit, ſeu conſideratur; quod ideo dico, quia ſi aliud genus cauſalitatis formalis, vel materialis aliunde addatur, ex eo capite ignotum eſſe poterit lumine naturali, an talis effectus poſsit fieri ſine cauſa ſecunda propter imperfectionem, quam tales cauſæ includunt: & cum ſint magis intrinſecæ; ideo magis obſcurum eſt, magiſque præter naturam, quod per aliud cauſæ genus ſuppleantur, vt in actibus naturalibus, & in aliquibus proprijs paſsionibus, valde intrinſecis, exempla habere poſſumus. Hoc primùm probari poteſt ex infinitate omnipotētiæ Dei, & ex illa ratione, quod virtus integra efficiendi reſpectu cuiuſcunque effectus dicit perfectionem ſimpliciter; efficere enim vt ſic, nullam habet admixtam imperfectionem, & ideo formaliter reperitur in *Deo*, & non tantùm eminenter, ſeu remotè. Deinde cum *Deus* libere agat, eiuſque arbitrio hæc omnia facta ſint, & conſeruentur; quemadmodum liberè, & ſine ſui mutatione hunc rerum ordinem ſtatuit: ita potuit abſolutè hunc ordinem ſine ſuæ immutabilitatis præiudicio, immutare. Quod

Aug. teſtatur Auguſtin. lib. 26. contra Fauſtum cap. 3. & ex illo ſumens

Thom. *D.* Thom. 1. par. quæſt. 105. artic. 6. inquit. *virtutem Diuinam non ſubdi ordini cauſarum, ſed eum potiùs habere ſibi ſubiectum.* quod dictum non ſolum creditum eſt, ſed etiam ratione naturali euidens: hoc enim pertinet ad perfectum Dei dominium; dominium autem infinitam *Dei* perfectionem, & omnipotentiam, cum libertate coniunctam neceſſario conſequitur.

8 Hanc autem *Dei* infinitam potentiā, ita vniuerſim acceptam probant ſacræ Scripturæ teſtimonia, vt illa verba Pſal. 144. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis.* ſubditque ſtatim. *Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt.* Quibus verbis declaratur, magnitudinem illam ſine fine etiam diuinæ potentiæ conuenire. Et quemadmodum magnitudinē laudibus æquari non poſſe; ita nec potentiam: opera enim illius teſtes ſunt, eaq; tam multa, tam magna, vt omnium ſęculorū laudes illis extollendis, & pro meritò laudandis, non ſufficiant. Vnde Eccleſiaſticus cap. 18. inquit. *Quis inueſtigabit magnalia eius: virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiabit? aut quis adijciet enarrare miſericordiam eius? non eſt minuere, neque adijcere, neque eſt inuenire magnalia Dei*: quæ verba omnia infinitatem indicant non minus in poteſtate, & virtute agendi, quàm in eſſentia, & perfectione.

Pſal. 144. Adducitur ſacra Scriptura pro confirmatione ſuperioris doctrinæ.

Eccleſ. 18.

De omnipotentia in ordine ad actiones. Cap. 7.

Cvm hucuſq; actum ſit de omnipotentia *Dei* vel ſecūdum ſe ſpectata, vel vt reſpicit ſuum obiectum, quod eſt quodcumq; poſsibile, ita vniuerſè acceptū: reliquū eſt, vt de illa agamus, relata ad ſuas actiones, non tam poſsibiles, quæ nūquam erunt, ſed ad illas; quæ re ipſa vel fiunt, vel aliquando futuræ ſunt; vel iam ſunt factæ. Cum duplicis ordinis hæ poſsint eſſe, vel ſcilicet ad cōmunē naturæ curſum pertinētes; vt eſt creatio, & huic adiuncta conſeruatio, rerumq; omnium gubernatio ad quam cooperatio ſpectat, ſeu concurſus cū omnibus cauſis ſecūdis: vel ſupernaturalis ſunt ordinis, vt ſunt ſanctificatio, iuſtificatio, glorificatio intellectualiū creaturarū, incarnatio, trāſubſtantiatio, effectio qualibet per inſtrumenta ſupernatura- 1

tura-

turalia,& cætera huius generis; Cōſideranda nunc eſt hæc multiplex potentia Dei, quæ quamuis in ſe, ac formaliter vna ſit, & ſimpliciſſima, cōtinet tamen omne perfectionem actiuæ potentiæ, & ideo in ordine ad varias actiones poteſt à nobis per inadæquatos cōceptus in plures ſecundùm rationem diſtingui. Et vt vniuerſa breuibus cōplectamur, ad quædam capita omnis hic tractatus non incommodè reduci poteſt: ad latitudinem diuinæ potētiæ, quæ ſe extendit ad res planè innumeras: ad longitudinem, quæ in eo videtur poſita, quod cum omnibus, quæ Deus facit, ipſa aſſiduè cooperatur, nec fatigatur cooperando, nec fatigabitur in æternū: ad altitudinem; vel quia ſola res altiſſimas, etiam ſi naturæ curſū ſpectemus, facit; vel multò magis, cum ſupra talem ordinem miracula patratur: ad profunditatē; quæ in modo, quo Deus vtitur in rebus efficiendis, videtur cōſiſtere.

De latitudine diuinæ omnipotentiæ. Cap. 8.

1 Diuinæ omnipotentiæ latitudo primùm ſe extēdit ad omnia, quæ facta ſunt, iuxta illud Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt*. quam notam vniuerſalem *Omnia*, optimè explicat Paul. ad Coloſſ. 1. vbi ait. *In ipſo condita ſunt uniuerſa in cælis, & in terra viſibilia, & inuiſibilia: ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus ſiue Poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt*. Adde ex eodē ad Hebr. cap. 1. *Per quem fecit & ſæcula*, omnia ergo, ideſt omnes res naturales, omnia quæcumq; exiſtūt in rerum natura, ab Angelo, vſque ad vermiculum, inquit Auguſt. trac. 1. in Ioan. imò à ſubſtantia, vſq. ad accidēs. Deniq. omnia entia quæ quidem extra Deum ſunt, nec. n. Deus hic comprehendi poteſt, ſiue ſpiritus Sanctus, ſiue Pater, nā vt Apoſt. ait 1. Corinth. 15. *Cum autem dicat omnia ſubiecta ei, ſine dubio præter eū, qui ſubiecit ei omnia*: ita hic cum dicit omnia per ipſum facta ſunt; ſine dubio præter eum, qui per eum, & cum eo fecit. Et tandem, vt optimè obſeruauit Chryſoſt. hom. 4. plus vno verbo Ioannes, quam Moyſes pluribus dixit. Nam Moyſes cum longa oratione rerum conditionem expoſuiſſet, non niſi res corporeas complexus eſt, nec eas quidem ſingulas, ſed quæ præcipuæ erāt: cælū, terrā, aquas, ſolem, lunam, animalia terreſtria, natatilia, volatilia: de aliis, quæ innumera ſunt, de Angelis, qui corpora non habent, nullam fecit mentionem: Ioannes autem vno verbo omnia omnino comprehendit. Deinde ſe extendit ad omnia, quæ facienda ſunt, vſque in æternum: ſicut enim (vt cum Ioanne loquar) *omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*. Sic etiā niſi per ipſum facere nihil deinceps poterit. Nam ſic loquitur Apoſtolus, volens. n. probare, quod nemo prior Deo dederit, ſed quod Deus ſit tribuens, non autē retribuens, inquit, *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*, qua ſcilicet ratione aliquis prior ei dedit, cum ex Deo omnia dicantur eſſe: ab ipſo enim, vt à primo efficiēte principio, & auctore omnia habēt eſſe, quæ ſunt in rerū natura: per ipſum ſunt, quia ipſe eſt qui diſponit, & regit & dirigit omnia: in ipſo autē ſunt, quia eius virtute conſeruantur, durant, permanent, & operantur. Tandem ad omnia ſe extendit, quæ fieri poſſunt, quamuis nūquam ſit futura, vt cum de obiecto diuinæ omnipotentiæ, iuxta illud Angeli Luc. 1. *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*. Et Chriſti Domini apud Matt. c. 19. *Apud Deum omnia poſſibilia ſunt*.

Ioan. 1. Coloſſ. 1. Hebr. 1. 1. Cor. 15.

Ad quæ ſe extendat latitudo diuinæ omnipotentiæ.

Luc. 1. Matt. 19.

Quod

2 Quod dictũ eſt de rerum omniũ productione, dici etiam poteſt de earum interitu; ad eandem.n. latitudinem diuinæ omnipotentiæ pertinet per aquas diluuij ſimul interfeciſſe omnes homines, omniaq; animantia, exceptis paucis, quæ voluit in Noe Arca ſeruari; vel per diluuiũ ignis fore comburenda omnia in nouiſſimo die, iuxta illud Apoſtoli Petri in poſteriori epiſtola c. 3. *Adueniet dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu tranſient; elementa verò calore ſoluentur: terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur.* Vel pro nutu voluntatis diuinæ, vno pene momento ſumma facilitate omnia deſtruere; vel, vt loquitur Iudas Machabæus 2. Machab. 8. vno nutu delere, quæ ſi ſæpius nobiſcum recogitemus, cum Moyſe Exod. 15. *Quis ſimilis tui in fortibus Domine*, debemus exclamare; æquum.n. eſt, ſi diuinæ potentiæ facta perpendamus, vt omnibus Angelis, & cæleſtibus ſpiritibus, iiſq; cæteris, quos tanquã potentes veneramur, ſiue in cælis, ſiue in terris, diuinam virtutem præferendam eſſe, cognoſcamus, confiteamurque, nihil illos eſſe, nihilque habere virtutum, ſi cum diuina potentia conferantur.

2. Petr. 3.

2. Mach. 8.

Exod. 15.

3 Ad hanc etiam latitudinem diuinæ potentiæ pertinẽt verba illa Eccleſ. c 8. *Potentiſſimus faciẽ illius cõmutabit*. Hebraicè eſt poſitum, *Potens*, vel *Fortis*. Hugo Cardinalis hunc potentiſſimum intelligit Deum, qui commutat eum, qui malus eſt, vt euadat bonus, qui turpis vt pulcher, qui debilis vt fortis, qui viator per gratiam, vt compræhenſor per gloriam ſecundùm quadruplicem ſtatum, Incipientiũ, Proficientium, Perfectorum, Peruenĩetium. Hanc autem magis licebit admirari, ſi non modo eius latitudinem, ſed longitudinem quoque cõtemplati fuerimus.

Eccleſ. 8.

Hug. Car.

De longitudine diuinæ omnipotentiæ. Cap. 9.

1 Longitudo diuinę omnipotẽtiæ cernitur, quod De⁹ perpetuò, & inceſſanter, & generali quidem operatione, atq; ordinaria, creata conſeruat, gubernat, propagat, & concurrit ad omnem cauſarum ſecundarum operationem: particularis verò circa homines, eius operatio eſt, quorum per ſe creat animas, quas illuminat, iuſtificat, & glorificat. Deniq; etiam extraordinaria Dei operatio conſpicitur, quando præter vſitatũ rerũ ordinẽ, & ſuper omnem creatæ naturæ virtutem miracula facit. Hanc continent doctrinam illa verba Chriſti Ioan. 5. *Pater meus vſque modo operatur*, ideſt vſq; nunc, hactenus ab exordio mundi, à creato mundo, & omnibus, quæ in eo ſunt, ad hoc vſque temporis continuè omnibus diebus; etiam Sabbati, nulla dierũ ſiue Sabbati, ſiue aliorum, habita rõne. Quod igitur ad hoc vſque temporis adnotat Euthymius, continuationem operationis ſignificat. Ad eundem modũ Diu. Auguſtinus lib. 4. de Geneſ. ad literam cap. 12. continuationem quandam ait operis eius, quia vniuerſas creaturas continet, oſtendit &c. vſque nunc, ex illo ſcilicet, quo cuncta, cum conderet, operatus eſt. Et idem Auguſt. in proprio tractatu. *Tunc operatus eſt, cum fecit mundum, & vſque nunc operatur, cum regit mundum*. Vult dicere Chriſtus: ſi ſic intelligitis, quod ſacra Scriptura dicit Deum requieuiſſe die ſeptimo, Gen. 2. Exod. 20. quod Deus die ſeptimo, ac deinceps nihil aliud operis fecerit, ab omni opere retraxerit manum, ac potentiam ſuam: erratis: nam ex quo operari cœpit, continuè hactenus operatus eſt, ope-

Ioan. 5.

Continuatio operis diuini à prĩcipio mũdi vſq; nunc.

August.

2

Gen. 2. Exod. 20.

operaturque. Quieuiſſe intelligen-
dus eſt à creando nouo mundo, &
nouis rerum ſpeciebus, ſed non à
conſeruando, ac gubernando mun-
do, rebuſque iam creatis: *conditor*,
Beda. ait Beda, *in die ſeptimo non ab opere*
mundanæ gubernationis, & annuæ,
imò quotidianæ rerum ſubſtentationis,
ſed a nouarum conditione creatura-
rum ceſſauit. Confirmant hoc di-
Pſal. 32. ctum verba illa Pſalm. 32 *Ipſe dixit,*
& facta ſunt, ipſe mandauit, & creata
ſunt, vbi in Hæbreo legitur. *Ipſe*
mandauit, & ſteterunt. Vt ſic non
ſolùm creatio, verùm etiam exiſtẽ-
tia, & duratio, & permanentia re-
rum creatarum ſignificetur, opus
eſſe diuinæ potentiæ. Nam que-
madmodum eius omnipotens ver-
bum, ac præceptum neceſſarium
fuit, vt ea fierent, quæ iam ſunt fa-
cta: ita eodem perpetuò opus eſt, vt
permanere poſſint, atque perſiſtere;
niſique Deus vniuerſa ſua potentia
continuò conſeruaret, ac ſubſtine-
ret, omnia perirent, & in nihilum,
vnde venerunt, reciderent, iuxta il-
Hebr. 1. 3 lud Pauli ad Hebr. 1. *Portanſque om-*
nia verbo virtutis ſuæ, ideſt ſua ſub-
ſtantia, nutu, & potentia ſubſten-
tans, & baiulans totum creatura-
rum pondus, inquit Theofilactus,
Deus dicitur Athlas mundi. quaſi Athlas mundi; hoc enim ſi-
gnificat Græcum ὁ φέρων, quod Sy-
rus vertit Achid, ideſt complectẽs,
continens, coercens omnia, quaſi
omnipotens, eſt enim Achid apud
Syros Epythetum Dei, notatque
omnipotentiam, ſecundò φέρων, cũ
Eraſmo verti poteſt agens, mouens,
moderans, gubernans omnia, vti
eadem creauit, nam φερόμενα inquit
Eraſmus, dicũtur quæ impetu quo-
dam aguntur. Vnde, & φορὰν impe-
tum vocant. Rurſum non dicit Pau-
lus, gubernat, ſed portat, imò in
Græco non dicit portat, ſed φέρων
Chryſoſt. ideſt fert, nam vt ait Chryſoſt. qui
gubernat, & portat, id facit cũ ne-
gotio, & labore, fert verò, qui ſine
negotio facillimè rem mouet, quò
libet. Vtraq; hæc expoſitio cõgrua Quare dicatur portare imò ferre omnia verbo virtutis ſuæ.
eſt, & connexa; Deus enim, Deiq;
Filius, qui eſt ſplẽdor, & virtus glo-
riæ Dei, quaſi ſummus Rex, & mo-
derator omnium, tam portat, &
ſubſtentat, quam agit, & mouet to-
tum hũc vniuerſum. Hinc eius glo-
rioſa prouidentia, ſubſtentatio, &
gubernatio ſignificata fuit Ezech. Ezech. 1.
cap. 1. per currum Cherubim, qui, vt
ait Ezecchiel, ſymbolum erit gloriç
Dei. Et ſicut Eliſæus Eliæ cum ra- 4 Reg. 13.
peretur in Cœlum, acclamabat, *Pa-*
ter mi, Currus Iſrael, & auriga eius; Deus dicitur ſimul currus portans totum mundũ, & Auriga regens illum.
quaſi diceret: Tu, ò Elia, eras quaſi
currus, portans Iſraelẽ, & ſimul eras
quaſi auriga eiuſdem, regens, & agi-
tãs eum ad omne bonum: ita Deus
eſt quaſi currus, portans totũ mun-
dum, & ſuſtentans omnes mundi
creaturas quæ alioquin in nihilum
redirent; eſt & ſimul quaſi Auri-
ga, currui inſidens, & præſidens;
currumque hunc totius mundi agẽs
mouens, & gubernans. Vis videre
illum Aurigæ munus exequentemè
audi Pſalmiſtam dicẽtem Pſal. 138. Pſal. 138.
Si aſcendero in Cœlum, tu illic es ſi de-
ſcendero in infernum, ades: ſi ſumpſero
pennas meas diluculo, & habitauero in
extremis maris; etenim illuc manus tua
deducet me, & tenebit me dextera tua.
En tibi ipſum cum omnibus noſtris 4
motibus concurrẽtem, imò currum
hunc vniuerſi agens, mouens, & gu-
bernans; & vt intelligas ipſum mo-
uentẽ omnia, id agere immobiliter;
non dixit, vt adnotat Chryſoſt. in Chryſoſt.
hunc Pſal. tom. 1. Quocunque abie-
ro, ſequeris me, & me tenebis: ſed
quocunque abiero, tu illic es; illic te
inuenio, me præuenientem. Vis il-
lum quaſi currum contemplari, om-
nia bona noſtra excipientem, &
ſubſtentantem? Audi eundem Pſal. Pſal. 58.
58. *Fortitudinem meam ad te cuſto-*
diam. Quin Auguſt. perpetuum Dei Auguſt.
Vu neceſ-

neceſſarium influxum ad conſeruandum nos, & vt opus bonum operari poſſimus, hoc probat ex loco, quod magis explicant verba ſequentia, currus methaphoram præſeferentes, *quia Deus ſuſceptor meus es*. Cui conſonat illud Sap. 9. Sap. 9.
5 Cuſtodiet me in ſua potentia: nam ſicut Princeps ſi remittat, vel reſiliat ab æquo, & iuſto, atque à vigili cura Reipublicæ, neceſſe eſt nutare Rempublicam, ac damnum pati; ita, imò multò magis primæ cauſæ continuatus neceſſarius requiritur influxus ad omnium rerum conſeruationem, quem vel ſi vno temporis momento ſuſpenderet, illico omnia perirent, & in nihilum, ex quo venerunt, reciderent. Pertuus igitur Auriga regens, & agitans omnia, idemque perpetuus currus, portans totum mundum, & ſuſtentans omnes mundi creaturas eſt Deus optimus maximus. Quod ſi robuſtus homo, aut equus, aut Bos, aut Elephantus magnum pondus ad modicum poteſt gerere tempus, æterno autem tempore grauiſſimum onus ſine fatigatione ferre, omnium rerum creatarum ſuperat vires; mirum videri non debet, ſi Deus omnia portet, & ſuſtentet, infinitoque tempore molem, quantumuis grauem ſine fatigatione perferat, cum roboris ſit infiniti, nec vires habeat, vt omnes creatæ res, in pondere, & menſura. Dicamus ergo cum Sancto Propheta Moyſe, *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* Sed erigamus oculos ad contemplandam altitudinem potentiæ Dei. Exod. 15.

De Altitudine diuinæ potentiæ. Cap. 10.

Altitudo potentiæ Dei in duobus præcipuè videtur eſſe poſita. Primùm dici poteſt altiſſima, quia ſolus ipſe res altiſſimas fecit, ſolus conſeruat. Nam quamuis ea, quæ ſub lunam ſunt, ſolus ipſe in prima rerum creatione fecerit; poſſunt tamen per actionem creaturarum generari, tranſmutari, corrumpi; at Cœlum, & ſydera, quę ſunt altiſſima corpora, ſolus Deus creauit, ſolus conſeruat, neque ad ea, vel efficienda, vel tranſmutanda, vel diſſoluenda, vel etiam conſeruanda vllam actionem creatura poteſt habere. *Quoniam videbo*, inquit Propheta Pſalm. 8. *Cœlos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam, & Stellas, quæ tu fundaſti*; quia futuri erant, qui dicerent Angelorum miniſterio hæc viſibilia creata. Contra illos intendit Spiritus ſanctus, ac dicit, Cœlos eſſe opera digitorum Dei, neque vllius creaturæ miniſterio, ſed ſola opificis voluntate, & potētia creatos, nec ſolum à Deo conditos, ſed maximo artificio elaboratos, & Luna, & Stellis ornatos; quibus nihil pulchrius videri, aut excogitari poteſt, cum ſoleant digitis opifices conficere ſubtiliora opera. Et quia Angeli, hominumque animæ opera ſunt omnium nobiliſſima, & ſublimiſſima, hæc ſolus altiſſimus virtute ſua condidit, ſoluſque conſeruat, & vſque in æternum ſine interitu conſeruabit. Hunc ſenſum poſſunt habere illa verba Pſal. 32. teſte noſtro Agellio, *qui finxit ſingillatim corda eorum*, hoc eſt ſeorſim, nullo adiumento aut ſubminiſtrantium, aut adiuuātium Angelorum, hominum animas condidit, quod Baſilius indicauit ſolus etiam, quia non alius crea- 1 Pſal. 8. Baſil.

creator, aut Deus id effecit. Quam expoſitionem probauit, etiam Iſidorus Peluſiotes οὐδενὸς ἑτέρου βοηθοῦντος ἐποίησεν non altero adiuuante indigens fecit; nam Hebrẹum verbum Iahad idem eſſe, quod ſolitariè, non coniunctum, nō ſimul cum alio, ſed per ſe, ſolum, ex Eſdræ lib. 1. cap. 4. manifeſtum eſt. Non eſt nobis, & vobis, vt ædificemus domum Deo noſtro, ſed nos ipſi ſoli ædificabimus Domino Deo noſtro quod potuiſſent dicere ſeptuaginta κτιμένας ſingulariter ædificabimus Domino Deo noſtro.

2 Deinde alterum, in quo diuinæ potentiẹ magnitudo perſpicitur, eſt miraculorum perpetratio, quæ, vt Auguſtinus docet tract. 24. in Ioan. ſunt opera præter vſitatum curſum ordinemque naturæ, quin toti naturæ, ipſis etiam Angelis admiranda, quis Angelorum non obſtupuit, cum ad imperium Ioſue, vt habetur eius lib. cap. 10. Sol, & Luna, quæ curſu incitatiſſimo ferebantur, ſteterunt immobiles? ſed nunquid id caſu accidit, aut vllus vnquam ſuſpicari potuit, rem tam inuſitatam ab homine mortali, & in terris poſito fieri potuiſſe? Audi verba Scripturæ. *Obediente Deo voci hominis*, hoc eſt non Ioſue ipſi Soli, & Lunæ propriè loquutus, eſt, quæ ſciebat, audire non poſſe mandatum, ſed precatus eſt Dominum, quaſi diceret ex mandato Domini ſol cōtra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. Obediuit autem Dominus voci hominis, ideſt fecit, vt obedirent luminaria illa voci hominis; ſẹpè enim in ſacro eloquio dicitur Dominus facere, quorum cauſa eſt, vt fiāt: quemadmodū cum in Geneſ. 22. Dominus dicit ad Abraham: *Nunc cognoui, quod timeas Dominum* eorū verborū hæc eſt ſentētia, nunc feci, vt cognoſceretur à te, & ab alijs, quod verè timeas Deus. Opus

Auguſt.

Ioſu. 10.

Miraculorū perpetratio maximū argumentū diuinæ potentiæ.

Geneſ. 22.

igitur illius ſtationis ſolis, & lunæ, ſolum fuit diuinæ potētiẹ, quemadmodū dicuntur eſſe miracula, iuxta illud Pſal. 71. & 135. *Qui facit mirabilia ſolus*, nā quāuis Deus quādoq; cōmunicet vim patrandi miracula hominibus, ita vt etiā voluerit maiora per illos fieri, quā per ſe ipſum, poteſtatē ipſiṣ dando; tamen per ſe, vi propria, ſine alio, ſolus id poteſt Deus, nullus alius abſque ipſo. Nec per virtutē illā cōmunicatam vltra inſtrumētalis cauſæ gradum eleuabantur, cū id tantùm obtinerent, vt inſtrumenti officio fungi poſſent, nūquā cauſẹ principalis. Quod perbellè ſignificant illa verba actuum Apoſtol. 19. *Virtuteſq; non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli*, ideſt per Paulū; quia enim manus inſtrumentū eſt operū exteriorū, facere per manus alicuius dicitur, qui vtitur illo tanquā inſtrumento. Atque hinc colligitur in edēdis miraculis ſolū Deū eſſe verā, & abſolutā cauſam; cẹteras verò creaturas inſtrumēti tantùm officio fungi, cū tamen effectuū naturaliū ſuæ ſint veræ naturales cauſẹ: quāuis ob dependētiā à prima, latè ſumpto vocabulo, vocentur interdū cauſẹ inſtrumētales, ſimilis Pſal. 104 ſentētia. *Poſuit in eis verba ſignorū ſuorum, & prodigiorum ſuorū, in terra Chā*, ideſt mittēs Deus ad liberādos filios Iſrael Moyſen, & Aaron, poſuit in eis verba ſignorū ſuorum, poteſtatem videlicet edēdorū miraculorū in terra Aegypti, vt tum filij Iſrael, tum Aegyptij crederent. Sed ne naturalē, & innatam putares, ſed veluti mutuatam ad tēpus, illo loquēdi modo vſus eſt Spiritus ſanctus. Quin etiā (vt ad notat Genebrardus) actio illorū miraculorū Moyſi, & Aaron in Hebræo tribuitur. Septuaginta autē, vt diſtinctiùs docerēt quomodo fiāt à Deo, quomodo à creaturis, maluerūt illa referre ad primū auctorē, & cauſā,

3

Pſal. 71.
Pſal. 135.
Ioan. 14.

Pulchrè indicatur in Scriptura ſacra creaturas concurrere ad faciēda miracula tanquā inſtrumenta Dei.

Act. 19.

Pſalm. 104.

quod miracula propriè à Deo fiant, à creaturis vero quandoque non niſi diuina virtute, & vt Dei inſtrumenta. Nec immeritò ad ſignifi-
4 candam illam ſulphuris, & ignis pluuiam Geneſ.15. præter naturæ curſum factam, ſolo Dei miraculo, illa explicatur phraſi in ſacro eloquio, *Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur, & ignem à Domino de Cœlo*. Vt intelligeremus Deum nullius cauſæ naturalis opera, ſed vi propria, & à ſe ipſo, & ex Theſauris omnipotentiæ ſuæ, quemadmodum cętera miracula, illud egiſſe. Scio illis verbis, *Pluit Dominus à Domino*, altiſſimũ eſſe adumbratum, & ſignificatum Trinitatis myſterium, nempè geminatione illius vocis, *Dominus* ſignificari duas perſonas diuinas Patrem, & Filium: cum autem dicitur, *Dominus à Domino*, ſignificari æternam filij originem à Patre, à quo ſcilicet ſubſtantiam, & poteſtatem omnem, atque perfectionem habet. Sed quid prohibet, hoc ſimul indicari ſolũ Deum patratorem eſſe miraculorum, nullius cauſæ naturalis, & ſecundæ (cũ de ijs agitur) admitti conſortium, cum ſola peragatur virtute diuina, quę vis quandoque communicatur creaturis tanquam inſtrumentis. Altiſſima igitur diuina potẽtia, quæ ſola altiſſimas res facit, ſolaque cõſeruat, vt Cęlum, & ſydera, quę ſunt altiſſima corpora; res quoque ſpirituales, quæ ſunt nobiliſſima opera, ſola patratur miracula, quæ naturalem rerum ordinem tranſcendunt. Sed perſcrutemur profunditatem.

Geneſ. 15.

De profunditate diuinæ potentiæ.

Cap. 11.

1 PRofunditatem diuinæ potentię quis ſatis admirari poterit, ſi modum ſpectemus in rerum conditione, earundemque gubernatione ſeruatũ: Quod tam innumera creauerit, magnum: quod verò ex nihilo, maximum. Hoc intelligere minimè valuerunt illi, qui tãquam principium exploratum, ac certum ſtatuerunt ex nihilo nihil fieri. At nos, qui confitemur, firmaque fide credimus Deum creatorem omnium, tam viſibilium, quàm inuiſibilium, ſimul prædicamus ipſum omnia ex nihilo creaſſe; neq; enim verè Deus feciſſet omnia, quæ facta ſunt, ſi aliquid vnde fierent, præceſſiſſet: quomodo autẽ fieri potuerit cuius nihil antea pręceſſit, abyſſus profundiſſima eſt, quam ſcrutari, & inueſtigare non poſſumus. Quod ſi mirabile eſt, ſuperatque noſtram intelligentiam, quod Deus ex nihilo cuncta fecerit, pariter admirabile eſt quod creauerit in nihilo, ideſt ſine ſpatio præcedente, ſine loco, in quo locaretur quod fiebat; quod præſertim in rebus corporalibus intelligi vix poteſt, abyſſuſque eſt impetrabilis. *Spatia locorum*, inquit S. Auguſt. Epiſt.37. ad Dardanum, *tolle à corporibus, & nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec erunt. Iam igitur ſi nihil erat, antequã Deus crearet Cœlum, & terram, vbi Deus poſuit Cœlum, & terram? in nihilo tanquam in loco haud poni potuerunt, & tamen creata ſunt, & ipſa ſibi ſunt locus, quia ſic voluit, & potuit, qui omnia poteſt, etiam ſi nos quomodo iſta fiant, intelligere nequeamus.* Quod mirabile ſuæ omnipotentię opus proponit Deus Iobi contemplandum, ac celebrandum, illis verbis Iob.38. *Vbi eras quando ponebam fundamẽta terræ? indica mihi, ſi habes intelligentiam, quis poſuit menſuram eius, ſi noſti, vel quis tetẽdit ſuper eam lineam, ſuper quo baſes illius ſolidatæ ſunt? aut quis dimiſit lapidẽ angularẽ eius?* vbi terræ creatio dicitur fundamẽtum eius, iuxta illud Pſal.101. *Initio tu Domine terram*

Profunditas diuinæ potẽtiæ, quę omnia ex nihilo, & in nihilo creauerit.

Auguſt.

Iob.38.

Pſalm.101.

ram fundaſti; clare indicans terram tunc cum creata eſt, eſſe fundatam: vbi pereleganter Theodoretus. *Tu donaſti terræ illud, quod eſt*; quia ſicut Cœlum dicitur habere columnas ſuas Iob. 26. ita etiam terra dicitur habere ſuas columnas, ideſt ſuam ſtabilitatem, & conſiſtentiam: terræ igitur ipſa creatio fundamẽtum eſt rei immobilis. Quod pergit explicare, & amplificare, cum ſubdit, *ſuper quo baſes illius ſolidatæ ſunt*, nam ſicut terræ fundamẽta ſuperioribus verbis intranſitiuè quidem ſumpta ſignificant ipſam terræ firmitatem, ita poſterioribus baſis terræ dicitur ipſa terræ firmitas: ſicut enim columnæ firmæ, & immotæ conſiſtunt baſibus ſuis innixæ; ita ſanè terra ſtat immota, non alio fundamento, non alia baſi, quàm ſua grauitate ſubnixa mirabilis diuinæ omnipotentiæ conſtitutio, quæ creans Cœlum, & terram, in nihilo ponit, vt hæc ſint ſibimet ipſis locus, fundamentum, & firmitas. Quod, vt intelligamus omni laude eſſe digniſſimum, ſubditur cap. 38. vt. *Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes Filij Dei*, nimirum Angeli ſancti, qui ſimul creati ſunt cum Cœlo, & terra, ſuntque quędā quaſi aſtra ſpiritualia, & lucidiſſima, vt etiam Filij Dei nominari poſſint: vbi Cœlum viderunt, & terram ex nihilo prodijſſe, & in nihilo pariter poſita, & nihilominus ſuper ſtabilitate ſua firmiſſimè fundata; cum ingenti ſtupore, & iubilo opificis laudauerunt omnipotentiam.

Theodor. Iob. 26. Iob. 38.

2 Mirabile, quod Deus tam immenſas moles ſolo nutu voluntatis erexerit.

Profunda profectò ſunt hæc, ſed non minus profundum eſt ad intelligendum, quòd Deus tam immenſas moles ſolo nutu voluntatis erexerit: ſi enim ad tantulum erigendum ædificium tot inſtrumentis, tot machinis, totque miniſtris Architecti indigent; quis igitur vnquam cogitando aſſequatur, vt ſola interna voluntate, quæ volentem non egreditur (dicitur enim actus immanens, non tranſiens) opera tam immenſa, tamque varia fiant? Dixit Deus Geneſ. 1. vtique apud ſe ipſum, nam Verbum Dei eſt in Deo, & eſt ipſe Deus. Dixit inquam, iubendo, & exprimendo voluntatis placitum, & factum eſt Cœlum, fiat terra, & facta eſt terra; fiat lux, & facta eſt lux. Fiant ſtellæ, fiant arbores, fiant animantia, fiant homines, fiant Angeli, & facta ſunt omnia: quæ ſi vellet, vt in ſecundo Machab. cap. 8. reperitur ſcriptum, eodem voluntatis nutu poſſet delere; tamque facilè eſt Deo operari, ferreque opem, vt Dauid, cum illum, vt ſe exaudiat, opemque ferat, præcatur, illo loquendi modo vtatur Pſalm. 27. *Deus meus ne ſileas à me, ne quando taceas a me*, quaſi dicat, tam illi facile eſt opem ferre, quam nobis proferre verbum: imò verò longè facilius; dixit enim, & facta ſunt omnia, ſoloque nutu voluntatis ſuam potentiam applicat ad operandum, ac perficit opus. Hic videtur germanus ſenſus illorum verborum Eccleſ. 18. *Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul*, non enim ibi (ſimul) temporis identitatem ſignificat, ſed omnia, ſine exceptione compræhendit, ſicut apud Ioan. cap. 1. dicitur omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. Eodemque voluntatis nutu, ſine vlla, vel rerum magnarum, vel paruarum, vel ſpiritualium, vel corpore præditarum diſcretione. Et quemadmodum cum Dauid, inquit, Pſalm. 48. *Simul inſipiens, & ſtultus peribunt*, illud (ſimul) teſte Genebrardo, ſignificat ſimiliter, pariter peribunt. Item illud aliud Pſalm. 13. *Simul inutiles facti ſunt*, hunc facit ſenſum eodem pacto euaſerunt inutiles;

Geneſ. 1. Ioan. 1. 2. Macab. 8. Pſal. 27. Eccleſ. 18. Pſal. 48. Genebrar. Pſal. 13.

ita cum dicitur, *qui viuit in æternum creauit omnia ſimul*, ſenſus erit. Is, cui proprium eſt viuere, & eſſe in æternum, ſine principio ſimul, & fine; is, inquam, creauit omnia pariter, eodem ſcilicet voluntatis nutu.

3 Profunda profectò ſunt hæc. Sed & illud accedit, non minus profundum, quod iſta omnia tam multa, tam magna, tamque elaborata, ſi opus ipſum ſpectemus, eodemque voluntatis nutu facta, Dei potentia momento fecerit. Nam quamuis controuerſum ſit, an Deus vno momento Cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, abſoluerit, an integros ſex dies in prima rerum creatione conſumpſerit; illud tamen eſt, quod adſtruo, & admiror, res ſingulas ab omnipotente creatore momento fuiſſe perfectas, ac de terra, aqua, aere, & igne, nemo ambigit, quin ſimul, & in momento, vt etiam omnes Angeli, condita ſint. Quam longo temporis ſpatio egent Ars, & natura, vt quantumuis paruū opus perficiant. Videmus herbas multò ante ſeminari, quàm naſci. Arbores multis ſæpè annis egere, vt radices figant, vt extendant ramos, vt fructus producant. Animantia fœtus diù in vtero gerere, diutius alere, antequam adoleſcant. Quid dicam de arte, cum notiſſimum ſit, nihil niſi in tempore, eoque ſatis longè perficere. At Deus tam multa, tam magna, tamque ornata, & expolita, vno temporis momento perfecerit, potueritque omnia, ſi illi fuiſſet placitum, eodem momento producere.

4 Ad hæc, quod eſt profundius; hæc tam innumera, tam magnæ, tam ornata, eodem temporis momenta, eodemque voluntatis nutu abſoluta, & perfecta, ſummam redolent ſapientiam; ita vt ſi quæras an melius potuerit operari, & facere, quàm fecit, reſpondetur, ſi hæc vox melius ſignificet modum, quo Deus ex parte ſua facit, cum omnia fiant per eandem ſuam infinitam potentiam, & ſapientiam, non potuit melius facere, vt rectè notat D. Thom. 1. par. quæſt. 25. artic. 6. Adde etiam, ſi illa vox meliùs ſe habeat ex parte rei factæ, & ſignificet bonitatem eſſentialem, verum erit etiam dicere non potuiſſe Deum eandem rem facere meliorem ſecundùm bonitatem eſſentialem, ita vt ſimul eadem res eſſentialiter maneat; ideo toties in Scriptura ſacra tribuitur fabricatio mūdi ipſi ſapientiæ, *omnia in ſapientia feciſti*, Pſalm. 103. ideſt ſapientiſſimè ad ſuum quæque vſum. Et iterum Sap. 11. Dominus ſapientia fundaſſe terram dicitur, & ſtabiliuiſse Cœlos prudentia, & ſapientia Dei aperuiſſe abyſſos, & nubes rore concreuiſſe, quando præparabat Deus Cœlos, adfuiſſe: quando certa lege, & giro vallabat abyſſos: quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum, quando circundabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos quando appendebat fundamenta terræ, cum eo fuiſſe cuncta componentem. Præterea vocatur ſapientia Prouerb. 8. omnibus mobilibus mobilior, & attingens vbique, omnium artifex Sap. 7. effuſa à Deo ſuper omnia opera ſua, feciſſe in Cęlis, vt oriretur lumen indeficiens Eccleſ. 24. Sicut nebula texiſſe omnem terram. His igitur nominibus non potuit Deus meliùs operari; tamen ex alio capite, quamuis cuncta, quæ fecit Deus, ſint valde bona, nunquam fecit quod ſimpliciter eſt meliùs, ita quidem, vt meliùs facere non poſſit, quàm faciat, ſi finem Dei proprium, nempè diuinam bonita-

Thom.

Verū Deus potuerit facere mundum meliorem quam fecit.

Pſal. 103.

Prou. 8.

Sap. 7.

Eccleſ. 24.

5

nitatẽ, ob quam omnia Deus operatur, ſpectemus: nã quicquid Deus facit, vel abſolutè; vel poſitis etiam quibuſcunq; circunſtantijs, eſt dumtaxat finitę perfectionis, ergo poteſt ſemper facere meliùs; quod poſſit etiam ordinari in ipſam Dei bonitatem infinitam, tanquam in finem omnium operum Dei. Et vt cum Theologis loquar, ſi profunda eſt potentia Dei ordinaria, quæ dicitur cõparatione effectuum, quos Deus decreuit facere, ſiuè naturales ſint, ſiuè ſupernaturales, & ſiuè fiant ſecũdùm ordinarias leges, quas Deus ſtatuit, vt tàm naturaliter, quàm ſupernaturaliter aliqua fierent, vt iuſtificatio &c. ſiuè fiant ſupra leges ordinarias, vt ſuſcitatio Lazari, & cætera miracula, vt paucis multa complectar, quę dici poſſent ad hãc potentiã ordinariam declarandam. Si igitur tam profunda eſt hæc potentia, quæ coniuncta eſt liberæ voluntati diuinæ, & quaſi alligata ordini, ab ipſa voluntate præſcripto, iuxta illud Diui Pauli ad Epheſ. 1. *Omnia operatur ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ*; quàm profunda erit potentia abſoluta, quæ ſumitur per ſe, ac præcisè ſpectata, quæ omnia complectitur, quæ ſunt poſſibilia. Et vtramque hanc potentiam inſinuaſſe videtur Chriſtus, Matth. 26. Poſteriorem hanc, cum inquit, *An non putas, quia poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi pluſquàm decem legiones Angelorum?* Priorem illam, cum ſubiungit: *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia ſic oportet fieri?* Scio, varietatẽ eſſe inter Theologos in explicatione horum terminorum; ſed eſt parui momenti, & de vſu vocis. Explicatio tamen, quam nos adduximus, videtur eſſe Diu. Thom. 1. par. q. 25. art. 5. ad 1. & illi valdè probari.

Quæ ſit potentia ordinaria, & quæ potentia abſoluta Dei. Epheſ. 1.

Matt. 26.

Thom.

6 Tandem illud in primis videtur profundiſſimũ, quod ſimul nos maximè delectat, & ſolatur. Infinita hæc potentia, cum pari iuſtitia, & æquitate eſt coniuncta: quinimò potentia eſt, quę eſſentialiter eſt iuſta. Et vbi de hominibus agimus, potentia, & rerum affluentia, fons eſt, & radix iniquitatis, iuxta illud Dauid Pſal. 72. *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum*. De Deo tamen inquit Sapiens, Sap. 12. *Virtus enim tua*, ideſt robur, potentia, *Iuſtitiæ initium eſt*: ita vt potentia ſuũ Principatum Iuſtitia moderetur: & ſic Deus potens, ac Princeps eſſe, ac haberi vult, vt etiam iuſtus, & pro meritis cuiq; reddens. Impij vſurpãt illud tyrannicum, vt ſermone, ſic re ipſa quod dicitur eod. lib. Sap. c. 2. *Sit fortitudo noſtra lex Iuſtitiæ*. At de Deo inquit Dauid Pſal. 88. *Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo*, veritas in promiſſis, & Iuſtitia ipſa, *Virtus enim tua Iuſtitiæ initium eſt*: Solis prouocatus peccatis potentiã exerit ad puniendum; hæc namque non ſeiungitur à Iuſtitia, ſed illa huius eſt fundamentũ, vt non adhibeatur, niſi cum ipſa exigit. Solatur nos quidẽ hęc conſideratio, licet aliundè nos perterrefaciat, iuxta illud Iob cap. 40. *Numquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, vt tu iuſtificeris?* Iudicium aliquod tunc irritum poteſt fieri, quando vel qui iudicatur tam potens eſt, vt non poſſit vlla Iudicis vi compelli ad exequutionem ſententiæ, vel quando eſt Superior aliquis Iudex, qui inferioris ſententiam, & iudicium corrigat, & reſcindat: At iudicium Dei infinitè potentis pariter ac iuſti, omnes pauefcunt, nulla poteſt ratione irritum fieri: vnde ſtatim ſubditur. *Et ſi habes brachium, ſicut Deus?* quare ex ratione imbecillitatis humanæ, & ſupremæ potentiæ, qua nullus eſt Superior Iudex, concludit Sapiens, Sap. 12. non poſſe irritum fieri Iudicium

Potẽtia diuina ſẽper coniuncta eſt cum iuſtitia nõ ſic humana.

Pſal. 72.

Sap. 12.

Sap. 2.

Pſal. 88.

Iob. 40.

Digitized by Google

dicium diuinum. *Quis dicet tibi, quid feciſtis? aut quis ſtabit (reſiſtet) contra iudicium tuum? aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit ſi perierint nationes (etiam Sancti cum impijs) quas tu feciſti? non eſt enim alius Deus, quam tù, cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas, quoniam non iniuſtè iudicas iudicium, neque Rex, Tyrannus inquirent de ijs, quos perdidiſti. Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis.* Hoc ergo nomine tremendum, eſt etiam Dei iudicium, rectèque poſſumus dicere cum Diu. Paul. ad Hebr. 10. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Admiremur igitur Dei potentiam, ac pariter timeamus, ſicque experiemur eius clementiam, quæ cum infinita quoque coniuncta poteſtate, facit, vt omnibus ignoſcere velit.

Hebr. 10.

Quid ſit actus Imperij in Deo.

OPVSC. XXXII.

Cap. I.

1 Dupliciter poteſt conſiderari imperium.

CVm in homine bifariam poſſit conſiderari Imperiũ, vel vnius ad alium, vel quod à quibuſdam ponitur inter actus eiuſdẽ hominis ad ſe ipſum: ſic ab humanis ad diuina aſcendendo, eadem diſtinctione vti poſſumus; vel de Imperio Dei ad alios, vel ad ſe ipſum. Si igitur loquamur de Imperio Dei, prout ad creaturas refertur, vel eſt proprium, vel metaphoricum: Proprium eſt illud, quod eſt præceptiuũ, quo creaturis rationalibus leges, & præcepta imponit: hoc autem eſſe actum rationis, ex motione voluntatis hac ratione probat D. Tho. 1. 2. q. 17. artic. 1. Imperare eſt ſubſtantialiter inſinuare voluntatem ſuperioris inferiori? hoc eſt proponere inferiori, aliquid faciendum ex voluntate Superioris, quod vulgò dici ſolet intimare: atqui inſinuare, ſeu proponere pertinet ſubſtantialiter ad intellectum, ſupponit autem voluntatem, quam proponit, & inſinuat, ergo imperium ſubſtãtialiter eſt actus intellectus, & ſupponit motionẽ voluntatis quam proponit. In hac quidem ratione nulli dubiũ eſſe poteſt, quin inſinuare, & proponere pertineat ad intellectũ, eſt enim locutio, & inſinuatio quædam, quæ eſt opus intellectus, & rationis, & hoc aſſumitur in minori propoſitione. Quod autẽ imperare idem ſit, quod inſinuare, & proponere voluntatem Superioris, quod aſſumitur in maiori propoſitione, nec probat D. Tho., habetq; difficultatem, ac eſt in cõtrouerſia; poſſet enim aliquis dicere, illum actum intellectus, qui ſubſequitur voluntatẽ, & quædam loquutio eſt, habere potiùs rationẽ ſigni: igitur non tàm erit imperium, quàm ſignum illius, vel ad ſummum dicetur Imperium, lex, ſeu præceptum, ſicut lex ſcripta, aut voce prolata, lex vocatur. Niſi velimus dicere, nomen 2
Imperij nõ ſignificare actum ligantem, ſed ſignũ illius actus, vel actus intellectus, à quo proximè tale ſignum procedit. Et cõfirmatur, quia Imperiũ ſemper dirigitur ad aliquẽ capacẽ rationis, qui poſſit percipere id, quod imperatur, & iubetur, ergo debet eſſe actus intellectus, & nõ poteſt eſſe actus ſolius voluntatis: compleriq; potius per actũ intellectus, quàm alteriùs, patebit meliùs cũ de Imperio metaphorico eiuſdẽ Dei. Nã licet Imperij, & legis obligatio manet ex volũtate imperãtis, & Legiſlatoris, nõ tamen conſtituitur in ratione legis, & Imperij, niſi per illam inſinuationem, & propoſitionem, quæ pertinet ad intellectũ, non ad voluntatem.

An actus Imperij pertineat ad intellectũ, vel ad voluntatem.

Thom.

Id poteſt probari auctoritatibus ſacræ Scripturę; nã pro eo, quod habetur in noſtra vulgata in Pſal. 148, 3
Precep-

Pſal. 148. *Præceptum poſuit, & non præteribit*, Chaldæus legit *Decretum edidit, & non præteribit*; ergo idem eſt imperare; præcipere, inſinuare, ac intimare, ſeu in lucem dare decretum voluntatis ſuperioris, ergo imperiũ, & præceptum diuinum eſt inſinuatio, & propoſitio, ſeu intimatio decreti diuinæ voluntatis, &c. Item, quod Pſal. 118. nos legimus, *Legem pone mihi Domine*, Chaldæus habet *Legem pone mihi Domine viam decretorum tuorum*; ergo lex quæ addit Imperio, quod proponat voluntatem Superioris communitati ob publicam vtilitatem, eſt manifeſtatio decretorum Dei &c. Tandem quod habetur in noſtra vulgata in eodem Pſal. 118. *Seruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis*, hoc eſt in lege tua; & in Hebræo, *Seruus autem tuus meditabatur præcepta tua*. Chaldæus legit, *Seruus verò tuus intentus erat in annunciatione decretorum tuorum*: ergo lex, præceptum, & imperium diuinum, quod vltimum ſemper in illis duobus prioribus continetur, & includitur, eſt annunciatio; inſinuatio decreti diuinæ voluntatis.

Adducitur ſacra Scriptura ꝑ hac controuerſia dirimenda.

Pſal. 118.

Ibidem.

4 Dices, eſſe etiam alia loca Scripturæ, nec non ciuilia iura, quæ voluntatem Dei, aut Principis legem appellant, ſic Pſal. 32. *Notas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas*, i. præcepta ſua. Et Pſal. 142. *Doce me facere voluntatem tuam*. Et 2. Machab. cap. 1. *Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem*, ideſt ſeruetis eius legem. Sic Chriſtus Dominus in oratione Dominica, Matth. 6. *Fiat voluntas tua*, ideſt ſeruetur lex tua. Et in oratione in Horto Luc. 22. *Non mea voluntas, ſed tua fiat*, ideſt tuum præceptum. Sic enim de ipſo ſcriptum erat Pſal. 38. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatem tuam*. Reſponderi ſolet ex magiſtro in 1. diſt. 47. & D. Tho. 1. par. q. 19. art. 9., in his locis eſſe ſermonẽ de voluntate ſigni, quæ nõ propriè, ſed metaphoricè voluntas eſt. Verũ etiam poteſt obijci licèt ſignum voluntatis, methaphoricè voluntas dicatur, neceſſe eſt tamen, vt aliquam propriam voluntatem indicet; cur enim voluntas metaphoricè diceretur, niſi quia habitudinem habet ad voluntatẽ propriam? non habet autem aliam habitudinem niſi ſigni, & ideò voluntas ſigni dicitur, ergo illa voluntas ſignificata eſt, quę propriè impletur, & quæ illis locis ſignificatur nomine legis. Vnde in iure ciuili in l. Ambigua, ff. de leg. dicitur lex habere voluntatem ſuam: quia nimirum lex ſcripta, ſeu exterior indicat voluntatem Principis, quæ dicitur voluntas ipſius legis, ergo talis voluntas eſt lex in ipſo Principe, iuxta illud l. 1. ff. de conſtit. Princip. & §. ſed & quod. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. *Quod Principi placuit, legis habet vigorem*: quæ verba ſine dubio actum voluntatis indicant.

Pſal. 32.

Pſal. 142.

2. Machab. 1.

Matt. 6.

Luc. 22.

Pſal. 38.

L. ambigua

Dicendum tamen eſt, hæc teſtimonia tantùm probare legis, & imperij obligationẽ manare ex voluntate Legiſlatoris; hoc enim ſatis eſt, vt obſeruans legem Dei, dicatur facere voluntatem eius; & è conuerſo. Meliùs igitur ratio huius actus explicatur per inſinuationẽ voluntatis; ita vt, quamuis ſit actus intellectus, intrinſecè tamen pendeat ab actu voluntatis, & omninò, vt nõ ſit ſine vtroque. Et cõfirmatur à ſimili; quia cum oratio, teſte Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 83. artic. 1. ſit actus quidam intellectus inferioris, denunciantis ſuam voluntatem Superiori; nullus inferior cenſetur orare Superiorem, vt faciat aliquid, etiam ſi illud ipſe inferior ſummoperè deſideret, quò ad vſque Superiori hãc ſuam voluntatem denunciet, & explicet, id quod vſque adeo verum eſt, 5

Thom.

Oratio eſt actus intellectus.

eſt, vt etiam ſi ſuperior ſatis perſpectam habeat voluntatem inferioris, & quodammodo dicatur illum audire, cum concedit ei quod deſiderat, iuxta illud Pſal. 9. *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua*; inferior tamen non dicatur orare, quoadusque interiùs, aut exteriùs loquatur, & exprimat affectum ſuum.

Pſal. 9.

6 Si autem loquamur de Imperio Dei non præceptiuo, ſed operatiuo, quo phyſicè, & efficienter res tàm inanimes, quàm intellectuales operatur, non poteſt eſſe proprium, ſed metaphoricum; re ipſa tamen nihil aliud eſt, quàm voluntas exequens, quæ definitè vult talem rem facere, aut mouere; & efficacia diuinæ potentiæ, cui ſine reſiſtentia obediunt omnes effectus; quod etiã metaphoricè fit dictum, nam cum proprium Imperium ſolùm poſſit referri ad rem intelligentem, vt huiuſmodi, proximus eius effectus, & quaſi correlatiuum, quod eſt obedire, ſolùm agentibus per intellectum cum proprietate conuenit. Et hanc efficaciam diuinæ potentiæ, & vim diuinæ voluntatis exequentis, probant loquutiones illæ Scripturarũ, vt eſt illud Prouerb. 8. *legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos*. Et apud Iob 38. ad mare loquens, inquit. *Vſque hùc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos*, quæ quidem metaphoricè leges, & præcepta dicuntur, propriè verò efficacia diuinæ potentiæ deſcribitur. Vnde Olimpiodorus in cap. 26. Iob comparat hanc diuinæ virtutis legem cum fręno, quod aquas coerceat. Baſilius homil. 9. Exameron. vero cum compedibus, quæ mare conſtringunt. Theodoretus in Pſalm. 103. cum fręno, ſed pulcherrimè. *Mare*, inquit, *arenam veretur, & vſque ad illam rabie percitum, veluti fræno diuino termino inhibitum rurſus coercetur, & retrorſum cędit*. Et idem ſuper illa verba Pſalm. 32. *Congregans ſicut in vtre aquas maris. Ideo enim dicitur Deus congregaſſe ſicut in vtre aquas, quòd aquarum natura veluti in quodam penu incluſam, continet: trahit verò hanc in aera ſublimem, cum voluerit, & tanquam in vtre eam in nubibus congregat: propterea ait, Deducens nubes à finibus terræ*. Et Agellius noſter in eadem verba *Aquas tanquàm in vtrem coegit, ne vlteriùs dilapſæ terram inundarent; ſed vi Creatoris tanquam incluſæ tenerentur, vt enim eſt in Pſalm. 103. Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque conuertentur operire terram. Hebræi non in vtrem, ſed in aceruum congregare dicunt: quod admirabiliter dictum volunt; cum enim conſiſtere in cumulos, & congeri in aceruos præter naturam aquæ ſit, quæ funditur, ac dilabitur; id tamen Dei virtute factum eſt, vt partes terræ, quę ſubmotis aquis extarent, habitari poſſent*. Hæc ille.

Imperium Dei metaphoricum.

Prou. 8. Hoc infinitum probãt diuerſæ locutiones ſcripturarum. Iob 38.

Olimpiodorus.

Baſil.

Theodor.

Pſal 32.

Agellius.

Pſal. 103.

7 Non autem cenſeo miraculum eſſe, quod mare non effundatur in terras, illaſque obruat (non enim illi me ſubſcribo ſententiæ) ſed vim, & efficaciam diuinæ potentiæ, totum quod contendit, ſine reſiſtentia perficientis huiuſmodi verbis velim omnes intelligant: quemadmodum cum dicitur Iob. 9. *Qui præcipit Soli, & non oritur*: & eod. lib. cap. 36. *Qui præcipit luci, vt rurſus adueniat*, & cap. 37. *Qui præcipit niui, vt deſcendat in terram*. Et ibidem ver. 12. Et ad omne, quod præceperit nubibus ſuper faciem orbis terrarum. Item ibidem ver. 15. *Numquid ſcis quando præcipiet Deus pluuijs*, quibus omnibus re ipſa efficacia diuinæ potentiæ, metaphoricè imperium ſignificatur: quemadmodum, & effectus, & quaſi corre-

Iob. 9. 36. & 37.

correlatiuum, quod reſpondet ex parte creaturarum, non propriè, ſed translatè eſt etiam accipiendum, vt
Pſal. 103. illud Pſal. 103. *Sol cognouit occaſum ſuum:* quorum verborum ſenſus eſt: ſtatum, certumq; tempus occidendi ſeruat, non quod cognoſcat, ac ſentiat, vt Manichęi declarant, ſed quia cõſtantiſſimum curſum teneat: nullus in oriẽdo, nullus vnquam in occidendo error fit; perinde ac ſi ab intelligẽte natura fieret, ac cognoſceret Sol à Creatore edoctus, quid facto opus ſit. Et cum D. Paul. in-
Rom. 4. quit ad Roman. 4. *Vocat ea, quæ non ſunt tanquam ea, quæ ſunt;* non eſt ita accipiẽdum, quaſi vocationi illi auditum, & reſpõſum eorum, quæ non dum exiſtunt correſpondeat, ſed id referendum eſt propriè ad diuinam potentiam, qua Deus quidpiam ſe ipſa ſua efficacitate præſtat.

8 An detur Imperium Dei ad ſe ipſum. Tandem ſi loquamur de Imperio Dei ad ſe ipſum, vel refertur ad intellectum: Ac primò pro comperto habendum eſt, non poſſe eſſe, ſi datur, niſi ipſius cognitionem: nam quemadmodum intellectus in nobis eſſentialiter, & adæquatè eſt potentia cognoſcitiua, & ideo nullum actum poteſt habere, qui non ſit cognitio: appræhenſio ſcilicet, vel iudicium; ita multò magis cum intellectus diuinus eſſentialiter ſit intellectio, qui poteſt concipi, ſecundùm noſtrum modum intelligendi, ſine ſua eſsentia, & formalitate, ergo quicquid eſt intellectus diuinus, cognitio eſt, & intellectio. Et ex-
Nullus datur actus in intellectus q non ſit cognitio. plicatur hoc magis, nam ille actus eſt immanens, ergo quemadmodum aliquem actum formalem debet habere in intellectu noſtro, eò quòd immanens eſt, & hoc non poteſt eſſe niſi cognitio; intellectus enim quilibet, ſi diſcurramus per omnes creatos, non denominatur ab actu ſuo immanente niſi cognoſcens, & intelligens: ita in Deo ſecundùm proportionem, demptis omnibus imperfectionibus, dicendum eſt, vt non denominetur intellectus à ſuo actu niſi intelligens; licet non ſit actus productus, nec conſequenter accidens eſſentiæ ſuperadditum, ſed ipſe Deus eſſentialiter eſt vita intellectiua: nec per modum potentiæ, ſed per modum actus, & omninò ipſe intellectus, ipſa intellectio, ergo non datur actus intellectus, merè impulſiuus alterius potentiæ, vel perſonæ, qui dicatur imperium, præter omne iudicium, & cognitionem; talis enim actus ſuperfluus eſt, multòque magis abſurdum eſt, poni in ipſo Deo: nam impulſus ille, vel non determinat diuinam voluntatem, & tunc quæ eſt vtilitas in illo? non enim poteſt alio modo mouere voluntatem, cum non ſit cognitio, nec iudicium, vt ſupponitur: vel potiùs determinat; & hoc integra libertate diuina ſtare non poteſt. Et con-
firmatur, nam poſſumus interrogare an ille impulſus ſit actus liber, 9
vel neceſſarius: ſi liber; à quò determinatur, vel à qua potentia liberè elicitur, vel imperatur? ſi neceſſarius, ergo determinatio, quæ ex illo ſequitur, neceſſaria etiam eſt, & perit diuina libertas; non enim diuina voluntas determinatur ab intellectu ad ſuam liberam electionem, vel volitionem, ſed vel omninò à ſe, quò ad primum decretum liberum: vel ab illo primo determinatur ad ſecundum, & ſic deinceps vſque ad vltimam voluntatem exequentem: aliàs Dei voluntas libera non eſſet, & conſequenter nec Deus eſſet liber; intellectus enim non eſt formaliter liber; imò in Deo nullum habet actum propriè, & formaliter, vel denominatiue liberum, ſed ad ſummum obiectiuè, vt cum de ſcientia diuina.

Secundò, nullus videtur poſſe dari 10

dari in intellectu actus cognitionis, qui Imperij nomen mereatur, ad ipſummet operantem, cum nullius ſit vtilitatis, & efficaciæ, nam cum Imperium ſit inſinuatio quędam facta potentijs inferioribus, & potentijs exequentibus illius decreti voluntatem; illis nulla ratione fieri poteſt niſi ineptè, & abſque vllo effectu, nam imperium dirigi non poteſt, niſi ad eum, qui intelligit, & capax rationis eſt, ita vt illud percipiat, & ex eo moueatur ad exequendum id, quod iubetur; potentiæ autem exequentes non ſunt rationis participes, nec capere poſſunt Imperium: ergo ſi aliquis vellet illis imperare, inſinuando illis, voluntatis decretum, ineptè quidem imperaret, non minùs, quàm ſi lapidi, aut bruto inſinuaret ſuam voluntatem. Adde, quòd potentiæ exequentes per naturalem ſympatìam, ipſarum, naturali ſequela operantur quod voluntas eligit; & ita talis inſinuatio nihil ad hoc conduceret. Niſi velimus dicere, probabile eſſe ex conſenſu libero voluntatis circa res agendas, ſequi in intellectu iudicium illud practicum de ijſdem rebus, quo ſimpliciter iudicatur, hoc eſſe agendum, ſignificatq; abſolutum (vt ita dicã) hominis decretum de tali opere exequendo, vel obiecto volendo.

11 Dices, ſi tale iudicium nullo modo antecedit conſenſum liberum, ergo non ponitur vt reprę́ſentet voluntati obiectum, neque vt inducat illam ad conſenſum: ad quid ergo eſt neceſſarius talis actus? Reſpondetur, videri neceſſarium; primò ex naturali ſympatia, & conſenſione ſuarum potentiarum, quæ neceſſaria fuit, vt homo poſſit meliùs exequi quod faciendum decreuit. Deinde quia priùs tempore, vel natura, quàm homo conſentiat, non ſcit, ſe conſenſurum, & ideo neceſſarium eſt, vt ſtatim, ac conſentit, ſciat, & (vt ita dicam) ſibimet notificet, ſeu promulget ſuum conſenſum: hoc autem fit per illud iudicium. Hinc tandem fit, vt ſi liber ille conſenſus ſit de aliqua re agenda, ideoque per aliquam actionem ſit exequutioni mandandus, ſtatim intellectus omninò practicè iudicet, id eſſe agendum. Et hoc eſt imperium, quod Diu. Thom. 1. 2. quæſt. 17. art. 3. in ſolut. 1. & q. 82. art. 4. & optimè quæſt. 22. de verit. art. 11. ad 5. & art. 12. ponit in intellectu poſt efficacem electionem voluntatis. Hæc autem demptis imperfectionibus tribuenda ſunt Deo, qui quamuis priùs ratione, quam decernat aliquod, cognoſcat illud decretum, vt futurum, vt diximus cum de Scientia Dei; ſtatim tamen poſt decretum aliquod liberum diuinæ voluntatis habet ſcientiam viſionis de tali decreto, iudicatque practicè id, quod per talem voluntatem eſt præfinitum, eſſe exequutioni mandandum: ſi ergò iudicium illud, quod Deus habet v. g. poſt cognitum primum decretum circa finem, de eliciendo alio circa media, & ſic deinceps &c. vocatur Imperium. De voce non contendo, concedoque, talem actum eſſe neceſſarium. Si autem Imperium actus quidam ſit, qui ad voluntatem Dei referatur; clarum eſt, eſſe non poſſe: niſi voluntatem exequentem, quæ potius videtur dici Imperium ad rem creatam, quàm ipſius ad ſe ipſum: quamuis vt per talem voluntatem manet potentia exequutiua Dei, quaſi applicata ad opus pro tali tempore, ſub ea ratione dici aliquo modo poſſet imperium ad ſe; nam exequutio illa externa eſt actus liber Dei non elicitiuè, ſed imperatiuè.

12 (margin, beside "Hinc tandem fit")

Thom.

Quod nam imperiũ poſuit D. Tho. in intellectu noſtro, & num ſit ponendum in intellectu diuino.

De

De Prouidentia.

OPVSC. XXXIII.

Quid ſit Prouidentia.

Cap. I.

1 ESſe in Deo Prouidentiam, certa fide tenendum eſt. Nam cum indubitatum ſit habere Deum actualem gubernationẽ huius vniuerſi, illique præeſſe, conſeruando illum, & ordinem illius, illumque totum, & ſingulas partes in proprios fines pro earum capta dirigendo, id fide certum ſit; eadem certitudine tribuenda eſt Deo prouidentia. Hoc enim differt inter gubernationem hanc temporalem, & prouidentiam illam æternam; quod prior ſit actio illa, quam Deus per ſuum intellectum, & voluntatem operatur in tempore; poſterior verò ipſa ratio, ſeu propoſitum rerum agendarum, ab ęterno intra Deum exiſtens. Et quemadmodum Auguſt. de prædeſt. ſanct. cap. 10. & de bon. perſeuer. cap. 14. diſtinxit inter prædeſtinationem, & gratiam, ſeu donationem gratiæ: ita nos diſtinguere oportet inter gubernationem, & prouidentiam; nam gubernatio eſt actio, quam Deus per ſuum intellectum, & voluntatem operatur, ſeu ratio illa diuina, prout in actiones, & effectus externos, ſe prodit in tempore, & cum non poſſit in tempore concipi, ſeu inchoari, niſi ratio illius in Deo ex ęternitate præceſſerit; hanc ergo rationem, ſeu propoſitum rerum agẽdarum, & huius temporalis gubernationis intra Deum exiſtens, prouidentiam vocamus. Diximus non immeritò, eſſe rationem, ſeu propoſitum; nam controuerſia eſt inter Theologos, num prouidentia, ſit actus voluntatis diuinæ, an intellectus. Et D. Thom. 1. par. quæſt. 22. art. 1. & quæſt. 23. art. 1. & Thomiſtę dicunt pertinere ad intellectũ. Scotus in 1. diſt. 4. quæſt. 1. in princip. & ſectatores; necnon D. Bonauentura art. 1. quæſt. 2. negant, ſed pertinere ad voluntatem.

Diſcrimen inter gubernationẽ, & prouidentiam.

2 *Cõtrouerſię eſt inter Theologos an prouidẽtia ſit actus intellectus, vel voluntatis. Thom. Scot. Bonau.*

3 Mihi verò in hac quæſtione, quæ vocum potius, quam rerum eſt cõtentio, magis probatur opinio eorum, qui volunt prouidentiam ſignificare formaliter actum voluntatis: nam quamuis (quod ad rem pertinet) vtriuſque facultatis actus ad prouidentiam requiratur, vt videre eſt in omni gubernatione, quæ eſt ipſius effectus, in ea enim prudentia neceſſaria eſt, & voluntatis electio, & exequutio, & vix definiri poteſt quiſnam horum actuum magis neceſſarius ſit, ad debitam prouidentiam: ſi vim tamen prouidentię ſpectemus, magis apparet actum eſſe voluntatis, quam intellectus. Primò quia prouidentia potius curam, & ſollicitudinem eorum, quibus prouidendum eſt, dicit, quam cognitionem: ſed hęc ſpectat ad voluntatem, ergo.

Quæſtionis deciſio

4 Et confirmatur primò, quia licet cognoſcere ordinẽ, ſeu proportionem mediorum ad finem, ſpectet ad intellectum; efficaciter tamen ordinare, vt media fiant propter finem, pertinet ad voluntatem; nam hoc fit per electionem ex vi intentionis. Prouidentia autem in hac practica, & efficaci ordinatione conſiſtit. Et explicatur magis, nam aliud eſt loqui de modo prouidendi, aliud de ipſa prouidentia: modus prouidendi pertinet ad intellectum, arguit enim in prouidente cognitionem, & prudentiam: & prouidẽtia ad voluntatem, & arguit in prouidente amorem. Confirmatur ſecundò nam quemadmodum ſe habet

bet gubernatio, quæ eſt effectus prouidentiæ,ad modum gubernandi; ita ſe habet prouidentia ad modum prouidendi,ſed gubernare aliquem,ſpectat ad voluntatem, vnde hinc colligimus affectum gubernãtis,erga huius actionis ſubiectum: modus vero, qui in gubernatione ſeruatur, pertinet ad intellectum; vnde admiramur quandoque modum, ſicut ſolemus, & cognitionem, & prouidentiam, artificiumq; aliquod, vincimur autem gubernationeitanquam collato nobis beneficio. Ita etiam philoſophandum eſt de prouidentia,& modo eius.

5 Fauet huic opinioni,Scriptura ſacra Pſalm.35. vbi Dauid poſtquam celebrauit beneficã Dei prouidentiam, vſque ad beſtias ſe extendentem,illis verbis, *homines, & iumenta ſaluabis Domine*, vt exponit Auguſtinus non ſolum in hæc verba Pſal.35.ſed etiam tract.30. in Ioan. & recentiores communiter; exclamat omninò magnam, & multiplicem eſſe Dei miſericordiam. *Quemadmodum multiplicaſti miſericordiã tuam Deus*, ideſt quomodo multiplicaſti,&c.Deus? vel, vt legit Hieronymus,*quam pretioſa eſt miſericordia tua*, ergo effectus prouidentiæ ad miſericordiam diuinam pertinet; hæc autem ad voluntatem. Et quamuis prouidentia ſit præparatio mediorum ad finem: nõ tamen hinc inferendum eſt pertinere potius ad intellectum:nam voluntariũ agens; per propoſitum voluntatis ſuæ; eſt proximè pręparatum ad agendum; præſertim quando non indiget inquiſitione mediorum per intellectum, quia naturaliter omnia prænoſcit; in tali enim agente non eſt neceſſaria præparatio ex parte intellectus,ſed ſolum ex parte voluntatis;pręparatio enim videtur ſignificare voluntarium actum vltra naturalem ſcientiam, vel poteſtatem:

Pſal.35.

Adducitur ſcriptura ſacra ad cõfirmandam præfatã doctrinam.

Auguſt.

Hieron.

ſicut etiam ordinare non eſt ſolius intellectus intelligentis vnum eſſe ad aliud, ſed etiam voluntatis decernentis, & proponentis vnum ad aliud:quare licet prouidentia ſit ordinatio rerum, & mediorum in aliquem finem, non ſequitur ad intellectum pertinere; ſed ad voluntatem, quæ etiam ordinare dicitur, quia ordinem præſcriptum ab intellectu,proſequitur.

Tandem probatur hæc ſententia omnibus rationibus,quibus probatur prædeſtinationem pertinere potius ad voluntatem diuinam; eſt enim pars ſubiectiua prouidentiæ. Hæc autem ita probabiliter ſint dicta de hac, non tam rerum, quàm vocum controuerſia, vt non improbabilem dicamus contrariam ſententiam,quæ refert illam ad intellectum; dummodò in illo actu intellectus conſtituatur, qui præcedit volũtatem, & dictat,ſeu proponit, quę voluntas debeat decernere, atquę communiter iudicium appellatur, non in actu Imperij deferentis virtutem volũtatis,& imperium illius, quod omninò cenſemus improbabile,vt latiùs dictum eſt cum de Imperio. 6

7 Ex dictis igitur habemus quomodo prouidentia ſit ratio, ſeu propoſitum, intra Deum exiſtens, gubernationis huius vniuerſi, cumque earum rerum,quę ſunt,tantùm poſſit eſſe gubernatio, ſequitur prouidentiam, vt optimè inquit D. Thom.1. par. quæſt.22. art.2. in c. obiectiuè ſupponere creationem. Verùm ſi ad abſolutam rei gubernationem requiritur, vt conſeruetur in eſſe, & finem ſuum conſequi valeat; ſequitur ad prouidentiam diuinam, pertinere duas actiones ſequentes, Prima eſt rerum conſeruatio. Alia eſt concurſus,ſiue cooperatio Dei ad omnes actiones creaturarum, quibus

Prouidẽtia ſupponit creationẽ.

fines

Digitized by Google

fines ſuos conſequi valeāt. Et quod prima actio munus ſit diuinæ prouidentiæ, multis ſacræ Scripturæ locis optimè demonſtratur. Sic Prouerb. 8. Sapientia, & prouidentia diuina profitetur Patri ſe Creatori adſtitiſſe in rerum omnium productione, illis verbis, *cum eo eram cuncta componens*, quod Hebraicè habetur, *Eram apud eum Nutritius*, vt quidam legunt aut Eram alumnus, veluti is, qui alit iſta omnia inferiora. Et quemadmodum Proceres procreatos liberos ſolent Nutricibus, atque nutritijs, educandos, & inſtituendos tradere: ita diuina potentia res creatas, tanquam procreatos liberos, ſuæ ſapientię, atque prouidentiæ educandas, inſtituendas, moderate regendos, & in certos fines dirigendos cōmiſit. Quod conſonat cum illo Iob 10. vitam, & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua Prop. Præſentia tua, cura, prouidentia, cuſtodiuit, conſeruauit, & procurauit vitam, incolumitatem meam, vt ſolent Gregum cuſtodes, ne quid pereat, aut malè perdatur, vel omittatur: vt ſolent cuſtodiæ, & excubiæ nocturnæ ſumma diligentia, & ſolertia id proſpicere: ſic enim decebat. Nam ſi omnipotentiæ fuit in creatione ſpirare in faciem hominis ſpiraculum vitæ Geneſ. 2. quod idem eſt cum verbis Iob, *vitam, & miſericordiam tribuiſti mihi*; prouidentiæ eſt, illud met conſeruare, & cuſtodire, cum ipſius munus ſit, res creatas alere, & nutrire, vt ſubſiſtant, & ſuas operationes exercere valeant. Sic etiā Sap. 16. Nutrix omnium rerum, quæ res creatas ad maturitatem perducit, Dei prouidentia appellatur, loquens enim ibi Spiritus ſanctus, de ſubſtantia mannæ, quæ benignitati, & prouidentiæ obtemperans Dei, ad alendos filios Iſrael,

Prou. 8.

Ad prouidentiā duæ actiones pertinent rerū cōſeruatio, & Dei cooperatio ad oēs actiones creaturarum, probatur ex ſacra ſcriptura.

Iob 10.

Geneſ. 2.

Sap. 16.

ſeruiebat voluntate varios deſiderantium ſapores, in quos ſe illa ſe ſe transfigurabat, inquit. *Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebat*. vbi per nutricem omnium gratiam benigna Dei prouidentia intelligitur. Nec à filio diſsentit Pater, nec 8
à Salamone Dauid, ipſe enim ſæpè huius doctrinæ ſemina iecit, quorum ſegetes colligit alter. Sic Pſal. 21. *In te proiectus ſum ex vtero*; ideſt prodiens ex vtero in ſinum tuum cecidi, qui mirabili prouidentia curam mei geris, methaphora ſumpta ab obſtetricibus, quarum manibus, & brachijs infans mox effuſus, ex vtero excipitur; ita prouidentia diuina, veluti ſedula obſtetrix, puerum recens natum, ſuſcipit, & illius curam gerit, non quod non ſtatim à formatione, & in vtero incluſo matris illis adſiſtat; ſed quia tunc fętus pertinet ad eandem prouidentiam, qua cuſtoditur mater, vnde eidem Angelo Cuſtodi commendatur, cum verò à die natiuitatis ſeparatur à matre, ſub alterius Angeli ſit tutela, vt inquit D. Thom. 1. par. quæſt. 113. artic. 5. ad 3. merito egreſsus ab vtero, ab obſtetrice prouidentia diuina, excipi dicitur.
Neue quis contendat tantùm de 9
Chriſto verificari, de quo videtur loqui ad litteram præfatus Pſalmus, qui ſingulariter ſtatim à partu diuinis illis Dei Patris manibus, obſtetricis quodammodo munere fungentibus, fuit exceptus cum nullæ adeſſent obſtetrices, nullæ gerulæ, quæ tenerum puerum fouerent; Audi quid de ſe ipſo idem Dauid, & de quouis alio homine dicat Pſalm. 138. *Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam*. Super quæ verba Chryſoſt. Homil. in Pſalm. 138. Tu formaſti me: hoc eſt opificij. Poſuiſti

Pſal. 21.

Thom.

Pſal. 138.

ſuper me manum tuam: dixit etiam id, quod eſt prouidentiæ. Quid eſt poſuiſti? reges, contines, componis, & portas. Quod ipſumquoque Paulus ſignificans dixit Act. 17. (In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus) quemadmodum vulgo dici ſolet, *tenerli la mano ſopra*, ideſt curam illius habere, & prouidentiam: ita Dauid poſtquam loquutus fuit de formatione hominis à Deo facta, illis verbis, *Tu formaſti me;* ſubdit, *& poſuiſti ſuper me manum tuam*, quaſi diceret, formatum à te hominem non dimiſiſti, vt cæteri opifices faciunt, ſed poſuiſti ſuper me, ſuper hominem à te formatum, manum tuam, vt eum regeres, conſeruares, & quaſi portares, alioqui enim in ſuum puluerem imò in ſuum nihilum reuerteretur. En igitur benefica prouidentia diuina creaturas omnes ſtatim à creatione ſuis brachijs excipiens, vt foueat, nutriat, conſeruet, tantaque diligentia id munus abſoluens, vt vincat officio quamlibet, quamuis ſedulam, & operoſam matrem, meritoque poſſet dicere creaturis ſingulis, ipſius curæ demandatis, verba illa Iſaiæ 49. *Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar*

Act. 17.

Iſai. 49.

10 *tui*. Quod cum quotidianis innumeris experientijs, tum etiam facto illo quod Geneſ. 21. legitur, poteſt eſſe perſpicuum. Vbi cum Agar abieciſſet puerum, quamuis vnicum filium, ſediſſetque procul, ne videret ipſum morientem præ aquę defectu in deſerto, tunc Deus exaudiuit vocem pueri, poteſt enim dari caſus, quod abijaciatur filius à matre ſua, eiuſque adhuc infans; excidat brachijs, nunquam verò prouidentiæ diuinæ. Et quod animaduerſione maximè dignum eſt, leuante Agar in tali anguſtia vocem ſuam, & flente, inquit textus. *Exaudiuit Deus vocem pueri*; quia nulla vox diuinæ prouidentiæ auribus, efficacior, quàm ipſamet deſtitutio, & derelictio. Cumque infans in tanto diſcrimine, ei cum matre communi, eſſet præterea magis in tam infirma ætate deſtitutus, viribus, nec adhuc compos animi, vt poſſet agnito periculo, eiulatu, & lacrymis opem implorare, quamuis mater leuauerit vocem ſuam, & fleuerit, dicitur Deus exaudiſſe vocem pueri, conſuetum prouidentiæ diuinæ, omnes quidem ſuis brachijs excipere, ſed arctius magis derelictos.

Geneſ. 21.

Verum quia ad abſolutam rerum gubernationem non ſolùm requiritur conſeruatio, ſed etiam vt ſingulæ ad ſuos fines ordinentur, vt facilius innoteſcat quàm exactè prouidētia diuina ſuo fungatur munere, examinandum deinceps eſt, quomodo cooperetur ad omnes actiones creaturarum, quibus fines ſuos conſequi valeant. In qua difficultate diſtinctione opus eſt: vel enim loquimur de applicatione mediorum ad finem, vel de ipſa conſequutione finis, & vt verbis vtar D. Thom. de verit. quæſt. 6. artic. 1. & in 1. diſt. 40. artic. 2. Vel poſſumus conſiderare ipſum ordinem ad finem; vel exitum, ſeu euentum ordinis. Si ſermo eſt de applicatione mediorum, ſeu de ordine ad finem, quoad hunc effectum prouidentia ſemper impletur: id enim ſtatuit Deus efficaci voluntate ante conſenſum noſtrum, & quicquid Deus, vt medium alicui prouidet, ſemper re ipſa tribuitur, & euenit: nam ſi prouidet auxilia præuenientia, ſemper eueniunt: ſi auxilia concomitantia, eodem modo ſequentur, ſi tandem media in ordine 11

Quomodo munus eſt prouidētiæ diuinæ ordinare res omnes ad ſuos fines.

Thom.

Quomodo Dei prouidentia ſemper impletur.

ordine naturali conſona rebus, ad conſequendos ſuos fines; vtique dantur, & ita loquitur quandoque D.Thom. vt locis citatis, & 1. par. quæſt.22. art.4. ad 2. dum inquit immobilem, & certum eſſe diuinæ prouidentiæ ordinem, cunctaque, quę ab ipſo prouidentur, euenire eo modo: quo ipſe diſpoſuit, atque decreuit.

12 Prouidētia diuina non ſemper dicit infallibilē cōſequutionē finis, ſi loquamur de fine particulari.

At ſi loquamur de ipſa conſequutione finis, ſeu de exitu, & euentu ordinis, rurſus diſtinguere oportet. Vel enim agitur præciſè de prouidentia diuina, vt ordinante media ad finem particularem non præfinitum, ſed tantum conditionate intentum: vel non ſub hac præciſione, ſed de ipſa prouidentia prout reſpicit primarium, & adæquatum finem ſuorum operum, & prout omnes mediorum, & finium ordinationes ſub amplitudine, & immenſitate ſua, complectitur. Si primo modo: prouidentia diuina non includit infallibilem, conſequutionem finis particularis cuiuſcumque creaturæ, cui per illam prouidetur, quod neſcio qua ratione Caietanus inficiari poſſit, qui tenet oppoſitum in 1.par.quęſt. 22.art.1. Primò, quia Deus omnes homines ordinauit ad beatitudinē ſupernaturalem iuxta communem ſententiam Sanctorum, imò iuxta verba D. Pauli, in hunc ſenſum communiter intellecta. *Qui vult omnes homines ſaluos fieri* 1. Timoth. 2. & tamen non omnes conſequuntur æternam ſalutem, ſed tantum prædeſtinati. Secundo quis dubitet Deum ex prouidentia ſupernaturali ordinaſſe Angelos malos, luciferum, & ſocios eius, in ſupernaturalem fęlicitatem, quam voluntate præfiniente nunquam eis voluit, eciderunt enim à gratia, in æternam damnationem.

1.Timot.2.

Tertio quis neget Deum ex magna ſua prouidentia ordinaſſe hominem, in ſtatu innocentiæ conſtitutum, vt per merita, ex gratia tunc illi data, effecta, gloriam conſequeretur? Item dediſſe illi iuſtitiam originalem, vt nunquam moreretur? In quibus omnibus, & alijs multis, quæ afferri poſſent, eſt vera, & perfecta prouidentia Dei, ſine voluntate præfiniente. Quarto id etiā eſt manifeſtum in prouidentia ordinis naturalis, agentia enim naturalia à conſequutione ſuorum finium particularium ſępè deficiunt. Hinc proueniunt monſtruoſi effectus, qui naturæ dicuntur peccata, & reſpectu particularis agentis caſuales, cum præter eius accidant intentionem: quis autem neget huiuſmodi agentia tendere in ſuos fines à primo agente ordinata, & ab eodem habere prouidentiam ad ſuos fines conſequendos, accommodatam. Tandem inter cætera diſcrimina inter prædeſtinationem, & prouidentiam, illud in primis numeratur, quod prædeſtinatio ſecum habeat infallibilem cōſequutionem particularis finis, ipſius prædeſtinati; prouidentia verò non includat infallibilem conſequutionem finis particularis cuiuſcunque, cui per illam prouidetur. Et hæc eſt ſententia D. Thom. non ſolam quæſt. 6. de verit. artic.1. & in 1. diſt.40. artic.2. ſed etiam in 1. part. quæſt. 23. artic.2. ſi attente legatur: Durandi in 1.diſtinct.40. quæſt.1. Aegidij diſt.39.2.par. quæſt.1. Marſilij q.41.art.1.Ferrar.3. contr. gent. c.94.Syluestr.in conflato quęſt.22. art.1. Et recentiorum communiter in 1.par.D. Thomæ quæſt.22.

Diſcrimen inter prædeſtinatione, & prouidentiam.

13

Thom.

Durand. Aegid. Marſil. Ferrar.

14 Quomodo non eſt abſurdum diuinam prouidentiam fruſtrari.

Hæc autem omnia velim dicta intelligamus de prouidentia diuina, vt ordinante media ad finem particularem non præfinitum, ſed

Digitized by Google

tantùm conditionatè intentum, cuius comparatione non eſt abſurdum ipſam fruſtrari, cum non illum velit, neque intendat niſi voluntate conditionata, dependenterque ab arbitrio creato: imò hoc ipſo, quòd non efficaciter illum intendit, nec etiam fruſtrari reſpectu illius concedendum eſt, cum illud fruſtra eſſe dicatur, quod ex ſententia non venit. Sed cum D. Thom. loquendum q. cit. de verit. Prouidentiam diuinam non includere infallibilem conſequutionem finis particularis, modo ſupra explicato. At ſi ſermo ſit de prouidentia diuina non ſub illa præciſione iam dicta, ſed prout reſpicit primarium, & adæquatum finem ſuorum operum, & prout omnes mediorum, & finium ordinationes ſub amplitudine, & immenſitate ſua complectitur; ſic abſolutè dici non poteſt diuinam prouidentiam poſſe deficere à conſequutione finis, & hoc ſenſu exiſtimo loquutum eſſe D. Thom. 1. par. quæſt. 22. artic. 2. in c. & in reſp. ad 1. quando inquit nihil ſubterfugere Dei prouidentiam. Nec contradicit locis citatis de verit. & lib. ſent. dum docuit prouidentiam non ſemper conſequi finem, ad quem ordinat, aliud eſt enim omnia, quæ eueniunt, ſub diuinam prouidentiam cadere, aliud autem omnem finem, ad quē diuina prouidentia ordinat, re ipſa euenire, hoc poſterius deficere poteſt; prius autem ſemper accidit, quod alijs locis ſæpè confirmat, tum 1. par. quæſt. 19. art. 6. & quæſt. 22. artic. 4. & quæſt. 23. art. 3. & 4. tum lib. contr. gent. nec vnquam inuenio Caietani ſententiam in ipſius poſſe fundari doctrina. Et quod dictum eſt de fine prouidentiæ adæquato, poteſt etiam rationibus probari, & primò finis adæquatus prouidentiæ Dei eſt ipſemet Deus, & manifeſtatio bonitatis eius: fieri autem non poteſt, quin hunc finem aſſequatur in omnibus operibus ſuis; quia hunc efficaciter intendit. Idque adeo verum eſt, vt etiam in ipſo actu peccati, quatenus prouidentiæ ſuæ eſt opus, hunc finem aſſequatur: eſt autem opus prouidentiæ, non vt eſt actus hominis, ſed ratione permiſſionis, & voluntatis concurrendi ad illum, vt cauſa prima eſt; ſi cauſa ſecunda ad eundem ſe determinauerit, vt alibi latiùs. Adde, quod quoties Deus in finem aliquem non præfinitum ordinat creaturam per media ſufficientia, quæ effectum præuidet non habitura; licet res ſic ordinata per diuinam prouidentiam in finem, à fine deficiat: prouidentia tamen ipſa Dei, ſecundum totum ſuum ambitum ſpectata, non deficit, quia illemet creaturæ defectus non eſt præter vniuerſalem prouidentiæ diuinæ diſpoſitionem, ſub qua etiam permiſſiones continentur.

Thom.

15 Omnia ſub Dei prouidentiam cadunt, licet non omnis finis ad quē diuina prouidentia ordinat media ipſa eueniat.

Caiet.

Quomodo actus peccati eſt actio diuinæ prouidentiæ.

16 Tandem hoc eſt, quod canit Eccleſia, *Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur*. Quod dictum non ſolum ob id verum prædicamus, quia cum illa prouidentia diuina eſt ſemper (vt ita dicam) coniuncta infallibilis cognitio, qua prouiſor certò ante intelligat, quid ex medijs, quæ ex ſua parte ad finem adhibere ſtatuit, ſit euenturum, quod ad perfectiſſimam prouidentiam neceſſarium eſſe non dubito, & ſic diuina prouidentia non fallitur, quia quicquid erat futurum, iam præintellexit. Sed non fallitur ob hanc aliam rationem, nam deficiente cauſa particulari à fine ſuo: non deficit tamen à fine prouidentia diuina, cum & illum defectum, & eius permiſſionem, totum referat

Dei prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur.

erat ad alium finem pertinentem, vel ad bonum totius vniuerſi, vel ad manifeſtationem alicuius attributi diuini: non fallitur igitur diuina prouidentia: tantumque id abeſt, vt ſæpè eo ipſo; quòd aduerſarij conantur illam fallere, falluntur; & medio, quo eius diſpoſitionem fruſtrari contendunt, ipſomet ſuo ipſi fine fruſtrentur.

Ruffinus. Lyppom. Pſal.2.

17 Quod perbellè demonſtrat Ruffinus Præsbyter, Lyppomanus in catena in Pſal.2. exponens illud Pſalm. 2. *Quare fremuerunt gentes; & populi meditati ſunt inania?* Inquit, enim meditatos fuiſſe inania dum, *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum; & aduerſus Chriſtum eius;* cum enim occiderint Chriſtum, vt nomen eius de terra delerent, neue ipſi gentem, & locum perderent, meditati ſunt inania; nam & nomen eius auxerunt, & gentem, & locum perdiderunt, quia innocentem Dominum occiderunt. Et ſic miro quodam modo factum eſt, vt dum ſuum conſilium implere ſe crederent, conſilium Domini nolentes, & neſcientes, implerent; ergo meditati ſunt inania. Cui con-
18 ſonat id, quod dicitur Iſaiæ 40. *Et Iudices terræ veluti inane fecit*; ideſt omnes iudicio, & voluntate ſua impediuit, vt non pro eorum, ſed pro ſummi Imperatoris agant, & agantur arbitrio. Quin potius, quod ſanè eſt mirabilius, dum ſiuit pro libito agere, Domini voluntatem, quod non libuit impleuere, decretoque mortis, quo Chriſtum cauſa tota cecidiſſe creditum fuit, eodem integrè, non dico reddita, ſed ſunt firmata eius omnia iura, factumque eſt, vt inuentum diaboli, & miniſtrorum eius ad redemptionis impedimentum, ad eius verteretur conſummationem, & quod Chriſto datum eſt ludibrio, eius cęderet gloriæ, tamque præclaræ, quanta fuit morti debita reſurrectio, cui Chriſtus acceptam retulit diuinitatem, & ſuam generationem æternam, iuxta ſenſum, (de quo alibi latiùs) datum à Diuo Paulo Act.13. illis verbis Pſal.2. *Ego hodie genui te*; cum enim è mortuis reſurrectio, tuba fuerit toti terrarum orbi perſonans diuinitatem eius, æternamque Filiationem, teſte eodem Apoſtolo ad Romam.1., non immeritò eo die, inquit Paulus, fatetur Pater ſe genuiſſe Filium, quo cæpit cognoſci Genitori Genitum eſſe æqualem. Hùc autem cum non alia perueniendum ſit via, quàm morte, ſequitur Chriſtum ſimul cum ignominia Crucis, tantam habuiſſe gloriam, vt quodammodo inde hauſerit, & acceperit diuinitatem: Iudices igitur terræ velut inane fecit, populique meditati ſunt inania, dum adſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

Perbellè demonſtratur ſacra ſcriptura teſte eoipſo quo aduerſarij nitútur fallere prouidentiã diuinã illimet ſeruire.

Iſai.40.

Act.13.

19 Quod ſi conſideremus non modo quàm infalllibiliter, ſed etiam quàm ſuauiter ex parte Dei, totum id fuerit factum, oculis perſpiciemus, quàm verè de Sapientia, prouidentiaque diuina ſcriptum ſit Sapient. 8. *Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*: Fortiter quidem, nam tàm efficax eſt, vt nulla creata potentia, nulloque creaturarum conatu poſſit diuina prouidentia fruſtrari; vt à ſuo fine deficiat primario, & adæquato. Suauiter verò, nam cum hac efficacia, tanta coniuncta eſt remiſſio, vt omnia ſuauiter diſponat, concurſum ſuum quodammodo attemtemperans ad ſecundas cauſas, vt & hæ conſentaneè ad inſitas facultates operentur; cum liberis

Sap.8.

libere

liberè, cum neceſſarijs neceſſariò, cum contingentibus contingenter concurrendo, ideſt vt ſua cuique ſalua ſit naturalis operandi ratio. Et vt Auguſt. 7. de Ciuitate Dei cap. 30. ſcribit, ſic adminiſtrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipſa, proprios exercere, & agere motus ſinat. Quam fortiter igitur Deus, & diuina prouidentia finem aſſequuta ſit ſuum in paſſione, & morte Chriſti, iam viſum eſt. Quàm ſuauiter omnia diſpoſuerit, vt ad illam perueniret partim, conſtat ex dictis; partim magis conſtabit conſideranti illa verba Luc. 23. teſtantis Pilatum tradidiſſe Ieſum voluntati eorum, ideſt Iudæorum, qui cum volunt propriam explere voluntatem, implent diuinam, cui cum reluctantur, obſequuntur, & dum credunt diuinarum inuentionum eſſe deſtructores, velint, nolint, fiunt miniſtri. (August. — Luc. 23.)

20 Traditur ergo Ieſus permittente Deo, voluntati eorum: peruenit tali medio, ſic diſponente prouidentia diuina, ad illum finem, qui eſſet ipſi, & Patri, præfinitæ gloriæ, contra voluntatem eorum ſapientiſſimè impletum; parique ſapientia prædictum, atque cantatum, 1. *Reg.* 2. ab illa tàm cordata fœmina Anna; Samuelis matre, dum diuinas admirans adinuentiones, & prædicans, in adimplendo opus ſuum, in illa verba prorupit, *Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes:* tali callet ſcientia, vt non ſolùm illi nullum lateat ſecretum. Sed quod mirabilius eſt, compræhendens Sapientes in aſtutia ſua; miro, & ineffabili modo operatur, vt eorum vafra, & aſtuta conſilia, quemadmodum vulgò dicitur (*facciano il giuoco à lui*) dumque illi reluctantur impij, eius famulentur voluntati. Quin etiam dum reluctari ſtudent, ad famulandum accingantur. Taleſque ſunt ordinationes diuinæ prouidentiæ, circa Iuſtos, quemadmodum diffusè tractat Chryſoſtom. homil. 49. in cap. 23. Act. Apoſt. vt per quæ offenduntur per eadem, vtilitatem accipiant. Inſidiabatur illa impudica fœmina. iuſto Ioſeph. Geneſ. 39. ſed inſidiando ſecurum fecit, domo educitur, illa machinante ruinam: ſed ruit tunc omne conſilium, initum aduerſus iuſtum; In carcere ſeruabatur vt noxius, ſed eximitur omni noxa, ſecura caſtitas: dura præmebatur cuſtodia, ſed cuſtos ſic ipſe factus quem habebat, in ſe repoſiti theſauri, eoque peruentum eſt odio inimicæ fœminæ, quò nunquam ventum eſſet, quantumuis amici obſequio. Conſuluitque Deus Ioſephi pudicitiæ, obijciens illi mulierem impudicam. (1. Reg. 2. — Chryſoſt. — Gen 39.)

Hic Deo mos eſt, qui eſt ſcientiarum Dominus, cui præparantur cogitationes. Cuius oraculum illud, de duobus fratribus prolatum, *maior ſeruiet minori*, ſi ſingulares conſiderentur perſonæ, praxi ſic monſtrante, ita impletum eſt: teſtante etiam Diu. Thom. in cap. 9. Epiſt. ad Roman. vt ſeruiret Eſau, natu maior, Iacob minori, non obſequio, ſed perſequutione: dumque à patria fecit exulem, orbatum parentibus, aqua illi interdixit, & igne, ob paratam necem, & perditionem; magnum ei famulitium parauit, ad beatitudinem: Et fugienti Geneſ. 28. ſcala paratur, cuius cacumen cœlum tangebat, & Angeli præſto ſunt: quin, & Angelorum Dominus innixus ſcalæ, omnem polliceretur operam: & dum odit Eſau, & inſectatus eſt fratrem ſuum Iacob, id maximè ad bonum eius, gloriamque proficit, & malum 21 (Thom. — Gen. 28.)

de

de illo cogitatum verſum eſt in bonum, ſic mirabiliter diſponente Deo, qui ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.

22 Diſcurſus ergo præfati, de ordinatione prouidentiæ diuinæ, in cuius diſpoſitione Deus non fallitur, ſit finis exclamatio illa Dauid. Pſalm. 110. *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius*: non enim ſolùm ſunt magna opera, ſed etiam parata in omnem vſum Deo placitum; ita vt tunc etiam obſequantur diuinæ voluntati, quando faciunt contra eius voluntatem. Non enim, inquit Auguſt. in Pſalm. 110. ſic conſtituta opera Domini, vt creatura in arbitrio libero conſtituta, Creatoris ſuperet voluntatem, etiam ſi contra eius faciat voluntatem: Non vult Deus, vt pecces; nam prohibet: tamen ſi peccaueris, non putes hominem feciſſe quod voluit, & Deo accidiſſe quod noluit: ſicut enim vult, vt homo non peccet; ita vult peccanti parcere, vt reuertatur, & viuat: Ita vult poſtremo in peccato perſeuerantem punire, vt Iuſtitiæ potentiam contumax non euadat: Ita quicquid elegeris, Omnipotenti non deerit vnde ſuam de te compleat voluntatem. Hæc ille in præfata verba Dauidis; à quò videtur mutuatus Diu. Thom. dum inquit 1. par. q. 19. artic. 1. Quod videtur recedere à diuina voluntate ſecundùm vnum ordinem, relabitur in ipſam ſecundùm alium: ſicut peccator, qui, quantùm eſt in ſe, recedit à diuina voluntate peccando, incidit in ordinem diuinæ voluntatis, dum per eius Iuſtitiam punitur, Magna enim opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius. Viſum huc vſque eſt quidnam ſit diuina prouidentia. Videndum autem nunc eſt, an aliquo pacto multiplex eſſe dicatur.

Pſal. 110. — Auguſt. — Thom.

Quotuplex eſt Prouidentia.

Cap. 2.

QVamuis diuina Prouidentia ad omnia ſe fundat, vt latiùs videbimus infra, quarũdam tamen rerum ita Deus dicitur habere peculiarem curam, & ſolicitudinem, vt per peculiaria ſubſidia eas dirigat, & ad fines ſuos conſequendos adiuuet. Sic maiorem prouidentiam gerit hominum, quàm animantium rationis expertium. Quod nõ ſolũ probatur illo Matt. 6. *Reſpicite volatilia cœli, &c. non ne vos magis plures eſtis illis?* Necnon etiam Luc. 12. *Multis paſſeribus meliores eſtis vos?* Sed ſatis pulchrè Matt. 10. *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro? veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere multis paſſeribus meliores eſtis.* Ponderemus verba, & apertum intelligemus diſcrimen: Vnus ex illis, ſcilicet paſſeribus, non cadet ſuper terram, non cadet humi, hebraica paraphraſis eſt, pro, non peribit, eaque ratione dictum, quod ſoleant aues, ſiuè vltro moriantur, ſiuè ſagittis percutiantur, in terram mortuæ, ſiuè vulneratæ cadere, cũ alioqui ſublimia incolant, *ſine Patre veſtro* non interueniente voluntate, & decreto Patris veſtri: habet autem emphaſim, quod dicit Patre veſtro, quaſi dicat Pater veſter, non paſſerculorum: quomodo ergo poſſet minorem vobis filijs ſuis; quàm viliſſimis paſſerculis curam impendere? Nota quod ſequitur: *Veſtri autem*

1 — Matt. 6. — Luc. 12. — Matt. 10. — Maiorẽ prouidentiã gerere Deum de hominibus quam de iumẽtis probatur ſacra Scriptura.

autem capilli capitis omnes numerati ſunt. Miram hæc omnia habent emphaſim: nam cum potuiſſet ſubiungere, quantò magis non occidatur corpus vnius veſtrum, ſine Patre veſtro? non hoc facit, ſed vt oſtendat non ſolùm vitam ipſorum, quemadmodum paſſerculorum, ſed & minutiſſima quæque illorum, & quę alioqui ſuperflua habentur, & ab ipſis poſſeſſoribus non admodum curantur, in prouidentia Dei, Patris ipſorum, compræhenſa eſſe, dicit (Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt.) Et quamuis etiā paſſerculorum plumæ, quæ illis pilorū ſunt loco, Deo numeratæ ſint, cum nihil fugiat ſcientiam, prouidentiāq; Dei, vtitur tamē hoc modo loquendi Saluator noſter, vt ſignificet ſingularem Deo eſſe hominem curam, præ cęteris animantibus. In quem ſenſum accipienda ſunt etiam verba illa Pauli 1. ad Corinth. 9. *Numquid de Bobus cura eſt Deo?* Vbi rectè monent Chryſoſt. Theodoret. Ambroſ. Hieronym. & alij non negare Apoſtolum etiam boues, cęteraq; iumenta ad diuinam prouidentiam pertinere, quod præfato loco Matthæi Chriſtus ipſe, vt vidimus, apertiſſimè docet; Sed beſtiarū curam quandam habere communem, hominum peculiarem, diuinamque prouidentiam beſtijs proſpicere, ſed ad hominum vtilitatem. Quod multis Scripturæ poſſet probari teſtimonijs, illāq; legem Deuter. 25. Non alligabis os Boui trituranti, de qua paulò ſuperiùs eodem loco Apoſtolus, non propter bouem primariò conditam eſſe, ſed latentem ſenſum indicare voluiſſe, quem ibi ſequitur Paulus.

1. Cor. 9.

Chriſoſt. Theodor. Ambroſ. Hieron.

Deuter. 25.

2 Sed non ſolùm Iumenta, & homines diſcernit prouidentia diuina, ſed etiam homines, & homines, vt teſtatur illa paterna cura, & Dei prouidentia, ergo Iuſtos, & præcipuè Electos. Hinc Auguſtinus ſuper illa verba Pſal. 8. *Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Iam licet*, inquit, *attendere, atque diſcernere quid hoc loco inter hominem, & filium hominis diſtet, vt qui portent imaginem terreni hominis, qui non eſt filius hominis, hominum nomine ſignificentur: qui autem portant Imaginem cęleſtis hominis, filij hominis potiùs appellentur, ille enim & vetus homo dicitur, iſte autem nouus, ſed nouus ex vetere naſcitur, quoniam ſpiritualis regeneratio mutatione vitæ veterna, atque ſecularis incboatur: & ideo iſte filius hominis nuncupatur. Homo ergo hoc loco dictus eſt terrenus; filius autem hominis cæleſtis, & ille longè ſeiunctus à Deo: hic autem præſens Deo, & propterea illius memor eſt, tanquam in longinquo poſiti: hunc vero viſitat, quem præſens illuſtrat vultu ſuo.* Hæc Auguſtinus. Quod ſi talia confert beneficia dum viſitat filios hominum, ideſt iuſtos, quid illis faciet, quibus ſemper adeſſe dicitur, iuxta promiſſum illud Pſal. 90. *Cum ipſo ſum in tribulatione:* non ſolùm dico iuſtis, ſed patiētibus præterea propter Iuſtitiam, & nomen ſuum: hos arbitror tantæ illi eſſe curæ, vt cæterorum quodāmodo dicatur obliuiſci, iſtorum comparatione, quod ratum ſine dubio faciet hiſtoria illa Daniel. 14. cui in lacum Leonum Miſſo Deus fert opem, & eſurienti, pulmentum, & panes parantur; dapes ſtructæ Meſſoribus. Sed cur non cibus de menſa paratur Regia? ſic enim eſſet, & Danieli conſultum, qui, vt dicitur eodem loco, erat tunc conuiua Regis, & iam ſenex, ſedatis animi perturbationibus, atque infirmis corporis viribus, lautiùs viuebat. Conſultum eſſet, & Regi, cui forſitan apponebātur ſuperflua, impertituro

Eadē Scriptura teſte pbatur prouidētiā di-

ninā diſcernere inter homines, et homines. Auguſt. Pſal. 8.

Pſal. 90.

Singulariſſima prouidentia Dei circa illos qui patiuntur propter iuſtitiā pulchrè pbatur Scriptura ſacra. Dan. 14.

pertituro

zed by Google

pertituro neceſſaria indigēti amico. Conſultum tandem meſſoribus, de quibus actum videbatur, dum pulmentum, ipſorum apparatum reficientibus, Babylonem vſq; transfertur, per Abachuc manus. Sed illud inter cætera latet in hoc facto, myſterium. Notum vt ſit omnibus, prouidentiam diuinam erga Iuſtos, ſuiq; nominis gratia afflictos, quemadmodum tunc erat Daniel, eouſque pertingere, ad eripiēdum vel tenuiſſimum meſſoribus victum, paratāq; eſſe eſurientibus bolum è faucibus eripere, ſi talibus amicis aliundè nō poſſet eſſe prouiſum.

3 Quod ſi talia inter Deum, & iſtos, quamuis à finali gratia interdum caſuros, intercedunt officia, quàm curam impendet ijs, quibus dicitur paratum Regnum eius, ab origine mundi? Matth. 25. quomodo ſe gerit cum Electis, quorum gratia omnia. qualem enim habeat Deus prouidentiam Electorum, ex ſcala, quā vidit Iacob, quæ ex multorum Patrum ſententia, prouidentiam ſignificat, optimè colligitur. Si enim in ea illud conſideremus, quomodo Deus innixus ſcalę, totus decumbat in dormiētem Iacob, ac ſi id ſolùm, ac nihil ampliùs curaret in mundo. Quod ſimiliter admiratur Bernard. ſerm. 68. in Cantic. conſiderans ſponſæ gloriationem illam cap. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi:* qui locus hunc alium egregiè declarabit. *Quid ſibi vult*, inquit, *iſta, inter tam diſpares comparatio? aut illa in immenſum gloriatur, aut is in immenſum amat: quam admirabile eſt, quod illius intentionem, iſta ſibi quaſi propriam vendicat, dicens dilectus meus mihi? Ita ne huic intenta eſt illa maieſtas, cui gubernatio vniuerſitatis incumbit? & cura ſeculorum ad ſola manifeſtetur negotia, imò otia amoris? Ita planè, ipſe eſt enim Eccleſia Electorum, de quibus Apoſtolus omnia inquit propter Electos, ergo prouidētiam cæteris creaturis non negamus, curam Dei, ſola ſponſa vendicat ſibi.* Hæc à Bernardo. Cum ergo Iacob ſpeciali nomine electus à Deo, ac dilectus eſſet, Malach. 1. *Iacob dilexi*; iure ſibi diuinæ prouidentiæ ſpecialiter intentos vendicat oculos.

Matt. 25.

Qualis ſit prouidētia Dei erga Electos oſtēditur ex ſacra Scriptura.

Bernard.

Cant. 2.

Machab. 1.

4 Habet igitur latitudinem ratione effectuum diuina prouidentia. Nec repugnat illis Sap. verbis c. 6. *Aequaliter eſt illi cura de omnibus*. Et licet non nulli ea intelligant, de illa prouidentia; quæ eſt huius temporalis gubernationis ratio, intra Deum exiſtens, vna ſimplex, & inuariabilis; poſſumus tamen magis conſonè contextui, illam vocem, *æqualiter*, non referre ad ipſam curam, quaſi Deus non magis curet rem vnam, quam aliam, ſed ad res ipſas, quæ curantur, vt ſit ſenſus, nihil omninò ſubtrahi à diuina prouidentia Dei, ſed res omnes nulla prorſus excepta, quamuis infima, & vili, diuina prouidentia gubernari, iuxta tamen proportionem, & conuenientem cuique rationem: & vt dicebat Cyprianus lib. 3. Epiſt. 8. *Deus ſe omnibus ad cæleſtis gratiæ cōſequūtionem, æqualitate librata, præbet parem*. Sed demus illud *æqualiter* 5
referri ad curam, & prouidentiam, nec Pelagiani aliquid inde lucrantur, dicentes gratiam omnibus paratam eſſe, dummodò velint petere, & excipere, per vires liberi arbitrij, abſque gratia præueniente; nec præfata doctrina quoquo pacto impugnatur; nam literæ illius germanus ſenſus videtur eſſe, vt loquatur Auctor de retributione prœmiorum, atque pęnarum: cum enim dixiſſet, quòd horrendè, & cito appareret Deus iniquis iudicibus, & iudicium de illis, qui præſunt, duriſſimum faceret; ſubdit nullam fore acceptio-

Sap. 6.

Quomodo intelligēdū illud quod Deo æqualiter ſit cura de omnibus.

Cyprian.

ceptione Principum, ſed ex æqualitate iuſtitiæ, Deum ſententiam laturum, & hoc ſibi velle videntur citata verba *æqualiter* cura eſt illi de omnibus, quod magis confirmant immediatè ſequentia, *fortioribus autem fortior, inſtat cruciatio*. Cum igitur prouidentia diuina licet in ſe vna ſit, & ſimplex, ſicut omnipotentia, & attributa alia, ſicut, & ipſamet Dei eſſentia, ratione tamen effectuum, habet latitudinem, & varietatem: Ad vberiorem igitur huius rei doctrinam videndum eſt quotuplex dici poſſit.

Licet prouidẽtia diuina vna ſit ratione tamen effectuũ habet latitudinẽ, & poteſt dici multiplex.

6 In hac igitur prouidentia diuina veluti tres partes diſtinguere poſſumus: duas ordinis naturalis; tertiam verò ſupernaturalis: primam autem omnium phyſicam, ſeu naturalem appellare poſſumus, quæ rebus omnibus eſt communis, tam inanimatis, quam animatis, imò & hominibus, & Angelis, quatenus cum alijs commune habent eſſe, & operari ad quam naturalem prouidentiam pertinet tum conſeruatio, tum ipſius Dei cooperatio, vt res omnes poſſint ad ſuos fines tendere naturales, ad, quos creatæ ſunt. Secundam verò dicimus moralem, nam vltra Phyſicam efficiẽtiam, & operationẽ Dei, quæ in omnibus creaturarum operibus, etiam liberis, & moralibus, interuenit, neceſſarium eſt addere moralem gubernationẽ, quæ in præceptis, conſilijs promiſſionibus, comminationibus, præmijs, & ſupplicijs conſiſtit. Verùm quia non fuit contẽtus Deus creaturis intellectualibus prouidere ſic phyſicè, & moraliter, intra naturalem, vt ſic dicam, ordinem; addimus tertiam partem, quæ eſt prouidentia ſupernaturalis, cum enim creaturas huiuſmodi ordinauerit ad ſupernaturalem finem, neceſſe fuit, vt per media, & per prouidentiam ſupernaturalem, eas gubernaret, & ad illum finem proueheret. Vis videre huius duplicis ordinis prouidentiam? lege D. Thom. in illa verba Pſalm. 8. *Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum?* dicentem habere Deum prouidentiam hominis, & quoad naturalia, & quoad ſupernaturalia, quod ſpecialẽ habeat curam quoad naturalia, probatur per illa verba, *memor es eius*, quomodo non eſt memor creaturarum rationis expertium: nam licet illarum habeat prouidentiam, nõ tamen ita ſpecialem: vnde D. Paul. 1. Corinth. 9. inquit, *numquid de Bobus cura eſt Deo?* Sed licet de omnibus hominibus ſpecialem prouidentiam habeat; cum aliquibus tamen præterea habet familiaritatem, vt indicant illa verba, *viſitas eum*: ſola enim natura rationalis eſt capax Dei, cognoſcendo, & amando: in quantùm ergo Deus nobis præſens efficitur per amorem, vel cognitionem, viſitat nos, iuxta illud Iob. 10. *Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum*.

7 (left margin, beside "quia non fuit contẽtus")

Thom. Pſal. 8. 1. Cor. 9. 8 Iob. 10.

Sed meliùs totam hanc prouidentiæ triplicem diſtinctionem diſtinctè, & accuratè habebimus, ſi perpendantur verba illa Pſalm. 35. *Homines, & iumenta ſaluabis Domine*. Ecce tibi prouidentiam naturalem, & phyſicam, qua Deus conſeruat, nutrit, replet corporalibus bonis, non ſolum homines, & eos qui ratione vtuntur, ſed etiam rationis experta. Et hoc ſibi velle hoc loco ſaluare homines, & iumenta ſecundùm litteralem ſenſum, teſtantur non ſolùm recentiores communiter, ſed & D. Auguſt. & in hunc Pſal. 35. & tract. 30. in Ioan. & quia diximus hanc primam prouidentiam omnibus eſſe communem, meritò ſubdit Pſalmus, admirans illam, tam beneficam, &

Pſal. 35. Auguſt.

& ad res creatas omnes ſe extendentem. *Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus.* Deinde *filij autem hominum in tegmine alarũ ſuarum ſperabunt.* En aliam prouidentiam hominibus propriam, in præceptis, conſilijs, promiſſionibus, comminationibus, præmijs, & ſupplicijs conſiſtentem: nam per tegmen alarum Heſychius explicat Euangelicos expanſos libros. Hieronymus, Caſſiod. Remigius, Bruno, Thomas, duo teſtamenta, vnde reguntur homines à Deo, dum illis obediunt, Ruffinus, Riccardus, Pompolitanus, Remigius, præceptum amoris *Dei*, & proximi.

Pſal. 35.

Hierony. Caſsiod. Remig. Brun. Thom. Ruffinus. Riccardus. Pompolit. Remigius.

9 Verùm quia leges, monita, conſilia, quæ ad moralem prouidentiam, & gubernationem pertinent, ordinem naturalem non vidẽtur traſcendere, & Deus voluit hominem, tam nobilem creaturam ad ſupernaturalem finem ordinare, immediatè ibidem dicitur (*inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.*) En tandem prouidentiam ſupernaturalis ordinis, vbertas enim domus Dei, qua dicuntur homines inebriari, redundantia gratiarum eſt; dona ſunt Spiritus ſancti. Sic Ambroſ. ſic Hieronym. & alij multi: per hæc autem ſufficienter ordinamur ad ſupernaturalem finem. Verum quia non omnis prouidentia ſupernaturalis, quamuis ſatis ordinet ad finem, includit infallibilẽ cõſecutionẽ particularis finis, vitæ, inquam, æternæ, ad quam dat proportionata media, ſed illius tantùm ſit proprium, quæ dicitur prædeſtinatio, meritò ipſe *Dauid* in perſona omnium prædeſtinatorum, prædeſtinatus ipſe, & electus dicit. *In lumine tuo videbimus lumen:* qui modus loquendi ſignificat infallibilem conſecutionem finis. Et licet hęc verba multas patiantur expoſitiones, illa inter cæteras, literæ non repugnat, vt per lumen à nobis videndum ipſa Deitas accipiatur, quæ nonniſi lumine non naturali, ſed ſupernaturali videbitur, hoc eſt lumine gloriæ: quinimo ex hoc loco Theologi rectè colligunt lumen gloriæ, quod neceſſarium eſſe volunt ad *Deum* videndum.

Ambroſ.

Pſalm. 35.

Habes igitur in præfatis Pſalmi huius verbis, triplicem illam diuinã prouidẽtiam, & vltimæ tandem partis ſubdiuiſionem: Verùm quia ex hoc altiori prouidentiæ genere, ſupernaturali, inquam factum eſt, vt tota prouidentia naturalis, ſeu phyſica, & moralis ad altiorem ordinẽ aliquo modo ſit euecta, cum enim res omnes inferiores ad hominem aliquo modo ordinentur vt ad finẽ proximum, dum ipſe homo ad altiorem finem eſt ordinatus, conſequenter fit, vt res aliæ ad illius finis conſecutionem cooperari debeant, & propterea altiori modo ſunt gubernandæ. 10

Hinc oriuntur quędam diuinæ ſapientiæ ſatis occulta myſteria, 11 quæ in huiuſmodi rerum prouidentia videmus accidere. In primis illud, iuſtos affligi in hac vita, proſperari autem iniquos; quæ apparens inæqualitas, & infideles induxit in errorem, vt putarent *Deum* rerum non habere prouidentiam, & fideles in admirationem ſatis profundã, vt innumera teſtantur ſacræ Scripturæ loca. Et Hugo de ſancto Victore in illa verba Pſalm. 10. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebra eius interrogant filios hominum.* inquit illo veluti palpebrarum motu, quibus nunc oculos claudere, nunc aperire videtur Deus, interrogare filios hominum, ideſt probare, fidem, patientiam, longanimitatem, filiorum hominum, alios in diſcrimen adducẽs, alios verò in admirationem: nam quando in hac vita *Deus* bonis proſpera, malis aduerſa tribuit, quaſi palpebras leuat, quia ſe videre opera hominum bona, & mala etiam præſenti retributione manifeſtat: quãdo

Sapientiæ diuinæ occulta myſteria, quæ oriuntur ex ſupernaturali prouidentia.

Pſalm. 10.

Digitized by Google

verò bonis aduerſa,& malis proſpera euenire permittit, quaſi palpebras claudit, quia dum merita ſingulorum,quoddam modo diſſimiliter recompenſat, quaſi quid factum ſit, ſe vidiſſe diſſimulat; Iſtæ palpebræ interrogant filios hominum, quia inde Deus cor hominnm tentat,vnde aliquando ſimilia,aliquando diſſimilia, ſemper tamen iuſta meritis hominum recompenſat. Et Caietanus, ita legens præfata verba. *Oculi eius videbunt: palpebræ eius probabunt filios hominum*, inquit, ſic Prophetam perfectè deſcribere diuinam prouidentiam, quoad actum videndi,quod ſemper videt,proptereaque dicit. *Oculi eius videbunt*, ideſt perſeuerabunt videndo:quoad actum verò cauendi, obuiandi, puniendi, quod ſe habet tanquam oculos habens clauſos, palpebræ eius interrogant filios Adam, vel probabunt filios Adam, methaphoricus eſt ſermo, ad ſimilitudinẽ hominis, claudentis oculos, vt experiatur quid ſe non vidente, alij faciunt; & ſic probantur à Deo eſſe iuſtos, vel iniuſtos.Hæc ferè Caietanus. Cum

Caiet.

12 autem hæc occulta myſteria ex ſupernaturali oriantur prouidentia, & tale prouidentiæ genus cognoſci nõ poſſit naturali ratione, ſicut nec finis ipſe ad quem per illud tenditur, vt conſequenter loquamur, idem affirmandum eſt de his arcanis, illorum rationem non poſſe haberi naturali via, ſed lumine diuino: quod pulcherrimè probatur illis uerbis Dauid Pſalm. 72. *Quia inflamatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, & ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui, vt iumentum factus ſum apud te*: quæ omnia,& immediatè ſequentia,mirificè ad rem noſtram interpretatur noſter Agellius, indicãs quomodo Propheta perceperit ſolutionem illius quæſtionis,tantæ ſcilicet in qualitatis in rebus humanis,

Pſal. 72.

cuius uiſione penè lapſus erat, & ueſtigia, quæ per uiam mãdatorum Dei figere ſolebat, penè commota, docetque non ui rationis, ſed *Deo* reuelante didiciſſe, cum ipſe etiam ſi neſciret, illi tamen ſemper adhæſerit, & eius cultum nunquam deſeruerit:ex qua fide,& conſtantia cultus eius,factum eſſe, ut ille iniecta manu,eum quaſi præcurſor ad præfatæ rei cognitionem deduxerit, & ad gloriæ ſuæ perductionem ſubſtulerit. Hæc uidetur breuis horum uerſuum germana ſententia: quod magis patebit, ſi ſingula explicentur uerba, quia, cum inquit inflammaretur cor meum,& ſtudio inueniendi totus arderem,& renes mei commutati eſſent, & longè ſubtiliores, ac ſapientiores cogitationes inquirerem, quàm antea ſolebam, nihil humanis, terreniſque his ratiocinationibus ad eam rem inueniendam, promouebam, ſed ſtultam Deus faciebat ſapientiam huius mundi, qua duce utebar:itaque ad nihilum, & ad inſipientiam redactus ſum: quamuis autem ita ſtultus eſſem: quia tamen vt iumẽtum eram apud te, non à te diſcedebam,non reſiliebam,ſed tanquam Domino conſtanter ſeruiebam: ideo cũ aſſiduè apud te eſſem, miſertus tandem, & meam fidem,& perſeuerantiam attendens, tenuiſti, & appræhendiſti manum dexteram meam, non iam iumenti, ſed hominis, ne pedes mei in hac quæſtione titubarent,ac per rectum iter me non meo conſilio, ſed voluntate, & cõſilio tuo,deduxiſti,& poſt gloriam tuam, ac lumen ſuſcepiſti me, hoc eſt, tua gloria præeunte,& mihi iter commonſtrante, ne errarem, vt ſubſequerer, curaſti. Exactiorem huius loci expoſitionem, & maximè quod pertinet ad vim verborum,lege apud eundem Auctorẽ. Sat nobis nunc erit Prophetam tantæ difficultatis huius ſolutionem nõ

prius

priùs didiciſſe quàm ingreſſus fuerit in templum Dei, ab eo petiturus huius quæſtionis deciſionem, qui omnia nouit, & cui vult reuelat, ut teſtantur illa verba eiuſdem Pſalmi. Pſal. 72. *Donec intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum*. Rectũ verò illuc iter, quomodoque à via poſſit aberrari, verſibus commonſtratum eſt nuper expoſitis: vnius igitur, & inuariabilis prouidentiæ diuinę, vidimus multiplices effectus. Videndũ eſt autem (quod quodmodo pertinet ad eius extenſionem) num ijs omnia claudat, & complectatur.

Num omnia cadant ſub diuinam prouidentiam. Cap. 3.

1 Fide tenendum eſt omnia ſubiecta eſſe diuinæ prouidentiæ, & præter auctoritates, quæ adducuntur paſſim ad id probandum, vt lib. Sap. 8. Sap. cap. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*, & illud cap. 6. Sap. 6. Sap. 14. *Aequaliter eſt illi cura de omnibus*. & cap. 14. *Tua autem Pater Prouidentia ab initio cuncta gubernat*. Matt. 6. Et Matth. 6. diffusè. *Reſpicite volatilia cœli*, & quæ ſequuntur, nec non etiam Luc. 12. in eandem Luc. 12. materiam. Præter demonſtrationẽ, Thom. Diu. Thom. 1. par. quæſt. 22. art. 2. ſatis notandam, quæ eſt huiuſmodi. *Cum omne agens agat propter finẽ, tãtũ ſe extẽdit ordinatio effectuum in finem, quantum ſe extendit cauſalitas primi agentis: ex hoc.n. contingit in operibus alicuius agentis aliquid peruenire non ad finem ordinatum, quia effectus ille cõſequitur ex aliqua alia cauſa, præter intentionem agentis: cauſalitas autem Dei; qui eſt primum agens, ſe extendit vſq. ad omnia entia, non ſolũ quantùm ad principia ſpeciei, ſed etiam quantum ad indiuidualia principia, nõ ſolum incorruptibilium, ſed etiam corruptibilium: vnde neceſſe eſt omnia, quæ habent quocumq. modo eſſe, ordinata eſſe à Deo in finem, ſecũdùm illud Apoſt. ad Rom.* Ad Ro. 13. *Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: cum ergo nihil aliud ſit ei prouidentia, quam ratio ordinis rerũ in finem, vt dictum eſt, neceſſe eſt omnia, in quantùm participant eſſe, in tantum ſubdi Diuinæ prouidentiæ*. Hæc Diuus Thomas. Præter hæc autẽ omnia, & 2 alia multa, quæ poſſẽt adduci, cõfirmari poteſt hoc ipſũ, triplici capite, Triplici ca pite probatur omnia cadere ſub diuinã prouidentiam. indigentia creaturarum; Dei ipſius ſumma excellentia; & tandem prouidentia earum rerum, quæ caſui videntur expoſitæ, ſic ducendo argumentum à minori, poſſumus concludere, diuina prouidentia contineri omnia.

Tanta eſt creaturarum omnium 3 egeſtas, & inopia, vt ex ſe ſtatim diffluerent, niſi à Deo continerentur, à quo tum eſſe, tum omnis earum operatio, continuo pendet. Hinc Cyrill. exponens verba illa Ioan. 1. Cyrill. Ioan. 1. *Quod factum eſt in ipſo vita erat*, indicari vult, vt Verbum non ſolùm omnia faciat, ſed etiã omnibus det perſiſtere, & conſeruare, ne in nihilum redigantur. *Creatura*, inquit, *nullam durandi virtutem in ſe per naturam habet, ſed filius Dei cũctis quaſi commixtus, vita eorum fit, & in propria naturæ conditione conſeruat: idcirco clamat Euangeliſta. Quod factum eſt in ipſo vita erat: Non ſolum inquit per ipſum facta ſunt vniuerſa, ſed quæcumque facta ſunt, Dei filius principiũ, & ſubſiſtẽtia omnium, tam viſibilium, quàm inuiſibiliũ, in ipſis vita erat. &c.* Hebraiſmus eſt, iuxta hunc ſenſum, vt illo loco Pſ. 10. *Dominum in cælo* Pſal. 10. *ſedes eius*: ita hoc. *Quod factum eſt, in ipſo vita erat*: quaſi dicat creaturæ factæ, in ipſis, Verbum vita erat, hoc eſt Verbum erat vita in creaturis, quas fecit: ſi opponas autem non oẽs creaturas viuere; Reſpondetur

Ambroſ. Ioan. 1.

vitam ſumi præ conſeruatione. Facilius hanc ſententiam ſic explicaremus; quemadmodum Ambroſ. 1. Hexamer. cap. 4. *Quod factum eſt in ipſo vita erat*; hoc eſt: factæ creaturæ in ipſo verbo, conſiſtebant, & conſeruabantur, iuxta illud, Pauli ad Coloſſ. 1. *Omnia in ipſo conſtant*, ideſt conſeruantur; ita vt ſi ipſius cura deſtituerentur, mox ob eorum egeſtatem, & inopiam perirent, &
4 corrumperentur. Ad quod item ſignificandum non ſine myſterio gubernatio hæc vniuerſi diuinæ prouidentiæ effectus, verbo portandi, in ſcripturis ſacris explicatur, iuxta illud Paul. ad Hebr. 1. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ*. ſiue ut legit Chryſoſtom. Homil. 3. *Feratque omnia verbo potentiæ ſuæ*. poſſet intelligi dictum, vt indicaretur prouinciam hanc *Deo* non eſſe duram, nam gubernatio moderatori negotium faceſſit; non ſic autem ferenti pondus ſuum: Verùm quia laborem ferendo, & baiulando ſolemus ſuſtinere ad tollendam etiam huius rei omnẽ prorſus ſuſpitionem, dicitur portare omnia verbo, ideſt nutu virtutis ſuę, vt id fieri citra laborem, vt animaduertit Chryſoſtom. Homil. 2. ad Hebr. ſignificetur. Sed ad rem noſtram. *Portans omnia*, &c. Siquidem cadentia (ut notat idem Auctor eadem loco) & ad nihilum tendentia continet: nam cum creaturæ omnes ſint inhabiliores ad exiſtendum à ſua natura, quàm utriſque pedibus claudos, ad ambulandum, ideo ideo portari indigent Verbo uirtutis Dei. Quo etiam tendunt illa uerba dicta de Chriſto ab Iſaia cap. 9. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt Principatus ſuper humerum eius*, ideſt, ut exponit illo loco Forerius, quamuis ſit puer, habet tamen humeros aptos ad imperium ſuſtinendum, nã vocabitur admirabilis, conſiliarius, Deus, & conſequenter diuini ſunt illi humeri, ad regendam totam hanc molem: *Deus* enim ex quo cœpit imperare, cœpit autem in tempore, ſicut & dominium, & omnis Prouidentiæ effectus, ad tantam ferendam Prouinciam ſubiecit humeros: quòd nullum ex parte illius laborem, ſed maximã ex parte omnium creaturarum indigentiam ſignificat. Verùm hæc latiùs ſuprà, cum de ſubſiſtentia *Dei*, & creaturę. *Difflueret* igitur derelictum, omne creatum; opus eſt ergo Dei prouidentia, vt contineatur.

Hebr. 1. Chryſoſt. Sine labori dicitur Deus portare cũcta creata.

Portare dicitur Deus creaturas tanquã cadentes natura ſua. Iſai. 9.

5 Sed probatur hoc ipſum alio capite, argumento ſumpto ab excellentia Diuinæ naturæ, quo enim magis Deus excelſus, eò debet magis, obtutus eius, eſſe profũdior, & prouidentiam ſuam ad inferiora extendere. Sic probatur multis locis ſacræ Scripturæ, quæ ad id indicandum, habitationem Dei ſimul ſublimat, & obtutum humiliat. Sic illis verbis Pſalm. 112. *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo, & in terra?* Sic etiam illis alijs Pſal. 10. *Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius, oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum*. Et Pſal. 111. *Proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum*. Simile quid habetur apud Iſaiam cap. 57. *Hæc dicit excelſus, & ſublimis, habitans æternitatem, & ſanctum nomen eius, in excelſo, & in ſancto habitas, & cum contrito, & humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum*. Et apud eundem Prophetam cap. 6. introducitur *Deus* ſedens ſuper ſublime ſolium. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum*: Sic autem ſedens, &

Quo Deus excelſior, eo obtutus eius debet eſſe profũdior;

Pſalm. 112. Pſalm. 10. Pſalm. 111. Iſai. 57. Iſai. 6.

à Se-

à Seraphim adoratus, non dedignatur humiles reſpicere, cęcoque illi populo Iſraeli conſulere, dicens.
6 *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Nec immerito in ſacris literis hæc duo tam ſæpe coniunguntur. Nam duabus maxime rebus Diuinitas cognoſcitur: ſublimitate naturæ, ac prouidentia, procurationeque rerum creatarum: quis autem ita excelſus, quàm is, qui in altis habitat, nempe in cælo, quo corporei oculi nihil ſublimius, aut pulchrius aſpiciunt; aut tam prouidens, quàm idem Deus noſter, qui quamuis in ſublimi loco ſedeat: tamen obtutũ ita per omnia porrigit, vt in terram quoque perueniat, nihilque in illa ſit tam humile, quò non eius acies pertingat, quodque eius prouidentia non complectatur. Vide Agellium ſuper illa verba Pſalmi 112. *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat.* &c. multa in hanc ſententiam proſequentem. Si ergo Deum decet pro eius maieſtate obtutum humiliare, atque demittere, ſequitur, quemadmodum nihil eſt eius maieſtate ſublimius, nihil etiam eſſe aſpectu, & prouidentia, profundius.

Duabus rebus diuinitas maxime cognoſcitur, & ſublimitati naturæ, & prouidẽtia rerum creatarum.

Agell.

7 Quod ſi obijcias, minuere eius maieſtatem tam humilem dignationem, quod duplici ratione poſſet probari: tum quia meliùs eſt quædam neſcire, quàm ſcire: Quod ex Auguſtino in Enchirid. cap. 17. tom. 3. videtur confirmare Diuus Thomas 1. par. quæſt. 22. artic. 3. ante oppoſitum & ex Philoſopho 12. Meth. tex. 51. tum etiam quia vileſceret Prouidentia Diuina, infimarum rerum cura, & gubernatione. Verùm reſpondemus duplicem hanc dubitationem propoſitam eſſe Iſaiæ 40. illis verbis. *Abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo, iudicium meum tranſiuit:* prouidentia enim Diuina tam erga generalia, quàm ſingularia inferiorum ſub cælo creaturarum, duabus, inter alias attendit partibus: cognitioni ſcilicet, & iudicio: vtriuſque vel facultatem, vel voluntatem Deo negant prædicta verba. *Abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum tranſiuit.* Sed quemadmodum reſpondet Diu. Thom. loc. cit. in reſponſ. ad 3. illi obiectioni, quòd meliùs ſit quædam neſcire, quàm ſcire. Sic etiam Iſai. eod. cap. verbis immediate ſequentibus. *Numquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, non eſt inueſtigatio ſapientiæ eius.* Nobis inquit Diuus Thomas melius eſt non cognoſcere mala, & vilia, in quantùm per ea impedimur à conſideratione aliquorum meliorum, qui non poſſumus ſimul intelligere, & in quantùm cogitatio malorum, peruertit interdum voluntatem in malum. Sed hoc nõ habet locum in Deo, qui ſimul omnia vno intuitu videt, & cuius voluntas ad malum flecti non poteſt. Hæc ille. Hoc idem Iſai. citatis verbis: quod probat, & ab altitudine ſapientiæ, & ſcientiæ Dei; cuius nullam dicit eſſe inueſtigationem, & à firmitudine eius
prouidentiæ. Nam qui hunc vni- 8
uerſum creauit non deficiens, nec laborans, idem vniuerſo indefeſſus prouidebit. Et vt oſtendat Diuinam illam prouidentiam, omnibus numeris abſolutam, ſubiungit de eiuſdem ſingulari conſilio, iudicio, atq; cura. *Qui dat laſſo virtutem, & iis, qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat:* manet igitur firmum diuina prouidentia omnia contineri, nec minui eius maieſtatam, viliſſimarum rerum cognitione, & cura: quinimò debitam eſſe tantæ celſitudini, tantam perſpicacitatem, & proſpicientiam.

Thom.

Iſai. 40.

Eod. loco.

Etiam res quæ caſu videntur accidere ſubiectæ ſunt diuinæ prouidentiæ.

Tandem probatur hoc ipſum eo quòd res, quæ caſui videntur impoſitæ, diuinæ tamen ſubſunt prouidentiæ, ergo, ducto argumento à minori, quis negare audebit eadem moderari cætera omnia, quæ conſultò gigni, & moueri, non fortuito naſci, & agitari ſcimus. Quid tam caſu fieri, tamque temerè, vento pelli vidētur, quàm nubes? in ictu enim oculi, aerem iam ſerenum cernimus, flante Auſtro obductum nubibus: & contra, eundem nubibus vndique coopertum, mox flante Aquilone, in puncto temporis, illis diſſipatis, priſtinæ reſtitui ſerenitati. Nubes igitur, ita moderatur diuina ſapientia, vt ipſum nubibus, quaſi currui, aut equo inſidentem deſcribat Dauid Pſalm. 103. illis verbis. *Ponis nubem aſcenſum tuum*, quæ mirè ad rem noſtram interpretatur Athanaſius de ipſa Dei prouidentia, atque gubernatione, tanquam ne ipſæ quidem nubes, quæ temerè vento pelli videntur, illius gubernatione careant: quaſi apertius indicaret argumento illo, ſumpto à minori, etiam vſq; ad nubes ipſas, prouidentiæ munera proferentem, omnium ſe prouidentiam gerere. Et vt hoc modis omnibus firmiùs redderetur, non ſolum veluti fræno regentem nubem, quaſi conſenſum equũ reperies Deum ipſum; loco iam dicto Dauidis, ſed, quod refertur ad rem nauticam, earundem Nauclerum deſcribit Iob 37. dicens. *Et nubes ſpargunt lumen ſuum, quæ luſtrant per circuitum, quocumque eas voluntas gubernantis duxerit, & ad omne, quod præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum.* In quæ verba eleganter Pineda vim illius nominis gubernantis, perpendens, inquit Deum ibi comparari cum Nauclero peritiſſimo, nubem cum Naui, diuinam prouidentiam, & voluntatem cum clauo, & gubernaculo, regiones peculiares, cum partibus varijs; pluuiā, grādinē, rorē, fulgura, fulmina, & quęcunque nubibus fiūt, cum mercibus conuectis nubium, quaſi nauium vehiculis, quas cum Gubernatoris voluntas, ſapientiaque moderatur, in hoc quaſi pelago liquentis aeris, ad portum conducit, vt ibi pro rerum, & hominum indigentia, merces deponant, & pluuia ſe exonerent, ex qua diteſcat tellus, viuant animalia: arbores, ſata creſcant: fontes, flumina, incrementa ſumant. Hæc ille. Quod ſi 10
tam mira nubium prouidentia; quamuis caſu oriri, & temere agitari videantur, vt probant præfata; & huc ſpectans ex multorum ſententia illa Dauidis admiratio Pſ. 35. *Veritas tua vſque ad nubes*, hoc eſt, cognitio, & ſapiētia tua, veritas hic dicta, ſe extendit per prouidentiam vſque ad regendas, & moderandas nubes; quis nō confitebitur nullam rem eſſe omnino, quæ non cadat in diuinam prouidentiam? Ignis, grando, nix, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Pſalm. 148. Quod ſi dum ſtridet procella, audit verbum Dei, & dum omnia mouet, & concutit, tempeſtatemque excitat, illius, qui & pacis dicitur Deus, & omnia cum tranquillitate iudicat, obedit præcepto: ſi ignis, fulmina, grandines, & huiuſmodi cætera, quæ cæco quodam modo calamitates nobis videntur inducere, ita diuino moderantur arbitrio, vt tunc eius excipiant mandatum, & exequantur, dum iraſcuntur, & furunt, num fugient hanc ſcholam res animatæ, ratione vtentes, vt homines, vt Angeli? Nubes vbi aſcenderint cœlum operiunt, officiuntque luci; ratione vtens homo prælucet cæteris ad Regnum cælorum. Grando vineas vrit, &, vt cum

Pſal. 103. — Iob. 37. — Pineda. — Pſal. 35. — Pſalm 148.

cum *Dauide* loquar occidit vineas: lingua autem ſapientium ſanitas eſt Prou. 12. Prouerb. 12. Procellarum vi, nauigia pereunt; quàm multos ſaluant cordati homines, & miniſterium maximè Angelorum. Fulminis ictus obuia quæque proſternit: cadentes ſubleuant, afflictos erigunt, perditos recreant, verborum fulminibus, viri feruentes: Aſpera ſecat glacies, teneras plantas: proficiunt maximè nouitij pueri, perfectorum charitate foti, & exemplo. Tantas inducunt calamitates res hæ meteorologicæ, vt Manichæus aliquis, aut Atheus audeat, vel malas dicere, vel caſu fieri. Quibus non obſtantibus, nubes, ignis, grando, fulmina, glacies, ſpiritus procellarum faciunt verbum Dei, prouidentiæque ſubduntur diuinæ, ergo omnia.

11 Res quæ habentur pro derelictis, maximè ſubduntur prouidentiæ diuinæ.

Quinimò tanta eſt Dei prouidentiæ benignitas, vt ſuæ curæ proteſtetur committi omne id, hoc ipſo, quod ab alijs pro derelicto habetur. Sic plantas omnes, & ligna, præſertim campi, non rigat ſolum, ſed etiam ad ſatietatem largiſſimè perfundit imbre cæleſti: ligna, inquam, campi, quæ nullius curæ, aut culturæ demandata ſunt, hæc, quæ ab aliorum præſidio ſunt deſtituta, Deo curæ ſunt, & quaſi ſuo iure *Deum* aduocent; ita illis adeſt cultor *Deus*, ſuoque nomine, ſolitarias arbores inſignit. Vnde quod in noPſal. 103. ſtra vulgata dicitur, *ſaturabũtur ligna campi*, Hieronymus ex fonte ſic vertit. *Saturabuntur ligna Dei*. Hæc autem omnia, eo præſertim conſilio & dicta, & facta credo, vt quiſque ſatis intelligat, ſi deſtituta, & derelicta ita diuinæ curæ ſunt demandata, vt Dei nomine decorentur; ad ipſum tanquam iure pertinentia, nullum deinceps relinqui ambigendi locum, ea, quæ valent gratia, priuilegiariaque dicta, prouidentia eadem protegi, & moderari diuina.

Idque verum puto non ſolùm ſi phyſicè loquamur, ſed etiam moraliter; cum enim de rebus humanis incidit ſermo, videbimus deſtituta, & derelicta iure optimo ad diuinam pertinere prouidentiam. Sic *Dauid* Pſalm. 24. ſuo iure inuocat diuinam Pſalm. 24. opem, diuinique numinis gratiam conciliare conatur, cum dicebat. *Reſpice in me, & miſerere mei, quia vnicus, & pauper ſum ego*; adeſt enim ſolitario pauperi, & ab omni amicorum præſidio deſtituto, atque illius cura tangitur, cuius neminem cura tangit. Sic etiam Iob. 12. *Qui* Iob 12. *deridetur ab amico ſuo, ſicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum*, is enim cogetur fugere ad diuinam opem, quæ ſibi tantùm reliqua eſſe poterit, quinimo quæ ſibi illicò præſto erit, ſicut omni deſtituto.

12 Deſtitutio eſt maxima diſpoſitio ad capienda maiora beneficia prouidẽtiæ diuinæ. Franciſcus.

Parum dixi, maiora dicturus, cum de hac agitur materia, puto deſtitui rebus omnibus, ad captandæ diuinę prouidentiæ maiora beneficia, eſſe diſpoſitionem optimam (& prętermitto quod legitur de Sancto Franciſco, qui totus pendens à Dei prouidentia, cum ſuos peregrè dimittebat, viaticum non aliud dabat, quàm illud. *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet*. Pſal. 54. Pſalm. 54. Cuius quidem vim experti aliquando ſunt, quando omni prorſus humano præſidio deſtitutis, parumque accepti à magiſtro præcepti Chronol. S. Frãciſci. memoribus, Angelus in tempore ſuccurrit, ſed prius exprobrãs obliuionem tam pretioſi illius viatici, quod magiſter dederat) qui tamen duo loca, quæ in Euangelio videntur contraria, conciliare ſciuerit, facilè intelliget, vberiores colligi diuinæ prouidentiæ fructus, ipſa deſolatione. Prohibet Dominus priori loco Matth. 10. & Luc. 19. Apoſto- Matt. 10. Luc. 19. lis peram viatoriam, qua panem, & aliquid obſonij geſtare viatores ſolent:

lent: prohibet item aurum, argentum, pecuniam, & omnia arma, iter argentium ſubſidia, illis verbis. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris, neque peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Eadem non modo permittit, ſed haberi præcipit, poſteriori loco Luc. 22. ſic Apoſtolos alloquens, *Sed nũc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram, & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium.* Conciliat hæc duo loca Chryſoſt. tum ſerm. 9. in epiſt. ad Philipp. tum etiã in illa verba Pauli ad Roman. 12. tom. 3. *Salutate Priſcam, & Aquilam*, diſtinguendo tempora, non enim in omne, ſed ad præſcriptum, & determinatum tempus, vult datum eſſe illud primum præceptum, abſoluit autem ab ea lege Apoſtolos, cum iam ad ſalutarem Crucem Chriſt° iturus eſſet, illis prẹfatis verbis. *Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter, & peram.* Quod ſi quis quærat cur contraria dominus præceperit? Reſpondetur: idem ab initio vocationis illa omnia prohibuiſſe, vt Diſcipuli periculum virtutis ſuæ facerent, & poſthac in orbem terrarum exituri, hoc exemplo animati, ſe magis fiderent. Et quamuis communior, & melior expoſitio ſit, vt ſecundo hoc loco neque præcipiat Chriſtus, neque conſulat Diſcipulis, vt iam aliter ſe gerant, quàm aliàs ipſe inſtruxerat; ſed his verbis. *Qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram*, &c. inſtantis tunc temporis conditionem explicet, prorſus contrariam conditioni temporis prẹteriti, eamque eſſe eiuſmodi, vt qui Diſcipulorum humanis præſidijs niti: & hominum more ſibi prouidere velit, non mutet locum, niſi ſufficienti apparatu cibi, pecuniarumque inſtructus. Nec eat, aut moretur alicubi niſi gladio, armiſque munitus, etiam veſtis venditione comparandis, ſi aliunde nõ poſſit. Sic Beda, Theoph. Euthymius, Burgenſis in nuper dicta verba Luc. 22. Sic ipſemet Chryſoſt. homil. 85. in Matth. Sic Toletus Luc. 9. adnot. 9. & alij. Sat tamen erit propoſito noſtro illam primam prẹceptionem (vt doctiſſimi viri ſentiunt) fuiſſe temporariam: de induſtria autem voluit Chriſtus illa vice, Apoſtolos omnino nudos ab ſe emittere, vt non modo nullis impedimentis retardarentur, quos voluit totos vacantes delegatæ functioni, intra paucos dies, Iudæam luſtrare, & ſtatim ad ſe reuerti; ſed etiã vt quadam diuinæ prouidentiæ curam gerentis, fidelium Verbi præconum quaſi deguſtatione, ad futuram illam in vniuerſum terrarum orbem legationem, & ad omnem ſolicitudinem in Deum proijciendam, in ſumma rerum inopia præpararentur: deguſtaturi autem ſuauiſſimè, ſi nudi, & omni deſtituti humano ſubſidio, quemadmodum tũc miſſi ſunt, ad ipſam ſe accingerent. quod multis exemplis, tam petitis ab ijs, qui artem docent natandi; tum ab auibus, quæ pullos ſuos fouentes, tandiu in nido ſedent, donec illorum plumæ increſcant, illuſtrare conatur Chryſoſt. homil. in illa verba. *Salutate Priſcam, & Aquilam*, tom. 3. Omnium igitur rerum Deũ habere prouidentiam, ſicut ab initio propoſuimus, pluribus probatum eſt, præſertim argumentis ſumptis à rerum creatarum indigentia, ab excellentia diuinæ naturæ, & tandem à cura, & procuratione earum rerum, quæ caſui videntur expoſitæ.

Quod ſi quæras num peccata ſubijciantur prouidentiæ diuinæ? Nec illam hæc ſubterfugere reſpondebimus, non tanquam ea, quæ à Deo ordinantur vt fiant, & vt ipſius effectus;

Marginalia: Luc. 22. — 13 — Chryſoſt. — Rom. 12. — Beda. Theoph. Euthym. Burgenſ. Chriſoſt. Franc. Tol. — 14 — Chryſoſt. — 15 Quomodo peccata ſubijciũtur prouidentiæ diuinæ.

ctus; ita enim non latius patebit ordinatio primi agentis (vt bene Diu. Thom. 1. par. quæſt. 22. artic. 2.) quàm illius cauſalitas; ſed veluti materia, circa quam aliquid faciendum ipſe diſponit, & ſicut mos illi eſt à nobis facta, ad finem dirigere ſuum. Sic Auguſtin. lib. 5. confeſſ. cap. 8. pulchrè fatetur de ſe ipſo, quod rapiebatur à *Deo* proprijs cupiditatibus, ad finiendas cupiditates proprias: Sic quibus armis impius aduerſus *Deum* pugnat, iiſdē diteſcit diuina iuſtitia, in ipſiuſmet caput: & culpæ, quas veluti tela peccator profert ex cordis armario ad feriendum *Deum*, tanquam numerata pecunia reponuntur in diuinum ærarium, ad exercendam iuſtitiam, vnde in ipſum animaduertatur grauiùs, iuxta illud *Deutor*. 32 *Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Ego retribuam eis in tempore*. Quibus conſonum eſt Iob aliud dictum cap. 14. *Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea*. in faſciculo colligata, ne vllum excidat, ſed de ipſis ſemper ſuppeditetur aliquid, diuinæ Iuſtitiæ, ad ſumendas debitas peccatorum pœnas. Dictum ſatis accedamus ad alia.

Thom. — Auguſt. — Deuter. 32. — Iob 14.

Opuſcula de prædeſtinatione, & reprobatione, quam pridem compoſueram, & in lucem edere cum ceteris decreueram, verum quia hæc materia cum illis de auxilijs (de qua non licet per ſuperiores aliquid imprimere) cognatione maxima inter ſe continentur, conſultò ſtatui in aliud tempus (quando id erit permiſſum) præfata opuſcula reijcere.

De

De Arcano ſanctiſſimę Trinitatis myſterio, ac de incomprehenſibili Dei natura myſterium myſteriorum nobis eſt pertractandum. Cap. I.

OPVSC. XXXIV.

NOn nobis agendum eſt de eo,
1 quod præcipit *Deus* (licet ſumma obſeruatione id ſit excipiendum) ſed de eo, quod eſt *Deus*, de ſubſtantia ſcilicet *Dei*, & eſſentia, imo de eo, quod non ſolum extollitur ſupra omne, quod nõ eſt Deus, ſed ſupra quãcũq; etiã, quæ in Deo eſt, excellentiam, ſupereminet. Curſus ergo dirigitur in pœnetralia diuinitatis ipſius, in ipſius diuinæ ſubſtantiæ cubilia, arcanum ſcilicet ſanctiſsimæ Trinitatis myſterium, noſtræ fidei regulam, proprium chriſtianitatis myſteriũ iure optimo, myſteriorum myſterium dictum, cuius Principis Euãgeliſtes fuit Chriſtus: cuius præconium ab ipſo, ante diſceſſum, commiſſum Apoſtolis. *Euntes*, ait, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. (Matt. vlt.) Quo tempore amicis ad præſtandum paratioribus, committi ſolent mandata maxima, cariſſimaq; *Myſterium ita ſublime reconditum diuinum*, vt præ illius excellentia cætera chriſtianæ veritatis arcana, quæ quidem, & præſtantiſſima ſunt, & auguſtiſſima, vel arcana dicenda minime ſunt, vel hoc vnum, à quo ſuam illa amplitudinem petunt, ac diuinitatem, arcanorum arcanum appellandum eſſe non inficiemur. (Quam ſublime, & reconditũ ſit arcanũ ſanctiſſimę Trinitatis.) Silenda igitur loquar? ineffabilia fari audebo? Argumentum hoc non
2 lingua, verbis, ſententijs, ſed ſilẽtio, admiratione, ſtupore quodam ſacro recolendum, quin & elucidandum. Præceptum à Diui Dionyſij Areopagitæ ſchola peritum, qui cap. 1. de myſtica theologia, ad huius myſterij cognitionem perueniendi, viam aſtruit, præfulgente ſilentij, obſcura docentis, caligine. Quod & tradidit D. Auguſtin. epiſt. 222. quę eſt ſecũda ad Conſentium, vbi de Trinitate loquitur in hæc verba. (Auguſt.) *Non enim parua inchoatio eſt cognitionis Dei, ſi antequam poſſimus noſſe quid ſit, incipiamus noſſe quid non ſit*. Quibus addendum cenſeo, non ſolum hinc incipiendam huius auguſtiſſimi myſterij cognitionem, ſed huc etiam terminandã; Nam vt optimè inquit Minutius, Fęlix in ſuo octauio. (Minutius Felix.) *Cognitionem Dei, qui ſe noſſe putat, minuit, qui non vult minuere, non nouit*. His igitur *Ducibus*, & magiſtris, cognitionem huius auguſtiſſimi myſterij poſcenti, de quo in hoc opuſculo tractaturi ſumus, per ſummam ignorantiam reſpondebimus. Nihil præ- 3
ſcriptum, nihil circumſcriptum, *nihil* emenſum, nihil dimenſum Trinitas habet, non loco clauditur, non æſtimatione concluditur, non ætate variatur, non opinione comprehenditur, & vt rectius dicam, nec opinioni ambigua, nec rationi perſpicua, vbique præſens, ſed latens, vbique tota, ſed immenſa, intra omnia, extra omnia, ſupra omnia, infra omnia, inuiſibilis, ineffabilis, incomprehenſibilis, infinita, ad quam eloquẽdam ſermo ſilet, ad inueſtigandam ſenſus hebetatur, & deficit, ad complectendam, intelligẽtia coarctatur & eſt prorſus incapax. Quid igitur qualiſue ſit ſancta Trinitas, mentis angelicæ nedum humanæ captum lõgè ſuperat, idque adeo verum eſt, vt non modo nihil attingere, nihilque cogitare de Trinitate, creata intelligentia, ſed neque propoſitum quidem ab alijs credere, abſque lumine, præſidioq; diuino, vnquam potuit.

Digitized by Google

tuit. Hic enim deficit omnis creata vis, hic vniuerſa philoſophiæ conticeſcit, ſeſeq; abijcit, ſuamq; profitetur imbecillitatem. Hoc igitur myſterium tam occultum, reconditum, arcanum, ac ſupra omnem creaturæ captum, eleuatum, ſilentium indicit, & docet (vt cum S. Maximo loquar) hanc ſolam habere ſanctam Trinitatem veram cognitionem, non cognoſci. Igitur omnis quæſtio de ea propoſita per ignorantiam, dirimenda, cũ hoc vnũ ex ea percipi, & compræhendi poſſit, nimirùm quòd ipſa infinita ſit, & incompræhenſibilis. Neue minuamus (iuxta pronunciatum nuper allatum) magnitudinem Dei, hoc inquam auguſtiſſimum Trinitatis myſterium, quod altitudo, latitudo, & profundum Dei iure optimo dici poteſt, magnitudoq; ipſius, omnem diuinam excellentiam ſupereminens, dicamus, *Deum* eſſe Trinum prorſus eſſe ignotum; eſſe autẽ vnum ex parte notum, quod magis ex infra dicendis patebit. Illudque dictum, Deum eſſe ignotum omni, quod non eſt Deus, de *Deo* vt trino potiſſimum, verum eſſe.

4 Tunc ſolũ habet verã cognitionẽ S. *Trinitas*, non cognoſci.

Dei cognitio quodam modo facilis & quodam modo difficilis. Cap. 2.

1 DEum eſſe, eundemque eſſe vnũ res eſt facilis, & difficilis, ſimul nota, & ignota, maximæ lucis quæſtio, pariter & caliginis: Nam quod pertinet ad quæſtionem, ſi eſt, hoc eſt tam manifeſtum, vt nulla ſit gens, neq; tam hebes, atq; excors, neq; immanitate efferata, ac barbara, quæ non cognitum, compræhenſumq; animis habet, eſſe aliquod numen præſtantiſſimæ mentis, à quo tanti naturæ motus, tantæ viciſſitudines, tam multarum rerum, atque tantarum ordines adminiſtrentur, à quo conſulatur rebus humanis, à quo mundus gubernetur, quod denique habeat diuinitatem. Sunt in hac rerum vniuerſitate illuſtria quędam, nobiliſſimaque itinera, quibus ad aliquas *Dei* virtutes perueniatur exiſtunt egregia, præclariſſimaque veſtigia quibus ducimur ad eius vnitatem intelligendam: Nam mundus vt dicebat Philo lib. de vnitate *Dei*, & duplici Templo, eſt templũ *Dei*, cuius ſacrarium eſt cœlum, in tota rerum natura præſtantiſsimum; donaria verò ſunt ſydera, ſacerdotes, & editui ſunt Poteſtates Angelicæ, numen, quod adoratur, qui fecit omnia. Idem, vt inquit Triſmegiſtus, eſt liber diuinatis, & ſpeculum diuinorum, in quo nimirum Deus ſe ipſum quaſi Apelles ſummus, clarè expreſſit, & depinxit. In hoc libro non ſolus ſtuduit S. Antonius, vt de eo teſtatur Athanaſius, alijque Eremi incolæ, nec ſolus S. Bernardus, Franciſcus, alijque ſancti, ſed etiam Plato, Socrates, Ariſtoteles, omneſque Philoſophi, idẽ docuit Orpheus cum ait, mundi machina eſt muſica, & admirabilis conſonantia prædicans, & laudans Deum, iuxta illud Dauid pſalm. 18. *Cæli enarrant gloriã Dei*, & Iob cap. 36. *Memento quod ignores opus eius, de quo cecinerũt viri.* Ad hoc ipſum alludens, vniuerſitatem ſcilicet creaturarum eſſe, velit librum oculis moralium obiectum, ſuis notis muſicis, & characteribus diſtinctum, in quos intuentes, & intendentes iubemur diuinàs laudes ad librum canere. In hoc libro, naturali lumine duce, poſſumus legere, Deum eſſe, eundemque eſſe vnum, liberũ, immenſum, infinitum, omnipotentem, omniſcium, prouidẽtem cunctis, non ſolum in vniuerſali, ſed cuiq; homini in particulari. Nam quamuis *Deum* eſſe cum ſuis his attributis non ſit per ſe notum ex ipſis terminis, ſicut cognitis terminis per ſe notum eſt vnũ, & duo facere tria, ad-

Philo. 2 Mundi machina diuerſis rebus cõparata.

Athanaſius

3

pſalm. 18. Iob 36.

adhibito tamen diſcurſu, licet hæc omnia cognoſcere ex his, quę facta ſunt, ea colligendo. Sic D. Thomas
Thom. 1 par. q. 2. art. 1. Immo D. Paulus ad
Rom. 1. Rom. 1. illis verbis. *Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.* Quorum verborũ ille videtur germanus
4 ſenſus (vt omittam varias expoſitiones) vt per inuiſibilia Dei, intelligantur attributa Dei ſpiritualia, eſſe ſcilicet æternum, immenſum, omniſcium, optimum, maximum: per virtutem autem Dei accipiatur potentia, per quã Deus omnipotens, omnium rerum cauſa eſt efficiens, regens, & prouidens: per diuinitatem autem eſſentia Dei, & maieſtas, hoc eſt Deum eſſe primum ens perfectiſſimum, à quo omnia pendent, à quo omnia bona expetuntur, & mala omnia auertuntur, Deum eſſe vltimum finem rerum omnium, & operum. Hæc inquam, *A creatura mundi*; ideſt, non à paucis retro annis, ſed ab exordio, à creationis mundi initio, *Per ea quæ facta ſunt*, ideſt per res ipſas creatas in vniuerſo, *intellecta conſpiciuntur*. Nota, *Vox, intellecta*, ſignificat opus eſſe diſcurſu, collatione, & illatione, vt per opera ſenſibilia, reſque creatas aſcendamus ad cognoſcenda inuiſibilia Dei, ipſamque eius diuinitatem. Hoc ipſum, quod dicitur ſapiẽtiæ 13. *A magnitudine ſpeciei, &*
Sap. 13. *creatura cognoſcibiliter poterit creator horum videri.* Nam cum hæc omnia, vt dictum paulò ante eſt, non ſint notæ ex terminis, ad diſcurſum eſt confugiendum, quo illa colligamus.
5 Sat igitur nobis erit, intellectui creato ſolo lumine naturali diſcurrenti, & inferenti, inuiſibilia Dei, ac ipſius diuinitatẽ, ex ijs, quæ ſunt facta, innoteſcere. Cum opus mundi quo, vt inquit Lactãtius de ira Dei cap. 10. nihil poteſt eſſe, nec diſpoſitius ad ordinem, nec aptius ad vtilitatem,
Deus cum ſuis attributis quoniã ad quæſitum ſi eſt ſolo homine naturali cognoſci poteſt.
nec ornatius ad pulchritudinẽ, nec maius ad molem ſatis, ſuperque hęc indicet. Conſtitutũ igitur, conſtâſq; ſit, Deum cum ſuis attributis, quod pertinet ad quæſitũ, ſi eſt, ſolo lumine naturali intellectus creati, poſſe inueſtigari, & percipi, At ſi quid, & qualia hæc ſint, interrogemus, hoc opus, hic labor. Nam quæſtio, quid eſt, cum de tanto agitur numine, nõniſi ſilentio poteſt definiri, mens nulla creata poteſt explicare: Nam eſt incomprehenſibile, cogitatio nulla poteſt forma figurare; nam eſt occultum, inuiſibile, lingua non poteſt eloqui; nam eſt ineffabile, tempus non metitur; nam eſt interminabile; locus nõ includit, nam eſt incircumſcriptibile, vis non rumpit aditum, nam eſt inacceſſibile, deſideriũ non aſſequitur, nam eſt incomparabile dicam paucis, poſt multam inquiſitionem, & inueſtigationem ex ijs, facta ſunt, non tam ipſe Deus, quam Dei ſimulachrum videtur inueniri, licet enim cuncta creata cum Deo nexum habeant, quemadmodum omnia effecta cum ſua cauſa, à qua ſunt, & conſeruantur. Attamen (vt philoſophicè agamus) cum non ſint vniuoca, per quandam analogiam, & proportionem, conferunt ad cognitionem illius, cumque eius natura ſit infinitis partibus ſuperior, reliquum eſt, vt Dei, cognitio, & attributorum eius, quã de creaturis haurimus, nõ ſit per ſpeciem propriam, ſed alienam, eorum inquam, quę vix Dei veſtigia ſunt dicenda. Vnde nõ modo abſtractiua eſt, ſed obſcura, confuſa, indiſtincta. Quomodo igitur ex illa, tanti numinis eſſentia, & quidditas poteſt comparari? Concludamus igitur quid eſt Dei, & attributorum eius, eſſe nobis ignotũ, quod magis ex ſequenti capite patebit.

Di-

Diſtinctè cognoſcere Deũ, & attributa diuina difficillimum. Cap. 3.

1 DEum eſſe vnum, & omnipotentem, & immenſum, & infinitum, & omniſcium, & liberum, & prouidentem cunctis, omnis barbara, & efferata gens habet, vnde confiteatur: at hæc diſtinctè, & enucleatè nedum docere, ſed intelligere quis gloriabitur? Coruſcat (vt inde incipiam) è latere Dei cuncta creatis, omnipotentia: ſed quis percipere audeat quomodo huic, quæ poteſt omne poſſibile, cuius obiectum eſt, & dicitur, nulla interna vis nulla reſiſtit rerum, naturalis repugnãtia, non neceſſariarum concurſus cauſarum, aduerſatur, non naturæ reclamatio contradicit, non ipſum nihil, ſolum ad rerum creationem iter, & ab ipſo infinitè diſtans, repugnat; non indeterminatus rerum numerus reddit ancipitem; non ipſarum infinitas exhaurit, ſed in res infinitas immo in infinities infinitas, infinita, imperioſa, extendit manum imperij ſui, omnem rumpit aditum, nihil illi deuium, quantumuis arduum, omnia ſunt peruia, imò & ſunt obuia, ad manus habens cuncta poſſibilia. Emicat, & ſapientia oculus ille diuinus, lumen illud infinitum, omnia proſpiciens, omnia penetrans, non tantum in ea, quæ ſunt, ſed & in illa, quæ non ſunt, defigens obtutum, lucis ſuæ radijs futura præueniens, & ab æterno præuidens, anteq; ſint, non menſuram ſui, ab obiectis accipit; & tamen illis ſemper eſt conformis, non à rebus cognitis deſumit ſpecies, ipſarum infinitate non confunditur, intelligibilium altitudine non allucinatur, diſtantia non terretur, obſcuritate non implicatur, varietate non diſtrahitur, quæ obſcura ſunt clarificat, caliginem diſſipat, fugat tenebras, ſerenat omnia: quis audeat tam mira comprehendere? Effulget immẽſitas, immenſa Dei perfectio, cui acceptũ refert immenſus Deus, quod loco non circumſcriptus, nullis clauſus finibus, nullo impeditus obſtaculo, nõ excluſus, foris exiſtens, nõ incluſus, intus ſtans, nõ depreſſus, ſubter reſidens, nõ ſemotus, ſuper præſidens, omnia implet omnia penetrat; & quãuis Dei immenſitatẽ concipiamus, veluti infinitè diffuſam, ipſa tamẽ indiuiſibilis eſt, tota in omnibus rebus, tota in qualiter, quin in quouis puncto tota, ſicut & ipſe Deus, à quo re ipſa nullo modo diſtinguitur, redditque eum non ſolum indiuiſibiliter, ſed ex parte ſua, infinitè præſentem omnibus, nec multiplicatis ſpatijs, ſeu locis, nec ipſorum propinquitate, vel diſtãtia, ſiue intercapedine, aut cõtinuitate, fit vel multiplicatio indiuiſibilis præſentię, vel eiuſdem replicatio, aut diſſolutio, ſed eadem ſemper permanens, ita infinitè diffuſa, & infinita replet ſpacia, & ſecundum ſe totã, eſt in ſolo puncto. Nonne hæc ſupra captum ſunt, cognitionis creatæ? Aſſiſtit immobilis ipſa immutabilitas. Scio Deum eſſe immutabilẽ: nam cũ triplex genus mutationis in natura intellectuali excogitari poſſit, primum ſecũdum eſſe, quod videlicet ea ita ſit, vt poſſit eſſe, & nõ eſſe. Alterũ ſecundum accidens aliquod; quo pacto omnis creatura mutari poteſt, & eſt mutationi ſubiecta. Tertium propoſiti, & voluntatis, ſeu cognitionis, vt quod quis antea putabat verũ, deinde falſum iudicet, & quod antea facere decreuerat, poſtea nolit. Scio Deũ eſſe immutabilẽ ſecundũ eſſe: nã cũ ſit ens à ſe, ſummeq; neceſſariũ, non poteſt vllius productionis eſſe terminus, ſiue generatio illa dicatur,

Deſcribuntur pulchrè attributa Dei, & quã difficilè cognoſcantur Dei omnipotentia.

2 Dei ſapientia.

3 Dei immẽſitas.

4 Dei immutabilitas.

ſiuè creatio, ſiue alia huius generis productio; quę depēdentiā in ſe cōtineat, & actionem. Et cum idē non poſſit non eſſe, id enim imbibitur, in ente neceſſario, nō poteſt, eſſe corruptioni obnoxius, aliàs eſſet indifferens ad eſſe, & non eſſe, quod cum ratione entis ſummè neceſſarij, pugnat. Scio Deum eſſe immutabilem ſecundum accidentia: nam cum ſit ſummè ſimplex, & actus purus, non poteſt accidētibus ſubijci; ſic enim cum illis, quæ ſunt extra eius eſſentiam, coniunctus, faceret compoſitionē, & illā compoſitionē, quæ inter actū intercedit, & potētiā, quod nec cum ſimplicitate, nec cū ratione actus puri, poteſt conſiſtere, non poteſt igitur augeri, nec minui, quia non eſt quantus, non alterari, quia non eſt qualis, nō loco moueri, nec ſpacio vllo dilatari, vel ſtringi, quia eſt immenſus. Scio eſſe immutabilē in ſcientia, quia quamuis per ordinem ad res futuras, illa dicatur præſcientia, ad præteritas, & præſentes viſio, ad res poſſibiles ſciētia, quam dicunt, ſimplicis intelligentię, inuariabilis tamen, & immutabilis eſt ſcientia Dei, non ſolum illa ratione quia eſt ſubſtantia ipſius, idemque Deus, ſed etiam quia tunc ſcientia dicitur mutari, aut quando non ſcitur, quod ſciebatur, aut quando ſcitur oppoſitum. Sed hæc nō poſſunt cadere in intellectum diuinum, ad quem refertur omne intelligibile, & cuius infinita vis, eſt penetrare omne ſcibile, ſicuti eſt, pro qualibet differētia tēporis. Cumq; perſeueret ſemper idē fundamentū in obiecto, eadē virtus in intellectu, eadem perpetuò permanet in Deo ſciētia, inuariabilis, immutabilis.

5 *Mira de volūtate Dei.*

Scio eſſe immutabilē in volūtate, nā ſemper ſtat ſuis decretis, & ab ęterno ſtat, cū nulla admittat decreta in tēpore. Imò, quod eſt mirabilius, vnū; idemq; ſimplex, eſt ipſius æternum decretum, & tamē in obeundis tot, tamq; varijs muneribus multiplex. Vnico, eoque ſimpliciſſimo voluntatis actu, Deus amat, & odit, prædeſtinat, & reprobat, elegit ad gloriam, & ordinat ad pœnam, antecedente voluntate, vult omnes ſaluare, & conſequente impios perdere; permittit peccatum, & deteſtatur illud, intendit finem, & eligit media, vult efficaciter, & non ita, ſed ſufficienter; in diuerſa tendit obiecta, & in idem iuxta diuerſas temporis differentias; & quod omnem creatam ſuperat intelligentiam, meritòque vnum ex præcipuis diuinæ incompræhenſibilitatis myſterium eſt dicendum. Eodē voluntatis actu, cum liberè terminetur ad obiecta ad extra, poteſt velle, poteſt, & nolle vnū obiectum. Cumq; terminatus re ipſa ſit ad mundi creationē, cunctaque producta, ad quæ poterat non terminari, ſine vlla additione reali id factum ſit, ſine vlla mutationis nota: ſed immutabilis, inuariabilis, indiuiſibilis perſeuerans omnia complectitur; ſicut natura diuina, ſicut ipſe Deus. Explicemus hoc iterum, non vt cognitionem tanti myſterij aſſequamur: ſed vt ſaltem pars aliqua tantæ veritatis nobis hac via innoteſcat, veram, ſcilicet eius cognitionem eſſe, non cognoſci: & hoc vnum ex tanto myſterio percipi, & compręhendi poſſe, nimirum, quod infinitum ſit, & incomprehenſibile.

6 En iter patens ad incompręhēſibilitatem. Velle ſcilicet Dei, quod eſt infinitum, tum in genere entis, tum in ratione appetitus, idq; non per modum potentię, nec per modū actus inchoati, ſeu primi: ſed per modum perfectiſſimi, & vltimi actus, potenſque ex vi ſuę ſimpliciſſimę entitatis, quam totam neceſſariò habet, attingere omnia obiecta volibilia, vnumquodque ſecundum propriam rationem, & capa-

capacitatem: ita indiuiſibile, ac ſimpliciſſimum abſque vllo reali augumento, vel eius diminutione, velle omnia quæ vult, ſiuè neceſſariò, ſiue liberè ea velit. Cumque talis diuinę voluntatis actus appræhendatur, vt forma quædam, quæ ſecundum totam ſuam realitatem, neceſſariò eſt in Deo, ſeu eſt ipſe Deus; non neceſſariò tamen cõfert quaſi adæquatum effectum formalem, quem conferre poteſt, inordine ad extrinſeca obiecta: ſed eſt in manu, & poteſtate habentis talem actum, per illum tendere, vel non tendere in talia obiecta, & cum tendit, verè illa amat, & vult, nihil adeò plus habens, quàm ſi nonamaret nec vellet. Quis audiuit vnquam talia? Veluti ſi dicamus rationalitatem ſecundum ſe totam eſſe in homine, exhibendo prorſus omnem ſuam entitatem, & hominem non eſſe vndequaque rationalem, vel integram albedinis entitatem, eſſe in toto pariete, & illum non eſſe omni ex parte album; poſſeque poni aliquem effectum formalem in ſubiecto, qui poterat non eſſe, vel non exiſtere, qui poterat eſſe, abſque vllo reali augumento, vel diminutione ipſius formę. Qui poteſt capere

7 capiat. Tandem (vt alia attributa prætermittam) media inter illa ſtat ſedes, miſericordiæ, immo omnibus, Propheta teſte viuacior apparet, maieſtatem inter omnia retinens, ſeruanſque auctoritatem. Et quod caput eſt præ alijs cunctis perfectionibus diuinis fęlix in noſtram gratiam negotiatrix. *Quoniam melior eſt*, *dicebat Dauid Pſal. 62. miſericordia tua ſuper vitas*, Dei omnipotentiam ad cuncta creanda, & ad homines ſanctificandos, ipſa impulit. Quod igitur hæc rerum vniuerſitas de miſeria liberata nihili, hanc lucem intueatur, opus eſt miſericordiæ. Quod nos eruti de

Dei miſericordiæ.

Pſal. 62.

poteſtate tenebrarum, tranſlati ſimus in Dei lumen, & regnum, beneficium eſt miſericordiæ. Quod ſapientia Dei, res quæ in ſuis ideis erant inuiſibiles, ex illis, vt exemplaribus media creatione faceret viſibiles, ad earum imitationem velut ſupremus artifex operando, illi impoſitum eſt, à miſericordia. Vſum, vt ita dicam, immenſitatis diuinæ, & præſentiæ ignoraremus, niſi eſſet miſericordia: nam quamuis ex parte ſua, infinitam illa dicat præſentialitatem, cum hoc totum pertineat ad excellentiam Dei, nunquam tamen ex parte termini, eſſet per omnia diffuſa, nec Deus ratione illius conſtitueretur vbique, niſi machina hoc eſſet miſericordię? Infinitatis diuinę quomodo eſſet particeps creatura ratione vtens, dum 8
per gratiam, & gloriam, vel per hypoſtaticam vnionem, diuinę fit conſors naturæ, & ad dignitatem filiorum Dei, vel naturalem, vel adoptiuem euehitur, & extollitur, niſi his omnibus eandem infinitatem implicaret miſericordia? Quas horribiles non exerceret iras Deus, lęſus iniurijs; prouocatuſque hominum culpis, niſi ſopiret eas, vel moderaretur miſericordia? Nullum de diuinis attributis plurimis nec gratius, nec ita potens imperij, quemadmodum miſericordia; & tamen percontanti quidnam ſit diuina miſericordia. Veriſſime dices. Miſericordia eſt ipſiſſima iuſtitia Dei, imò & ira, ex eorum ſententia, qui iram ponunt in Deo, eadem eſt, & omnipotentia ſapientia, immenſitas, infinitas. Omniaque attributa vnum ſunt à parte rei, nullo nec realitatis, nec formalitatis, aut quouis alio, præter opus intellectus, diſcrimine interſe diſtincta. Et quod mirabilius eſt, & multa attributa, & vnum, & circa Deum exiſtentia, hoc enim

Miſericordia diuina applicat omnia Dei attributa ad operãdum pro nobis.

ed by Google

ſibi vult attributi nomen, & formaliſſimè ſunt ipſemet Deus. Qui vnus, & ſimplex in ſe exiſtens, dicitur eſſe tam multiplex. Quænam igitur lingua dicere, aut quis intellectus poteſt capere, niſi ſit di-
8 uinus, quid ſit Deus? Non eſt ſenex, & tamen dicitur antiquus dierum, non eſt iuuenis, & appellatur nouiſſimus, charitas eſt, immò ignis conſumens, & non ardens, iraſcitur, ſed ſine furore, hominibus ſuccenſet, & ſemper eſt tranquillus, eſt miſericors, & non compatitur, mutat opera, & non conſilium; eſt ſine quantitate magnus, ſine pulchritudine formoſus, ſine qualitate bonus, ſine accidentibus ſubſtantia, ſine habitu veſtitus, ſine anima vita, ſine tempore, nec ſucceſſione æternus, ſine loco vbique, & quis gloriabitur, ſe noſſe Deum? ſine limitibus eſt campus, ſine oris mare, ſine circumferentia circulus, vtrinque carens punctis, linea; abſque vllo termino, terminus: omnia Deus, & nihil omnium, Deus. Firmum igitur ſit, tunc propius nos accedere ad cognoſcendam quidditatem Dei, cum ipſum quid non ſit, explicamus, quod quidem ſequentia magis declarabunt, ac reddent manifeſtum.

Dei pulchra deſcriptio.

Deus negatione magis cognoſcitur, quàm affirmatione.

Cap. 4.

1 VVlgata eſt illa doctrina Theologis, cuius Princeps, & magiſter eſt S. Dionyſius Areopagita c. 1. de diuinis nomin. & c. 7. eiuſdẽ lib. & c. 3. & 5. de myſtica Theologia, duplicem ſcilicet eſſe theologiam quę circa Deum verſatur, quæ duplex poteſt dici ad eius cognitionẽ, via, altera quam dicunt ſymbolicam, altera, quam appellãt myſticam. Illa affirmãdo, ducit ad Dei notiam. dum artefacta docet, repręſentare eius ſapientiam, benè inſtructa, prouidentiam, fortia, potentiam, fragrantia, ſuauitatem, dulcia dulcedinem, pulchra, pulchritudinẽ, magnifica, maieſtatem, magna, immenſitatem; Hęc verò negando tendit ad idẽ, & veluti quæ in priori via poſsũt eſſe errata, corrigit; nõ eſt tamen, inquit, magnus Deus, ſicut magni dicũtur Cœli, nec maieſtatem retinet, ſicut Reges ſęculi, nec pulcher eſt, fœminarum inſtar, nec vt mel dulcis, nec tandem florum ſuauitas, aut maris fortitudo, vel ſapientia huius mundi, in eo reperitur. At quis dubitat hanc multum illi præſtare? nõ ſolum ea ratione, quia hæc illac ambulantibus, ne offendant, præmonſtrat viam, ſed etiam quia affirmatio, vt plurimum certo clauditur termino; negatio verò, limitem rebus non imponit. magis igitur eſt accomodata, inquirendæ Dei illimitati, & infiniti, cognitioni. Hinc eſt, quòd hanc tenuit
viam quisquis profeciſſe dicitur in cognitione Dei, negando ſcilicet quidquid à nobis, vel ſentitur, vel intelligitur de illa diuina ſubſtantia, Boetius de Trinitate negat, Deum eſſe ſubſtãtiã, quia nõ eſt talis, ſicut à nobis cõcipitur, Baſilius lib. 5. cõtra Eunomiũ, negat eſſe generationẽ in Deo, quia generatio nimirum Dei, eſt ſupra omnẽ nobis notã generationẽ. Auguſtinuus lib. 10. cõfeſſionũ cap. 10. omnia à Deo remouet, quæ ſunt in creaturis, quia nihil videtur habere commune cum ipſis, Idem lib. 5. de Trinitate cap. 10. in fine, ſentit vix poſſe aliquid propriè de Deo dici ore humano; nam illud ore pronunciamus, quod mente

Dionyſ. Areopag.

Deſcribitur Deus p negatione.

2 Patres viã negationis pręmõſtrãt vt magis ap tum ad cognoſcẽdum Deum.

Boetius.

Baſilius.

Auguſt.

te

Dionyſ. Areopag.

te concipimus, quod longè abeſt à perfectione Dei, Dionyſius Areopagita cap. 1. de diuinis nomin. & cap. 3. & 5. de myſtica theologia: inquit Deum omnia eſſe quæ ſunt, quod dictum veluti corrigens, & ad nobiliorem pergens cognitionem, ſubdit, & nihil eſſe eorum, quæ ſunt. Idem cap. 7. de diuinis nomin. ſapientiam, iuſtitiam, prouidentiam, & omnia huiuſmodi attributa hominum, quæ ex creaturis cognitis colliguntur, remouet à Deo, & per ignorationem quádam, per quam potius cogniſcimus quid Deus non ſit, quam quid ſit, de ipſo philoſophatur Damaſcenus lib. 5. de fide cap. 4. inquit, Deum eſſe, dilucidum eſt; quid autẽ ſit, incomprӕhenſibile id omninò eſt, atque ignotum: quod autem incorporeum eſt, perſpicuum. Quo pacto enim corpus fuerit, infinitum, interminatum, infiguratum; intangibile, inuiſibile, ſimplex, incompoſitum: ſemper per negationes, naturam illam diuinam explicans, ſubdenſque rationem, inquit, de Deo tamen ſecundum ſubſtantiam; dicere impoſſibile, conuenientiuſque de Deo longè eſt per omnium ablationem facere ſermonem, & tandem in hæc verba concludit orationem. *Infinita ergo diuinitas, & incomprehenſibilis, & hoc ſolum eius comprahenſibile, infinitas, & incomprahenſibilitas.* Sed

Damaſcen.

3 audiamus Scripturam ſuſpecta eſt enim mihi (magnus ille dicebat Theologus) omnis veritas, quam Scripturæ ſanctæ non probat auctoritas. Si voluamus ſacras paginas, videbimus, ad explicandam Dei naturam, & illius exprimenda attributa, negationibus eam vti, affirmatione ferè nunquam. Si percontaris de Dei æternitate, en tibi reſponſum. *Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit* Iſaiæ 43. *Anni tui non deficient* Pſalm. 101. ſi de immutabilitate? *Ego Deus, & non mutor*, Malach. 3. ſi de immenſitate? *Cæli Cælorum eum capere non poſſunt*, 2. Paralipom. 6. *Non in manufactis habitat templis, non longè eſt ab vnoquoque noſtrum* Act. 17. ſi de potentia? *Non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati* Eſther. 13. *Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum* Luc. 1. *Non eſt fortis ſicut Deus noſter* 1. Regum 2. ſi de iuſtitia? *Nunquid Deus ſupplantat iudicium?* Iob. 8. *Non Deus volens iniquitatem tu es* Pſalm. 5. *Non eſt acceptio perſonarum apud Deum*, Coloſſ. 3. ſi de opibus, & diuitijs regni ſui? *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*, Pſalm. 14. Et de ipſamet Dei eſſentia, naturaque diuina quomodo loquitur? *Non eſt ſimilis tui in Dijs Domine*, Pſalm. 85. *Non eſt alius præter te*, Iudith. 9. *Non æſtimabitur alius aduerſus eum*, Baruch. 3. *Non eſt Deus ſicut Deus noſter.* Exod. 8. Negationibus explicat 4

Sacra ſcriptura negatione vtitur ad cognoſcendũ Deum affirmatione ſerè nunquã.

Iſai. 43.
Pſal. 101.
Malach. 3.
2. Paral. 6.
Act. 17.
Eſther. 13.
Luc. 1.
1. Reg. 2.
Iob 8.
Pſal. 5.
Coloſſ. 3.
Pſal. 14.
Pſal. 85.
Iudith 9.
Baruch 3.
Exod. 8.

profunda Dei, quid non ſit docens, tamque familiares habet negationes cum de Deo loquitur ſermo diuinus, vt ſi quid quandoque affirmet, illudmet mox negando, & remouendo veluti corrigit, ad altiorem nos prouehens cognitionem, ſic Pſalm. 7. *Deus Iudex iuſtus, fortis, & patiens.* Sed quomodo hanc Dei iuſtitiam, fortitudinem, & patientiam explicat? audi ſequentia. *Nunquid iraſcitur per ſingulos dies.* Hoc eſt non iraſcitur per ſingulos dies, nam hæc per negationem, & non per interrogationem interpretantur Baſilius, Theodorus, Antiochenus, Theodoretus, & de noſtris Auguſtinus, ſed id parui ad ſenſum refert: nam vtrocumque modo legatur, ſententia eſt, Deum non aſſiduè iraſci, quæ eſt negatio præcedentem interpretans affirmationem de rectitudine diuini iudicij habetur Pſam. 91. *Rectus Dominus Deus noſter.* Quod ſi enucleatius vis hanc no-

Pſal. 7.

Si quid ſermo diuinus de Deo affirmat mox remouẽdo, & negãdo corrigit.

Pſal. 91.

noſcere rectitudinem, en tibi negatio illam explicans. *Et non eſt iniquitas in eo*, Pſalm.76. habetur, *Deus in ſancto via tua*, ideſt tu iter facis ſuper Cœlum, illic tuæ ſunt actiones, præſentia, manifeſtatio, virtus, gloria, & maieſtas. Quod ſi vis hæc, quæ ita remouentur ab oculis, veluti propinqua intueri, caligo tibi negationis obijcitur. *Quis Deus magnus ſicut Deus noſter*, conſidera nullum eſſe Deum illi ſimilem, & illa clara luce perſpicies. Pſalm.70. Vult annuntiare potentiam Dei, & iuſtitiam adeo ſublimem, vt ad eam pertingere nemo poſſit, illis verbis. *Potentiam tuam, & iuſtitiam tuam vſque in altiſſima quæ feciſti magnalia*, & vt ad compendium verba referat, per negationem illam annuntiat. *Deus quis ſimilis tibi?* hoc eſt ſunt tam magna, vt in ijs, nullus alius Deus eſt, qui tibi æquari poſſit Iob.36. loquitur de magnitudine Dei, quodque ſit omnibus perfectionibus cumulatus, *Ecce Deus magnus, vel* (vt 70. vertunt) *multus* ideſt omnibus numeris perfectus; ſed mox totum hoc negatione depingit. *Vincens ſcientiam noſtram*, ideſt ſua incompræhenſa magnitudine, longè ſuperat noſtram intelligentiam Iſa.45. *Deus iuſtus, & ſaluans*. Sed quod dicit de iuſtitia, ſeu fidelitate Dei, & de ſalute iuxta promiſſa exhibita, illa negatione declarat. *Non eſt præter me*, hoc eſt non eſt alius, in quo ſit poſita noſtra ſalus, qui ſimul poſſit, & illam futuram prænuntiare, quique eandem ſuo tempore, ſicut prædixit, re ipſa præſtare, niſi ſolus Deus Iſaiæ 55. Miſericordiam Dei prædicat, quod multus ſit ad ignoſcendum, & condonandum, ſed quomodo condonationes multiplicat? audi. *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ, neque viæ meæ, viæ veſtræ, dicit Dominus*, ideſt homines, vel ſemel vix condonant, in ſe peccanti: ſi verò bis, aut ter id quiſpiam faciat præter hominum naturam facere videbitur. Longè ab his moribus eſt Dominus: nam ſępeſępius vni eidemque homini indulget veniam modo deteſtetur ex animo, veterem vitam. Clementiam igitur, & miſericordiam Dei, dum vult Propheta depingere, ad illam negationem confugit, quod in miſerendo, & condonando, non imitator ſit hominum. Mos igitur ſacræ Scripturæ ad explicandam Dei naturam, diuinaque eius attributa, negationibus vti, vel affirmationibus, ſi quandoque illas adhibet, negationes ſubtexere, vt dilucidiorem tanti numinis cognitionẽ, quoad eius fieri poteſt, pro ſtatu iſto, nobis prębeat. Vbi in hac ſcientia ille magis proficit, qui clarius percipit, ſe in ea prorſus deficere. Huius doctri- 5
næ ſæpius à nobis traditæ, habemus ſymbolum in ſacris paginis, teſte Gregorio Nyſſeno in vita Moyſis pulcherimum, illudque præſertim cognitionis diuinæ expertibus, maxima admiratione dignum. Legimus enim Moyſem Exodi 3. Cum primum ad Dei notitiam eſt vocatus, illum in luce vidiſſe, eaque longè præſtantiori, quàm ſit ſolaris, quæ in medio, claroque die ſolet effulgere: tali enim coruſcabat ſplendore flamma ignis, qua rubus ardebat, & non comburebatur, thronuſque fuit tũc appoſitus, Deo loquenti. Elapſo tamen multo tempore, quando idem Propheta in hac cognitione videbatur grandæuus, tantumque in ea profecerat, vt de ipſo reperiatur ſcriptum Exod.33. *loquebatur autẽ Dominus ad Moyſem facie ad faciẽ, ſicut ſolet loqui homo ad amicũ ſuũ*. Hoc tamẽ nõ obſtãte, eodem lib. cap.24. In caliginem ſe ipſum prius intromittit, deinde in ea Deum proſpexit, quod primæ viſioni

Pſalm.76. — Pſal. 70. — Iob. 36. — Iſai.45. — Iſai. 55.

Symbolus totius doctrinæ explicatur in ſacra ſcriptura pulcherrimus.

Exod.3. Cur Moyſes vocatus ad Dei cognitionem prius illum videt in luce, deinde elapſo multo tempore in caligine.

Exod.33. — Exod. 24.

ſioni quodammodo videtur contrarium: nam tunc in luce, nunc in caligine, Deum videt, rerum ordini, & cognitionis progreſſibus, quos tantos fecerat in Dei notitia Propheta Sanctus, ſimul repugnans: cur ita? Reſpondet Gregorius Nyſſenus, cuius verba lubet referre. *Sed id quoque à ſerie analogici ſenſus abhorrere non putamus. Per hanc enim diuerſitatem hiſtoriæ, docemur, quod veritatis cognitio ijs lux eſt, à quibus primo percepta eſt, veritatis enim oppoſitum, tenebra eſt, cuius expulſio, niſi lucis præſentia ſit. Verum mens hominis ad maiora ſemper, & perfectiora procedens, quantò magis ad Dei ſpeculationem accedit, tantò magis perſpicit, quod diuina natura inuiſibilis, & incompræhenſibilis eſt. Nam cum reliquerit non ſolum omnia, quæ ſenſu percipiuntur, verum etiam cuncta, quæ mente inſpiciuntur, ac ſemper ad interiora progrediatur, tunc caligine vndique circumſeptus inuiſibili, & incompræhenſibili, Deum videt. In hoc enim conſiſtit Dei vera cognitio, in hoc eſt eius viſio, vt videns quod videri non poſſit, quod omnem cognitionem cognitio eius excedit, quaſi caligine quadam, ipſa incomprehenſibilitate vndique contenta. Quapropter diuinus etiam Ioannes, qui in ſplendidiſſimam caliginem hanc, peruenerat, non dubitauit exclamare. Deum vnquam vllus vidit, non ſolum hominibus, ſed intellectuali omni naturæ impoſſibilem, diuinæ ſubſtantiæ cognitionem hac negatione determinans.*

6 *Quare Moyſes etiam cum virtutibus maior factus fuit, tunc confitetur, in caligine Deum vidiſſe, tunc demum cognouiſſe illam eſſe diuinam naturam, quæ cognitionem, & comprahenſionem omnem excedit:* hæc Gregorius. Ex quibus illud deducitur memorabile, hominis, & hominis familiaritatem, maiorem gignere cognitionem at minus cognoſcere Deum, qui familiariſſimus eſt illi, is enim verè Deum cognoſcit, qui percipit nihil eorum eſſe Deum, quæ humana mens poteſt cognoſcere. Verſatus erat in Aula Dei, Elias Thesbytes annos plurimos, ita vt per antonomaſiam in ſacris paginis dicatur homo Dei, & tamen 3. Regum 19. ad oſtium ſpeluncæ ſubſtitit, ad quod egreſſus fuerat, in ſibilo illo auræ tenuis, diuinæ præſentiæ nuncij, & pallio circumducto, obuoluens faciem, ſic ſe accinxit, ad videndum Deum: nam vt erat aulicus oculatiſſimus, ſciebat nullo meliori medio videri, cui inſeruiebat, Principem, quam caligine, cęcitate, tenebris. Acceptum igitur ſatis eſt ex his quæ dicta hucuſque ſunt. Deum eſſe, illumq; eſſe vnum, immenſum, omniſcium, omnipotentem, liberum, prouidentem cunctis, diuerſis rationibus eſſe ignotum, & cognitum, dilucidum, & obſcurum. At Deum eſſe ſimul trinum, & vnum, quod ſit prorſus ignotũ, apertè docebunt ſequentia.

Greg. Nyſ. — cap. 1. — Minùs cognoſcit Deũ qui familiariſſimus eſt illi. — 4. Reg. 1. — 3. Reg. 19. — Deus videtur caligine cœcitate, & tenebris pulchra oſtēditur figura.

Nullum nobis à natura inſitum lumen ad cognoſcendum myſterium Trinitatis. Cap. 5.

1 Tanta eſt vnius, triniq; Dei celſitudo, tamque omnem naturæ ambitum, omnemque Angelicæ etiam mentis vim, captumq; excellit, vt meritò dum de huius agitur tam profundi myſterij cognitione, confitendum ſit cum Apoſtolo 1. ad Thimoth. 6. Deum lucem habitare inacceſſibilem. Nam quod inquiſitum, inueſtigatumq; compræhēndi non poteſt (ait Chryſoſt. homil. 3. de incōprehenſibili Dei natura) id eſſe incomprehenſibile dicimus: quod autem nec inueſtigandi quidem vllo pacto operā patitur, & ad quod nemo

1. Ad Thimoth. 6. — Quomodo Deus dicitur inhabitare lucem inacceſſibilem.

mo propius accedere poteſt, id inacceſſibile eſt. Nulla in hac rerũ vniuerſitate ſunt itinera, quibus ad hoc myſteriũ perueniatur, nulla exiſtunt veſtigia, quibus ducamur ad Dei vnitatem ſimul cum Trinitate intelligendam, imò nec Angelorũ volatus ad tantam altitudinẽ aſcẽdere, neq; aſpectum in tam arcanum myſteriũ contendere poteſt. Confitendũ igitur cum S. Paulo, cum de hoc agitur ænygmate, quod ſcilicet Deus ſit trinus, & vnus, lucem illum habitare inacceſſibilem, & exclamandũ cum

2 S. Auguſt. *O vna Trinitas! ò trina* August.
vnitas! Nam talis connexio tam ſingularis eſt, tãq; inaudita, vt non modo nullum habeat in tota hac rerum natura exemplum; ſed neq; excogitari poſſit quidquam ſimile. Quin etiam paradoxa hæc videntur, non modo pręter opinionem omniũ hominũ, ſed etiam Angelorũ, & ænigma ita obſcurum, hoc ſacrũ, & arcanum myſteriũ, vt nemo alius, quàm qui ænigmatis auctor fuit, id ſoluere poſſit. Et quis intellectus creatus ſi naturalibus tantũ mentis ſuę viribus, in illud ferretur, tanti miraculi difficultate obrutus pro impoſſibili non habuiſſet, neq; in hanc vnquam mentem incidiſſet, vt duo hæc diuina extrema, monadẽ, ſcilicet in natura, & triadem in perſonis, coniun-

3 ctà eſſe iudicaret. *O vna Trinitas! ò* Paradoxa de Trinitate.
trina vnitas! Trinitas, quę tota ſimul, vna maieſtas eſt, vna ſubſtãtia, par in omnipotentia, æqualis in gloria, cõcors, vel potius vna in voluntate, indiſcreta opera, inſeparabilis dilectione, ſimul potẽs omnia, ſimul cõtinẽs vniuerſa, ideò ſcriptura ſacra ſingulis aliquid perſonis per proprietatẽ vocis, aut operis aſſignat, vt nobis eiuſdẽ Trinitatis inſinuet veritatẽ, nõ tamẽ vt diuidat intellectus, quos diſtinguit auditus. Nam cũ vera vnitas, ac vera Trinitas, poſſit quidẽ aliquantũ, mente, fide duce ſentiri, ſed non poſſit ſimul ore proferri, nunquam intelligeretur eſſe Trinitas, ſi ſẽper, inſeparabiliter diceretur. Vnitas, quę licet ſit trina, non tamen eſt triplex, aut multiplex, ſed ſimplex. Vnitas, quã non aufert, nec diuidit Trinitas. Trinitas, quã non cõfundit vnitas, ſed vna, & eadẽ res, cum Trinitate perſiſtẽs; & perſonarũ inter ſe diſtinctionem admittit, & earundẽ cõiunctionẽ, ſine cõfuſione retinet.

O vna Trinitas, ò trina vnitas. In pro- 4
prietatibus Trinitas, in Maieſtate vnitas, relationum Trinitas; naturæ verò abſolutæ vnitas. Trinitas ſufficientiæ, vnitas ſubſtantiæ, origine Trinitas, ſimplicitate vnitas, Trinitas diſtincta, vnitas inſeparabilis, Trinitas non diuiſa, vnitas nõ compoſita; Tria vnum, vnum tria, cum ſumma ſimplicitate omnia; Tria ſuppoſita, vna tãtum eorum indiuidua, & ſimplex natura, diſtinctæ hypoſtaſes, ſed non ſeparatæ, coniunctæ, ſed non confuſæ. Et quis audeat capere tam arcanum Auguſtiſſimæ Trinitatis myſterium? nonne paradoxa de ipſa prædicantur, quæ ſuperant omnem captum. Quod Pater 5
ſit Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus, & tamen non tres Dij, ſed vnus Deus (Mirum) Dialecticę ratiocinationes faceſſunt, altius eſt omni argumentatione: Non enim ſic res ſe habet in hominibus, ac cęteris rebus creatis, inquit Auguſtinus in Pſalmo 68. ſerm. 1. Si enim quis quærat, quid ſit Pater Abrahã? Reſpondetur, homo; Rurſus quid ſit Filius eius Iſaac? Reſpondetur pariter, homo, eiuſdẽ ſubſtantiæ, ac eius Pater. Tandem quærenti quid ſit Abraham, & Iſaac, iuxta Dialecticas regulas, homines, reſpõdetur, nõ homo; non ſic autẽ in diuinis. De ſolo Patre interrogãti q̃d ſit? Reſpõdes, Deus. De ſolo Filio idẽ quęrẽti? Reſpõdes pariter Deus. Idipſũ de Spiritu ſãcto. De omnib. ſimul, nõ deos, ſed

ſed Deum ſemper reſpondes. Tamę eſt in diuinis ſubſtantiæ ſocietas, vt æqualitatem admittat, pluralitatem
6 non admittat; Myſteriũ omni intelligentia ſublimius, vbi datur natura cõmunis tribus, & tamen nullo modo multiplicabilis, nulla in eo diuerſitas, ſed perfecta vnitas, cũ tamen ita vnum illa ſit, vt nulla in ea ſit ſolitudo, nulla orbitas: ſed tres ſint in hac omnimodè vna natura, perſonæ. Vnde de ipſa ſimul poſſunt verè, illæ duæ propoſitiones affirmari. Tantum vnus eſt Deus. Et Deus non eſt tantùm vnus. Prior excludit deorum multitudinem. Poſterior omnem abijcit ab illa Trinitate, orbitatem, & ſolitudinem: illlus ſenſus eſt, non ſunt multi dij, hæc tantundem valet, ac ſi diceretur, Deus eſt vnus, & trinus. Quin etiam poteſt dici iuxta multorum placitum. Vnicus Deus: nam cum illud nomen, vnicus, cadat in Deum formaliter, quatenus Deus eſt, perſonarum non excludit conſortium, ſed Deorum. Item ſingularis Deus, ſic Lactantius lib. 4. cap. 29. & Sophronius in ſua epiſt. actio. 11. 6. Synodi. Et tamen non obſtante quod, Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, Spiritus ſanctus eſt Deus, verè dicimus vnum eſſe Deum. Tantum vnum eſſe Deum. Vnicum verè appellamus Deum, ſingularem Deum. Immo ſolum Patrem eſſe Deum ex Augnſtino 6. de Trinit. cap. 9. Dico melius Chriſtum ipſum Dominum, hæc doctrina videtur habere magiſtrum, & auctorẽ, qui Ioan. 17. cum Patre loquens, ait. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum.* Hoc eſt qui ita es verus Deus, vt nullus alius Deus à te ſit verus: ſed omnes commentitij, confictique Dei ſint. Sic exponit Baſilius 4. contra Eunom. ad ad finem, Cyrillus 10. Theſaur. c. 6. & recentiores complures.

Lactantius. Sophron. Auguſt. Ioan. 17. Baſilius. Cyrillus.

O vna Trinitas, ò Trina vnitas. 7
Omnia in hoc myſterio ſunt difficilia, omnia ardua, omnia ſublimia, omnia denique ſtupore plena. Inaudita in omni philoſophia ſunt hæc. En paradoxa ſequentia. Eſt illa diuina eſſentia prorſus ſigularis, & tamen tribus communicabilis. Eadem omninò res cum tribus perſonis, nulla penitus nec pertenui diſcrimine ab ipſis ſeparata; & tamen Pater totam ſuam eſſentiam communicat Filio, & non paternitatem, Pater, & Filius totam eſſentiam Spiritui ſancto, & non proprias relationes. Vnde illud vulgatum principium, & in tota rerum vniuerſitate acceptum. *Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe.* In diuinis deficit; nam relationes diuinæ ſunt idem re omninò cum eſſentia diuina, & tamen non ſunt idem inter ſe, ſed diſtinguuntur realiter, immò ſunt realiter oppoſitæ, ſed quamuis oppoſitæ, non tamen differentes, diſtinctæ, ſed non diuerſæ, diſcretæ, ſed non ſeparatæ, immo per circuminceſſionem ſemper coniunctæ, & inſeparabiles, ac in ſe inuicem exiſtentes, iuxta id quod ab Eccleſia canitur in laudibus feriæ ſecundæ in Patre totus filius, & totus in verbo Pater, & quis vnquam deſinat hæc mirari?

O vna Trinitas, ò Trinita vnitas. 8
In Patre tantùm reperitur potentia generatiua, ſicut illius ſolum eſt generare, non Filij, nec Spiritus ſancti. In Patre, & Filio, potentia ſpiratiua; nam illorum tantùm eſt ſpirare, non Spiritus ſancti; & tamen omnipotens Pater, omnipotẽs Filius, omnipotens Spiritus ſanctus, & conſequẽter ad æqualitatem potentes, iuxta illud Athanaſij in ſymbolo. *Sed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.* Et quamuis detur inter illas prima perſona

ita

ita producens, vt etiam ſit improducta. Duæ verò aliæ productæ: totum id tamen ſine actione producente, ſine cauſalitate, ſine efficiente, peragitur. Vnde nullum eſſe ibi dependens, nihil ibi cauſatum, & ſic Filius productus, non eſt aliud à Patre producente, ſed alius, & Spiritus ſanctus, nõ aliud à Patre, & Filio, ſed pariter alius. Hinc eſt, quod de qualibet verificantur perſona producta, quæ ſuperant omnem captum, perſonam ſcilicet productam in diuinis eſſe ab alio, quia eſt producta, totumque eſſe per productionem accipiens, & tamen eſſe à ſe: nam cum quælibet ſit Deus, & conſequenter ens neceſſarium: ipſumque eſſe per eſſentiam, ergo quælibet habet eſſe à ſe, quia repugnat eſſe Deum, & hæc omnia, & à ſe non habere eſſe, cum quo tamen ſtat, quod duæ perſonæ in diuinis
9 ſint ab alio. *O vna Trinitas, ò trina Vnitas*. In quo myſterio, Pater quia generat, dicitur Pater: niſi enim generaret, non eſſet Pater, & tamen niſi eſſet Pater, nõ eſſet perſona diſtincta à Filio, nec illum generare potens, ita vt vtrumlibet de prima perſona, ratione Paternitatis dici poſſit: eſt Pater quia generat, & generat, quia eſt Pater, nec prius potens generare quàm generet, nec prius extitit quàm potuit; immo nec prius Deus, quàm Pater, & genitor, cuius virtus generatiua, nec ante generationem fuit imperfecta, nec per generationem exhauſta, nec poſt generationem ſuperflua, ſed ab æterno genuit, & ſemper in æternitate generat, alium à ſe ipſo, & Deum, ſed non alium Deum; neq; ſe ipſum Deum, ſed eundem Deum; ita vt Pater ſit idem Deus cum Filio, & idem Deus, qui eſt Filius, & vna indiuidua ſit natura, eſſentiaque communis genitoris, & geniti: Deturq; in diuinis perſona verè genita, & tamẽ Deus, quæ non incipiat eſſe, & tamen Filius, quæ non ſit Pater, & tamen ſit idem Deus numero cum ipſo.

O vna Trinitas, ò trina vnitas.
Nec tàm citò deſinunt myſteria. 10
Pater eſt principium Filij, imò & totius principium Deitatis, & fons, inſuper, & Filij auctor; non tamen eſt cauſa Filij. Pater eſt principium Filij, attamen non eſt initium Filij. Filius eſt à Patre, vt à principio, non tamen eſt principatus ab illo. Filius totum id, quod eſt, habet à Patre, vt à principio, & tamen nõ admittitur illa propoſitio. Filius habet principium. Eſt Filius ab alio, quia genitus, eſt à ſe, quia Deus, ens neceſſarium ipſumque eſſe per eſſentiam. In Patre eſt principium productionum Filij, ſeu potentia generandi Filium, & tamen in ipſo non eſt potentia actiua, ſed quaſi actiua Filium generandi. Filium produci à Patre verè confitemur, & tamen non datur in Filio potentia non modo paſſiua, ſed nec quaſi paſſiua, vt producatur à Patre. Pater eſt prior origine Filio, Filius ſimul cum Patre prior origine Spiritu ſancto, & tamen in Symbolo canimus Fidei. *Et in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius, nihil maius, aut minus; ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales, ò vna Trinitas, ò Trina Vnitas.*

Tanta eſt ſublimitas huius my- 11
ſterij, tantaque illius præſtantia, & infinitus exceſſus, quo ſupra omne quod Deus non eſt, extollitur, vt ſi Seraphynus illuc volare contenderet, proprio alarum remigio, inceſſum id ageret, & deficeret. Firmum igitur ſit Deum Trinum, & vnum, lucem habitare inacceſſibilem: nam nec inueſtigari quidem poteſt, nedum comprehendi, ſed audiamus Scripturam ſacram.

Idem confirmatur auctoritatibus ſacræ Scripturæ. Cap. 6.

1 MIra coniunctio nec ſuo carēs myſterio, vt indè incipiam, eſt illa, quæ legitur Iſaiæ c. 6. vbi ſe vidiſſe Propheta narrat Dominū ſedentē in excelſo, & eminenti ſolio, cuius defluentes in Regia Maieſtate laciniæ, totum replebant templum, iuxta ſoliū, duo aſſiſtebant Seraphini, alternis vocibus diuinū illud triſagium iterantes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, cuius gloria impleuit terram. Huc uſque omnia, vt decet tanti numinis amplitudinem, & quod eius cultus eſt, & decoris, in veſtiū effuſione, in reuerentia, & promptitudine, tùm in ſitu partium corporis, tùm in ſoluendis diuinis laudibus, quàm Seraphini oſtendebant, ſatis abūdè habetur: ſed mirum eſt quod ſequitur. *Et domus repleta eſt fumo*. Quæ ſocietas, (vt cum Apoſtolo loquar) luci ad tenebras? quæ conuētio gloriæ ad denſum, & ad adglomerātem fumum? quæ pars ſplendori, gloriæ ſymbolo, & fido comite, cum caligine, illi prorſus oppoſita? Scio illo triſagio, ideſt, ſancti nomine, ter repetito, ſignificari ſacroſanctum Trinitatis myſterium; ita docent in illud caput Iſaiæ, Hieronymus, & Cyrillus, Baſilius lib. 5. de Spiritu ſancto, Dionyſius de Cœleſti Hierarchia cap. 7. Auguſt. de fide ad Petrum cap. 1. Athanaſ. de Incarnatione Verbi paulò ante medium, & de communi eſſentia, titulo. *Declaratio ſanctam Trinitatem ſedere in Throno excelſo*. Gregor. lib. 29. Moral. c. 16. Epiphanius in Ancorato, Damaſcenus in opere de Triſagio, Antonius Fernādius in viſiones veteris Teſtamenti viſione 10. Foretius, Gaſpar Sanctius, & recentiores paſſim in cap. 6. Iſaiæ. Scio etiam illa verba, *Plena eſt omnis terra gloria eius*; ſignificare teſte Hieronymo, in illum locum, & Athanaſio de Incarnatione Verbi, futuram Trinitatis notitiam, in omni terra, quod maximè contigit in lege gratiæ; cui expoſitioni conſonat illud Dauidicum Pſal. 84. *Veruntamen propè timentes eum ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra noſtra*. Hoc eſt vt exponit Ambroſius ſerm. 6. in Pſalm. 118. propè timentes eum eſt Aduentus Filij Dei in carne, ſplendor Patris, & figura ſubſtantiæ eius, Dei ſalutare in ſcripturis ſanctis ſæpè dictus, quo adueniente, inhabitabit gloria in terra noſtra: Nam tūc innoteſcet hominibus Dei maieſtas, tanti numinis amplitudo, & ſublimitas: nomina, inquam, illa Patris, Filij, & Spiritus ſancti, quæ gloriam Dei ita prædicant, vt nihil meliùs. Nam dici Regem ſæculorum, Dominum dominantium, Cœli, terræq; ſupremum opificem, tituli quidem ſunt, in quibus vtilitatem noſtrā potiùs cernimus, quàm dignitatem Dei, ipſiſq; adhuc nō exiſtētibus Deus ab æterno fuit Deus. At niſi eſſet Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, Deus nō eſſet Deus. Hinc eſt ꝙ Chriſtus volēs Matt. 11. honorare Patrē, ab illo incipit titulo, qui verè ad eius pertinet gloriā. Deinde ſubiungit aliū, propter nos, qui opinione inquam noſtra, magni videtur momenti: *Confiteor tibi Pater Domine, Cœli, & terræ*. Quodq; confirmat noſtram ſententiam, nota, quod non eſt legendum *Pater & Domine Cœli, &c.* ne vtrumque ad Cœlum, & terram, aut ad Chriſtum referri videatur. Item ne ſemper hæc duo coniuncta fuiſſe exiſtimemus, cum illud ad æternam eius gloriam pertineat; hoc autem in tempore conueniat. gloria igitur illius ſupremi Numinis eſt Pater, & Filius, quæ ad Trinitatem

Iſai. 6.

2 Declaratur viſio. Iſai. cap. 6.

Hieron.

Dionyſ. Areopag. Auguſt. Athan.

Gregorius. Epiphan. Damaſcen. Anton. Fernandius.

Foretius.

3

Pſal. 84.

Ambroſ.

Tunc Dei gloria, & maieſtas innotuit mūdo, quādo reuelatum fuit myſterium Trinitatis.

4 Matt. 11. Chriſtus quādo vult honorare Patrē quo titulo illam alloquitur.

tatem pertinent, & cum Trinitatis myſterium hominibus innotuit, Iſaia atteſtante, plena fuit omnis terra gloria Dei. Benè hucuſque dictum: Sed quid glorię cum fumo? qui illi eodem Propheta narrante ſuccedit: *& domus repleta eſt fumo.*

5 Sunt qui ſentiunt ſeriem rerum ibi prædici, quæ in lege gratiæ acciderunt, quando gloriæ atq; ſplendori ſucceſſit fumus, & caligo. Nã Euangelij luce, & Trinitatis fide, per totũ orbem diffuſa, quia Iudæi credere noluerunt, eorum templum impletũ eſt ignorãtię tenebris. En domus repleta fumo? Vel certè per fumũ, mõſtratur incendiũ eiuſdem Templi futurum: nam poſt duos, & quadraginta annos à Paſſione Domini, & Euãgelij promulgatione, Hieruſalẽ capta eſt, Templum ſuccenſum. En fumus, ignis, & incẽdij, comes, & aſſecla. Probabilia ſunt hæc: ſed obſtat, quod poſt cardinũ Templi concuſſionẽ, repletamq; domũ, vndanti fumo; in Tẽplo adhuc remanſit Deus, & Seraphinus ad Prophetam miſſus eſt, qui carbone, polluta mundaret labia. Quare placet magis Hieronymi ſententia, quæuè ad rem noſtram videtur redire, ſuper cap. 4. Iſaiæ ad illud, *Fumum, & ſplendorem ignis.* Vbi hęc etiam verba exponens, putat per fumũm, ipſam eandem Domini gloriam ſuperius dictam, ſignificari. Nec hoc inuſitatum eſt in ſacris litteris, vbi ſæpè nubes, caligo, fumus, tenebræ ſignificant, cum Deo tribuuntur, claritatem nimiam, iubar diuinum, lucem inacceſſam, qua oculi mortalium ſyderantur.

Nubes caligo. Fum⁹ cũ Deo tribuuntur ſignificant claritatem nimiam.

3. Reg. 8. Sic 3. Reg. 8. *Repleuerat gloria Domini domum, neque poterant miniſtrare Sacerdotes propter caliginem,*

2. Paral. 5. & 2. Paralyp. 5. *Repleta eſt domus nube,* & Salomon ibidem ait cap. 6. (Ibid. cap. 6.) *Dominus pollicitus eſt habitare in caligine,* & Exod. 20. (Exod. 20.) *Moyſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus.* & Pſalm. 17. *Inclinauit Cœlos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius.* Et Pſalm. 96. (Pſal. 96.) *Nubes, & caligo in circuitu eius.* Quod Diuus Paulus primo ad Timoth. 6. (1. Ad Timoth. 6.) expoſuit dicens. *Lucem habitat inacceſſibilem, quam nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt.* Et in viſione non valdè diſſimili, quæ eſt apud Ezechielem cap. 10. (Ezech. 10.) dicitur: *Et eleuata eſt gloria Domini, deſuper Cherub ad limen domus, & repleta eſt domus nube, & atrium repletum eſt ſplendore gloriæ Domini;* Si igitur caligo, & cætera huiuſmodi cum Deo tribuuntur, claritatem, & ſplendorem nimium ſignificant, ergo vbi hoc maximè videntur obſcura, ibi ſupra modum, lucem proferunt exuberantem. Quid igitur mirum, ſi Trinitatis imago, obiecta Prophetæ, myſterium inter diuina, luci diſſimum, ita vt nullum aliud eo ſit ſplendidius, per atrum, & adglomerantem fumum illuceſcat? Quo manuducimur ad intelligendum illam inacceſſibilem lucem Auguſtiſſimæ Trinitatis, ita perſtringere oculos noſtros, vt nihilo liberius intueri poſſint illam immenſam Dei gloriam, quam denſiſſimas tenebras, altamque caliginem, ſeu nubem atram. Quæ omnia paucis complexus eſt Iſaias cap. 6. Dum quod prius dixerat Dei gloriam totam replentem terram, poſtmodum atrum appellat fumum: quo dicitur repleta domus Domini, ſicque obſcuriſſimis tenebris offundens, quod eſt ſplendidiſſimum, maxima luce illuſtratum oſtendit, & prodit. Subſtituta enim pro luce, caligine, ineffabile nobis illud enarratur, & explicatur miraculum. Nam dum de diuinis agitur, eo maior, ac ſplendidior mentibus noſtris, lux illa ſe ſe ingerit, quo hæc obſcuritas magis creuerit. Lucidiſſimum

igitur

Lucidiſſimum Trinitatis myſterũ atro fumo ab Iſaia oſtenditur.

igitur Trinitatis myſterium, quodue eſt Dei exuberans gloria, atro fumo, iuxta ſacrarum litterarũ morem, ab Iſaia oſtenditur. Nec abs re eſſe videtur, quòd Seraphini adſtan-
7 tes alati, dum ſe ipſos iuuant, atque excitant ad laudandum Deum, atque illo triſagio, myſterium Trinitatis, in vna diuinitate demonſtrant, binis alis faciem ſedentis in Throno, biniſq; alijs pedes eiuſdem, obtegebant. Quo proferebant geſtu, arcanum illud, quod prædicabant, ita eſſe profundum, vt Seraphico etiam intellectui, ſi proprio nitatur lumine, capite, & pedibus carere videatur. Creatæ enim intelligentiæ iſta eſt vox. Quomodo vnus ſi tres perſonæ? Quomodo tres, ſi vnus eſt Deus? *Deus Trinus, & vnus.* Enigma tale eſt, *che non hà ne capo, ne piedi;* quod indicat Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Iſaiã Prophetam

Cur Seraphyni alati binis alis faciem ſedentis in throno, & binis alijs pedes, eiuſdẽ obtegebant.

Aenygma tale eſt myſterũ Trinitatis, vt nec caput videatur habere, nec pedes, vt vulgò dicitur.

Cyrill. Alex.

8 cap. 6. Adde quod Trinitatem illis tribus ſanctificationibus, Seraphinis inclamantibus, ipſa quoque Templi limina, & poſtes ingenti cõcuſſa motu, horrendum perſtrepuere. *Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce clamantis.* In quæ verba Chryſoſtomus tom. 1. homilia 2. in hanc viſionem Iſaiæ, ita inquit. *Atque interim me horror, ac tremor corripuit, huius cantilenæ gratia; & quid mirum, ſi me corripuit luteum, ac terrenum, cum etiam ipſas ſupernas virtutes ſemper maximus obtineat ſtupor, ea propter auertunt facies, alaſque vice murorum obijciunt; non ferentes radios illinc proficiſcentes, & tamen id, quod apparebat, ad noſtram imbecillitatem ſe ſe demittebat. Cur igitur non tulerunt? mihi iſta dicis? Dic iſtis, qui curioſe ſcrutantur ineffabilem, ac beatam naturam, his, qui audent, non audẽda; ipſa Seraphim ne demiſſionem quidem Dei ſuſtinuerunt intueri, & homo auſus eſt dicere, imò homo auſus eſt animo concipere, quod naturam ipſam ſummam poſſit ad plenum, clareque videre?* hæc Cryſoſtomus. vocat autem illam viſionem demiſſionem Dei. Nam totum, quod ibi videbatur, vel oculis, vel phantaſia, & quod audiebatur auribus, illis tribus ſanctificationibus celebratum, Imago erat Sanctiſſime Trinitatis, non Trinitas. Quod ſi ad obiectum ſimulacrum ſtupent, ac tremunt Seraphini, & intonantibus illis triſagium ſæpè dictum, ipſa quoque Templi limina graui motu concuſſa ſunt; quid de re in ſe ipſa, ſi obijceretur videnda? Mirabile factum; ſed 9
imitationem à poſteritate tulit, nam ſi apud Iſaiam cap. 6. concuſſa ſunt liminaria Templi à voce inclamantis, Trinitatis myſterium; apud Matth. cap. 17. ad idem Canticum Eccleſiæ columnę contremuerunt. Imò Petra illa, ſolidum, & firmum ipſius fundamentum, de qua ſcriptum eſt, Matth. 16. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Scindi videbatur. Vt enim ipſe, & ſocij Iacobus, & Ioannes in Monte Thabor vocem Patris audierunt, dicentis. *Hic eſt Filius meus dilectus,* noui myſterij reuelatione conterriti, & admiratione concuſſi, ceciderunt, & illimet ipſi, qui in mirificam Chriſti gloriam, & inſolentem ſplẽdorem, oculorum aciem recta, ac tuto direxerũt; quamuis facies eius lucem proferret exuberantem, ſolis inſtar, qua oculi mortalium cæcutiunt, immo Petrus alacriter dixerat. *Domine bonum eſt nos hic eſſe,* repentè cum vocem Patris audiunt qua ſibi filium eſſe teſtatur, ad reuelationem tam arcani myſterij, tacent, & conſternãtur; & veluti exanimes, timore ceciderũt, quin addit Euangeliſta. *Ceciderunt in faciem ſuam,* deſignantes illa occultatione faciei, præter timorem, quem caſu expreſſerant, intolerabilem oculis humanis, ſplendorem diuinæ maieſtatis,

Chryſoſt.

Matt. 16.

Diſcipuli in mõte Tabor ceciderũt in faciẽ ſuã, ad vocem Patris, quãuis imperterriti cõtẽplarentur ſplẽdentem faciem Chriſti, & cur ita?

ſtatis, tamque ſublimis myſterij, in quem qui recta dirigit mentis aciẽ, circumfuſa vndique tanta luce, ſuis ipſe offuſus tenebris, caligabit, iuxta illud Prouerb. 25. *Qui ſcrutator eſt Maieſtatis, opprimetur à gloria.*

Prou. 25.

10 Vbi in Hæbreo fonte, alia præterea legitur, vocula, quæ ſenſum verborum ad rem noſtram redeuntem, detegit, vt non tam de diuina maieſtate, vt vna eſt in eſſentia, quam de perſonarum Triuitate, ſermonem fieri admoneat. *Qui ſcrutatur eſt maieſtatis, ipſorum, opprimetur à gloria.* Quid ſibi vult *ipſorum*; diuinorum ſcilicet ſuppoſitorum, ac perſonarum; ipſorum, inquam ſcrutator, opprimetur quodammodo, & in obſcuram ignorationis abyſſum ob immenſam diuinorum fulgorum violentiam merſus, obruetur. Hoc metuebat Petrus: hoc metuebant Iacobus, & Ioannes in monte Thabor, non ſolis lucem, in Chriſti facie radiantem: nam illam fixis intuebantur oculis, miraque ſuauitate, quæ viſum eorum ſimul, & ani-
11 mum deliniebat. At ad vocem Patris, naturalem filium demonſtrantis, ceciderunt in faciem ſuam, veluti ſemianimes, tanti myſterij ſublimitate conterriti; vis audire ex ore ipſiuſmet Chriſti quã ſublime? Quãdo interrogauit Apoſtolos Matth. 16. *Vos autem quem eſſe dicitis*? Petro dicenti ſuam ſententiam, ſilentibus, haud dubium reliquis, & hęſitantibus, quid eſſent dicturi, *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*, quod reſponſum datum ab eodem? *Caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in Cœlis*. His autem nominibus (vt optimè animaduertit Burgenſis) homo, & humanum omne ſignificatur, quòd homo, carne potiſſimum, & ſanguine conſtare conſpiciatur, Phraſis in ſacris litteris ad modum frequens ſic Ioannis 1. *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis*. Sic ad Galatas 1. *Continuò non acquieui carni, & ſanguini*. Sic ad Epheſios 6. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem*, & alibi ſæpè. Caro igitur, & ſanguis, inquit Chriſtus Petro, non reuelauit tibi, ideſt, nec alius quilibet homo, te docuit, nec tu ipſe tua ſiue perſpicacia, ſicut induſtria aſſecutus es, vt nec adulatio, aut hominum quidquam ſugeſſerit, ſcilicet me eſſe Chriſtum Filium Dei viui, tam aperta quandoque fuit hominum adulatio, vt tribuerit hominibus laudes honoreſque diuinos: at nulla adulantium lingua ad hanc dandam pertigit laudem, vt aliquem prædicauerit, naturalem eſſe Filium Dei, ita vt in diuinis auſa ſit dicere, eſſe Patrem, & Filium, ac vtriuſque nexum: nam hæc filiatio tam ſublimis eſt gloriæ, vt ſuperet omnem captum, omnia vincat adulatoria verba, ac ita videtur rationi abſona, vt pluſquam adulatorij dedecoris habeatur, hominem appellare Filium Dei viui, & tamen Petrus rudis piſcator, verè Chriſtum ita eſſe prædicat. *Tu es Chriſtus Filius Dei viui, ſed caro, & ſanguis*, inquit Dominus, *non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in Cœlis*. Non proponendo tantum intellectui ſuo veritatem, ſed & firmum aſſenſum, fidemque in ſpirando, ita patefecit tibi, me filium ſuum homunſion, quem ſolus ipſe nouit. Res proinde momenti maximi, & eiuſmodi, vt idem Petrus, qui in fluctibus maris ambulauit, abſque huius myſterij, cœleſti reuelatione, & fide: etiamſi aliqua illius cognitio qualitercumque ei innotuiſſet, ſi naturalibus tantum mentis ſuæ viribus, in illud ferretur, in tantę abyſſi profundo, cognitionis veluti pedem ſiſtere, greſſumque figere, nullatenus potuiſſet. Memini me le- 12
giſſe apud Ezechielẽ cap. 47. viſionem

Matt. 16.

Ioan. 1.

Ad Galat. 1.

Epheſ. 6.

Nulla adulantiũ lingua ad hãc dandã peruenit laudẽ vt aliquem prædicauerit eſſe naturalem filium Dei.

Ezech. 47.

nem illam, de egreſſu aquarum, e templo, & de quadruplici earum redundantium incremento; ita vt primum comperta fuerit aqua, pertingere talos. Rurſum aſcẽdere vſq; ad genua. Tertiò renibus appropinquare. Deinde traijci non poſſe, quia nimirum intumuerunt aquæ. *Erãt enim deinceps, aquæ profundi torrentis, & aquę natationis*, (vt Hębreus ait) hoc eſt quas nando, oportebat ingredi. Scio Iudæos his incrementis aquarum, rerum ſuarum incrementa, ſignificari putaſſe. Sed quid nobis cum Iudæorum ſomnijs? Potius dicerem, repræſentari per illam viſionem, incrementa infortuniorũ, quæ magis, ac magis inundarunt in eorũ Rempublicam, vt tandem cõpulſi fuerint, in immenſum pelagus miſeriarum, quibus planè obruti, ac ſuffocati perierunt; ſed miſſa hæc faciamus, cum ex Sanctorum Patrum placitis, aquæ illę ſalientes à limine, & à latere Sãctuarij, ſignificẽt aquas Baptiſmi, à latere Chriſti promanãtes, dicendum potius eſt, earundem aquarum exuberãtiam, repręſentare Baptiſmum, & ex conſequenti Fidei Chriſti, quam in Baptiſmo confitemur, fęlicem toto orbe curſum, quẽ latè proſequitur Antonius Fernandus in hãc Ezechielis viſionem,

Explicatur viſio Ezechiel c. 47. iuxta multiplicẽ ſenſum.

13 quæ eſt ordine vigeſima. Vel vt alij ſentiunt, ſignificare poſſunt primi illi cubiti, infimum Chriſtianorum ordinem, qui incipientium appellatur quod minore gratiarum copia, perfunditur, nempè vſque ad talos, ideſt donec in ſolis mandatis Dei ambulant, vt Scriptura loqui ſolet. Alij mille, denotãt eos, qui ad præcepta Domini, etiam eius conſilia iungunt, ſed nondum ad perfectionem peruenerunt, & dici ſolẽt proficientes. Alij mille, indicant perfectos, quibus vſque ad lumbos, aqua circumfluit, hoc eſt tantum gratiæ accipiunt à Deo, vt perfectam vitam agere in Eccleſia poſſint, ac velint. Mille vltimi, Beatorum ſtatum deſignant, qui tranſnadari non poteſt, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus, ijs, qui diligunt illum. Statim igitur, cum in abyſſum gloriæ cœleſtis ingrediuntur, nando viuũt, nunc intellectum, nunc voluntatem extendentes, ad contemplationem, dilectionemque diuinæ pulchritudinis. Intumeſcunt enim ibi aquæ profundi torrentis, qui nõ poteſt modo vllo trãſuadari.

Sed appoſitè ad rem noſtram, co- 14
gnitio quidem, qua Deum eſſe natura duce cognoſcimus, aqua vſque ad talos rectè dici poteſt: nemo enim tam humilis, & abiectæ mentis eſt, qui Deum eſſe non aſſequatur; notitia verò qua non tantum Deum eſſe intelligimus; ſed vnum Deum omnipotentem, & ſempiternum, &c., vſque ad genua, & renes aſcendit: illuc enim, & non vlterius mortalium intellectus, quantumuis magna præditus ſapientia, peruenire tantummodo poteſt. Sed Trinitatis in Deo vno, cognitio, eſt torrens difficultatum, qui tranſuadari non poteſt, quoniam aquæ profunditate myſteriorũ exundantes, adeo intumeſcunt, vt humanus non queat intellectus emergere; etiam ipſius Petri, qui in fluctibus maris ambulauit: ſed oportet, vt & ipſe, & quilibet alius, eiuſdem Petri nauiculam aſcendat, ſi vult, proſpero fidei ſtamine, duci; & ad portum veritatis appellere. Nam caro, & ſanguis non reuelauit illi; ſed Pater qui eſt in

Figura ineffabilis myſterij Trinitatis.

Cœlis. Sed quamuis lucem illam 15
nec inueſtigare, nec inquirere poſſimus, cum ſit inacceſſibilis: lucis tamen velamen, ideſt tanti myſterij ignorationem explicare valemus, quod vt enucleatius fiat, cauſam adducemus capite ſequenti.

Tribus nominibus Deus trinus, & vnus eſt imperceptibilis. Cap. 7.

1 VErum ego cenſeo illud cuiuſdam Ethnici dictũ. *Nihil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poſſit*. At debet dari inquiſitioni locus, alioqui omnis nobis præcluditur via, tùm ad inueſtigandum, tùm multò magis ad comprǽhendendũ. Cum de hoc altiſſimo agitur Trinitatis myſterio, nulla ſunt in hac rerum vniuerſitate itinera, quibus ad hanc veritatem perueniatur: Nam quãuis in animis hominũ informatæ ſint Dei notiones, indidit enim ipſa natura anticipatas quaſdam diuinitatis cognitiones, vt nulla ſit tam barbara, tamque efferata gens, quæ non cognitũ, comprǽhenſumque animis habeat, eſſe aliquod numen præſtantiſſimæ mentis, quod dicimus Deum. At cum de illo nõ tantum vno, ſed etiam trino, ſermo eſt, omnis humana vis, imò omnis creatus deficit intellectus, nullus à natura nobis inſitus tanti myſterij radius, ita vt non modo nihil de Trinitate attingere, nihil cogitare, ſed neq; propoſita quidem ab alijs credere, abſq; lumine pręſidioq; diuino poſſimus. Et: quænam eſt creata intelligentia, quę poſſit aut fingere, aut adumbrare, vnam eſſe naturam, ſed triplicem hypoſtaſim, tres perſonas, vnũ Deum? Et vt ad cer-

Nulla ſunt in hac rerũ vniuerſitate itinera, quib peruenitur ad cognoſcendũ myſterium Trinitatis.

2 ta quædam capita omnis hic præſens noſter reducatur diſcurſus; tribus nominibus difficilis rei alicuius notitia redditur. Vel excellentia obiecti, vel imbecillitate potentiæ, vel tandem inopia ipſius medij. Omnia hæc ita ſemper, perpetuoque prę foribus adſtant, cum quærimus ad Trinitatem aditum, vt poſſimus cum Apoſtolo concludere, neminem, nec hominum, nec Angelorum, propius poſſe accedere ad tam arcanum myſterium, ſed lucem inhabitare inacceſſibilem.

Primũ caput quo dicitur ineffabile myſterium Trinitatis eſt excellentia obiecti.

Obiectum eſt ita ſublime, vt nõ modo quaslibet creatas; ſed cœteras omnes, quas in Deo cognoſcimus perfectiones, antecellat. Primum quia diuinarum omnium virtutum, atque excellentiarum, veluti ſumma quędã Trinitas eſt, vt egregiè animaduertit Ambroſius in caput primum Epiſtolæ 2. ad Corinthios, vbi paucis quidẽ verbis, ampliſſimam de ea protulit ſentẽtiam, & ſupremum, quod dici poterat, attigit. *Omnis*, inquit, *Perfectionis ſumma, in Trinitate conſiſtit*. Atq; huius quidem ſententię ratio eſt manifeſta: in ea enim cõtinetur eſſentia diuina, quæ vt ait Nazianzenus orat. 38. eſt pelagus quoddam immenſum, & interminatum perfectionũ, & cum ipſa eſſentia continetur vniuerſus attributarum illi perfectionũ cumulus, non ſemel tantummodò, ſed, vt ita dicam, tergeminus, tota ſiquidẽ eſſentia diuina cum ijs omnibus cõtinetur in Patre, tota cum ijs omnibus, in filio, & ea denique omnia, cum illa in Spiritu ſancto. 3

Ambroſ.

Greg. Naz.

Amplius noſtro modo intelligendi inter hanc ipſam cũ cęteris, quæ in Deo ſũt, excellẽtijs, ac perfectionibus, facta qualicũq; cõparatione cęterarũ, in reb⁹ etiã creatis participationes, & veluti quaſdã ſimilitudines inueniemus, quarũ indicio, naturalis intelligẽtiæ ductu, in nõnullã earũ notitiã (ſi ambiguã, atq; obſcurã, at certè verã nihilominus) inducamur; ſed & rationẽ ab ijs aliquam cũ creatis cõmunẽ, abſtrahere poſſumus, vt eſt ratio eſsẽtiæ, ſubſtãtiæ, ſpiritus, vitæ, ſapiẽtiæ, amoris, potẽtiæ, & ſimilium; quę certè ratio, & ſi vna penitus non ſit, aliquatenus tamẽ, & proportione quadã vna eſt, vt colligitur ex cap. 13. ſapiẽtiæ. *A magnitudine ſpeciei, & creaturæ, cognoſcibiliter, poterit creator horũ videri*, vbi 4

Sap. 13.

quod

quod nos *Cogniſcibiliter*, legim⁹; ſeptuaginta Interpretum verſio habet. *per proportionem*, vel vt alij träſferũt. *Per analogiã*, eo quod analogia quędã, & proportio ſit, creaturũ perfectionũ, ad diuinas, quas participãt, quantumlibet ea quidẽ per exigua, & imperfecta valdè ſit, imò de ipſa quoq; diuinitate id ſpeciatim aſſerit Paulus (quemadmodũ latius docuimus ſupra) cap. 1. epiſt. ad Romanã *Inuiſibilia*, inquiens, *ipſius, à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſẽpiterna quoq; eius virtus, & diuinitas.*

Rom. 1.

5 At enim diuinũ hoc Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium, adeo ſupra naturæ ordinem eleuatum eſt, atque hæc admiranda Triadis in perſonis, cũ monade in eſſentia, cõſpiratio, atq; coniunctio, tam ſupereminens eſt, ac ſublimis, vt nec ſit, nec eſſe poſſit vlla eius in reb⁹ creatis participatio, ſeu veſtigium aliquod, illius adiuuãs indagationem, imò ſi coniecturis agendũ eſſet, ex creaturis ſũptis; naturalis certè mẽtis acies perſpicaciſſima, atq; acerrimũ, integerrimumq; iudicium (vt cõmunis, ac verior Theologorũ fert ſententia) impoſſibilem huiuſmodi tam diuerſorũ, atq; vt videtur, diſparatorũ coniunctionẽ, ſibi perſuaderet.

6 Quomodo hoc Trinitatis myſterium antecellit omnes alias pfectiones diuinas.

Alio inſuper altitudinis gradu, hæc Sãctiſſimæ Trinitatis ſublimitas cęteras omnes, quas in Deo cognoſcimus perfectiones, antecellit: nam illarum nulla à Deo ſecludit eas imperfectiones, quas natura creata adeo ſibi affixas, & agnatas habet, vt nec ipſe Deus eas ſeiungere, & reuellere poſſit, naturam aliquam abſque his creando, quæ ſimpliciter ſit ſupernaturalis. Quemadmodum quod ſit omnis natura creata principium actionis à ſe diſtinctæ. Quod illa cum non ſit eius ſubſtantia, quoddam ſubſtantiæ attributum ſit, atque annexum, quod à Philoſophis accidens appellatur. Denique quod actio illa annexa, & accidentalis, ob natiuam ſuam imperfectionem, per ſe ſubſiſtere nequaquam poſſit. Vnde in ſubſtantia veluti in ſubiecto recipitur, ipſique nititur. Tres porrò iſtas imperfectiones, quæ rem creatam neceſſariò comitantur, nulla diuinarũ alia, à Deo remouet; præter hoc diuinum Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium, atque adeò ratione illius, diuina ſubſtantia; in ſupremo gradu, & ſupernaturalis eſſentiæ faſtigio, collocatur, omniumq; tùm earum, quæ conditæ ſunt, tùm earum, quę condi poſſunt, ſubſtantiarum, imperfectioni directè opponitur. Diuina ſiquidem natura in Patre æterno, principium eſt generationis, qua Filius gignitur, quæ quidem generatio, etſi à Patre, qui generat, ſit diſtincta, non tamen à natura diuina, quæ eſt in Patre principium generationis, ea etenim ob infinitam ſuam perfectionem, eadem res eſt cum Patre, qui generat, & cum Filio genito, & cum ipſa, qua gignitur, generatione; Et eodem modo quia diuina natura in Patre, & Filio, eſt principium Spiritus ſancti, qua Spiritus ſanctus producitur, & ſi ſanctus quidem Spiritus, & ſpiratio, quæ procedit à Patre, & Filio diſtinguantur, non tamen à natura diuina, quæ cum ſit principium generationis, & ſpirationis, quæ à ſe diſtinctæ non ſunt, ſed à Perſona diuina quæ generat, & ab his, quæ ſpirant, primam illam, quæ in rebus creatis eſt imperfectionem à Deo ſecludit. Et eadem ratione ſecundam, & tertiam; nam generatio Filij, & ſpiratio Spiritus ſancti, accidentia non ſunt, ſed perfectiones ſubſtantiales: vnde in diuina quidem natura non accipiuntur, tanquam in ſubiecto cui innitentur, aut à quo ſuſtineantur. Ex quo ſequitur diuinum hoc myſte-

rium, propter hanc ſpeciatim ratio-
nem, quæ in nulla diuinarum perfe-
ctionum inuenitur: non tantum ſu-
pra res omnes creatas in ſuperna-
turali ordine, caput (vt ſic dicam)
attollere, verum ſupra omnes etiam
alias perfectiones diuinas, vt Dei
altitudo iure optimo dici poſſit, &
7 debeat. Ac denique, vt cœtera alia
prætermittam, vnum dumtaxat hoc
loco addam, quo hoc myſterium di-
uinas alias excellentias antecellit.
Quod cæteræ, ſcilicet perfectiones
diuinæ, extra hoc ſpectatæ Sacra-
mentum, ſeipſas etiã non exæquant:
ſed in illo ſolo conſpectæ: eminent,
quãtumque poſſunt ſplendidiſſimè,
ac pleniſſimè eluceſcunt, atque in-
finitæ ſuæ præſtantiæ ſupremum (vt
ſic dicam) culmen exerunt; adeo vt
niſi in hoc myſterio cõſideratæ fo-
rent, ſuam altitudinem, atque emi-
nentiam, in eo gradu, in quo illam
obtinent, minimè demonſtrarent.
Fatẽtur certè omnes, & revera con-
ſtat, Deum, quia bonus eſt, ſui com-
municatiuum in primis eſſe: Cæte-
rum ſecluſo hoc myſterio, poterit
ne Deus optimus maximus opus
aliquod ſibi par extra ſe facere, ac
ſe totum alteri communicare?
Haud quamquam, maximu n enim
quod impertiri extra ſe, poteſt, eſt
vnio quam dicimus hypoſtaticam
humanitatis Chriſti, cum Filio Dei.
At hæc infinite adhuc inferior Deo
eſt, & ſi propter illam, communica-
tione idiomatum, (vt loquuntur
Theologi), homo ſit Deus, & Deus
homo. In hoc verò Sanctiſſimo Tri-
nitatis Sacramento infinitè com-
municatur Deus per intellectum
filio ſibi æquali, & tam bono atque
eſt Pater, vt ait Paulus ad Philip-
penſes 2. *Qui cum in forma Dei eſſet
non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe
æqualem Deo*. Communicatur etiã
Spiritui Sancto per voluntatem
tam bono, atque eſt Pater, & Filius.

Myſterium Trinitatis iure optimo Dei altitudo dicitur caput attollẽs ſupra omnes alias perfectiones diuinas.

Cæteræ perfectiones diuinæ ſpectatæ extra hoc myſterium ſe ipſas nõ exæquant.

Philip. 2.

Denique eſt communicatio, qua
Filio, & Spiritu ſancto, nihil minus
quam eadem eſſentia, ac natura
diuina, quæ eſt in Patre cum omni
perfectionum eius, & præſtantia-
rum cumulo; communicatur. De
diuina ſimiliter omnipotentia quid 8
dicemus? habet ne fortaſſe extra
ſe terminum aliquem non dico ſi-
bi parem, ſed non infinitè impa-
rem? profecto minimè. In hoc
verò myſterio, omnipotentia Dei
in Patre æterno, parem ſibi, &
æterno Patri, qui generat, termi-
num obtinet, hoc eſt filium ſuum
vnigenitum; Et omnipotentia quæ
in Patre eſt, ac filio ad ſpirandum,
& producẽdum Spiritum ſanctum,
parem vtriſque terminum habet,
ipſum videlicet Spiritum ſanctum.
Ad extremum diuina ipſa infini- 9
tas (vt cęteras ſpeciatim eius per-
fectiones non recenſeam.) In
quo alio eminet pręterquam in
hoc myſterio infinito? Quicquid
nimirum extra ſe ipſum creare po-
teſt Deus, terminatum eſt, & fini-
tum, hic vero, & ille qui produ-
cit, infinitus eſt, & productio quo-
que, atque is, qui producitur, ei
paria, & infinita. Infinitus eſt Pa-
ter genitor, infinita eſt generatio,
qua gignit, infinitus filius vnige-
nitus, & infinita generatio per quã
genitus. Infinitum ſimiliter eſt prin-
cipium, quod ſpirat; infinita ſpi-
ratio, qua ſpirat, infinitus Spiritus
ſanctus, qui ſpiratur, & infinita ſpi-
ratio, qua ſpiratur. Quid plura?
Lucifer, atque illius ſequaces Spi-
ritus, aduerſus Deum inſoleſcen-
tes, cum æquales ei fieri affectaſ-
ſent. *Ero ſimilis Altiſſimo*. Quoad
modum ſaltem, ſuam à ſe ipſis bea-
titudinem obtinendi, neque diui-
no eam beneficio, in bonorum 10
operum præmium acceptam refe-
rendi, quamuis ea procacitate,
ac ſuperbia contra Deum ſe ex-
tuliſ-

Luciferi ſuperbia, & arrogantia nunquã ad hoc peruenit, vt in hoc quod eſt triniſ, & vnum eſſe Deo exæquari ambierit.

Iſai. 14.

tuliſſent, tantam nihilominus de huius Sanctiſſimæ Trinitatis ſublimitate, opinionem retinuerunt, vt nec ipſa eorum ſuperbia, omnium maxima, eo aliquando arrogantiæ eos euexerit, vt in hoc, quod eſt trinum, ac vnum eſſe, Deo exæquari ambiuerint. Cumque eo inſaniç vanus, atque impudens eos tumor adegiſſet, vt rem adeo impoſſibilem, vt etiam Deo in beatitudinis obtinendæ ſimiles eſſe concupiſcerent, haudquaquam tamen ita in hac ſua elatione euanuerunt, vt de hoc quod eſt trinos, vnoſque fieri, vel lçuiſſimè cogitauerint. Tanta nimirùm, eſt altitudo, ac ſublimitas huius myſterij, vt eo contemplando, & innata Angelicæ perſpicacitas hçbetetur, & obſtinatæ voluntatis peruicacia, contentioque frangatur.

11 Mirũ Dionyſij Areopagitæ dictum de altitudine huius myſterij. Dionyſ. Areopag.

Sit tandem totius huius diſcurſus clauſula; illa Sancti Dionyſij cap. 1. de myſtica Theologia, auctoritas, qui tantum tribuendum putat huic myſterio, vt facta comparatione ſecundum noſtrum intelligendi modum, inter illud, & diuinitatem ipſam, talem ibi proferat ſententiam. *Trinitas, Eſſentia, Diuinitate, ac Bonitate ſuperior, ac præſtantior*. Et quis auderet hæc dicere, niſi prius Dionyſium Areopagitam citaret Authorem! cuius alia translatio habet; *Trinitas ſupereſſentialis, ſuper Deus, & ſuper optimè*; Nam quemadmodum mos eſt Patrum, & eiuſdem Dionyſij; præſertim illas rationes, quarum participationes ſunt in rebus creatis, vt eſſentiæ, ſubſtantiæ, ſpiritus, vitæ, ſapientiæ, Deo tribuere, cum particula ſupereminentiam quandam ſignificante. Deus eſt ſuperſubſtantia, ſupereſſentia, ſuper ſpiritus, ſuper vita, ſuper ſapientia. Ne quis inducatur ad ſentiendum, rationem ab his cum creatis, poſſe abſtrahi penitus vnam: Ita Sanctus Dionyſius, vt oſtendat, quod Trinitatis myſterium, etiam diuinitati, & cæteris prætereà diuinis excellentijs, antiſtet, Trinitatem appellat ſuper Deum. Et quamuis ſecundum noſtrum concipiendi modum, accipienda ſunt hæc; & ad normam eorum, quæ ſupra ſunt allata, reuocanda, ac præſertim quod loquutus ſit Sanctus Dionyſius de perfectione, quam extenſiuam Theologi nuncupant. Nam cum communis, & vera ſit in ſcholis ſententia, ſacriſque admodum Concilijs. Sanctiſque Patribus conſona, quod diuina, ſcilicet eſſentia, & natura, diuinas in ſe perſonas eſſentialiter non includat, quantumuis vna prorſus, & eadem cum illis res ſit, ita nimirùm innuit Concilium Toletanum 11. in confeſſione fidei, dicens. Quod Deus non dicitur ad aliud, ſed à ſe. Cumque aliundè conſtet, quod Perſonæ diuinæ eſſentiam in ſe ipſis includant, idque cum omni plenitudine, atque infinitate diuinarum perfectionum, neque ſemel tantummodò, ſed etiam tertiò, quia Pater totam in ſe includit, & totam ſimiliter in ſe Filius, & totã deniq; Spiritus ſanctus, negare quis poterit Sanctiſſimam Trinitatem ſecundum ſuam rationem, & expreſsè, & veluti extenſiuè, plures in ſe perfectiones continere, quam ſecundum ſe, & expreſsè contineat diuina eſſentia? Quidquid tamen ſit, maximæ Trinitati tribuitur laudi, quod de illa poſſit dici, & verè licuit Dionyſio Areopagitç dicere, Sanctiſſimam Trinitatem eſſe ſuper Deum, & diuinitate ſuperiorem, atque præſtantiorem; concinit Gregor. Nazianzen. orat. de ſtatu Epiſcop. vbi inquit Patrem diuinum debere eſſe principium diuinitatis in Filio,

12 (at "quamuis ſecundum noſtrum con-"); Conc. Tol. (at "ita nimirùm innuit Concilium To-"); Greg. Naz. (at "præſtantiorem; concinit Gregor.")

&

& Spiritu ſancto exiſtentis, ne eius Principatus paruus, indigus, mutilus habeatur do eius verba, in quibus admoneo ne mouearis, quod vocet Patrem, diuinam cauſam Filij, frequentiſſimum enim eſt apud Græcos nomine cauſæ, non aliud in diuinis ſignificare, quam nos Latini nomine principij ſignificamus: igitur eo loco, ait. Neque ita Chriſti amatores ſimus, vt non hoc obſeruemus, quod ſit Filius, cuius autem Filius erit, ſi non ad cauſam referat Patrem. Neque Patri Principatus, hoc eſt principij referat dignitatem, tanquam Patri, & genitori? Paruus enim, & indigus eſſet principatus, ſi non diuinitatis cauſa exiſteret, quæ in in Filio, & Spiritu ſancto contemplatione deprædenditur, En tanti myſterij ſublimitas, vt Patris excellentia infinita peteret, ne quid indignum, & mutilum haberet, principij eſſe diuinitatis in Filio, & Spiritu ſancto exiſtentis. Vide Baez tom.2.lib.11.cap.1.§.4. Baez.

Cum igitur nullus ſit vſpiam alibi, tàm ſublimis perfectionis apex, atque eſt ipſa diuinitas, in quo altitudinis faſtigio collocanda eſt ſanctiſſima Trinitas, quæ verè dicitur ipſa diuinitate ſuperior, atque præſtantior? ipſiuſque diuinitatis paternę veluti conſummatio, ſine qua Pater non eſſet Deus.

13 Secundum caput quo dicitur ineffabile hoc myſterium eſt creatæ intelligētiæ imbecilitas.

En tibi ſublimitas obiecti, quam conſequitur, neceſſariò createę intelligētiæ imbecillitas; altitudo .n. huius myſterij habet ex aduerſo profundum, profundum autem intelligunt Sanctus Dionyſius cap.9. de diuin. nominib. & Diu. Thomas lect.5. in tertium caput Epiſtolæ ad Epheſios, abyſſum, & pelagus infinitum diuinæ eius cognoſcibilitatis, & incompręhenſibilitatis, cui nobis reſpondent, obſcuritas tenebrę, & ignoratio: profundū verò, inquit Sanctus Dionyſius, eſt obſcuritas, & ignoratio, quę à rebus omnibus compręhendi non poteſt, & S. Thomas profundum, inquit, Dei incompręhenſibilitatem ſignificat, eique aptat verba illa Eccleſiaſt.7. *Alta profunditas, quis inueniet eam?* Illa enim lux inacceſſibilis, ita fulgens, & corruſcans, tam impar eſt oculis noſtris, vt videatur obſcura, non ſecus, atque humana acies, ſi intendatur in Solem, nimio ſplendore hebetatur, minus videt, malè videt, verſari videtur in tenebris, ex quo æquè verè qui lucem habitat inacceſſibilem, tenebras poſuiſſe dicitur, latibulum ſuum. Ad lucē hāc inacceſsibilem, ſicut ad Solem noctuæ omnes mortalium mentes cęcutiunt, & miſere hallucinantur, niſi in tanto lumine, vmbra aliqua cœleſtis obtendatur noſtris oculis, ſeù in tanta obſcuritate, dux adſit. Teſtatur hoc Gnoſticorum, & Manichæorum error, qui duos in deos, alterum boni, alterum mali, authorem impegerunt. Confirmat Vadianorum exemplum, qui ad membra neſcio, quæ humana peruenerunt, quorum etiam vſum, Deo neceſſarium, tribuebant. Documento ſunt Noetiani, atque Sabelliani, qui cęcutientes, vnam tantummodò perſonam inſpexerunt, quam diuerſis tamen dicebant appellari nominibus. Recordamur miſertimum Arrij naufragium, & ex eadem ſententia Aetium, Eunomium, Achatium, Maximinum, Felicianum, orbem penè terrarum vniuerſum, qui in perſona Filij, diuinitatem videre non potuerunt. Scimus Macedonium, qui contra Spiritum ſanctum, & aduerſo Spiritu ſancto vela ſolueret, in ſyrtes illas incidiſſe, in quibus dum tertiæ perſonæ fateri diuinitatem noluit, ſpiritum, ipſe, & corporis, animique vitam amiſit. 14

Errores tot Hæreticorum circa myſterium Trinitatis confirmant imbecillitatem creatæ intelligētiæ.

Sed

Digitized by Google

Sed quid ego cęcitatem, quid errores antiquorum enumero, qui in ea, turpiſſimos errores inducunt; quoniam Eccleſię ductu caruerunt? vtinam non ingens eorum numerus, quos ætate noſtra Trinitarios appellamus. Vtinam non bona Grecię pars ferre teſtimonium veriſſimū, & miſerrimū poſſet, quibus fuit idē diſcedere ab auctoritate Sedis Apoſtolicę, & malè ſentire de Trinitate, & ignorare fōtes, à quibus ſummus, ac diuinus ille ſpiritus procederet.

15 Compertum igitur ſit omnibus, Sāctiſſimę Trinitatis arcanū, tam lōgè intelligentiā humanam ſuperare, vt nullum flumen ingenij, nulla dicēdi copia, rationem tanti myſterij, complecti poſſe videatur. *Quo intellectu* inquit Aug. lib. 3. de Trin. c. 1. *Deum capit homo, qui ipſum intellectū ſuum, quo eum vult capere, nondum capit*, & tom. 3. ſerm. .... in princ. *inſane prius redi ad te, & tunc diſputa de illo, qui fecit me, & te, demonſtra mihi atq; explica parua iſta inferiora, & tunc tibi credam, poſſe te inueſtigare ſuperiora*. Quod ſi Auguſtino teſte impar eſt noſtra mētis acies, ad omnia diuina, quid ad Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium, ipſius diuinitatis faſtigium, atque culmen? Nihil tam ab humano intellectu remotum, quàm quod vna prorſus diuinitas in tribus hypoſtaſibus reperiatur. Nihil tam in Philoſophia inauditū, quàm quod geniti, & genitoris vna eademque omninò natura ſit. Nihil tam à ſenſibus alienum, quam diuinarū hypoſtaſeon citra confuſionē, & mixtionē intima coniunctio. Hic deficit humana vis, ſuamque profitetur imbecillitatem.

Auguſt.

16 Sed præter potentię imparitatē accedit ſumma medij inopia, quoniam omnis naturalis cognitio, qua Deū in hac vita cognoſcimus, originē trahit à cognitione rerū creatarum, vt patet tum ex Ariſtot. qui ſæpè docet omnem noſtri intellectus cognitionem, ortum habere à ſenſu, tum vel maximè ex illa Pauli auctoritate ſępius citata ad Rom. 1. *Inuiſibilia Dei à creatura mundi*, &c. Quomodo etiā Angelus ex rebus creatis, Deum naturaliter cognoſcit: ſed res creatæ non emanant à Deo, quatenus trinus in perſonis: ſed quatenus eſt vnus in eſſentia, eodemque modo ab eo emanarent ſi vnus eſſet in perſona, vt eum Philoſphi crediderunt, ac nunc ab eo in perſonis trino: ergo cum Sanctiſſimę Trinitatis myſterium, nullam habeat cum rebus creatis connexionem, ex ipſarum cognitione, non poteſt demonſtrari, niſi Deus vnus in eſſentia; non autem in perſonis trinus; & quemadmodum cęcus per odorem roſæ, in notitiam eius pulchritudinis, deuenire non poteſt, eo quod odor non à colore, & figura roſæ, in quibus pulchritudo eſt poſita, ſed à ſubſtantia emanat: ita homo, aut Angelus, ex notitia rerum creatarum, deuenire nequit in cognitionem Sanctiſſimæ Trinitatis: ſed ſolius eſſētię, eo quod res creatæ non à Deo, vt eſt trinus in perſonis: ſed vt vnus eſt in eſſētia, proficiſcantur. Et in hanc ſententiam interpretatur Athan. lib. de communi eſſentia Patris, Filij, & Spiritus Sancti illa verba Ioannis 1. *Mūdus per ipſum factus eſt*, loquens de Verbo, *& Mundus eum non cognouit*. Myſteriū, ſcilicet Trinitatis, ex creaturarum notitia non poſſe deduci. Cum igitur, & inopia medij, & potentiæ imbecillitas; & obiecti ſublimitas, ſimul concurrant ad præcludendam viam, ne hanc notitiam aſſequamur, ſequitur nec quæri poſſe, nec inueſtigari tantum myſterium: ſed omnibus nominibus eſſe inacceſſibile. At D. de Auguſt. lib. 1. de Trinit. de hoc eodē loquens, inquit. *Nec periculoſius erratur, nec laborioſius*

Tertiū caput quo dicitur ineffabile hoc myſterium ſumma medij inopia

ad id cognoſcendū.

Rom. 1.

Quare per ſcalam creaturarū, non poſſumus aſcendere ad cognitionē Trinitatis.

17

Ioan. 1.

Auguſt.

ſius quæritur, nec fructuoſius inuenitur. ergo, & quæri, & inueſtigari poteſt, & vberrimus ex inquiſitione, & inueſtigatione fructus nos poſſumus capere, ſed quomodo mox eſt explicandum.

Fides facit viam ad cognoſcendam Trinitatem.

Cap. 8.

1 SAtis ad rem noſtram redire videtur, quod legitur Canticorum 5. de capillis ſponſi (per quos communiter Sancti Doctores intelligunt arcana diuina) deueniens ibi ſponſa ad particularium membrorum ſponſi encomium, poſt generalem eiuſdem commẽdationẽ, exordiens à capite quòd inter membra reliqua, primum obtinet locum, & de eius loquens capilla mentis, cõparat ea cum palmarum comis ſublimibus, iuxta vulgatam interpretationem, vbi legitur. *Coma eius ſicut elatæ Palmarum, nigræ quaſi coruus*, Verum ex hebræo (vt Cyprianus Cyſterciẽſis, Almonacirius in Cãtica, & alij animaduertunt) hoc etiã ſenſu, illa ſponſæ verba, præclara ſignificatione vertuntur. *Coma eius ſicut Tiliæ, nigra, ſicut coruus*. Itaque ſponſi capillos, ſimiles eſſe ſponſa dicit palmę ſublimi, necnon Tiliæ, cuius eſt modica proceritas. Carere autem myſterio tam inſueta ſimilitudo minime poteſt, ſiquidem cum auri fulgore, vel ſolis radijs capillorum venuſtas, conferri, nõ cum palma, aut Tilia conſueuit. Cuius rei (vt interim de palma taceam) multiplex poteſt reddi ratio; nam vt ſcribit Plinius lib. 16. cap. 14. Tilia inter corticem, & lignum, tenues habet tunicas, multiplici membrana, e quibus vincula fiunt, quæ etiã Tiliæ vocantur, quarum tenuiſſimæ dicuntur Phylidæ coronarum, lemniſcis celebres, & ab antiquis in honore habitæ. Vnde Lyricus Poeta ad ſignificandum ſuo miniſtro, ſe tenui conuiuij apparatu, eſſe contentum, inquit.

Cant. 5.

Cyprianus Ciſterc. Almonac.

Plinius.

Perſicos odi puer apparatus,

Diſplicent nexæ, Phylidæ coronæ.

Sponſi igitur capilli, qui vt dixi, diuina myſteria ſignificãt, aſſimilãtur Tilijs, ex quib⁹ & vincula, & coronæ fiebant. Nã ſicut impij ſuo ingenito magis quã Deo acquieſcentes, ab his myſterijs tanquã vinculis prępediũtur, ne in illorũ cognitione progrediãtur, ita pij, & iuſti homines ab eiſdem arcanis, coronantur, Dei ſpiritui credentes. Sanctiſsimæ Trinitatis arcana: Vincula, & cõpedes fuerunt Gnoſticis, Manichęis, Noetianis, Sabellianis, Ario, Eunomio, Achatio, Trinitarijs, cęteriſq; hęreticis, quos ſupra recenſuimus; quibus ligati, miſſi ſunt in tenebras exteriores, quoniam curioſè, & inſolenter, illa perſcrutari voluerunt. At nos ab ijſdem coronabimur, ſi aſſentione, non diſputatione, ſubmiſſione, non ratione; in ijs tractandis, & contemplandis, opus eſſe intelligemus. Qua igitur pergemus via ad imperuia diuinitatis? Fide; quo lumine illuſtrati, Trinitatem inconfuſam, ac inſeparabilem vnitatem confitebimur? Fide. Quo auxilio quæ ad coniunctam, diſcretamque Theologiam ſpectant, omnibus intrepidè aſſentiemur? Fide. Fide, inquã, quę ita nos in altũ ſubuehit, vt quę de prima illa, ac puriſſima natura, humana ratio nõ percipit, mũdana Philoſophia nõ ſapit, ſingulari ipſius munere, comparemus. Hic de Trinitate tractãdi modus videtur ſecurus, cũ ſ. ſimpliciter, abſq; vel demonſtratione, vel exẽplo, veritas ex ſacra ſcriptura proponitur credẽda, qua 2

Cur capilli ſponſi aſſimilentur Tilijs.

Hoc arcano ſicut prępediuntur impij, & hæretici tanquã vinculis, ita coronantur Chriſti fideles.

Fides eſt via ad imperuia diuinitatis.

3

by Google

qua methodo vſus eſt S. Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta, qui Chriſti Aduentum, ac humanã redemptionem expoſiturus, neceſſitate quadã à Sanctiſſimæ Trinitatis declaratione exorſus eſt. *In principio erat Verbum, &c.* Ipſum audiamus.

Ioannes altiſsimè inter omnes Euangeliſtas loquitur de Trinitatis myſterio. Cap. 9.

1 Ioan. 1. *IN principio erat Verbum.* Verbũ, *Erat*, opponit Euangeliſta *creauit*, quo, Moyſes vtitur principio Geneſis, quaſi dicat, principio illo temporis, quo creauit Deus Cœlũ, & terram, non creauit, aut fecit Verbum, vna cum Cœlo, & terra, ſiuè mundo, ſed ipſum iam tunc erat: cũ Deus creare inciperet mundũ, ante mũdum, & res creatas omnes. *Erat*, ſubſiſtebat iam tunc, erat veraciter, & inuariabiliter ſubſiſtens, Verbum ſubſtantiuum, infinitæ Dei ſubſtantiæ, & immutabili exiſtentiæ ſignificandæ, maximè congruit, quod planè ex illis verbis Exod. 3. *Ego ſum qui ſum*, intelligitur, imò Deo proprium eſt eſſe, idque vt nulla certa ſpecie, ita nec vllo tempore definitum; quippè qui tempora omnia, & compræhendat, & ſuperet. Cæterũ, vt nequimus, niſi humano more de Deo loqui, ita non poſſumus verbo hoc vti, niſi cum temporis alicuius ſignificatione. Et ſolet quidem præſens tempus aptiſſimũ eſſe, ad ſignificandũ immutabilẽ, ſemperq; præſentem æternitatẽ, vt in hac, alijſq; ſimilibus propoſitionibus. *Antequã Abrahã fieret ego ſum.* Ioan. 8. ſed cõſultò Euangeliſta hic abſtinuit à præſenti tẽpore, vt non diceret. *In principio eſt Verbum*: ne intelligeres Verbum in principio cœpiſſe, nec ante principiũ fuiſſe, neq; minus cauit, ne diceret preterito perfecto. *In principio fuit Verbũ*, ne intelligeres Verbũ eſſe deſiſſe, quemadmodum noſtra ſimul atque ſonuerint verba: ſed ſtudioſè vſus eſt preterito imperfecto; quod cum ſit mediũ inter preteritũ, & præſens, docet ita fuiſſe in principio Verbũ, vt ante principiũ fuerit, & poſt, eſſe non deſinat. Quanquam poſterius hoc, quod poſt principium eſſe non deſinat, nõ tàm clarè ſignificetur vi vocis, quã intelligatur ex priori quod fuerit ante principium. Quod quidẽ prius diſertè hic ſignificatur ipſo, *erat*, quandam anteceſſionem notante particulam. *Iam*, in ſe incluſam habente. Perinde enim eſt. *In principio erat Verbũ*, ac ſi diceretur. *In principio iam erat Verbum*, non habuit principium, non cœpit eſſe, quia cum omnia, quæ principiũ habuere, eſſe cęperunt; iam ipſum erat. Ducit nos Verbũ, *erat*, vt Baſilius, ait, vſq; ad æternitatẽ, eoq; magis: nam cum quater poſitũ ſit ibi à Ioanne Verbũ, *erat*, *In principio erat Verbũ, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbũ, hoc erat in principio apud Deũ*; ſatis indicatur, Verbũ fuiſſe ante principiũ omnis durationis. Eſt autem quadruplex duratio, vna Aeui, quod eſt menſura durationis rerũ incorruptibiliũ. Altera eſt temporis continui, quale eſt tẽpus noſtrũ. Tertia eſt tẽporis (vt in ſcholis Theologorũ vocatur) diſcreti, quod eſt menſura operationũ Angelorũ. Quarta eſt tẽporis imaginarij, & cõmẽtitij. In quocũq; igitur principio iſtarũ quatuor durationum, Verbũ erat. Ecce quomodo illud, *erat*, ducit nos vſq; ad æternitatẽ. Hac porrò phraſi ſacris litteris familiari, qua Verbũ, ſeu ſapiẽtia dicitur ſubſtitiſſe ante omnẽ creaturã, plus ſignificatur, quàm dicitur: Nimirũ æternũ eſſe Verbum, quod nunquã cęperit, nunquã non fuerit, nunquã nõ futurũ ſit, & tandẽ nihil aliud, quã quod ſemper ſit ſignificat, ait Chryſoſtomus.

Margin notes: Exod. 3. — Cur Euangeliſta cum loquitur de æterna productione Verbi, vtitur verbo, erat. — 2 — Baſilius. — Quadruplex eſt duratio, & ante omnem iſtam erat verbum, & ideoloquẽs Ioannes de æterna productione verbi quater ponit verbũ, erat. — 3 — Chryſoſt.

mus. Nã quia non ſolet humanũ in-
genium, principiũ mundi, tẽporiſq;
tranſcẽdere, hominibus accomoda-
tè loquens ſcriptura, quod æternum
eſſe vult, in principio, ab initio, ante
Cœlum, & terram, ante mundum,
à conſtitutione mundi, ante tempo-
ra ſecularia, fuiſſe dicit. (*Verbum*)
quod paulò poſt verſ. 14. & 18. ip-
ſe Euangeliſta interpretatur Vni-
4 genitum Filium Dei. Vnde Chry-
ſoſtomus homil. 3. in Ioannem, &
Theophilactus aſſerunt, Euangeli-
ſtam non ſimpliciter verbum appel-
laſſe, ſed illud verbum, cum articuli
adiectione, à reliquis, ipſum hoc lo-
co ſeparans; Dei, haud dubium ver-
bum intelligens, neque enim ver-
bum poteſt non eſſe, alicuius ver-
bum; appellauit ſecundam perſo-
nam, *Verbum*, Euangeliſta, multas
ob rationes, prima, illa eſſe poteſt,
Greg. Naz. quam aſſignant Greg. Nazianz. ho-
Baſilius. mil. 4. de Theol. Baſilius, Theophi-
lactus, Euthimius, & alij in hęc, quæ
nunc explicamus, Ioannis verba,
Ambroſ. Ambroſius lib. 1. de fide c. 2. Chry-
ſoſt. homil. 2. in Ioannem Aretas in
Cur Ioãnes vocauit filiũ Dei Verbũ, pulchræ afferuntur rationes. cap. 19. Apocalypſis. *Verbum*, ita
fuiſſe vocatum Filium Dei, quod ſi-
ne vlla paſſione, ſine vlla corruptio-
ne à Patre procedat, ſicut ratio ex
animo, aut notia, ex ratione profici
ſcitur. Ad quod confirmandum
animaduerto poſtquam dixit Euã-
geliſta, *Verbum caro factum eſt*, quã-
do noſtras aſſumpſit paſſiones, vel
(vt Scholaſtuorum more loquar)
pro paſſiones, in ipſo eſſe cęperunt;
nuſquam præterea, toto (quod ma-
gnum eſt) Euangelio, Verbum no-
5 minaſſe. Secũda ratio, quam etiam
Gregorius Nazianzenus, & Baſilius
afferunt, quia ita ſe habet filius ad
Patrem, quemadmodum verbum
ad mentem, non ſolum propter ge-
nerationem paſſionis expertem: ſed
etiam ob multas alias rationes, quæ
paſſim, & à Patribus, & ab alijs ad-
ducũtur, nam quemadmodum ver-
bum hominis, eſt imago rei, quæ in-
telligitur, ſic verbum Patris, eſt ip-
ſius imago, quam, ſemetipſum intel-
lectione infinita compræhendens,
producit; & cum ſępè ita appelletur
in ſacris litteris, vt Sapiẽtię 7. *Ima-* Sap. 7.
go bonitatis illius, & ad Hebræos 1. Hebr. 1.
Splendor Patris, & figura ſubſtantiæ
eius. Ne inſcius quis, imaginem, exi-
ſtimaret mortuam, vt ſunt, quæ ſæpè
cernimus, ſimulachra, non ſolum
ſtatim addidit Ioannes, *vita erat*,
ſed etiam appellat Verbum, vt om-
nes intelligant nihil illi deeſſe ad
perfectam vitam, nec etiam loque-
lam; tantum enim abeſt, vt ſit imago
mortua, & muta, quod potius ſit, &
dicatur Verbum, & vita. Præterea
inquit Auguſt. lib. 15. de Trinitate Auguſt.
cap. 11. quod quemadmodum po-
teſt eſſe Verbum noſtrum, quod non
ſequatur opus: non poteſt autem
eſſe opus, niſi præcedat verbum; ſic
& verbum Dei, potuit eſſe nulla exi-
ſtẽte creatura, quemamodum, & ab
æterno fuit. Creatura verò nulla eſ-
ſe poteſt, niſi per ipſum, per quod
facta ſunt omnia. Ad hęc ſicut con-
ceptus noſter tandiu durat, quandiu
permanet intellectio, ſic & diuinum
verbum. In ſempiternum autẽ per-
manet Patris intellectio æterna, at-
que indiuiſibilis. In ſempiternum
quoque permanet verbum, quod
per illam producitur, & cum intel-
lectio patris perpetuò ſit in actu,
verbi quoque generatio, perpetuò
eſt in actu. Quo circa vera eſt hęc
enunciatio, Verbum ſemper gigni-
tur, ſiuè producitur. Hinc illud Mi-
cheę 5. *Egreſſus eius* Hebraicè. *Egreſ-* Mich. 5.
ſiones eius, ab initio à diebus æternita-
tis, vtitur enim vates numero multi-
tudinis, eo quod verbi generatio
ſempiterna eſt, coexiſtitque multis
durationibus noſtris, & Dauid Pro-
pheta loquens Pſalm. 44. de æterna Pſal. 44.
verbi productione iuxta ſententiam
Atha-

Digitized by Google

Athan. Tertull. Greg. Naz. Ambroſ. Cur verbũ æterni intellect⁹ lingua appelletur calamus.

Athanaſij, Tertulliani, Gregorij Nazianzeni, Ambroſij, Cyrilli, Caſſiodori, Ruperti, & aliorum Patrum ob eandem rationem verbum Calami illud appellat. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*. Cur ita? ſi lingua eſt, quomodo calamus ſcribentis? vel ſi calamus, quo pacto organum loquendi exiſtit? Certè in nobis lingua, differt à calamo etenim loquentes, verbum formamus, quod vix pronunciatum euaneſcit, ac verbum eſſe deſinit. Quos tamen calamus efformat characteres, permanent, conſiſtuntque. Cum ergo æterni intellectus lingua, non peruolans verbum, ſed longęua perſiſtens ęternitate, proferat, calamus iure nuncupatur. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*. Ad hoc etiam ſpectat, quod Auguſtinus docet eodem Pſalmo, vbi propter conſiſtentiam verbi diuini Spiritus ſanctus, inquit, ſcriptis maluit illud comparare quàm ſonis. Permanet igitur diuinum verbum, per omnem ęternitatem, ſicut, & diuina

7 intellectio. Sed cur cũ græcè, λόγος, habeatur, quod licet etiam transferre ſermo, oratio, ratio, definitio, atque hæc omnia etiam à veteribus Filio Dei adaptentur. Latinè tamen verbum dictum eſt? Reſpondet Auguſt. lib. 83. quęſtionum cap. 63. dici rectius. In principio erat verbum, quàm in principio erat ratio quia rationis nomen non deſignat proceſſionem à Deo, quàm vim tamen habet nomen, *Verbi*, verbum enim loquentis verbum eſt, quod Deo magis eſt proprium, cuius verbum ab ipſo procedit. Adde, rationem, reperiri in eo, qui adhuc non actu intelligit, at verbum non eſt; niſi in intelligentibus actu, quod maximè Deo conuenit. Tandem verbi vocabulum, cum nihil minus ſæpè ſignificet, alienius eſt à ſignificatione compoſitionis, quæ longè abeſt ab ea locutione, qua Deus apud ſe loquitur; quæ vnica, & ſimpliciſſima eſt. Cumque filius non multis verbis, rebuſque, ſed vna, ſimplici natura ſua, quicquid eſt in Patre, declaret; quia eſt ſplendor gloriç, & figura ſubſtantię eius, melius verbum, quam ſermo dicitur.

Cur Verbũ à Ioãne dicitur, non ſermo cum ex Græco ſermo, & oratio liceat transferri.

Sed quare Euangeliſta dixit ſimpliciter Verbum, & non potius Verbum Dei? 8 Reſpondent aliqui; ne nõ præceptum Dei, aut ſermo ad Prophetas habitus, intelligeretur; ſed aliquid per ſe ſubſiſtens. Solida reſponſio eſt, vocem, Dei; facilè ſuppleri, atque intelligi potuiſſe, ac debuiſſe, tum ex adiectione articuli, tum ex ijs, quæ ſubijciuntur.

Cur filium Dei appellauit Ioannes ſimpliciter (Verbum) non Verbũ Dei.

Quærunt tractatores Græci, cur Euangeliſta vſus ſit obſcuro, Verbi, nomine potius, quam claro, Filij, nec dixit apertè in principio, erat filius? 9 Reſpondet, ne quę irrepat ſuſpicio carnalis, aut temporalis generationis, ſic enim Euthymius ſecutus Chyſoſtomum, & Theophylactum, & D. Baſilius ſcribens in hoc Ioannis principium. *Si dixiſſet*, inquit, *in principio erat filius, vna cum filij appellatione, ſubijſſet animum ſuum, cogitatio de affectione, quoniam qua apud nos generant, tempore generant, & affectuosè generant*. Quod confirmari poteſt, eo quod perbelle animaduertit S. Thomas 4. contra gentes cap. 11. perpendens verba illa Pſalm. 109. *Ex vtero ante Luciferum genui te*. Transfertur igitur, inquit, *vterus*, qui ad perſonam pertinet matris, quæ eſt principium paſſiuum, ad perſonam patris in diuinis, quæ eſt principium actiuum, vt ſciamus Patrem modo eminentiſſimo, per ſolam virtutem actiuam pręſtare, & perfectiori modo quidquid per actiuam, & paſſiuam præſtatur in creatis. Et rectè quidem hi Patres. 10 Verum exiſtimo, & hoc etiam Ioannẽ cauere voluiſſe, ne mox inſti-

Euthym. Chryſoſt. Theophyl. Baſilius.

Thom.

Pſal. 109.

Cur vterus attribuitur Patri æterno.

In principio Euang. Ioãnes abſtinuit à verbo, Filius, ne offenderet Iudæos.

tio hiſtoriæ ſuæ, Iudæos offenderet, & à lectione reuocaret, qui filij nomen in diuinis oderant, qui blaſphemum, & vnitati Dei cōtrarium iudicabāt, agnoſcere Deum Patrē, & Deum filium. Quin potius ad fidem alliceret eos, verbi nomine, quod ſacris litteris non tantum non inſolens; ſed etiam conſentaneum eſt. Initio geneſeos tam clarè quam q; clariſſimè docetur, quòd Deus verbo ſuo creauit vniuerſa, reliqui deinde veteris teſtamenti libri paſſim vbique memorant Pſalm. 32. Legis. *Rectum eſt verbum Domini*. *Rurſus Verbo Domini Cœli firmati ſunt*, Pſalm. 106. *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos*, Pſalm. 108. *In æternum Domine verbum tuum permanet in Cœlo* Pſalm. 148. *Ipſe dixit, & facta ſunt*. Sacras igitur Scripturas imitatus, hic, Euangeliſta, Filium Dei nominauit Verbum (quod quidem ſolus ipſe inter omnes noui teſtamenti Auctores) quo facilius Iudæos ad fidem inuitaret.

Pſal. 32. Pſal. 106. Pſal. 108. Pſal. 148.

11 Declaratur quā multa complexus ſit Ioannes illis paucis verbis initio ſui Euāgelij.

In principio erat verbum. En Euangelica Aquila è Cœlis, ſublimi, feliciqúe volatu penetratis, edit tonitru, quale nunquam terra audierat, paucíſque complexus eſt multa. Aeternitatem Verbi, ſimplicitatem naturæ, perpetuam eius proceſſionem, proceſſionis modum, & rem (vt dicitur) acu initio tangens, primò aduerſarios verbo, iugulauit. Ebionem ſcilicet, & Cherintum, qui diuinitatem Chriſto detrahentes ante Mariam negabant extitiſſe. Sed audi ſequentia. *Et Verbum erat apud Deum*.

12 Hilarius.

Si in penetralia diuinitatis vis proprius accedere, Hilarius 2. de Trinit. animaduertit, Euangeliſtam per hęc verba negligenter audientes priora, corripere, & obiurgare, nam ſi ſententiam primam rudis auditor amiſerat. *In principio erat verbum*, de ſequenti quid quæritur? *Et verbum erat apud Deum*. Nam ſi verbum hoc apud Deum dicitur eſſe, ergo non eſt hoc verbum, ſicut verba noſtra prolata, demonſtrantur: Nam loquentium verbum, non eſt antequam loquuntur, & cum loquuti erunt, non erit. In eo autem ipſo quod loquuntur, dum finiunt, iam non erit, id vnde cœperunt: at dum de hoc verbo dicitur, quod erat in principio, & rurſum verbum erat apud Deum, eius æternitatem, & permanentiam ſignificat, & quod ſit indiuiſum ſemper à Deo.

Quot myſteria ſint abſcondita ſub illis verbis. Et verbū erat apud Deū.

Præterea, *apud Deum*, ſignificatur non eſſe verbum hoc, ſicut verbum quod locutus eſt Deus ad Prophetas, de quibus ſæpè dicitur. *Audite verbum Domini*. Hoc enim extra Dei ſubſtantia eſt, & creatum quid, finem, & principium habens. At verbum illud, quod apud Deum eſt, id eſt intra Dei ſubſtātiam, eſt ipſamet Dei natura, & ob id, apud Deum erat, ſic Ephiphanius Hæreſi 93.

Epiphan.

Sed tātum habent hęc verba myſteriorum, vt non omnibus committenda duxerim: ſed ijs qui ſciunt pandere:

13 Greg. Nyſ.

Greg. Niſſenus homilia de fide ad Simplicianum, inquit æqualitatem quandam verbi cum Deo, ipſo demonſtrare illud, *apud Deum*; ſignificat enim quod nihil deſit filio in cōparatione Patris, cum toto namque Deo, totum ſimul conſideratur verbum; nam ſi quid Deo deeſſet in ſua magnitudine, vt nō poſſet apud totum Deum eſſe, prorſus neceſſe eſſet, vt exiſtimaremus abſque verbo eſſe eam Dei partem, quæ verbo ſuperior eſt, ac maior. Baſilius Homil. in hæc verba, Cyrillus ſimiliter, & Theophilactus aiunt, hic haberi quandam diſtinctionem ab eo, apud quem erat; nemo enim rectè apud ſe eſſe dicitur. Vnde verbum diſtinctum eſt ab eo, apud quem eſt, non quidem diſtinctione ſubſtantię ſed perſonæ, ſeu hypoſtaſis. Quare abſtinuit; inquit idem auctor à præpoſi-

Baſilius. Cyrill. Theophyl.

Cur dixit apud Deũ, & non in Deo ſecus quãdo Verbũ appellat Filiũ: nam vtitur præpoſitione (in) Hilarius.

poſitione. *In*, nec dixit verbum erat in Deo, ne verbum eodem modo eſſe in Deo intelligeres, quo, conceptio humani animi, eſt in intellectu ipſius, ideſt accidens in ſubiecto. Nec enim ſe fefellerat ruſticum (ſic enim appellat Hilarius lib. 2. de Trinitate Ioannem Euangeliſtã) quid eſſet inter eſſe ineſſe, & adeſſe, momenti. Id enim, quod in principio erat non in altero prędicatur eſſe, ſed cum altero: nam vbi periculum non eſt confundendarum hypoſtaſeon, ſeu perſonarum, vtpotè vbi filij, aut vnigeniti nomine vtitur, non abhorret Euangeliſta à præpoſitione. *In*: ſic Ioannes cap. 14 *neſcitis quia ego in Patre, & Pater in me eſt?* & cap. 1. *vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit nobis*. Et quamuis de attributis diuinis quandoque hic idem modus loquendi in ſacra Scriptura affirmetur, vt eſt illud Pſal. 129. *Apud Dominum miſericordia*, &c. quæ nec hypoſtatim ſecum afferunt, nec perſonalitate diſtinguuntur à Deo, cui tribuuntur, nuſquam tamen legimus Deum eſſe in miſericordia, vel in omnipotentia, vel tandem apud illa. At de hoc verbo reperimus ſcriptum, ita eſſe apud Deum, vt etiam legamus Patrem eſſe in ipſo, quæ omnia, & diſtinctionem perſonarum, & earundem circumincesſionem ſignificant. Tertullianus aduerſus praxeam, conſiderauit, hæc eadem verba oſtendere processionem filij à Patre, & poſterioritatem originis reſpectu ipſius: nam cum nuſquam legamus Patrem eſſe apud filium at contra ſcriptum ſit, filium eſſe, vel manere apud Patrẽ, tanquam apud auctorem ſuum fuiſſe, (vt loquitur Hilarius) quamuis nunc ab eo verbo prudenter abſtineamus, & ipſius loco vtamur nomine principij, à quo filius procedit, & habet originem. Et ad hæc magis confirmanda, Nota, cum dixiſſet Ioannes, *verbum erat apud Deum*, in græco poſuiſſe articulum, *apud illum Deum*, vt intelligeremus, Patrem, & Deum, à quo verbum procedit: non enim intelligi poteſt, nec originis, nec proceſſionis ordo, niſi perſonarum ſupponatur diſtinctio. Quando autem dixit, *Deus erat verbum*, vt naturam intelligi ſignificaret, non perſonam, ſtudioſe omittit articulum. Hæc omnia ſenſu arcaniore his paucis verbis continẽtur. *Et verbum erat apud Deum*.

Ioan. 14.

14

Pſal. 129.

15

Tertull.

Ordo originis diſtinctio Perſonarum vnitas naturæ, & multa alia ſignificãtur his verbis Ioãnis.

Hilarius.

16 Quæ tantorum Patrum auctoritate clareſcunt. *Et Deus erat verbum*, ϗ θεος ἦν ο λογος, *Deus erat illud Verbum*. Articulus græcè additus nomini λογος non nomini, θεος, docet; *Deus*, in hac propoſitione, prædicati locum tenere: *Verbum*, ſubiecti, & conſtruendum eſſe, *Verbum erat Deus*, nam Euangeliſta elegantia quadam Hæbraici ſermonis ductus, gaudet theſim ſubſequentem inchoare, ab ea voce, quæ fuerit poſtrema præcedentis, quemadmodũ, & in ſequentibus. *In ipſo vita erat, & vita erat lux hominis, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprahenderunt*. Semper ex proximo membro ſumitur gradus ſequentis.

17 Cum primò igitur illo axiomate (ſiue theſim aut concluſionem malis appellare) *In principio erat Verbum*, docuiſſet Euangeliſta Verbum ſubſiſtere, & quidem ab æterno. Secundo illo, *& Verbum erat apud Deum*, aſſeruit ita ſubſiſtere, vt ex Deo quidem ſit, & conſentaneum Deo, differens tamen perſona. Tertiò iſto axiomate. *Et Deus erat Verbum*, docet eiuſdem naturæ eſſe cum Deo, ex quo eſt, adeoque etiam Deum. Itaque poſt manifeſtatas perſonas duas, oſtendit deitatem, & ſubſtantiam vnam, *Verbum erat Deus*, non minus ſcilicet quam ille, apud quẽ erat, ideſt eiuſdem cum illo naturæ,

18 alius quidem perſona: ſed non aliud, at vnum, & idem natura, ideſt vnus cum illo ſimpliciſſimus Deus.

Ambroſ.

Omnes hæreſes hoc breui capitulo Ioannes excluſit.

Omnes hæreſes, inquit Ambroſius lib. 1. de fide cap. 5. *hoc capitulo breui, piſcator noſter, excluſit, quod enim erat in principio non includitur tempore, non principio præuenitur, ergo Arius conticeſcat. Quod autem erat apud Deum, non commiſtione confunditur, ſed manentis Verbi apud Deum ſolida perfectione diſtinguitur, vt Sabellius obmuteſcat: & Deus erat Verbum: non ergo in prolatione ſermonis hoc Verbum eſt, ſed in illa cæleſtis deſignatione virtutis, vt confutetur Fotinus* · hæc Ambroſius.

19 Cur Ioannes ab antiquitate Verbi, & quaſi à qualitate ipſius, non à ſubſtãtia ſumpſit exordium.

Cur autem Euangeliſta ab antiquitate Verbi, & quaſi à quadam qualitate ipſius, potius, quàm à ſubſtantia incępit; illa ratio reddi poteſt, quia notiores erant veritates iſtæ. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, quã illa ſola conſiderata. *Verbum erat Deus*. Ratio naturalis quodammodo eam aſſequitur ſententiam. *In principio erat Verbum*, non ita facilè illam. *Et Verbum erat apud Deum*, & minus *Verbum erat Deus*, ſi ſingulæ per ſe conſiderentur, nec ſolum notior eſt præcedens, quàm ſubſequens; ſed per præcedentem, ſequens etiam probatur, ſi enim Verbum in principio erat, & omnia præceſſit, ſequitur qnod erat apud Deum, apud alium enim eſſe non potuit, quia nihil extra Deum erat: Si autem in principio erat, & apud Deum erat, infertur quod erat Deus: Nihil enim intra Deum eſſe poteſt, quod ſit alterius naturæ: ſed neceſſe eſt Deum ipſum eſſe. Ex notioribus igitur nos ducit ad ignotiora, ad cognoſcendam, ſcilicet naturam diuinam Verbi, & eandem numero cum Patre, quam ex præcedentium notitia, ſic manifeſtatam 20

Ex vnitate potentiæ, probat Ioãnes Filium eſſe æqualẽ Patri.

rurſus confirmat ex vnitate potentiæ, vtriuſque. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt*. Quod autem vna hinc colligatur potentia, nulli dubium, ſi conferatur hic locus Ioannis cum illo Iſaiæ cap. 44. vbi loquens Dominus de hac eadem creatione, inquit. *Ego Dominus faciens omnia, extendens Cœlos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum*:

Iſai. 44.

Obiectio contra dicta.

quomodo conueniunt vnus, & alter locus: ſi extendit Cœlos ſolus, ſi ſtabiliuit terram, ſi fecit omnia, & nullus ſecum quo pacto idem Dominus, per Verbum omnia fecit? Adde quod Prouerb. 6. eadem Sapientia increata latè explicat, qui cum Deo fecerit omnia.

Prou. 6.

Quando præparabat Cœlos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat Abyſſos, &c. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens: Si aderat Summo Artifici omnia fabricanti, hæc Sapientia. Verbum à Ioanne dicta, quomodo Dominus extẽdebat Cœlos ſolus? 21 Scio ex eo vt animaduertit Benedictus Arias Montanus in illum locum Iſaiæ, immenſitatem ſuam Deum declarare. Quod extremum, hoc eſt ſupremum Cœlum, cum cæteris huius ambitu, contentis orbibus, tanquam pellem, vel cortinam in eam, quam obtinet, formam, ſolus ipſe extendens aſſeruerit. Nullus enim quiſquam velum, aut pellem, aut veſtem, aut quidquam aliud, vltra brachiorum ſuorum ſpacium pertendere valet, quid quid enim præterea ſupererit, vel ineptè plicabitur, vel temere vltro pendebit, niſi alio quoquam aſcito, qui ex altera extremi parte, extenſionem adiuuet. Quod ſi id, quod velandum fuerit, ingentis eſſe contingat molis, non modo

plures manus, compluraque brachia adhiberi oportet; verum multorum oculorum perſpicacem diligentiam quorum proſpectione prouideatur, ne quid malè hęreat: ne rugas, aut plicos, aliqua ex parte cõtrahi accidat. Cuius adiumento nihil ſibi opus fuiſſe Deus ait, vtpotè cuius brachia, & mundum complecti poſſent, & vltra mundum etiã in immenſum pertineant ſpacium; necnõ cuius oculi vno obtutu omnia perſpiciant. Optimè quidem. Id non inficior. Sed adhuc non habemus vnde à contradictione ſacram ſcripturam vindicemus, pugnantia enim videtur loqui: *Ego Dominus faciens omnia, extendens Cœlos ſolus ſtabiliens terram, & nullus mecum, & omnia per Verbum facta ſunt, & ſine, ipſo factum eſt nihil*. Niſi dicamus vnam, & indiuiduam Patris, & filij eſſe potentiam, cumque ſit vna, non ſufficit ſubſtantiua multiplicare nomina: ſed vnus dicendus eſt opifex, vnus conditor, vnus ſolus creator, quamuis Pater per Verbum ſuum creauerit omnia. *Omnia per ipſum facta ſunt, omnia*, huius vocis ſignificatio, non eſt pluſquam par eſt, extendenda quemadmodum faciebat Macedonius ita argumentans, omnia per ipſum facta ſunt, ergo Spiritus ſanctus factus eſt, nam vox, omnia, concludit vniuerſa, & ſic Spiritus Sancti diuinitatem tollere adnitebatur. Nam per *omnia* intelligenda ſunt vniuerſa quæ ſunt facta, dicuntur autem illa omnia facta, quæ ſunt extra facientem.

22 Solutio.

23

Confunduntur hæretici per hæc verba Ioannis.

At Spiritus ſanctus eſt ex parte facientis, opera enim Trinitatis ſunt indiuiſa. Nec tandem eſt arctanda, vel ad ſenſibilia tantum, quemadmodum ſentiebat Heracleon Valentini familiaris, aſſerens Verbum ſenſibilium tantum eſſe factorem; vel ad inuiſibilia, quod dixerunt Manichæi, & alij etiam, quorum meminit Irenæus lib. 3. contra hæreſes cap. 11. quos omnes hæreticos, Ioannes ipſa Verbi ſignificatione conuincit. *Omnia per ipſum facta ſunt*. At quidquid extra Deum factorem, factum eſt, & ab ipſo per Verbum factum eſt, quid moror? Paulus ad Coloſſ. 1. affert quæ huic conuenit voci, debitam ſignificationem, dum de hoc ipſo Verbo loquens ait, *in ipſo condita ſunt vniuerſa in Cœlis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt*, Vbi pro in ipſo græcè eſt εἰς αὐτὸν, ideſt in ipſum puta ad ipſius gloriam creata ſunt omnia, ita Vatablus, ergo Verbum, omnium vltimus finis, ergo Deus, vel, *in ipſo*, quod ex Græco etiam verti poteſt, vt ſic ſignificetur immenſitas filij, & quod ſit vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, adeo vt extra ſe nihil creare, vel agere poſſit: ſed omnia, quæ creat, & agit, in ſe ipſo creat, & agat.

Coloſſ. 1.

Hinc colligere licet quantum à verò aberrauerunt Ariani, qui putantes illam particulam, per, à Ioanne poſitam. *Omnia per ipſum facta ſunt*, miniſterium denotare, & inſtrumentum; affirmarunt filium minorem eſſe Patre, cum Diuus Paulus eodem contextu, vbi, inquit, omnia per Verbum fuiſſe condita, ſubdat, quæ pertinent, & ad primam cauſalitatem Verbi, & ad eiuſdem immenſitatem, quæ quidem niſi in ipſum ſolum Deum poſſunt conuenire, & idem Apoſtolus prima ad Corint. primo de Patre loquens, hac etiam vtitur particula. *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in conſortium filij eius*, ergo nullam hæc vox diuinitati affert præiudicium, & poteſt eadem affirma-

24 Vnitas naturæ cũ diſtinctione Perſonæ Filij a Perſona Patris probatur optimè à Ioanne.

1. Cor. 1.

ri de filio, ſalua eius cum patre æqualitate: 25 loquitur autem tali pacto Ioannes. *Omnia per ipſum facta ſunt*, non ſine myſterio, nam quamuis vnica ſit actio, qua Pater, & filius creant, cum vnica ſit vtriuſque eſſentia, virtus, & potentia, hoc tamen eſt diſcriminis, quod licet vnica ſit eſſentia, & virtus in vtroſque, tamen filius habet à Patre eſſentiam, & virtutem, ita quamuis vnica eſt actio, qua vterque creat, filius tamen habet à Patre, quod creet, ſicut habet virtutem, & eſſentiam, qua creat, creare ergo Patrem per filium, eſt Patrem vna cum filio creare: ſed communicando filio eſſentiam, & virtutem, qua vna cum ipſo Patre creat.

26 Quod totum paucis illis complexus eſt verbis Chryſoſtomus. *Per ipſum*, inquit, *hoc loco nulla alia ponitur gratia, quam ne ingenitum quis ſuſpicaretur filium, & ſine ipſo factum eſt nihil*, ne putates commodam diſtributionem ſignificatam vocula, *omnia*, nimirum plurima, aut pleraque omnia, quod dixerat affirmando, ac numero plurali, maioris confirmationis gratia, repetit, exponitque negando, ac numero ſingulari. Nihil eorum, quæ facta ſunt ſine ipſo factum eſt, nulla res facta, quæ facta ſit ſine ipſo, ſeu quæ non facta ſit per ipſum, nihil ergo excipiendum docet Euangeliſta ex iis, quæ facta ſunt, quod non ſit factum per Verbum Dei, non poteſtates cœleſtes, aliaue inuiſibilia, non materiam primam, non viſibilia minoris conditionis; huiuſmodi enim excepta fuere à veteribus, ſiue Philoſophis, ſiue hæreticis, nominatim Manichæis, ſtatuentibus duo principia, vnum bonum, alterum malum, vnum ſpiritualium ſubſtantiarum, alterum corporatarum; ſine exceptione ſunt omnia, inquit, Hilarius lib. 2. de Trinitate, & nihil quod extra ſit, derelinquitur, *ſine ipſo*, ſocietatem ſignificat (*ſine*) *piſcator*, (ita alloquitur Euangeliſtam Hilarius) *rediaiſti auctorem, cum ſocium profeſſus es*, eſt enim quaſi diceret Euangeliſta, & ſine Verbo nihil factum eſt à Deo; vnde intelligi poſſit per præcedens, non eſſe ſignificatiuum miniſterij; coniunguntur enim, & Deus, & Verbum, qui fecit, & per quod fecit, ita vt duæ perſonæ ſociæ, & æquales, æqualis inquam potentiæ declarentur.

Chryſoſt.

Hilarius. Ioannem Euāgeliſtā piſcatorem appellat.

Quod ſi vis rurſus veluti clarâ luce hæc omnia intueri, audi Ioannem expoſitorem Ioannis, imò Chriſtum Dominum hæc eadem commentantem verba apud cap. 5. eiuſdem Euangeliſtæ, vbi ita loquitur. *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor, & non poteſt filius facere quidquam niſi quod viderit Patrem facientem, quæcumque enim ille facit, & filius ſimiliter facit.* Ponderenda ſunt ſingula verba; æqualitas Patris cum filio demonſtratur illis verbis, *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*, quod magis eluceſcit ex Chryſoſtomo Homil. 37. in hæc verba Ioannis, vbi inquit, quando pro Diſcipulis reſpondet Iudæorum cõlerunlis, dum reprehēdebantur à Phariſæis, quod ſpicas euellebant in ſabbato, Dauid teſtimonio vtitur, qui pariter erat ſeruus, nunquid legiſtis, inquit, quid fecerit Dauid quando eſuriuit? Pro ſe vero dum calumniatur, quod hominem ſanum fecerit in Sabbato ad Patrem confugit, cui ſe in omnibus ſimilem indicat: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*: 27 Ioan 5.

Pulchrè Chryſoſt. pbat æqualitatē Filij cum Patre ex verbis Ioan. 5. Luc. 6.

28 quod autem id præſtet virtute accepta à Patre per generationem, probatur illis verbis: *Non poteſt Filius à ſe facere quidquam, non poteſt à*

ſe,

ſe, &c. ideſt virtute non accepta ab alio, ſic enim ſunt exponenda hæc verba, non quemadmodum quidã recentiores, non poteſt à ſe facere quidquam, ideſt non poteſt ſolus facere quidquam, quod non eſt verum: nam ſi id ſignificaret. *Non poteſt à ſe facere quidquam.* Pater etiam diceretur non poſſe à ſe facere quidquam, quia etiam non ſolus facit, ſed cum Filio, Filius ergo à ſe non facit quidquam, quia virtute accepta à Patre, facit. Verum cum dixerit, *Non poteſt à ſe facere quidquam*, ne putaret quis Filium eſſe Inſtrumentum Patris, ſubdit, *Niſi quod viderit Patrem facientem*, operatur cum Patre, & à Patre, videns tamen: & ſciens quod operatur, ſicut & Pater: ergo non inſtrumentum. Imò voluit his verbis, ita ſe Patri natura coniunctum oſtendere, vt tamen diſtinctum eſſe, ſignificaret; coniunctum oſtendit, cum dicit ſe facere non poſſe, niſi quod facit Pater, diſtinctum, cum dicit, *Niſi quod viderit Patrem facientem*, Item ne quis putet aliam eſſe Patris, aliã Filij actionem dicitur. *Quod videt Patrem facientem.* Non autem quod videt feciſſe. Præterea non dicit, viderit Patrem volentẽ, ſed facientem, quo ſignificatur, non ſolum cõformitas Chriſti cum Dei Patris voluntate; ſed etiã vnitas operationis, vt quod facit Filius, ſimul etiam facit Pater, & rurſus id dicitur, vt vnum, idemque intelligas opus fieri ſimul à Patre, & Filio.

Vnitas naturæ cū diſtinctione perſonæ Filij à perſona Patris, probatur optimè à Ioanne.

29

30 Adde nõ eſſe dictum nihil facit, ſed nihil poteſt facere, ad ſignificandum neceſſitatem vnius, & indiuiduę operationis, procedentis ex vna, & indiuidua virtute, & eſſentia. Nec illud non poteſt facere eſt impotentia: ſed ſumma potentia, & firmum ſuæ diuinitatis argumẽtum. Nam ſi Deus non eſſet, poſſet profectò aliquid facere, quod Deus facere non pòteſt: poſſet peccare, poſſet mentiri, poſſet ſe ipſum negare. At quemadmodum hæc non poſſe facere, ſicut non poſſe mori, non poſſe corrumpi, non poſſe annihilari, non eſt impotentiæ, ſed omnipotentia; ita Filium non poſſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem faciẽtem, ſumma eſt eius potentia, non autem impotentia.

Filium non poſſe facere quidquã ſine Patre nõ dicit im potentiam, ſed neceſſitatē vnius indiuiduæ actionis cū ſumma potentia.

31 Quia id non aliud eſt, quam eandem, & vnam habere cum Patre potentiam, vt nihil poſſit fieri ab vno, quod pariter non ſit ab altero, & ſic à Patre procedere, & accipere, vt ſit ei æqualis, & ab illo inſeparabilis. Verum quia prius non erat dictum expreſsè, omnia quę facit Pater, facit Filius, ſed Filium non poſſe facere quidquã, niſi quod viderit Patrem facientem, propterea ſubdit: *Quæcumque ille facit, hæc & Filius ſimiliter facit*; ad declarandum omnia cum Patre facere.

32 Præterea prius non expreſſerat modum, potuiſſetque aliquis dicere, vel ſicut Ariani dixerunt. Pater vt cauſa principalis, Filius vt miniſter operatur, vel ſaltem ille vt cauſa prima, hic vt cauſa ſecunda; totum hoc remouens dicit. *Similiter facit*, ideſt eadem potentia, eadem virtute, & maieſtate operatur, qua Pater, hoc enim aduerbium. *Similiter*, non tantum copulam, ſed etiam æqualitatem ſignificat, vt eadem virtute, & maieſtate operentur. Nec huic obſtat, quod Pater à ſe, Filius à Patre habet potentiam, & eſſentiam, nam eadem eſt in vtroque. In quo confutantur etiam Ariani; nam non dicitur quæcumque operatur Pater ſimilia operatur Filius; ſed hæc (ſimiliter operatur Filius) vt animaduertit Auguſt. tract. 13. in Ioannem. Eadem operatio, idem opus, idem operandi modus eſt vtriuſque.

Filius non ſolum facit omnia quæ facit Pater, ſed etiã eodem modo quo patet ex verbis Ioannis.

Auguſt.

Conuin-

Conuincuntur hac etiam generalitate. *Quæcumque facit Pater hoc & Filius ſimiliter facit*. Nam ſi filius à Patre eſſet factus, iam non quæcumque facit Pater, faceret filius, cum idem ſe ipſum facere non
33 poſſit. Vide Athanaſium in diſputatione cum Ario in Concilio Niceno. Cuius etiam Athanaſij eſt conſiderāda egregia doctrina ſerm. 4. contra Arianos, vbi docet cur Chriſtus in ſua exprimenda diuinitate, his locutionibus ſit vſus. *Non poſſum à me facere quidquam*, & illud, *omnia mihi tradita ſunt à Patre*
Diſtinctio Perſonarū probatur. *meo*. Et quæcumque ſunt iſtius generis ſententiæ, ne quis, inquit, videns filium habere omnia, quæ Pater habet, ex indiſcreta ſimilitudine eorum, quæ habentur, Sabelliano more deceptus, impiè ſentiat, exiſtimetque Filium, Patrem eſſe, ea de cauſa hoc verbum prolatum eſt, datum eſt mihi, accepi, traditum eſt, & alia huiuſmodi, vt ſic oſtenderet ſe Patrem non eſſe: ſed Patris Ver-
34 bum, & æternum filium. En igitur vides quomodo Aquila duce; auium Regina, Euāgeliſtarum Principe Ioanne, æterni ſolis fulgorem, oculis inconniuentibus licuit aſpicere, æterni Verbi perennitatem, ipſius ab æterno Patre perſonalem diſtinctionem, earundem perſonarum circuminſeſſionem, inſeparabilemque coniunctionem, vtriuſque indiuiduam eſſentiam, atque potentiam, & per omnia æterni Patris, æternique filij ęqualitatem, & huius ab illo proceſſionem. Ad quam quidem æqualitatem patefaciendam ſimulque tuendam, quanta cura, quantoque ſtudio (vt ita dicam) incubuerint, & Pater, & filius, ex ſequentibus poteſt colligi, & adhuc confirmari.

Idem Myſterium explicatur alijs locis Scripturæ ſacræ.

Cap. 10.

NOn ſolùm Apoſtolus 2. Co- 1
rinth. 3. Filium appellat glo- 2. Cor. 3.
riam Patris illis verbis. *Nos autem reuelata facie, gloriam Domini ſpeculantes*: ſed nos etiam ab Apoſtolo edocti, poſſumus de eodem intelligere illa verba Pſalm. 16. *Satiabor* Pſal. 16.
cum apparuerit gloria tua; & hunc ſenſum admittere teſtatur in illum locum Agellius: nam cum eadem (Filius appellat gloria Patris.) vox hebręa ab aliquibus imago, & ſimilitudo, ab alijs verò gloria, fauentibus, etiam hebræis exemplaribus, verſa ſit, ad ſublimiorem illorum verborū expoſitionem nos manuducit, ita ut dicat Propheta, cum Chriſtus gloria Patris, & imago apparuerit, tunc ſummis voluptatibus ſatiabor, & ita intelligi etiam illa
verba Pſal. 84. *Vt inhabitet gloria in* Pſalm. 84.
terra noſtra: de Chriſto, qui eſt gloria Patris, ex ſententia Ambroſij docuimus ſupra cap. 6. & merito tum ob alias rationes ibi allatas, tum etiam ob illam; nam cum perfectio, quā dicit relatio ſecundū propriā rationē, relatiua ſit, & per ordinē ad terminū; creſcit, vel minuitur
ex qualitate termini. Cū igitur eſſe 2
paternitatis, poſitū ſit, in habitudine ad Filiū, ita etiā & perfectio eius: ergo talis paternitas, qualis eſt in diuinis, ita perfecta eſt, quia talē reſpicit Filium. Quid mirum igitur ſi ille qui
nobis edixit Iſaiæ 42. ſe nunquam Iſai. 42.
commiſſurum, vt tantillum ſuæ de-
trahatur gloriæ. *Gloriam meam al-* Matth. 3. & 17.
teri non dabo; tam eidem ſit cordi
gloria Filij. Vide quomodo omni 3
ſtudio in illam incumbat; Nam palam facturus mundo hunc Filium

ſuum,

Cur Patri ita fuit cordi gloria filij, vt omni ſtudio videatur in illam incũbere.

ſuum, nulli nec Angelorum, nec Prophetarum, legationem dedit; qui tale munus obiret; ſed proprio voluit ore, tantam nobis promulgare dignitatem, cum nullum alium inuenerit, niſi ſe ipſum, dignum præconem. Licet enim illa efficientia vocis. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, ſit toti communis Trinitati; ad declarandum ſolum Patrem, vt loquentem, ei ſingulariter tribuitur, eiuſque ſignificatio de ſola ipſius perſona, vera exiſtit. Vnde Cyprianus lib. 1. de Baptiſmo contra Iudæos cap. 10. eleganter ait. *Hucuſque Domine Sancte Pater non audiuimus te ita loquentem, vt perſonaliter tibi aſſignetur locutio, quam proferres, hanc vocem à Paternitate tua delatam, nemo eſt, qui ambigat; non eſt qui ſibi hoc verbum audeat arrogare*, & infra, *hoc teſtimonium auditum eſt, quia Filius Dei eſt, quem Ioannes tenet in manibus, verus Homo, verus Deus, vnicus Patris, dilectus a Patre, immeritos nos dilexit, duo grata vocabula, Filius, & dilectus, ipſo Deo dictante, noſtris ſenſibus imprimuntur, vt communio nominum nos aſſociet collegio munerum, & tantæ dulcedinis noſtrum emolliant animum, accendantque deuotionis affectum, Per omnia ſibi Pater in Filio complacuit*: hæc Cyprianus,

Matt. 3.

Cyprian.

4 Adde quod hoc Patris teſtimonium in Iordane, præſente Ioanne fit, & in Transfiguratione, à latere eiuſdem, exiſtentibus Moyſe, & Elia, vt dum Chriſtus ſolus Filius pronunciatur, illi ſerui agnoſcantur, quantumque Filius ſeruos, tantum Ioannem, Moyſem, & Eliam, Chriſtus excederet. *Tanto melior Angelis effectus*, inquit Paulus ad Hebræos 1. *Quanto differentius præ illis, nomen hæreditauit, cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Præterea in Græco habetur articulus. *Hic eſt Filius, ille meus*: oſtendens gemino illo articulo ſe, non de quouis ſed de naturali, de vnico, de æterno ſibi æquali filio loqui, & (vt cum 5
S. Leone loquar ſerm. de transfiguratione) *Hic eſt ille filius meus non adoptiuus, ſed proprius, non aliunde creatus: ſed ex me genitus, non de alia natura mihi factus comparabilis: ſed de mea eſſentia mihi natus æqualis. Hic eſt filius meus, quem à me non ſeparat deitas, non diuidit poteſtas, non diſcernit æternitas, qui eam, quam mecum habet æqualitatem, non rapina appetijt, non vſurpatione præſumpſit; ſed manens in forma gloriæ meæ, vt ad reparandum genus humanum, exequeretur commune conſilium; vſque ad formam ſeruilem, inclinauit incommutabilem deitatem.* Vide quot Verbis emphaſim illius articuli. *Hic eſt filius, ille meus*, explicat S. Leo Papa *Dilectus, ille, Dilectus*, nam reperitur articulus in Græco; quaſi dicat Pater; multi dilecti, ille vnice dilectus quia vnigenitus, cum enim quis vnũ ſolum poſſidet filium, maximè eum diligit. Si verò Pater factus ſit plurium, diſpartitus affectus remittitur, ait veterum quidam. Alij ergo filij ſolummodò, quia dilecti, 6
hic dilectus quia filius: explicatque clarius dilecti rationem. *In quo mihi bene complacui*. In quo nihil mihi diſplicet, in quo non in alio (quicumque ille ſit) niſi per hunc mihi complacui, & per quem placatus, & reconciliatus ſum mundo. Vide quã magnifica de filio prędicat; propriæ enim ſunt laudes, præconia filij, & ſi vis intimius proſpicere, quã ſit acerrimus defenſor, audi quid animaduertat in hæc eadem verba, & idem trãsfigurationis myſterium Ambroſius lib. 1. de fide ſanctæ Trinitatis cõtra Arianos, *Petrus in monte, Moyſem, & Eliam cum Filio Dei vidit, nec errauit in natura,*

Matt. 17.
Cur Pater dum Chriſtus ſtat medius inter Moyſen, & Eliã vocat eũ dilectũ Filium.
Ad Hebr. 1

Leo Papa.

Præconia filij ſũt laudes Patris in diuinis.

Ambroſ.

natura, nec errauit in gloria. Denique quid facere deberet, non illos, ſed Chriſtum interrogauit; nam etſi tribus parabat obſequium, vnius tamen expectabat Imperium, ſed quoniam, vel tabernaculorum numerum deferendum tribus ſimpliciter æſtimauit, emendatur Dei Patris auctoritate, dicentis, hic eſt Filius meus dilectiſſimus, ipſum audite, ideſt quid conſeruos tuos cum Domino ſocias tuos hic eſt filius, non Moyſes filius, non Elias filius: ſed hic filius: ſenſit emendationem Apoſtolus, procidit in faciem, conſternatus Patris voce, & filij claritate: ſed eleuatur à Filio, qui innocentes erigere conſueuit, vnum videt, ſolum videt Dei Filium: receſſerunt enim ſeruuli, vt ſolus Dominus, qui ſolus deſignabatur Filius, videretur: hæc Ambroſius. Maiora dicturus ſum, tantum putat Pater detrahi gloriæ ſuæ, cum detrahitur Filio, vt potius patiatur, homines ſuſpicari, non habere Filium, quàm habere, & non ſibi æqualem, quod non ineruditè colligit Toletus ex Lucæ cap. 1. vbi loquens Angelus Gabriel cum Maria, dixit: *Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur*: Cur, inquit, *Vocabitur*, & non potius *Erit*? potuiſſet quidem Angelus dicere. Erit Filius Dei; nam qui naſciturus erat homo, vniendus erat diuinitati, & futurus Filius Dei, non quod initium acciperet Filius Dei in ſe, ſed quod homo de nouo fieret, Filius Dei. At dicendo *Vocabitur*, appellationem nominis ſolum ſine exiſtentia videtur ſignificare, quare non ſit verè filius Dei; ſed hominum opinione, & acclamatione tantum appellandus. Verum reſpondere poſſumus, quod cum dicendo. *Erit Filius Dei*, immutabilitatis, & æternitatis ipſius ſiniſtram opinionem poterat imprimere, & conſequenter coæqualitatis cum Patre, potius voluit dicere *Vocabitur*, & permittere vt homines, in ſuſpitionem venirent, ipſum verè non habere naturalem filium, quam habendo, exiſtimarent, ſibi non eſſe æqualem. Quorum omnium conſcius Filius, cum ſit Verbum Patris, cum veniſſet in mundum, clarificaturus Patrem, & nomen eius promulgaturus hominibus, vt ipſemet teſtatur Ioannis 17. *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, Ego te clarificaui ſuper terram*. In hac æqualitate perſuadenda tantum ſtuduit, vt ea de cauſa (ſicut animaduertit Athanaſius lib. de communi eſſentia Patris, Filij, & Spiritus ſancti) in ſcripturis ſacris, Filius quandoque ſe præponat Patri, vt Ioannis 14. *Ego, & Pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus* (ſic legit ipſe,) & Ioannis 10. iuxta noſtram vulgatam, de ſe ipſo inquit Chriſtus. *Ego & Pater vnum ſumus*. Quin & Apoſtolus Paulus 2. Corinth. 13. hanc prolationem non veretur admittere. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei Patris, & communicatio Spiritus ſancti cum omnibus vobis*. Cur ita? vulgò enim inurbana, & agreſtis hæc habetur locutio, vrbanus ſermo ita fert. *Pater, & Ego vnum ſumus*. At ita loquitur Chriſtus, vt obſequium præſtet Patri; nam ſi verum eſt, vt eſt veriſſimum, quod inquit Ambroſius primo de fide Sanctiſs. Trinit. cap. 5. *Qui Filio praiudicat, Patrem adiudicat*, ſi ſemper inter loquendum ſe poſtponeret Patri, poſſet aliquis ſuſpicari, Filium eſſe Patre minorem, quod proculdubio eſſet Patrem offendere. Elegit igitur potius verbo videri inurbanus, quàm re ipſa, Patri debitum non præſtare obſequium, in quo deficeret, ſi illi non ſe præberet æqualem, & Chryſoſt. homil. 39. in

Emendatur Petrus voce Dei Patris qui volebat facere Christo, Moysi, & Eliæ tria tabernacula tanquam æqualibus.

8 Pater putat detrahi gloriæ ſuæ dũ detrahitur gloriæ Filij, & pulchrè ꝓbatur.

Luc. 1.

Athanaſ.

9 Vt Filius mũdo perſuadeat ſe eſſe ęqualem Patri, quãdoque in Scriptura ſacra ſe anteponit Patri.

2. Cor. 13.

Ambroſ.

Filius aliquãdo præponit ſe Patri, vt obſequium præſtet Patri.

Chryſoſt.

Matt. 11.

in Mattheum ita connectit illam
10 Chriſti ſententiam, (*neque quis nouit Patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare*) cum præcedentibus verbis. *Confiteor tibi Pater, Domine Cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis; ita Pater quoniam ſic fuit placitum ante te*. Idcirco de ſe dixit. *Cui voluerit filius reuelare*, vt eiuſdem poteſtatis cum Patre ſe ſignificaret, notatque non eſſe dictum cui iuſſus ſit reuelare, aut cui iniunctum ſit reuelare, ſed cui voluerit, ſic enim oſtendebatur æqualitas, Ambroſius lib.2. de Spiritu ſancto cap.12. conſentire videtur: hæc enim verba recitans ait. *Plus dixit de filio, non quod plus habeat quàm Pater, ſed ne minus habere videretur*, hæc ille.

Ambroſ.

11 Non eſt, prætereundum, quod inquit Athan. ſerm.3. contra Arianos ad dilucidationem pertinens eorundem verborum, & confirmationem eiuſdem, creaturæ inquit, cum ſint opus Dei, ducunt quidem ad ipſius cognitionem, vnde dicitur, Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. At filius non ſolum ducit in cognitionem Patris: ſed ipſum dicitur reuelare.

Pſal. 18.

12 *Qui videt me videt, & Patrem meum*, ergo nõ eſt in claſſe rerum creatarum: ſed res increata. Dicamus igitur oẽs, filium eſſe æqualem Patri, vt vtrumque habeamus propitium: nam qui negat filium, inquit Ambr.3. de Trinitate, nec Patrem habet, & qui diſcutit filium, ait idem, primo de fide S.Trinit.cap.5. Patrem arguit, & Baſilius Homil. de fide qui vnus mihi videtur inter omnes verba Ioannis primo. *Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti*, penitus enucleaſſe; propterea dixit, nomine vnigeniti vſum fuiſſe Ioannem; vt indicaret tantam eius, quantam Patris, fuiſſe gloriam, cum enim aliquis Pater, multos habet filios non omnem ſuam gloriam, non omnem ſubſtantiam, non omnes facultates vni dat: ſed inter omnes diuidit: cum autem vnum tantum habet, quod eſt vnigenitum eſſe, quidquid omninò habet, illi tradit, nihil ſibi reſeruat, æqualem ſibi facit omnibus in rebus. Vnde optime Ioannes quando loquitur de gloria Chriſti, vt oſtenderet illum eſſe æqualem Patri, inquit eleganter, eſſe gloriam vnigeniti. Quod confirmatur illis alijs verbis Chriſti quæ leguntur cap.16. eiuſdem Euangeliſtę. *Omnia quæcumque habet Pater mea ſunt*.

Ioan. 14.

Filius non ſolũ ducit in cognitionem Patris, ſed ipſum reuelat ad differentiã creaturarũ.

Baſilius.

Ioan. 1. Ioãnes vocauit Filiũ vnigenitũ Patris, vt indicaret tantam eſſe gloriã ipſius quanta eſt gloria Patris.

Ioan. 16.

13 Hæc quæ hucuſque dicta ſunt, tendunt ad perſuadendam hanc æqualitatem, *ne infirmum faciamus Patrem*, vt inquit Auguſt.lib.83. quæſtionum. *Si voluit, & non potuit generare æqualem, aut ſi potuit, & noluit, inuidum*, quemadmodum cum dicimus Deus de Deo, Deus verus de Deo vero, lumen de lumine, lux lucis, &c. idem intendimus. Et quamuis dicatur à S. Paulo ad Hebræos 1. ſplendor Patris. *Cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius*, ad ſignificãdã eius proceſſionẽ, ne quis inde dubitaret, eſſe cum detrimẽto ſuæ æqualitatis, & eſſe ſplendorem, deficientem à luce, (cum re vera nõ ſit ipſa lux, ſed è luce fulgor emicãs) habet anticipatam ſolutionem Abacuh.3. *Splendor eius, vt lux erit*. Hoc eſt, vt animaduertit Agellius in illa verba, Dei filius quem ſplendorem Patris Apoſtolus aſſerit iuxta citata verba, poſtquam nobis per vmbrãculum carnis emicuit, rurſus ad paternæ gloriæ lucem ſe recepit, & ea claritate clarificatũ eſſe, quã prius apud Patrem habuerat, antequam mundus fieret, in Euangelio legimus. *Clarifica me Pater*, &c. quibus verbis, manifeſtari petit ſe eſſe talem hominem, vt ſit etiam Deus, habens eandem naturam numero,

Auguſt.

Infirmus eſſet Pater ſi Filium non generaſſet ſibi æqualẽ

Abacuc. 3.

Nõ præiudicat æqualitati quam habet Chriſtus cũ Patri, q̃ dicatur ſplẽdor ipſius.

Ioan. 17.

quam

quam accepit à Patre, antequam mundus fieret, ideſt ab æterno.

14 In portu ferè ſe recepit nauigatio noſtra, & adhuc aliquid habet negotij licet non cum vndis, cum vento tamen, illo inquam, quo ſpirante ſecundo, euaſimus ſyrtes, aufugimus ſcopulos; miſerrimum aliorum naufragium ſine vllo mætu perſpeximus, illo, de quo ſcriptum eſt Pſalm. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*, quo flante, ſecundo curſu, in medio huius mundi mari, poſiti, licet per immenſas iactemur vndas; in terram tandem peruenimus æternæ vitæ, vbi hoc Trinitatis myſterio, perpetuò beamur. Multas aſſequuti ſumus huius ſacratiſſimi arcani veritates: ſed non omnes, niſi ille accedat, de quo ſcriptum eſt. *Cum venerit ille docebit vos omnem veritatem*, & vt metaphoris, & translationibus omiſſis loquar, cum Deus ſit vnus eſſentialiter, trinuſque perſonaliter, in eoque poſitum ſit Trinitatis myſterium; nunquam aſſequemur integram illius cognitioné, nec Deum verum, vnum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate confitebimur, & adorabimus, niſi tertiam oſtendemus perſonam.

Pſal. 142.

Ioan. 16.

De perſona Spiritus ſancti. Cap. II.

1 Vidimus ſuperiori capite, mutuum Patris, & filij ſtudium, in procuranda, tuendaque inuicem gloria, notam proculdubio mutui vtriuſq; amoris; ergo habemus tertiam Trinitatis perſonam, nempè Spiritum ſanctum. Nam (vt communis theologorum fert ſententia) *Pater, & filius diligunt ſe Spiritu ſancto*. Vel quia, vt inquit Ricardus de S. Victore in tractatu quodam de varijs difficultatibus ad Bernardum dicitur Pater Spiritu ſancto diligere, non quod per eum amorem habeat; ſed quod exhibeat, non quod per eum amorem accipiat: ſed impendat. Vnde ſignificat illud verbum (deligere) æquiuocum eſſe: nam vno modo ſignificat eſſe formaliter diligentem, & ita non eſt habenda vera illa propoſitio. Alio modo ſignificat producere alium diligentem, & ita concedit, propoſitionem eſſe veriſſimam, eamque confert cum illa, *Pater dicit verbo*, nam quemadmodum hæc eſt vera, illa autem falſa, *Pater intelligit verbo*, ita philoſophandum cenſet de ipſo verbo, *diligere*, vt non poſſit dici, Pater diligit Spiritu ſancto, in priori ſenſu, ſed diligit ſeipſo: at in poſteriori, ait concedendum eſſe, Patrem diligere Spiritu ſancto, quam propoſitionem ita etiam interpretatur, diligit ſe per Spiritum ſanctum, quem producit dilectorem, & dilectionem ſui. Vel vt ſentiamus cum D. Thoma 1. p. art. 1. quæſt. 37. Cuius ſententia eſt (*diligere*) in ea propoſitione ſumi pro actu notionali producendi amorem; nomen autem ſignificans actionem (animaduertit ipſe) cum ordine ad definitum terminum, ſolet denominare agens, ſeu tribui agenti non ſolum cum reflexione actionis, per modum formę, ſed etiam cum replicatione termini. Nam priori modo dicimus, ignem calefacere calefactione: poſteriori autem, arborem florere floribus, & ita inquit D. Thomas, Pater, & filius diligunt Spiritu ſancto tanquam termino dilectionis productæ; ſicut Pater dicit verbo, tanquam dictionis termino. In intellectu enim voces habemus diſtinctas: in voluntate autem eandem vocem ad notionalem, & eſſentialem actum ſignificandum, accomodatam.

Riccard. de S. Victore.

Quomodo intelligēdū ſit illud dictū, Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto.

2 Thom.

Quidquid tamē ſit de huius propoſitionis ſenſu, quod in controuerſia eſt poſitum, in Theologia; tamen 3

men

men certum eſt, procedere Spiritũ
ſanctum per actum volũtatis Patris,
& Filij, qui eſt dilectio, dicique ex vi
proceſſionis perſonalem amorem:
ergo cum habemus Patrem, & Filiũ
ſe ipſos amantes, habemus tertiam
perſonam, quę cum per modũ amo-
ris, & impulſus procedat, ſitque ille
amor puriſſimus, & mundiſſimus,
merito vocatur Spiritus ſanctus, &
cum ſit vinculum, & nexus Patris, &
Diuinitas Spiritus ſancti multis rationibus, & auctoritatibus probatur. Filij, vt inquit D. Thomas, ergo Deus
nam quidquid eſt in *Deo*, *Deus* eſt,
qui ſi teſte Apoſtolo diſtinguitur à
ſuis donis ſupernaturalibus, tanquã
cauſa ab effectu, & veluti fons ipſo-
rum, & origo. *Charitas Dei diffuſa*
eſt in cordibus noſtris per Spiritum
Rom. 5. *ſanctũ, qui datus eſt nobis*. ad Rom. 5.
Diuiſiones gratiarum ſunt idem autem
1. Cor. 12. *ſpiritus*. 1. Corinth. 12. ergo perſona
diuina, ergo *Deus*, Item ſi perfectiſ-
ſimam, imo diuinam habet ſcientiã:
nam ſcrutatur profunda *Dei* dicen-
1. Cor. 2. te Apoſtolo 1. ad Corint. 2. *Spiritus*
omnia ſcrutatur etiã profunda Dei, nã
quæ ſunt hominis nemo nouit niſi ſpiri-
tus hominis, & quæ sũt Dei nemo nouit
niſi ſpiritus Dei, ergo Deus. Præterea
ſi liberam habet, & independentem
in diuidẽdis gratijs, & donis, volun-
tatem, diuidens ſingulis prout vult,
1. Cor. 12. Ioan. 3. primo ad Corinth. 12. & Ioannis 3.
Spiritus vbi vult ſpirat, ergo *Deus*.
Luc. 1. 2. Petr. 1. Ad hæc ſi *Deus* locutus eſt per os
ſanctorũ, vt legimus Luc. c. 1. & Pet.
c. 1. ſecũdæ ſuæ epiſt. inquit, *Spiritu*
Iſai. 6. *ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei*
homines, & Eſaias cap. 6. dicit ſe au-
Act. vltimo diuiſſe vocem *Domini* loquentis ad
ſe. Actorum autem vltimo legimus
Spiritum ſanctum locutum eſſe ad
Eſaiam, ergo Deus. Adde Spiritui
ſancto attribuit Chriſtus *Dominus*
omnem illuminationem, & inſpira-
Ioan. 16. tionem internam, ſic Ioannis 16.
Act. 13. *Arguet mundum de peccato, de iuſtitia*
& de iudicio, & Actorum 13. *Dixit*
Spiritus ſanctus ſegregate mihi Paulũ,

& Barnabam, & 1. ad Corinth. 12. 1. Cor. 12
Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum
niſi in Spiritu ſancto, ergo *Deus*. In-
ſuper idem Apoſtolus 1. ad Corint. 1. Cor. 6.
6. Spiritum ſanctum, inquit habitare
in homine tanquam in templo. *Ne-*
ſcitis quoniam membra veſtra templũ
ſunt Spiritu ſancti qui in vobis eſt. At
templa ſoli *Deo* dicãtur: ergo Deus.
Non eſt prætermittendum, quod ſi
prima, & ſuprema poteſtas remit-
tendi peccata, eſt ſolius *Dei*, & Spi-
ritus ſanctus datur hominibus à
Chriſto. Ioannis 20. ad delendas Ioan. 20.
culpas, ergo non participatam ha-
bet ſpiritus hanc poteſtatem: ſed
primam, & ſupremam, vt inferunt
Baſilius, Chryſoſtomus, Ambro-
ſius, & alij: ergo Deus. Quin etiam Matth. 12.
illa verba quæ leguntur *Matth.* 12.
Quicumque dixerit verbum contra fi-
lium hominis, remittetur ei, qui autem
dixerit contra Spiritum ſanctum, non
remittetur ei neq; in hoc ſæculo, neque
in futuro, plus dicunt de Spiritu ſan-
cto, quam de Chriſto, nõ quod plus
habeat, quam filius, ſed ne minus
habere videatur. ergo Deus. Tandẽ Pſal. 135.
ſi Dauid Propheta pſalm. 135. de
Patre loquens inquit. *Confitemini*
Domino quoniam bonus, deinde ſer-
monem dirigens ad filium, ait. *Con-*
fitemini Deo Deorum; tertio de Spi-
ritu ſancto, illa protulit verba. *Confi-*
temini Domino Dominorum, nam ſi
dominium in libertate fundatur, &
princeps libertatis eſt, Spiritus ſan-
ctus, de quo dicitur 2. ad Corint. 3. 2. Cor. 3.
Vbi Spiritus Domini ibi libertas, ergo
Spiritus ſanctus Dominus domi-
norum; ergo Deus. Sed quid ad ar-
gumentationes confugimus, & cõ-
ſequẽtias; audi Petrũ Apoſt. qui cũ
dixiſſet ad Ananiã Act. 5. *Cur menti-* Act. 5.
tus es Spiritui ſancto, ſubdit, *Non es*
mentitus hominibus, ſed Deo. Veritas Probatur
igitur catholica eſt, certaque fide Spiritum
tenenda; Spiritum ſanctum eſſe Deũ ſanctum
& à Patre filioque procedere: pro- procedere etiã à filio.

Ccc cedere

ized by Google

August.

Ioan. 20.

cedere autẽ à filio ſignificatur optime ex Auguſtini ſententia de Trin. cap. 20. & lib. 10. de Geneſi ad literam cap. 5. & Victorini lib. 1. aduerſ. Arium, Bedæ, & latinorum Patrum, illo Chriſti facto, qui Ioan. 20. daturus Spiritum ſanctum Apoſtolis. *Inſufflauit, & dixit, accipe Spiritum ſanctum*, ita volens oſtendsre Spiritum ſanctum ex ſua procedere ſubſtantia, quemadmodum flatus ex intimo expiratur corpore, imo vt indicat Anaſthaſius Antiochenus, ſi de *Deo* inquit *D*auid Propheta Pſalm. 134. *Qui producit ventos de theſauris ſuis*, meritò idem Spiritus ſanctus, qui in ſpiritu vehementi apparuit in die Pentecoſtes tanquam ventus, qui ſpirabat valentius, debebat produci ab eo. *In quo*, vt inquit *Diu.* Paulus ad Coloſſ. 2. *Sunt omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ abſconditi.* & propterea inſufflauit, & dixit, accipite Spiritum ſanctum. Norat etiam Cyrillus ſcribens ad Hermiam; filium inſufflaſſe quando communicauit Spiritum ſanctum. Apoſtolos verò orando, & manuum impoſitione illum tradidiſſe, & merito, nam illi dabant, quod proprium non erat. At verò cum filio non ſecundum menſuram datus ſit Spiritus: ſed ipſe à ſe emittat: quid mirũ ſi communicando Spiritum ſanctũ, prius inſufflauerit ex intimo educẽs pectore, cœleſti diuinoque omnium diuitiarum ærario: procedit igitur Spiritus ſanctus à Filio: & confirmatur: nam ſi axioma eſt apud Patres, & Theologos, quod ad perſonam producentem ſpectat mittere, & ad productam mitti, vt Chriſtus Ioannis 15. loquens de Spiritu ſancto inquit. *Cum venerit Paraclytus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis*, ergo ſi Spiritus ſancti eſt mitti à filio, procedit ab ipſo. Sed nota loquendi modum. *Mittam vobis à Patre*, ideſt ab eo loco, vbi Pater eſt, à ſinu Patris, vt nonnulli recentiores dicunt, vel vt Hilarius 8. de Trinit. intelligit, ſignificat filius, ſic fando, proceſſionẽ ſuam à Patre, à quo habet eſſe, & ſubſtantiam, & ſola: Sicut igitur eſt Deus de Deo, & à *Deo*, non quod alius Deus ſit: ſed quod vnns, procedens tamen à Patre, producit quidem Spiritum ſanctum: ſed à Patre, quia accipit à Patre eſſentiam, qua vna cum ipſo producit. Ea etiam de cauſa Aug. lib. 15 de Trin. cap. 17. & 26. affirmat Spiritum ſanctum procedere à Patre, & Filio, ſed à Patre principaliter, dixit, principaliter, ſignificare volens originem, nam ita procedit à Patre, vt Pater à nemine habeat producere Spiritum ſanctum, at filius id habet à Patre, propterea filius dicitur producere à Patre, ſeu mittere à Patre principaliter, ſeu originaliter. Vel tertio *Mittam vobis à Patre*, ad Spiritus ſancti commendandum teſtimonium, quaſi dicat, eius teſtimonium grauiſſimum fore, qui ex ſinu veniret Patris, omnia myſteria Patris ſciens, fidusque legatus neminẽ fallẽs, qua etiam ratione, paulo poſt inquit. *Qui a Patre procedit*, ſed cur non dixerit, etiam à ſe procedere? Verum, vt omittam, quod id fuit ſupra ſignificatum, illis verbis. *Quem ego mittam vobis.* non enim mitteret Filius, Spiritum ſanctum, niſi ab ipſo, qui mittit, procederet, ſicut Filius Patrem mittere non poteſt, quia ab eo non procedit Pater. Alia etiã ratione hoc loco dixit. *A Patre procedit*, nihil de ſe ipſo dicens, quia ſi dixiſſet qui à *P*atre, & Filio procedit, id apud homines magis minuere, quàm commendare poterat eius teſtimonium: cum enim de ipſomet ageretur, ſuſpectum potius Spiritus ſancti videretur teſtimonium, ſi dixiſſet à ſe procedere, ſat illi fuit, ſine vlla arrogantiæ nota, id indicaſſe de ſe ipſo ita loquens. *Quem ego mit-*

Marginal notes: Anaſthaſius Antiochenus. Pſal. 134. — Coloſſ. 2. — Cyrillus. — Cur Apoſtoli dabant Spiritum ſanctũ per manuum impoſitionem Chriſtus vero inſufflando — Ioan. 15. — Ad perſonam producentem ſpectat mittere ad perſonam productam mitti — Hilarius. — Auguſtini quomodo ſit intelligẽdus quãdo quit Spiritum ſanctũ procedere a Patre principaliter.

7 *mittam vobis à Patre*, Hæc omnia myſteria continentur his verbis; & nos quoque cognitionẽ tertiæ perſonæ, hoc Chriſti diſcurſu, ſumus aſſecuti, quis ſcilicet ſit Spiritus ſanctus, habemus enim diſtinctionem eius perſonæ, à perſona Patris, & filij: nam ſi à filio mitti, à Patre procedere, ille verò venire dicitur: ſicut enim trita hæc tria ſunt, mittere, procedere ab alio, & venire, cõſequẽter mittẽs, à quo procedit, & qui venit, arguunt, perſonas pariter diuerſas. Habemus ſecũdo loco eiuſdem Spiritus ſancti ſubſtãtiam; eſt enim Patri conſubſtantialis, quia à Patre procedit. Cum autem filius ſit conſubſtantialis Patri, quia à Patre gignitur, fit vt totæ tres perſonæ vnius ſint, & eiuſdem ſubſtantiæ. Habemus 3. loco ita eſſe diſtinctam perſonam, & conſubſtantialem duabus, vt ab vtraque procedat, nam à filio mitti, & à Patre procedere dicitur, quod nõ eſt aliud quam procedere ab vtraq; & mitti. Habemus quarto procedere quidem à Patre; ac illi eſſe conſubſtantialem, & tamen ex vi formaliſſimæ proceſſionis, non eſſe filium, ſed Spiritum ſanctum, in quo impegit Macedonius, qui ſuo ingenio infinitam Dei metitus maieſtatem, ea ratione fuit ductus ad negandum Spiritum ſanctum procedere conſubſtantialem, Deumque pariter eſſe cum Patre, & filio: nos autem eius ſuperbiam, & intellectus temeritatem deteſtantes, pura; & recta fide ſubmiſſe confitemur, & cõſubſtantialem procedere, & tamen non filium, ſed Spiritum ſanctum. multa diximus de hac controuerſia cum de Trinitate; nunc autem ipſimet Spiritu ſancto dirimendam relinquimus, qui ſcrutatur profunda Dei.

Probatur Spiritũ ſanctũ eſſe diſtinctã perſonã à Patre, & Filio eſſe eiuſdẽ ſubſtantiæ, & non eſſe Filium.

8 En nobis factam viam ad impernia diuinitatis, via regia, imo ſacra ad lucem inacceſſibilem peruenimus; ipſius diuiniæ ſubſtantię cubilia penetrauimus; ibi Trinitatem inconfuſam, & vnitatem inſeparabilem confitentes; & quod non eſt rationi perſpicuũ, nec opinioni ambiguum, fidei eſt perſuaſum, fideque duce, Deum vnum in ſubſtantia, & Trinum in perſonis veneramur, Patrem ſcilicet, & filium, & Spiritum ſanctum, Lucem, Splendorem, & Calorem, inquit, Auguſtinus lib. de vera vita, *Memoriam*, *Intellectum*, *Voluntatem*, inquit, idem 4. de Trinitate cap. 21. eſſe, noſſe, & velle, in lib. 13. confeſs. Artem manum, & Cordam, & tamen vnus auditur ſonus, lib. de Dñi Incarnatione cõtra Iudæos, Fontem, Fluuium, & Potionem aquæ, quæ licet ſint inter ſe diſtincta, vna eſt in omnibus aqua, quæ bibitur lib. de fide, & ſymbolo cap. 9. radicem arboris, robur, ramos, & tamen radix lignum, robur lignum, rami lignum, nec tamen tria ligna dicimus, ſed vnum, eodem loco. Ex fonte tria repleta pocula, quæ tria dicuntur pocula, & tamen non tres aquę: ſed vna: itidem innumeræ afferuntur paſſim à Patribus ſimilitudines, mẽtis, Verbi, amoris, radicis, floris, fructus, vultus, imaginis, flatus, capitis, brachij; digiti, non quod hæ ſimilitudines ſint præcipua ad ſuadendum hoc reconditum myſterium motiua; recolendum eſt enim quod ſcripſit S. Auguſt. Epiſt. 222. ad conſentium, vbi de Trinitate loquens inquit, *quidquid tibi cum iſta cogitas corporeæ ſimilitudinis occurrerit, abige abnue, nega, reſpue, abijce, fuge*, ſed cõducunt hæc omnia, poſtquam reuelatum eſt hoc myſterium ad eius explicationem, ac ad eiuſdem faciliorem aſſenſum; lumine enim fidei illumatus intellectus noſter, cognoſcit in lege naturę, perexiguum fuiſſe Trinitatis veſtigium; ſicut enim in

Similitudines ad dilucidandum Trinitatis Myſteriũ.

Auguſt.

in humano corpore ſæpè ex nutu aliquod conijcimus, quod quiſque intus imaginatur; ſola tamẽ lingua, apertè id enunciat; ita licet in mundo hoc corporeo, quidam quaſi nutus eſſent, ac veſtigia Trinitatis, tamen non adhuc apta erat hominum lingua, tãto myſterio declarãdo, ſed nec Hieremias cap. 1. aptum ſe credidit; nam excuſat ſe dicẽs A, A, A. *Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*, & quidem balbutiendo, tribus perſonis enuntiandis ineptum ſe eſſe fatetur. Igitur in lege gratiæ, cum Verbum caro factum eſt, habuit mundus linguam, quæ dilucide recõditum myſterium propalauit, imò cum nec vna quidem lingua eſſet in veteri teſtamento, in nouo Cœlum igneas linguas ſuper Apoſtolos pluit, quibus toto orbe diffuſa eſt gloria Trinitatis; Chriſto Doctore opus fuit; ipſo arcani tanti reſeratore; cuius præconium non ſolum verbo; ſed reipſa in carne poſitum, feciſſe nunc oſtendemus.

Hierem. 1.

Quãdo Verbũ caro eſt factum habuit mũdus linguam ad delucidandum Trinitatis myſterium.

Chriſtus Princeps Euangeliſtes huius myſterij.

Cap. 12.

1 VErbum incarnatum tam dignum fuiſſe huius arcani reſeratorem, & præconem, inde patet, quod ipſamet per ſe Verbi incarnatio, tanti myſterij quędam veluti manifeſtatio extitit, cœtera diuinorum operum, quæ extra ſemetipſum Deus producit, ab eo inquãtum eſt vnus, procedunt, & eorum omnium principium, & fons omnipotentia ſcilicet, omnibus tribus perſonis communis, eſt, neque earum aliquam ſigillatim reſpicit, neque Deum, vt trinum, ſed vt vnum, ac proinde ea, omnia opera in Dei tantummodò prout vnus eſt, non verò prout trinus, cognitionem nos inducunt. At Incarnatio filij Dei, etſi vt commune trium diuinarum perſonarum effectum, adhuc qua vnus eſt tantummodò Deum reſpiciat, peculiari tamen ratione, perſonam filij, ſingulariter denotat; illius ſiquidem, & non Patris, vel Spiritus ſancti, cum natura humana ſingularis eſt nexus, atque coniunctio, & ita nos recta dirigit illius prænotio, ad filij, qui per eam incarnatus dicitur, cognitionem, atque occaſionem obijcit eum à Patre, & Spiritu ſancto qui incarnati non dicuntur, diſtinguendi.

Ipſa Verbi incarnatio fuit quædã manifeſtatio myſterij ſanctiſſimæ Trinitatis.

Adde quod, vt inquit Riccardus 2
de S. Victore lib. 3. de Trinitate c. 3. habet homo quomodo legat, & diſcat in Chriſto Incarnato, quid per contrarium æſtimare debeat de Deo. Ex diuina enim iſta vnigeniti Dei filij cum natura humana coniunctione, admirabilis quędam Trinitas emerſa, ac pręsẽs de quo agimus, Sacramẽtũ, ex oppoſito reſpiciens ipſi ꝫ; quã ſimillima inueniet. Vtrobique vnitas, vtrobique pluralitas, in diuinis vnitas ſubſtantiæ. In Incarnatione vnitas perſonæ, ibi pluralitas perſonarum, hic verò pluralitas ſubſtantiarum, ibi ſiquidem pluralitas perſonarum in vnitate ſubſtãtiæ, hic autem pluralitas ſubſtantiarum, in vnitate perſonæ. Vnde Innocentius 3. lib. 4. de myſterio altaris cap. 11. in hypoſtati, inquit, filij Dei, eſt ſubſtantiarum Trinitas, vꝫ. deitas, corpus, & anima, & hæc certè trium naturarũ ſubſtantialium in ſecundæ perſonæ diuinæ vnitate coniunctio, omnium proximè ad trium perſonarum ſubſtantialium in diuina eſſentia vnitatem, accedit, Trinitas ergo hæc, quæ in filij Dei Incarnatione emerſit illius ſupernæ, & increatæ Trinatis manifeſtatio quædam eſt. Veruntamen neque 3
prima illa, neque ſecunda etiam iſta

Riccardus de S. Victore.

Proportiones inter Chriſti incarnationẽ & Trinitatis myſterium.

Innoc. 3.

by Google

manifeſtatio, hæ fuerunt, quæ hoc
nobis ænigma expedierunt, quæue
conuictum veritate mundum, eius
confeſſioni,& fidei ſubiecerunt, ad-
didit igitur tertiam eius miniſterio
toti terrarum orbi,factam,qui fluē-
ta Euãgelij, ex ipſo dominici pecto-
ris fonte potauit qui cap.1. ſuæ hi-
ſtoriæ,cum ineffabilis iſtius myſte-
rij,diuinitus conceptis,ad explica-
tionem eius verbis; meminiſſet. *In
principio erat verbum*, &c. quorum
verborum germanam intelligētiam
Ioan. 1. attulimus cap.9.mox ſubiecit, *Deũ
nemo vidit vnquam, vnigenitus qui
eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit nobis,*
at ſi diceret nemo vidit qualiter
Deus trinus, & vnus in ſe ſit,atque
ita nemo hoc ęnigma reſoluere po-
tuit,nec Moyſes, nec alius Prophe-
tarum, vnigenitus qui in ſinu Patris
cum ſit,omnia eius arcana nouit,
ipſe eſt, qui hoc nobis ſolus enoda-
re potuit atque etiam enodauit.
Gloriabundum adeo de hoc mune-
re tam ſibi proprio tam perfecte
abs ſe impleto, Verbum diuinum,
Ioan. 17. eiuſdem Euangelij cap.17. ſic Pa-
trem alloquitur. *Ego te clarificaui ſu-
per terram, opus conſumaui*; &c. &
quod nimirum opus? confeſtim ex-
primit dicens. *Manifeſtaui nomen
tuum hominibus*, & quodnã eſt hoc
nomen? Dei an Patris,haud dubiũ
profectò quod Patris,vt communi-
ter, & verè, hoc loco interpretes.

4 Ac proinde egregiè admodum Ter-
Tertull. tull. lib. de oratione cap.2. nomen,
inquit Dei Patris,nemini proditum
etiam qui de ipſo interrogauerat
Moyſes, aliud quidem nomen au-
dierat,nobis reuelatum eſt, in filio,
iam enim filius nouum Patris no-
men eſt;& apertius *nomen tuum ma-
nifeſtaui hominibus*, &c.nomen vз.
Ioan. 17. Patris hoc Tertull. Vnde S. Ioannes
Chriſoſtomus, Theophlactus, Eu-
thymius, Leontius, ac Rupertus in
hæc eadem verba animaduertunt,
nomen Dei priuſquã Verbum car-
nem humanam induiſſet,notum ad-
modum in mundo extitiſſe, atque
ita de eo nomine,Chriſtum non lo-
cutum,cum diceret. *Manifeſtaui no-
men tuum hominibus*. Sed de Patris
nomine,quod eo vſque ignotũ fue-
rat. Quamobrem S.Paulus cap.1.ad
Coloſs.ait,Chriſtum Dominũ fuiſ- Coloſſ. 1.
ſe imaginem Dei inuiſibilis,hoc eſt
incogniti, neque vero de Deo lo-
quitur,vt ſecundum naturam in tri-
bus reperitur perſonis. Sic etenim
Chriſtus Dominus illius imago nõ
eſt, vt nec diſtinctus ab eo ſit, ſed
tantum de Deo Patre,cuius nempè
ſolius imago eſt, & à quo ſolo pro-
cedit, & in eundem Sancti Ioannis
locum Aug. *In hoc*, inquit, *Quod fe-* Auguſt.
*cit mũdum,Cœlo, terraque conſpicuum
notus in omnibus Deus, in hoc vero,
quod Pater eſt huius Chriſti, nomẽ eius
prius occultum, omnibus manifeſtauit.*
Doctrinam igitur iſtam admirabilẽ
diuinitatis, ſcilicet naturam, vt ait 5
Cyrillus lib.3. Dialogi de Trinitate Cyrill.
ad triplicitatem ſecundum ſubſiſtẽ-
tiam dilatantem, & ad naturalem
iterum vnitatem congregantem,
quæ ſolutio, & enucleatio eſt præ-
ſentis myſterij,in quo gentium infi-
delitas, & iudæorum cęcitas vſque
adeo allucinata eſt,doctrinam in-
quam iſtam Filio Dei carnem indu-
cto debemus,qui locis ſupracitatis
tum etiam illis verbis Matt.vltimo. Matt. vlt.
*Baptizantes eos in nomine Patris, &
Filij, & Spiritus ſancti*, ſatis per ſeip-
ſum, docuit, & per Spiritum ſan-
ctum, ad hoc idem munus explen-
dum ab eo miſſum,ſicut de illo idẽ
Dei Verbum Ioann.16.dixerat, *Ille
me clarificabit, quia de meo acci-
piet, & annunciabit vobis*, quaſi dice-
ret,vt ego glorię Patris; ſic ille mei
claram mundo notitiam dabit, nã
ſicuti ego, hoc Patri pręſtiti, quia
ſuam diuinam ab eo naturam ac-
cepi, & cum ea, ſcientiam, quam

illius mundo notitiam dedi? ita Spiritus ſanctus, qui à Patre, & à me recipit æternumque accipiet, diuinam naturam, & cum ea, meam, totiuſque Sãctiſſimæ Trinitatis ſcientiam; idem ipſe mihi præſtabit, mun-
6 doque vniuerſo notum faciet. Quare ſi recolamus præterita, duplici ſtratagemate de creatis mentibus, victoriã adipiſcitur hoc tam ſublime myſterium; vno quidem ſe cognoſci prohibens, altero ad cognoſcendũ ſe præbens, illo dũ immenſæ lucis obiectu, caliginem, & obſcuritatem in oculis intuentium efficit, & ſic aduerſa acies à radiorũ illius vi offenditur, atque obruitur. Hoc, dum obſcuritatis atque caliginis interuentu, de tenebris facit lumen ſplendeſcere, ac de ſubiugato ſibi p fidei cognitionẽ, intellectu, lucẽ, & cognitionẽ tãti myſterij extrahit. Magna, & admirabilis veritatis vis, atque præſtantia eſt in hoc ſublimi myſterio. Quod cum nihil omninò, vel ſenſu delectabile, ac iucundum, vel intellectu blandum, in ſe contineat, quinimò tam magnam, ac difficilem mentis deditionẽ, ac ſubiectionem exigat, cæcoſq; ac ſuſpenſos ab omni ſenſibilis experimenti iudicio, oculos, intellectũq; ab omni rationis innatæ ductu, reuocatũ, ac retentũ; orbem nihilominus peruadẽs vniuerſum, debellauerit, fidem-
7 que extorſerit. Hæc eſt victoria, quę Chriſto debetur, quam de vniuerſo orbe retulit, per hanc ab ipſo, & Spiritu ſancto, vniuerſis hominibus notitiam. Hinc etiam eſt quod priuſquam glorioſo triumpho Chriſtus Dominus in Cœlum extolleretur, fidelibus ſuis tãquam victis, & captiuis, ſua inſignia, & ſacroſanctum Baptiſmi characterem, imprimi iuſſerit, in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, & ita victus eſt mundus, vbi Verbum diuinum humana carne aſſumpta, hoc ænygma explanauit, vt ipſi etiam per vicos, & plateas certatim pueri audiantur concinere. *Credo in Deum Patrem, & in Ieſum Chriſtum Filium eius*. Victor ergo, & triumphator eſt Chriſtus, ſed bono victorũ, & eorum qui facti ſunt captiui, nam qui ſubiugatum habent intellectum per fidem, ita redduntur expediti ad pugnam, & ad conſequendam victoriam, veluti ſecuri, vt dicat S. Paulus ad Hebræos 11. *Sancti per Fidem vicerunt Regna:* & Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta cap. 5. primæ ſuæ Epiſtolæ. *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum Fides noſtra*, & Sãctus Auguſtinus de Symbolo ad Cathecumenos cap. 1. inquit, *Ipſa vel recitatio Symboli, retundit inimi-
cum*. Et Sancta Mater Eccleſia in 8
filiorum cum morte colluctantium agone, vt Deum trinum, & vnum eis fautorem demereatur, & obſtringat quodammodo, ne fideles ſuos in eo conſtitutos diſcrimine deſerat, non aliæ nimirum officij, aut meriti mentione obiecta; hoc vnũ pro eis obtendit, ſubdidiſſe intellectus ſuos, & captiuos eos dediſſe, in obſequium, & fidem huius ineffabilis Sacramenti. Inter Eccleſiaſticas namque precum formulas quibus morientium animas Deo commendat, hæc leguntur. *Licet peccauerit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non negauit, ſed credidit*. Vide quanti facienda eſt Sanctiſſimæ Trinitatis Fides. Quod hucuſque diximus tãtillum eſt eius quod de infiniti huius myſterij magnitudine, fando ſequimur: ſed non aſſequimur. Profunda enim hæc abyſſus, in qua mens omnis creata, illi impar, obruitur, nec in ea valet conſiſtere, à ſola cognitione diuina æquatur, & impletur, quod plenè præſtat Chriſtus Filius Dei per ſcientiam quam accepit à Patre, &

commu-

Chriſtus triũphator eſt mundi, hoc myſteriũ referẽs, ſed bono eorum qui victi ſunt.

Duplici nomine hoc diuinũ myſteriũ adipiſcitur.

Ad Heb. 11.

Ioan. 5.

Auguſt.

Quãti faciẽda ſit fides huius myſterij, unde potiſſimũ dignoſcitur ꝙ S. Mater Eccleſia agonizãtibus ex hoc potiſſimũ capite. Deũ fautorẽ ſpirat demereri, ꝙ crediderint myſteriũ Trinitatis.

communicatam ab vtroque Spiritui ſancto. Illos igitur æterna donemus gloria, & ſic huic Opuſculo imponamus coronidem.

Cap. 13.

1 *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.* Gloria Patri qui nunquã dicitur Deus quin eſſet Pater, & Pater dicitur quia generat Filiũ, & Filium generat quia Pater eſt, nec prius potens generare, quàm generet. Gloria Filio, qui genitus eſt, & tamen Deus, qui non incipit eſſe, & tamen Filius, qui non eſt Pater, & adhuc eſt idem Deus, & non alius Deus. Gloria Spiritui ſancto, qui ab vtroque procedit, nec tamen eſt degener: ſed Patri, & Filio, coęternus, & coęqualis. Gloria Patri, qui hoc ſibi nomen impoſuit. Gloria Filio qui vt illud manifeſtaret mũdo, diſrupit Cęlos, Iſaia teſte, cap. 64. & deſcendit, & re ipſa id præſtitit, Ioannis 17. *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus*: Gloria Spiritui ſancto, qui ad hunc eundem effectum, linguas igneas è Cœlo pluit ſuper Apoſtolos. Gloria Patri quem clarificat Filius. *Ego te clarificaui ſuper terram.* Ioan. 17. Gloria Filio, quem clarificat Pater Ioan. 12. *Et clarificaui, & iterum clarificabo.* Gloria Spiritui ſãcto, quem clarificat Filius à Patre, Ioan. 15. *Quem ego mittam à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Gloria

Iſai. 64.
Ioan. 17.
Ioan. 15.

2 Patri, propter quẽ omnia ſunt vnũ, Ipſe eſt.n. fons totius deitatis, quæ vna numero eſt; in omnibus tribus perſonis, Gloria Filio, propter quẽ omnia ſunt æqualia, quia Filius, primum eſt æquale Patri. Gloria Spiritui ſancto, propter quem omnia ſunt connexa, quia Spiritus ſanctus procedit vt nexus, amor, & concordia Patris, & Filij. Gloria Patri, quia *Charitas Pater eſt*; nam Patris charitate cępit noſtræ Redẽptionis exordium, iuxta illud Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Gloria Filio, quia *Gratia Filius*, per ipſum enim venit omnis gratia, vtpotè qui nos nihil promeritos, imò malè meritos, ſua morte, redemit, omnemq; gratiam promeruit. Gloria Spiritui ſancto, quia *Communicatio, Spiritus ſanctus*; nam ſicut eſt nexus in diuinis, & ſocialis vnio Patris, & Filij, ita conſequenter eſt omnium Fidelium, qui communicant, & participant eundẽ Spiritum ſanctum, in eoque, eiuſque charitate cõnectuntur, & vniuntur. Gloria Patri, ex quo omnia. Gloria Filio, per quem omnia. Gloria Spiritui ſancto, in quo omnia. Gloria Patri, ex quo omnis Paternitas in Cęlo, & in terra. Gloria Filio, per quem omnis filiatio. Gloria Spiritui ſancto, in quo omnis ſanctitas, & ſanctificatio. Gloria Patri, ex quo æternitas. Gloria Filio, per quem omnis ſpecies, & pulchritudo. Gloria Spiritui ſancto, in quo omnis fęlicitas, & fruitio. Diſtincta gloria Patri, diſtincta Filio, diſtincta Spiritui ſancto, non ſolum per attributionem, Patri ſcilicet, à quo omnis potentia, Filio, à quo omnis ſapientia, Spiritui ſãcto, à quo omnis bonitas. Patri, qui nos creauit, Filio, qui nos redemit, Spiritui ſancto, qui nos iuſtificauit; Patri, qui nos prædeſtinauit, Filio, qui dedit nobis gratiam, Spiritui ſancto, in quo glorificabimur in æternum. Sed diſtincta gloria per proprietatem. Gloria Patri, quia eſt ingenitus, ſed tamen genitor. Gloria Filio, quia genitus, nec genitore poſterior. Gloria Spiritui ſãcto, quia primum donum, & amor procedens. Gloria originis Patri. Gloria Imaginis Filio. Gloria nexus, & amatorij vinculi Spiritui ſancto, quia eſt æterna vtriuſque vnio.

Ioan. 3.

Gloria

Digitized by Google

3 Gloria dicentis Patri. Gloria Verbi dicti, Filio. Gloria amoris ſpirati, Spiritui ſancto. Gloria diſtincta Patri, Filio, & Spiritui ſancto; ſed non diuerſa, quia Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vna ſubſtãtia, vna maieſtas, pares in omnipotentia, æquales in gloria, concordes in voluntate, inſeparabiles dilectione; ſimul continentes omnia, nullo exordio temporales, nulla varietate mutabiles, coæterni, pariter immenſi, vnus Deus, perſonis trinus, eſſentia vnus, trinus, vt nulla ſit in eo ſolitudo, nulla orbitas: vnus vt nulla in eo ſit diuerſitas, nulla multitudo. Trinitas diſtincta, vnitas indiſſolubilis. Trinitas non diuiſa, vnitas nõ compoſita. O vna Trinitas, ò trina vnitas. Et ò Beata ſimul Trinitas, & vnitas. Cui ſit eadem gloria, eademque adoratio, per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

De ſupremo Dei dominio, eiuſdemque optimo regimine.

OPVSC. XXXV.

Super illa verba Iſaiæ 6. Vidi Dominum ſedẽtem ſuper ſolium excelſum, & eleuatũ, & ea, quæ ſub ipſo erãt, replebant Templum, &c.

Iſai. 6.

1 CVm iam multa dicta ſint, quæ ad tractationem pertinent de Deo, in ſe ſpectato; lubet nunc aliqua dicere de Deo ad nos relato. Et quia inter mortales imperare; & Principatum gerere, diuinũ quoddam munus exiſtimandum eſt; Principes enim non modo Imperium à Deo habent, ſed inſtar Dei ſunt, & quicquid dominatur, vim habet Dei, non erit abs re, de eius Principatu, ſupremoque dominio pauca differere. Et quamuis ea, quæ ſupra nos ſunt, quæque ad cœleſtia, & diuina pertinent, nequeant ab hominibus, humana aliqua ratione compræhendi, ne dicam explicari, iuxta illud Iob cap. 38. *Numquid noſti ordinem Cæli, & pones rationem eius in terra?* vnde de rebus diuinis potiùs negando quid non ſint, quã affirmando, quid ſint (iuxta vulgatã Diui Dionyſij doctrinam de cęleſti Hierarch. cap. 2.) certiùs à nobis tractari poteſt. Videns tamen Deus hanc nobis cognitionem eſſe vtilem, tamque neceſſariam, odorem ſuæ notitiæ, iuxta illud Paul. 2. ad Corinth. 2. manifeſtauit in omni loco, ſuauique, ac mira prouidendia quaſdam Imagines, ac figuras præbuit, vt ſenſibilia eſſent intelligibilium ſimulacra, atq; imitamenta, poſſetque per has adumbratas formas ad diuina aliquo modo contemplanda, intellectus noſter, carnis vinculis conſtrictus, attolli, & excitari; licet autẽ Dei Principatus, optimiq; regiminis, multa in ſacris literis prodita ſint monumenta, vt lib. Apoc. & alibi ſæpiùs, illa tamen ſimilitudo, illaque deſcriptio, rei de qua agimus, non obſcurè poteſt accommodari, quàm contemplandam præbuit Iſaias cap. 6. Illic licebit diuini Imperij ſummam poteſtatem, eiuſdẽq; miram executionẽ intueri, vt de tãto Principe gloriemur, & in tot vitæ huius miſerijs, ſuaui eius gubernatione, pariter oblectemur; obſeruemus Imperium, plenumque dominium, illis indicatum verbis, *Vidi Dominum.*

Principatũ gerere, diuinũ quoddam eſt. Tacit. 3. annal.

Iob. 38.

2. Cor. 2.

Iſai. 6.

2 DOMINVM, ac meritò, nam hæc vox abſolutè, ſineque addito, ac reſtrictione prolata, illius eſt dumtaxat, qui eſt, diciturque Dominus dominantium. Deique tantùm eſt cognomen, quique ob eãdem cauſam dicitur Optimus Maximus: nã hæc vox, Maximus, liberum, & immunem à ſeruitute ſignificat. Sic in

Cur Deus dicitur optimus Maximus.

fundis

fundis, agris, ędibus, huiuſmodi vox hanc habet poteſtatem, vt immunem, liberumque ſeruitute, ſignificet, cui adhæſerit. Fundus enim vti Optimus, Maximuſque ſit, qui traditur, ſeruitutem non debere cenſetur, non actum, non iter, non aquę ductum, aut hauſtum, nō paſſionem &c. in quibus hæret nomen ſeruitutis.

Celſus l. cū venderes.

Celſus l. cum venderes, ff. de cōtrahēd. empt. Cum vēderes, inquit, fundum, nō dixiſti, vt optimus, maximuſq; eſt; verum eſt, quòd Quinto Mario placebat; non liberum, ſed qualis eſſet fundum præſtari oportere.

Paul. de legat. 3.

Idem cēſet Paulus, de legat. 3. l. Si mihi, & de fund. inſtruct. l. fundo legato. Celſus autem ſic. *Quod ſi vt optimus, maximuſque eſſet, traditus fuerit fundus, liberum ab omni ſeruitute præſtandum*.

Optimus Maximus liberū ab omni ſeruitute ſignificat.

Ita Deus optimus maximus ex omni antiquitate dictus, quod nulli ſeruitutem debeat, ſed omnium Dominus Dominantium ſit, & Rex Regum, per quem, vt eſt in ſacris literis, Reges regnant; & Imperatores iuſta decernunt. Hinc Iuppiter ab Homero, magnus appellatur. Il grande; per antonomaſiam, prę quo nullus eſt magnus. De Deo autem apud noſtros ſic legitur Pſal. 94. *Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos*; præ quo quicquid extra ipſum eſt, non modo non magnum eſt, verum etiā nihil eſt, iuxta illud Iſaiæ 40. *Omnes gentes ſic ſunt coram eo, quaſi non ſint, & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt ei*.

Pſal. 94.

Iſai 40.

Dominus abſolutè platus Deo tū cōuenit

Sicut igitur eſt. Il grande per antonomaſiam, vnde Optimus Maximus ſemper dictus; ita vox illa, Dominus, abſolutè, & ſine reſtrictione prolata, eiuſdem eſt, dumtaxat, ob eandem rationem, cum ita dominetur, vt nullius ſeruituti ſit obnoxius; meritoque laudantur Imperatores, qui cum ſe immunes, liberoſque ſeruitute non agnoſcerent, hunc titulum recuſarunt, Au-
guſtus, teſte Suetonio cap. 53. Do-
mini appellationem, vt maledictum, 3
& opprobrium ſemper exhorruit.

Suetonius.

Tertull.

De quo etiā Tertull. Apolog. c. 14. ait. *Auguſtus Imperij formator, ne Dominum quidem dici ſe volebat, & hoc enim Dei eſt cognomen. Dicam planè Imperatorē Dominum, ſed more communi: ſed quando non cogor, vt Domini Dei vice dicam; cæterum liber ſum illi; Dominus enim meus vnus eſt, omnipotens, Deus, æternus, idem qui, & ipſius*. Hæc ille.

Tacitus. Suetonius.

Tiberius apud Tacitum lib. 2. annal. & Suetonium cap. 27. denuntiauit ita appellanti, ne ſe ampliùs contumeliæ cauſa nominaret.

Lampadius

Et de Alexandro Seuero, Lampadius idem prodidit: & alij de Adriano; qui omnes refutarunt maxima cum laude, talem appellationem; quemadmodum qui admiſerunt, & exegerunt, vt de Domitiano apud Suetonium cap. 13. & de Caligula apud Victorem, in eius vita, ſummam inde conſequuti ſunt aliorum inuidiam, & odium. Cum
id, quod Dei proprium eſt, qui nul- 4
li ſeruitutem debet, ſed omnium Dominus eſt Dominantium, vſurparint. Hinc Chriſtus, qui ante paſſionem ſolebat à ſuis vocari ſæpius magiſter, quàm Dominus, poſt Reſurrectionem, quando filius Dei eſt declaratus, iuxta Apoſtoli teſtimonium ad Rom. 1. cum creuerit reuerentia erga illum, (Dominus Ieſus) nō ſine myſterio à Marco Euangeliſta, cap. 16. appellatur.

Marc 16.

Act. 10.

Et Lucas Act. 10. vt intelligerent Gentiles illum Deum, quem colerēt Chriſtiani, eſſe verum Deum, illa protulit verba. *Annuntians pacem per Chriſtū, hic eſt omnium Dominus*, neque dignandos ſic ſignificat hoc honore, & nomine, qui colerentur à Gentilibus; quippe cum ipſa multitudine conuincerentur, non eſſe reum omnium Dominos.

Act. 2.

Et idem Act. 2. volens oſtendere Deum feciſſe, vt ille

homo

homo, Chriſtus eſſet, & Deus, ſiue
vt in vnitatem ſuppoſiti, conueniret
humanitas cũ eo ipſo ſuppoſito di-
uino, à quo ſubſtẽtaretur, ita inquit.
*Quia, & Dominum eum, & Chriſtum
fecit Deus hunc Ieſum, quem vos cru-
cifixiſtis.* Quod in idem recidit, ac ſi
dixiſſet, factum diuinitus fuiſſe, vt
Ieſus, quem vos crucifixiſtis, eſſet
non tantùm homo; ſed etiam Deus,
atque adeo Chriſtus: nã Dominus,
abſolutè prolatus, Dei cognomen
eſt: meritoque Iſaias de illo verba
faciens, qui eſt ſupremus omnium
Princeps, nulli ſeruitutẽ debẽs, pri-
mũ omnium principiũ, Deus Opti-
mus Maximus, abſolutè, & ſine ad-
dito Dominum appellat.

5 *Vidi Dominum.* DOMINVM, Per
antonomaſiam iure optimo ita di-
ctus; nam ſi vndiq; conſpiciatur eius
dominiũ, plenum eſt, perfectum, am-
pliſſimum, firmum, ac in totã ſe ex-
tendens æternitatem: hominis im-
perium non modo anguſtum eſt, cũ
paucis mortalibus Rex terrenus im-
peret, & ſi imperaret cunctis, non
dominium haberet Angelorum, ſed
etiam eorum, quibus dominatur, nõ
plenum habet dominium, non enim
animarum eſt Dominus non pro li-
bito Imperij iura poteſt exercere:
quin potius ipſum anguſtũ, & limi-
tatũ dominiũ ſeruituti eſt admixtũ,
vt ſubditis, quibus imperat, illi ſer-
uire ſit opus, moremque gerere ſuis
Epheſ. 6. ſeruis. Sic Paulus ad Epheſ. 6. vt per-
Chryſoſt. elegãter obſeruauit Chryſoſt. poſt-
quã quæ ſeruorum ſunt partes, do-
cuiſſet illis verbis. *Serui obedite Do-
minis carnalibus cum timore; & tre-
more, in ſimplicitate cordis veſtri,* &c.
ſubdit. *Et vos Domini eadẽ facite illis.*
Eadem: quæ? cum beneuolẽtia, *ſer-
uite, ſed nõ dixit ſeruite: quanquã cum
dixit,* eadem, *iſtud euidenter oſtendit,
ſeruit enim, & Dominus.* Hæc Chry-
ſoſtomus: ita enim imperant terreni
Principes, vt hoc ipſo, quod impe-
rãt, ſubditis morẽ gerere, eos opor-
teat, dominiumq; habent ſeruituti
valde affine, ne dicã duriſſimã ſerui-
tutẽ: at Deus nulla re indiget; quæ
ſub eius eſt dominio. Hinc Augu- 6
ſtinus in illud Pſal. 69. *Deus adiuua* Auguſt.
me; negat homines propriè, & abſo- Pſal. 69.
lutè eſſe Dominos, ſolùm Deũ iure
eſſe, & haberi talẽ. Et in hãc ſentẽ-
tiã affert Dauidicum illud Pſal. 15. Pſal. 15.
*Dixi domino Deus meus eſt tu: quo-
niã bonorũ meorũ nõ indiges.* Hoc idẽ
repetit ſuper Geneſ. ad literã lib. 8.
c. 11. Imò lib. 12. de Ciuit. Dei c. 17.
affirmat Deum ea de cauſa noluiſſe
mundũ ab ęterno producere, vt nul-
la ſe indigere creatura, indicaret. Et
Cyrill. lib. 1. Theſaur. cap. 6. aſſerit Cyrill.
creaturarũ productionẽ pro inutili,
& ſuperuacanea habendam, ſi Dei
cõmodum, & vtilitatẽ inde velimus
attẽdere, cũ nullius rei ſit vnquã in-
digens: perfectũ eſt igitur Dei do-
minium, nulla ſeruitute permixtum,
ac etiã ampliſſimũ: nã vbi cęterorũ
Regũ, Regna anguſtiſſimis cõtinẽ-
tur terminis; huius tamẽ ſummi Re-
gis Imperiũ, in totũ terrarũ orbem
protẽditur, & quicquid conditũ eſt,
ſuo coercet ſinu, iuxta illud Pſalm.
118. *Omnia ſeruiunt tibi.* Et rurſus Pſal. 118.
Pſal. 102. *Regnum ipſius omnibus do-* Pſal. 102.
minabitur. Quod alijs verbis aſſer-
uit Heſter c. 17. *In ditione tua cuncta* Heſter. 17.
ſunt poſita. Iuraq; dat Imperator ille
cœleſtis, tã mortalibus, quã immor-
talibus: tã viuẽtibus, quàm vita fun-
ctis. Et vt omnes ſciãt tã eſſe firmũ,
ac ſtabile, quàm amplũ, lateq; po-
tẽs, ſubditur eodẽ loco. *Et non eſt
qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati,* con-
iunctũ enim cum omnipotẽtia Im-
perium eſt. Imò hoc ſigno, tãquam
à poſteriori argumentando, probat
ibi Mardocheus Deũ Regẽ eſſe om-
nipotentẽ, quia reſiſtẽtem nõ habet
poteſtatẽ: iure, triũphantẽ, ſcriptura
eũ appellat, *Porro triũphator in Iſrael
non parcat.* 1. Reg. 15. ſemper. n. bella 1. Reg. 15.
gerens

Quam Deus triumphator dicatur.

gerens, triumphat, hoſtemq; oppugnans, expugnat. Nam, quæ ſua eſt omnipotentia, rem, quam ſemel inſtituit, non dimittit, priùs quàm ad exitum perducat, ac ita cum hoſtibus agit, vt mouens aduerſus illos bellum, conficiat, tandemque triumphet. Quod ſi eius prælia ſemper in manu habent victoriam, belláque, triumphum, non tam dimicans, quàm victor, nec tam bellator, quàm triumphator dici debet. Nec cũ de Deo agitur, poteſt dici quod Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 40. de Eleazaro philoſophatur, quem cum oppreſſum à ruente beſtia, quam occiderat, contemplatur, ac illius ruina oppreſſum, & mortuum, pereleganter dixit *ſuo eſt ſepultus triũpho*; ſatis erit de Deo dicere, quod de ſuo triumphat occaſu: & dum ruere videtur voluntas illius, quæ dicitur beneplaciti, peccatoris opera, reſurgit permiſſiua voluntas; & dum victa eſt, vt ita dicam, voluntas eius antecedens, triumphat conſequens. Vnde D. Tho. 1. p q. 19. ar. 6. inquit. *Quod recedere videtur à Diuina voluntate ſecundùm vnum ordinem, relabitur in ipſam ſecundùm alium, ſicut peccator, qui, quantum in ſe eſt, recedit à Diuina voluntate peccando, incidit in ordinem Diuinæ voluntatis, dum per eius punitur Iuſtitiam.* Quod ab Auguſtino uidetur mutuatus dum ait in Pſal. 110. *Non enim ſic conſtituta opera Domini, vt creatura, in arbitrio libero conſtituta, creatoris ſuperet voluntatem, etiam ſi contra eius faciat voluntatem: non enim vult Deus, vt pecces, nam probibet; tamen ſi peccaueris, non putet hominem feciſſe, quod voluit, & Deo accidiſſe, quod noluit: ſicut enim vult vt homo non peccet; ita vult peccanti peccare, vt reuertatur, & & viuat: ita vult poſtremò in peccato perſeuerantem parcere, vt iuſtitiæ potentiam, contumax non euadat: Ita quicquid elegeris, potenti non deerit, vnde ſuam de te compleat voluntatem.* Hæc Auguſtinus. Quod ſi victus victor euadit, ac de ſuo etiam triumphat occaſu, optimè triumphator dicitur, firmũque ac ſtabile ſemper erit eius Imperium. Hinc eſt, quod in totam imperat æternitatem, & vbi terreni Reges tam breui dominantur, vt terrena oſtendens Dæmon Regna, ad alliciendos homines, vel inuitus, Luca teſte cap. 4. momenti fecerit mentionem. *Oſtendit illi omnia Regna orbis terræ in momento temporis*. Super quæ verba pulchre Anbroſius. *In momento temporis*. Super quæ verba pulchrè Ambroſius. *In monento temporis ſæcularia, & terrena demonſtantur: non enim tam conſpectus celeritas indicatur, quàm caducæ fragilitas poteſtatis exprimitur, in momento enim cuncta illa prætereunt, & ſæpe honor ſæculi abijt, antequàm venit.* At de Regno Dei cecinit Dauid Pſalm. 144. *Regnum tuum Regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem.* Et de Chriſto Rege teſtatur Angelus Gabriel Luc. 1. quod *Regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis*. Nec ſolùm in totam imperat Deus æternitatẽ, ſed ab omni æternitate: nam licet Auguſtinus lib. 12 de Ciuit. Dei cap. 15. noluerit illam definire difficultatem, an Deus ſit dominus ab æterno. Et Tertullianus aduerſus Hermogenem hæreticum in principio, affirmet in tempore Deum fuiſſe dominum, cum primùm creaturæ cæperunt, citatq; in hanc ſententiam, quod libro Geneſ. cap. 1. ſcriptum reperitur, *Dixit Deus* quando omnia creabat: poſt omnia verò creata dicitur dominus: probabile tamen eſt, nec contra horum Patrum doctrinam, aſſerere Deum aliquo pacto ab æterno fuiſſe dominum: tum quia creatura antequam eſſet, Dei

Ambr. Thom. Auguſt. Luc. 4. Pſalm. 144. Luc. 1. 9 Auguſt. Tertullian. Gen. 1.

ſub-

ſubdita erat Imperio : licet enim homo non imperet ijs, quæ ſub ſe ſunt, niſi poſtquàm ſunt, infirmum enim ac debile: eſt eius dominium: Deus autem, Dominus dicitur creaturarum, ante quàm ſint, quia imperat vt ſint, & vt ex nihilo in aliquid, ad eius nutũ cõuertantur, quod Dauid teſtatur Pſal. 32. *Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſũt.* Et etiam D. Paul. ad Rom. 4. *Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt.* Antequam igitur ſint, præcedit dominium, nec poſſent per mandatum fieri, ea quæ non erat, niſi præcederet dominium, ratione cuius præceptum vim habet. Adde etiam, vt indicauimꝰ cũ de nominibus Dei, duo in hoc Dei dominio poſſumus conſiderare: potentiam Diuinam, ſeu poteſtatem qua fundamẽtaliter vt ita dicam eſt Dominus: et relationem ad ea, ad quæ eſt poteſtas, quæ tribuit eidem formalem Domini, denominationem. Quantum pertinet ad relationem, quæ in Deo realis non eſt, cum potius creaturæ referantur, ad ipſum, Dominus dicitur ex tempore, quantum verò ad poteſtatem, Dominus eſt ab æterno. Cõplexus eſt hæc omnia Dauid illis paucis verbis Pſal. 8. *Domine Dominus noſter.* In quæ, noſter Agellius, Domine nomen eſt naturæ, & eſſentiæ, quod verò ſequitur, Dominus noſter dignitatis, & imperij: illud exemptum, & abſolutum, hoc relatiuum, refertur enim ad ſeruos, quaſi diceret Dauid. Qui ſemper ad æterno ob naturæ excellentiam, & innatam poteſtatem, fuiſti Dominus, factus es in tempore Dominus noſter, per creationem: Cum igitur ex omni, & in omnem æternitatem imperet Deus, eiuſq. regnum ſit firmum, ampliſſimum, plenum vndique perfectum, quid mirum, ſi per antonomaſiam Dominus dicatur?

Pſalm. 32.

Rom. 4.

Quomodo Deus dicitur dominus ab æterno & in tẽpore.

Pſalm. 8.

Vide Dominum. DOMINVM.

10 Cuius dominium tam eſt vniuerſaliſſimum, tamque altioris rationis, vt proprium creaturæ dominium non excludat, nec donando, aliquid amittit, ſed ſua iura ſemper retinet. Non ſic Rex terrenus, qui dum ſui eſt profuſus, alieni fit appetens, quod enim largitur, amittit. At cum de Deo ſermo eſt, deque illo ſupremo rerum omnium Principe, nihil tale eſt timendum: Nam ſicut vniuerſalitas cauſalitatis diuinæ, propriam creaturæ cauſalitatem non excludit, quin potiùs admittit, & ad eundem producendum effectum concurrunt, miraque ſocietate coeunt; ita largiendo, nihil amittit, quamuis profuſè largiatur, diſpar enim eſt eius dominium, ac altioris ordinis, imò multa ſunt bona creata, quorum Deus non aliter efficitur Dominus, quàm donando; niſi enim ea donaret, non faceret: ſi autem non faceret, eorum Dominus non eſſet.

Deus largiendo nihil amittit.

11 Quod maxime patet in creaturæ rationalis Beatitudine: non eſſet Deus, Dominus gloriæ, & Beatitudinis talis creaturæ, niſi eandem bearet. Confirmat hãc doctrinam id quod legitur Sap. cap. 3. pulcherimè. *Fulgebunt iuſti, & tanqnam ſcintillæ in arundineto diſcurrent: iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.* Quorum priora verba ad fulgorem pertinent celebritatis, & famæ, atque laudis, quæ in iudicio erit iuſtis à Deo: Alij ad lumen Beatificum, ſeu gloriæ, illa referunt, vt Hugoni placet. Poſteriora verò ad iudiciariam poteſtatem, illis, à Deo in extremo iudicio collatam. Tertullianus ad Martyres cap. ſecundo indicat martyres, de quibus præcipuè iſta omnia videntur ſumi, iudicaturos de Iudicibus ſuis, non modo ipſum Deum: quamquàm latior videatur propoſito de iudicandis, nempe natio-

Sap. 3.

Hugo.

Tertullian.

natio-

by Googl

nationibus, deq; iudiciaria poteſta-
te, Apoſtolis, & Apoſtolicis viris
peculiari ratione tributa. Sed ad
rem noſtram, vt intelligamus poſt
tam præclarā retributionem, adhuc
Eodē loco. Deum retinere iura ſua, quin po-
tiùs protendere, ſubditur. *Et regna-
bit Dominus illorum in perpetuum*:
tantum igitur abeſt, vt retribuere
creaturæ ius ſuum, per illud mirabi-
le beatitudinis opus, ſit contra di-
uini perfectionē dominij, vt potius
illud ipſum ſit quædam amplitudo,
& perfecta eius extenſio, eo enim
potiſſimum efficitur Dominus glo-
riæ, quia ſic maximè à creaturis co-
gnoſcitur, ac laudatur, eaſdemque
valdè perfectas, ac beatas poſſidet.
Daniel.7. Cōfirmat Daniel cap.7. illis verbis.
*Regnum autem, & poteſtas, & magni-
tudo Regni, quæ eſt ſubter omne Cœlū,
detur populo Sanctorum, Altiſſimi.* At-
que vt omnis penitus tollatur ſuſpi-
tio, tàm magnifica largitione ex-
hauriri Dei dominium, ſubdit. *Cu-
ius Regnum ſempiternum eſt, & om-
nes Reges ſeruient ei, & obedient.*
Sed præclarè poteſt adduci in hanc
Pſal. 29. ſententiā Dauidicum illud Pſal.29.
*Exaltabo te Domine, quoniam ſuſce-
piſti me*, quod vltimum, non admo-
dum liquet; aliqui enim putant eſſe
legendum extuliſti me, quomodo
Aquila tranſtulit, *ſublimem poſuiſti
me*. Et S.Baſilius Septuaginta in- Baſilius.
terpretationem explicari ex Aqui-
læ verſione poſſe ratus, ſic declara-
uit (me ſublimaſti) eleuaſti me; quæ
expoſitio ſenſum non inelegantem
habet, & rei noſtræ ſatis accommo-
datum; quia me ſubſtuliſti à pericu-
lis, & exaltaſti ad Regnum: ipſe quo-
que pro eo, ac vires ferunt, in exal-
tando te, reſpondeam, faciam quan-
tùm in me eſt, vt dùm mihi hoc cō-
fers donum, & beneficium, dilate-
tur potiùs, quàm minuatur, tuum
12 dominium. Ac ſtabiliri, & dilatari
eius dominium, conferendo alijs.
Indicat primum, & ſecundum ca-
put Geneſis; nunquam enim ſcrip- Gen.1.&2.
tura ſacra conſueuit ante hominis
creationē, Deo hunc DOMINI ti-
tulum tribuere: ſed paſſim reperi-
tur ſcriptum. *In principio Deus crea-
uit Cœlum, & terram. Spiritus Dei
ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus
fiat lux, & facta eſt lux. Dixit verò
Deus, &c. Dixit quoque Deus*; nun-
quam Dominus Deus: at creato
homine, centies licebit legere, Do-
minus Deus, cur ita? Variæ huius
diſcriminis rationes poſſent afferri,
quorum aliquæ perpendentur infe-
riùs: illa ſolùm nunc ſufficiat, quia
dixerat Deus primis parentibus
creatis, *Replete terram, & ſubijcite
eam, & dominamini piſcibus maris,
& volatilibus cœli, & vniuerſis ani-
mantibus*: vt omnes intelligerent in-
tegrum eſſe adhuc ſuum dominium,
nec tantillum diminutum illa largi-
tione: tunc maximè gaudet titulo
Domini. Ex eodem fonte hauſit 13
hanc doctrinam Dauid, qui cum di-
cturus eſſet, de homine loquens,
Pſalm.8. *Conſtituiſti eum ſuper opera* Pſal.8.
*manuum tuarum, omnia ſubieciſti ſub
pedibus eius*, &c. ſic priùs ſumpſit
exordium, *Domine Dominus noſter,
quàm admirabile eſt nomen tuum in
vniuerſa terra*, e dicens omnibus
totum id eſſe faciendum, ſaluis iu-
ribus Dei.

Et ad extremum eodem primò
verſu repetito, *Domine Dominus no-
ſter, &c.* in Dei laude, atque admi-
ratione, Pſalmum claudit, vt oſten-
deret re ipſa ita factum eſſe, conſti-
tutum, ſ. hominem dominum rerum
ſublunarium, ſine diminutione, quin
potiùs cum extēſione diuini domi-
nij. Ac idem, cōmemoratis tot pro-
uidentiæ, & potentiæ operibus, ac
beneficijs Pſal.103. ad hymnū, crea- Pſal.103.
toris ſermonem conuertens; *Quàm
magnificata sūt opera tua Domine, om-
nia in ſapientia feciſti*, ſubdit *Impleta*

eſt terra poſſeſſione tua, ſatis ſic indicans in mundi primordio, & in hoc rerum omnium opificio, quãdo hominem conſtituit cunctorum poſſeſſorem,& Dominum, ipſum nõ amiſiſſe poſſeſſionem,ſed dilataſſe: hæc enim eſt admirabilis ſupremi illius dominij natura,& poteſtas, vt proprium creaturæ non excludat, nec largitionibus minuatur.

14 Dei dominium naturæ legibus non arctatur.

DOMINVM, Cuius ius eſt ita sũmum, vt ſi illo nobiſcum vellet agere, de nobis actum eſſet: cum nec naturæ legibus teneatur ſtare. Audi de Cœlo teſtem Gabrielem Archangelum, qui vt ſignificaret B. Virgini Deum in Incarnationis myſterio,& conceptione filij Dei ex Matre Virgine, naturæ iura velle violare, & poſſe: Luc. 1. *Quia non eſt impoſſibile apud Deum omne Verbum*; cõſultò ei dixit *Dominus tecum*, in memoriã illi reuocans ſupremam,& omnipotentem Dei facultatem dominatiuam, quæ prout ei libuerit, poteſt omnes naturæ leges abrogare, req; ipſa præſtare, vt intacta Virgo, Genitorem ſuum conciperet, & pareret: (Luc. 1.)

15 ſed non ſolùm violat in noſtrũ commodum,& beneficium,ſed quãdoq; in ruinam,& perditionem. Quamuis enim ignis duplicem à natura vim habeat, alteram ad comburendum, alteram verò ad lucendũ; ipſe tamẽ tanquã ſupremus Dominus, germanos hos effectus, per naturã inſeparabiles, & ſeparat, & diuidit; ignis namque inferni ad maius impiorum ſupplicium, comburit,& non lucet: opus quidem ſupra naturam, infra tamen limites, illimitatæ poteſtatis Dei, qui tanquam ſupremus Dominus iura naturæ quandoque violat, iuxta Dauidicum illud Pſalm. 28. *Vox Domini intercidentis flammam ignis*: quæ verba Baſilius, Theodoretus, Nicephorus, Euthymius, & alij, ad ignem referunt inferni; cuius duæ poteſtates, naturæ viribus inſeparabiles, Domino imperante ſic diuiduntur perpetuò; vt lucendi vis ſupprimatur, libera vrendi vi altera, relicta. (Pſal. 28.)

16 Plenũ Dei dominii ius erga nos.

Sed de hoc latiùs cum de potentia obedientiali. Contemplemur iura, quibus nobiſcum poteſt agere, quorũ multiplici titulo dicitur Dominus,& creationis, & redemptionis,& ſpontaneæ ſubiectionis: hæc enim ſunt ita ſumma, vt ſi ſpectemus quid ab eo acceperimus, omnia illi debemus, quia nihil eſt, quod nõ accepimus; quamuis ſi ſpectemus quid nobis pręceperit, non debemus omnia; multa infirmitati noſtrę conceſſit, decem tantùm præcepta nobis dedit. Cum igitur facimus aliquid boni, quod præceptũ nobis non eſt; plus quidẽ facimus, quàm præcepti iure debemus, nõ autem plùs, quàm ſi Deus ſummo nobiſcum iure agere voluiſſet, deberemus. Et quod caput eſt, ob iniuncti operis expletionem, nulla nobis debetur merces, aut gratia, nam quicquid miniſterij à nobis accepit, ſibi debitum eſſe credit ex iure ſui dominij,& ex conditione noſtræ ſeruitutis, quia ſerui ſumus,& omnem operam noſtrã tali Domino debemus. Audi ipſum, iura ſui dominij declarantẽ Luc. 17. (Luc. 17.) *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus*: eo autem loco, vt animaduertit Burgẽſis, (Burgenſ.) pręcepta non opponuntur conſultis, ſiuè conſilijs: Nam quamquam non offendimus Deum, ſi omittimus ea, quæ nobis ita conſuluit, vt non pręceperit; tamen etiam cum fecerimus ea, debemus fateri, nos ſeruos inutiles,&c. in quo ſolo verbo ſumma diuini dominij iura, licebit intueri. Nam ſi inutiles homines ligno vitis comparantur Ezech. 15. (Ezech. 15.) de qua non fit opus, nec fabricatur de ea paxillus; ſed igni traditur in eſcam, ergo ſi laborantes homines

ex

ex conditione propriæ ſeruitutis, & ex iure diuini dominij, fateri ſe debēt ſeruos eſſe inutiles, poſſet Deus, ſi ſummo nobiſcum iure vellet agere, poſt tot labores, perpetuò igni tradere. Quo quidem docemur ma-
17 gis arcto ſeruitutis vinculo, nos Deo eſſe obſtrictos, quàm vnumquemq; ſeruum Domino ſuo: Nam cum de illo agimus, quando id, quod officij ratione explere tenebatur, non expleuerit, vapulabit: & ob iniuncti operis expletionem, nulla ei debetur merces, aut gratia, contentuſq; eſt, quòd plagas effugerit, nec vltrà terreni domini ius in ſuum ſeruum protenditur: at cum de cœleſti illo Domino ſermo eſt, eius abſolutum, plenumque dominium, plùs poteſt exigere, ſeruique laborantes, ſi poſt iniuncti operis expletionem, plagas ab eo acciperent, ſuo iure ageret, poſſetque, quod ſummum eius eſt dominium, eos ſuis iuſſis obſequentes, adhuc æterno igni mancipare.
18 Quare Paulus, vt exactiùs hoc Dei dominium, noſtramq; è contra ſeruitutem declararet, nos ad Rom. 9. figmento, & vaſi; Deum figulo, comparat: Nam quemadmodum figulus poteſtatem habet pro libito, ex eadem maſſa vnum facere vas in honorem, alterum in cõtumeliam, nec ius habet vas, in cõtumeliam efformatum, obijciendi factori ſuo. Cur ſic me feciſti? multò magis id concedendum eſt Deo, iure dominij, quod habet in hominē, & in quamcunque creaturam. Sed nota ad ſolatium ſeruorum, ſuas explentium partes, & ad Caluiniſtarum confutationem, qui ex illius parabolæ concluſione apud Luc. 17. colligunt nullam nobis deberi mercedem, etiam ſi præcepta omnia ad perfectum obſeruauerimus; re ipſa non ita euenturum: nam in applicatione parabolæ, cum debuiſſet dicere Dominus, ſic & vobis etiam, cum feceritis omnia, quæ ſunt præcepta, Deus nullam eſt habiturus gratiam, nec vos honore ob id afficiet, ſed vos inutiles ſeruos appellabit, ſic enim applicationem ſimilitudini reſpondentem haberemus, dum propoſita parabola de Domino, & ſeruo, illud continet numquid gratiam habet ſeruo illi, qui fecit quæ ei imperauerat? at nō ita quidem dixit, ſed vos, inquit, *Dicite ſerui inutiles ſumus*: voluit enim hoc exemplo Dominus, nos ad humilitatem informare, & magis hoc agit, vt intelligamus, quid de nobis ipſi ſentire debeamus, quàm quales nos reputet Dominus Deus noſter, aut quomodo nobiſcum acturus ſit, poſtquàm fecerimus quæ præceperit nobis: nam qualem, quantamque gratiam habeat Deus huiuſmodi ſeruis ſuis, illo loco Saluator docet Matth. 25. *Euge ſerue bone, & fidelis, quia &c.*
intra in gaudium Domini tui. Vbi 19
obſeruandum, quod non ſolùm gratiam referat, ſed & ſeruum bonum, & fidelem appellet. Noſtrum eſt ergo ita ſentire de nobis; nos ſeruos inutiles eſſe: Dei autem erit dicere, *Euge ſerue bone, &c. Cum bonus ſit Deus*, inquit Euthymius, *Seruis, tanquam mercenarijs vtitur, & ſeruitutem eorum, mercede rependit, ac debitum obſequium, tanquam factum egregium ſuſcipit, & præmium tribuit, quod labores etiam excedat*. Similiter Cyrillus in catena, ſic & Deus petit quidem à nobis famulatum iure ſeruitij: verùm quia clemens, & bonus eſt, honores laborantibus pollicetur, & ſupereminet ſudoribus ſubiectorum beneuolentiæ magnitudo, vincit namque bonitas eius (quod addit Euthymius) id quod iuſtum, & æquum eſt. Sed ex mox ſequentibus, id magis patebit.

DOMINVM, nomen eſt in 20

Rom. 9.

Cõfutatur Caluinus.

Luc. 17.

Matt. 25.

Euthym.

Cyrill.

Timorem incutit hoc nomē (Dominus.) fronte; & in receſſu timorem incutiens, & horrorem: ſi enim inquit, *Ego Dominus, vbi eſt timor meus?* Malach. 1. Et quidam deriuant nomen *Domini*, quaſi ſit dans minas: & dominari, ſi ad rem, non ad vocem reſpicias, cum de Regibus gentium ſermo eſt, quid aliud eſt; quàm tyrannidem exercere, iuxta illud Matth. 20. *Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt; poteſtatem exercent in eos?* vbi addita propoſitio In, vt notat Burgenſis, & ex Græco habetur, in malam partem verbum *dominantur, & poteſtatem exercent*, trahit: Senſus igitur eſt Principatum, dominatu definiunt, vnde magna ſæpè tyrannis; non proponunt ſibi eorum, quibus præſunt, vtilitatem, & commoditatem, vt totius Principatus ſui ſcopum, ſed ſe ipſos proponunt, ſuamque ambitionem, cui ſeruire ſubditos cogunt, tùm legibus, tùm vi, malo frequenter ſubditorum, & quòd ſummum eſt malum. Qui poteſtatem habent, *Super eos*, inquit Lucas cap. 22. *benefici vocantur*: ideſt in hoc ſibi placent, quòd alijs dominentur, & præſint; & clementes, ac benefici non tàm ſint, quàm nominentur, dum ſęua, crudaque tyrannide, oppreſſos ſubditos, prædicatores eſſe cogunt ſuæ clementiæ, & dum tyrannica patiuntur facta, vt pro odio reddant gratiam.

Malach. 1. Pepinus. Matt. 20. Burgenſ. Diſcrimen inter dominatum diuinum, & terrenum. Luc. 22.

21 At hæc omnia, ad Deum relata, & ſolatium afferunt, & addunt animum, de quo illud eſt proditum Sapient. 12. *Virtus enim tua, Iuſtitiæ initium eſt, & ob hoc, quòd omnium, Dominus es omnibus te parcere facis:* tantùm abeſt, vt Deus potentiam. & robur impendat ad opprimendos alios, vt potiùs virtus, & potentia, iuſtitiæ ſit initium: non ſolùm potentiam habet coniunctam cum ſumma Iuſtitia, ſed etiam illius robur, eſt Iuſtitiæ fundamentum, & radix. Solis igitur prouocatus peccatis, potētiam Deus exerit ad puniēdum; hæc namq; non ſeiungitur à Iuſtitia, ſed illa huius eſt baſis, vt non adhibeatur, niſi cum ipſa exigit. *Et ob hoc, quod omnium Dominus es omnibus te parcere facis*, ideſt tuus in omnia dominatus facit, vt parcas omnibus: hoc ipſum, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facit: nimirùm qui præeſt potentia, miteſcit natura, inquit Gloſa interlinearis, & punit citra condignum, ait Lyranus. Quod clariùs declamant verba illa eiuſdem Sapient. 9. *Deus Patrum noſtrorum, & Dominus miſericordiæ*. Dicitur autem eo loco, Dominus miſericordię, non tantùm, vt ſit idem quod Dominus miſericors, quemadmodum appellatur Deus gloriæ, & Rex; ſed quia dominium ſuum declarat, miſerendo potiùs, quàm quoduis aliud opus exercendo. Sic quidem credere videtur Eccleſia in illa ſolemni prece, *Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas*. Et in alia, *Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere*. Ad miſericordiam docet pertinere S. Thom. 2. 2. quęſt. 30. artic. 4. quod alijs effundat, & defectus aliorum ſubleuet, idque maximè Superioris eſſe: carentis, videlicet omni penitus miſeria, defectu, imperfectione; miſericors habet vnde largiatur in ſe ipſo, & ipſo mouetur ad miſerendum, bonitatis peculio proprio; mouetque miſericordia quodammodo, applicatque attributa cætera, ad opus externum, etiam Iuſtitiæ punientis, non ſolùm quia punit Deus citra condignum, ſed quia puniendo, tollit deformitatem iniquitatis, quæ eſt miſeria maxima, ne nempè læſa maneat iuſtitia; impunita relinquatur malitia. Et quòd ſummum Imperium, ſumma

Sap. 12. Nicol de Lyra. Sap. 9. Thom.

22 ſumma deceat clementia, & quòd Deus quò potentior, eò ſit benignior, elegantiſſimè omnium docet Iob cap. 10. illis verbis. *Et ſcias quia nihil impium fecerim, cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere*; pulchram reddens rationem, quod diuina potentia commiſerationem debeat excitare, & quòd Iudex quo potentior, & ſuperior eſt, eò etiam debeat eſſe benignior, quaſi dicat, ſi is tu eſſes Iudex, à cuius Tribunali ad ſuperiorem Iudicem prouocatio eſſet, nihil mirum, quod timens, ne quis ſuperior Iudex me, meamque controuerſiam è tua poteſtate, atque iudicio eriperet, & ad ſe aduocaret, velles nullas in me iudicando, torquendo, examinando, ſententiam ferendo, denique plectendo extremo ſupplicio, trahere moras: At *cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere*; cur me tam acriter vexas, nulla reſpirandi, aut interquieſcendi poteſtate permiſſa, ſpatioque vllo temporis conceſſo? At hoc (inquies) terroris, atque formidinis maximum eſt argumentum; ſupremæ enim illius poteſtatis conſideratione, omnis effugiendi iram eius, ſpes nobis ſubtrahitur, ſed bono eſto animo, nam miſericordia nos diuina, diuinæ iræ ſubtrahit, & occultatos efficit. Hinc Iob non poſtulat aliud perfugium, aut latibulum, quàm illud ipſum, cuius furorem timet, & fugit, & quem latere cupit cap. 14. *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus*. Deum timet, & latere deſiderat, & precatur, vt ipſe Deus illum abſcondat, ſcit enim neminem alium poſſe nos abſcondere, & ſubtrahere diuinæ iræ: Non Cœlum, non infernum, non maris extrema, non tenebras ipſas, Pſalm. 138. ergo quod de diuina charitate, dum nos flagellat dixit Gregorius, *Vna manu protegit, & ſubſtentat, alia percutit*; ita nunc dicendum, vna manu protegit, & abſcondit: alia iraſcitur, & quærit quem percutiat, & proſternat: & quod ferunt de Artaxerſe breuem habuiſſe manum ſiniſtram, longiorem dexteram, id altiori ſenſu poteſt dici de ſummo omnium Domino, maximo ſubditorum bono, arcta præditum eſſe ſiniſtra manu, ampla verò dextera: illa Iuſtitię, & iræ, hac verò miſericordiæ, & liberalitatis ſimulachro. Vnde Iob, voces illæ Deum inuitantes cap. 14. *Operi manuum tuarum porriges dexteram*, in ſingularis cuiuſdam amoris, atque beneuolentiæ ſignum: quinimò non inuitatus adeſt; quod pulchrè expreſſit Dauid Pſalm. 20. iuxta Dydymi expoſitionem, *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt*. Vbi hic Auctor per manum, ſimpliciter prolatam; intelligit ſiniſtram, quæ punitionem denotat, vt ſolet nomen generis pro ſpecie imperfectiore vſurpari, & patet; nam illi opponit dexteram, quæ miſericordiam, & largitionem ſpiritualium bonorum ſignificat. Sed nota loquendi modum. ſiniſtram, 23 ſcilicet inueniri, nam peccatores exponunt ſe ruinæ, & perditioni, nec niſi prouocatus Deus potentiam exerit ad puniendum: dextera verò quærit, cuius miſereatur, & cui benefaciat, quantumuis inimico: *Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt*, quomodo timendum, quod graue tributum imponat ſubditis, ſi conſulit rebus omnibus, omneſque requirit, quibus benefaciat. Requirit, & vocat ea quæ non ſunt ad Roman. 4. (ideſt quæ ſunt obſcura, & ignobilia.) tanquam ea, quæ ſunt, vt ſplendorem,

Iob 10. Suprema Dei poteſtas in puniendo non formidinis, ſed ſolatij debet eſſe argumentũ. Iob 14. Pſal. 138. Artaxerſes. Iob. 14. Pſal. 20. Dydimus. Pulchrè deſcribitur quã magis Deus ſit pronus ad miſericordiam quam ad iuſtitiam. Rom. 4.

dorem, & pulchritudinem confe-rat: quemadmodum qui profuſæ cujuſdam in pauperes liberalitatis ſit, omnes egenos requirit, quibus poſſit benefacere: vti Abraham, qui in ipſo feruore diei ſtabat, Geneſ.18. in oſtio tabernaculi, tanquam in ſpecula, ne illum pauper, aut peregrinus præteriret, requirebat enim cui benefaceret: & iuxta illam Iob phraſim, *Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus deſuper, & non illuſtretur lumine*. Deus ſanè cum impertiri lucem velit diebus omnibus, omnes dies requirere videtur, vt iterum annua conuerſione, lucere mundo, ſuo beneficio, luceque accepta, poſſint; ſi non ijdem illi, ſaltem alij, illorum Vicarij. Quod ſi cum rebellibus, & defectoribus ita ſe gerit, vt ad pœnitentiam reuocet; modeſtis, & obſequentibus, quales ſunt iuſti, quid faciet? illis ſtrenuè laborantibus, munificum ſe, & liberalem, quaſi ex diuina quadam gratitudine, præbet. Niſi enim aliud ſaluti, & ampliori iuſtorum meritò expediat, bonis etiam temporalibus vellet Deus iuſtos ſuos cumulare; neque ſolùm in futura vita, ſed etiam in præſenti centuplum conferre; *Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat*. Eccleſiaſt.51. *& in hora veloci proceſſus illius, fructificat*; neque enim expectat noctem, ne cum illo pernoctare videatur labor mercenarij, ſed ante noctis tenebras, in eadem etiam laboris hora, & iacti ſeminis boni operis, germinat, & creſcit culmus, & matureſcit, & fructũ colligere licet; vix pedem mouebit homo, vt procedat in Dei obſequio, cũ ſtatim mouebit, porrigetq; manum Deus, vt præmium largiatur. Non.n. Deus ſicut alij Patresfamilias, qui quamuis liberales ſint, & iuſti pariter, atq; benigni erga mercenarios, tamen laboris præmium, non ſecum deferũt, ſed domi in ſcrinijs ſeruant, eo mercenarios ire iubent, mercedem ſui laboris accepturos. At Deus ſecum defert præmia noſtri laboris, & ad manum parata habet. *Ecce*, inquit, Iſaias cap.62., quod mirabilis cuiuſdam liberalitatis, & benignitatis eſt, *Merces eius* quam ipſe proponit ijs, qui ſe coluerint, *cum eo*, ad manus habet, ſecum defert, ſtatim redditurus laborantibus. Neque ſatis fuit hoc ſemel dixiſſe: repetit iterũ; quò de Dei liberalitate, & benignitate erga ſuos ſeruos, nos certos faceret. *Et opus illius coram illo*. Neque oportet feſtinare mercenarios pro accipienda mercede: ille mercedẽ redditurus, feſtinat: unam homo ſui præmij, ſuæq; vtilitatis licet auidiſſimus, tardior, atque ſegnior eſt, præ velocitate, & feſtinatione diuinæ munificentiæ: quin imò dum quicquid habemus, vniuerſum eſt Dei beneficium, hoc quaſi anticipata ſolutione, nos ſibi deuinxit Deus, & conduxit ad ſeruiendum. Beata ſeruitus, tùm his nominibus, tùm etiã alijs, quę explicabũtur inferius.

Gen.18.

Iob 3.

24 Deus vellet iuſtos bonis tẽporalibus cumulare ſi ipſis expediret.

Eccleſ. 51.

Deus ad manum dicitur habere mercedem mercenarij

Iſai.62.

DOMINVM, qui ſic eſt diſpar ab alijs dominis; nã vbi illi quibus nõ à natura, ſed à fortuna (vt Phanius dixit lib.4. cõtrouer.22.) ſic dominatione, & dignitate inſoleſcũt, ſic ſolẽt exuere humanitatẽ oẽm, vt quaſi ſerui homines nõ eſſent, aut ipſimet ſuperioris alicuius, diuinęq; conditionis, exiſterẽt; ſic cũ ſeruis agũt, vt illorũ nõ cõditionẽ modo, ſed & naturã faſtidiãt. Deus verò, qui natura Dñs eſt, tãtaq; cęteros ſupereminẽs dñatione, & dignitate, vt hac conſideratione velit D. Paul. Principes, & Magiſtratus oẽs cõtinere in officio, & æquitate, & ſuperbiã eorum cõprimere, q Dñũ ipſi quoq; habeãt ſupremũ Dñm, & Iudicem, dicẽs ad Epheſ.6. *Et vos Domini eadem facite illis; ſcientes, quia illorum, & veſter Dominus*

25 Alia diſcrimina inter dominium diuinum, & humanum. Phanius.

Epheſ.6.

Dominus eſt in Cœlis; & perſonarum acceptator, non eſt apud Deum, contra diuinatem quodammodo exiſit, & ſic nobiſcum agit, quaſi noſtra erga Deum ſeruitus, non in totum deſcenderet hominem, ſed pars melior eius, excepta eſſet, & corpora vix obnoxia eſſent, & adſcripta huic Domino, mens quidem ſui iuris nec vlli poſſet, nec ipſi ſupremo omnium Domino, mãcipio dari.

26 Contemplare benignitatẽ, modeſtiam, vrbanitatem talis Domini, gradum, ac ſe ipſum veluti extenuantis, vt nos ſeruos magni faciat: commendat, & eius dignationem, & noſtram dignitatem, vel illud maximè, quòd nunquam in ſacra Scriptura reperies Deum vocari Dominum, niſi poſt hominis creationẽ: prius ſemper dicitur Deus Geneſ. 1. & 2. *Dixit Deus, dixit quoque Deus, dixit verò Deus*, nunquam Dominus Deus: at poſt hominis creationem, centies, imò millies licebit legere Dominus Deus, ad indicandum, vt animaduertit Tertullianus aduerſus Hermogenem hæreticum, indignari Deum vocari Dominum, niſi poſt creationem illius creaturæ, cuius obſequio, & ſeruitio, præcipuè gaudebat, & de cuius famulatu gloriabatur. Adde etiam quod non caret Myſterio; imò quod reuerenter penſandum eſt, cum ad hominis creationem accedit, nouum illum præmittit loquendi modũ Geneſ. 1. *Faciamus hominem ad Imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, cum priùs dictum fuerit eodem loco, *fiat lux, fiat firmamentum; fiant luminaria in firmamẽto Cœli, producant aquæ reptile animæ viuentis*. At in creatione hhominis noua inducitur dicendi forma, *faciamus hominem*. Scio (quemadmodum obſeruarunt Patres illũ poſſe primũ ſacræ Scripturæ locum, in quo expreſsè indicatum eſt Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium: nã illo verbo, *faciamus*, & illo *ad noſtram*, perſpicuè denotatur multitudo, & diſtinctio perſonarum. At verò illud, *ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ*: & illud, *dixit Deus*, Itẽq; illud aliud, *creauit Deus ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ ſuam, ad imaginẽ Dei creauit illum*, ſubſtantiæ diuinæ vnitatem apertè declarant: licet impij Sanctę Trinitatis hoſtes (Iudęos dico, & quoſdam alios hæreticos) friuolas, & abſurdas commenti rationes, cum Deus dixerit pluraliter, *faciamus hominem*, conati ſint clariſſimę luci veritatis, tenebras offundere. Sed ad rem noſtrã poſſumus dicere, abſque illius altiſſimi myſterij vllo præiudicio, id hoc alio etiã cõſilio factum eſſe, vt tunc tãtùm more magnatum voluerit Deus loqui, quãdo creatione hominis, eius nobilitãdùm erat Imperium: nam quemadmodum ſolent Summi Principes de ſe ipſis loqui, numero plurali volumus, conſtituimus, deliberauimus, ita Deus tunc ſe, vt talem voluit gerere, ſic fando, *faciamus ad noſtrã*, &c. quando tãti operis productio, illuſtratura erat eius Principatum.

Nunquã in ſacra Scriptura reperies Deum vocari Dominum, niſi poſt hominis creationem.

Gen. 1. & 2.

Tertull.

Gen. 1.

Primus locus in ſacra ſcriptura in quo indicatur myſterium Trinitatis.

Creatione hoĩs nobilitatur imperium diuinum.

27 Quod ſi hęc non ſufficiunt, adijciam alia. Tantus Dominus ad amicitiã viliſſimi ſerui ſe applicuit; Beata ſeruitus, qua ſeruitur Deo, quæ commune habet cum amicitia nomẽ. Audi ipſummet apud Iſaiam id teſtantem cap. 41. *Tu Iſrael, ſerue meus Iacob, quem elegi, ſemen Abraham, amici mei*: amicitiæ, & beneuolentiæ iure, & incredibilium beneficiorum poſteros obſtrinxi mihi, & cemi peculiares ſeruos, (Beati ſerui illi, quos Dominus amicos dicit) *In quo apprehendi te ab extremis terræ*: appræhendi, inquam, & quaſi manu cœpi Abraham, atque in eo poſteri omnes exiſtimantur, quaſi manu capti, non iure belli, ſed ſumma pace, atque charitate. Sed quàm nobile, quàm fortunatum mancipium,

Iſai. 41.

Pium, quod cum à victore manu capiatur, non trahitur manibus poſt terga reuinctis, ad peregrinam regionem, in qua illi ſicut in exilio peregrè viuendum ſit, atque ſeruiēda ſeruitute duriſſima, ſed manu ducitur ad terram, quæ illi ſola patria promittitur, bonis omnibus refertiſsima. Quod ſi olim ita ſe gerebat quando ſępius in veteri Teſtamento legitur Dominus Deus, & dominium cum diuinitate reperimus cōiunctum, quid nunc ſperandum in nouo, quando ſe gerit, vt Pater, & illa protulit apud Ioannem verba cap. 15. Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.

Ioan. 15.

28 Multa hucuſque de ſupremo illo Principe, quibus explicata fuit latitudo eius dominij, lōgitudo etiam, & altitudo, aliaque prætera, ad profunditatem pertinētia; inter quę eſt tanti Principis modeſtia, benignitas, vrbanitas. Sed proſequamur reliqua, vt magis miremur tantùm regimē, diſcamuſque quæ ſunt partes optimi Principis, cum proponatur à Propheta, velut exēplar omnium, qui regunt, & præſunt; in hoc enim vno monumento, veluti compendio compræhenſa, vno conſpectu licebit intueri omnia, quæ requiruntur ad Principis, & miniſtrorum munera, pro dignitate inſtituēda: quomodo ſe debeat habere ille, dum ſacrum ſolium aſcendit, antequam palam, coram Senatu, ſermonem habeat, & res conſultandas proponere incipiat: quomodo exordiri dum proponit: quo pacto ſuæ orationis curſum dirigere, vt Senatoribus omnibus, ad liberè, vt decet, reſpondendum, animum addat. Contra verò, vt Conſiliarij totam hanc conſultandi actionem præclare, ac ſalubriter poſſint obire: quo animi propoſito eos oporteat introire locum ad cōſilia conſtitutū: qua attentione, quæ ibi proponūtur excipere: qua libertate, ſimulque dexteritate, in dandis conſilijs vti, vt nunquam iuſtitię, veritatis, ac fidei officium, deſerentes, ſubditos tamen ſe, non Prælatos: diſcipulos, nō magiſtros: Conſiliarios, non cēſores oſtendant. Et tandem elapſo toto illo ſpatio, quod cōſultationi eſt tributum, cū iam deliberatū eſt, auditis plurium ſententijs, quid eligendum, & cum exequutione eſt opus, ex parte Principis, Imperium, Cōſiliariorum verò obſequiū exhibendum, vt non amplius dātes conſilia, ſed miniſtros ſe eſſe intelligant, qui in exequendis decretis Principum, obedientiæ laude debeant cęteris prælucere. Perpendamus ſingula, adeamuſque cum Iſaia, ad venerabilem hunc, Auguſtumque Thronum, in quo totius orbis caput, ſupremuſque Princeps, plenus maieſtate conſidet, ſiſtamurque ad ipſum aliquātulum: nam ſi profundè quæ ibi aguntur, cōſiderauerimus, documēta ad optimum Reipublicæ regimen, & ad ſingularum partium, tum capitis, tum membrorum munera, pro dignitate inſtituenda, neceſſaria, inde hauriemus affluenter.

Deſcribuntur partes optimi Principis.

Sedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Verùm ne in primo huius throni gradu offendamus, memores eſſe oportet D. Pauli, qui ad Epheſ. c. 1. loquēs de Deo Opt. Max. ſatis oſtēdit Principem eſſe, nō indigentē cōſilij, ſic de illo aſſerēs. *Qui operatur ſm conſiliū voluntatis ſuæ*, nā cū nullū ſit in ipſo ignorationis veſtigiū, ſed omnia teneat, ſuaque ſcientia compræhendat, nullus timoris locus, ne operibus ſuis ſit deuius: nulla erit cōſultatio: nam vbi nullum aberrandi periculū; inquirēdæ, & indagādæ veritatis, nō eſt opus, vbi nulla inquiſitio, nec etiā vllus motus, nec diſcurſus: vbi autem huiuſmodi non interſunt, nec vlla poteſt eſſe cōſultatio: 29

Epheſ. 1.

Deus Princeps eſt nō indigēs cōſilij.

ſed abſque conſultatione diſcurſu, & inquiſitione, ita omnia operatur ſine vlla ſuæ prudentiæ, & Sapientię nota, vt ad id etiam explicandum dixerit D. Paulus, *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, non quod Deus in operando, ita voluntatis ſuæ ſequatur appetitum, vt quicquid libuerit, perficiat, nulla intellectus habita ratione: ita vt horum verborum ſenſus iuxta hanc interpretationem ſit, *Deus operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ*, ideſt ſecundùm conſilium, quod eſt voluntas ſua, & quemadmodum cõmuniter de aliquo alio dicere ſolemus. Quocunque illum animi impetus fert, id amplectitur; hoc ipſum affirmare his verbis Apoſtolum de Deo in operibus ſuis. Hinc enim nonnulli errandi occaſionem ſumpſerunt, ſentientes diuinæ voluntati licitum eſſe, & velle facere quicquid poteſt humana voluntas: & quod huic tribuitur culpæ, & peccato, nequaquam illi vitio verti, cum ipſa ſit ſibi ipſi, totius recti, & honeſti regula, & norma. Ex quo principio falſo intellecto, quidam Theologi in quemdam errorem lapſi ſunt, eumque grauiſſimum, Deum ſcilicet poſſe mentiri affirmantes; quia diuina voluntas, quæ eius eſt ſumma libertas, poteſt velle mendacium, rati ad omnem illius rectitudinem ſufficere, quod ipſa velit: Imò hoc nixi principio huius temporis hęretici, in diuinam voluntatem referunt omnia noſtra peccata, impiè ſi nul, & inſcienter affirmantes velle Deum nos peccare; quinimò ad turpes, inhoneſtaſque actiones appetendas, nos compellere; nec tamen illum vnquam eſſe peccati reum, cum nullo alio regatur conſilio, niſi libero ſuæ voluntatis vſu, qui non poteſt illi niſi honeſtus eſſe, & ſanctus, quicquid in obiecto appareat turpitudinis: hæc inquam, hæretica, ſunt, & à ſana doctrina prorſus aberrantia, vt alibi latius demonſtrauimus; ſimulque diuina voluntate prorſus indigna, tantùmque abeſt, vt huic Diui Pauli innitantur auctoritati, vt potiùs illa reijciantur, & ſufficienter confundantur: nam cum omnia operetur Deus ſecundùm cõſilium voluntatis ſuæ; conſilium autem ſit infinita eius ſapientia, vt eruditè demonſtrat D. Thom. 1. par. quæſt. 21. art. 1. fieri non poteſt, vt quicquam velit Deus, quod non ſit honeſtiſſimum, ſimulque ſummæ prudentiæ conſentaneum: non igitur hoc ſenſu intelligitur eſſe loquutus D. Paulus, cum ait omnia Deum operari ſecundum cõſilium voluntatis ſuæ; quaſi quicquid libuerit, faciat, nulla habita intellectus ratione.

Quomodo intelligendum Deum operari omnia ſecundũ conſiliũ volũtatis ſuæ.

30 *Ex his verbis malè intellect' ſũpſerunt nõnulli occaſionem errandi.*

Thom.

31 Neque etiam in alteram ſententiam, extremè oppoſitam eſt trahẽdus, vt quemadmodum omnia Dei opera voluntatem eius ſupponunt; velit etiam Apoſtolus his verbis docere ita ſe habere volũtatem diuinam, ad eius intellectum, vt tanquam conſilij pediſſequa, ſic pręrequirat ſententiam, ac iudicium definitum, & determinatum intellectus, vt illi neceſſariò obſecundet, & naturaliter obtemperet: nam iuxta priorem interpretationẽ daretur Deus operans abſque ratione, iuxta poſteriorem verò, abſque libertate. Illa nõ conſtitueret Deum infinitè ſapientẽ; hæc negaret eumdem ſummè liberum. Cum enim in intellectu diuino, iuxta noſtrum intelligẽdi modum, eius voluntatem præcedente, nulla formaliter ſit indifferentia, nulla libertas, ſed naturali neceſſitate omnia ſciat, eo, quo ſunt modo; ſicque de omnibus iudicèt, vt idem ſemper, & neceſſariò iudicet; ſi voluntas diuina ponenda eſſet ita pediſſequa iudicij, tãquam illi

Voluntas diuina non eſt cẽlenda veluti pediſſequa ſui intellectus ne deſtruatur eius libertas.

illi naturaliter obſequens, & non poſſet non ab illo determinari, periret omnis libertas, cum neque in iudicio reperiretur, neque in voluntate, illi obtemperante. Idque confirmatur magis, nam cum voluntas in ſe ſpectata nihil velle poſſit, niſi præcedat intellectus, iuxta vulgatum illud. Nihil volitum, quin priùs præcognitum, ad defendendum libertatis vſum, parum referret ipſam ſecundùm ſe ponere indifferentem, ſi tamen mota ab intellectu, naturaliter operaretur, iam enim non eſſet ampliùs indifferens, ſed determinata.

32 Si igitur danda eſt libertas in diuina voluntate, velimuſque, quemadmodum fide tenendum, Deum liberum ad extra, non verbotenus defendi; non iuxta illum ſenſum, eſt accipiendum, quod inquit, de Deo D. Paulus, omnia operatur ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ, vt tantùm tribuatur conſilio diuino, ideſt iudicio certo de agẽdis, (quod ſine vlla inquiſitione, & conſultatione in Deo perfectiſſimè reperitur, quod nomine conſilij ad noſtrum captum ab Apoſtolo deſcribitur) vt neceſſariò ſecum trahat voluntatem, omni eius prorſus extincta indifferentia; ſed interpretãdum hoc pacto, Deum operari omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ, ideſt ſecundùm conſilium ſibi beneplacitum, ac ſi diceretur, ſuæ voluntati probatum; & acceptum. Et quemadmodum mos eſt ſacræ Scripturę, Hebraicam phraſim imitantis, ſubſtantiuum genitiui caſus pro adiectiuo caſu ponere, vt videre eſt apud eundem Apoſtolum ad Coloſſ. 1. *Tranſtulit in Regnum filij, dilectionis ſuæ*, ideſt ſibi dilectiſſimi; ſic opinor (ad vnius normam aliam, ſacram Scripturam interprętantes) verba hæc D. Pauli, *ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ*, hunc ſenſum facere, ſecundùm conſilium ſibi voluntarium, ſibique beneplacitum, ita vt totum id, quod pertinet ad decretum diuinum de rebus agendis, intellectu dicatur cæptum: voluntate verò, eaq; libera, cõſummatũ, vt ſummã libertatẽ cum infinita ſapiẽtia, ſimul in Deo cõiungamus.

Coloſſ. 1.

33 Ad rem igitur noſtram, vnde digreſſi ſumus, reuertentes; quamuis Deus, & nihil cõſultãdũ proponat, & omnia ſummo operetur conſilio; ita enim certum iudicium, & perfectum de rebus agendis in eo reperitur, quod nũquam quiſquam alius diuturna inquiſitione, & conſultatione præuia, poſſit aſſequi: quia tamen in hoc Auguſto, & excelſo ſolio ſedens, Principem refert optimè adminiſtrantem Reipublicam; illius, quod totius regiminis caput eſt, etiam documenta præbet, de petẽdis conſilijs, de ijs excipiendis cum dantur, de diſcernendo ſi quid in deliberationem incidat, de modo, quo res conſultandas proponat, vt ſenatoribus omnibus ad liberè, vt decet, reſpondendum, animum addat. Perpendamus ſingula.

34 *Sedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum.* Mirum autem, quod cum apud Ezechielem deſcribatur ſolium Dei, è Sapphyro factum, hic ſolus dicatur excelſus, & eleuatus. Ponderauit hoc Bernardus ſerm. 1. de hac viſione, *nulla*, inquit, *omninò materia corporalis tanto ſolio, ac tanto habitatori videtur apta: viuis eſt conſtructa lapidibus fabrica ſpiritualis, quam vera, & æterna vita inhabitare dignetur. Quod ſi minus tanto ædificio ſufficit Angelica creatura, pręuaricatorum vtiq; minorata præcipitio, ſuſcitet certè de terra inopẽ, & de puluere erigat pauperẽ, vt collocet cũ Principibus, & ſolium gloriæ compleat. Et fortaſſe propterea ipſe qui videt nõ modo excelſum ſoliũ, ſed & eleuatũ quoq; deſcribit, vt proinde, & Angelorũ ſtabilis celſitudo, & hominũ miſerorũ eleuatio deſignetur.* Hucuſ-

Bernard.

Cur ſolium Dei dicitur excelſum, & eleuatũ.

Hucuſque Bernardus. Thronus ergo Dei iuxta Bernardum conſtat ex materia ſpirituali, partim ibi nata, ideſt Angelis, partim è terra miſericorditer eleuata, ideſt hominibus: & idcirco dicitur excelſus, & eleuatus. Aliter Chriſoſtomus de hac eadem viſione tom.1. *Quam ob cauſam,* inquit, *cum dixiſſet excelſum, adiecit eleuatum? vt cathedram incomprehenſibilem demonſtraret, quandoquidem quod excelſum, eſt apud nos, cogitationem quandam præbet ad ea, quæ humilia ſunt, veluti excelſi montes ad campeſtria. Cæterum eleuatio ſolius eſt illius naturæ, quæ cogitatione, incõprehenſibilis eſt*. Ita Chryſoſtomus; vultque eleuationem ſignificare ſubtractionem ab oculis mentis, vt idẽ ſit Thronus eleuatus, ac Thronus abſconditus. Quam ſignificationem meliùs expreſſit Regius Vates cum dixit Pſalm.8. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper Cœlos; cũ enim Cœli omnia ambitu comprehendant, eo modo loquendi ſignificatum eſt, magnificentiam Dei, incomprehenſibilem eſſe. Simpliciorem ſenſum ſequutus eſt Lyranus hoc loco, per excelſum, & eleuatum ſolium, intelligens Cęlum ipſum, de quo Deus apud eundem Prophetam Iſaiam cap.66. *Cœlum,* inquit, *ſedes mea: terra autem ſcabellum pedum meorum*. Sed magis ad rem noſtram.

Chryſoſt. Pſal.8. Iſai.66.

35 *Sedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum*, ſedere in ſacris literis ſignificat primùm auctoritatem iudicandi Pſalm.121. *Illic ſederunt ſedes in iudicio*, ideſt Hieroſolymis, vbi erat præcipua auctoritas ad iudicandum: in alijs enim vrbibus erant quidem tribunalia, ſed minoris auctoritatis: igitur illa paronomaſia. *Sederunt ſedes*, amplificat, ac excellentiam quandam ſignificat, ad ferenda iudicia, quæ ſemper in Regijs Vrbibus maior eſt, idcircò Deus iudicaturus Danielis 7. Sedens inducitur. *Aſpiciebam donec Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accenſus*. Ad quæ verba Hieronymus *habitus*, inquit, *æterni Iudicis*, quaſi dicat, eo noſcitur eſſe Iudex, quod in Throno ſedeat. Notari autem debet, quomodo cum plures Throni poſiti fuerint, vnus tantùm ſedeat in vnico Throno? Cuius rei cauſa primùm eſſe poteſt, vt ſignificetur Dei perfectiſſimum iudicium: perinde enim ſufficienter iudicat ſolus, ac ſi quam plurimos ad iudicandum haberet ſocios. Itaque is vnus plurium ſibi inſtar eſt iudicum. Sed myſterium eſt, plures illos Thronos in veteri teſtamento vacuos, expectare Iudices legis gratiæ. Vnde Apocal.4. repręſentat Ioannes hoc idem iudicium, ſed iam plenum. *Ecce,* inquit, *ſedes poſita erat in Cœlo, & ſupra ſedem ſedens, & in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper Thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes*. Cum ergo Deus hoc loco ſententiam laturus ſit de excęcatione Iudæorum, non immerito inducitur à Propheta ſedens in Throno, quaſi pro tribunali rem ipſam iudicaturus. Sed nota aliud, ad dignitatem Principis, & decorem tuendum ſatis accommodatum documentum.

Pſal.121. Sedere in ſacris literis ſignificat auctoritatem iudicandi.

Dan.7. Hieron. Deus ſolus Iudex inſtar eſt pluriũ Iudicũ. Apoc.4.

Sedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Vt enim ſit reuerenda, & ſingularis amplitudo Principis, neminem opus eſt, iuxta ſuæ dignitatis faſtigium collocet, cum ſemper periculoſum ſit, priuati hominis ſupra, imò, & iuxta Principes attolli. Quod ſi quis iam altum conſiſtat potentiam (manente tamen in ſpecie amicitia) minuat, ſed ſenſim, & paulatim, vt non temerè animaduertatur. Meritò igitur ad id indicandum, in Throno ſedere ſummus 36

Periculoſũ eſt priuatos homines iuxta Principes attolli. In ægit. 4. Hiſtor.

mus Princeps introducitur, quod quidem in Scriptura ſacra maieſtatem abſolute ſignificat, & quandam præcæteris, præeminentiam; vnde eſt illud Iſaiæ 14. *In Cœlum conſcendam, ſupra aſtra Dei exaltabo ſolium meum.* Siue enim hæc de Lucifero, ſiue de Nabuchodonoſor intelligantur, ſignificatur certè ingens quidam appetitus excellentiæ, qua rebus omnibus emineat, etiam Deo.

Iſai. 14.

37 *Et ea, quæ ſub ipſo erant, replebant Templum*. Ea quæ ſub ipſo erant Hebraicè vna dictione שוליו ſulau qua videntur ſignificari veſtium fimbriȩ, ſeù limbi prolixiores, & circumquaque fluentes, ad præferendum faſtũ. Sicut ergo Regius Thronus, aureo periſtromate ſic ornatur, vt quȩ ſuperſunt pendentes fimbriȩ diffundantur prolixè per totam aulam; ita putandum eſt, ſolium Dei vidiſſe Prophetam, tanta circumueſtitum gloria, vt eius quaſi fimbriæ, ſeu malis, reliquiæ, toti Templo cõplendo abundè ſuffecerint. Vnde iuxta ſeptuaginta. *Et plena erat domus gloria.* Quo facto docẽtur Principes, quamuis omnem diligentiam debeant adhibere, vt nihil ſplẽdiùs in eorum domibus appareat præter ſe ipſos; non tamen abhorrere ab eorum ſtatu, imò dignitati eſſe debitum, ijs illos fulgere extrinſecus ornamẽtis, quibus populus ad Principum virtutes imitandas magis excitetur, & prauorum ſuperbia, atque audacia faciliùs, & potentiùs reprimatur, cum ſcriptum ſit in Pſalm. 138. *Nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt Principatus eorum*. Et ſancitum l. obſeruandum, ff. de offic. Præſid. vt reddens ius, auctoritatem dignitatis, ingenio ſuo augeat, neue vllo modo contemni patiatur. Item Auguſtinus in 3. Reg. cap. 4. quod decet eos, qui alijs præſunt, glorioſos in conſpectu populi apparere, ne ſi nimiæ deiectionis ſeruetur humilitas, regendi frãgatur auctoritas.

Non dedecet Principum Statũ extrinſecus fulgere ornamentis.

Pſal. 138.

Auguſt.

Quod ſi Spiritus ſanctus mulierem illam fortem Prouerb. 31. quæ rem augebat, in pauperes pia, in domeſticos non parca, byſſo, & purpura induit, *Byſſus, & purpura veſtimentum eius*, ſatis ſic indicans, nulli rationi eſſe conſonum, vt cuius regimine, & prouidentia, cuncta domus fulget, & ſplendet, ſe ipſam negligat, & ſine cultu, vel nimis vulgari incedat: quàm glorioſum oportet Principẽ apparere in conſpectu populi, cum totius reipublicæ, & ſingularum partium ſit lux, quin & ſol ipſe; & dicatur eſſe, & debeat? Rurſus cum non quodlibet indumentum præclaræ illi mulieri appareturſed *Byſſus, & purpura veſtimentum eius*: quo pacto olim in veteri lege, veſtiebatur Summus Sacerdos; aperiẽs Spiritus ſanctus, ſub his verbis latens myſterium, ſcilicet non abhorrere ab huius mulieris perfectione, ijs illam fulgere extrinſecùs veſtibus pretioſis, modo talem ſeruet intus intentionem, & modeſtiam referat foris, qualem ad altare accedentem oportet ſeruare, & referre: multò magis Principi eſt cauendum, vt ſic glorioſus appareat, vt in Regio ornatu, & cultu, non fauſtus, aut vanitatis appareat veſtigium, ſed modeſtia, temperantia, ſobrietas talis retineatur, quæ Pontificem in Templo reſidentem decet: Vnde meritò ſubdit Iſaias. *Et ea, quæ ſub ipſo erãt, replebant Templum*, pro quibus verbis alia habet tranſlatio. *Et fimbriæ eius replebant Regiam*. 38

Prou. 31.

Replebant Templum. Per Templũ alij Templum Salomonicum: alij Cœlum: alij totum mundum intelligunt. Sed notari oportet, quomodo quæ ſub ipſo erant, ac adeo ſolæ quaſi fimbriȩ gloriȩ Dei Templum, ideſt totum Cȩlum, vel ipſum mun- 39

dum

dum repleant. Id verò non omnes eodem modo explicant. Quidam intelligunt generalia Dei erga hominem beneficia: Item ſpirituales gratias. Qua de re eſt à Bernardo egregie dictum ſerm. 18. ſuper Cantic. *Ipſe*, inquit, *fons vitæ Deus in ſe ipſo, & ſe ipſo plenus: primùm ebulliens, & ſaliens in proxima ſecreta cœlorum omnia impleri bonitate, impletiſque ſuperioribus partibus, tunc demum erupit in terras, ac de ſuperfluo homines, & iumenta ſaluauit, quemadmodum multiplicauit miſericordiam ſuam Deus: priùs interna repleuit, & ſic exundans in multis miſerationibus ſuis viſitauit terram, & inebriauit eam, multiplicauit locupletare eam*. Hæc Bernardus. Sunt qui per has fimbrias, quæ replebant Templum, interpretantur humanitatem Chriſti: nam manſionem illam quidem Beatorum, ſe ipſo illuſtrat Dominus: Eccleſiam verò ſuam militantem, humanitate ſua illuſtrẽ reddit. Nec enim caro Domini, & quæ in carne geſſit, aliud ſunt, quàm fimbriæ quædam diuinæ maieſtatis, ſi conferantur cum illa immenſa gloria, quæ reuelabitur in nobis.

Bernard.

Princeps prius interiora ſua debet replere virtutibus deinde alios locupletare.

40 *Seraphim ſtabant ſuper illud, &c.* Sed cur Seraphim deſcribantur ſtãtes ſuper illud, vel ſupra templum, vel, vt ſeptuaginta voluerunt, in circuitu Throni, aut ſedentis ſupra Thronum. Cur velata facie, & velatis pedibus Princeps ſedeat? cur cæteris alis ad cooperiẽdum occupatis, duæ tamen vnicuique erant ad volandum expeditæ? Verùm Seraphim adſtãtes introducuntur circum circa ſolium ſedentis Domini vniuerſorum, qui inter omnes cœleſtes Spiritus, Principatum obtinent, quique ſunt omnium Angelorum capaciſſimi, vt inſtruãtur Principes in deferendis honoribus, inque partiendis, & diſtribuẽdis Reipublicæ bonis, quanta eis habenda ſit ratio: nam quemadmodum laterales Dei, non modo non exiſtimantur digni Angeli, Archangeli, Principatus, vel Poteſtates, ſed neq; ex inferioribus Choris ſupremæ Hierarchiæ, Throni videlicet, & Cherubim, vbi ſunt Seraphim: ſed ſummi honores, (quę eſt Dei iuſtitia diſtributiua) ſummis ſpiritibus dantur: ſic intelligãt temporales Principes in honoribus diſtribuendis, non debere ſe libidine, aut affectu trahi, ſed ratione duci, vnius cuiuſque dignitatem, & in perſonam ſuam, & in Rempublicam, merita ponderante: qui ſuis factis, & obſequijs promeretur; in eum, honorem conferant: virtutis cultor, præmium virtuti debitum reportet. Quod ſi pręmia, vel dantur indignis, vel dignis negãtur iniuria fit virtuti, & graue damnum infertur Reipublicæ: quinimò tam arcta eſt lex tribuendi vnicuique quod ſuum eſt, vt niſi maioribus præmijs afficiatur is, cuius extant plura in rem communem promerita, & niſi digno dignior præferatur, ſemper in honorum diſtributione ex ſententia communi Doctorum, & Theologorum, in legem hanc peccatur: nam comparatione dignioris, indignus eſt exiſtimandus qui alioqui eſt dignus: quemadmodum laterales Dei ſedentis in tam præcelſo, & Auguſto Throno, non habentur digni Cherubim, neque alij inferiores ſpiritus, vbi ſunt Seraphim.

Princeps in deferendis honoribus, & magiſtratibus ſemper digniores debet eligere.

Adde, quod hoc exemplo Seraphim adſtantium circum circa ſolium ſedentis Dei in maieſtate; ſatis docentur Principes, à quibus petẽda ſunt conſilia, quorumue, ſi dentur, ſint libentiſſimè excipienda, ac demum exequenda. Tria enim, vt Plato docet in Gorgia, & Ariſt. 5. Polit. cap. 9. ſunt neceſſaria illis, qui principales magiſtratus ſunt ſuſcepturi, primum, vt ament præſentem 41

Docentur Principes à quibus debent petere conſilia.

Plato. Ariſt.

Tria requiruntur in ijs, qui ad principales magiſtratus ſunt aſſumendi.

tem Ciuitatis ſtatum: deinde, vt habeant potentiam maximam ad ea exequenda, quæ magiſtratus requirit: Tertium vt habeant Iuſtitiam in vnaquaque Repub. ad ipſam Rempub. Quod totum breuius, & clariùs diceretur, tria requiri in huiuſmodi hominibus; ſcire videlicet, velle, & poſſe, ſiue, vt dixit Baldus in l. multum C. ſiquis aliter, vel ſibi. Scientiam, voluntatem, poteſtatem. Sed omnium optimè Gregorius Nazianzenus in carmin. declarat ex quibus ornatum eſſe conueniat Conſiliarium, quæ tria ſunt pariter; rerum vſus, magna charitas, & in dicendo libertas. Nam trina, inquit, cum ſint, vt actus ſentit cohors, pollere debet optimus monitor, quibus rerum vſus, ingens charitas, os liberum: in me requires prorſus ex tribus nihil; rerum inquam vſus, & experiētia: nam quemadmodum de rebus bellicis non rectè diſſerit, qui bello nunquam interfuit: nec de maritimis, qui non nauigauit: nec de mercatura qui negotiator non eſt: nec de agrorum cultura, qui non eſt colonus: nec de alijs artibus, & ſcientijs, rudis planè, & earum notitiam non aſſequutus; ſic nemo de ignotis benè iudicat, nec bonum conſilium dat, ijs de rebus, quarum experientiam non habet: ob quàm cauſam dixit Cicero lib. 2. de orat. & 2. Tuſculan. qq. ad conſilium de Republica dandum, caput eſt noſſe Rempublicam; Ingens charitas, quæ aliud non eſt (quod ad præſentem rem pertinet) quàm voluntas, & deſiderium iuuandi, & beneficio afficiendi eum, cui datur conſilium, nulla habitâ proprij commodi ratione. Vnde optimè Gregor. Pap. lib. 1. Epiſt. 33. *Nullus tibi*, inquit, *fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quàm qui non ſua, ſed te diligit*. Os liberum, ſeu in dicenda ſententia libertas: exiguę enim eſſet

Baldus.

42

Greg. Naz.

Partes boni Conſiliarij deſcribuntur.

Cicero.

Greg. Papa

43

vtilitatis bonum Conſiliarium prudentem eſſe, virtute flagrantem, & ſtudioſè præmeditantem, quid in ea re, de qua deliberatur, faciēdum ſit, ſi quo tempore conſultandum eſt, & quod mente concepit, & cogitatione complexus, tanquam partum quendam foras fundendum, libertate vtique dicendi careat, eſſetque ſimilis mulieri, quam concepiſſe; & in vtero fœtum illæſum conſeruaſſe, nihil prodeſſet, ſi cum pariendi tempus inſtaret, prolem in lucem effundendi, vim non haberet: aut militi ab armis inſtructiſſimo, qui dum pugnandum eſſet, ex vagina gladium educere, hoſtemque ferire nequiret. Quod ſi tria hæc ad Conſiliarium pro dignitate inſtituendum requiruntur: non iniuria Seraphim Collaterales Dei Conſiliarij deſcribuntur, cum in eorum perſona hæc requiſita, optimè omnium concurrant. Et vt ab vltimo, quod eſt dicendi libertas, 44
exordiar; in quibus, ſi fingendi detur licentia, poteſt melius reperiri? Nam cum ex duplici, ni fallor, potiſſimū cauſa proficiſcatur, vt Conſiliarij pertrahi ſoleant à generoſa loquendi libertate, in timidiorem quandam verecundiam, ſeu in libidinem; Principem obſequendi, ſcilicet, vel ex plùs acquirendi, ſeu ad vlteriorem gradum aſcendendi cupiditate; vel ex id, quod acquiſitum eſt, non amittendi timore: At ſi in cœleſtibus illis ſpiritibus, vllus daretur, vel timori decidendi è gradu, vel ambitioni ad altiorem aſcendendi, locus (quod abſit dicere de beatis illis mentibus) Seraphinos minùs omnibus veriſimile eſſet his affectibus concuti, cum iam in ſummo omnium Angelorum gradu ſint collocati: nec illis eſſet timendum, ob libertatem dicendi, ab eo cadere; cum coram illo Principe ſententiam dicerent, qui corda intuēs om-

omnium, ſciret num ad eum finem referantur conſilia data; qui à charitate imperatur. Qua quidem, cum de ea, quod eſt ſecundum requiſitum, ſermo inciderit, Seraphim omnium maximè ſunt flagrantes. Nam teſte D. Thom. 1. par. quæſt. 2. art. 6. Damaſceno lib. 2. de fid. c. 3. magiſtro in 2. diſt. 3. & alijs Patribus, & ſcholaſticis, cœleſtibus ſpiritibus is à Deo eſt ſtatutus ordo, vt iuxta ſuorum naturalium menſuram illis conferretur gratia, & gloria. Neue huic principio; quod in opinione poſitum eſt, hæc veritas innitatur; ſciendum eſt in dubio non eſſe, quod Seraphim cumulatiſſimè omnium ſpirituum, charitatem accipiant: quinimò id, quod ſunt, ſuo proprio referunt nomine: nam Seraphim, amoris incendium eſt interpretatum. Et tandem ſi de rerum vſu, & experientia loquamur, ei, qui conſilium eſt daturus ſic neceſſaria, & quis eſt; qui inter beatas mentes ſic pollet rerum agendarum notitia quemadmodum Seraphim?

Thom. Damaſcen. Magiſ. ſen.

45 Tres actus, Auctore D. Dionyſ. de Eccleſ. Hierarch. cap. 3. ſuperiores Angeli in inferiores exercent: purgare ſcilicet illuminare, & perficere. Imò, vt animaduertit Richard. & Gabr. in 2. diſt. 9. quæſt. 2. vni, & eidem actui ſecundùm rem, omnia iſta conueniunt, ſola ratione à ſe ipſo diſtincto; illemet enim actus, quo veritas occulta dignoſcitur, & quo inferior Angelus, à ſuperiore docetur, ſi conſideretur, vt expellitur ignorãtia ab Angelo inferiore; non prauæ diſpoſitionis, ſed puræ, vt aiunt negationis, dicitur purgatio. Vt autem eodem, manifeſtatur veritas illi priùs ignota, dicitur illuminatio. Tandem quia purgari, & illuminari ad perficiendum pertinent intellectum, dicitur perfectio. Verùm cum hæc omnia, quæ à Deo per ſuperiores Angelos in inferiores dicuntur deriuari; non modo pertineant ad rerum cognitionem, quæ Angelis omnibus naturaliter ſunt occultæ; ſed ad illam notitiam pręſertim, quę eſt de fidei, & gratiæ myſterijs, de cordis cogitationibus, & futuris contingentibus, quomodo Seraphim Angelis omnium ſupremis non inerit ſumma notitia, & maxima rerum experientia ad diuini Imperij, & Principatus conſeruationem, & regimen, ſi illorum eſt tenebras depellere, & pro tenebris claram lucem afferre?

Dionyſ. Areopag. Richard. Gabriel.

Apparet igitur Deus in tam Auguſto ſedens ſolio, adſtantibus Seraphinis, vt hoc monumento diſcant temporales Principes, cum ſibi pertractandum eſt de rebus, ad Principatus regimen, ad pacem, ad bellum, ad ærarium, ad Fiſcum Regium, ad annonam, & leges, & eius generis, pertinentibus; eos è latere habere, quibus res conſultandas proponat, qui rerum vſu, charitate in Principem, & patriam, libertate in dicenda ſententia, cęteros omnes antecellant. 46

Docentur Principes quos Conſiliarios debeant adhibere.

Per non diſſimilem figuram hanc eandem doctrinam delineauit Ioannes libro ſuo Apocal. cap. 4. dum Deus ſedens deſcribitur. *Et in circuitu, ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper Thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Dicuntur eſſe ſenes, nam Prudentia, & rerum vſus ſenectutis comes eſt; & prudentis (vt Ariſtot. docuit 6. Polit. cap. 7.) hoc proprium maximè munus arbitramur, rectè conſulere. Illud autem, *circumamicti veſtimentis albis*, candorem quidẽ indicat animi, vt nulla prauæ cupiditatis, aut priuati affectus labes, illorum conſilium, ſententiamue afficiat. Videntur deinde illi Regia corona inſigniti, libertatis ſanè Regalis, & ingenuitatis ſymbolum, quæ omnis 47

Apoc. 4. Ariſt.

ſordidæ ſeruitutis neſcia eſt, adeo & ſi Regi famulantur, ipſos potiùs Reges dicas: nam miſerrimè, quidam Conſiliarij ſeruiunt voluntati Gubernatoris; cui nihil reſpondent, niſi quod cupiditati interrogantis lęnocinatur, vt Tacitus dixit 11. Annal. *Veri copiam non faciunt, ſed ſuſpenſa, & quo dicuntur inclinatura reſpondent*, ergo audet, verus, Conſiliarius; & ſuo munere dignus; ſed non ideo contumax, aut pertinax ſit, vel aduerſus alios eiuſdem Concilij collegas, vel aduerſus totius Conſilij Præſidem, & Prælatum: nam illos ipſos ſeniores videns, ſtatim refert Apocal. 4. *Procidentes ante Thronum, & adorantes viuentem in ſæcula ſæculorum, & mittentes coronas ſuas ante Thronum*: non enim ſuo capiti tantùm fidunt, & tribuunt, vt ſe ſolos ſapere, aut cæteros ex ſuo ore, & cerebro, velint ſapere. Quod igitur per adſtantes Seraphim docuit Iſaias, hoc ipſum per ſeniores viginti quatuor, in circuitu ſedis Ioannes protulit documentum.

Tacitus.

Apoc. 4.

48 *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, &c.* Sed quid eſt, quod velata facie hic Princeps tam glorioſus ſedet? Nam quamuis obſcurum ſit, cuius eſſet facies illa, ſicut pedes, quæ Seraphinorum velabantur pennis: nam plerique, Angelorum eſſe cenſent, tribuiturque Dionyſio de cęleſt. Hierarch. cap. 13. qui ſanè ibi valdè loquitur obſcurè. Et Carthuſianus in contrariam ſententiam interpręcatur. Idem Procopius; inclinat S. Thom. tenet Forerius, Vatablus, Adamus, & Chryſoſt. tom. 5. de incompræhenſibili Dei natura, & expreſſum inuenio in præfatione Liturgiæ Iacobi, & Aethiopum tom. 4. Biblioth. Sit mihi tamen licitum cum Hieronymo ſentire, Epiſt. 142. ad Damaſum, vbi viſionem hanc luculenter tractans, faciem eſſe putat non Angelorum, ſed Dei. Sentit idem Cyrillus, Hugo, & Petrus Damian. epiſt. 6. Cur igitur velata facie hic Princeps glorioſus ſedet? Num hęc ſunt ſtegmata Regum? num ſic ſedendo vultu, & oculis corporeis velatis, qui clauum Reipublicæ tenet totum, ſuum munus explicuit? Contraria huic doctrinæ ſunt quæ legenda reliquit Hieremias cap. 1. imò idem Dominus, qui volens eius partes deſcribere, qui regendis præficitur populis, vt illas Propheta toti patefaceret terrarum orbi, poſſentque ad illam normam Rectores, omnes & vitam, & actiones dirigere, illum ſic interrogat. *Quid tu vides Hieremia? virgam vigilantem ergo video*, reſpondit Propheta pro quo vertit *Regem, feſtinantem* Chaldæus Paraphraſtes. Quod idem Aegyptij per illam figuram, oculi ſcilicet in extremo ſceptro exiſtentis, mirè effinxerunt; quæ notæ veluti ſacris inciſæ monumentis, id ipſum omnes ſignificant, qua ſcilicet cura, quaue vigilantia debeat Princeps in Rempublicam gubernandam incumbere, quamque animo excubare, vt tam duram ſubſtineat prouinciam, & vigilandæ noctes, & fuligo lucrabationum habenda ei, qui cæteris præeſt, & ſic fugiendus ſomnus, quemadmodum oculo in ſumma virga, vel ſceptro degenti, qui inopinato ſtatim opprimitur caſu. Quod ſi igitur tam oculatum, tamque vigilem Principem eſſe oporteat, cur ergo Summus omnium Princeps, cęteros inferiores ſua munia hoc monumento docēs, & ſedens, & cooperto vultu, & veluti oculis captus, in Iſaia cernitur? Verum poſſumus reſpondere inter adſtantes Seraphinos Deum velata facie ſedere, vt diſcant Principes illis potiſſimum ad vigilandum, vt

Dionyſ. Areopag. Carthuſ. Procopius. Thom. Forerius. Vatablus. Adamus. Chryſoſt. Hieron.

49 Cyrill. Hugo Car. Petrus Damian.

Hierem.

Deſcribitur qua vigilātia debet Princeps in Rēpublicā gubernandam incūbere.

Digitized by Google

Si optimi eligātur miniſtri, & Iudices onus Principis Regentis Rempublicam ſummoperè leuatur.

vt optimi ſelegantur miniſtri, &
Iudices, qui omnibus, ex æquo
ius reddant, neue permittant, vt
quis vim alijs inferat, aut ab alio
quopiã, iniuria afficiatur, hac adhi-
bita diligentia, quandoque ſeſſio-
nem, & quietem illis concedi. *In*
paucorum eſt poteſtate (Diocletia-
nus iam priuatus dicebat) *niſi ſint*
quales oportet, Principem fraude cir-
cumuenire, & irretire, & bonus, cau-
50 *tus, aptus, venditur Imperator*. Cum
igitur tot mala Reipublicæ à ma-
lis Iudicibus, & miniſtris immi-
neant, & ipſis nihilominus Prin-
ceps opus habeat, cum non poſſit
per ſe, omne iuſtitiæ munus exe-
qui, præſertim id, quod in iure,
ex æquo omnibus reddendo, &
inſontibus, & facinoroſis punien-
dis conſiſtit, operam debet da-
re, vt ex omni ſuo Regno, maxi-
mè inſignes, & præſtantiſſimos, ſe-
ligat, quos vel ſibi Conſiliarios
adſciſcat, vel iuri dicendo præ-
ficiat, & ſuper hoc excubet: Quo
diligentiſſimè peracto, & quieti,
& ſomno aliquando indulgere
poteſt. Sic Iethro Moyſis Socer
Exodo 18. Genero ſuo Auctor fuit, (Exod. 18.)
vt reſeruatis ſibi grauioribus ne-
gotijs, & ijs, quæ ad Dei cultum
pertinebant, onera in alios parti-
retur, ijſque reliquas controuer-
ſias cognoſcendas, traderet, cum
ſic alloquens. *Prouide autem de*
omni plebe viros ſapientes, & timen-
tes Deum, in quibus ſit veritas, &
qui oderint auaritiam, & conſtitue
ex ijs, qui iudicent populum omni tem-
pore; cenſens vltra vires negotium,
ſolum, totum regendi onus ſuſti-
nere. Sic Dauid, qui oculatum,
& vigilem ſe præbuit ad conqui-
rendos viros fideles, & probos,
quos ſibi ſocios adſciſceret, & in
partem regiminis aſſumeret, vt te-
ſtatur illis verbis Pſalm. 100. *Ocu-* (Pſal. 100.)
li mei ad fideles terræ, vt ſedeant
mecum: ambulans in via immacula-
ta hic mihi miniſtrabit. In maxi-
mo tamen ſalutis diſcrimine poſi-
tus, cum filius hoſtis eſſet factus,
& penè vniuerſus Iſrael, Abſalon
faueret partibus, ſine metu, &
perturbatione, & quietem, & ſom-
num capiebat, vt ipſemet fatetur,
dicens Pſalm. 4. *In pace, in idipſum* (Pſalm. 4.)
dormiam, & requieſcam. In huius
ergo rei confirmationem, dum
Deus habet adſtantes Seraphynos
circum circa ſolium, non vere-
tur, & ſedens, & velata facie ſedens
cerni.

Vel velata facie ſedet, vt doceat 51
Principes, & miniſtros, quod li- (Quare iuſtitia cœca pingebatur)
cet, vt plurimùm non poſſint mu-
nus ſuum abſoluere, niſi ſint vigi-
les, quandoque tamen ab illo ca-
dere, & à iuſtitia, quæ in ſonti-
bus, & facinoroſis puniendis, &
in iure omnibus ex æquo redden-
do, conſiſtit, ſi ſint oculati. Cu-
ius rei ſignificandæ gratia antiqui
iuſtitiam cęcam pingebant: ocu-
los enim non habeat, oportet, qui-
bus amicum videat, aut inimicum:
indigenam; aut peregrinum: no-
bilem, aut ignobilem: pauperem,
vel locupletem: nam vt inquit S.
Petrus Rauennas. *Qui in iudicio* (Petrus Rauenna.)
perſonam amici nouit, iuſti Iudicis
exuit. Quin, & Thebani ſenatum
ita pingere conſueuerunt, vt gra-
uiſſimos quoſdam homines, & a-
ſpectu venerabiles formarent, qui
in hemicyclis ſedentes, ante Alta-
ria eorum, quos vocabant Deos,
eſſent, nullaſque omninò manus
haberent; atque in eorum medio,
etiam ipſe Princeps oculis captus
ſederet; vt indicarent nimirum vni-
uerſum Senatorum conſeſſum ab (Paleot. de Sacr. Conſiſtor. conſult. concluſ. 4 m. 5.)
omni prorſus amore, odio, commo-
do, affectuq; priuato, quàm longiſ-
ſimè abeſſe debere.

Quod ſi ad ſcripturam acceda- 52
mus, optimorum morum omnium

normam, & documentorum ad rectè videndum originem, & fontem, Apocal. 1. id ipſum alia methaphora oſtendit, dum filius hominis, cuius eſt iudicare viuos, & mortuos, eo loco præcintus ad mammillas Zona aurea deſcribitur, vt ſic inſtruantur Iudices, (ſi iuſtè velint de iure partium ſtatuere) vt omnem adhibeăt diligentiam? ad moderandos affectus, & regulandas animi paſſiones, ne nimis propendeant in eos, qui propiùs ad cor, & ad pectus accedunt, quemadmodum amici, & conſanguinei. Quod ſi ita celebratur apud Plutarchum in Paradox. Epaminundas Summus Dux Thebanorum, qui filium, corona primùm impoſita, ſecuri feriri iuſſit, quod præceptorum paternorum immemor, cum hoſte conflixiſſet, eumque viciſſet; quid decet Principes Chriſtianos, quàm oportet liberos eos eſſe, & nudatos ab omni erga ſuos, affectu, propter iuſtitiam? Ad ipſos edocendos eodem loco Iſaiæ, vbi agitur de pęna ſumẽda à populo Iſraele, quem tunc vocare ſolebat Deus pupillam oculi ſui, facie, & pedibus velatis ſedet, monens eos, quos ius dicere oportet, ſi ab his affectibus non ſunt nudati, ſed amicorum perſonas nouerunt, iuſti Iudicis exuere.

Apoc. 1.

Qui Iudex cõſtituitur ab oĩ prorſus priuato odio, vel amore debet eſſe alienus.

Epaminundas.

53 Sedet velata facie: nam quemadmodum iudicum antiqua erat conſuetudo, cuius meminit Clemens Romanus lib. 2. cõſtit. Apoſt. & D. Baſil. Epiſt. 79. & fit etiam illius aliquando mentio in Theodoſij, & Iuſtiniani Codice, qui cum capitis ſententiam laturi erant, obducebant cortinam, & interiecto velo, ſe continebant: abſcõditi ergo mortis reos damnabant, Huc facere poteſt illud Iob. 13. qui loquens cum Deo ait. *Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum*, veluti ſi quis innocens tunc damnaretur, oportunè dicere ad Iudicem æquiſſimum poſſet; cur faciem tuam abſcondis? &c. Cur ergo mecum, tanquam cum iniquo, atque inimico agis, & capite plectendo. Cum ergo Deus accingeretur ad damnationis ſententiam in Iudæos ferendam, vt liquet ex illis verbis, *excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*; benè adſtantes Seraphim eius miniſtri, duabus alis velantes faciẽ quaſi obducunt cortinam, vt interiecto velo, ſe continens, ſic abſconditus reos damnet. Quin imò ſi capite damnatis ne Iudicem Regemque videre poſſent, olim obuelabatur facies, & caput, vt Heſter ſcribitur cap. 7. *Operuerunt faciem Aman*, optimè cęcitas, & tenebræ populo Iſraeli, tanquam futuræ damnationis inditium, & ſimul reorum pęna eſſe dicuntur; quo Iudicij antiquo more, & Principis benignitas, perindè ac zelus maximè commẽdantur: benignitas quia, ſi reum incredibiliter affectum, laborantemque; propriis aſpiceret oculis, non eſſet amplificaturus ſupplicia, ſed temperaturus, atque mitigaturus: zelus, nam impiorum hominum, & in Rempublicam peccantium, vel ipſum conſpectum ita debet auerſari, vt nulla re, ipſum grauiùs offendi, hoc ſigno teſtetur. Sed ad id, quod ſupra dicebamus propiùs accedentes, ſedet inter adſtantes Seraphynos velata facie: nam cum hoc morbo ſoleat humana conditio nimis laborare, vt ad Principum ſtudia, inclinare omnes Conſiliarij cupiant: volens huic, Deus Opt. Max. exemplo ſuo mederi, inter illas Beatas mentes, quæ ſunt ei veluti è conſilijs, velata facie ſedet, vt diſcant ij, quorum munus eſt dare conſilia, vt illa non à vultu Principis, ſed à veritatis, Iuſtitiæ, & Dei lege aſſumant. 54

Clemens Romanus.

Baſilius.

Iob. 13.

Cur Iudices olim ab ſcõditi reos capite damnabant.

Heſt. 7.

Quid debet obſeruare Princeps, vt libertatẽ dicẽdi faciat Cõſiliarijs.

Et

Et quamuis hic idem, qui Princeps, ſit ſumma Iuſtitia, prima veritas, æternaque lux, illique aduerſari ſit à rectis ſemitis aberrare; vult tamen velata facie, & pedibus ſedere, vt diſcant Conſiliarij, ita veritatem coram Principe denuntiare, ſententiamq; liberè explicare, ac ſi ibi non eſſet, eiuſq; ſtudia non intelligerent: Pſal. 118. ſicque poſsint cum Propheta Pſalmo 118. dicere, *Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non confundebar*. Præterea qui iuſtum Iudicem inſtituere cupiunt, hoc illis in primis præbent documentum, In dubijs quæſtioni bus contra fiſcũ debet iudica e op tum' iudex. vt quando lis eſt Regi, aut Principi cum ſubdito, & ius reddenti, anceps videtur controuerſia, tunc meritò credat æquitatem cauſæ, penès ſubditum eſſe, nõ penès Regem, tanta .n. Iudices cupiditas tenet, Principi gratificandi, vt hæc illos excæcet, & abripiat, niſi contrarium ius liquidò conſtet. Quod ſi illa nõ obſtante, anceps videatur controuerſia, & in neutrã partem Iudex propendeat, ſed dubius, & ſuſpenſus hęreat, optimum documentũ erit, pro ſubdito iudicare. Nam cum intus in Iudicis pectore, qui interuenit affectus, & exorat pro Principe, non valeat eius partes fortiores reddere, penès ſubditum tunc eſſe æquitatem cauſæ, prudenter poteſt credere:
55 quæ quidem res non modo conſentanea eſt iudicatæ iam rationi, ſed & legibus, & bonorũ Principum Modeſtin l. non facile. exemplis. Modeſtinus .n. l. non puto ff. de iure fiſci. ſic ait, *non puto delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facilè iudicauerit*. Traianum etiam quòd ſub eo contra fiſcum iudicaretur Plinius laudat in Plinius. Panegyr. his verbis. *Quæ præcipuè tua gloria eſt, ſæpiùs vincitur fiſcus, cuius mala cauſa nunquam eſt, niſi ſub bono Principe*. Et Catholicus Rex Ferdinandus Quintus Conſiliarijs ſuis, vt hoc documento nihil haberent antiquius ſumma cum prudentia, & charitate mandabat. Cum igitur lis quædam veluti intendatur à Deo, populo Iſraeli in hoc capite Iſaiæ, quod debeat cum eo, lege agere, & grauiſſimis pœnis in illum animaduertere; hic verò contendens ſibi controuerſiam adiudicandam, & ad clementiam, & commiſerationem potius, quàm ad ſummi iuris acerbitatem flectendum, quemadmodum ſolet accidere inter Deum, & peccatorem, iuxta illa verba Dauid Pſalm. 50. Pſal. 50. *Tibi ſoli peccaui &c. vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris*: quorum verborum hæc eſt ſententia. Fateor me tibi peccaſſe, teque offendiſſe non inficior; adeo ſi contendere in iudicio ſimul velimus, non dubium ſit, quin tu iuſtificeris in ſermonibus tuis, & tuæ rationes iuſtiores eſſe probentur, & pro te iudicetur, & in eo iudicio victor, & ſuperior euadas: ne igitur in ſimili controuerſia Iudices in rem Principis, litem vertant, iudicium non à rei veritate, ſed ab eius vultu aſſumentes, velata facie inter adſtantes Seraphim ſedet.

Quod ſi in magna Regis laude 56
ſemper poſitum fuit, ſi ipſe pro ſua ſumma ſapientia, & benignitate, ſic orationis ſuæ curſum dirigat, vt Senatoribus omnibus ad liberè, vt decet, reſpondendum, animum addat, oſtendendo prorſus nihil ſua intereſſe, quomodocunq; ab eis ſuffragia ferantur, dummodò communi bono, atque Reipublicæ vtilitati proſpiciatur; quid mirum, ſi ſummus rerum Princeps, vt cunctarum virtutum omnibus, præſertim Principibus eſſet propoſitum exemplar, velit hoc ipſum, optimo modo, & verbis, & factis præſtare: illud, cum infra videbimus, qua forma petens conſilium, orationis ſuæ curſum dirigat;

rigat; hoc verò cum velata facie ſedet, vt omni modo, manifeſtandi ſua ſtudia, viam præcludat.

57 Documētū quo Princeps amicū falſum à vero poſſit diſtinguere.

Sedet, & velata facie ſedet: nam cum Principi prudentia ſit neceſſaria, ſitque ad eam rem maximi momenti, vt nimirum amicum falſum cognoſcat, & à vero diſtinguat, & adulatorem, à fido conſiliario internoſcere poſsit, ſitque illa adulatorum miſera conditio, cum præſentes ſunt, ex Principis vultu pendere, in illius oculis fixos habitare, Chamaleontis inſtar, colorem, affectumq; Principis induere, tanquam in ſpeculo, quam in Principe vident imaginem referre: ſi ridentem aſpiciunt, in riſum ſolui; ſi mœſtum, ad triſtitiam vultum fingere; ſi ſtomacantem iraſci, & à ſe ipſis decedere; ſi afflictum, & infirmum, toto vultu palleſcere; volens huic malo medicinam adhibere; quod tanti refert, vt neſciam an ſit aliud in Republica, quod Principis inter ſit magis, inter adſtantes Seraphynos velata facie ſedet, & veluti captus oculis; volens hoc ſymbolo, atque forma docere, illud ipſum, quod monet Plutarchus opuſc. de adul. Si Princeps noſſe cupit ſit ne quis verus amicus, an falſus, & aſſentator; debet interdum occultare ſe ſe, ſuaque ſtudia; ſignificareque id ſibi placere, quod antea diſplicebat, & quod placebat, diſplicere; ſtatim enim probabit adulator, rationique conforme dicet, ſeque antea mirari ſolitum, cur aliud videretur, & in quauis re etiam turpiſſima, intelliget non ad veritatem, ſed ad voluntatem loqui: quod non facturus eſt verus amicus, fiduſque Conſiliarius; quoniam bonum à malo, vtile ab inutili, diſtinguet, ſemper ſecum habitans, ſibique ſimillimus; veritatem, rationem, Principis bonum, perpetuò intuebitur.

Plutarchus.

58 Sedet velata facie ad aliud reparandum malum: nam cum ſępiſſimè in decernendo, ſi quid in deliberationem inciderit, nulla ſit concordia, inter Conſiliarios, ſed maxima diſſenſio, inde potiſſimùm orta, quod vnus alterum æmulum habeat ſtudeatque in dicendo prædictam ſententiam impugnare, illa ſolùm ratione, quia eſt alterius: ne hæc ergo inter Conſiliarios contentio, impedimento ſit Principi, ad hauriẽdum ex conſultatione, quod ſibi ac Reipublicæ ſanum ſit conſilium, ſtratagemmate illi opus eſt, præaudire ſingillatim, antequam locum, ad conſilium conſtitutum introeat, ſingulorum opinionem de re conſultanda, & illius Senatoris ſententiam, tãquam propriam in publico conſeſſu referre, quæ pro locorum, perſonarum, temporum circumſtantijs, pro re de qua agitur, ſanior videbitur, imitans Deum, qui inter adſtantes Seraphinos facie, & pedibus velatis ſedet, ſic docens in petendis conſilijs, etiam Conſiliarios quandoque eſſe quoquo pacto decipiendos, nec arcanos ſenſus, ſemper ipſis eſſe aperiendos, vt fidiſſime, & ſine deceptione conſulant.

Quo ſtratagemate debet vti Princeps vt ſanum conſilium à conſiliarijs hauriat qui videntur interſe diſcordes.

59 Debet ſæpè Priceps intereſſe iudicijs, ſed velata facie.

Sedet inter Seraphim; nam valet plurimum ad excitandos bonos Iudices, & malos coercendos, ſi Princeps interdum cum de rebus grauioribus, ſententię feruntur, iudicijs interſit, ſicut Luſitanię Reges cuiuſlibet hebdomadis certo die; Carolus Dux Burgundiæ, cognomento audax, diebus tribus; multis verò ante ſæculis Carolus Magnus, die vno faciebant. Verùm quia dum ſuper Iudices ſuos Princeps ſic excubat, poſſit ſua præſentia eorum libertati, in dicenda ſententia impedimento eſſe, velata facie ſedet, vt diſcant coram eo ſic liberè explicare quod ſentiunt, ac ſi ibi non eſſet.

Hieron. Oſorius, lib. 7. de reg. Inſt.

Iac. Meye. lib. 17. Annal.

Iuſt⁹ Lypſ. de Rep. lib. 2. cap. 11. in adnot.

Sedet

60 Sedet velata facie, & veluti captus oculis, non tamen occluſis auribus, quia tam decet Principem eſſe patentem omnibus, patenteſq; habere aures ad miſerorum clamores; querelaſque excipiendas, vt innata hæc Principatui videantur, ſine quibus non poſſit conſiſtere; meritòq; tanquam ſapientiſsimum, pariterque iuſtiſsimum illius vetulæ celebratur reſponſum, cui cum diceretur à Rege ſibi ad eam audiendam minimè vacare, *& tu deſine Regem eſſe*. Et Seneca Pulibio Magiſtratui ſcribens lib. de conſolat. cap.2. *Multa,* inquit, *tibi non licent, quæ in humillimis in angulo iacentibus licent: magna ſeruitus eſt, magna fortuna, &c. Non licet tibi, inquam flere, vt multos flentes audire poſſis, vt periclitantium, & ad miſericordiam mitiſſimi Cæſaris peruenire cupientium, lachrymæ proſint, tibi tuæ aſſiccandæ ſunt*. Quin Dauid Propheta cum Deo loquens Pſalm.79. ait, *Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut ouem Ioſeph:* exigens benignas ſuis precibus à Deo præbendas eſſe aures, illo ſolo titulo, quod eſſet Iſraelis Princeps, & Auctor. Adde etiam, vt ſine prudentiæ nota poſsit quandoque ſedere Princeps velata facie, & veluti captus oculis, continuò illi ſunt arrigendæ aures: nam cum non ſit ei licitum indiſcriminatim diſsimulare omnia, aurium operæ indiget ad id diſcernendum: ſedet igitur velata facie veluti captus oculis, non tamen occluſis auribus.

Princeps debet eſſe patens omnibus, patẽteſq; habere aures.

Seneca.

Pſal. 79.

61 *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri, &c. & duabus volabant*. Sed quid eſt, quod cum vnuſquiſque Senas haberet alas ad hunc finem, vt duabus vultum; duabus verò pedes tegerent ſedentis, duas tamen ad volandum haberet expeditas? An forſan eodem in loco ſemper alas excutiebant, quaſi ludibundi, & lætitia geſtientes, inſtar auium, quæ ramo conſiſtentes, alas adhuc explicant, iactatiſque molliter pennis, immotę quaſi capturæ impetum, ad volandum, in aera ſe librant, non migrandi voluntatem, ſed titillantem voluptatem ſic indicantes? An verò inſtar Papillionis, vulgo Farfalla, lumen amantis, ſed ardorem timentis, circa illud ſe ideò agitat: nunc aduolat, nunc auolat: ſtatim properat, ſtatim aufugit: inuitat lumen, deterret flamma: accedit, & torret calore: recedit, & flagrat amore: affectat adſtringere alis, ſed mox ſe extricat; ſi enim proximat, amittit id vnde redeat: ſi fugit, non poſſidet quod allicit: denique vel abſens, vel præſens, vel iunctus, vel diſiunctus, lumen adorat amore, metu. Non ſecus obſeruabis Seraphim ab Iſaia deſcriptos. Circumuolant immenſæ luci, aſſiſtunt throno, ſed aſpectum auertunt ſedentis, ne nimio ſplendore perſtringantur oculi: ardent viſendi deſiderio, ſed reuerentia contremiſcunt: contemplantur maieſtatem infinitam, & propriam abiectionem agnoſcentes, contendunt abſcondere. Et licet vt amãtes, animos recipiant, ad familiaritatem ſe ſe prouocent diligentis Dei; nam vt inquit Bernardus, *Claudit quidem oculos maieſtati dilectio, vt eam, ſcilicet deponat qui diligit*, tamen ſe ipſos tanto indignos amore, ac conſpectu æſtimantes, adhuc tremunt, nec audent, quia vt idem habet, *Non tamen, vt eam non cognoſcat dilectus*, ergo & continuò illi adſtant, & ſe contegunt, animo eriguntur, & quaſi conſternantur, in Deo alacres, in ſe ipſis exinaniti: Papiliones ſunt Paradiſi, incircumſcriptum illud lumen, ſic adorantes.

Papilionis lepida deſcriptio ſeraphynis applicata.

Bernard.

Sed Tropologiam proſequamur 62

ab

Principem decet in cõſultãdis rebus animi quies ĩ exequẽdis celeritas.

ab initio cœptam. Hoc dicendi modo illud indicatur documentum, quod Principem decet vera prudentia; in rebus, ſcilicet conſultandis, animi quietem, in exequendis celeritatem, & animi ardorem exigi. Ex quo illud Saluſtij proœmio in Catilinam, *Antequam incipias, conſulto: vbi conſultaueris, maturè facto opus eſt*. Quod idem præceptum Iſocratis eſt Orat. ad Demon. & priſcorum Sapientum, vt Ariſtoteles teſtatur lib. 6. Ethyc. atque vt hoc ſignificarent, Delphynum ancoræ alligabant. Huc ſpectat celeberrimum illud Octauiani Auguſti Imperatoris Apophtegma, *Feſtina lentè*.

Saluſtius. Ariſt. Alciat. emblem. 143.

63 Adde, quod duo his verbis ſignantur tempora, quibus eorum, qui aſsiſtunt Principi, diuerſa munia deſcribuntur. Primùm eſt quando res adhuc in conſultatione poſita eſt; & tunc partes Seraphim ſunt, alis velare faciem, & pedes ſedentis in Throno: nam quo tempore Princeps conſilia petit, vt inquiratur, & deliberetur ex pluribus quid eligendum, quibus medijs vtendum, quomodo id exequendum, eius voluntas nondum eſt firma, & deliberata, ſed habet ſe tanquam ſoluta, & vagans per varias cogitationes, indagans vbi debeat conſiſtere; & tunc qui aſsiſtunt Principi, Conſiliariorum munus obeunt, quorum eſt liberè dicere ſententiam, negando, addendo, minuendo, quiſque pro animi ſui conſcientia, Seraphynorum more faciem, & pedes Principis velantes, non ad Principis ſtudia inclinantes, nec ab illius vultu, ſed à veritate, à Iuſtitia, à Dei lege conſilia ſumentes. Alterum deinde tempus eſt, cum decretum fuit quod iam in deliberationem inciderat, quando auditis Conſiliariorum ſententijs, ſecernit Princeps, id quod ei potius videtur, in eoque figit voluntatem, tunc intelligant illi aſſiſtentes non amplius Conſiliarios, ſed cooperatores eius eſſe, & miniſtros, & eorũ eſſe partes, Seraphynorũ inſtar, alas habere ad volandũ expanſas, & tanquam obſequẽtes ſubditos, ad obediendum primos ſe exhibere: & ſicut inter alios dignitate, & honorum inſignijs præfulgent, ſic obedientiæ laude, & in Regijs Conſtitutionibus obſeruandis, exemplo 64
reliquis præluceant. Horum temporũ differentias conſiderans Cardinalis Paleottus de Sacr. Conciſt. cõſult. p. 5. q. 9. doctiſſimè cõcludit Cardinales teneri Bullæ edendæ propria manu ſubſcribere, etiam ſi ſit de rebus ijs, quibus in Conciſtorio repugnauerint, cum non vt Conſiliarij agant, ſed in ſignum miniſterij, & reuerentiæ: qua ſi tenentur conſtitutionem ipſam vſu recipere, & facto exequi, cur non magis debent verbis illam probare? meminerint, inquam, ſicut re in conſultatione exiſtente, erant veluti Seraphyni velantes faciem Principis, ad liberè dicendam ſententiam; ita rę iam excuſſa, eorundem exemplo, illis expandendas eſſe alas ad volandum, & omne id amplectendum, & exequendum, quod Summus Pontifex iubet, iuri diuino, vel naturali non repugnans, & maximè in dubijs, qualia ſunt quæ ad conſultationem deferuntur.

Suecon. in vit. Auguſ. cap. 25.

Diuerſa munia eorum deſcribuntur qui aſſiſtũt Principi, & ſunt eis à conſilijs.

Card. Pal.

Sex alæ vni, & ſex alæ alteri, &c. & duabus volabant. Sed quid eſt, 65
quod duas alas habent ad volandum expeditas, cum cuilibet ſex ſint, dicente Iſaia, *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri?* Magnum benignitatis diuinæ monumentum. Quod ſi coniungatur cum eo quod ſcriptum reliquit Ezechiel cap. 1. maximum, ibi cum de viſitandis captiuis agatur, curru vehitur Deus quadrijugo: Animalia illum trahentia accenſas lampa-

Pulchrè ſignificatur quã magis Deus ſit pronus ad ignoſcendũ quã ad vltionẽ.

Ezech. 1.

lampades, ignitoſq; ſimilabant carbones. Et quamuis bos interea, natura ſegnis, grauiter figens pedem: ſimiliter leo, pectore magis, quàm pedibus vigens: pariter & homo, qui defatigatur facillimè, cũ tamen de ope ferẽda res eſſet, præfata ſollicitat animalia ad ambulandum vltra vires, in ſimilitudinem coruſcantis fulguris: hic verò cum de puniendis agatur, quamuis ſontibus, & facinoroſis hominibus, alatos Seraphynos, vt ſic dicam, ſegnes reddit, & vix ex ſex alis, vnicuique datis, duæ relictæ ad volandum expeditæ, vt diſcant Principes nihil eſſe magis regentibus decorum, quàm animi lenitas quædam. Et quamuis neceſſe ſit, vt in bono regimine, miſericordia, & veritas occurrant ſibi, & ſe complectantur, Iuſtitia, & pax oſculentur, & fœdere, & amicitia copulentur inter ſe. cum miſericordia ſine Iuſtitia contractior ſit, & vituperatione digna; Iuſtitia autem ſine miſericordia, nõ ſit Iuſtitia, ſed crudelitas; tamen in ſumma Regũ laude poſitum eſſe, ſi propenſiores ſint ad miſericordiam, quàm ad Iuſtitiã, ad mãſuetudinem, quam ad ſeueritatem.

In ſumma Regum laude eſt poſitum, ſi propenſiores ſint ad miſericordiã, quam ad iuſtitiam.

66 Ad quod ſignificandum antiqui pingebant in ſceptro Regio Ciconiam, quæ pietatis ſymbolum eſt, & nota, & ſub ea Hippotami animalis crudeliſſimi effigiem, vt indicarent ſupplicij ſeueritatem, ita Principi temperandam, vt in ea ſemper benignitas emineret, nam Auctore Seneca lib. de clement. cap. 24. non minus Principi turpia ſunt multa ſupplicia, quàm medico, multa vulnera: tamque ira præceps, animique acerbitas in Principe turpis eſt; & pernicioſa, vt ad id redigendum in memoriam tanquam optimum documentum in hoc capite Iſaiæ (cum de animaduerſione agatur) Seraphynorum volatum Deus moderetur, & temperet, atque ex ſex alis duas tantùm illis relinquat expeditas.

Sigon. lib. 16. de occidẽtal. Imp.

Seneca.

Sed aliud myſterium hic etiam latet, Animis ſemper retinendum, vt diſcant omnes, ſuorum munerum limites non egredi, quos Princeps præfixit. Et quemadmodum Seraphyni non totum conatum adhibent ad volandum, quem poſſunt, ſed illum ad Dei præſcriptum, accommodant, & Imperium, & propterea non omnes alas ad id negotij habebant occupatas, ſed iuxta diuinum placitum, duas tantum; ita diſcant Aulici, quamuis ſcientia, & charitate inter alios veluti Seraphyni, præfulgeant, non plus volare, quàm eis ſit conceſſum à Principe: hoc eſt illis datæ, præfixos cancellos non abrumpere poteſtatis, cum nihil ita valeat ad Regis gratiam, vel conſeruandam, vel amittendam, quàm vel illos egredi, vel intra eoſdem ſe ſe continere. In magna domo, multoque magis in Republica, ne quid inconditè, & inordinatè fiat, diſtinguenda ſunt munera, & vt quiſque proprium obeat, neue occupet alienum, magnopere curandum; ſin ſecus magna rerum omnium confuſio, maxima perturbatio. Cum igitur quicquid Aulici, & miniſtri fecerint ad Principis, & rei communis bonum, vt ad ſcopum ſit referendum, ſic eorum opera eſt exigenda, vt ad hunc finem tanquam ad regulam tendat: quem vix poſſunt aſſequi, niſi munera impermixta maneant. 67

Aulici, & miniſtri, nõ debent ſuorũ munerũ limites egredi, quos Princeps præfixit.

Patentes literas olim Dauid à Deo accepit, in quibus erat Scriptura, 1. Paral. 2. *Vir prœliator Domini*: quod mandatum credidit optimè exhaurire, ſi aliud ipſe addidiſſet; & architecturam quoque cœpit profiteri, deq; Domini Templo conſtruendo, non ſolùm de gerendis bellis cogitare: quin etiam id perfeciſſet, niſi eiuſdem 68

1. Paral. 2.

Dei

Dei nomine ei dictum fuiſſet, vt ſtaret antiquo mandato: nouum verò ab ipſo additum, Salomoni filio eſſe impoſitum. *Sanguinem effudiſti, & plurima bella, bellaſti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me: filius, qui naſcetur tibi, erit quietiſſimus, &c. ipſe ædificabit domum nomini meo,* ideſt 1. Paral. 2. nã quamuis, & eundem rem militare, callere, & architecturam; ornamento ſit illi: vtrumque autem hoc munus vltra Principis mandatum exercere, ſuæque poteſtatis limites egredi, & Aulæ, & Ciuitati, & Reipublicæ detrimento eſt, & confuſioni. 1. Paral. 2.

69 Quàm verò hoc documentum Aulicis omnibus debet eſſe antiquum, ex alio etiam Scripturæ loco liquidò conſtat, Exod. 3. vbi cum primùm ſtatuit Deus Moyſen intra ſuos habere domeſticos, ſtatim hoc illi præſcripſit: nam nuper factus ex aula Summi Regis, ad aulicandum Regem in rubo reſidentem pergens Propheta, ne appropinquaret inhibitum, *Moyſes, Moyſes, ne appropries hùc;* cumque mandatum datum veneranter peragerет, vt veniret, imperatur. *Sed veni, & mittam te ad Pharaonem.* Quid eſt igitur, quod accedentem ſiſtere, ſiſtentem iubet Deus accedere? Prima ſunt aulicorum rudimenta, limites à Principe præfixos non egredi, nec vnquam cenſere non præfixos, niſi ab eodem, qui præfixerat, ſubferantur. E' Seraphynorum ſchola, qui omnium Aulicorum ſunt antiquiſſimi, hæc vrbanitas ſumpta eſt, dum paratos ad volandum, ad Imperium ſui Principis, & ad moderandum volatum in obſequium eiuſdem, in Iſaia legimus. Sed cum hucuſque, & eorum natura, & dignitate, & alarum numero, ſitu, diuerſiſque muneribus, veluti tot ſymbolis, formis, & notis multipliciter nos docuerint, videamus quænam ex eorum verbis hauriri poterunt documenta. Exod. 3.

Et clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus *Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius.* Verùm cui dubium, quod ex trina Sancti repetitione Sanctiſſimę Trinitatis panditur myſterium? Imò ſi conſideremus quod ita acclament ſedenti in Throno ij Spiritus ex Seraphyco ordine; qui in valuis Sanctæ Trinitatis reſidet: caput tegunt Principis, & pedes, medijs volant alis, nec omninò tegunt volantes, neque retegunt, lucidiorem eiuſdem Myſterij haurimus notitiam. Caput ergo principium cuiuslibet rei ſignat, vt pedes finem: eſt autem in Beatiſſima Trinitate principium, eſt medium, eſt, denique poſtremum, non quidem tempore, aut dignitate, aut natura; nam in hac Trinitate nihil eſt maius, aut minus; prius aut poſterius, quippè ſunt tres Perſonæ ſibi coæquales, coæternæ: at in ordine, originis primus eſt, & numeratur Pater, deinde Filius, poſtremò Spiritus ſanctus. Iam ergo Patrem quidem Seraphyni velant, & Spiritum ſanctum velant: Filium, autem mediam Perſonam, neque prorſus obtegunt, neque prorſus reſerant: etenim tota Trinitas eſt incompræhenſibilis, etiam ab ipſis perſpicaciſſimis Seraphynis Pſal. 17. Volat enim ſuper pennas ventorum, ſiuè Angelicorum Spirituum, & ſedet ſuper Cherubim, omnemque ſcientiæ plenitudinem creaturarum ſuperat: quapropter incompræhenſibilis eſt Pater, Filius, Spiritus ſanctus: verùm media inter illos perſona, Dei Verbum, propter carnis aſſumptæ diſpenſationem, mundo ſe ſe conſpicuum, 70 Sanctiſſimę Trinitatis panditur myſterium. Pſal. 17.

Digitized by Google

ſpicuum, palpandum, & contrectandum hominibus dedit, iuxta illud 1. Ioan. 1. *Quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtra contrectauerunt de Verbo vita*. Neque tamen omninò Sacramentum hoc retectum eſt, cum idem Chriſtus, vt Dei Verbum incompræhenſibilis ſit, etiam à Seraphinis, ne dum ab alijs mentibus: quod mediarum alarum volatũ circum circa ſedentem in Throno, & tegendo, & detegendo optimè Seraphini demonſtrant. Nec immeritò ſedente Principe in Throno, Sanctiſſimę Trinitatis Myſterium pãditur. Nam quemadmodum Regi iam conſtituto, olim Deus legem in hæc verba præſcripſit Deuteron. 17. *Poſtquam ſederit in Solio Regni tui, deſcribet ſibi Deuteronom. legis huius, in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legetq; illud, omnibus diebus vitæ ſuæ*. Quibus verbis docet Spiritus ſanctus antiquiſſimam omnium rerum Regibus eſſe debere legis notitiam, atque cuſtodiam. Sic cum idem ſit Spiritus per Iſaiam loquens, ne à ſe ipſo diſſentiat, ſedente in Throno illo, qui omnium Principum norma eſt, & exemplar, vult Sanctiſſimæ Trinitatis pandi Myſterium, quod legis finis eſt, & totius Religionis præcipuum obiectum, vt ſciant omnes, & legis diuinæ cuſtodia, & Religionis cura, firmari ſolia, ſtabiliri Regna, & ab hoſtium impetu ſic optimè vindicari, & defendi. Si quis tamẽ hic eximiam Dei laudem, ſine tamen illius myſterij præiudicio explicari putet trina illa acclamatione, non credo in eam cogitationem venerit ſine vllo fundamento: cum ſatis notum, atque vſitatum ſit quod in aliquo genere eximium eſt, ternario numero ſignificari, Ioannes Apocal. 8. repetito ter. Væ, grauem cladem hominibus enunciat *va, va, va habitantibus in terra*. Et Heſter 8. eodem numero explicatur Imperii magnitudo: nã vbi vulgatus habet. *Centum viginti ſeptem Prouincijs*, textus Hebraicus legit tertio iterata voce Prouinciam, Prouinciam, Prouinciam. Et cum maximè vrgetur ſpõſa Cantic. 4. vt de libano veniat, ter audit à ſponſo, *Veni*. Apud externos exempla ſunt obuia; qui ter maximum appellarunt Mercurium; & honores ter geminos, ampliſſimos vocant: & quod ſæpè, & cum magna contentione fit, ter fieri dicunt. Ex his videbatur dici poſſe nõ improbabiliter Deum hic appellari à Seraphynis ter Sanctum, ideſt Sanctiſſimum. Licet autem prior expoſitio de Trinitatis myſterio, communior ſit, illique mea ſententia adhærendum; hæc tamen poſterior non eſt reijcienda. Nec à noſtro inſtituto erit alienum, dum Regem contemplamur inter adſtantes ſedentem, veluti inquirentem, & indagantem quid eligendum, quid pro optimo Reipublicæ regimine faciendum, dicere illam acclamationem *Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c*. admonere tum Principes, tum eorum Conſiliarios nihil aggrediendum, niſi Deo in Concilium adhibito; pacis, bellique negotia omnia Dei iuſſu, & legis eius norma, moderanda; talibus enim ducibus, cõſiliorum, & negotiorum, quos optant exitus conſequentur: ſin ſecus ipſum eorum conſilium, laqueum futurum, quo irretiantur, foueam, in quam cadãt, Crucem, & patibulum, cui affixi, cum Amano vitam ponant; capillos, quibus vt Abſalon innexi, ſublimes pẽdeant: gladium, quo diuina iuſtitia ſicut Iudith Holoferni, ſic illis caput amputet: tritum enim eſt illud ſermone prouerbium, *Malum cõſilium, conſultori peſſimũ*. Et Spiritus ſanctus Eccleſ. 27. Fa-

Marginalia (left): Ioan 1. — 71 — Deut. 17. — Antiquiſſima omniũ rerũ debet eſſe Principibus legis diuinæ notia atque cuſtodia. — 72 Quod eximiũ in aliquo genere eſt, ternario numero ſolet explicari. — Apoc. 8.

Marginalia (right): Heſt. 8. — Cant. 4. — 73 — Heſther. 6. 2. Reg. 18. Iudith. 13. — Eccleſ 27.

Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur: quæ quidem veritas, & ſatis ſe ipſa patet, & mille experientijs ab hinc tot retro ſæculis ſemper comprobata.

74 Quod, vt facilius aſſequantur ij, qui ſunt à conſilijs, & ad hunc ſcopum quicquid cõſultatione decernitur, dirigant, maximè refert, vt ſibi perſuadeant, in eo conſeſſu' eſſe Dominum præſentem, eundemque in ſuo ſupremo ſenatu ſcrutaturum, ſi quid Principes, & qui ſunt eius à latere, in ipſum, & legem eius decernunt; imò eadem illa acclamatione *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum,* qua monentur, Deum adhibendum eſſe in conſilium, poſſunt in memoriam reuocare, quicquid tali conſultatione decernitur, trutina illius ſupremi ſenatus eſſe examinandum. Quod perbelle demonſtrauit Dauid Propheta illis verbis Pſalm. 81. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* Dices Iudici non ſtare conuenit, ſed ſedere, vnde Moyſes cum iudicaret, ſediſſe ex verbis Soceri Iethro cognoſcimus Exod. 18. *Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane vſque ad veſperam?* vel ſicut in Hebræo eſt. *Et omnis populus ſtat*, ergo cum Iudicis proprium ſit ſedere, ſicut rei, aut litigatoris ſtare; cur Deus ſummus omnium Iudex cum ſit, tamen in cætu iudicum ſtare dicitur, niſi quia terrere voluit Iudices, vt cum ad iudicandum ſedent, non de hominibus, ſed de Deo ferre ſententiam putent; & ſi contra ius, contra fas aliquid decernant, & iuſtos, innocenteſque condemnent, nocentibus abſolutis, id ſe contra Deum admiſiſſe ſciant. Quod ſi ita terruiſſe non iuuat; ſcilicet quod ipſe Deus ſtet, tanquam ab eis iudicandus, incutit adhuc timorem ſequẽtibus verbis. *In medio autem Deos dijudicat,* quod qui tanquam excepturus eorum iudicia ſtat, idem de iudicũ iniquitate iudicabit. Quod totum illa acclamatio Seraphynorum, licet non ita diſtinctè, admonet tamen conſiderandum.

Quid debet ſibi perſuadere, qui ſedent in iudicio, vt omnia ad diuinæ legis normã dirigant.

Pſal. 81.

Exod. 18.

Quod autem dicunt illæ Beatæ mentes. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum:* etiam hanc ſententiam complectitur, ſeu potius documentum continet, ſicut illi fœlices ſpiritus, qui à latere ſunt Dei, ſanctitatem Principis in primis prædicant, nulla immenſitatis, ſapientiæ, æternitatis, omnipotentiæ, &c. facta mentione: (& quamuis hæc omnia, & inter ſe, & cum illa diuina ſubſtantia ſint idem formaliter, obuoluuntur tamen ſilentio) pari ratione curent Principes terreni, & eorum Senatus, vt hæc eadem ſit libella, & norma, ad quam actiones ſuas exigant, & præ cæteris omnibus attentè exquirant, an res in conſultationem adducta, legi Dei aduerſetur, quam oportet eſſe primum, intimum, & maximè familiarem Principis Conſiliarum: ſic enim illam in Cõſilium adhibebat Dauid Rex, vt de ſe illis verbis teſtatur Pſalm. 118. *Et conſilium meum iuſtificationes tuæ.* Et quemadmodum is, qui fideliſſimum ſibi, cariſſimumque amicum habet, niſi eo prius conſulto, nullum grauius aggreditur negotiũ; ſic capiendis cõſilijs, diuinam legem tanquã Conſiliarium intimum conſulãt, nihilque Regno expedire ducant, quod hac regula metiri, & dirigere nõ poſſint, meminerintq; illius Athenienſium exempli, ad quos, vt refert Valer. Max. lib. 6. cap. 5. cum Ariſtides retuliſſet Temiſtoclis conſilium, vtile quidẽ, ſed minimè iuſtũ videri, è veſtigio cõcio vniuerſa, quod æquum nõ videtur, nec expedire quidẽ proclamauit, ac protinus Themiſtoclẽ incepto iuſſit deſiſtere. Quod ſi tantùm 75

Pſal. 118.

Themiſtocles.

tùm præſtitit Gentium turba, quid expectandum eſt à Principe Chriſtiano, eiuſque ſenatu, & lumine, & gratia, opeque diuina cœteros omnes præfulgente? Cum verò ambiguum eſt, an ea res, de qua agitur licita ſit, necne, & an legi diuinæ ſit conſentanea, an cum ea pugnet, ad proclamationem Seraphynorum accedant, videantq; an illud de quo dubitant, Sanctum proclament: ad Theologos inquam, vel alios, quos cœterorum magiſtros, & Duces Deus in Eccleſia conſtituit, recurrant; quo rei veritas liquidior, & apertior fiat, antequam ſuſcipiatur, aut vrgeatur inceptum. Quin imò ſi ad huius generis negotia cōſilium habere ſunt ſoliti, in quo de ijs tantùm agatur, quæ ad cōſcientiam, & ſalutem Principis ſpectāt, & quæ facienda ſunt ex diuinæ legis præſcripto, decernuntur, Senatum hunc Auguſtum, & præcelſum, ab Iſaia deſcriptum, ſuorum Senatorum cōſeſſu in terris referent.

76 Theologos doctos, & pios debēt conſulere Principes in rebus dubijs.

Quod ſiquis dicat in illa Seraphynorum acclamatione ſedentem in Throno vocari Dominum Deum exercituum, quod eius potentiam oſtentat, cuius etiam habēdam eſſe rationem, cum quid in deliberationem incidat. Reſpondendum totum id confirmare præfatam ſentētiam. Nam cum priùs ſedentem in Throno ter Sanctum clamēt; deinde Dominum Deum exercituū celebrent, optimè deducitur, tum in capiēdis conſilijs, tū in grauioribus negotijs aggrediēdis, nō priùs attendēdū an effuſum, vel plenū ærarium, qui ſint armamentarij ſtatus, qualis miles, quæ merces, qui cōmeatus, qui robur exercitus, an cohortes delecto milite firmatę, qualis bellicus apparatus, quę hoſtium vires, an imparatis ibitur; ſed vera Religione, & ſacris Dei legibus primùm omnia definire. Quod ſi pro regula gubernationis, cōſeruationis, dominationis, & ſtatus, illas propoſuerint, cętera omnia vertentur in bonū, videbūtq; rerū ſucceſſu, maximiſq; beneficijs inſignē eorum pietatē à Deo compēſari. Quis Imperator magno Cōſtantino aut religioſior fuit, aut in belli victorijs illuſtrior? fuit ne in Theodoſio maior pietas, an fœlicitas? Quid eiuſdem filios memorē Arcadium, & Honoriū? quoties diuino præſidio defenſi ſunt, quod cōſilia ſua Religionis legibus, non Politica prudentia, & ambitione definierint? Cōtra verò vix Honorius legē humani conſilij plenam promulgauit, qua cuiq; ſectæ libertatē permiſit, credens ſic vrbem ab hoſtium inſidijs vindicare, cum hoſtis Romam cępit, & diripuit: At vbi fraudem, & errorem recognoſcens, legem abrogauit, continuò ad fuit cœleſtis manus, quæ Alaricum, cæteroſq; Tyrannos, qui aduerſus eum arma ſuſceperunt, profligauit. Plena ſunt eiuſdem generis exemplis Hiſtoriæ, quibus nobis perſuaſum eſt, Imperia cum Religione ſtare, ſine Religione cadere. Ad cuius etiā rei monumentū Seraphyni ſedētem in ſolio excelſo, prius ter ſanctum, deinde Dominum Deum exercituum proclamant.

77 Quid in mouendo bello Principes potiſſimum debēt obſeruare.

Aug. lib. 5. de Ciu. Dei c. 24. & 25.

Oſor. lib. 7. cap 41. Baro. to. 5. ann. 411. Sozomen. lib. 9. c. 3. Ribadeneirai lib. 2. de Princ. Chriſtian. c. 16. Imperia cū religione ſtāt ſine illa ruunt.

Plena eſt omnis terra gloria eius. Quo monēturPrincipis miniſtri, nimirum nullū reperiri, vel ad nō cōcitandā ſibi inuidiā, vel ad Principū gratiā cōciliandā, efficacius mediū, quàm nō modo quicquid mali euenerit in exequendis mādatis, vel in Prouincijs impoſitis ſuo vitio dare; verum etiā quicquid fortiter, quicquid glorioſe, fœliciterq; geſtū fuerit, Principum tribuere virtuti, fęlicitati, & gloriæ. Quod prudēter ſeruatum à Germanico, qui deuictis in Germania hoſtibus, maximaq; de il-

78 Documētū datur miniſtris ad cōciliandū ſibi gratiam Principis illius tribuere virtuti, & gloriæ quidquid ab illis præclarè geſtum eſt.

Cornel. Tacit. annal. lib. 2. pag. 32.

lis reportata victoria, laudatis pro concione victoribus, congeriem armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo, debellatis inter Rhenum Albimque nationibus, exercitum Tiberij Cæſaris ea monimenta Marti, Ioui, & Auguſto ſacrauiſſe: de ſe autem nihil potiùs additum, metu inuidiæ, an ratum, conſcientiam facti ſatis eſſe. Contraria debebatur fortuna Silio, dum contrario vſus eſt conſilio, qui ingentis exercitus moderator, Parthiſque apud Germaniam triumphalibus, Sacrouiriani belli victor, offenſus fuit Tiberio, vel vt plerique credunt aucta fuit offenſio ipſius intemperantia, immodicè iactantis, ſuum militem, in obſequio durauiſſe, cum alij ad ſeditiones prolaberentur; neque manſurum Tiberio imperium, ſi ijs quoque legionibus cupido nouandi fuiſset. Ad tantaſque anguſtias hac ſua iactantia fuit reductus, vt tandem ſe ipſum necauerit. Hinc etiam omnis ſpes ſimul, & potentia euanuit. Aniennij I. dum ipſe non tam prioris vitæ criminibus, quàm arrogantia vocabat offenſas, nimius commemorandis, quæ meruiſſet. Offenduntur maximè his verbis Principes, & deſtrui per hæc eorum fortunam, imparemque tanto merito rentur: Nam beneficia eouſque lęta ſunt, dum videntur exolui poſſe; vbi multum anteuenere, pro gratia odium redditur. Ad vitandam ergo hanc inuidiam, atque ad hos ſcopulos effugiendos, Principis prudentię, & virtuti tribuere miniſtri debent, quicquid in Prouincijs ſibi demandatis, magnificè,
79 præclarèq; geſtum fuerit. Et quemadmodum canebat Dauid. Pſal. 23. *Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ*, iuxta Diui Bernardi expoſitionem ſerm. 13. ſuper Cantica.

Cornel. Tacit. annal. lib. 4. pag. 79. Ammir. lib. 4. diſcurſ. 4.

Cornel Tacit. Hiſtor. lib. 4. pag. 216.

Pſal. 23.

Bernard.

Non modo quod viuimus, quod ſpiramus, quod vigemus, quod intelligimus, idipſum ſumma Dei benignitate fuiſſe collatum, fateri debemus: ſed multò magis quod non poſtrema ſcelera admittimus, quod eſſe boni cupimus, aut quod omninò aliquem in ea re conatum, & & ſtudium adhibemus, quòd aliquid ſtudioſum, & laude dignum patramus; illius Regis gloriæ dari debet, à quo ſunt omnium virtutum habitus, quibus vel idonei ad benè operandum, vel promptiores reddimur. Sic terreni Regis ſubditi, in rebus ab ipſis præclarè geſtis, eundem auctorem, & Principem canere debent, à quo promoti ſunt pro illo gradu ad operandum. Quod ſi eo loco Pſalmi, dictio illa *virtutum*, ſecundùm literalem ſenſum *exercituum* exponenda eſt, intelligant præfecti militum, inferioreſque Duces, deuictis hoſtibus, Partha victoria, laudatis pro concione victoribus, totius facti, & euentus, Regem celebrandum auctorem, qui non moderator, ſed Dominus eſt exercitus; æmulatores facti Dauidis canentis, Dominus virtutum ipſe eſt *Rex* gloriæ: quin & Seraphynorum clamantium alterius ad alterum, *Sanctus &c. Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius*: quæ quidem officia licet Deo ab hominibus debeantur, & gratitudinis, & obedientiæ, & Religionis, alijſque huiuſmodi nominibus, homini tamen ab altero homine ſine adulationis nota, præſtari poſſunt: imò modeſtiæ ſolent eſſe, & gratitudinis, quia videntur iura ſubditorum erga Principes, cum huiuſmodi generis hominibus exhibentur.

Plena eſt omnis terra gloria eius. 80
Quæ velim etiam ſint monita ad conſeruandam Regis gloriam: nam opti-

optimi Conſiliarij eſt, non ſolùm de propaganda Principis gloria, ſed etiam de adepta potiſſimum conſeruanda, amanter, & fideliter agere. Quod aſſequetur facilè, ſi id, quod Principis gloriæ poteſt inferre crimen, conſulat nunquam: & vt ad hunc ſcopum ſua conſilia poſſit dirigere, in Senatu ſedens, ſemper præ oculis habeat, nihil Principi ex omnibus caducis rebus, ſua gloria debere eſſe antiquius. Quod optimè nouit Artaxerſes Rex à quo cum Satibarzanes eius cubicularius, quiddam minùs iuſtum peteret, ſentiretque illum Rex, hoc facere ſolicitatum triginta Baricorum millibus. Quæſtori ærarij ſui mandauit, vt Baricorum triginta millia ad ſe deferret, & allata dedit Satibarzani, dicens. *Accipe, nam hæc tibi cum dedero, non ero pauperior, iniuſtior autem futurus, ſi ea quæ petebas, dediſſem*. Dignum Rege factum, & ſimul cæteris Regibus, & ſubditis, ijs præſertim, qui eius ſunt à latere, monitum quod nunquam aut concedant, aut petant quod Regiæ gloriæ poteſt inferre crimen.

Præclarum Artaxerſis factum.

Plutarc. in Reg. Apop.

81 Sed non prætereundum eſt, quod Seraphyni non ſolùm dicta proferebant verba *Sanctus, ſanctus, &c.* Sed, quod non vacat myſterio, alter alterum prouocabat ad illa dicenda, *Et clamabant alter ad alterum, &c.* Quo facto non à conſiliarijs requiritur in ferendis ſuffragijs conformitas, & vnio; nam ita hæc ſuſpitionem gignerent, ſi ferè eſſent perpetua, quemadmodum varietas, & diſſenſio; ſic enim vota ſua amicitia, vel inimicitia, æmulatione, vel coniunctione, quæ fortè illis cum alijs Conſiliarijs intercedit, definirent; ſed vt in ſententiarum varietate, illam ſemper ſeruent concordiam, & in ſuffragiorum multitudinem, ab illa non diſcedant vnitate, quæ ſit omnium conſiliorum ſcopus, & finis, in Rempublicam ſcilicet, & Principis bonum, ſuas ſententias dirigere, priuata commoda, bono communi, ac debitæ Principi ſuo, fidelitati, poſtponere, prouocareque ſe ſe, cum locum ad conſilia conſtitutum introeunt, non ad eandem, cum de rei conſultatione agitur, dicendam ſententiam, ſed in ſenſis animi explicandis, licet diuerſis, ad illum ob oculos proponendum ſcopum, à quo charitas erga patriam, Rempublicam, & Principem, nunquam aberrat. Quod ſi hæc ſeruauerint, Seraphynorum more, alter ad alterum, quamuis diuerſa ſenſerint; ſemper tamen idem, ſcilicet quod ſanctum, quod iuſtum, quod legi Dei conſonum, in Senatu clamabunt. Quod ſi hoc differt inter adulatorem Principis, & amicum, quod ille vellet bonorum, ac Sapientum nulli ad Principem aditum eſſe, ac omnibus viribus contendit, vt qui huiuſmodi ſunt, ab omni congreſſu, & eius amicitia prohibeat, factiſque, & conquiſitis vitijs deformatos, Principis oculis objiciat. Hic vero omni ſtudio, & cura nititur, vt Princeps cum bonis, ſapientibus, & prudentia claris, tractet, & familiaritatem ineat, atque in eos beneficia conferat, qui obſequijs ſuis, ea promerentur: hoc ipſum iſta clamatione vnius Seraphyni ad alterum eiuſdem naturæ, Hierarchiæ, ordinis, & charitatis erga cœleſtem Principem, præfiguratur.

Quæ vnitas requiritur in conſiliarijs etiam in votorum varietate, docet præfatis verbis Iſaias.

Diſcrimen inter adulatorem Principis, & amicum.

Et commota ſunt liminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo. Hac illuſtri imagine Hieronymus, & Cyrillus, & S. Thomas vaſtitatem Hieruſalem portendi putant; ſuccedit enim antiquæ gloriæ, atque ſplendori, caligo, & fumus, à Chaldæorum nimi- 82

Hieron. Cyrill. Thom.

rum, ac Romanorum incendio: & templum illud, quod ſuo ſibi cultui Dominus elegerat, delendum ſignificari videtur, ſuperliminarium commotione. Quin addere poſſumus his non diſſonum, commotionem illam Templi, poſt ternã Seraphynorum acclamationẽ, illud præfigurare, per expreſſam Trinitatis gloriã, à Chriſto manifeſtandam, & prędicãdam; populum illum Iudaicũ exautorandum eſſe, legemq; Moſaicam, cum ſua cęremoniarum ampulloſa põpa, abrogandam eſſe, templumq; illud antiquis illis ſacrificijs deſtinatum, diſſipandum. Cęcitatẽ verò eiuſdẽ populi, & oculorum caliginẽ, in cognoſcendo vero Chriſto, fumũ hunc pręferre: vel deniq; omnes homines infirmas oculorum pupas gerere, & veluti caligine offenſas, ad Dei maieſtatem contemplandam.

Iudeorum reprobatio ſignificatur quòd noluerint ſic credere myſterio Trinitatis.

83 Sed ad conſuetas Tropicas locutiones. *Commota ſunt liminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo.* Nam cum plurimi referat, vt Populus Principem reuereatur, & promptiori voluntate illi obſequatur, eundẽ de illius ſapientia, & prudentia, magnam cõcepiſſe opinionem; nihilq; magis valeat ad Principis cõmendationem, & bonã ęſtimationem, & ad conciliandã auctoritatẽ, ac põdus eius legibus, atque decretis, quam conſultatione, ſcilicet vti; cũ enim in deliberationẽ vocata ſunt, & ad conſiliũ, & ſententiã prudentũ, quaſi ad regulã diriguntur; tunc omnes non ſolũ eius voluntati, ſuas ſubmittunt, ſed etiã ſenſus ad illius iudiciũ, & ſententiã accõmodant, quã credunt ab errore, ideò magis alienam, quòd fuerit diligenti examine diſcuſſa, & hominum, qui iudicandi vi maximè pollent, conſilio probata. Non immeritò ergo cũ inter adſtantes Seraphynos, deſcribitur Dominus tanquam ad conſultationem ſedẽs, in deliberationemq; vocans, quid agendũ de perdito populo; commota ſunt liminaria cardinum, à voce clamãtis, ad exprimendã auctoritatẽ, & pondus, quod Principũ placita, ex tot Senatorum præcedenti diſcuſſione, hauriunt. 84 Adiuuatq; magis hũc ſenſum id, quod in contextu literæ, ſeriẽq; legitur: nã cũ prius dicebat Iſaias: *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant Sanctus, Sanctus, Sanctus;* tanquã de pluribus, ſeu de duobus loquens, ſubdit deindè veluti de vno dictum. *Et commota ſunt liminaria cardinum à voce clamantis:* ad ſignificãdum, tunc maiori reuerentia, & tremore excipi Principum decreta, præuia deliberatione definita, ſi tãquã vna vox, vnaq; ſententia totius Senatus, idipſum ſentientis, populo proponãtur. Et quemadmodum iuuat Principem aliorum ſenſus in Senatu exquirere, & exquirẽdo, plures audire, vt multorum examine, rebus expenſis, quę dubia ſunt, certius reſoluat; ita optimi regiminis eſt, vt hęc populum lateant, nec vnquam ſciat, quid in rebus cõſultandis acciderit, ſed quid ex conſultatione definitũ. Atq; ad hoc documentũ capiẽdum valet plurimũ, quòd ſimul cum voce clamantis, domus repleta eſt fumo; nam & populo Principum mandata, & lęges indici debẽt, vt liquido cõſtet quid illi ſeruandũ ſit, & reliqua, quę vel in ferendis legibus, vel controuerſijs dirimẽdis, in Senatu accidunt, ita illi occulta eſſe debẽt, ac ſi oculos caligine, ac fumo offuſos, ad ea cognoſcẽda haberet: quod olim in cõſilijs tum Græcorum, tum Romanorum cautè admodũ obſeruatũ eſſe legimus, vt ſcilicet quæ ibi tractata eſſent, arcano ſilẽtio cõprimerẽtur, nefaſq; haberetur ea diuulgare. 85 Vnde & prouerbium illud fluxit *Areopagita taciturnior*, & Romana Senatuſconſulta, tacita vocabantur. Et ex geſtis in Sacro Conſiſtorio quædam

Plurimi valet ad conciliandam Principis auctoritatẽ, quod decreta ſua præmiſſa conſultatione faciat.

Quomodo debeat proponi Principũ decreta, vt maiori cum reuerentia excipiantur.

Cur Senatus cõſulta tacita vocabantur.

Valer. Max. lib. 2. cap. 2. & 3.

Capitol. in vit. Gordia.

Digitized by Google

Alex. ab Alex. Diegenial. lib. 4. cap. 11. Paleot. de ſacr. Cōſiſt. cōſult. m. 5. num. 9.

quædam ſunt, quæ ex Lateranenſi Conſilio tanquam Sanctiora, ita Summo Pontifice mandante, nullatenus alijs ſunt promenda; eo quod taciturnitas, cōſiliorum quaſi Theſaurus cenſeatur. Quod quidem, & ad ea maxime pertinere ſolent, quæ damnum, ſcandalum, iniuriamque alijs irrogare poſſint, ſunt enim hæc omnia propria eorum vi, & natura, pariter ſecreti ſigillo obtegenda. Tamque oportet Senatorem, vel Conſiliarium eſſe taciturnitatis amicum, vt quamuis quædam in Senatu præclarè dicta, aut facta ampliſſimorum virorum, iure ſuo poſtularent, vt alijs aliquando imnnoteſcerent, vt debitum illorum virtuti, teſtimonium redderetur; hæc eadem tamen tum ratione ipſius Senatus, qui ſilentium quoddam in rebus ibi tractatis requirit; tum etiam quando in eis denunciandis poteſt aliquando peccari, dum vel ita aliquorum merita extolluntur, vt reliquorum fama obſcurior relinquatur, vel adeo frigidè laudantur, vt potiùs deprimi videantur, reticere quandoque erit ſecuriùs, cum enim magna in his, vt decet, enarrandis, dexteritate, & prudentia opus ſit, ſapiētibus multis illi probantur magis, qui huiuſmodi ſermonum vela contrahunt, ac ſe in portum ſilentij recipiunt.

Oportet Senatorem, & Conſiliariū eſſe taciturnitatis amicum.

86 Verùm quemadmodum Principes quique clauum tenent, & conſcientiæ conſulunt, & de ipſis obtinendæ opinioni, dum prædicta arcana non detegunt; ſic cæteri eorum ſaluti, & incolumitati, dum curioſè non ſciſcitantur, cum eo, vel maximè offendantur Principes, ſi ea, quæ obtegenda cupiunt, recludantur. Hanc ob cauſam non mediocriter indignatus fuit Tiberius Aſinio Gallo, qui cum cenſuerit petendum ab eo, vt metus ſuos ſenatui fateretur, amouerique ſineret, eò ægriùs accepit Princeps recludi, quæ præmeret, quo nullam ęquè, vt rebatur, ex virtutibus ſuis, quàm diſſimulationē diligebat.

Arcana Principum ſciſcitari periculoſum.

Huius conſilij memores temporibus Tiberij, fuere Senatores, qui cum viderent Imperatorem ſimulatè reijcere Imperium, deque ipſius magnitudine variè diſſerere, ſolam Auguſti mentem, tantæ molis capacem, ſe in partem curarum ab illo vocatum; experiendo didiciſſe, quàm arduum, quàm ſubiectum fortunę, regendi cuncta, onus: plures facilius munia Reipublicæ ſociatis laboribus executuros, & cætera huiuſmodi, in quibus plus dignitatis, quàm fidei erat; cæperunt in quæſtus, lacrymas, vota effundi, ad Deos, ad effigiē Auguſti, ad genua ipſius, manus tēdere; vnus illis metus, ſi intelligere viderentur. Quin, & Agrippina, dum de ipſa interficienda Nero deliberat, perfeciſſetq; cum primùm intentarit, niſi Aceronia imprudēs, dum ſe Agrippinā, vt ſubueniret matri Principis, clamitat, ipſius ſubiret vicē; ſolùm ſimilium in poſterum inſidiarum rata eſt remedium eſſe, ſi non intelligerentur. 87

Cornel. Tacit. lib. 4. Annal. pag. 95. Cornel. Tacit. lib. 1. annal. pag. 5. Cornel. Tacit. lib. 14. pag. 166.

Cum igitur Principum arcana vtriuſque partis malo, & pandantur, & indagentur, vt huic periculo ex omni parte diſcamus cōſulere, optimè cum voce clamantis, ſimul domus repleta eſſe fumo, vt populus in cœterarum terum caligine, & tenebris, illarum tantùm, quæ ad morum reformationem, & ad communis boni amplificandi ſtudium pertinent, lucem inſpiciat. 88

Et dixi væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi, polluta labia habentis ego habito, &c. Ad culpam poſſunt referri hæc verba, & ad pœnam: 89

nam: ad pœnam, vt ſit ſenſus væ mihi, quia tacui, ideſt perij, actum de me exiſtimo, perinde cenſeri debeo, ac ſi mors mihi loquendi facultatem eripuiſſet, vel certè ero mutus, ſeu bleſus, ac balbus inter meos, deinceps vulgi irriſioni expoſitus, aut admirationi, nam vidi oculis meis Dominum Deum exercituum: vulgata enim erat opinio, quod qui viſionem vidiſſent, periculum mortis
Ezech. 1. vix euaderent ſic Ezechiel. cap. 1. viſo Domino cecidit in faciem
Dan. 10. ſuam, & Daniel de ſe ſcribit cap. 10. *Vidi viſionem grandem hanc, & non remanſit in me fortitudo*. Et iterum, *Domine in viſione tua diſſoluta ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium*. Et lib. Iudi-
Iudic. 13. cum cap. 13. Manue inquit ad vxorem ſuam, morte moriemur, quia
Gen. 32. *vidimus Dominum*. Et Geneſ. 32. admiratus Iacob, quod vidiſſet Dominum, & non moreretur, *vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea*.

90 Quod autem in ſilentium redigi ſit pœna, probatur: nam id ſecundùm Scripturæ phraſim, mortem, vel ſepulchrum ſignificat. Sic
Pſal. 30. Pſalm. 30. *Erubeſcant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia doloſa*, ideſt pereant omninò, & ſimul cum voce vita illis eripiatur.
Pſal. 113. Item Pſalm. 113. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum*. Hebraicè eſt qui, *deſcendunt in ſilentium*; infernum enim Propheta ſilentium vocat, quod mortui ſileant, & voce, quę corporis organis formatur, ſint deſtituti.

Si autem eadem verba referantur ad culpam, ſenſus erit. Væ mihi, quia tacui, hoc eſt, me miſerum, quòd & ſilentio, & loquela, ſæpius peccaui, & ego factus tum quaſi vnus è media turba, quæ in tam graui caſu Regis Oziæ mutire non eſt auſa, cuius linguam conſtrinxit, vel metus, vel largitio; cum tamen alijs tacentibus mihi omninò ſilendum non fuerit, qui Propheta ſum. Vbi adnotatione di- 91
gnum eſt, quod cum Propheta, qui miniſter ſummi Regis, ſedentis in ſolio maieſtatis, erat eligendus, & legatus ab eo mittendus, indignitatem ſuam libenter agnoſcat, & planè confiteatur, nullius tamen criminis à conſcientia, quam lapſus verborum damnatus fuerit: quo docentur Principes quàm maximæ curæ illis debet eſſe, vt domeſtici miniſtri, vitæ ſint integræ, & quoad eius fieri poteſt, inculpatæ, iuxta illud Senecæ monitum de tranquill. anim. cap. 7. *In amicorum legendis ingenijs, demus operam, vt quam minimè inquinatos aſſumamus*. Sic Princeps non alijs vtatur miniſtris, quàm vitæ ſpectatioris, & quantùm fas eſt, inculpatis. Nam, vt nonniſi integris, & planè inculpatis, culpato hoc, & corrupto in ſęculo vtatur, qui id ſodes fieri poteſt?

Curãdũ eſt Principib. vt domeſtici ſint vitæ integræ. Seneca.

Qua ratione Paulus III. Pontifex Maximus, non nunquam dicebat, nos cum perfectis hominibus hic non viuere, ſed vniuſcuiuſque mores in quinque partes diuidendos, quarum ſi duæ ſint bonitatis, tolerandos; ſi tres, probatiſſimum debere æſtimari, cum difficile ſit hominem exuere totum, & quoad ſarcinam hanc portauerimus, omnem molẽ deponere peccatorum. Sed quantula ſit hæc Prophetæ iniquitas, adhuc cauterio quodam labiorum auferendã, Dominus curat: Nam duo eſſe ſcribit Aurelius Victor in Traian. quæ ab egregijs Principibus expectantur; ſanctitas domi, & in armis fortitudo: 92 Paulus iij.

Quæ ſunt ea, quę ab egregijs Principib. expectari debeant. Cornel. Tacit.

vtro-

Corn. Tac. vtrobique prudentia. Refertque Cornelius Tacitus, Iulianum Agricolam ſocerum ſuum, poſt varias expeditiones bellicas, quas dextero vbique pede obiuerat, domum ſuam tandem exercuiſſe, quod pleriſque non minus árduum eſt, inquit, quam Prouinciam regere: plane arduum, & vt cuncta ad decorem, & vſum Aulæ componãtur, à domeſticis inchoare diſciplinam, ſane neceſſarium. Pius V. Meritoque Pius V. æternæ memoriæ Pontifex, Romanam liberaturus curiam, varijs, grauiſſimiſque calumnijs, quibus propter Aulicorum corruptos mores, laborabat, primùm omnium in ſuos ipſe familiares animaduertit, quod reliquorum Eccleſiaſticorum familias, exẽplum inde petituras arbitraretur.

93 Hieronym. Plat. de Cardin. dignit. & off. Memorabiliſque etiam eſt illa Epiſtola, quam Eminentiſſimus, & vitæ ſanctimonia Clarus Cardinalis Carolus Borromeus ad Battoreum collegam ſcripſit. Card. Borrom. Curabis, inquit, familiam caſtam, nec patieris inter domeſticos tuos, quempiam viuere, cuius non modo impudica ſint facta, ſed cuius etiam non ſint verba, & mores admodum pudici, habeaſque domi probatæ virtutis viros, qui in hanc rem inuigilent, & qui te crebro de domeſticorum vita commonefaciant. Monitum haud dubio optimum: nam quicquid ab Aulicis peccatur, in Principis infamiam cedit, eique ceu omnium auctori imputatur; miniſtrorum igitur probitas ad ingenerandam magnam Principis innocentiæ in animis ſubditorum opinionem, valet multum: & ad reformandos populorum mores remedium ſalutare: nam quando à domeſticis inchoatur diſciplina, reliquos pudebit errare: & ad decorem, & vſum Aulæ, facilè cuncta componentur. Audi Dauidem, 94

hoc ipſum confirmantem illis verbis Pſalm. 44. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram, memores erunt nominis tui Domine, &c. propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi*. Pſal. 44. Acclamatio eſt Prophetæ, fauſta præcantis; loco, inquit, Patrum tuorum, Chriſte, ex quibus genitus es ſecundùm carnem; qui de iudęis erant ſecundùm carnem, naſcentur tibi filij, non iam ſecundùm carnem, vt illi Patres tui erãt, Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, ſed ſecundùm ſpiritum: noua progenies tibi hoc ſacro cõnubio exurget, illo carnali Iſrael repudiato, quos conſtitues Principes ſuper omnem terram, Apoſtolos, & Epiſcopos, nempè diuerſis vrbibus præficies, qui Prouincias, qui populos moderentur, & regant; hique filij, qui Patribus ſubſtituuntur, & ipſi quoque Patres filiorũ euadẽt, memores erunt nominis tui, ideſt cantabunt potentiam tuam, & gratiam tuam in omni generatione, & generatione. Ex hoc autem quid infert? *Propterea populi confitebantur tibi in æternum, & in ſæculum ſeculi*: hoc eſt ex eo, quod Apoſtoli, & eorum ſucceſſores Epiſcopi, ſemper memores futuri erunt nominis tui, & laudes tuas cantaturi; ideo populi fideles, ab illis inſtituti, & eorum laudibus excitati, confitebuntur tibi in æternum, & in ſęculum ſęculi, & optime id colligit, nam probitas miniſtrorum, reliquos ad virtutem excitat, & ad decorem, & ad vſum Aulæ componũtur omnia. Cum igitur ſummi Principis ſit futurus miniſter Iſaias, apta dignitatibus perſona eligitur, & ſi non optimus, qui minimis vrgetur, quiq; nullius criminis à conſciẽtia, quàm

quàm lapſus verborũ dãnatus fuit, *Væ mihi, quia tacui*. Et hoc ipſum Deus expiandum,& delendũ curauit quodã labiorũ cauterio, vt inſigni probitate ſpectatum, adſciſcat ſibi miniſtrum.

95 *Et volauit ad me vnus de Seraphim,& in manu eius calculus, quē forcipe tulerat de Altari,& tetigit os meũ,& dixit,&c.* Quærere hic poſſent aliqui, quomodo cũ è ſupremo Angelorum ordine nemo mittitur, hic miſſus dicatur vnus de Seraphim, qui in illo numerantur ordine? Verùm poſſemus reſpõdere incertam hanc rem eſſe: Nam D. Gregor. Homil. 34. in Euang. Gabrielẽ Archangelum, qui ad annuntiandum venerat Incarnationis myſterium,& Archangelum,& ſummũ Angelum vocat. *Ad hoc quippe miniſterium ſummum Angelũ venire dignũ fuerat, qui ſummum omniũ nuntiabat.* Et D. Bernard. homil. 1. de Annunt. inquit, Gabrielem non fuiſſe ex minoribus Angelis, qui frequenter mittuntur, ſubditque propterea dici miſſum à Deo, quia ab eo immediatè intellexit myſterium, quod nulli, præter quàm ipſi, ante Virginem declaratum eſt,& quia ab eodẽ immediatè eſt miſſus, nullo excellẽtiori ſpiritu inter Deum,& ipſum, interueniente. Ex quibus liquidò videtur colligi illum, vel fuiſſe ſupremum Angelorum, vt per nullum ſuperiorẽ mitti, vel illuminari potuerit; vel ſaltem eſſe ex ſupremis ordinibus, qui à Deo illuminantur immediatè. Sed

96 vt in re incerta ſentẽtiam ſequamur D. Thom. p. par. quęſt. 112. art. 1. qui ſentit ſuperiores Angelos nũquam ad nos mitti, ſed tantum inferiores, quod quidem D. Dionyſij doctrinæ magis eſt conſonum. Nec diſſentit D. Gregorius, cum ex illius verbis Gabrielẽ nõ ſummũ Angelorũ eſſe abſolutè colligatur, ſed eorum, qui nuntiorũ munere funguntur: ſi enim ad annuntiãdum ſupremum omniũ myſterium mittebatur, decuit, vt ſupremus eſſet in vtroq; illo ordine, vnde ad nos mitti ſolent, nõ autem ſupremum abſolutè,& ſimpliciter. Nec D. Bernardus tam aſſeueranter affirmat Gabrielem dici miſſum à Deo præfata ratione, ſed aliam etiã ſubiungit. Poſſumus igitur pręſentem Iſaiæ locum altero duorum modorum interpretari cũ D. Dionyſ. de cæleſt. Hierarch. cap. 13. vnus eſt, vt Angelus ille fuerit inferioris Hierarchiæ,& ordinis; dicatur tamen Seraphim ab effectu,& quaſi ignitus ab officio,& munere purgandi, præſertim cum Prophetæ purgatio per ignem futura eſſet. Alter, vt viſio facta ſit quidẽ miniſterio inferioris Angeli, ac pariter mũdatio, atq; inflammatio; attamen quia ex præſcripto,& reuelatione priùs per Seraphinum facta Angelo inferiori, merito Seraphino tribuitur, licet immediatè fuerit executioni mandata per Angelum inferiorem: ſicut quod Epiſcopus per Diaconum exequitur, Epiſcopo tribuitur. Et quemadmodum (vt cũ D. Dionyſio eodẽ loco loquar) illa purgatio Deo quidẽ tribuitur tanquã Auctori, Seraphino, tãquam primo Sacrorum Pontifici Angelo, tandẽ inferiori, ex præſcripto ſuperiorũ, illã exequenti: ita tam intereſt Principis vitę ſpectatiores,& quoad eius fieri poteſt, inculpatos habere miniſtros, vt ipſum cum tota familia in hoc negotio deceat eſſe occupatũ,& domeſticæ diſciplinę,& moderationis cogitationẽ inter tot, tãtaſq; Imperij,& regiminis curas, eſſe ſuſcipiendam, docet D. Bernard. lib. 4. de conſid. ſic ad Eugenium ſcribens *ſunt*, inquit, *quæ te ignorare nolim, mores tuorum,& ſtudia. Non oportet, vt vitia domus*

An Seraphyni mittãtur.

Greg. Papa

Num Gabriel Archãgelus ſit ſũmus Angelorum.

Bernard.

Thom.

Dionyſ. Areopag.

Greg. Papa

Solicitus ſit Princeps ad ſciendũ mores domeſticorum.

Bernard.

domus tuæ vltimus ſcias, quod quàmplurimis nouimus contingiſſe: quapropter alius alia diſpenſat, de diſciplina tu prouide, illud nemini credas: ſi inſolentior eorum te ſermo ſonuerit, vel habitus apparuerit, manus tua ſuper eiuſmodi, tu vlciſcere iniuriam tuã: impunitas auſum parit, auſus exceſſum: Domum Epiſcopi decet ſanctitudo, decet honeſtas, horum diſciplina cuſtos; in vultu, in habitu, in inceſſu illorum, qui circa te ſunt, nihil reſidere impudicum, nihil indecẽs patiaris. Ita Bernardus.

97 *Et tetigit os meum, & dixit ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tum mundabitur.* Sed quid eſt, cum peccati multos numeret ſocios, cum non modo ipſe pollutus labijs ſit, ſed in medio populi, polluta labia habentis habitet, pœnam tamen criminis, ipſe ſolus luat; illi enim ſoli inuruntur labia carbone candenti? an quia cum labia eius, Deo debuerant eſſe conſecrata, vtpotè Prophetæ Domini, ſeueriùs cum eo agitur, dum habet vulgaria, atque profana, ac ſi eſſet vnus è populo? Niſi velimus dicere aliud hic latere documentum, & ad regendam Rempublicam ſatis accommodatum, vbi multi ſunt noxij, prudens erit conſilium non inquirere ſingulos. Sic Tiberius nec Clementis pœnam, qui ſe ſimulabat Agrippam, nec palam auſus, in ſecreta palatij parte, interfici iuſſit, corpuſque clam auferri. Et quamquàm multi è domo Principis, equiteſque ac ſenatores ſubſtẽtaſſe opibus, iuuiſſe conſilijs dicerẽtur; haud quæſitum. Hinc Ciceronis illud pro Cluentio, *vnius ſupplicio, multorum improbitatem coercens, vtque pœna ad paucos, metus ad omnes perueniat.* Appoſitaque eſt ad hanc rem illa Senecæ 1. de clement. ſimilitudo. *Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu; ſic animaduerſiones magnarum poteſtatum terreant latiùs, quàm noceant: non enim minùs Principi turpia ſunt multa ſupplicia, quàm medico multa vulnera.*

Seueriùs agit Deus cum Sacerdotib. peccantibus, quam cum ſæcularib.

Tacitus lib. 2. Annal.

Vbi multi ſunt noxij, prudens eſt conſiliũ nõ inquirere ſingulos.

Cicero.

Seneca.

Quod ſi perpendantur illa ver- 98
ba. *Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur*, enallage in Scriptura frequens, pro mundaberis à peccato, benignitatem in ipſa Principis ſeueritate, licebit admirari. Nam ſi Caſſiodorus 12. variar. Epiſt. 16. dicebat. *Benigni Principis eſt, non tam delicta velle punire, quàm tollere, ne aut acriter iudicando æſtimetur inimicus, aut leuiter agendo, putetur improuidus.* In quam ſententiam pulchrè D. Gregor. lib. 2. in Iob, cap. 8. *Miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum: vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur: ſit itaque amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens: ſit pietas, ſed non pluſquam expediat, parcens.* Hanc quidem viri magni doctrinam omnibus Principibus, quod cum Iſaia actum eſt in præſenti capite, maximè inculcat; ita enim carbone ardenti eius tanguntur labia, vt non inuſta illi videantur, ſed mundata: nec pœnam iniunctam illi fuiſſe criminis, ſed paratam medicinam. *Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Adde
etiam, quòd cum Seraphim præ- 99
monet Prophetam, quod ex illa inuſtione ſequuturum erat commodum, quaſi ex condicto oſtendit id totum peragi, quod ad emolliẽdam pœnæ ignominiam, valet plurimum. Hoc quidẽ Claudiũ Cæſarẽ probè cauiſſe legimus, dũ ignominiã, quæ neceſſariò nonnullis Senatoribus inurenda erat, tanquam aqua ſuffuſa emollit, & velut inuitum ſe ad eam inferendam, inſigni commento indicat. *Famoſos probris*, (inquit Tacit. 11. annal.) *quodammodo Senatu*

Caſſiodor.

Miſcẽda eſt Principi lenitas cum ſeueritate.

Greg. Papa

depel.

Tacit.

Principes curent dũ pœnas infligũt, quo ad eius fieri poteſt ignominiã tollere.

depelleret, anxius, mitem, & recens repertam quandam ex ſeueritate priſca, rationem adhibuit, monendo, ſecum quiſque de ſe conſultaret, peteretque ius exeundi ordinis, facilem eius rei veniam, & motos Senatu, & excuſatos ſimul propoſiturum, vt iudicium cenſorum, ac pudor ſpontè cedentium permixti ignominiam mollirent. Quod ſi etiã obſeruabimus aliter Ieremiæ, aliter Iſaiæ ſublatũ fuiſſe linguæ impedimentum: Nam illi, Ierem. 1. ſoluta lingua fuit, & ad loquẽdum expedita digito Dei. Sic enim de ſe Ieremias cũ dixiſſet, *A. A. A. Domine Deus ecce neſcio loqui*, ſubdidit: *Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum:* huic verò inuſtis labijs carbone candenti. Cuius diſcriminis, ſiuè inde ſumẽda ſit ratio, vt ſeueriùs eſſent purganda Iſaię labia, quia cum vir eſſet, haberetque ab aliquo peccato, polluta, examine indigebat magis ſeuero. At cum Ieremias eſſet puer, impedimentũq; balbutientis linguæ, à natura, atque ætate potiùs haberet, quàm à culpa; mitiorem medicinam illi adhibitam eſſe oportuit. Siue potiùs nõ à Prophetarum meritis petenda ſit, ſed à materiæ dignitate; cum enim magnus Propheta Iſaias, Euangelij tẽpus ſpectaret, & Euangelicus Propheta, Chriſti geſtis linguam conſignaret, & conſecraret ſuam, oportuit, vt ea lingua, quæ Chriſto, & Euangelio ſeruiebat, igne eſſet purificata, atque ignita, neque igne alio, quàm qui Seraphynorum opera ſumptus eſſet ex Altari: quomodo enim Chriſti geſta inflammata pariter, atque inflammantia tractaret frigida, atque exanimata lingua? Et ſicut Apoſtolis in igneæ linguæ ſimilitudinem, Spiritus ſanctus datus eſt, quia igneo ſpiritu inflammari debuit Apoſtolica lingua; ſic viro Apoſtolico lingua dari non debuit, niſi ignita. Seu certè, quia

Ierem. 16.

Cur Iſaiæ lingua purgatur carbone ignito, Ieremiæ vero digito Dei?

id videbatur optare Iſaias, vt ſocium ſe adiungeret Seraphynis, ad diuinæ maieſtatis præconia; expediebat, ne ſegni ideſt ſine igne, atque emortua lingua, opus illud tentaret. Quicquid tamen ſit huius diſcriminis ratio; hinc licebit Principi, illud optimum haurire documentum, vt non grauiora remedia, quàm delicta ſint. Quod magno Pompeio fuit imputatum, de quo Tacitus 3. annal. *Gn. Pompeius tertius Conſul. corrigendis moribus delectus, & grauior remedijs quàm delicta erant, ſuarumque legum Auctor idem ac ſubuerſor, quæ armis tuebatur, armis amiſit.* Contrarium cecinit Dauid de illo ſummo, totius orbis Principe Pſalm. 129. *Quia apud te propitiatio eſt propter legem tuam*, quæ diſtinctio (vt in Hebraico diſtinctum eſt) hanc ſententiam continet. Tu miſericors es, & indulges, vt lex tua ab hominibus, tua miſericordia illectis, & confirmatis, cuſtodiri poſſit: nam niſi peccatis ignoſceres, perpauci legi tuæ obtemperarent; quin potiùs deſperatione fracti, legem negligerent, & illam violare non pertimeſcerent: Auctor qui eſt legum, non ſemper lege nobiſcum agit, vt ſit earundem non ſubuerſor, ſed cuſtos. Ieremiæ ſoluta lingua fuit, & ad loquendum expedita digito Dei; Iſaiæ inuſtis labijs, carbone candenti: in adhibendiſque medicinis, & morbi vim, & valentis conſuetudinem intuetur Pſalm. 102. *Quomodo miſeretur Pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum, recordatus eſt quia puluis ſumus, &c.* ſicut enim parentes etiam cum filijs indignantur, & illos caſtigant, inditia tamen miſericordiæ produnt, vt ipſa quoque ira illorum, cum benignitate mixta ſit, non ſæua, & aſpera, & prorſus à miſericordia remota; ita

100

Tacitus.

Non debẽt eſſe grauiora remedia quam delicta.

Pſal. 129.

Pſal. 102.

ad

Digitized by Google

ad miſericordiæ diuinæ magnitudinem declarandam, patris exemplum adhibuit, quo in rebus creatis maius nullum eſt, cum pœnas exigit, medicinam parat, non cladem, vehemẽtioribus remedijs abſtinens; ſic enim non tam tolluntur delicta, quàm deſperant delinquẽtes, & pereunt.

101 *Et audiui vocem Domini dicentis, quem mittam, & quis ibit nobis?* &c. Nota Principis prudentiã. Primùm Iſaiæ labia curat purganda, deinde de ipſo agit eligendo: hæc enim anticipata apparatio, & prouidentia, prudentiæ pars eſt eximia, & præcellentiſſima. Sic de Saule in Scriptura reperimus ſcriptũ 1. Reg. 14. *Quemcumque videbat virum fortem, & aptum ad prælium, ſociabat ſibi.* Quamuis enim pax ſemper Principi ſpectanda ſit, atque ad illam, vt ad imperij finem, adminiſtratio dirigenda, & (quoad eius fieri poteſt) propter calamitates, quæ ex ipſo naſcuntur, à bello abſtinendum: ita tamen hoc præſtare debet, vt ne ex pace fiat ignauus, ſocors, ac negligens, minuſque prouidus rerum quæ ad bellum ſpectant, res enim momento temporis mutari, ac perturbari poſſunt, & quæ ad bellum ſunt neceſſaria non tam celeriter apparari, ſi pacis tempore non ſint in promptu: meritò igitur anticipata illa apparatione. *Quemcumque videbat virum fortem, & aptum ad prælium, Saul ſociabat ſibi.* Hæc prudentię pars, licet admirabilis, non tamen magni penditur, nec ita elucet, quia latent infinita damna, quibus illa viam præcludit; dicebat tamen Cato diligentia, & circumſpectione quæ magna ſunt, exigua reddi; quæ parua, penitus diſſolui, ac diſſipari: ad anticipatam igitur pertinet Principis apparationem, & eius eximiam prouidentiam, quod de Iſaiæ iam purgati agitur legatione. *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Illud etiam docet Principem prudentia, vt de quibus conſultandum eſt conſilio ſuo, ea verborum forma, ac rationum moderatione proponat, nemo vt intelligat quam in partem propendeat. Ita enim liberiùs, ac ſinceriùs quiſque ſentẽtiam ſuam explicabit, & veritas apertiùs in lucem proferetur. Ad id igitur facilius conſequendum, ita quod in conſultationem incidit, proponit. *Quem mittam? aut quis ibit nobis?* ſic enim iuſtam dicendi libertatem Conſiliarijs permittit: At ſi Franciſcum, vel Petrum proponeret mittendum, magna, hac loquendi forma, Conſiliarijs daretur occaſio, vt non tam quod expedit, quam, quod gratum eſt, & iucundum Principi, reſpondeãt. Nec quis ſit mittendus, nec quò aperit: quod etiam eſt animaduerſione dignum, vt facinus, quod Princeps aggreditur, reticeat, donec in promptu ſit omnis bellicus apparatus.

Ad Principis prudẽtiam pertinet anticipata apparatio.

1. Reg. 14.

Plutarch. In præcep. Polit.

Princeps in ſuo cõſilio ita agenda debet proponere, vt nemo intelligat in quã partẽ propendeat.

Aliud documentum vt ſecreta ſit Principis deliberatio.

Regulæ hæ ſunt prudentiæ neceſſariæ, & inter cęteras illa omnium optima, vt quiſque prudentiæ ſuæ modum ponat: quidam enim ſic omnia circumſpectione, & mente agitant, vt immodicam prudentiam habere videãtur, nec in rebus agendis certum quicquam, quod ſequantur, conſtituant. Cum enim vtrinque tot rationes videant, & ſiue ad rem aggrediendam, ſiue ab ea deſiſtendum, tot conſiderent incommoda; fit, vt hùc, & illùc fluctuent, & impellantur, et tanquam in labyrintho ſuæ deliberationis exitum reperire non poſſint: hæc autem, et ſi videatur prudentia, tamen non eſt, ſed quædam firmi, cõſtantiſque iudicij, ex cõditione peculiaris naturæ, et deſiderio non errandi, nata defectio: nam vera prudentia docet nihil eſſe in rebus 102

Princeps prudentiæ ſuæ modũ ponat, nec totum in conſultando debet tempus terere.

humanis quod incommoda ſua nō habet; & quod pauciora habet, id eligendum: lumen etiam præbet, vt videamus in quò minus ſit incommodi, & ad hoc eligendum, & exequendum vires impertit: quæ cauſa eſt cur ſpiritus diuinus dixerit Prouerb. 33. *Prudentiæ tuæ pone modum*, cum enim ceteris virtutibus modum definiat, indecens eſt ipſam modum, finemque non tenere. Prudens igitur hic ſummus Princeps deſcribitur, dum illa verborum forma. *Quem mittam? & quis ibit nobis?* de quibus conſultandum eſſe conſilio ſuo proponit, & prudentiæ ſuæ modum, finemque tenet, dum ſuæ deliberationis exitum, ſtatim reperit. *Ecce ego mitte me*, &c. moxque qui quærebatur legatus, in promptu eſt, & mittitur.

Prou. 33.

103 Quod ſi prudentiæ quoque lex eſt, attrectare, & quaſi negotiorum vada tentare, antequam præcipiti, & rapido flumini ſe credat, ſicque rem quamlibet gerere, vt cordati, & graues viri rectè factam exiſtiment. Quàm rem Ferdinandus Rex, cognomento Catholicus, & Paulus hoc nomine III. Pontifex, cum aliquid molirentur, quod an Populus probaturus eſſet, dubitabant, diſſimulanter in vulgus ſpargebant, quaſi rem, non quam facere vellet, ſed quam facere deberent; cumque multitudini probari intelligerent, fieri, mandabant, eoque prudentis conſilij artificio, fiebat, vt factum ab omnibus reciperetur, & laudaretur, ipſique vt erant, ſapientiæ, & prudentiæ, laude florerent; forſitan anticipata illa Iſaiæ purgatione, ac demum ea conſultationis forma. *Quem mittam? & quis ibit nobis?* hoc monitum indicatur prudentiæ, parat igitur ſibi famam, & exiſtimationem prudentiæ Princeps, cum res ita prouiſas, & præmeditatas habet, nihil vt ei nouum, repentinumque accidat. Vbi etiam obiter notandum, quàm grauis ſit Euangelij, ideſt Chriſti cauſa, quando purificatis igne tanti Prophetę labijs, ipſoque illuſtri illa viſione confirmato; adhuc tamen deliberat Deus quis mitti poſſit, quaſi ijs etiam, qui à Deo ornati ſunt, atque inſtructi multis ad Apoſtolicum miniſterium bonis, non ſemper tuto tanta 102
prouincia demandetur. Bene igitur Iſaia Prophetico inſtructo ſpiritu, & lingua eius ad ſermonem expedita, adhuc illud venit in conſilium. *Quem mittam? & quis ibit nobis?*

Ad Principis prudentiam pertinet negotiorū prius vada tentare antequā fiant.

Paulus iij.

Tā graue le eſt Euangelij diuul gandi Prouincia, vt non omnibus quamuis bonis demādāda.

104 *Et dixi ecce ego, mitte me*. Sed nota ſimul, & Principis in iubendo moderationem, & ſubditi in obſequendo promptitudinem. Illam; nam etiamſi Iſaias eſſet anticipata munitus purgatione, & Prophetico ornatus ſpiritu, non tamen cogitur, vt eis vtatur, diſcrimenq; adeat propoſitæ mortis, ſed tantùm inuitatur, Domini cognita voluntate: hanc verò, nam ingenuo, atque fideli ſeruo, tanti momenti inſtar eſt ſimplex Domini nutus, vt pro Imperio ſuſcipiatur. *Ecce ego: mitte me*. Voluntas autem Domini ſatis illis verbis exprimitur. *Quem mittam? & quis ibit nobis?* quæ deliberatio eſt de adſciſcendo ſuſcepti conſilij idoneo ſocio. Adde aliud, quod hic etiam latet optimum documentum: nam quemadmodum ſanum eſt conſilium, ſi quid apud te eſt, quod Principi placet, antequam ſis requiſitus, offerre. Cū Valerius Aſiaticus fraude Meſſalinę ſit euerſus hortos inhiantis quos ille à Lucullo emptos, inſigni magnificētia extollebat. Et de vinea Nabot quid proditum ſit libris Regum, omnes norunt; ita etiam gerendum, cum de actionibus eſt ſermo; eadem ratione concluditur, vt illud agas, quod Principi noueris gratum fo-

Moderatio Principis in iubēdo, & ſubditi promptitudo in obſequendo.

Tacit. 11. annal. in princ.

3. Reg. 21.

re,

105 re,non expectato eius Imperio. *Ec-*
ce ego, mitte me. Sed quid eſt,quod
Moyſes oblatam prouinciam recu-
ſat,atque poſt iniunctam ſæpè le-
gationem Exod.4. *Obſecro Domine,*
mitte, quem miſſurus es; Iſaias verò
vltro ſe ad illam legationem offert,
in qua magnum proponebatur pe-
riculum, maximè cum non dum illi
compertum eſſet ad quod miniſte-
rium eſſet mittendus? D.Hierony-
mus dirimit hanc queſtionem Epiſt.
47.ad Damaſum, & vtrumque co-
mendat: Moyſen ab humilitate,
quia ſæcularibus eruditus diſcipli-
nis, & interfecto Aegyptio, con-
ſcientia eius, aliqua ex parte ſor-
duerat; vnde & vox ad eum de nu-
be facta eſt dicens Exod.3. *Ne ac-*
ceſſeris hùc, & ſolue calceamenta de
pedibus tuis, locus enim in quo ſtas,
terra ſancta eſt:& ſcientem,aduerſus
magos, & aduerſus Pharaonem
peſſimum Regem,futurum eſſe cer-
tamen,ſe excuſaſſe dicendo Exod.
6. *Precor Domine, non ſum dignus*.
Pro quo in Hebræo legitur: *Non*
habeo labia circumciſa. Septuaginta
interpretibus, ſenſum potiùs quàm
verbum de verbo exprimentibus:
Iſaiam verò,quia vltro depoſcit la-
borem,non tam ſuis meritis,& viri-
bus, quàm miſericordia Dei con-
fiſum, poſtquàm enim à Seraphim
audierat.*Ecce tetigit hoc labia tua,&*
auferet iniquitates tuas, & peccata
tua purgabit; otio noluiſſe torpere,
ſed vltro in miniſterium Dei, quaſi
à peccatis liberum,zelo ſe obtuliſ-
ſe fidei:ille igitur adhuc incircum-
ciſis labijs tam grande recuſauit
miniſterium; hic verò poſt circum-
ciſa labia, vltro depoſcit laborem,
expertus enim in ſe fuerat Prophe-
ta, & ſolutam linguam, & nouam
quandam vim additam animo ſuo,
qua interiùs vrgente, vbi de vno
quæri videt, cui tantæ legationis

Illud debet agere ſubditus quod nouerit Principi eſſe gratum non expectato eius imperio.

Hieron.

Exod 3.

Exod 6.

Quid eſt quod Moyſes oblatã legationẽ recuſat Iſaias verò ad illam ſe affert?

Prouincia demandetur,vltro Impe-
rium præuertit,occurritque alacer,
paratus ſubire pro cauſa Domini, 106
quodcunq;diſcrimen.Laudat etiam
D. Hieronymus Epiſt.143. Iſaiam
ab humilitate;nam ad id,quod Do-
minus dixerat. *Quem mittam? &*
quis ibit nobis? Propheta ex parte
reſpondit. *Ecce ego, mitte me*, & de
ſequenti tacuit, intelligens nullum
hominem dignum eſſe, qui Deo
pergeret, & omne iter ſuum,eius
faceret eſſe, qui mitteret: quàm hu-
militatem Dominus aduertens,
quod ſe ſecundis putaret indignum,
imperauit ſequentia, dicens *va-*
de,&c.

Hieron.

Nec audienda ſunt, quæ ex quo-
dam Hebræo, magiſtro ſuo refert
Hieronymus Epiſt.142. ad Damaſ.
& in Comment.in Iſaiam, Prophe-
tam, ſcilicet edoctũ magno ſuo pe-
riculo, in poſterum fuiſſe cautio-
rem;hic enim cum neſciret quid ſi-
bi poſt mundata labia dandum eſ-
ſet negotij, vltro illud expetiuit,
non facturus cum tanta alacritate,
atque ſtudio, ſi intelligeret durum
ſe nuntium, allaturum ſuæ gentis
hominibus: quod ſine graui mole-
ſtia, pudore, atque periculo obiri
non poterat: quare poſtea cap.40.
cum iterum vox diuina dixiſſet *cla-*
ma: cum ſciret quanti ſibi ſtetiſſet
clamor alius, nihil promittit, ſed
cautè interrogat. *Quid clamabo?* re-
cuſaturus vtique mandatum, ſi ſibi
non futurum eſſet ex vſu.Hęc Hay-
mo, & Hugo Cardinalis tanquam
ex Hieronymi ſententia amplexi
ſunt.

Haymo.
Vgo Card.

Sed verè D.Hieronymus quam- 107
uis cap.40. hæc habeat. *Et dixi ec-*
ce ego;mitte me,& ait vade, & dic po-
pulo iſti, Aure audietis, & non intelli-
getis, & videntes videbitis, & reli-
qua, *ad quam prædicationem dura*
perpeſſus, nunc Domini voce dicentis

clama, timens ſimilia; quid clamare debeat ſciſcitatur, hæc ex illius Hebræi ſententia, non ex ſua retuliſſe, manifeſtum colligitur ex his, quæ ſcripſit cap.6. in hæc verba. *Alij autē putant idcirco ſe obtuliſſe Iſaiam, quia exiſtimabat populo proſpera nuntianda, ſed quia audiuit vade, dic populo huic auribus audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non cognoſcetis, propterea in conſequentibus dicente ad eum voce Domini clama, non ſtatim clamat, ſed interrogat quid clamabo? & Hieremias cap.25. cum dictum fuerit accipe calicem, & potionabis, omnes gentes, ad quas ego mittam te, libenter accipiens ſuppliciorum calicem, vt aduerſarijs gentibus propinaret, biberentque, & vomerent, & caderent, poſtquam audiuit vade, & primùm propinabis Hieruſalem, reſpondit decepiſti me Domine, & deceptus ſum. Hæc Hebreorum obſeruatio eſt: ceterum nos dicimus non temeritatis eſſe, ſed obedientię, Domino ſe obtuliſſe mittendum*. Hæc Hieronymus, ex quibus colligitur ex Hebræi ſententia, ea retuliſſe Hieronymum. Et quamuis feueriori cenſura ab hoc Patre non fuerit notatus, non tam ea probare videtur, vt dictio illa aduerſatiua (cæterum) ſignificare videtur: quare, vt ſomnia illius Hebræi ſunt accipienda, ſuo quidem digna ingenio, longè tamen indigna Iſaiæ ſpiritu, atque conſtantia.

Theodor. Meliùs igitur Theodoretus in hæc verba, inquit, pro ſilentio ſuperiori, quod non repræhendiſſet Oziam Regem, ita vt ſibi ſatisfeciſſet, ſilentium illud expurgans, audet, & ſe offerre periculo, ſubiens omne diſcrimen pro populo Dei. Rom 10. Quin, & D.Paul. ad Rom.10. *Iſaias enim audet*, ideſt audacter, & liberè loquitur non veritus ſuorum offenſionem. *Inuentus ſum à non quærentibus me, palam apparui ijs, qui me non interrogabant; ad Iſrael autem dicit tota die expandi manus ad populum non credentem, & contradicentem:* Propter quæ, & ſimilia, liberè, & 108
animosè à ſe dicta, & Prophetata: ſerra diſſectus eſt Iſaias à Manaſſe, & Iudæis; vt habet certiſſima traditio Hebræorum, ait S. Hieronymus lib.5. in Iſaiam in fin. Hieron. Idem tradidit, & canit Tertullianus lib.3. Carmin. contra Marcion. dicens. *Quem Iſaiam populus ſectum ligno, ſine labe repertum, immeritum demens crudeli morte peremit*. Illa igitur Hebræorum obſeruatio, & indigna eſt Iſaiæ ſpiritu, & D.Pauli verbis parum conſona.

Verba autem hæc. *Ecce ego, mitte me*, non temeritatis ſunt, 109
ſed obedientiæ, atque conſtantiæ, quam ſemper ſeruaſſe Iſaiam haud dubio affirmandum eſt, neque enim piè credendum eſt de tam Sancto Propheta, retardandum iri propoſito honoris, vitæque diſcrimine quominus expleret quicquid accepiſſet negotij ab eo, quem in tanto ſplendore, ac maieſtate viderat.

Ecce ego, mitte me. Quo etiam confirmatur doctrina illa Caietani in ſummula, verb. beneficium, & in illud 1.ad Timoth.3. *Qui Epiſcopatum deſiderat*, &c. & aliorum etiam, licere quandoque munus officij, imò & Epiſcopatus laborem, & opus deſiderare, & petere, ſic vrgente interiùs charitate: nam quando hæc mouet, non tam eſt petere, quam ſe ſe cum Iſaia offerre, *ecce ego, mitte me*, & cum Martino dicere, Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem. Sic licuit Gregorio Nazianzeno omni ſtudio ſe offerre, vt ad Conſtantinopolitanum

1.Timot.3. Licitū eſt quandoq; munus officij imò, & Epiſcopatus deſiderare, & petere.

num Epiſcopatum promoueretur, id tamen conſilio fecit magni Baſilij, & aliorum virtute præcellentium virorum, qui periclitanti in fide Ciuitati, Catholico opus eſſe Pontifice iudicarunt. Sic D. Paulus 1. ad Timoth. 3. *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*. Et meritò id dixit, nam tempore Pauli, imò vſque ad Conſtantini magni tempora, charitatis erat ſummæ, Epiſcopatum, cui Comes erat, vt plurimùm martyrium deſiderare, ob idque dictum eſt. *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus*, ideſt martyrium, *deſiderat*, & laborem. Huic interpretationi ſubſcribens Brixianus in ſcholio, ſic ait. *Cum Epiſcopatum cogitas, ne referas animum ad hæc tempora, quibus Epiſcopi nihil minus norunt, quàm eas partes, quæ illis à Paulo aſſignantur: neque quicquam aliud intelligitur appellatione Epiſcopi, quàm fructus, & vectigalia, & immanes honores: ſed tempora illa ante oculos propone, cum Paulus ipſe, qui alios inſtituebat Epiſcopos, peregrabat orbem omnium terrarum in fame, & ſiti, in frigore, & nuditate, in verberibus, in plagis, in carceribus, atque quotidianis mortibus; eo igitur tempore optare Epiſcopatum, nihil omninò erat aliud, quàm optare quotidie millies pro Chriſto mori, quod ſane optare nulla religio prohibet*. Hæc ille. quemadmodum qui deſiderat poſtquam ſcientiæ, & virtutis ornamenta comparauit, alios ad ſalutem adducere, eorumque nunc verbo, nunc exemplo deſeruire commodis. Et cum Iſaia illa præmunitus purgatione, inquit. *Ecce ego, mitte me*, paratus ſubire pro cauſa Domini, quodcunque diſcrimen, præclarum, & valdè bonum opus deſiderat.

1. Timot. 3.

Brixianus.

Et dixit vade, & dices populo huic audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Mirum hæc verba ex ore Dei, ac Seraphinis ſtipati, prodire, nam D. Dionyſius de cœleſt. Hierarch. cap. 13. dum tractat quam nunc nos verſamus Iſaiæ viſionem, ait ſubſtantias illas ſub Deo, et poſt Deum, et circa Deum fuiſſe diſpoſitas: Hoc igitur demiror, talia Deum inter Seraphinos dediſſe mandata. *Vade, & dices populo huic audite audientes, & nolite intelligere*, etc. 110

Dionyſ. Areopag.

Nam ſi regula prudentiæ eſt, non modo perpendere aduerſarij vires, vt ſciatur quid poſſit; verùm etiam attendere quæ ille; qua adminiſtri ſint natura, iuuat enim, vt probabili coniectura quid facturus ſit, iudicetur; nam cum Principes frequenter quod ſapit, & quò inclinant, ac propendent potiùs, quàm rationem ſequuntur, de eo, quod facturi ſunt, longè verius conijcitur ex ijs rebus, ad quas natura, vel cupiditate impelluntur, quàm ex ijs, quæ prudentia in conſilium adhibita, iudicat eſſe facienda. Hoc igitur admirabilitatem magnam facit, quòd Deus, cuius voluntas regula recti, tam pronus ad miſericordiam, inter Seraphynos ſedens, amoris incendium, adhùc tam dira ſpiret, & imperet. *Vade, & dices populo huic, audite audientes, & nolite intelligere*, &c. Dicendum eſt Imperatiuum ſumi pro futuro, nec in dubium reuocandum eſt, quemadmodum videtur dubitare Forerius: nam per futurum, hunc locum exponit D. Paulus Actor. cap. vlt. *Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non intelligetis*: Et Chriſtus ipſe Matth. 13.

Ex Principis, & miniſtrorum natura coniectari poteſt quid ſit futurum.

Act. vlt.

Matt. 13.

eodem fermè modo. *Audite audientes, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis:* quare his non imperat Deus, & eius nomine Iſaias, vt populus audiens iſta non intelligat, & videns non cognoſcat, ſed prædicit futurum. Septuaginta enim exiſtimantes, vt ſæpè apud Hebræos fieri ſolet, Imperatiua pro futuris poni, per futura conuerterunt. Imò etiam hac phraſi, quæ hic habetur, quamuis imperando loqui videatur, tamen non imperat, neque quid ipſe velit, ſed quid illi facturi ſunt, declarat. Sic dicebat Chriſtus Iudæis Matth.23. *Et vos implete menſuram Patrum veſtrorum.* Vbi imperare videtur quod non imperat, ſed declarat eos eſſe facturos, ſic dicunt vulgo præſertim Galli, ſeruo, vel filio perdito. *Caue ne ſis vir bonus,* ideſt ſcito, te virum bonum nunquam futurum, non imperando, non volendo, vt bonus vir non ſit, ſed declarando ſe ſcire, eum bonum virum nunquam futurum.

Imperatiuũ ſæpè pro futuro ponitur in ſacris literis.

Matt.23.

111 *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, &c.* Nec verba hæc allatæ intelligentiæ, & expoſitioni contradicunt; imò ſi rectè intelligantur, & in Prophetæ Zelum, & animum ſuæ gentis ſtudioſum, & amantem conueniunt; ſi ipſi ſunt tribuenda, quemadmodum tribuit D. Hieronymus, quem ſequitur S. Thomas, Hugo, Haymo, & vtraque Gloſſa, Interlinearis, & ordinaria: & in diuinam benignitatem, ſi verba ſunt Dei, quod ſatis ex adiunctis videtur probari poſſe: nam cum à Deo ſint ſuperiora illa verba. *Audite audientes,* & inferiora. *Et ſanem eos,* videtur maximè conſentaneum, vt illud. *Excæca cor,* quod medium eſt, Deo quoque tribuatur. Quod non reijcit Diuus Thomas, & ſequitur Lyra, & è recentioribus plerique, Forerius. Adamus, Emanuel Sà, Gaſpar Sancius, Ianſenius cap.52. concordant. Toletus cap.12. in Ioan. Maldonatus cap. 13. in Matth. & alij; Nam, vel poſſumus, iuxta communem opinionem dicere, non iuberi Prophetam, vt caliginem offundat, Iudæorum oculis, ſed vt cæcos illos aut eſſe tunc, aut futuros eſſe, declaret, iuxta illam regulam, quæ tunc à nobis aliquid fieri dicit, cum factum, aut futurum à nobis declaratur, aut prædicitur. Tradit hanc regulam Auguſtinus lib.83. quæſtion. quæſt.69. & Sanctus Thomas prima parte, quæſt. 24. artic.3. & 3. part. quæſt. 13. artic.2. ad 2. Exempla ſunt obuia, & clara. Sic illud Iſaiæ ſuperiùs cap.3. Dabo pueros Principes eorum, ideſt prædico dandos eſſe pueros, &c. Et lib. Leuitic. cap.13. cum de iudicio lepræ ſermo eſt, *contaminabit eum* (lepra ſua) *Sacerdos,* ideſt contaminatum declarabit. Et Iob.9. *Abominabuntur me veſtimenta mea,* ideſt oſtendent me eſſe abominabilem. Et Iſaias cap.45. *Contaminaui Principes,* ideſt declaraui contaminantes, & tractaui quaſi eſſent contaminati. Sic ergo excæcaturus dicitur Iſaias cor populi, quia cœcum eſſe futurum, prædixit, & ſe ineptum diuinæ vocationi, & ſalutis incapacem redditurum, hoc enim ſibi volunt illa verba. *Ne forte videat oculis ſuis, &c. & conuertantur, & ſanem eum.*

Hieron. Thom. Vgo Card. Haymo. Vtraque Gloſſa.

Nicolaus de Lyra. Forerius. Adamus. Emanuel Sà. Gaſpar Sancius. Ianſen. Tolet. Maldonat.

Auguſt.

Iſai.3.

Leuit.13.

Iob 9.

Iſai.45.

Tunc à nobis aliquid fieri dicitur in ſacris literis cũ factum, aut futurũ à nobis declaratur, aut prædicitur.

Vel poſſumus dicere de dupli- 112

ci

ci cæcitate Iudæorum, hic loqui Prophetam; quarum altera, eſt culpa; altera verò pœna: de priori ſic habet. *Audite audientes, & nolite intelligere; & videte viſionem, & nolite cognoſcere*: quæ verba non ſunt exhortantis, ſed prædicentis, quod futurum erat (vt diximus) de poſteriori, quæ pęna fuit, mox ſubiungit Propheta: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum*. Pœna autem hæc, ſi accuratè diſcutiatur, eſt negatio gratiæ congruæ, dicitur enim Deus obdurare, excęcare, ac deſerere aliquem; quia in pęnam præcedentium delictorum, nec dat gratiam, qua cor re ipſa emolliat, nec lumen, quo tenebras mentis expellat. Audiamus Auguſtinum de prædeſt. & gratia cap. 4. ita ſcribentem, & exponentem verba Pauli ad Rom. 9. Quem vult indurat. Non ita intelligendum eſt, quaſi Deus in homine, ipſam, quæ non eſſet, duritiam cordis operetur; quid enim aliud eſt duritia, quam Dei obuiare mandatis? & poſt multa concludit. *Indurare Deus dicitur eum quem mollire noluerit: Sic etiam excæcare dicitur, eum quem illuminare noluerit*. Plura ſimilia habet lib. 1. ad Simplic. quæſt. 2. Tract. 13. in Ioann. Epiſt. 115. Chryſoſtom. homil. 67. in Ioann. Iſidor. lib. 1. de ſumm. bon. cap. 19. Origen. homil. 2. in lib. Iud. cap. 11. & Diu. Thom. 1. 2. quæſt. 79. artic. 3. Sed

113 notent Principes Deum inter Seraphynos ignis amore flagrantes hanc pœnam decernere, vt ipſi videant, ne quicquam in pœnis ſtatuendis, per iracundiam committatur: Optimè Theodoſius Imperator, cum periculo ſuo percepiſſet, quantùm Principibus damnoſæ eſſent præcipites pœnæ, legem, ſuaſore D. Ambroſio, tulit l. ſi vindicari C. de pęn. ne quos Princeps affici ſupplicio iuberet, ante trigeſimum diem à ſententia lata, ducerentur. Quæ ſanè conſtitutio ſummam habet rationem, ſi quidem ex dicto Senecæ lib. 2. de ira, *poteſt pœna dilata exigi, non poteſt exacta reuocari*. Quin etiam non paucis ante eum ſæculis, Senatus conſulto Tiberiano cautum legimus, vt pœnam damnatorum in decimum ſemper diem differretur, vt Suetonius Auctor eſt in Tiber. cap. 25. Placita planè digna, quæ Principibus iratis cõmunicentur. Quòd ſi conſideremus Deum ſemper punire citra condignum, vt axioma eſt Theologicum, & vt teſtatur Dauid illis verbis Pſalm. 10. *Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum*, vt animaduertit D. Auguſtinus, Remigius, Gloſa Interlinearis, Alcuinus, Lodulphus, & alij; quin etiam pœnas hic ſtatutas ſubtractionem potiùs eſſe maioris gratiæ, quàm rigoroſam Iuſtitiam: Hanc ſubijcere nos poſſumus cautionem, qua dicimus Principem reſtricta debere vti ſeueritate in puniendo, & ex more patrio ſupplicia ſumi oportere. Docuit hoc quondam Auguſtus Dio. lib. 54. & Seneca, tertio de ira cap. 40. qui Pollionem acriter reprehendit, quòd ſeruum, qui vas chryſtallinum confregerat, iuſſerat in viuarium demergi, murenarum pabulum futurum. Cum duceretur, euadens

lictorum

Duplex cęcitas vna culpæ, altera pœna.

Auguſt.

Roman. 9. Quomodo dicitur Deꝰ indurare hominem.

Chryſoſt. Iſidor.

Origen.

Thom.

Ambroſ. Hiſt. trip. l. 9 cap. 10. Baro. to. 4. aunal.

Senecæ.

Caueant Principes ne quicquã in pœnis ſtatuendis per iracundiam committant.

Pſal. 10.

Auguſt. Remigius. Gloſ. interlin. Alcuinus. Lodulphus.

Auguſt. Seneca.

lictorum manus, ad Auguſti pedes, apud eundem Pollionem cœnantis, ſe proiecit, ſupplicans, vt alio genere mortis interiret.

Auguſtus cauſa, & genere mortis cognitis, ſolui ſeruum iuſſit. Pollionis verò & vaſa omnia chryſtallina, coram afferri iuſſa, virgula confregit, & viuaria euertit. Accipe & aliud documentum, Principem ſupplicijs non debere intereſſe. *Vade* enim inquit Deus Iſaiæ, *& dices populo hic, Audite audientes, & nolite intelligere, &c. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, &c.* Sic conſulebat Xenophon in Hierone ſub finem. *Cenſeo mihi Principi ſic agendum, vt ſi quis eget correptione, hunc alijs puniendum tradat. Cæterum cum præmia reddenda ſunt his, qui rem benè geſſerunt, id per ſe ipſe hoc faciat, ita gratius fiet, vt in his quod gratioſum eſt, per Principem ſit factum; quod verò contra, per alios.*

Princeps. ſupplicijs non debet intereſſe.

114 Non prætermittendum puto, hanc poſſe hic fieri conſequentiam, Deus inter Seraphynos ita decernit, ergo plaga eſt inſanabilis: nam qui ipſius iram habet infenſam, adhuc confidit dari poſſe pœnitentiæ locum, illam enim moderatur, & regit eius amor. Et quamuis ſcriptum ſit Iob 5. *Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt*; reſtitit tamen Moyſes Exod. 32. iratoque Deo, & inſequenti Iudæos impios, ſe oppoſuit, quia propitium habebat eius amorem: at quando hunc videmus ſpirantem minas, & cædes, quis non timebit? quis illum ab inſtituto reuocabit. Et quemadmodum Dauid 2. Reg. 15. magis Achitophel timebat conſilium, quàm Abſalonis arma, ità nobis magis formidandus eſt diuinus amor iram dirigens eius, & regens, quàm furor, quod iuſſum eſt, inſtruens, & exequens. Deus igitur inter Seraphynos amoris incendium talia ſtatuit de Iudæis ſumenda ſupplicia, ergo ſunt irreuocabilia, nulluſque euadendi locus. Sed hæc ſint obiter dicta.

Iob 45.

Quãdo Dei amor ſpirat minas, & ſupplicia plaga eſt inſanabilis.

2. Reg. 15.

Sed quid eſt, quòd Iſaiæ tantæ legationis Prouincia, certis mandatis committitur. *Vade, & dic populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere, &c.* cum in rebus magni momenti nulla huiuſmodi accipiantur? Hinc eſt, quod repræhenditur Nero, qui cum ad certum diem in campaneam redire claſſem iuſſiſſet, non exceptis maris caſibus, accipiendæ cladis rei naualis, locum dedit, non bello (quippè haud aliàs tàm immota pax) ſed vento, marique infeſtis; Gubernatores enim quamuis ſæuiente pelago formijs mouere, & graui Africo, dum promontorium Miſeni ſuperare contendunt, Cumanis lictoribus impacti, triremium pleraſque, & minora nauigia paſſim amiſerunt. Saniori conſilio Tiberius, qui audita Militum ſeditione in Pannonia, Druſum filium, cum Primoribus Ciuitatis, duabuſque Prætoris Choortibus miſit, nullis datis certis mandatis, ex re conſulturum. Ac Cæſar ipſe, Labieno, quem Galliæ, cum tribus legionibus reliquerat, hoc potiſſimum mandauit, vt conſilium pro tempore, & re caperet; quin Reipublicæ mos fuit, in magnis rerum diſcriminibus, nullis certis mandatis, omnia Ducum prudentiæ, & circumſpitioni relinquere, illud tantùm, vt animaduerterent, ne Reſpublica aliquood detrimenti caperet: & Cæſar, ſi alicui ex legatis manda- 115

Tac. lib. 15 annal.

Principes in reb. magni momenti mittere debẽt ſuos legatos, & miniſtros nullis datis certis mandatis.

Tacit. lib. 1. annal.

ta.

ra dabat, quæ quidem exhaurienda pro temporum conditione expedire credebat, temporum, ac rerum varietatem conſiderans, illud ſemper addebat, (Si Reipublicæ commodo facere poſſet.

116 Quod ſi Scripturæ ſacræ voluamus paginas, Hieremias cum nullis certis mandatis legatus mittitur, Hierem. 1. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper Regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Quod ſi Moyſes ad Pharaonem cum illis venerit, Exod. 3. *Dominus Deus Hebræorum vocauit nos ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, vt immolemus Domino Deo noſtro*; ita tamen libera accepit, vt illud Deus addiderit eodem cap. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis;* breuibus complectens merum, & mixtum imperium illi in legatione datum: ſed terrenis Principibus has regulas meritò præſcribi oportet, qui cum non poſſint cuncta proſpicere, miniſtrorum prudentiæ coguntur relinquere; vt rebus pro tempore conſulant, alioquin ſæpiſſimè ex diſtantibus terrarum ſpatijs conſilia poſt res, præpoſtero ordine efferrentur: at Princeps ille cœleſtis Deus Optimus maximus, qui cum infinita potentia æqualem coniunctam habet ſcientiam, qui omnia ſcit, & prouidet, ſolutus debet eſſe his legibus, pro libito nunc miniſtris permittit, vt conſilium pro tempore, & re capiant; nunc verò certa iiſdem dat mandata nulla excepta nec temporum, nec rerum variatione; illud vt ad imitandum in rebus magnis Principibus terrenis propoſitum ſit exemplum; hoc verò, vt omnes ſciant ipſum, & tempora moderari, & res temporibus obnoxias, cum nulla ipſorum habita ratione, mandata, quæ dat, vult exhauriri, & perfici, *Vade, & dic populo huic, Audite audientes, & nolite intelligere, &c. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, &c.*

Ierem. 1.

Exod. 3.

Et dixi vſque quo Domine? En tibi legati partes. Nam ſi priuatos affectus poſthabere debent, qui optimi ſunt, publicæ vtilitati, iuxta illud, quod fertur de Ariſtide, cui erat ſimultas cum Themiſtocle: Huic tamen cum delectus eſſet collega ad peragendam legationem. Vis, inquit Themiſtocles, vt in his montibus ſimultatem deponamus? nam, ſi videbitur, reuerſi illam reſumemus: priuatoſque affectus publicæ poſt habuit vtilitati: ex his enim, ferè omnis humanæ vitæ pernicies naſcitur. Nunquam ſatis laudandus Iſaias, qui non auſus opponere ſe pro populo ſuo, aut orare, vt indignationem illam Deus, aut ſupplicium temperet; rogat tamen de duratione, aut effectu illius obdurationis, ac cœcitatis, mandata accepta fideliter peracturus. 117

117 Optimi legati, quæ ſunt partes

Plutarch. in Græco Apoph.

Sed conſidera mittentis prudentiam, & iuſtitiam; Principiſque munus accuratè explentis: Cum de rebus Eccleſiaſticis agatur, Eccleſiaſticum mittit Legatum, Prophetam, & Sacerdotem. Sic cum audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi Nuntij detuliſſent ædificaſſe filios *Ruben*, & Gad, & dimidiæ Tribus Manaſſe Altare in terra Chanaam, ſuper Iordanis tumulos, contra filios Iſrael ad illos in terram Galaad Phinees, filium Eleazari, Sacerdotem; & decem

Iuxta qualitatẽ rerũ agendarum eligẽdi sũt ligati.

Ioſ. 22.

Liuius lib. 30.

decem Principes cum eo, nobilem virum ex Tribu Iuda: nam ſi ſint Gregarij ſæpè contemnuntur, & re infecta redeunt. Videnſque Annibal ille Carthaginenſis Senatum, Populumque Romanum Legatorum aſpernatum indignitatem, negaſſe pacem, dixit *Annibal peto pacem*.

Facundiſſimus debet mitti legatus.

Et quia quemadmodum Imperatoris virtus in agendo, ita Legati in dicendo eſt poſita, facundiſſimum mittit, vt ex eius volumine quiuis poteſt intelligere. Quin etiam purgat eius labijs carbone candenti; vt ad facundiam naturalem, eam quæ ſupra naturam eſt, adderet: & ſic ſpectatę integritatis viro, auctoritateque graui, Legatio daretur, quod quidem ad exhauriendà mandata, & ad legationem bene gerendam valet plurimum: Cum Hiſtorijs ſit proditum res eaſdem ex ſententia geſtas, auctoritate miſſi; quæ ne in deteriorem inclinarentur partem, auctoritas mittentis, nunquam potuit impetrare. Quod ſi optimum eſt monitum illos legatos mittere, qui linguam ſciuerint Religionum: Sic Rapſaces à Sennacherib, Rege Aſſiriorum legatus miſſus ad Ezechiam 4. Reg. 18. Iudaice loquebatur, cuncto audiente populo: Hic etiam Iſaias Iudęus ad Iudęos pariter legatione fungitur.

Plutarch. in ſecione.

4. Reg. 18.

118 Hæc ſunt prudentiæ! Diſce ex ſequentibus quæ ſunt partes Iuſtitiæ. Veteres ita & loquuntur, & ſcribunt, & docent abſque iuſtitia Principatum rectè gerere, nec Iouem quidem poſſe. Et per Salomonem dixit Spiritus ſanctus Prouerb. 16. Iuſtitia ſolium firmari; & ea neglecta, amitti, & ex vna in aliam gentem transferri. Teſtaturque Diu. Auguſtinus lib. 2. de Ciuitate Dei, cap. 21. & lib. 4. cap. 9. qui auctoritate Ciceronis, & Scipionis Africani probat, vbi Iuſtitiæ locus non eſt, ibi nullam Rempublicam eſſe poſſe. Hæc virtus principio fundauit Regna: hæc ſtabilita auxit, ornauitque, hæc quam obtinent amplitudinem, maieſtatemque conceſſit; hæc populi vulneribus medetur; ſeditiones reſtinguit, exaſperatos animos mitigat, pacem firmat, bellis obſiſtit, Reges glorioſos facit, Regnis ſecuritatem præſtat, & in primis Deum honorat, & reueretur, cui nullum poteſt eſſe ſacrificium gratius, nulla hoſtia acceptior, quàm victima Iuſtitiæ, cuius vinculo Cœlum cum terra, ſuprema cum infimis, & extremæ, maximèque diuulſæ mundi partes inter ſe coniunguntur. Sed en tibi veræ Iuſtitiæ exemplar: Nam ſi Iuſtitiæ leges acceptionem non ferunt perſonarum, ſed pacem cum omnibus habent, bellum vitijs edicunt: Ita vt Traianus Imperator, iuris, atque Iuſtitiæ amator, aliquando enſem ſtrictum Præfecto vrbis, in conſpectu omnium dans, dixerit: Cape ferrum hoc: & ſi rectè quidem Imperium geſſero, pro me; ſin autem, contra me hoc vtere: quis harum legum tàm rigidus cuſtos, quàm Deus Optimus Maximus; qui nec populum ſuum vnquam hac lege ſoluerit, vt pœnas ſceleris det quiſque meritas: vt videam impletum illud Amos vaticinium cap. 3. *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcircò viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras*; ideſt vos ſolos elegi in peculiarem populum, cuius Deus dicerer, & cui potiſſimum benefacerem: & ideo peccantes in me, maiori afficiam ſuppli-

Iuſtitia ſoliũ firmat.

Prou. 16.

Auguſt.

Amos 3.

Deus non acceptor perſonarũ, ſed perpetuus iuſtitiæ cuſtos.

ſupplicio. Quod autem Deus ſtet his promiſſis, teſtimonium, inter alia multa, locus eſt hic Iſaiæ, vbi nihil fauſtum, aut optabile Iudæis rebellibus prædicitur, ſed eouſque progreſſurum Diuinum furorem, vt nihil vnquam in eo populo futurum ſit immune, nihil non propoſitum ruinæ.

119 Perpende mecum verba ſequentia, *Donec deſolentur Ciuitates abſque habitatione*. Nullus per hæc verba definitur terminus, quo duratura eſt Iudæorum cęcitas; particula enim *Donec* non ſemper excludit tempus, quod ſubiungitur: Sic intelligendum eſt illud Pſal. 109. *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*. (Pſal. 109.) Vbi (donec) non ſignificat pręfixum terminum, nec vllum affert præiudiciũ Regni Chriſti potentiæ, firmitati, perpetuitati, ſed ſenſus eſt, regna etiam eo tempore, (quod tuo Regno videtur maximè contrarium) quando inimici tui videntur regnare, etiam antequàm eos ſubſternas tibi, etiam inter medias perſecutiones, ac turbas Sathanæ, & miniſtrorum eius. Talis vis etiã huius dictionis in Pſal. 122. (Pſal. 122.) *Oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri*, ideſt etiam donec miſereatur, & antequàm miſereatur, & tempore difficili. Et Matth. cap. vlt. (Matt. vlt.) *Vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi*, ideſt etiam vſque ad ſęculi conſummationem, ante quam conſummationẽ multa contraria poſſunt euenire. Et idem cap. 1. (Matt. 1.) *Non cognoſcebat eam, donec peperit Filium ſuum*, ideſt peperit Maria, à ſponſo ſuo Ioſeph non cognita. Nec tamen ſequitur, quòd poſt partum cognita fuerit. Et alia multa exempla ex ſcriptura ſacra adduci poſſunt, ad hoc confirmandum, quod particula (donec) non ſignificat præfixum tempus, nec excludit tempus quod ſubiungitur; igitur per hæc verba *Donec deſolentur Ciuitates*, nullus calamitatis Iudæorum terminus definitur: non erit igitur ſenſus incraſſatum fore, & excęcatum cor Iudęorum vſque ad deſolatam vrbem, diſperſumque populum; poſtea verò depoſiturum illam duritiem, & illuminandos oculos, cum videamus non minùs nunc, poſt tot ſęcula obduruiſſe Iudæos, quàm dum floreret Ciuitas, & templum ſtaret.

120 Sunt qui opinantur Prophetam illis verbis *Vſquequò Domine?* non rogare de tempore, ad quod vſque duratura cęcitas; ſed de magnitudine obdurationis, & de modo, acerbitateque ſupplicij, quo illa craſſitudo, & obduratio cordis, mulctanda eſt. Sed quæ dicunt in hanc ſententiam, in idem recidunt, nam ex duratione mulctæ, gradum cęcitatis, & indignationis diuinæ, colligunt. Sat igitur eſt intellexiſſe nihil fauſtum, aut optabile Iudęis his verbis prædici, quemadmodum nec illis alijs. *Et adhùc in ea decimatio*. Quæ verba ita intelligit Hieronymus, (Hieron.) eos, qui reliqui fuerint, multiplicandos eſſe, ita tamen, vt ad decimam partem eorum, qui fame, & gladio perierunt, non perueniant: Illam verò decimam partem iterum eſſe futuram prædæ alijs, qui quod reliquum fuerat à Veſpeſiano, & Tito, & iam in medio terræ multiplicatum, ideſt in Iudæa, quæ medium terræ dicitur, ſiuè in toto terrarum orbe latè diſperſum, bello perſequentur, quod fecit Adrianus. Ita ferè interpretantur etiam Cyprianus, Cyrillus, D. Thomas, Procopius, Haymo, Forerius, & pleriq; ex recentioribus.

121 Quòd ſi dicamus vocis Hebraicæ ſignificationem, vt nonnulli illius linguæ periti aſſerunt, non ſolùm decimam partem ſignificare, ſed ſimpliciter decada, ſeu dena-

rium

Denario numero a ctio ſæpius repetita in ſacris literis ſignificatur.

rium numerum, poſſumus his verbis alium dare ſenſum, uempè ſæpè eſſe vaſtandam Iudæam, quia decimare erit decies vaſtare, & decimatio, decies repetita vaſtitas. Notum eſt autem denario numero actionem ſæpius iteratam, aut multitudinem ſignificari. Id credo voluit explicare Iacob, cum dixit Gen.31. *Decem vicibus mutauit mercedem meam*. Et lib. Num. cap.14. *Tentauerunt me decem vicibus*. Et Eſdræ lib.2.cap.4. *Dicentibus nobis per decem vices*: In quibus locis ſignificatur aliquid ſæpiùs eſſe factum. Et lib. Leuit. cap.2. *Decem mulieres in vno clibano coquent panes*, ideſt multæ: ſignificat ergo denarius hic numerus, iterum, & ſæpiùs vaſtandum eſſe cęcum illum, & incraſſatum populum, neque vnquam reſpiraturum à rapina, & cęde. En munus Principis iuſti, bellum habere cum vitijs, ſine vlla perſonarum diſcretione; cum populum peculiarem, quia peccantem, maiori afficiat ſupplicio.

Gen.31. Num.14. 2.Eſdr.4. Leuit.2.

122 Thom.

Correctio quæ é Prælatorũ propria videtur eſſe actus iuſtitiæ.

Confirmaturque illa D. Tho.2.2. quæſt.33. artic.3. doctrina, hoc teſtimonio, correctionem ſcilicet, quæ eſt Prælatorum propria, eſſe actum Iuſtitiæ, quæ bonum potiùs reſpicit commune, quàm priuatum ipſius delinquentis, cum ipſius ſupplicio, & punitione totam Rempublicam in officio contineat. Sic ſibi vult hoc loco illud, *in oſtenſionem*, in exemplum ſcilicet alijs nationibus, vt inde intelligant, quàm ſeuerè Deus peccata puniat, cum populo ſuo, cui antea tam amanter indulſerat, cum peccatis ſe tradidit, tam infenſum ſe præbuerit. Quemadmodum Chriſtus, qui peccatum non fecit, quia peccatorum patrocinium, & cauſam ſuſcepit, poſitus fuiſſe dicitur Roman.3. ad oſtenſionem Iuſtitiæ Dei: non enim ſat eſt Principem in impios

Rom.3.

animaduertere, ſed expedit Reipublicæ, vt id omnes ſciant. Sic Dauid 2.Reg.4. non ſolùm præcepit pueris ſuis, vt interficerent facinoroſos illos, & rebelles homines, ſed etiam vt præciderent manus, & pedes eorum, ſuſpenderentque eos ſuper Piſcinam in Ebron. Et lib. Deuteron. cap.29. dicitur de hoc eodem populo, propter ſua ſcelera vexato, & perdito. *Et dicent omnes gentes, quare ſic fecit Dominus terræ huic? quæ eſt hæc ira furoris eius immenſa? & reſpondebunt, quia dereliquerunt pactum Domini*. Erit eodem modo hoc loco, animaduerſio hæc de Iudæis ſumenda erit, *In oſtenſionem*, vt omnes intelligant, quàm dirùm habeat Deus bellum cum vitijs, ſicque omnes à peccando deterreantur.

2.Reg.4. Deut.29.

De potentia obedientiali præſertim actiua.

OPVSC. XXXVI.

Cap. I.

1 PRæſens controuerſia ſolùm inter eos verſatur, qui Phyſicam, & ſupernaturalem Inſtrumentorum Dei effectionem admittunt. Nam qui negant Chriſti humanitatem, Sacramenta, & cætera huiuſmodi eſſe Phyſica inſtrumenta, nõ eſt cur de potentia obedientiali actiua, ſint ſoliciti: quinimò quia potentiam hanc non agnoſcunt, ideo talem negant effectionem. Cum igitur ex hoc capite dictam potentiam non poſſimus impugnare, compertum enim nobis eſt, aliàs probaturis, dari hãc efficientiam Phyſicam Inſtrumentorũ Dei, in ſupernaturalis gratiæ effectione, alijſque miraculoſis

Qui ſunt qui negãt potentiam obediẽtialem actiuã.

effe-

effectionibus ; fateri etiam debemus, ſi conſequenter loqui volumus, ſupponi in illis, antequã agant, vim agendi, quod euidens videtur eſſe ex terminis, effectum enim fieri nihil aliud eſt, quàm extra cauſas ſuas educi, ſeu conſtitui, ergo antequam fiat, neceſſariò ſupponitur contentus in virtute cauſarum, ergo à nulla cauſa fieri poteſt, niſi quatenus in ea aliquo modo virtute continebatur, ergo ſi cauſatur efficienter ab aliquo, continetur in virtute effectiua illius, eo modo, quo ab illa fit, ergo actiua emanatio ſupponit ſemper virtutem producendi in cauſa, cauſalitati eius accommodatam. Et explicatur hoc

2 Probatur multis rationib. dari talẽ potentiã obediẽtialem.

magis, nam actus ſecundus eſſentialiter ſupponit primum : ſed actio comparatur ad cauſam agentẽ tanquam actus ſecundus : ſupponit ergo in illa actum primum, qui virtus eſt, vel potentia agendi. Maior conſtat, quia actus primus, & ſecundus ſunt per ſe ordinati, & ideo alter eſt ſecundus, & poſterior, quia ſupponit priorem. Et confirmatur; nam ſi actus ſecundus ſit per modum paſſionis, vel informationis, neceſſario ſupponit potentiam patiendi, ſeu capacitatem, talem recipiendi formam, ſine qua impoſſibile eſt intelligere in aliquo ſubiecto actum illum ſecundum, ergo pariter affirmandum eſt, ſi actus ſecundus ſit per modum actionis, neceſſariò ſupponere actum primum, ſeu virtutem agendi in eo, à quo dicitur eſſe actio. Præterea ab actu ad potentiam (vt Dialectici dicunt) neceſſaria eſt conſecutio, ergo ſi aliquid agit, poteſt etiam agere: non poteſt autẽ agere, niſi per vim agendi, ergo actio agentis in actu, ſupponit in eo virtutem agendi. Idque fit clarius Ariſtotelis auctoritate, dicentis cauſam, vt cauſam eſſe priorem ſaltem natura, effectu, & actione ſua, quæ ab illa realiter dicitur manare: non eſt autem prior natura cauſa in actu ſecundo, quàm ſua actio, vt per ſe cõſtat, quia per ipſam actionem formaliter conſtituitur in actu ſecundo, ſiue intrinſecè, ſiue per denominationem tantùm extrinſecam, iuxta varias opiniones, ad rem nunc non pertinentes, ergo cauſa prior eſt natura actione in actu primo. Tandem actio, vt actio 3
dicit traſcendẽtalem habitudinem ad cauſam agentem, vt ad reale principium, à quo fluit: vnde cauſa agens licet habeat rationem principij, quatenus ab ea fluit effectus, vel actio; quatenus tamen eſt id, ad quod actio, vt actio dicit immediatam habitudinem, vocari poteſt terminus eius, ergo ſupponit in cauſa agente entitatem, formam, vel rationem aliquam, ad quam poſſit illa habitudo traſcendentalis ipſius actionis terminari, quia non poteſt eſſe habitudo realis, niſi in termino ſupponatur id, quod neceſſarium eſt ad terminandum illam habitudinem: in pręſenti autem, quia hęc habitudo actionis, eſt habitudo emanationis, ſeu dependentia realis à vera, & propria cauſa reali, ſupponit in ea aliquid reale, quo talem habitudinem, ſeu dependentiam terminet, ergo ſupponit in ea realem virtutem agendi, quia virtus agendi nihil aliud eſt, quam id quo cauſa agens poteſt terminare dependentiam effectus ad ipſam.

Cum igitur firmũ ſit apud Theologos, vt videre licet in Paludano, Capreol. Durand. Sot. & alijs, in 4. diſt. 1. & ſumitur ex D. Thom. pluribus in locis, vt in eod. 4 diſt. 1. & 3. par. quæſt. 13. art. 1. & quæſt. 62. artic. 1. & 1. par. quæſt. 45. art. 5. & 4. contr. gent. cap. 65. & ibi Ferrar. Alexad. de Ales in 4. par. quæſt. 8. membr. 3. art. 1. §. 6. Et vt etiam pręfatæ conuincunt rationes, omnem 4 Palud. Capreol. Durand. Sot. Thom. Ferrar. Alex. Alẽſ.

cauſam efficientem continere in ſe virtutem propriã actiuam, effectui adæquatam in ſuo genere; ita vt actio, eo modo quo dicitur eſſe in aliquo, ſupponat in illo vim agendi. Ex noſtra igitur ſententia, qui admittimus Phyſicam, & ſupernaturalem inſtrumentorum Dei effectionem, vt conſona loquamur; admittenda eſt etiam in illis, vis aliqua agendi, per quam verè poſſunt agere. Hac igitur ratione poſſumus nobis viam facere ad potentiã obedientialem actiuam ſtabiliendam, ſi probabimus nullam aliam eſſe vim agendi in his Dei inſtrumentis, niſi illam, per quam verè conſtituuntur in actu primo, cuiuſque ratione verè denominentur agentia, à quibus manent actiones, & effectus producti.

Referantur variæ opiniones circa potentiã obediẽtialem actiua, & impugnantur.

5 Non igitur poteſt creatura conſtitui in actu primo ad agendum per diuinam virtutem increatam ineffabiliter illi cõiunctam, ſeu per ſubordinationem ad increatam virtutẽ Dei, & ad Imperium eius practicum, vt nonnulli recẽtiores ſentiunt; nam hæc diuina virtus vel eſt tota ratio agendi in huiuſmodi inſtrumentis, vel non eſt tota ratio agendi, ſed tanquam complens vim actiuam, quæ aliquo modo in illis inchoata erat, ſi dicatur prius, quemadmodum ſentire videntur præfati Auctores, tunc ratione illius nõ poſſent inſtrumenta hæc denominari agentia nec materialiter, nec ſuppoſitaliter, (vt ſic dicam) quia virtutem agendi non ſubſtentant, ſicuti aqua ſubſtentat calorem, quæ in ipſa eſt tota calefaciendi ratio; nec per ſe ſe formaliter, quia per ſuas entitates non influunt in effectum: quare horum inſtrumẽtorum actus ſecundus, non ſupponeret in ipſis actum primum, contra ea, quæ diximus paulò ſuperiùs. Probatur conſequentia; non enim poteſt aliquid conſtitui in actu primo per virtutem ſeu entitatem tantùm extrinſecùs aſſiſtentem, ſed conſtitui debet per propriam entitatem, vel per formam inhęrentem. Quod patet primùm inductione in omnibus agentibus tam naturalibus, quàm ſupernaturalibus extra materiam, de qua diſputamus. Deinde illo eodem principio, quòd nihil poteſt eſſe in actu ſecundo, niſi præintelligatur potens in actu primo: nihil autem eſt potens in actu primo, niſi in quantùm eſt potentia actiua, vel illa formatum eſſe dicitur: nam potentia actiua, vt huiuſmodi non reddit potentem niſi id, cui ineſt vel per identitatem, vel per informationem: ſi enim potentia non ſit res diſtincta ab ea, quæ per illam efficitur potens, erit illi intrinſeca per identitatem: ſi verò ſit res diſtincta, pertinebit ad genus qualitatis, & ideo non poteſt conſtituere rem potentem, niſi informando. Quòd ſi talis potentia intrinſecùs conſtituat potens id, in quo eſt per identitatem, vel per informationem, non poterit, vt huiuſmodi cõſtituere potentem rem aliam omninò diſtinctam, cui ſolùm aſſiſtit, vel quã ſolùm extrinſecus denominat.

Tandẽ extrinſeca denominatio nihil eſt, nullamq; ponit perfectionem in re denominata; eſſe autem actiuum, aliquid perfectionis eſt, & in aliquo eſſe fundatur. Et declaratur magis; nam effectus non fit à cauſa, niſi quatenus in ſe recipit eſſe, quod in illa aliquo modo præhabeat: non poteſt autem effectus cõtineri in cauſa per ſolam extrinſecam denominationem, ſed ſecundùm aliquod verum eſſe. Quod cõfirmat illud commune proloquium agere conſequitur, ſeu comitatur eſſe: extrinſeca autem denominatio nihil eſt, neque in ipſa cauſa verè continetur. 6

Si

7 Si dicatur verò poſterius, inſtrumenta ſcilicet huiuſmodi conſtitui in actu primo per virtutẽ diuinam, illis ineffabiliter coniunctam, ſolùm quia per illam, eorum vis actiua completur, prætermiſſis ijs, quæ cõtra hunc loquendi modum poſſunt afferri; ſi rem ipſam inſpiciamus, tunc inſtrumenta ſic conſtituta, nõ denominantur agentia, vel actiua præcisè ratione illius virtutis, vel entitatis extrinſecùs illis aſſiſtentis, ſed ratione actiuitatis, quam per proprias virtutes habent, ſaltem inchoatiuè: neque effectus, vel actio pendet per ſe à ſola entitate, ſeu forma aſſiſtente, vel extrinſecus cõplente aliã in actu primo, verùm etiam efficienter pẽdet, & per ſe ab illis inſtrumentis, quæ ita complẽtur, in ſe autem quamuis incompleta, & in ſufficientia ſint in ſuo ordine; adiuta autem virtute extrinſeca, eleuantur ad illum modum agẽdi, & ipſa per ſe ſe influunt in effectum. Quod exemplo poteſt eſſe perſpicuum viſionis beatificæ, quæ licet pendeat ab eſſentia. Diuina, non tamen ab ipſa ſolùm, ſed etiam ab ipſomet intellectu hominis, ſeu Angeli Beati, qui non dicitur principium efficiẽs viſionis propter ſufficientiam diuinę eſſentiæ, vt huiuſmodi, ſed propter effectionem, & influxum, quem per propriam habet entitatem: ſi igitur hoc pacto ſe habent diuina inſtrumẽta cum virtute Dei, illis ineffabiliter coniuncta, quemadmodũ intellectus Beati cum eſſentia diuina ad efficiendam viſionem beatificam, non eſt dicendum illa cõſtitui cauſas in actu primo per ſolam denominationem extrinſecam, cum virtutes, & entitates eorum intrinſecè ſimul concurrant ad completum actum primum conſtituendum, & per ſe ſe etiam influant in effectum: explicandum igitur eſt quænam ſit hæc virtus, vel entitas, per quam id habent.

8 Hæc virtus, ſeu entitas inſtrumẽtorum Dei, non eſt qualitas illis ſuperaddita, vel enim poſſet natura ſua facere tot opera miraculoſa, ad quæ adhibentur diuina inſtrumenta, vel nõ poſſet: ſi dicatur hoc poſterius, non erit igitur virtus miraculorum, & ſine cauſa poneretur; oporteret enim de illa quærere, quomodo ad agendũ vltra naturæ terminos eleuetur. Si verò dicatur prius in intelligibile videtur, quomodo talis qualitas cum Dei concurſu ſibi debito, & connaturali, in tot poſſit opera, & tam mira. Verùm quia id eſſe impoſſibile multis probat Suarez tom. in 3. par. diſput. 31. ſec. 4. & 5. ipſum videre poteſtis.

Suar.

9 Nec tandem hæc virtus eſt motus aliquis Phyſicus, ipſis inſtrumẽtis ſuper additus: rogo enim quid ſit hic motus; vel enim nihil eſt reale receptum in illis, quod ſit veluti principium actionis miraculoſæ, ſed ſolùm eſt ſupernaturalis efficientia, & concurſus Dei: & hoc modo neque explicatur, neque ſoluitur poſita difficultas, per illum enim poteſt intelligi Deus efficere effectum tanquam per actionem, vel concurſum ſuum, non tamen poteſt intelligi, quòd per illum efficiat inſtrumẽta hęc; quandoquidem nõ eſt actio, neque aliquid illorum. Si autem per motum illum intelligatur aliquid impreſſum, & inhærens his inſtrumentis; ſic falſum eſt, & minus intelligi poteſt; tum quia quicquid eſſe fingeretur huiuſmodi motus, eſſet imperfectius, quàm qualibet qualitas, ergo natura ſua non poſſet eſſe virtus ad agendum ſupernaturalem effectum; ergo nec per illum eleuari poſſent diuina inſtrumenta ad hos effectus ſupernaturales efficiendos: tum etiam quia ſæpè poteſt anima Chriſti operari effectum

miraculoſum per voluntatem ſuam abſque vllo alio motu, aut per vocem abſque alio artificioſo motu præter illum, qui ex natura rei neceſſarius eſt ad formandam vocem, in quo nullum eſt artificium, in ordine ad ſopernaturalem effectum producendum: motus ergo ille non poteſt eſſe virtus inſtrumentalis. Et quamuis Deus frequenter vtatur, aut requirat huiuſmodi motum, & operationem inſtrumenti, id non obſtat, non enim id fit, quia ſimpliciter ſit neceſſarius, vt ad Phyſicam, & ſupernaturalem efficientiam eleuetur inſtrumentum, ſed quia cum ſit magis accommodatus cõſueto inſtrumentorum modo operandi, ad ſuauem pertinet prouidẽtiam Dei, tali modo vti creatura, vt inſtrumento, & illam ad ſuperiorem eleuare actionem, quando commodè fieri poteſt, cum tamen huiuſmodi modus non ſemper adhibeatur, nec ſimpliciter ſit neceſſarius: explicandum adhuc remanet per quod talia inſtrumenta conſtituantur in actu primo ad ſupernaturalem actionem, cum circa id totius difficultatis cardo verſetur, in eo aſſignando, quo formaliter conſtituantur talia inſtrumenta in actu primo ad agendum.

10 Declaratur quid ſit potentia obediẽtialis actiua ſecundum veram opinionẽ.

Dicimus igitur hanc virtutem inſtrumentalem non eſſe rem, vel entitatem aliquam, aut intrinſecum modum inſtrumentis additum, illiſque inhærentem, ſed eſſe potentiam obedientialem actiuam, in rebus ipſis exiſtentem, per quam efficere poſſunt ſupernaturalia opera, vt inſtrumenta Dei, ipſo concurrente per auxiliũ, vel concurſum effectui proportionatum, & excedentem concurſum naturali virtuti creaturæ debitum: quin imò optimè dicere poſſumus, vnamquamque rem creatam per ſe ipſam, & per ipſammet entitatem ſuam, eſſe hanc obedientialem virtutem, ſeu potentiam ad agendum, vt inſtrumentum Dei. Et quemadmodum calor per ſe eſt virtus naturalis ad calefaciendum; ita etiam per ſe, & per entitatem ſuam eſt virtus obedientialis ad agendum v.g. in ſpiritum, cumque ſit virtus inſtrumentaria, & non agat niſi in virtute principalis agentis, pro obiecto habet ipſummet effectũ agẽtis principalis, ex cuius virtute, & perfectione menſuranda eſt perfectio talis effectus, ſeu obiecti, & non ex perfectione inſtrumenti: extenditur igitur ad id omne, quod non implicat contradictionem, vt tali modo fiat, & hoc eſt quaſi adæquatum obiectum eius: actio vero talis potentiæ obedientialis, eſt ipſamet productio ſupernaturalis effectus, per quam pendet à tali inſtrumento, quæ actio eadem eſt cum actione principalis agentis, quatenus per tale inſtrumentum operatur.

Quod ſi quæras. An hæc potentia obediẽtialis includatur in eſſentiali conceptu entis creati. *Reſpondetur* affirmatiuè: Nam ſi præciſè conſideretur creatura ſecundum illud eſſe, quod habet ex vi creationis ſuæ, neceſſariò intelligi debet, vt potens obedientialiter, nam eſſentialiter includit, quatenus creatura eſt, ſubiectionem ad Creatorem: ſicut è contrario in intrinſeca ratione Creatoris, vt huiuſmodi, includitur, quòd habeat plenum, & perfectum dominium ſuæ creaturæ. 11

11 Potentia obedientialis includitur in eſſentiali conceptu entis creati.

Dices tunc acciperetur, vt fundamentaliter potens, ex eo enim quòd creatura habet eſſe participatum, eſt potens &c., ſed formaliter non poteſt ita concipi, niſi illi intelligatur aduenire ratio potentię, quę cum ſit in ordine ad operari, eſt poſterior eſſe. Sed contra, nam nos per potentiam obedientialem intelligimus illam remotam, & fundamentalẽ, priuſquàm res creata à Deo eleuetur,

Google

uetur, aſſumatur, vel aſſignetur, vt inſtrumentũ, & paratũ habeat proportionatum cõcurſum; non enim conſtituit talis potentia rem ex natura ſua ſimpliciter potentem ad ſic operandum, ſed propriè conſtituit capacem, vt eleuari poſſit à Deo, ad huiuſmodi operãdi modum, & ideò remota dicitur, & fundamentalis, & eſt ipſa entitas creaturæ eſſentialiter.

Et confirmatur, nam in illo priori, in quo eſt fundamentaliter potens, poteſt aſſumi à Deo ad operationem ſupra ſuam naturam; quia Deus habet perfectum dominium ſuper illam, cum in illo priori adhuc ſit creatura.

12 Nec valet dicere, implicare contradictionẽ in adiecto, poſſe aſſumi à Deo ad operationem, & non concipi illam, ſeu nõ aſſumi cum reſpectu potentiæ ad operationem, & cõſequenter non aſſumi ſub illo reſpectu, qui quidem reſpectus diſtinguitur ratione ratiocinata ab ipſa creatura, & intelligitur adueniens eius eſſentiæ. Sed contra nam aliud eſt loqui de hac potentia quoad vſum, & prout exercet munus potentiæ; aliud de ipſamet, vt ſupponitur eleuationi: Nos hoc poſteriori modo diſſerimus de potentia obedientiali, per ipſam enim non eleuatur res formaliter, & actu ad ſupernaturalem ordinem, nec etiam inchoata eleuatione, ſed eleuatur in potẽtia; & eleuatione inchoata quoad fundamentum, quæ remota eſt vt diximus; ita vt non ſolùm ſupponatur eleuationi, & aſſumptioni, ſed, vt ita dicam, aſſumptibilitati, non enim quia eſt aſſumptibilis, eſt potentia obedientialis formaliter, ſed quia eſt potentia obedientialis ad agendum, ideò eſt aſſumptibilis, eſſe autem tale fundamentum huius eleuationis habet entitas cuiuſq; rei creatæ ſecundùm propriam rationẽ, abſque aliquo addito. Quamuis autem hæc potentia ſit de conceptu eſſentiali creaturæ, ſi quis tamen contendat differre ratione ratiocinata ab entitate ipſius, id non inficiabo: habet enim hæc diſtinctio, vt alibi latiùs docebimus, latitudinem: Nam non ſolùm poſſunt ita diſtingui ea, quorum conceptus obiectiui, ita ſe habent, vt vnus non includatur eſſentialiter in alio, imò vnus ſupponat alium, ſed etiam inueniri poteſt hæc diſtinctio apud modum concipiendi eandem prorſus rationem obiectiuam, magis, vel minùs diſtinctè, quomodo differunt definitio, & definitum. Quod ſi ita ſe res habet, quis prohibet dicere potẽtiam obedientialem, quamuis de eſſentiali conceptu creaturæ, ab eius entitate differre ratione ratiocinata? Hæc ita declarata veritas poteſt, & rationibus, & auctoritatibus confirmari.

Rationes pro potentia obedientiali actiua.

Cap. 2.

Dari in rebus creatis hanc potentiam obedientialem actiuam, quam multis ſupra declarauimus, poteſt pluribus rationibus cõfirmari, & contra eos, qui poſſibilem eſſe concedunt illam eleuationem creaturæ ad operandum, vt Phyſicũ Dei inſtrumentum reſpectu gratiæ, vel aliorum effectuum omninò ſupernaturalium, poſſumus, ad probandum intentum, argumentari à ſufficienti partium enumeratione; ſine dicta actiuitate impoſſibilis eſt eleuatio per ſolam cooperationem diuinę virtutis extrinſecæ ipſi inſtrumento, & principaliter operantis cũ illo, & per illud, ſed ipſi admittunt hunc modum eleuationis eſſe poſſibilem, ergo neceſſe eſt, vt etiam ad- 1

mittant hanc actiuitatem in entitate eleuanda. Probatur maior, quia oportet terminum actionis, (vt ipſi etiam affirmant) præhaberi aliquo modo in principio actionis tàm principali, quàm inſtrumentali, modo ſcilicet accommodato ipſi principio, ideſt formaliter, aut virtualiter, vel inſtrumētaliter, quia nemo dat quod non habet aliquo modo: ſed non poteſt illa res, quæ in inſtrumentum aſſumitur, præhabere, ſeu continere terminum actionis, per entitatē omninò à ſe diſtinctam, quàm in ſe nullo modo recipit, quia ſi illam in ſe habet, quomodo per illam in ſe dicitur habere aliud? ergo neceſſe eſt, vt per ſuammet entitatem præhabeat illum terminum, virtute ſaltem remota, & obedientiali.

Et confirmatur, quia res non exiſtens, neq; habens entitatem actualem, non poteſt eleuari vt ſit inſtrumentum, non alia ratione, niſi quia oportet, vt inſtrumentum huiuſmodi per ſuam entitatem influat in effectum, & vt ipſamet entitas inſtrumenti concurrat aliquo modo ad conſtituendum, & complendū principium actiuum per ſe, talis effectus: non poteſt autem hoc intelligi ſine aliqua vi actiua, ipſi inſtrumento intrinſeca, quæ cum non ſit ſuperaddita, vt ſupra probatum eſt, oportet, vt ſit innata, & hanc nos vocamus obedientialem.

2 Impugnātur illi qui talē potentiā obediētialem actiuam dicunt eſſe impoſſibilem.

Quod ſi nobis res eſt cum ijs, qui exiſtimant hanc eleuationem eſſe impoſſibilem, & conſequenter potentiam obedientialem actiuam, ſine qua talis eleuatio non poteſt intelligi: alia via eſt incedendum, perſuaderiq; id ſimpliciter poteſt multis modis. Primò quia in hoc genere eleuationis non inuoluitur repugnantia: ad Omnipotentiam autem Dei pertinet, vt poſſit vti creatura ſua, ad omnē effectum, & ſecundùm omnem modum, & rationem, non inuoluentem contradictionem. Deinde ratione, & coniectura ſumpta à potentia obedientiali paſſiua, quam Theologi ponunt in creatura ad recipiendas formas ſupernaturales, & prƺter naturam; vt ad gratiam, vnionem hypoſtaticam, viſionē beatificam, & ſimiles. Tertiò perſuadetur argumento, quod ſumitur ab actibus liberis, & vitalibus, ſupernaturalibus: non enim poteſt ſaluari vita, & libertas in illis actibus, qui in ſubſtantia, ſpecie, & entitate ſua ſunt ſupernaturales, ſine hac obedientiali actiuitate.

Tandem id probari poteſt exemplo artis; materia enim naturalis, quæ eſt in quadam potētia obedientiali, reſpectu humanæ facultatis, & ingenij, ad recipiendas formas artis, illamet in ratione inſtrumenti, ſubijcitur eidem arti, ad efficienda mira opera, quę vim naturalem talium inſtrumentorum excedere videntur, ergo credibile eſt, poſſe Deum altiori modo vti ſua creatura vt inſtrumento ad ſupernaturalia opera diuinæ Artis, & omnipotentię, & conſequenter in eiſdem rebus creatis ſupponi aliquam vim actiuam, qua poſſint Deo ſic operanti, cooperando obedire. Verùm quia has omnes rationes latè proſequitur Suar. tom. 1. in 3. par. diſput. 3. ſect. 6. ipſum licebit adire. Suar.

Auctoritates ſacrę Scripturę pro potentia obedientiali.

Cap. 3.

1 CVm ſatis conſtet ex dictis, magiſque erit perſpicuum ex dicendis, cum creatura aliquid vltra virtutem naturalem operatur, ex imperio, & voluntate Dei id efficere

re per potentiam actiuam obedientialem, conſequens eſt, vt ea ſacræ Scripturæ loca, quæ res creatas, vel ita operantes, vel ad taliter operandum accinctas, deſcribunt, hanc potentiamobedientialem actiuam maximopere ſtabiliant. Primus igitur locus ponderãdus, offertur Dauidis Prophetæ Pſal. 110., qui de vniuerſis id teſtatur creaturis, & docet illis verbis, *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius*, ideſt obuia, occurrentia, parata, expedita in omnes voluntates eius, vt quicquid ille voluerit, ſtatim creaturæ eius obſecundent, & voluntati conditoris reſpondeant. Et vt optimè in hæc verba animaduertit Chryſoſtomus, parata non modo ad ea, efficienda, quæ ex vi naturæ poſſunt efficere, vt Sol ad diem illuminandum, Luna vt de nocte luceat, ſed etiam ad ea, quæ naturę viribus non poſsũt prętare; imò illis repugnãtia, etiã in ijs Dei voluntati ſubſeruiunt (hoc enim ſibi vult *exquiſita in omnes voluntates eius*: cuiuſmodi ſunt quæ miracula vocantur, vt maris rubri ſciſſio, fluentium aquarum in Iordane ſtatio, aurę in camino ignis refrigeratio, leonum rabies in manſuetudinem verſa, terra in aquæ modum dehiſcens, & ſuperbos, atquę contumaces abſorbens. Idem ſentit Athanaſius. Et nota dici à Propheta, *exquiſita*, ideſt parata, ita vt cum earum vſus à Deo expectatur, & quæratur ad facienda miracula, & quæ ſupra ſunt earum naturales vires, paratæ inueniantur: ergo antequam fiant illi effectus, ſupponuntur contenti in virtute creaturarum, quæ ad illos efficiendos aſſumuntur, & tanquam earum actus ſecundi, ſupponunt primos: hi autem ſunt in vnaquaque creatura potentia obedientialis actiua.

Pſal. 110.

Chryſoſt.

2 Hæc expoſitio præſtantiſſima eſt, multique ſacræ Scripturæ teſtimonijs confirmari poteſt, quæ praxim continent illius doctrinæ, quam de vniuerſis creaturis Dauid ſcriptam reliquit, & vt ab illo exordiar loco, in quo primùm omnium hæc actiua potentia obedientialis eluxit, hiſtoriam afferam aquarum in mundi primordio, Dei Imperio, & voluntate in locum vnum cõgregatarum, Geneſ. 1. quæ, vt præcepto obtemperarent, voluntatique creatoris quantociùs reſponderent, ad nullam interponendam moram perueniendi ad deſignatum locum, motus peregerunt, non modo iuxta naturæ vires, ſed etiam ſupra naturam. Sic teſtantur illa verba Dauid Pſal. 103. *Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius, ſuper montes ſtabunt aquæ, ab increpatione tua fugient, à voce tonitui tui formidabunt: aſcendunt montes, & deſcendunt campi*. Vel quantùm ex Hebræa voce intelligi datur, ſic verti poteſt. *Aſcendunt montes, & deſcendunt campos:* quorum verborum hic eſt ſenſus ideſt cum primùm creaſſet Deus Cœlum, & terram, aquarum illa congerie, & abyſſo, tanquam veſte quadam vndique terra fuit operta, vt nulla ex parte nuda, & deſerta appareret, adeo vt etiam ſuper montes, qui ſunt altiſſimæ terræ partes, ſtarent aquæ; at vbi increpauit illas Deus, iuſſitque congregari in locũ vnum, vt appareret arida, tum verò illæ tãquam territæ fugerunt, & ad locum ſuum properantes, & montes ſuperabant ſupra naturam, & in valles deſcendebant iuxta naturales vires, quoad confluerent in ſua receptacula, & partes terræ depreſſiores, in quas iuſſerat Deus, peruenirent. Confirmatque hanc expoſitionẽ quod inquit Pererius tom. 1. in Geneſ. lib. 1. verſ. 9. cap. 1. explicans illa verba. *Congregentur aquæ, quæ ſub Cœlo ſunt, in locum vnum, vt appareat arida*; vbi impugnat opinionem

Gen. 1.

Pſal. 103.

3 Pererius.

Gen. 1.

nionem Auguſtini Eugub. qui ſibi perſuaſerat ſegregationem illam aquarum, & terræ exiccationem non ſingulari Dei omnipotentia ſubito eſſe factam, ſed naturali poteſtate ſolis, tunc ardentiſſimi, & ad attenuandum potentiſſimi; probatque ſingulare fuiſſe omnipotentiæ opus; ſicque concludere optimè poſſumus, & Deum tunc exercuiſſe plenum dominium, & aquam, vt illi obſecundaret: potentiam actiuam obedientialem.

4 Neue quis vnquam ſuſpicaretur ita creaturas per peccatum primi parentis à Deo deſciuiſſe, vt primæuam illam potentiam obedientialem depoſuerint, quam, integra rei entitate, oportet ſemper manere, audi, quid de iiſdẽ aquis cum Chri-
Matt. 14. ſto loquẽs dicat Petrus Matth. 14. *Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas*. Iure optimo ſuprema, & antiquiſſima Theologorum ſum-
Damaſcen. mitas à Damaſceno Orat. 2. de dormit. Dei par. ſub fin. appellatus, qui tam profundè, tamque ſubtiliter argumentatur. *Si tu es*, ſcilicet Chriſtus, filius Dei viui, de quo abſolutè proferri poteſt tu es, cum ſis talis per eſſentiam, omneque complectens eſſe. *Iube me venire ad te ſuper aquas*: nam ſi ita es, idem oportet ſis omnium creator, ergo ſalua ſunt tua iura, debita tibi creaturarum obſequia, ergo te iubẽte fiet, quod natura duce fieri non poterat, mareque, ſupra liquidam vndarum naturam ſe calcandum præbebit; nam creatoris eſt plenum, perfectumque dominium in ſuas creaturas; harum vero omnimoda ſubiectio; igitur. *Si tu es, iube me venire ad te ſuper aquas.*

5 Et quod maximi facit in hac hiſtoria ad commendandã hanc creaturarum potentiam obedientialem, Chriſtique Domini plenum imperium, eſt, quòd quandiù Petrus cõſiderabat Chriſti virtutem, iuſſionemque ambulabat ſupra mare, nec tentanti vndæ cedebant; Ieſu, corporis grauis naturalem actionem, vel prohibente, vel ſoliditatem liquido elemento ad eius nutum, ſupra naturam exhibente. At vbi dimotis pauliſper oculis à Ieſu, conſiderare cœpit ventorum vehementiã, liquidamque vndarum vim, & poteſtatem, & quid ipſæ, propriæ naturæ relictæ, facerent, vt indicãt verba illa Matth. 14. *Videns verò ventum validum*, &c. ita inſolidè ambulauit, vt inciperet mergi.

6 Neue quis calũnietur in ipſo creationis principio, ab ipſo naturæ auctore aquis, & mari vim quãdam, & qualitatem fuiſſe impreſſam ad hæc tam mira efficienda (quod nos ſupra multis rationibus probauimus nõ poſſe ſubſiſtere) audiamus, quid eadem ſacra Scriptura referat de igne, cuius quanta ſit cum aquis antipathia, & qualitates, & ſubſtantiales formæ, & perpetua horum elementorum pugna teſtantur Sap.
16. *Quodam tempore*, (inquit, ſermo Sap. 16.
diuinus) *in aqua ſupra virtutem ignis exardeſcebat vndique, vt iniquam terræ nationem exterminaret*. Et paulò poſt. *Creatura enim tibi factori deſeruiens, exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos*: Ecce potentiam obedientialem actiuam in igne, cuius qualitates alioqui capaces intenſionis, ac remiſſionis, certos habẽtes præfixos à natura gradus, quos nequeunt prætergredi; ſupra tamen virtutem, & vltra præſcriptas leges ita intendebantur, vt ignis in ipſis aquis exardeſceret, factori ſuo de-
ſeruiens. Nec dicas factum iſtud 7
potiùs monſtrare creatorem creaturæ obſecundantem, quàm creaturam Creatori ſeruientem; cum exardeſcenti igni calcar additur, vt magis exardeſcat; Reijcitur enim ſacræ Scripturæ verbis illis. *Exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos*,

tibi

tibi factori deſeruiens. Quin etiam exquiſitum, & paratum fuiſſe in omnes voluntates Domini, confirmant verba ſequentia. *Et lenior fit ad beneſaciendum pro his, qui in te confidunt*. Ex quibus manifeſtè colligitur paratum fuiſſe pro libito voluntatis diuinę, ad vtramuis ſortem; vel ad comburendum ſupra naturam, vel ad temperandum innatum ardorem, imò ad refrigerandum cōtra naturam, vt in fornace Babilonis contingit Daniel 3. Nam quamuis noſtra vulgata habeat. *Fecit medium fornacis quaſi ventum roris ſlātem*, Baſilius tamen in Pſalm. 28. legit. *Facta eſt flamma veluti ſpiritus roris, ſuaui ſpirans ſibilo*. In quibus verbis apertis oculis potentia ignis obedientialis actiua perſpicitur, flammis ſuis, & vrendi vi, contra naturam, ad Dei nutum refrigerantis. Quodque mirabilius eſt, non modo ſucceſſiuis temporibus hæc efficit contraria; ſed vt voluntati diuinæ pleniùs, perfectiuſque ſubſeruiat, eodem tempore in pugnātia influit ac quaſi vires ſuperet, vel intercidat, ſimul, & iuxta naturam operatur, & ſupra eius vim, & poteſtatē, vt ſic munus expleat potentię obedientialis. Quod animaduertens

Dan. 3.

Baſilius. Pſal. 28.

8 Dauid dixit Pſalm. 28. *Vox Domini intercidentis flammam ignis*. In quæ verba Baſilius, Theodoretus, Nicephorus, Euthymius, & alij inquiunt nonnunquam duas ignis vires; lucēdi vnam, alteram vrēdi, ſic Deus ſeparare, vt aliquando vis lucendi munere ſuo fungatur, non autem vis vrendi, vt contingit tribus Iuuenibus in Babilonis fornace. Interdum contra ſupprimitur vis lucendi, & libera vrendi relinquitur vis, vt in igne inferni, qui cum maximè vrat, vrendoque agat in ſpiritus ſupra naturam, minimè tamen lucet. Quod ſi de illa etiam loquamur vi, quam exercet, altera veluti ſuſpenſa, & interciſa, illam pro diuinæ voluntatis libito moderatur, & dirigit: combuſſit enim Babilonicus ignis vincula omnia, quibus erant illi iuuenes alligati, ſed nec eorum corpora, ac ne veſtes quidem tetigit. & quamuis corpora, quæ intra ſe habebat, timens flamma non tetigerit; tunc tamen temporis, factori deſeruiens, in tormentum aduerſus iniuſtos exardeſcens, ea, quæ extra longè aberant, concremauit. Verè ignis, ſicut, & cætera creata omnia, exquiſitus in omnes voluntates Domini.

Pſal. 28. Baſilius. Theodoret. Nicephor. Euthym.

Quod ſi ab hoc ſecundùm proprium ſenſum, igne, ad illum methaphoricum tranſeamus, quemadmodum ſępè tribulationes dicuntur in ſacris literis, eandem inueniemus, quod pertinet ad creaturā, (ſubiectionem): quod ad Deum verò, (idem imperium) *da nobis*, inquit, Dauid Pſalm. 59. *auxilium de tribulatione*; hoc eſt, vt quidam non impropriè intelligunt, fer opem, confirma nos ipſamet tribulatione, ac ſi diceret calefac nos, non modo frigeſcente anni tempore, ſed ipſomet frigore. Quod nec impoſſibile eſſe apud Deum, nec nouū, teſtatur idē Dauid diffusè illis verbis Pſal. 138. *Et dixi forſitan tenebræ conculcabant me, & nox illuminatio mea in delitijs meis, quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius*. In quem locum Chryſoſtomus, & alij multi, cōfugientes ad metaphoram, dicunt per tenebras, ſignificari afflictionem: per diem, & lucem, requiem, & conſolationem, voluntq; hunc eſſe ſenſum Dauidis, nō ſolùm Deus munit, & protegit in periculis, ſed ſupra rerum naturam hoc facit, ego enim rerum naturam ponderans, *Dixi forſitan tęnebræ conculcabunt me*, quæ hic afflictionem ſignificant: ſed protectione diuina non

Pſal. 59.

Incognitus ſuper hunc locum.

Pſal. 138.

Chryſoſt.

non ſolum mala, mutata ſunt in bonum, ſed quod maius eſt, ipſis malis manẽtibus; magnam ſenſi benignitatem; non enim dixit nox deleta eſt, ſed nox fuit lucida, hoc eſt nox manens nox; mala ſcilicet, & calamitates non potuerunt me conculcare, ſed fuit lux in nocte, hoc eſt mei extitit defenſio; contraria enim in contrarijs fiunt, & apparẽt quando vult Deus. Dices id totum fieri miraculo diuino, hoc tamen pacto, Deo ſcilicet cõſeruante duo contraria, vt v.g. flammam, & rorem ſibilantem in Babylonis fornace, & ita nutu, & potentia ſua moderante, vt alterũ operetur ſine impedimento alterius: quod quidem magnam Dei potentiam oſtendit, non tamen illam obedientialem actiuam creaturarum, ſed audi quod ſequitur. *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius:* hoc

Chryſoſt. hoc eſt, vt exponit Chryſoſtomus (cuius ferè ſunt hæc omnia) ſi volueris, tenebræ non erunt tenebræ, ſed lucem oſtendent, & ideo ſubiunxit, *Nox ſicut dies illuminabitur*, reddens, quod præcedit apertiùs, demonſtratque quod quæ ſunt diei, nox oſtendit, non ſecus ac ea, quæ ſunt eius propria, quãdo enim Deus voluerit, operatio elemẽtorum traducitur in contraria, adeo, inquam, perfectè contraria, quàm ſunt propria, quę ab initio attributa fuerant: ſi tu enim volueris, ita erit nox, & ita habebit lucẽ ſibi attributam quemadmodum tenebras. Quocirca hoc quoque ſignificans, ſubiunxit, *ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Hæc de elemẽtis ꝓpriè dicta ſunt; metaphoricè autem etiam de rebus aduerſis. Ex quibus oſtenditur poſſe Deum tantam afferre requiem, & recreationem ijs, qui in afflictiones incidunt, quantam habent ij, qui vtuntur rebus ſecũdis, vtpotè qui curam non

gerat afflictionis. Hæc Chryſoſtomus, qui in hoc ſenſu inquit mutare Deum rerum naturas, quia per naturas rerum ſæpè producit ipſis rerum naturis contraria, datque auxilium de tribulatione, iuxta expoſitionem à nobis nuper allatam. En tibi potentiam obedientialem actiuam, hoc teſtimonio ſacræ Scripturæ, interprete Chryſoſtomo, ſatis illuſtratam, & confirmatam.

Quin etiam hanc doctrinam non ſolùm verbis, ſed illuſtribus factis 10
eadem Scriptura comprobat: Nam per eandem virgam extractæ ſunt de ſilice aquæ, dum ſiti laboraret in deſerto populus Dei ob inopiã naturalis aquæ Exod. 17. per quam paſſi ſunt inimici, vertens vniuerſas Aegypti aquas in ſanguinem; ſicut mirificè amplificat, Sap. cap. 11. humanitatem Dei in aqua largienda, erga priores, per comparationem ad ſupplicium, quo affecerat Aegyptios, populi Hæbreorum oppreſſores, illis verbis, *Sitierunt, & inuocauerunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro.* Atque ad amplificandum magis miraculum, deinde ſubditur. *Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum, à defectione potus ſui, & in eis cum abundarent filij Iſrael, lætati ſunt.* Nota modum loquendi ad ſtabiliendam hanc potentiam obedientialem actiuam ſatis accommodatum; *Per quæ enim pœnas paſſi ſunt, &c.* quæ verba illum præſeferunt ſenſum, vt per illamet inſtrumenta, per quæ Aegyptij in ſiti ſua cruciati ſunt; Iſraelitæ ſint recreati, vt ſic factis conſpiciamus Dauidici dicti veritatem, *ſicut tenebræ eius; ita & lumen eius*, Pſal. 138. & operationem creaturarum, Deo volente traduci in contraria.

Sap. 11.

Pſal. 138.

An.

Digitized by Google

An ex Hiſtoria Man colligatur hæc potentia obedientialis actiua.

Cap. 4.

1 SVnt qui ſentiunt ex ijs, quæ dicuntur de Man in Scriptura ſacra, non obſcurè colligi hãc potentiam obedientialem. Primò id perſuadere videntur illa verba, quæ de ea leguntur ſcripta Sap. 16. *Et deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur*: hæc autem non poſſunt intelligi de innato ſapore, nã vt dicitur Exod. 16. num. 11. is erat quaſi ſimile cum melle, paniſque oleati: ergo dicendum eſt entitatem illius Man, ad nutum ipſius Dei, per potentiam obediẽtialem eum exhibuiſſe ſaporem, qui illi cibo, quem tunc edens Man appetebat, naturaliter inerat.

Sap. 16.

Exod. 16.

Confirmant hoc ipſum verba illa præcedentia, *Omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem*: quæ non poſſe intelligi de innato patet ex dictis. Præterea, cum vnam determinatam haberet naturam, vnumq; temperamentum, non poterat naturaliter in ſe continere omnem ſaporem. Adde etiam quod Cantacuzenus putat eiuſdẽ rationis fuiſſe cum noſtrate, necnon Yſtella Exod. 16. qui meminit de opinione aliorum, inquit, initio purgaſſe cacochymiam Hebræorum ex eſu cucumerum, peponum, porrorum, cęporum, alliorũ, in Aegypto contractam; poſtea idoneus, ac ordinarius ijs cibus factus per cõſuetudinem, non ſecus, ac venęnum quandòque redditur conſuetudine cibus vtilis, & iucundus.

Pro parte affirmatiua proponuntur argumenta.

Cãtacuzenus.

Exod. 16. Yſtella.

2 Nec veriſimile videtur dictum, quòd tunc communicabatur à Deo ſapor alteriùs cibi, cum quis appeteret; ſic enim non ita propriè diceretur omne delectamentum in ſe habuiſſe, & omnis ſaporis ſuauitatem. Nec etiam quod fuerit in varias ciborum ſubſtantias, vt quiſque optabat, tranſubſtantiatum. Primò quia ſine cauſa tot ſubſtantiales mutationes admitti non debent, quando ſufficiunt accidentales. Secundò quia ſi ſtandum eſt verbis Scripturæ, quę de eodem teſtatur Sap. 16. *Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebat, ad voluntatem eorum, qui à te deſiderabunt*; id dicere non cogimur, quia conuertendi, multoque magis transfigurandi verba, de accidentali mutatione rectè intelliguntur. Tertiò quia ſi nullus Hebræorum quamuis impius, & peccator à perceptione illius doni excipiebatur; guſtuque ſapor quiuis, percipiebatur à quolibet, vt vellet, quemadmodum ſentiunt Hugo S. Victoris in Exod. cap. 16. Olcot apertiùs in ſapientiam, lec. 182. præterea Hieronymus in Pſalm. 147. ex Iudæorum ſententia, quam minimè reijcit, & Nazianz. de compoſ. diſſer. ration. videtur conſentire; non eſſet, cur dicerentur illa verba, poſita hac tranſubſtantiatione, quæ habentur Num. 21. *Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*. At illa negata, huius querelæ benè poteſt reddi ratio, nam color, odor, forma, tenuitas, & ſimiles aliæ qualitates eadẽ ſemper perſeuerabant: quarum qualitatum iucunda quædam diuerſitas, allicit magis guſtum. Idque pręſeferunt verba illa Num. 11. Anima noſtra arida eſt: nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi man: apparuit enim in ſolitudine minutum, & quaſi piloſuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram, erat quaſi ſemen coriandri, & coloris bdellij, omnia ad conciliandum guſtum, non ſatis idonea. Ex ſufficienti

Sap. 16.

Exod. 16.

Hieron.

Greg. Naz.

Num. 21.

Exod. 16. Num. 11.

3 cienti ergo partium enumeratione videtur cōcludendum, illa præbuiſſe Man per potentiam obedientialem: nam cum ſemel decreuerit Deus, eius entitate per quadraginta annos vti, ad præſtādum omnem ciborum ſaporem, pro libito appetentis, ex tunc dicebatur omne habere in ſe delectamentum, & quemadmodum optimè docent Theologi humanitatem Chriſti omnem miraculorum virtutem in ſe continere, non quia qualitas, vel motus, vel aliquid aliud illi ad hunc finem fuerit ſuper additum, ſed quia ſtatuit Deus ab inſtanti Incarnationis cum illa concurrere ad facienda miracula quæcunque, &c. ſimile quid affirmandum de Man, quod pertinet ad ſapores varios, quos præbebat.

4 *Pars negatiua defenditur.* Verùm, vt dicam quod ſentio; quāuis mihi ſatis probabile videatur potentiam obedientialem actiuam colligi ex Scriptura ſacra; an autem hiſtoria Man poſſit id confirmari, videtur ſatis incertum, & dubium: quin potiùs propendeo in negatiuam ſententiam. Nam guſtus, & tactus, ſecundùm veram philoſophiam, non ſentiunt qualitates, ſuis organis inhærentes, ſed potiùs rerum afficientium. Et quod ad guſtum pertinet, hoc mihi videtur certum; experientia enim magiſtra ſaporem ſibi inhęrentem non percipit, ſed rei ſapidæ. Ratioque id demonſtrare videtur, quia ſapor non eſt qualitas actiua, ſicut nec odor; eſt enim qualitas ſecunda, conſequens primarum mixtionem, ac ſine ea non producitur. Et quamuis *Ariſt.* Ariſt. 2. de Anim. tex. 126. dicat corpora ſenſibilia pati aliquid à ſapore, & re guſtabili, id intelligendum eſt, non formaliter, vt animaduertit D. Thom. & alij communiter, vt patiantur à ſapore, vt huiuſmodi; ſed materialiter, quia res illa, quæ guſtari poteſt, per humorem ſapori coniunctum, agit in rem ſenſibilem. Cum igitur res ita ſe habeat, quando comedentes Man, pro libito eorum guſtabant coturnices, ſi ſapor ille non erat à Deo tunc productus in Man, guſtus ille erat imaginarius.

Adde, quod ſi ſenſatio illa fieret non ſecundùm qualitates rerum afficiētium, ſed ſecundùm qualitates organo inhærentes, tunc ab entitate Man, per potentiam obedientialem productas, fuiſſet contra naturam illius ſenſationis: aſſere autem id totum factum eſſe diuino miraculo, dictum videtur, quod nulla nititur, nec ratione, nec conuenientia. Magis conſonum veritati erit diicere à Deo communicari man hunc, vel illum ſaporem, pro vario comedentis appetitu. Id confirmāt verba illa Sap. 16. *Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ ſeruiebat*. *Sap. 16.* Illud autem, *transfigurata* non modo mutationem ſubſtantialem excludit, ſed infert etiam hoc aliud, Man nunc ſaporem vnius cibi habuiſſe, nunc alterius, à Deo illi communicatum, ad voluntatem comedentium: Et quia decreuerat Deus in illa ſubſtātia tam mira peragere, per totum illud quadraginta annorum ſpatium, benè dicebatur in ſe habere omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem: contendere autem Deum ad producendas tot ſaporum ſpecies in Man ipſiuſmet entitate fuiſſe vſum, dictum eſt voluntarium, quod nec ex vi verborum colligitur, quę habentur in hiſtoria, nec vlla perſuadetur ratione.

An

An colligatur etiam ex Scriptura ſacra quid ſit hæc potentia obedientialis.

Cap. 5.

1 NOn ſolùm probauimus ſupra
dari potentiam obedientia-
lem, verùm etiam declarantes eius
naturam, docuimus nõ eſſe aliquid
à rebus diſtinctum, ſed in vnaqua-
que re creata ipſam entitatem per
ſe ipſam eſſe hanc obedientialem
virtutem, ſeu potentiam ad agen-
dum, vt inſtrumentum Dei. Hoc
etiam non obſcurè colligi ex ſa-
cris literis eſt demonſtrandum. Et
Pſal.32. primùm ex illo loco Pſalm.32. *Ipſe
dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, &
creata ſunt*. Vel, vt in Hebræo legi-
tur, *Ipſe mandauit, & steterunt:* qua
translationum varietate maximè,
probatur intentum: ſtare enim apud
ſacras literas, & profanas etiam,
miniſtrantis eſt, & obſequentis. Sic
Plautus. apud Plautum in Amph. Scęn.1.
2 *Nonne me huc herus miſit meus? nonne*
Stare in ſacris literis, & prophanis miniſtrãtis eſt. *ego nunc hic ſto, ante ædes noſtras? non
mi eſt laterna in manu?* Quod autem
etiam in Scriptura ſacra, ſtare in
cõſpectu alicuius ſignificet illi mi-
1.Reg.16. niſtrare, probatur ex 1. Reg.16. vbi
miſit Saul ad Iſai dicens. *Stet Dauid
in conſpectu meo, inuenit enim gra-
tiam in oculis meis*, ideſt veniat, vt
mihi miniſtret. Et ex illo Raphae-
Tobiæ 12. lis ad Tobiam 12. *Ego ſum Raphael,
vnus ex ſeptem; qui adſtamus ante
Dominum*. Et militiam Cęli, & An-
gelos ſæpè legimus coram Deo, ſta-
re, & aſſiſtere: quo habitu illorum
obſequium, & miniſterium indica-
Iob 38. tur. Et Iob 38. de fulguribus, inquit,
*Numquid mittes fulgura, & ibunt, &
reuertentia dicunt tibi, adſumus?* quæ
circumlocutio eſt obſequentiſſi-
morum famulorum ad Dei iuſſa, &
voluntatem, ſe totos impendẽtium:
vt igitur ſacra Scriptura magiſtra
etiam diſceremus, creaturas quate-
nus tales, eſſentialiter includere
ſubiectionem ad creatorem, ex va-
rijs editionibus habemus, idem ſibi
velle eſſe creatum, & ſtare, quod
miniſtrantis eſt, & obſequentis. Id
etiam confirmant verba illa Iudith. Iudith 16.
cap.16. *Tibi ſeruiat omnis creatura
tua, quia dixiſti, & facta ſunt; miſiſti
ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non
eſt qui reſiſtat voci tuæ*. Hùc faciunt 3
verba illa Geneſ.2. *Igitur perfecti* Geneſ.2.
ſunt Cœli, & omnis ornatus eorum, vbi
Paraphraſis Chaldaica, & Sanct.
Pagninus habẽt, *Igitur perfecti ſunt* Pagninus.
*Cœli, & terra, & omnis exercitus eo-
rum*: vt non ſolùm inde intelliga-
mus nullam ab Imperatore peritiſ-
ſimo aciem, meliùs vnquam ordi-
natam, quàm ſunt à Deo in Cœlo,
& in terra creaturarum ordines di-
ſpoſiti: nihil etiam illis cultius, pul-
chrius, aut perfectius; ſed etiam,
quod ad rem facit, nihil promptius,
atque obedientius ſuo Regi, atque
Creatori, ad cuius nutum contra
impios arma ſumunt, & præſenta-
nei in aciem procedunt, vt vniuer-
ſus orbis pugnet contra inſenſatos
Sap.5. ſicut olim legimus contra Sap.5.
perfidos de Cœlo dimicatum, quã-
do, Iudic.5. Cœli manentes in or-
dine, & curſu ſuo, aduerſus Siſaram
pugnauerunt. Vt igitur ſignifica-
retur non ſolùm potentiam obe-
dientialem eſſe ipſammet entita-
tem creaturæ, ſed hanc eſſe obſe-
quentiſſimam, & ad omnem Crea-
toris nutum paratam, creaturarum
ordines in ipſo creationis primor-
dio, exercitus aciem benè diſpoſi-
tam Spiritus ſanctus nominauit:
militaris enim obedientia, mirum
quàm ſit prompta, & accurata.

Quod ſi in intrinſeca Creatoris 4
ratione includitur, quod habeat

Cur in ſacra ſcriptura, creare, dicitur poſſidere. plenum, perfectumque dominium ſuæ creaturæ, id non potuit nec elegantius, nec magis ſignificantiùs demonſtrari, quàm cum ſacra Scriptura creare dixit poſſidere, creationem verò poſſeſſiouem: quæ circum locutio eſt pleni dominij ex creatione, & creatura ipſi Creatori acquiſiti. Sic teſtantur verba illa Pſalm. 138. *Quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ*: illud autem poſſediſti eſt in Hebræo קנה kana, quod ſignificat producere, & ratione productionis poſſidere, vt rem ſaum ſit dicit Eua Geneſ. 2. Poſſedi hominē per Deū, quadò genuit Cain, & Sapientia Dei, inquit Prouerb. 8 *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*: vtrobique autem eſt idem verbum Hebraicum. Et quod legitur apud noſtram vulgatam Pſalm. 103. *Impleta eſt terra poſſeſſione tua*, Athanaſius legit ſerm. 3 contr. Arian. ſicq; habet editio Romana, impleta eſt terra creatura tua. Et apud Hebræos poſſidere, creare, atque etiā gignere, eodem verbo ſignificantur: vnde in cantico Moyſis Deuter. 32. quaſi cognata verba cōiuncta ſunt, *qui fecit, & poſſedit, & creauit te*. Et Geneſ. 14. B. Hieronymus vertit. *Poſſeſſorem* dicente Abraham, *leuo manum meam, ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem Cæli, & terræ*, quod Septuaginta verterunt. *Qui creauit Cœlum, & terram*, quo loquendi modo ſatis indicatur creationis titulo, maximum Imperium conueniens Deo in rem creatam, Creatoremque in ſui ratione includere perfectum creaturę dominium.

Pſal. 138. Gen. 2. Prou. 8. Pſal 103. Athan. Deut. 32. Gen. 14. Hieron.

5 Huc etiam pertinent illa verba Pſalm. 138. *Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam*; ideſt hoc ipſo, quod me creaſti, habuiſti ſuper me ſummam poteſtatem, ita vt limites Imperij tui egredi mihi non liceat, ſed tuo nutui in omnibus ſit mihi obſequendum, hoc enim ſignificat ſecundùm aliquos, ponere ſuper rem creatam, manum, ideſt ſummam Dei in res creatas poteſtatem, & dominatum, vt ſit ante, & retro, me obſeſſum, & conſtrictum tenuiſti, ita vt ex tuis manibus, quibus incluſus teneor, effugere nullo modo poſſim, neque prorſus ire, neque retrorſum redire queam. Et quemadmodum vulgò dici ſolet, *mel'ho poſto dentro il pugno ne poſſo fare quel, che voglia*: ſic formaſti me, igitur poſuiſti ſuper me manum tuā; ex vi enim creationis tale dominium Deo conuenit in creaturam, vt dici poſſit, *hauerla dentro il pugno*.

Pſal. 138.

Quòd ſi rem hanc totam vis videre in pauca collatam, & Creatoris dominium, & creaturæ famulatum; perpende verba illa Christi Matth. 5. de Patre dicentis. *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bono, & malos*: quaſi diceret quamuis poſſet præcipere, vt ſol tantum iuſtis illuceſceret, impijs in tenebris derelictis, nam ſol eſt ſuus, quem ipſe fecit, atque conſtituit, & à nullo aliquid ſumpſit, vt faceret, paratuſque ſit ſol eius voluntati obſequi, remque damandatam licet vltra vires adimplere, ea ipſa ratione, qua eſt ſuus, & à Deo factus: tamen, quæ eius eſt benignitas, voluit, vt ſine diſcretione meritorum, omnes illuminaret, & bonos, & malos. Accedamus ad auctoritates Patrum, & ſcholaſticorum. 6

Matt. 5.

Poten-

Potentia obedientialis Patrum, & Scholaſticorum auctoritatibus firmatur.

Cap. 6.

1 POteſt hæc eadem veritas auctoritatibus Patrum, & ſcholaſticorum comprobari, & primùm ſe ſe offert illud Philonis Hebræi, dicẽtis, rubum, incorruptibilem factam in medio ignis, imò quaſi flãma, perinde ac fonte deſuper manante rigaretur, viridiorem viſam: hæc eſt, ait Chryſoſtomus Omnipotentię Dei vis, vt per contraria operetur contraria: calorem ſcilicet per aquam, per ignem frigus, itaque Deo, quando ipſe vult, torrens flamma, torrentis eſt inſtar, & aqua refrigerans vicem habet incendij. Vide Antonium Fernand. in viſiones veteris Teſtamenti, viſione 6. in cap.3. Exod. comment.2. ſec.2.

Philo. Chryſoſt. Ant. Fern.

2 Poſſent afferri aliæ auctoritates Chryſoſtomi, ex cuius ſententia aliqua loca ſacræ Scripturæ, præſertim Pſalmorum, pro potentia obedientiali ſupra interpretati ſumus. Deinde poteſt adduci Baſilius in illud Pſalm.28. *Vox Domini intercidentis flammã ignis*, & alij Patres in eadem verba, quos ſupra citauimus. Tertiò Athanaſius, ſiue, qui nomen eius gerit in quæſtionibus quæſt.112. dicens id ſibi velle illius Pſalmi verſiculum, iuſſu Chriſti dirimendum ſupplicium ignis, vt hic luceat iuſtis, peccatores cremet. Quarto Auguſtinus quæſt.3. Trin. cap.17. vbi cum dixiſſet, eſſe in rebus naturalibus virtutes agẽdi iuxta naturales leges, ſubdit ſuper hũc autem motum, curſumque rerum naturalium, poteſtas Creatoris habet apud ſe, poſſe de his omnibus facere aliud, quàm earum quaſi ſeminales rationes habent. Et quamuis in his verbis videatur tantùm loqui de potentia paſſiua, tamen mens Auguſtini aperte eſt indifferenter loqui de actiua vi, & paſſiua, cum paulò ſuperius dixerat, elemẽta huius mundi corporei, habent definitam vim, qualitatemque ſuam, quid vnumquodque valeat, vel non valeat, quid de quo fieri poſſit, vel non poſſit: in quibus verbis de vtraque potentia loquitur, & infra vtriuſque ponit exempla, vt quod lignum aridum repente floreat, & fructum gignat, quod Aſina loquatur, &c. docet ergo apertè Auguſtinus poſſe Deum facere, vt creatura aliquid vltra virtutem naturalem operetur, ex imperio, & voluntate Dei, atque adeo per potentiam actiuam obedientialem, vt ſępè deductum eſt. Quintò Gregorius lib.2. Dialog. cap.3. inquit, quod ſancti homines in carne viuentes, non ſolùm orando, & impetrando, ſed etiam poteſtatiuè, & cooperando, miracula faciunt. Sextò afferri poſſunt auctoritates omnium illorum Patrum, qui ſentiunt Sacramẽta nouę legis, phyſicè producere gratiam. Nam cum ſupra probatum ſit quotieſcunque creatura aliquid operatur vltra naturalem vim ex imperio, & voluntate diuina, id operari oportere per potentiam obedientialem actiuam. Omnes Patres, qui efficientiã Phyſicam Sacramentorum, admittunt, hanc potentiam obedientialem adſtruunt. Horum autem longam ſeriem recenſet Suar. cum de Sacramentis tom.3. in 3. par. diſput.9. ſect.2.

Baſilius. Athanaſ. Auguſt. Greg. Papa Suar.

Et tandem poteſt hoc ipſum cõfirmari, quia Sancti ſępè numerò mirãtur, quòd Deus interdum operetur aliquos effectus, adhibendo res, vel nullius virtutis, vel etiam 3

repugnantes: *Vt quod illuminet cœcum, luto, vngendo oculos eius*; quæ admiratio nulla forte eſſet, niſi huiuſmodi res aliquid conferrent ad talem effectum: mirantur igitur, quod in huiuſmodi rebus ſit vis ad obediendum Deo, efficereque poſſit ad eius nutum oppoſitum illius, quod earum natura poſtulare videbatur. Sed accedamus ad Scholaſticos.

4 D. Thomas in 4. diſt. 8. quæſt. 2. art. 3. ad 4. inquit, quod nulla creatura poteſt agere, quæ ſunt ſupra naturam, quaſi principale agens; poteſt tamen agere quaſi agens inſtrumentale, à virtute increata motum; quia ſicut creaturæ ineſt obedientiæ potentia, vt in ea fiat quicquid Creator diſpoſuerit, ita etiam, vt ea mediante fiat quod eſt ratio inſtrumenti. Et quæſt. 6. de pot. artic. 4. probat dictum Gregorij Papæ, dicentis, Sanctos non ſolùm orando, ſed etiam poteſtatiuè, & tanquam inſtrumenta Dei, miracula feciſſe. Quod exemplis, & rationibus confirmat. Et quamuis dicat virtutem ad cooperandum Deo, ad facienda miracula, non permanere in ſanctis, niſi per præſentiam agentis principalis; poteſt verum habere ſenſum, nec repugnantem noſtræ ſententię, ſi intelligatur in cauſa inferiori ſupponi aliquid, quo poſſit eſſe cauſa, ſeu, quod idem eſt, quo habeat aliquam vim cauſandi, quãuis imperfectam, quæ perfici dicitur per coniunctionem ad ſuperiorem, & cauſam principalem, non formaliter, & in ſe, ſed cooperatiuè, vt ſi dicam, & in ordine ad actionem. Idem videtur ſentire Caiet. 3. par. quæſt. 13. in artic. 2. qui ait Deum efficere miracula per creaturam, non dando illi virtutem gratuitam, ſed vtendo illa inſtrumentaliter: *aliqui vſus*, inquit, *eſt vis actuatiua, atque conſtitutiua ipſius in eſſe inſtrumenti, ac per hoc in eſſe cauſa effectiua inſtrumentaliter operis miraculoſi, reducitur enim res illa de potentia obedientiali ad actum, cum de non inſtrumento fit inſtrumentum, quod fieri conſtat ex hoc ſolo, quod Deus vtitur illa inſtrumentaliter ad opus miraculoſum*: hæc autem verba non poſſent commodè intelligi de potentia obedientiali paſſiua, cum ipſe fateatur nullam virtutem ſupernaturalem addi creaturæ per huiuſmodi vſum, ergo nulla potentia paſſiua creaturæ reducitur in actum per talem vſum, ergo id verè ſolum dici potuit de potentia actiua. Et 3. par. quæſt. 78. in artic. 4. inquit, quòd verba conſecrationis non per qualitatem aliquam ſuperadditam, ſed vt aſſumpta à Chriſto, vt inſtrumentum ad conſecrationem iſtam, ſunt inſtrumentaliter efficientia, & id eſt habens virtutem, imò id eſt eſſe virtutem, &c. Idẽ indicauit Alexander Alenſis 4. par. quæſt. 34. memb. 5. art. 2. qui ſoluens quoddam argumẽtum inter alia ſic inquit. *Cum ergo obijcitur, quod virtus creata non poteſt in aliquid, quod eſt ſupra communem naturam, dicendum, quod hoc verum eſt per ſe, habet tamen, vt adiuta à virtute increata.*

Tandem in hanc eandem ſententiam poteſt afferri Bonauentura in 4. diſt. 10. art. 2. quæſt. 2. ad 2. qui agens de virtute efficiente tranſubſtantiationem, & miraculoſam Chriſti conceptionem, ſignificat ad vtramque fuiſſe in creatura potentiam obedientiæ. Et quamuis videatur loqui de potentia ex parte materiæ, circa quam verſatur vtraque actio, re vera tamen præcipuè loquitur de virtute actiua, quam concedit communicari creaturæ ad vtramque actionem. Argumenta, quæ hanc potentiam obedientialem actiuam impugnãt,

Probat eadem ſententia auctoritate Scholaſticorum. Thom.

Greg. Papa

Caiet.

Alex. Aleſ.

Bonauent.

& examinantur optimè, & ſoluuntur à Franciſco Suar. tom. 1. in 3. par. diſput. 31. ſect. 6. ipſum licebit adire. Suar.

Hæc ſunt quæ pro modulo mei ingenij ſcribenda habui de Deo, deque eius attributis, in cuius gloriam, & laudem cedant, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, in Sanctæ Romanæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ obſequium, cuius cenſuræ omnia ſubijcio.

DE SACROSANCTO INCARNATIONIS Myſterio.

OPVSC. XXXVII.

PRAEFATIO.

REm difficillimam tractaturus ineffabile ſanctum Incarnationis Sacramẽtum, vt benè ſurgat huius Opuſculi ſtructura, nullum aliud fundamentum iaciendum duxi, quã quod illis verbis docuit Apoſtolus 1. Timoth. 3. *Et manifeſtè magnum, eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.* Hoc ad huius myſterij cognitionem viam aſtruit quod ſi Balba noſtri ſermonis infantia, vtcumq; fando non aſſequemur, ſequemur tamen. 1. Timot. 3.

Non me latet, (vt inde incipiam) nonnullos præfata Pauli verba de Euchareſtia explicare, alios de Auguſtiſſimo Sãctiſſimæ Trinitatis Arcano, ſed ex communi Patrum, & Expoſitorum ſententia, hic videtur eſſe Genuinus ſenſus, vt intelligantur dicta, de ineffabili Incarnationis myſterio ſic Dionyſius Areopagita de diuinis nominibus cap. 2. *Ipſa Ieſu in carne apparitio, & ineffabilis eſt ſermone omni, & omni ignota intelligentiæ, ipſi quoque Angelorum primati non cognita.* Fulgentius lib. 1. ad Traſymund. *Certum* inquit *eſt pænę omnes hæreticæ prauitatis errores inſurrexiſſe, dum magnum pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, aut ſicut eſt non credunt, aut omninò non credunt.* Idem indicat Leo Pontifex ſerm. 8. & 10. de natali epiſt. 20. ad Flauian. qui ait. *Quid tam exitiabile, quam negata veritate Incarnationis Chriſti, omnem ſpem ſalutis humanæ, velle diſſoluere & Apoſtolo contraire dicẽti, manifeſtè magnum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne.* Eodem planè modo ſentit Gregor. lib. 34. moral. cap. 7. alias 4. Neque quod attinet ad rem ipſam diſcrepant illi, qui myſterij nomine, Chriſtum ipſum intelligunt, qui ratione admirabilis coniunctionis duarum naturarum in vna hypoſtaſi, rectè dici poteſt myſterium, ſed ne in re tam clara immoremur, ſat erit dicere hanc eſſe communem expoſitorum ſententiam in hęc verba Pauli, Germanus igitur illorum ſenſus eſt, vt de Incarnationis Sacramẽto intelligantur dicta. Cæteri verò ſenſus accommodatitij tantum ſunt, non ex mente Apoſtoli, nam Paulus obſcuris, vera inuoluens, de illo ita agit, vt alijs etiam myſterijs pro

Dionyſ. Areopag. — Fulgent. — Leo Pont. — Greg. Papa

temporis opportunitate accommodari poſſint. Dandus igitur primum horum verborum verus ſēſus, deindè ſubtilius tractanda, & ad vtilitatem Concionatorum (vt noſtri eſt inſtituti) enucleanda.

Breuis expoſitio iuxta literam verborum Apoſtoli.

Caput Primum.

ET manifeſtè magnum eſt pietatis Sacramentum: manifeſtè hoc eſt citra controuerſiam, & nemo contradicere poteſt Græcè eſt ὁμολογουμένως idest confeſſè, quod Ambroſius Latinè dixit omniū confeſſione, *Magnum pietatis Sacramentum*. Aduerte hoc nomen (Sacramentum) multipliciter dici, ſed prætermiſſis illis ſignificationibus apud prophanos authores frequentibus, & vſitatis, vt videre eſt apud Pamelium in Tertull. quas etiā refert Suarez tom. 3. in 3. par. in præfatione. Hæc vox, Eccleſiæ vſu, & Sanctorum Patrum, ac Theologorū, contracta eſt ad ſignificandum quędam ſpecialia ſigna ſenſibilia, ſpiritualem gratiam continentia, & ſignificantia. Sæpiſſimè verò iuxta ſacræ Scripturæ morem, aliquantò latiùs, eadem vox, præcipuè ſignificare ſolet, rem aliquam diuinā hominibus occultam, eorumque cognitionem ſuperantem, vt Sacramentum idem ſit, quod ſacrum ſecretum, quod à Græcis myſterium appellatur. Sic libro Sapientiæ cap. 2. *Neſcierunt Sacramentum Dei*, & Paulus Apoſt. Epheſ. 1. *Vt notum faceret Sacramentum voluntatis ſuæ*, & idem 1. Corinth. 13. *Si nouerim myſteria omnia*, & alibi ſæpè concinit Matth. Apoſt. & Euang. cap. 13. dum inquit, *Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei*. Quibus ſic conſtitutis vox *Sacramentum* pro quo Græcè ſic habetur, Myſterium, non ſignificat hic ſignum ſenſibile rei ſacræ, ſed ipſam rem ſacram, & arcanam, ita vt Paulus vocet incarnationis articulum, Sacramentum, ſiuè myſterium magnum, idest ineffabile, incōpræhenſibile, quin etiam, vt ſuprà indicauimus, ipſum Dei verbum poſt Incarnationem, rectè myſterium, appellatur, & Sacramentum, & quemadmodum ſolet Chriſtus dici Virtus Dei, & Sapientia, redemptio noſtra, & propitiatio, cur ergo ſimili phraſi non dicetur myſterium, & magnum pietatis Sacramentum? nec ab hoc ſenſu aliena eſt Græcorum Patrum explanatio, dum aiunt Deum carne ſe aſpectabilem oſtendiſſe. Qua de re nonnulla egregia ſcribunt Athanaſius de Incarnat. verb. Dei, Cyrillus lib. de Incarnat. Vnigeniti. Leo Pōtif. ſerm. 3. de natal. Auguſt. epiſt. 49. q. 2. & alij. *Pietatis*, Græcè εὐσεβείας: idest Religionis Chriſtianæ Sacramentum, poteſt ex cōmuni hominum ſenſu ſic accipi *Pietatis* idest, miſericordiæ, tū quia piorum proprium, & certum inditium eſt, miſericordia, vnde in Scriptura ſacra pietas, pro clementia, & miſericordia ſumitur, ſic Eccleſiaſt. c. 44. *Illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt*, & lib. Eſther cap. 16. *Pietatem noſtram ſua crudelitate commaculant*, imò hoc modo pietas tribuitur Deo, vt quando dicitur, *Pius Pater, pius Saluator*, & lib. Eccleſ. cap. 2. *Quoniam pius, & miſericors eſt*, & lib. Paralip. 2. c. 30. *Pius enim, & clemens eſt Dominus*. Tum etiam, quia quamuis demus pietatem non diſtingui à Religione. Cum veriſſimum ſit, Deum omni opere bono coli, iuxta Diu. Auguſt. & Scripturæ phraſim, miſericordia Deo gratiſſimus erit cultus, iuxta illud,

Ambroſ. — Sacramentū multipliciter dicitur. — Suar. — Sap. 2. — Epheſ. 1. — 1. Cor. 13. — Matt. 13. — Athanaſ. — Cyrill. — Leo Pont. — Auguſt. — Eccleſ. c. 44. — Eſther. 16. — Eccleſ. c. 2. — 2. Paral. 30. — Auguſt.

Iacob. 1. lud, *Miſericordiam volo, & non ſacrificium*, & Diu. Iacobus ait cap. 1. *Religio munda, & immaculatam apud Deum, & Patrem hac eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum*, eſt ergo Incarnatio Verbi, ſummæ pietatis, id eſt miſericordiæ myſterium.

2 *Quod manifeſtatum eſt in carne*, magnificatum eſſe, & cognitum in carne fidei Chriſtianę myſteriũ, hoc eſt Deum hominem factũ, dictũ eſt ab Apoſtolo. Quomodo autem ea manifeſtatio facta fuerit, explicat Leo Papa epiſt. 13. Nam ex eo tempore oracula Prophetarũ illud præcedentia, quæ olim videbantur obſcura fidelibus, cęperunt eſſe firma de eius verba. *Sacramentum reconciliationis noſtræ ante tempora diſpoſitũ, nulla implebant figuræ, quia nondum ſuperuenerat Spiritus ſanctus in Virginem, nec virtus Altiſſimi obumbrauerat ei, vt & intra intemerata viſcera ædificante ſibi Sapientia domum, Verbum caro fieret, & forma Dei, & forma ſerui in vnum conueniente, perſonam, Creator temporum naſceretur in tempore, & per quem facta ſunt omnia, ipſe inter omnia gigneretur*, & idem ſerm. 6. de Natiuit. *Hodie verbum Dei carne apparuit veſtitum*, & quod nunquam fuit humanis oculis viſibile, cæpit etiam manibus eſſe tractabile. Quomodo autẽ tot Prophetiarum veritas cum ipſo euentu, *hoc eſt* cum pietatis Sacramento in carne manifeſtata, cõſentiant, multis proſequitur Magalianus in hunc locum D. Pauli. Mei inſtituti nõ eſt in his immorari, properemus ad alia.

Leo Papa.

Ibid.

Magalian.

3 *Iuſtificatum eſt in ſpiritu*. Quid ſit iuſtificatum eſſe in ſpiritu pietatis Sacramentum, ſiuè Chriſtum, ſic intelligunt antiqui Patres Chryſoſt. Cyrill. & Auguſtinus in hunc locum de Incarnat. Vnigen. cap. 2. & lib. 7. de recta fide ad Regin. in Enchirid. cap. 40. Ne quis in animum induceret per aſſumptam carnem Verbum Dei, vitia, & defectus carnis aſſumpſiſſe, addit Apoſtolus. *Quod iuſtificatum eſt in ſpiritu*. Quaſi dicat & ſi Filius Dei carnem noſtram aſſumpſit, carnis tamen vitia non aſſumpſit, fuit enim in momento Incarnationis ſtatim iuſtificatus, hoc eſt liber, & ab omni culpæ, quæ Filij Adam inquinantur, impuritate, immunis, ob abundãtem gratiam, qua præ filijs hominũ, fuit à Spiritu ſancto delibutus. Vel alio pacto adeò occultum, & incognitum permanſit hoc myſterium, donec vnigenitus Dei Filius carnem indutus, illud hominibus manifeſtum faceret, & Spiritus ſanctus ſuis (vt cum Scriptura ſacra loquar) magnalibus cõprobaret; & ſic poteſt eſſe alter ſenſus horum verborum. *Quod manifeſtatum eſt in carne, magnificatum eſt in ſpiritu*. Addam & tertium, qui an ſit appoſitus ad mentem Apoſtoli, ex his, quæ ſubijciemus poteſt dignoſci, Verbum (*Iuſtificari*) ſecundum ſacræ Scripturæ phraſim, ſæpè pro iuſto apparere, & comprobari, accipitur, eſt præclarus locus Iſaiæ c. 43. *Narra ſi quid habes, vt iuſtificeris*. Affer rationes, & firmamẽta tuæ cauſæ, vt te iuſtum probes, & iuſtus appareas, ita Septuaginta Interpretum antiquitas id confirmat, qui iuſtificandi Verbum ſic tranſtulerunt ... & quod legitur libro Iob cap. 13. *Scio ego quod iuſtus apparebo*, & B. Hieronymus, *Scio quod iuſtus inueniar*, in Hebræo eſt, *ſcio quod iuſtificabor*; ſed eſt vulgatus locus Dauid, Pſal. 50. *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*. Quorum verborum ille Genuinus videtur eſſe ſenſus, teſte Agellio noſtro, in eodem Pſalmo, & recentioribus. *Tibi ſoli peccaui, & c. vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*: Dico tibi ſoli peccaui, dico malum coram te feci,

Chryſoſt. Cyrill. Auguſt.

Iuſtificari ſecundũ ſacræ Scripturæ phraſi in quid ſignificet.

Iſai 43.

70. Interpr.

Iob 13. Hieron.

Pſal. 50.

Agell.

feci, confiteor me iniuſtum, *Vt*, non ſignificat hic cauſam, ſed conſecutionem, euẽtum, hoc eſt ex hac mea confeſſione id ſequetur, quod tu iuſtus appareas, & ab omnibus talis comproberis in ſermonibus tuis, quibus per Nathan Prophetam me adulterij, & homicidij reum eſſe pronunciaſti, *Et vincas cum iudicaris*, hoc eſt, ſi velis mecum iudicio contendere, ego cauſa caderem, & tu è iudicio, & diſceptatione, victor euaderes, & in hunc ſenſum citat hæc verba, idem Apoſtolus cum enim de præcipuis Dei muneribus in Iudæorum gentem collatis, ageret, ait, ad Roman. 3. *Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum, fidem Dei euacuabit? Abſit, eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*. His dictis illam quæſtionem infert. *Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus, numquid iniquus eſt Deus, qui infert iram?* Ex quibus B. Apoſtoli verbis intelligitur in præfatum ſenſum accepiſſe verbum illud, *Vt iuſtificeris*, quaſi dicat, cum propter Iudæorum peccata, tu Deus potuiſſes illos iuſtè priuare bonis, quæ promiſiſti, incredulitas tamen illorum, fidem tuam; ideſt fidelitatem tuam non euacuauit; adhuc enim voluiſti ſtare promiſſis, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*, vt iuſtitia tua, & fidelitas in ſermonibus tuis, & pactis emineat, & appareat, & ab omnibus iuſtus eſſe comproberis; & vincas cum iudicaris, ideſt quando illi, qui tibi non credunt, imò detrahunt, & inimici ſunt, tale factum percipient, profectò pro te ſententiam proferent, & dicent, iuſtus eſt hic Deus, qui ſua pacta ſeruat etiã his, à quibus iniuria poſt pacta, & promiſſiones, afficitur.

Ad Rom. 3.

Ad rem igitur noſtram reuertentes, ſatis appoſitè erit dictum, ſi aſſeramus, *Iuſtificatum in ſpiritu*, nihil aliud ſibi velle, quam hoc Incarnationis myſterium, ſiuè Chriſtum incarnatum (quod tantundem eſt) eſſe declaratum, comprobatum, iuſtum, ſanctum, talemq; hominem verè eſſe Filium Dei, ſignis, atque miraculis, quæ in eius fidem operatus eſt Spiritus ſanctus: huc ſpectant verba illa Chriſti, Ioan. 16. *Cum venerit ille*, ideſt, Spiritus ſanctus *arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio, de iuſtitia verò quia ad Patrem vado*; Quæ quidem ſic interpretantur homil. 77. Chryſoſtomus, & Euthymius, arguet, & conuincet mundum de mea iuſtitia, oſtendendo me eſſe innocentem, & iuſtum: *quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me*, ſcilicet in ignominia, & abiectione, ſi enim Iuſtus non eſſem, nõ talis ad Patrem adirem, vel (quod ferè idem ſonat. *De iuſtitia verò &c.* ideſt poſtquam mundus conuictus fuerit peccati, Spiritus ſancti operas eo quod fidem Chriſti non receperit, conuincetur de vera iuſtitia eiuſdem, ideſt neminem iuſtum eſſe poſſe vera iuſtitia, quæ apud Deum iuſtum facit, niſi per fidẽ Chriſti. Hic enim eſt, qui morte ſua nobis iuſtitiam comparauit, noſque reconciliauit Patri, deletoque peccato, in gratiam reſtituit, quam iuſtitiam per fidem communicat, in ſe credentibus. Iudicium ſit apud legentes de harum expoſitionum merito; vtraq; tamen ad rem noſtram eſt ſatis accommodata. Applaudit Diu. Paulus epiſt. ad Roman. cap. 1. vbi proſequens exponere Euangelij ſubiectum, inquit eſſe Chriſtum, *Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis*; hoc eſt qui declaratus, demonſtratus eſt Filius Dei cum in Græco habeatur ὁρισθέντος. *In virtute ſecundum ſpiritum*

Ioan. 16.

Chryſoſt. Euthym.

Ad Rom. cap. 1.

tum

tum ſanctificationis, ideſt potentia Spiritus ſancti, data, & communicata hominibus, & Apoſtolis per quã ſigna, & miracula efficaciſſima ediderũt, quibus illum, Filium eſſe Dei, demonſtrarunt, & comprobarunt. Ex his igitur abundè habetur illa verba, *Iuſtificatum in ſpiritu* poſſe optimè ita intelligi, demonſtratum, & cõprobatum iuſtum, teſtimonio Spiritus ſancti, ſignis, & miraculis, quæ illius dicuntur magnalia.

5 *Apparuit Angelis*, Auguſtinus Enchir. cap. 41. & 42. & Gregorius lib. 33. moral. cap. 4. non de beatis mentibus; ſed de Euangelij miniſtris, verba Pauli accipiũt, illi namque multa in dies cognouerunt, quibus hoc myſterium, mirum in modum illuſtraretur, ſed non eſt cur ad myſticos, vel metaphoricos ſenſus confugiamus, cum verè Angelis, beatis illis mentibus apparuerit, quæ poſito hoc myſterio, mira quædam in illo, noua quadam cognitionis ratione, præſenti a, ſpectarunt, & quod olim Deo reuelante cognouerant, mox veluti præſenti intuitu, conſpexerunt, & hoc eſt quod Auguſtinus ait lib. 5. de Geneſ. ad literam cap. 19. Quod autem non in Deo tantum innoteſcit Angelis, quod abſconditum eſt; verum etiam hic eis apparet cum efficitur, atque propalatur idem Apoſt. teſtis eſt, cum ait. *Apparuit Angelis*, non ergo dicitur apparere Angelis, quia prius ab eis ignoraretur, ſed quia non videbatur, vt in ſe factũ ita etiã D. Thom. 1. par. quæſt. 117. art. 2. ad 1. inquit prędicãtibus Apoſtolis multa innotuiſſe Angelis, nõ quia propriè ab Apoſtolis docerentur, aut illuminarentur, ſed quia per prędicationem Apoſtolorum, aliqua myſteria explicabantur in rebus ipſis, quæ ipſis Angelis videntibus, fiebãt. poſſimus etiam ſatis appoſitè interprætari hæc verba, ſi per apparitionem, ſiuè cognitionem aduenientem Angelis, intelligamus quo ad multas circumſtantias, effectus, fructus, per hoc myſterium futura, quæ quidem omnia Deus illis in Beatã viſionẽ à principio non reuelauit. Hæc enim poſt verbi incarnati myſterium, ex Euãgelij prędicatione, ex B. Virginis magiſterio, ex Apoſtolorum pręſertim Pauli doctrina, cognouerunt; iuxta illud eiuſque Apoſtoli dicentis ad Epheſ. 3. *Mihi autem omnium Sanctorum minimo, data eſt gratia hæc in in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſeculis à Deo, qui omnia creauit*, moxq; ſubijcit; *vt innoteſcat Principatibus, & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multi formis Sapientia Dei ſecundum præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro*. Et licet Ambroſ. hic per hæc verba malos Angelos intelligat; non eſt tamen veriſimile tum quia non eſt vlla ratio accipiendi illa verba in peiorem partem, tum etiam quia Paulus addit particulam, *in Cœleſtibus*, per quam ſolet bonos à malis diſtinguere ſicut in eadem Epiſtola dixerat cap. 1. *Conſtituens eum ad dexteram in cęleſtibus ſuper omnem Principatum, & poteſtatem*, & è contrario ibidem malum Angelum cum addito vocat, cap. 2. *Principem poteſtatis aeris huius*, tum maximè quia Paulus non prædicabat, vt dęmomones illuminaret. D. Thom. 1. p. quæſt. 57. art. 5. ſic explicat, *Vt innoteſcat Poteſtatibus* non abſolutè, ſed per viſionem, & experientiam, quaſi dicat, vt videãt, quod enim Angeli ante per reuelationem ſciebant futurum, hoc in Eccleſia viderunt fieri cum res facta, & geſta eſt. Hæc ille verum tunc dixiſſet Apoſtolus, vt videant, vel vt appareat Angelis, quemadmodum

Auguſt. Gregorius.

Myſterium Incarnationis, quomodo innotuit Angelis per prędicationẽ Apoſtolorum.

Thom.

Epheſ. 3.

Ambroſ.

D. Pau. c. 1.

Ibid. cap. 2.

Thom.

dum hoc loco quem præmanibus habemus, non (vt innoteſcat) nam innoteſcere dicitur, cum notum ſit, quod antea erat ignotum, vnde, & Apoſtolus verbo præcedenti dixit, myſterium hoc antea fuiſſe abſconditum in Deo, ergo latebat Angelos. Verior, & magis communis expoſitio eſt, vt eo loco Apoſtolus per Principatus, & Poteſtates bonos Angelos intellexerit, quemadmodum ſentiunt Chryſoſtomus, Hieronymus, Origenes, & ferè omnes latebat autem Angelos hoc myſterium, non quò ad ſubſtantiam, & vnionem illam hypoſtaticã inter naturam diuinam, & humanam in perſona verbi; huius enim, iuxta veriorem ſentẽtiam habuerunt fidem in via, & cum clara viſio reſpõdeat cognitioni obſcuræ, hoc ipſum à principio ſuæ beatitudinis, cognouerunt in verbo; ſed latebant ipſos quædam circumſtãtiæ, partes, effectus, cauſę, modi, huius myſterij, quę quidẽ omnia poſtmodũ cognouerunt ex Euangelij prædicatione, ex Apoſtolorũ, præſertim Pauli doctrina, & ſi attentè verba Pauli conſiderentur, hunc ſenſum planè referunt, non enim dicit, *Mihi datum eſt prædicare myſterium Incarnationis; ſed inueſtigabiles, ideſt imperueſtigabiles diuitias Chriſti*, vtiq; in gentibus, & prædeſtinatis effundendas, & hęc eſt, vt ſubdit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis; vtique quò ad hunc fructum, & communicationem theſaurorũ eius, & hæc etiam eſt, *multiformis ſapientia Dei*, quæ Angelis innotuit in ſuis effectibus, vel cum in re ipſa, per Eccleſiam, & miniſtros eius, executioni eſt mandata. Applaudit Chryſoſtomus, qui in eundẽ locum diſertè docet, Angelos omnes ignoraſſe inueſtigabiles diuitias Chriſti, quo ad gentium vocationem, quibus prædicandæ, & in quibus multiplicandæ erant; & fieri quidem potuit, vt hoc Angeli, vel omnes, vel plures ignorauerint: nam hoc ad circumſtantias, & effectus myſterij pertinet, quod autem non ignorauerint illius ſubſtantiam non minus clarè docet idem Chryſoſtomus dicens, *Myſterium propterea vocat, quoniam neque Angeli cognoſcebant, neque cuiquam alteri notum erat, & illuminem quoſuis, vt ſciant, quæ ſit diſpenſatio myſterij à ſæculis abſconditi in Deo, qui condidit vniuerſa per Ieſum Chriſtum, hoc ſolum ſciebant Angeli, quod portio Domini populus eius*, & ita intelligendi ſunt, Bernardus homil. 1. in Miſſus eſt, & Ambroſius lib. 1. in Luc. cap. 1. ille dũ ait. *Nulli Beatorum ſpirituum, Deum antequam Virgini, ſuum reuelaſſe conſilium, excepto dumtaxat Archangelo Gabriele*, Hic vero circa illa verba, *Quomodo fiat iſtud?* dicens *Mariam meritò interrogaſſe, quia non erat facilè ſcire myſterium abſconditum à ſæculis in Deo, quod nec ſuperiores poteſtates ſcire potuerunt*: vt intelligantur nõ de myſterij ignorantia, quo ad eius ſubſtantiam; ſed circunſtantiarum, quemadmodum Bernardus epiſt. 77. ad Vgonem ipſe explicauit, quatuor enumerans, quo tempore, quo loco, ex qua matre, & quomodo exequutioni mandandum eſſet tale myſterium, ſub qua vltima circumſtantia varij modi poſſunt compræhendi. An humanitas denuò creanda eſſet, vt aſſumeretur, vel ex ſubſtantia alia formanda, quod ſi hoc poſteriori modo, an ex fœmina per veram conceptionem, vel alio modo, ſicut formata fuit Eua ex coſta Adæ; rurſus ſi ex fęmina, an Spiritusſanctus opera, vel alio modo, & his ſimilia; quæ ad circumſtantias pertinent, non ad ſubſtantiam. Hæc potuerunt latere illas beatas mẽtes, excepto dumtaxat, Gabriele, qui fuit huius myſterij Nuntius Miſſus à Deo, ad B. Virginem.

Chryſoſt. Hieron. Origen.

Latebat Angelis hoc incarnationis myſterium ante prædicationem Euangelij, non quòad ſubſtantiã, ſed quòad quaſdam circũſtantias.

Chryſoſt.

Archãgelus Gabriel pro oĩbus alijs Angelis magis inſtructus de Incarnationis myſterio. Chryſoſt.

Bernard. Ambroſ.

Bernard.

Dionyſ. Areopag. ginẽ; & pro hac ſententia locutum fuiſſe Dionyſium Areopagitam de diuin.nomin.cap.2. ſatis probabile ſit, ſi ponderentur eius verba; nam cum dixiſſet, *Ieſu diuina, ex natura noſtra fictio, nec vlla ratione explicari poteſt, & menti omni eſt incognita etiam primo Angelo*, ſubdit *atque eum quidem viri figuram, naturamque aſſumpſiſſe accepimus; ſed ignoratur quomodo ex Virginis ſanguine alia lege, quam quæ à Natura præſcribitur, formatus, fictuſque ſit*. Hoc autem ad circumſtantiam myſterij, non ad ipſius ſubſtantiam pertinet. Verum hæc alibi ſunt vberius tractanda.

6 Ineffabilitas probatur huius myſterij ex verbis Apoſtoli. Illud non prætereibo ex ijſdem verbis, *apparuit Angelis*, nõ obſcurè colligi ineffabilitatem huius myſterij, ſic enim indicat Apoſtolus, tantam illius eſſe celſitudinem, vt cum omnem naturæ ambitum, omnemque Angelicæ etiam mentis vim, captumque excelleret, neceſſe fuit, vt ipſum illis vltrò appareret in via per fidem, in Patria per viſionem beatificam; quod neque eorum volatus ad illud aſcendere, neque aſpectus, in idem contendere poſſet, adeò vt communis, ac verior Theologorum ſit ſententia, quod etiam ſi digna huius myſterij cognitio qualitercumque ijs innotuiſſe, ſi naturaliter tantum mentis ſuæ viribus, in illud ferrentur, in tantæ abyſſi profundo, cogitationem veluti pedem ſiſtere, greſſumque figere, nullatenus potuiſſent; tantique miraculi difficultate obruti, illud pro impoſſibili habuiſſent, neque in hanc mentem vnquam incidiſſent, vt duo hæc extrema, naturam, ſcilicet diuinam, & humanam in vnam coalere perſonam iudicarent, *apparuit ergo Angelis*.

7 Sequitur *prædicatum eſt in gentibus*, ſenſus patet, nam myſterium incarnationis, & Crucis Chriſti non ſolum Iudeis, quibus peculialiter Meſſias promiſſus eſt, ſed etiam gẽtibus prædicatum fuiſſe, quæ ſine Deo, tãquam iumenta erant rationis experta; teſtatur Lucas in actis Apoſtolorum, & Paulus in ſuis Epiſtolis non ſemel, imò ſe deſtinatum à Deo cur gentium magiſterium apertè, & quaſi gloriabundus profitetur, idque olim fuerat multis oraculis non obſcurè ſignificatum, quæ fructum incarnationis potiſſimum ad gentes pertinere ſignificabant, allegatque Paulus illud inter cętera vaticinium Iſaiæ clariſſimum in hunc modum Iudeos alloquens act.13. *Vobis opportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes, ſic enim præcepit nobis Dominus* Act. 13.
Iſai.49. *poſui te in lucem gentium, vt ſis in ſalutem, vſque ad extremum terræ*. Iſai. 49. Mira Dei bonitas, quod non ſolum Iudæis, quibus promiſſus erat Meſſias, ſed ipſis reclamantibus, omnibus gentibus quantumuis impuris, barbaris, idolatris, & ſceleratis, Chriſti myſterium, & eius iuſtitiæ prædicata fuit. *Prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo*. Duplicem ſenſum admittunt hæc verba, habita eſt huic myſterio fides, & perſuaſum eſt in Mundo hominibus, quod iuxta Philoſophiæ, & naturæ leges videbatur impoſſibile, vel commiſſum eſt hoc myſterium in Mundo, data Apoſtolis Epiſcopis, & Sacerdotibus alijs, legitimè approbatis, prędicandi auctoritatẽ; ſed planior eſt prior ſenſus, quem ſequitur Chryſoſtomus, & Theodoretus, qui ait non ſolum prædicatus eſt, ſed etiam creditus, & vt Deus ab his, qui crediderunt adoratur. Chryſoſt. Theodor.
His cõſentiunt Oecumenius Theofilatus, & quæ ſcribit lib.29. moral. cap.3. Gregorius, & paſſim recentiores omnes in hunc locum Pauli, & verè hoc tanquam mirum Occumen. Theophyl. Gregorius.

rumcelebratur ab Apoſtolo totum mundum credere in Chriſtum hominem Crucifixum, ipſumque à credentibus, vt Deum adorari, ac ab eodem gratiam, & ſalutem ſperare.

8 Magna, & admiranda veritatis vis in hoc tam ſublimi myſterio; quod cum nihil omninò, vel ſenſu delectabile, ac iucundum, vel intellectu blandum in ſe contineat, quinimo tam magnam, & difficilem mentis deditionem, ac ſubiectionem exigat, cæcoſque, ac ſuſpenſos ab omni ſenſibilis experimenti iudicio oculos, intellectumq; ab omni rationis innatę ductu reuocatum, ac retentum, orbem nihilominus peruadens vniuerſum, debellauerit, fidemque extorſerit *creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.* Hoc eſt declarante ſi quidem verbo incarnato hoc ænigma obſcuriſſimum, & Spiritu Sancto eius declarationem comprobante, quod manifeſtatum eſt in carne iuſtificatum in Spiritu, confeſtim mundus illi, deditione facta; credidit, & fide captus, atque conſtrictus, in triumphum ductus, quæ huius myſterij ſũma eſt gloria. Chryſoſtom. Theophilatus, Theodoretus, & Oecumenius de Chriſto Domino in Cęlum aſcendente particulam hanc intelligũt, cum Chriſtus, ſiue Deus homo glorioſè cum Angelis, & Sãctis omnibus, tam in corpore, quam in anima triumphans aſcendit in Cęlum; quibus cõſenſit Anſelmus, qui putat hoc addi quaſi cauſam, cur creditum ſit ei in Mundo, quia ſcilicet in Cœlis à dextris Dei ſedet, indeque quaſi Doctor efficax, & omnipotens, veritatem mundo perſuadet, vt omnes credãt in eum, Poteſt etiam cum Heſſelio ſic intelligi, Chriſtus aſſumptus, ideſt receptus eſt à Mundo tanquam in gloria Patris exiſtens, vt verus Deus, cui omnis debetur gloria, quem proindè totus Mundus glorificat, quæ expoſitio parum differt à prima. iudicium ſit tamen legentium vtra nam harum ad mentem Pauli ſit magis accomoda. Nos properamus ad alia.

Mirum, q fides huius myſterij mundũ ſubiugauerit

Chryſoſt. Theophyl. Theodor. Oecumen.

Anſelm.

Heſſelio.

An ſit magnum hoc Sacramentum comparatum cum incompræhenſibili myſterio Sãctiſſimæ Trinitatis. Cap. 2.

Acceptо iam ſenſu verborum Pauli. Reliquum eſt, vt ſtemus promiſſis, vberius, & enucleatius de hoc ineffabili Incarnationis Myſterio diſſerendo, & primum omnium eſt oſtendendum, quomodo hoc ænigma ſit magnum; quod quidem queri poteſt, aut ſimpliciter, aut comparatè, ſimpliciter monſtrando, quot inuoluit mirabilia omnem creatæ mentis captum ſuperantia. comparatè verò ad illud potiſſimum relatum myſterium, quod omnium catholicorum ſententia, eſt fidei noſtræ ſummè incompræhenſibile, ſanctiſſimæ ſcilicet, & indiuiduæ Trinitatis Sacramentum, & hoc poſterius eſt in animo primo loco aggredi, nam ſi incarnationis myſterium, compoſitũ Deo trino, & vno, erit magnum, cui dubium quod tale ſit etiam habendum ſimpliciter? Egregium conamur facinus, & arduum (fateor) ſed an res optimè ſuccedat, quas mox dabo inter vtrumq; proportiones, declarabunt. In Auguſtiſſimo Trinitatis Myſterio verbum procedit increatum, in hoc ineffabili incarnationis Sacramento, idem procedit incarnatum, ibi ad intra (vt cum Theologis loquar) tres perſonæ inter ſe habent vnam, & eandem numero 1

Proportiones inter hoc myſterium, & illud Sãctiſſimæ Trinitatis.

mero eſſentiam communem; hic (ad extra) vna prorſus perſona duabus eſt communis naturis, ibi Pater Filius, & Spiritus Sanctus ſunt vnus Deus, hic Deus, & homo ſunt vnus, & idem Christus, neuè (vt hic deſideretur ſuus ternarius) Deus corpus, & anima ſunt vnus Christus; ibi, eminentia identitatis cum diſtinctione; tanquam propria excellentia Trinitatis, magno ſtudio notatur à Patribus. Iacobus frater Domini ait, in liturgia ſub initium. *Luci diuinitatis, quæ ſingulariter eſt in Trinitate, & quæ ſine diuiſione diuiditur* Gregorius Nyſſenus lib. de differentiæ eſſentiæ, & hypoſtaſum paulo poſt medium, inquit. *Et coniunctum, & ſeparatum, atque diſcretum dicimus, & quodam quaſi per ænigma excogitamus nouum, & à cōmuni ſenſu, & opinione abhorrens, tum diſcrimen coniunctum, tum diſcretam coniunctionem, Baſilius tanquam in ænigmate nouam quandam inſolitam coniunctam diſcretionem, & diſcretam coniunctionem conſtruimus* Sophronius Patriarca Conſtantinop. Epiſt. 43. ad Gregor. Nyſſen. ſtatim à medio, *Indiuiſibilem*, inquit, *habet diuiſionem, & inconfuſam gerit diſtinctionem*, Hierotheus apud Dionyſium, in 6. Synod. artic. 11. Epiſt. profeſſ. fidei col. 2. *In diuinis*, inquit, *rebus coniunctiones, diuiſiones, & vincunt, & antecedunt, nec minus tamen coniunctę ſunt, etiam poſt vnius non abeuntem ſingularemque diuiſionem; has nos communes coniunctaſque totius diuinitatis coniunctiones, &c.* Quibus ſimilia Dionyſius dixerat de diuin. nominib. c. 2. in fin. Greg. Nazianz. orat. 38. in Christi Natiuit. ad fin. nu. 16. diuina ſuppoſita appellat, *vnum diuiſim exiſtentia, & coniunctim diuiſa, & idem diſtinguitur indiſtinctim, vt ſic loquar, & diſtinctim connectitur*, Anaſtaſius Synaita orat. 39. in ſācta lumina propè medium, Trinitatem vocat, *admirabili prorſus vnione ſimul, & diuiſione ſubſiſtentem*, magno igitur ſtudio notatur à Patribus tanquam propria Trinitatis excellentia, eminentia identitatis cum diſtinctione; At illā æmulatur incarnationis myſterium, idq; admirās exclamat Bernard. *nihil enim Deo ſublimius, nihil vilius limo, & tamen tanta dignatione deſcendit Deus in limum, tantaq; dignitate limus aſcendit in Deum, vt quicquid fecit Deus, limus feciſſe credatur, quicquid limus pertulit, Deus pertuliſſe dicatur tam ineffabili, quam inconuertibili Sacramento.* Quod ſi de illo arcano Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterio, ob identitatis eminentiam ſimul cum diſtinctione, inaudita in omni philoſophia affirmātur, & prædicātur à Patribus, & ſcholaſticis, quod ſcilicet relationes diuinæ; ſint idem re omninò cum eſſentia diuina, & non ſint idem inter ſe; ſed diſtinctæ realiter, oppoſitæ, non tamen differentes, diſtinctæ, ſed non diuerſæ, diſcretæ; ſed non ſeparatę, imò per circuminſeſſionem ſemper coniunctæ, & inſeparabiles, ac in ſe inuicem exiſtentes.

In liturgia ſub initiū.

Greg Nyſ.

Baſilius.

Greg. Nyſſ. Sophron. Patriarcha Conſtant.

Hierotheus

Dionyſ. Areopag.

Greg. Naz.

Anaſtaſ. Synaita.

Vide Bonauent. in opuſc. co. 2. num. 610. col. 1. qui refert hæc verba Bernard.

Paradoxa quæ affirmātur de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis.

Item Pater quia generat dicitur Pater, niſi enim generaret, non eſſet Pater, & tamen niſi eſſet Pater, non eſſet perſona diſtincta à filio, nec illum generare potens, ita vt vtrumlibet de prima perſona ratione paternitatis dici poſſit, eſt Pater quia generat, & generat quia eſt Pater, nec prius potentia generare, quam generet, nec prius extitit, quā potuit, imò nec prius Deus, quam Pater, & genitor. Qui generat alium à ſe ipſo, & Deum, ſed nō alium Deum, neq; ſe ipſum Deum, ſed eundem Deum, filium ſcilicet eādem numero, per generationem, diuinam naturam accipiens, cumq; à Patre ſit, nam eſt perſona pro-

ducta, totumque eſſe per productionem accipiens; tamen eſt à ſe, nam cum ſit idem Deus conſequenter ens neceſſarium, à ſe habens eſſe, & alia dicuntur ſuperantia omnem creatæ mentis captum, de quibus latius in noſtro Opuſculo de Trinitate. Sed ſi paradoxa videntur hæc, non minora affirmantur de illa mirabili vnione extremorum in hoc ineffabili Incarnationis myſterio, audi diſcrimina coniuncta, & diſcreras coniunctiones, in Chriſto inquit Greg. Naziãz. in epiſt. ad Dydimũ quẽ ſequitur D. Tho. 3. par. q. 2. art. 3. ad 1. eſſe aliud, & non tamen alium, & alium, illud enim prius ſignificat diſtinctionem naturarum, & eſſentiarum, hoc vero ſuppoſitorũ, quod ſi mirabile prædicamus Trinitatis myſterium ob illud etiã, quod ibi ſit alius, & alius, nõ tamen aliud, & aliud, ob ſummam identitatem naturæ cum diſtinctione perſonarũ hic credimus oppoſitum, nõ minus admirandum, eſſe ſcilicet aliud, & aliud, non tamen alium, & alium, infinitam ſcilicet extremorum diſtantiam, & differentiam, in eiuſdem tamen vnitate perſonæ: hinc conſequẽter dicimus, Chriſtus inquãtum homo, toto Cœlo differt à Deo, & tamen non eſt alius ab ipſo Deo, quia quamuis natura eius humana, infinito diſtat interuallo à Natura Diuina, eius tamen perſona non eſt creata, ſed increata, ſubſiſtens non ſolum in natura humana, ſed diuina, quæ non eſt alia ab ipſo Deo. Rurſus terminus reſultans ex hac vnione, ideſt compoſitum ex perſona increata, & natura creata, eſt quid creatum, non tamen productum ex nihilo, quod in tota Philoſophia nunquam eſt auditum, nam extra hoc myſteriũ, omne quod eſt creatum infallibili conſecutione infertur eſſe ex nihilo, in hoc tamen myſterio, illud cernitur inuſitatum, & ſingulare, quod detur ens factum, dependens, & creatum, tametſi non omnino ex nihilo fiat, nam in eius conſtitutionem, & compoſitionem ipſe ingreditur Deus; ad quam doctrinam appoſitè dicimus, Chriſtum nõ eſſe creaturã ſi hæc vox (creatio) productionem ſignificat ex nihilo, ſi verò rem ſignificet in tempore per aliquam actionem productam, verè, & propriè poteſt dici talis. Quia tamen hæc vox, creatura, ambigua eſt, & ſuſpitionem ingerere poteſt erroris, niſi cum ſufficienti dicatur expoſitione, ſeu determinatione, vſurpanda non eſt, ne videamur cum Arrianis ſentire. Ad hæc quamuis in ſenſu proprio, & Catholico nuper explicato, Chriſtus poſſit dici creatura, neque à Diu. Thom. ſententia, id videtur alienum, nunquam eſt concedenda illa propoſitio *Chriſtus incipit eſſe*, & licet demus hanc alteram, *Chriſtus incipit eſſe Chriſtus*, eſſe veram, illa tamen prior tanquam falſa, eſt reijcienda, ſecundum veriorem ſententiam, nam vt Chriſtus ſit, & dicatur creatura, non oportet, vt aliquando non fuerit, ſed vt aliquãdò non fuerit Chriſtus, neque vt inceperit eſſe ſimpliciter, ſed vt inceperit eſſe Chriſtus; At illa propoſitio *Chriſtus incipit eſſe*, licèt affirmatiua videatur, teſte D. Thom. 3. par. q. 16. artic. 9. includit aliam negatiuam *Chriſtus aliquando non fuit*, hoc autem eſt tàm falſum, quàm verũ eius contradictorium, quod eſt de fide, qua proponitur credendum, Chriſtũ fuiſſe ſemper, atq; eſſe æternum, iuxta illud Ioan. c. 8. *Antequã Abrahã fieret ego ſum*. Et D. Pauli Hebr. 13. *Chriſtus heri, & hodie, ipſe, & in ſæcula*.

2 Vide quot ænigmata in hoc Incarnationis myſterio continentur. Magnum proculdubio Sacramentum, quod cum arcano Sanctiſſimæ Trini-

Non minora prædicantur de Incarnationis myſterio.

Greg. Naz. Thom.

Creatio quot modis dicatur.

Suar. in 3. p. to. 1 diſp. 7. ſect. 3.

Thom. Suar. to. 1. in 3. par. in art. 8. q. 16.

Chriſtus an dicẽdus ſit creatura, & quod incipiat eſſe.

Thom.

Ioan 8. Hebr. 13.

Trinitatis de incomprehenſibilitate contendit.

Alia mirabilia circa modũ loquẽdi in hoc myſterio.

3 En alia mirabilia, verè dicimus, Deum eſſe ſuam deitatẽ, & tamen quamuis ob communicationẽ idiomatum Catholicè affirmamus Deũ eſſe paſſum, tamen deitatẽ eſſe paſſam, negant qui ſanè ſentiunt, licèt enim Deus dicatur ſua deitas per ſummam identitatem, tamen Deus dicitur homo, & paſſus, quia humanitati eſt vnitus per modũ ſuppoſiti, quod in modo, & ratione ſignificandi per naturam diuinam ita abſolutè prolatam minimè habetur, quod ſi canat Eccleſia, *Mors mortua tunc eſt, quando mortua vita fuit*, tribuatque paſſionem vitæ, & diuinitati in abſtracto, metaphorica dicenda eſt locutio, nomine enim vitæ ſignificatũ eſt verbum ipſum, ſeu Deus. Quod ſi Fulgẽtius q. 2. ad Ferdin. Diacon. conſulto defendit hanc concluſionem, *Deitas eſt paſſa*, quia deitas eſt Deus, intelligendus eſt locutus eſſe in ſenſu identico, cum ſemper addat aliquam determinationem, ſcilicet diuinitas ſecundum carnem paſſa eſt, alioquin illa propoſitio, *Deitas eſt paſſa* in rigore non eſt admittẽda.

Fulgentius.

Mirabiliora ſum dicturus, & tamẽ vera, hæ propoſitiones hic Deus eſt homo, & hic homo eſt Deus, veriſſimæ ſunt propter cõmunicationem idiomatum, tamen, quãuis hęc alia, *Hic Deus factus eſt homo*, pari polleat veritate, cum fide Catholica ſit amplectenda, iuxta illud Pauli ad Roman. 1. *Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem*, & in Symbolo, *& Homo factus eſt*. Falſiſſimè vero eſt ſua conuerrens, *Hic Homo factus eſt*, Deus, quia, vt inquit D. Tho. 3. par. q. 16. art. 6. & 7. hic homo in huiuſmodi propoſitione ſupponit perſonalitatem, de nulla autem perſona ſubſiſtente in humana natura verè dici poteſt factum eſſe *Deum verum*; de quo nunc loquimur niſi de perſona Chriſti, at hæc non eſt facta Deus, ſed per ſe, & eſſentialiter eſt Deus: & explicatur magis; nam per illam propoſitionem ſignificatur hunc hominem ſupponi illi actioni per quam talis homo ſit Deus, quemadmodum dicimus Petrum factum eſſe calidum, iam intelligimus Petrum perſiſtere tanquam caliditatis ſubiectum, hoc autem repugnat veritati huius myſterij, ſicut igitur falsò aſſerimus, calidum factum eſſe Petrum, ita veritati eſt contrarium dicere, *Hic homo factus eſt Deus*; quamuis de fide ſit ſua oppoſita, *Hic Deus factus eſt homo*: ò magnum, & admirabile Sacramentum: Adde illud quod etiam admiratione eſt valdè dignũ, quamuis Chriſtus, & Verbum ſit vniuocè homo, cũ Petro, & alijs hominibus, Petrus tamen dicitur homo non humanatus, at verbum Patris verè dicitur vtrumque, & homo, & humanatus, ſicut dicitur caro, & incarnatus, cuius ea videtur ratio, quia cum in Chriſto ſuppoſitum, quod eſt homo non conſtituatur ſimpliciter in ſuo eſſe per humanitatem, ſed ſupponitur iam conſtitutum, per que humanitatem ſibi vnitam, conſtituatur in eſſe hominis, non ſolum dicitur talis abſolutè; ſed etiam denominatiuè, ſicque non tantum homo, ſed etiã humanatus verè affirmatur; quamuis Petrus eiuſdem ſpeciei cũ illo verè, & propriè dicatur homo, humanatus nequaquam; Creſcit admiratio; nam hic Deus non ſolùm verè dicatur homo; ſed ob communicationem idiomatum, mortalis, paſſibilis, imò mortuus, & crucifixus, tamen mutabilis, vel mutatus, quamuis hoc indè ſequatur neceſſariò, non eſt abſolutè ſine vlla explicatione dicendus; huiuſque diſcriminis illa ſufficiens poteſt afferri ratio, quia quædam ſunt prædicata creaturarum, quæ per ſe ſtatim in-

Rom. 1.

Thom.

Verbũ Patris nõ ſolũ dicitur homo, ſed humanatum.

Suar. to. 1. in 3. p. diſt. 3. ſect. 4.

Deus poſt Incarnatione dicitur mortalis, paſſibili, non tamen abſq; addito dicẽdus eſt mutabilis, vel mutatus.

dicant dici de Chriſto, & verbo, ratione humanæ naturę, de quibus inter nos, & hæreticos nulla eſt controuerſia, vt eſſe mortalem, paſſibilem, &c. Hæc autem abſolutè poſſunt de hoc Deo prædicari, ſine ſuſpectionis errore: Quædam verò alia ſunt ambigua, & propterea diſtinguenda, ne videatur Deus in ſe ipſo hęc pati, vt eſſe mutabilem, finitum, minorem patre, quę licèt propriè, & iuxta orationis rigorẽ, de Deo dici poſſunt ratione humanitatis aſſumptæ, quia tamen illum poſſunt facere ſenſum, Deum in ſe ipſo eſſe mutatum, ratione huius myſterij, quod prorſus falſum eſſe probant Patres contra hæreticos; ideò quamuis abſolutè dicatur Deus mortalis, imò mortuus, & crucifixus, tamen quod indè neceſſariò ſequitur, Deus eſt mutabilis, mutatus non eſt ſimpliciter pronunciandum; ſed cautè cum ſufficiẽti determinatione ob rationẽ dictam *O ineffabile myſterium* tãtumque ſuperans, omnem dicendi, & ſcribendi copiam, vt ſi congerãtur, quæ de eo canit Eccleſia, ſcribunt Patres, docent Scholaſtici, Paradoxorum libellus confici poſſet; dabo pauca ex multis. *Chriſte Redemptor omnium ex Patre Patris vnice, ſolus ante principium, natus ineffabiliter*, Et tamen de eodem dictum, *Memento ſalutis autor, quod noſtri quondam corporis, naſcendo formam ſumpſeris, trinam regentem machinam, clauſtrum Mariæ baiulat, qui te creauit prouide, lactaſti ſacro vbere, paruoque lacte paſtus eſt, per quẽ nec ales exurit; Beatus Autor ſeculi ſeruile corpus induit, quo carne carnis conditor, ſuſpenſus eſt patibulo, Dux vitæ mortuus regnat viuus*. Accinit D. Paul. 1. Corint. 2. dicẽs: *Si cognouiſſent nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*, & idem Act. 20. *poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo*, Nonne poetarum, & pictorum portenta viderentur hæc; & fictiones diceret, mendaciaque, naturæ repugnantia omnis creata mens; niſi ſuperioris luminis ductu, proſpiceret hęc eadẽ eſſe veritates infallibiles.

Suar. t. 1. in 3. p. diſp 32 ſect. 4. in fi. & diſp. 3. in ar. 8. circa fin.

Paradoxa quæ enunciat Eccleſia de Deo incarnato.

1. Cor. 2.

Act. 20.

Paradoxa quæ ſcribũt Patres.

4 Audiuimus quæ canit Eccleſia videamus an conſona ſcribant Patres, Leo Papa, ſerm. 5. Pentecoſt. *Si homo, inquit, ad imaginem Dei factus, legem Dei ſeruaſſet, Creator omnium creatura non fieret* Gregor. Nazianz. orat. 34. *O nouam mixtionem, & admirandam temperationem, qui eſt fit, & qui non eſt creatus, creatur*, Auguſtinus de fide, & ſymbol. c. 4. *Quando verbum caro factum eſt, eadem Sapientia, quæ de Deo genita eſt, dignata eſt in hominibus creari*; & idẽ epiſt. 57. lib. 4. de Trinit. c. 19. *Quod ad verbum attinet Creator eſt Chriſtus, quod verò ad hominem creatura eſt Chriſtus*, & rurſus ſerm. 16. de tempore ſerm. 25. & 27. inquit, *Factum quippè creaturam, per quem facta eſt omnis creatura, omnem creaturam teſtem habere oportebat, & ſimilia*, docuit ſæpè, *propter nos creatus eſt Creator, creatur ex matre quam creauit, Creator Cæli, creatus ſub Cælo*, ferè eadem habet Fulgentius de fide ad Petr. cap. 2. & 45. & lib. de incarnat. c. 2. quamuis hic determinationem addat, Ambroſius lib. 3. de fid. c. 3. & lib. 4. c. 5. & 19. lib. 3. de fide, cap. 4. eundem dicit, *Creatum eſſe ex Virgine*, creatum ex homine, creatũ ad cauſam, qui eſt generatus ante ſæcula, Gregorius Papa lib. 5. moral. c. 25. *Redemptor noſter, quia diuinitatis ſtatus capi ab humana mente non potuit, hunc ſe nobis ad nos veniens, creatus, natus, mortuus, quaſi tranſeundo monſtrauit*, Afferam nouiſſimè Hieronymum, qui in illa verba Pauli, Epheſ. 2. *Ipſius enim factura ſumus*, et illa Iſaiæ cap. 45. *Ego Dominus creaui eum*, nos inquit, *liberè proclamamus non eſſe periculum, illum dicere creaturam, nam creari in*

Leo Papa.

Greg. Naz.

Auguſt.

Fulgent.

Ambroſius.

Greg. Papa

Epheſ. 2.
Iſai. c. 45.

Scriptu-

Scriptura interdũ ſignificat fieri, quod non erat, interdum id quod erat transferri in aliud eſſe, vt Pſalm. 50. *Cor mundum crea in me Deus*, & ad Epheſ. 2. *creati in operibus bonis*, quam doctrinam videtur ex Hylario 12. de Trinit. circa fin. ſumpſiſſe, qui dicit Chriſtum eſſe facturam, vel creaturam, de ipſo intelligens illa verba verba Pauli Epheſ. 4. *Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt*, De quo etiam dicitur Rom. 13. *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum*. Cõſentiunt Scholaſtici, qui de hoc Deo prædicata affirmant, quæ ſunt oppoſita, vt eſſe corporeum, & incorporeum, mortalem, & immortalẽ, finitum, & infinitum, quę videntur contradictoria, & vnum inuoluere priuationem alterius, vndè ſunt, qui exiſtimant non ſine additione eſſe prædicanda; huiuſmodi tamen locutiones ſimpliciter in Concilijs ſunt vſitatæ, vt in Chalcedonenſi, vbi citatur Nazianzen. in 6. Synodo, & in Leone Papa, reperiuntur, & alijs Patribus ſupra relatis. Quare quamplures Scholaſticorũ frequenter tribuunt Chriſto abſq; vlla alia explicatione hæc prędicata oppoſita, moſq; inualuit apud ipſos, vt de ineffabili Sacramento, ineffabilia inoffenſò pede dicantur, quemadmodum ſunt, & illa ad initium huius capitis à nobis relata, quæ omnia ſunt è Scholaſticorum ſchola deprompta; innumera huius generis poſſent afferri, ſed ſatis nobis iſta ſint, ad alia progreſſuris, quæ quanta cognatione hæc duo myſteria inter ſe contineantur, lepidè, & venuſtè oſtendunt.

Pſal. 50. Epheſ. 2. Hylarius. Epheſ. 4. Rom. 13. D. Th. 3. p. q. 16. art. 8. ad 1 & 11. & 18. Suarez 1 in 3 p. diſpu. 35. ſect. 4. Nazianz. Leo Papa.

5 Pater dicendo generat Filium, vndè non ſolum Perſona ſecunda Sanctiſſimæ Trinitatis filius dicitur, quia eiuſdem naturæ eſt, & conſubſtantialis Genitoris imago; ſed etiã Verbum, quia intellectio ipſa eſſentialis, (vt dicunt Theologi) prout in paternitate includitur, concepta per modum actionis, vel actualis influxus, eſt veluti actio productiua Verbi, quæ eſt dicere, meritòque de Sapientia genita, & increata illud affirmatur Eccleſ. 24. *Ego ex ore Altiſſimi prodiui*; & quamuis etiam de Spiritu ſancto ſit ſcriptum Pſal. 32. *Verbo Domini Cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ*: id non obſtat quin proprium ſit filij, dicẽdo produci, nam cũ duo ſint oris noſtri munera, vnum quidẽ eſt verba proferre, quemadmodum verba quæ nunc loquor, ore profero, alterum verò ſpirandi, vel ſpiritum, atque aut halitum emittendi, pari itaque ratione dicendum eſt: os Dei in ſacris literis vim illius productiuam (quam notionalem vocant Theologi) deſignare, quæ duo item munera ſibi vendicat, vnum ſcilicet producendi verbum, quò vniuerſa, quæ in ſe, atque extra ſe ſunt, dicit, ac loquitur, atque illud quid in mens diuina eſt, qua verbum hoc, ſecunda Sanctiſſimæ Trinit. perſona producitur. Alterum vero eſt, quo Pater, & Filius, diuinum ſuum ſpiritum emittunt, ac ſpirant, & ſecundum hoc, diuina voluntas dicitur. In priori loco diuina ipſa ſapiẽtia de ore Altiſſimi loquitur, iuxta primam accepionem, comparatione ad primum, ſcilicet oris munus, atque adeo rectè dicitur, ex ore Altiſſimi prodijſſe, hoc eſt ex mente Patris æterni, dicendo, Dauid autem Propheta nõ minus rectè, comparatione ad alterũ ipſius oris munus de diuina voluntate Patri, & Filio communi, loquitur, atque idcirco aptè admodum illius meminit, poſt expreſsè habitam Patris, & Filij in præcedentibus mentionem. *Verbo Domini Cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius, &c.*

Verbũ in diuinis, & in humanis dicẽdo generatur. Eccleſ. 24. Pſal. 32.

Firmum ſit igitur verbum diuinum 6
ſecundam Sanctiſſimæ Trini-

tatis Perſonam dicendo producit, & hæc eadem in tempore naſcens dicendo cõcipitur in vtero matris, vnde de ea canit Eccleſia. *Verbo concepit Filium*, nam ſimul atque Virgo amoris plenum præbuit aſſenſum, quod factum fuit illis verbis Luc. 1. Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Mox in vtero illius, verbum caro factum eſt, nec enim erat ratio, cur diutius res annuntiata differetur, cum nihil aliud expectaretur, niſi Virginis cõſenſus. Vnde non indocte ludunt quidam cum ſcribunt, vt per primum Dei, fiat, conditus eſt mundus, ita per ſecundum Mariæ fiat, eſſe reparatum quin etiam addunt plus quodãmodo credidiſſe Deum, (fiat) Mariæ, quam proprio, nam cũ peruentum eſt ad hominis formationẽ libro Geneſeos c. 1. cautionis veluti exiſtimans eſſe, non illum credere (fiat) quo perfecti ſunt Cœli, & terra, & omnis ornatus eorum addidit cap. 1. *faciamus*, quaſi aduocans ad rem illam omnes tres perſonas diuinas, at quãdo agitur de formatione Chriſti, & reformatione conſequẽter totius generis humani, totum hoc grande opus commiſit, (fiat) Mariæ. Pater ſemel producit, & vnicum Verbum, lepidamque rationem reddit Auguſtinus in Pſal. 44. Dicere, inquit, *Dei, ſine initio eſt, & ſine fine, & tamen vnum verbum dicit, dicat alterum, ſi quod dicit tranſierit, cum vero, & à quo dicitur manet, & quod dicitur manet, & ſemel dicitur, & non finitur, & ipſum ſemel ſine initio dicitur, nec bis dicitur, quia non tranſit, quod ſemel dicitur*. At quia Chriſtus eſt in tempore natus tanquam Sacerdos, & victima, vt ſe ipſo litato, Deum nobis placaret, vnicus eſt filius Matris ſuæ, iuxta illud Pauli hebr. 7. *Et alij quidem plures, facti ſunt Sacerdotes, ideſt ſecundum legem, idcircò quod morte probiberentur permanere, hic autem ideſt Chriſtus, eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium, vnde, & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemet ipſum ad Deum, ſemper viuens, ad interpellandum pro nobis*.

Luc. 1. — Excellentia Mariæ, fiat. — Geneſ. — Pſal. 44. — Auguſt. — Lepida redditur ratio cur Pater in diuinis vnũ tãtum verbum dicit. — Hebr. 7.

7 Pater producit verbum ex cognitione perfectiſſima comprehenſiua, & intuitiua ſuæ diuinitatis, ergo ex cognitione pariter omnium perſonarum, ac eorum omnium, quæ ſunt formaliter in Deo; Inferunt D. Thom. 1. par. quæſt. 34. art. 1. ad 3. Suarez. lib. 9. de Trinit. cap. 6. num. 4. & alij ex ſcientia ſimplicis intelligentiæ creaturarum poſſibilium, quod nunc non eſt in animo examinare. At non prius in vtero Virginis verbum caro factum eſt quam procederet in eadem, tanti myſterij perfecta inquiſitio, dum primum cogitabat qualis eſſet Angeli ſalutatio, ideſt attenta, & benè compoſita mẽte cõſiderabat apud ſe, & conſiderabat animo, nihil reſpondens, qualis, & quanta, cuius generis, quam magnifica ſublimis, & inſolita eſſet illa ſalutatio, quam ſummas continens laudes, & honoris pleniſſimas. Deinde interrogat Luc. 1. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Non abrogans dictis Angeli fidem, nec dubitans an verè ſint euentura; ſed pro veris illa accipiens, & habens, vtpotè à Dei legato profecta, qui fallere nequeat, rogat prudẽter modum, quo futura ſint, non deſperando, ſed inquirendo, quemadmodum omnes ferè veteres interpretantur inter Latinos, Ambroſius, Beda, Bernardus, & Auguſtinus homil. 44. cap. 5. inter 50. homil. & 16. de Ciuit. Dei c. 24. inter Græcos Theophylactus, Titus cuius verba ſunt. *Non quaſi incredula interrogat, verum vt ſapiens rei quæ denuntiabatur, modum, & rationem diſcere deſiderat*.

Thom. — Suar. — Pater producit verbũ ex cognitione comprehenſiua diuinitatis. — Luc. 1. — Ambroſ. Beda. Bernard. Auguſt. — Theophyl.

Pro-

Digitized by Google

8 Proceſſio Verbi dicitur naturalis, & per modum naturæ, pluribus nominibus; ſed interdum dicuntur proceſſiones illæ diuinæ eſſe naturales, & per naturam, quia non ſunt liberę, ſed mere neceſſariæ, At ęmulatur quodamodo hanc proprietatem Chriſtus naſcens ex Maria Virgine; nam dato quod ſtatuerit carnem ſumere neceſſario illi erat ſumenda ex tali Virgine; nam quamuis ſint qui ſentiant Beatam Virginem meruiſſe de condigno eſſe Matrem Dei, quæ ſententia, vt inquit Suarez tom. 1. in 3. par. diſput. 10. ſect. 7. & ſect. 8. nulla nota eſt digna, pręterquam minoris probabilitatis, & forſitan falſitatis, communiter tamen cenſent meruiſſe illam dignitatem de congruo, & accinit Eccleſia dum canit. *Quem meruiſti portare*, ergo dato hoc quod decreuerit Deus naturam aſſumere humanam, in vtero Virginis hominem fieri oportebat, niſi velimus dicere illum poſſe quicquam contra decentiam facere, & congruitatem, quod de Deo affirmare nequam eſt. *Paucis*, id complectitur, & lepide explicat Methodius Martyr. dum inquit, *Filius Dei* (ad Virginem loquens) *indigus venit ad te*, carnis ſcilicet indigus tuæ, nam hoc ſemel ſtatuto de natura aſſumenda humana, eundum illi erat, in tantæ Virginis viſcera, nam quicquid inde hauriebat, purum, & ſanctum, & cum tali opere perficiendo erat omnium congruentiſſimum. Huc ſpectant Origen. verba, ponderantis illud Matthæi. *Cum eſſet deſponſata Mater eius Maria*, vbi ſic loquitur homil. 1. in diuerſ. cap. 1. *Vnigeniti Dei, dicitur hæc mater, Virgo Maria immaculata, ſancti immaculati vna vnius, vnica vnici, neque enim aliter vnigenitus ſuper terram venit, aut alia Virgo vnigenitum genuit*.

Gabriel. in 3. diſt. 4. q. 1. artic. 3. dub. 3. Almain. q. 1. dub. 3. Maior. q. 4. in fin. Abulen. par. 1. c. 34 & 38.

Suar.

Suppoſito incarnationis myſterio ex Virgine ſumēda erat caro.

Methodius martyr.

Origen.

9 Pater æternus dum ſibi coæternum filium generat, Patris, matriſque omnes explet partes, hoc eſt (quæ infinita eius eſt fœcunditas) & pater eſt, & vices ſimul gerit cōſortis, quod concinne cecinit Syneſius hymn. 3. *Tu pater, tu mater, tu mas, tu fœmina, tu vox, tu ſilentium naturæ, natura fœcunda*, ad cuius fidem verba illa componit Eccleſia. *Ex patre natum, ante omnia ſecula*, natum dicit ex patre, ex intellectu ſcilicet illius fęcundo veluti ex vtero clarius Dauid Propheta loquens de hac generatione æterna inquit. Pſalm. 109. *Ex vtero ante luciferum genui te*, Hieronymus tranſtulit *de vulua orietur*, & in originali vox, *vterus*, ſonat vuluam, vel matricem per vterum autē intelligitur eſſentia Dei ſecreta, & intima, & quamuis vterus propriè ad matrem, non ad Patrem pertineat, rectè tamē Deus Pater, dicitur ex vtero genuiſſe; tum vt clarius oſtendatur filius cōſubſtantialis Genitori (clarius enim filius eſt ex matris ſubſtantia quam Patris) tum etiam quia Deus non opus habuit vxore ad Filium gignēdum, & pariendum, eſt igitur, *Patri Mater Verbi*, Et B. Virgo quia non indiguit viro ad pariendum Chriſtum, merito dici poteſt Matri Pater ipſius, nā quāuis Spiritus sāctus partes expleuerit viri, efficientiam ipſe adminiſtrans, iuxta illud Angeli ad Virginem Luc. 1. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*. Cum tamen non aliquid de ſua ſubſtantia præbuerit, nec ſimilem produxerit in ſpecie, non poteſt dici Pater Chriſti, ſed ſola Virgo ipſum genuit, atque in miniſtratione materiæ, alias ſuperauit matres. Aliorum enim filiorum corpora (vt eſt probabilis Galeni ſententia) lib. 14. de vſ. par. & lib. 2. de ſem. partim ex virili ſemine, partim ex matris ſanguine, materialiter formantur corporis autem Chriſti

Syneſius.

Cur Patri in diuinis tribuitur vterus.

Pſal. 109.

Hieron.

Luc. 1.

Spiritus sāctus quare non dicitur Pater Chriſti.

Galeni ſententia.

mate

materia, ex ſola Matre ſumpta eſt, quin ſenſit D. Auguſt. ſer. de aſſumptione, quod licet in alijs filijs plerumque ſubſtantia illa carnis eis communicata, paulatim vi caloris natiui ſoleat deperdi, illa tamẽ carnis ſubſtantia, quam B. Virgo Chriſto exhibuit, nunquam fuit demiſſa, nec cõtinua caloris naturalis actione reſoluta. Dabo eius verba, ne gratis id aſſeruiſſe videar. *Caro Chriſti, quamuis gloria reſurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen manſit, quæ ſuſcepta eſt de Maria.*

August.

9 Illud etiam dicere non præteribo, quod ſummæ gloriæ B. Virgini eſt tribuendum. Nonnullos graues Eccleſiæ Patres, necnon ſapientes quoſdam Theologos aſſeruiſſe, ipſam non ſolum ad Chriſti generationem tanquam veram, & naturalem matrem concurriſſe, ſed diuinitus, etiã fuiſſe eleuatam, vt tanquã Dei inſtrumentum, humanam Chriſti carnem, verbo vniret diuino. Ita Bernardus lib. 5. de conſid. ad Eugen. dum ad Eugenium Papã ſcribens, Mariam Virginem, cum illa muliere Euãgelica cõparauit, cuius meminit Matth. cap. 13. ſicut enim hæc, tres farinæ menſuras, aut tria ſata commiſcuit, atque contemperauit, ita Maria Verbum diuinum, animam, & carnem perindè ac tria ſata, in vnitate perſonę Chriſti coniunxit, conſpirat in idem D. Ambr. epiſ. 82. qui ait. *Per hominem, & mulierem, caro eiecta eſt de Paradiſo, per Virginem iuncta eſt Deo.* Ausbert. lib. 2. de Mar. humil. qui ante ſexcẽtos annos egregios in Apocalypſim ædidit commentarios, & præclara ſcripſit. *O quantum meruiſti, ò quantum beata humilitas in Sacra Virgine valuiſti, quid enim in Virgine meruiſti niſi, vt Deum homine coniungeres, vt verbum carni vnires?* Ac tãdẽ Hiſychius hom. 2. de B.V. vocat illã, *inſtrumẽtum incarnationis.* Incarnatio autẽ Verbi, cũ formaliter cõſiſtat in vnione hypoſtatica carnis cũ illo conſequens eſt, iuxta huius Doctoris ſententiam B. Virginem fuiſſe Dei inſtrumentum ad attingendam prædictam vnionem. Quod ſi Conciliũ Toletan. 6. & 10. efficientiã huius vnionis ſoli Deo tribuat, non eſt dicendum hoc Sanctorum Patrum placitum ibi improbari. Illa enim excluſiua, *ſolum*, cauſam alteram principalem à conſortio tanti myſterij, videtur reijcere, nõ inſtrumentalem.

Bernard.

Matth. 13.

An Maria fuerit eleuata, vt Dei inſtrumẽtũ ad faciendã vnionẽ inter Chriſti carnem, & Verbum.

Ambroſ.

Ausbert.

Hiſychius.

8

Concil. Toletan.

10 Sed quicquid ſit de hoc, quod quamuis ſit pium, & probabile, non eſt nunc in animo definire, ſat igitur erit, vt ad rem noſtram redeamus, certum eſſe, Chriſtum ſolum ex Virginis ſubſtantia eſſe conceptum, quemadmodum à ſolo Patre, vt filius illi cõſubſtantialis ab æterno eſt productus; Præterea à Patre virgine ab æterno dicitur genitus, nam tali honore puritatem illam ineffabilem à Patribus video honorari, quin cenſent quodammodo magnæ dignitatis acceſſiones illi fieri, dum tali nomine inſignitur, & in primis Gregorius Nazianzenus in ſer. de Virg. inquiens, *Prima Virgo trias eſt*, Virginem appellans Patrem, Virginemque Filium, Virginemque Spiritum Sanctum, & dum omnium primam celebrat, ab ipſa putat omnem Virginitatem in Cœlo, & in terra nominandam; quod ſi poſſet inter illas perſonas diuinas dari diſparilitas. *Cum tamen coeternæ ſibi ſint, & coequales*, cui dubium quod Patris Virginitas, cæteris eſſet perferenda, vtpotè ſola cum fœcunditate, & generatione coniuncta, nam ſi Virginitatis interitus, potiſſimum fœcunditas videtur eſſe, & generatio, hoc eſt, admirandum in virginitate Patris deficiens in illa Filij, & Spiritus ſancti, quod ſit fœcunda, & generans, ac in regione, vt

Greg. Naz.

Prima Virgo Trinitas eſt.

Mariæ virginitas æmulatur virginitatẽ Patris in diuinis.

ita

ita dicam, ſuæ mortis vitam viuat ſempiternam. At B. Virgo Maria, vt inquit, Sãctus Bernardinus Senẽſis tom. 2. ſerm. 10. *Accepit à Patre formalem fœcunditatem ad generandum*, tanque perfectè illam æmulatur, vt non inuideat, nam ſicut ſolus Pater in diuinis, & Pater eſt, & virgo, ita in creatis nullam reperies, quæ mater ſimul ſit, & virgo niſi Mariam. AccinitAmbroſius, Epiſt. 40. qui filium cum matre ita loquentem refert. *Priuilegium generationis meæ, in te recognoſco*; nam ſi Deo hoc eſt à natura inſitum, vt ex Patre, Patris Vnicus Filius, ſolus ante principium naſcatur ineffabiliter, abſque vllo corruptelæ veſtigio, id ipſum priuilegio conceſſum eſt Virgini, vt ex ipſa abſque Virginitatis detrimẽto Chriſtus naſcatur intempore, hinc Patres illud Iſaiæ cap. 53. *Generationem eius, quis enarrabit*, de vtraque Chriſti generatione in diſcriminatim intelligunt, O mirum huius ſingularis fęminę priuilegium, quod infert aliud ſuper omnem valens prærogatiuam, nam ſicut ita in Cęlis natus, eſt Deus, de Deo, pari cõſecutione argumentatur Theodoretus homil. 2. de Nati. apud Synodum Epheſ. naſcitur in terris ex Virgine: ergo Deus, en eius verba. *Cernis quomodo quod natum eſt Matris integritatem illæſam conſeruauit, apud rectè ratiocinantes, Deus eſſe vtique cognoſceretur*. Et quemadmodum in illa alma Virginitate cubat, & paſcitur Dei Filius in meridie quando ex vterò ante Luciferum à Patre generatur hac eadem cubat in media nocte, quando apud Bethelem naſcitur ex Maria, non ergo Virginitas, alium quam Deum parit ſolius Virginitatis eſt diuinus partus.

Bernardin. Senenſ.

Ambroſ.

Iſai. 53.

Theodor. Chriſtus natus eſt de Virgine, ergo Deus.

II In diuinis perſona procedens ab alia, dicitur mitti ab illa, ſic filius mitti dicitur à Patre, iuxta illa verba Chriſti Io. 8. *Ego, & qui miſit me Pater*, & Spiritus ſanctus à Patre, & Filio. Io. 15. *Cum venerit paraclitus, quẽ ego mittam vobis à Patre*. Hęc autem miſſio iuxta veriorem ſententiam æternam proceſſionẽ ſignificat, cum habitudine tamen ad temporalem effectum, quod totum egregiè declarant verba illa Chriſti ex Auguſtini ſentẽtia Io. 16. tract. 102. *Exiui à Patre, & veni in mundum*. At Ieſum ex Virgine natum, non ſolum legimus mitti ab illa, ſed eſſe illi ſubditum, & quod mirabilius eſt, ſicut Virgo accepit à Patre fontanalem fęcunditatem ad generandum, ita, & ab ipſo accepiſſe videtur poteſtatem mittendi cæteras perſonas diuinas, nam vt inquit S. Bernard. Senen. ſerm. 2. de Aſſumptione. *A tempore, quo Virgo benedicta concepit verbum Dei inutero, iuriſdictionem, & authoritatem habuit, ſuper omnem miſſionem Spiritus ſancti, quia non vult Spiritus Sanctus, niſi per eam communicari*.

Ioan. 8.

Ioan. 15.

Auguſt. Ioan. 16.

Luc. 11.

Bernard. Senenſ. Maria Virgo ex quo fuit Mater Dei, habuit authoritatẽ ſuper omnẽ miſſionem Spiritus ſãcti.

Mira commemorantur de Myſterio Incarnat.[nis] quibus videtur illud Trinitatis quodammodo antecellere. Cap. 3.

I Tam arcanum eſt hoc Incarnationis Myſterium, vt nõ vercatur Damaſcenus lib. 3. de fid. c. 1. ipſum vocare, *nouum omnium nouorum, & ſolum ſub Sole nouum, per quod Dei apparuit infinita virtus, bonitas, ac Sapientia*, ac B. Leo Pontifex Maximus ſer. de natiu. Cum eſſet ipſe cardo, & vertex totius Eccleſię, hoc Sacramentum myraculorum quaſi omnium cardinem, & verticem celebrauit. Audeo dicere (ſi paululum de ſeueritate ſcholaſtica volumus remittere) hoc myſterium nouum

Damaſcen.

Leo Pont.

uum omnium nouorum grauibus, & per obſcuris difficultatibus, necnon nobilitate, & ſplendore, illud antiquum, & ineffabile Trinitatis Sacramentum quodammodo ſuperare. Nam vt eleganter explicat S. Bernard. Seneſ.tom.1. conc.61.artic.1.c.12. Quod Deus generet Deũ nulla requirebatur in Deo diſpoſitio, cum ei ex natura conueniret, vt per viam naturæ, intellectus produceret Verbum per omnia ſibi æquale; ſed quod fœmina conciperet, & pareret Deum, eſt, & fuit miraculum, oportuit enim, vt ſic dicam fœminam eleuari ad quandam æqualitatem diuinam per quandam quaſi infinitatem perfectionum, & gratiarum, quam æqualitatem creatura nunquam experta eſt, vndè vt credo, ad illam abyſſum imperſcrutabilem, omnium chariſmatum Spiritus Sancti, quæ in B. Virginem deſcenderunt in hora diuinæ Conceptionis, intellectus humanus, vel Angelicus nunquam potuerunt attingere, & cum virgo diceret Luc.1. quomodo fiet iſtud: Angelus reſpõdet ſe tantum myſterium ignorare, dicens Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; quaſi dicat quod à me queris ignoro; ſed æternæ ſapientiæ Doctor, qui ſibi ſolum hoc altiſſimum myſterium reſeruauit, te per illuminatiſſimam ſcientiam edocebit hæc S. Bernard. Præterea, quamuis Trinitatis, nulla ſimilitudo, nullaque imago in creaturis reperiri poſſit nam quamuis, dicat *Sapientia* cap. 13. *à magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit Creator horum videri*, & Diu. Paul. Rom. 1. *Inuiſibilia ipſius, à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellectu conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas*; cum tamen res creatæ à Deo conditore non qua trinus, ſed qua potius vnus eſt, proceſſerint, ad earum ſolummodò perfectionum notitiam, ſua cognitione nos inducunt, quæ Deo quatenus vnus eſt, conueniunt; benè ergo dicitur non dari illius Sanctiſſimi Arcani Trinitatis, ſcilicet in creatis, nec imaginem, nec ſimilitudinem, attamen illius triadis ad vnitatem reuocatæ datur aliquod veſtigium. Nec obſcurum erit hoc animaduertere in conſpicua iſta vniuerſitatis fabrica, quæ cum vna ſit in tres præcipuè diſtribuitur partes, vna ſiquidem omninò ſpiritualis eſt, vt Angeli, alia verò omninò corporea, cuiuſmodi ſunt corpora omnia; tertia denique ex vtraque mixta, vt homines, præterea ſpiritualis etiã pars cum vna ſit, communi Theologorum cum S. Dionyſio Areopagita ſententia, in tres Hierarchias diſtinguitur, & harum ſingulæ in tres item choros, atque hi, adhuc ſinguli in tres ordines, ſupremum, medium, atque infimum diuidantur; Pars ſimiliter vniuerſi corporea, cum ſit vna, in tres ſecatur, cæleſtem ſcilicet elementalem, & mixtam, atque in Cœleſti triplex operatio conſtruitur, motus videlicet lucis, & influxus. Tria in quolibet elemẽto materia, forma, & compoſitum inueniuntur, atque in quolibet tandem mixto, temperamentum, virtus, & operatio. Tria ſimiliter in animantibus reperimus animarum genera, vegetatiuam, ſenſitiuam, & rationalem; tres in anima vegetatiua operationes, Nutritio, augmentatio, & generatio. In ſenſitiua, ſenſus, excandeſcentia, & concupiſcentia. In rationali tres potentiæ, Intellectus, Memoria, & Voluntas, omitto innumeras penè alias triadum ſpecies ad monadem quodãmodo aliquam in creatis reductas, quæ quidem omnes cum reductionem cõtineant tantùmmodò, aut ad vnum aliquod principium, aut ad vnum ſubie-

Bernard. Seneſ.

Luc.1.

Sap.13.

Rom.1.

In creaturis licet nõ detur, nec imago, nec

Similitudo Trinitatis datur tamẽ veſtigiũ, at incarnationis nec veſtigiũ quidem.

ſubiectum, aut ad vnam in mente rationem, aut ad alium deniquè ſimilem; vnionis verius; quam vnitatis formam, nullam eſſentię, vel realitatis, vt dicitur, vnitatem, tribus diuerſis inter ſe communem; optimè dictum eſt, non eſſe illius Sacratiſſimę Triadis, veras ſimilitudines nec imagines; ſed quamuis ab ea in infinito imortallo diſcluſas, eſſe tamen illius quædam vestigia, & ſub obſcuras ſimilitudines, imò Deus ipſe Optimus Maximus, in Mundi creatione, nihil antiquius habuiſſe viſus eſt, quã vt quædam eius inditia, & illius inacceſſibilis lucis ereptaſcula quædam conſtitueret. At tam extremorum, atque infinitè diſcrepantium vnionis, quę in hoc Incarnationis Myſterio cernitur, non modo nulla participatio eſſe poteſt in rebus creatis; ſed nec veſtigium aliquod, illius indagationem adiuuans, cum creata cuncta non modo non manu ducant ad tanti myſterij qualem qualem cognitionem, ſed ab ipſa prorſus adducant, nam ſi coniectura ex creatis capienda eſſet, naturalis certè mẽtis acies perſpicaciſſima, ideſt Angelica, atque acerrimum, integetrimũque iudicium (vt cõmunis, ac verior Theologorum fert ſententia) impoſſibilem huiuſmodi talium extremorum infinitè diſtantium, coniunctionem ſibi perſuaderet.

10 Sed ad alias proportiones, vt euidentius probemus intentum, *Filius à Patre* in diuinis genitus, in ſinu dicitur eſſe Genitoris, iuxta illud Ioannis c. 1. *Vnigenitus, qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit nobis*, quod poteſt etiã in verti *in gremio*, vt notat Franciſcus Lucas Burgenſis. Benè dictum, & ad eius perſonam diuinam ſatis appeſitè, ſiue hæc verba notẽt parem patri cognitionem, quaſi in ſinu eſſe patris dicatur, quod ab intimis ſecretis ſit Patri omnium conſiliorum, & arcanorum eius conſcius; ſiue ad naturalia reſpiciendo, in ſinu eſſe ſignificet coniunctionem naturæ cum Patre, cum ſit ex ipſo natus, & perpetuò naſcens, nec minus inhærens ſemper; ſiuè tandem, quod non eſt abs re, eius immenſitatem, vt animaduertit Elias Cretenſis, in commentarijs, in Gregorium Nazianzenum, orat. 1. de filio. Conſpiratq; in eadem ſententia Athanaſius lib. 3. de vnit. Trinit. ſubſt. quod propterea Euangeliſta vtitur præſenti tempore, *eſt*, & non potius præterito, *erat*, vel, *fuerat*, cum loquitur de Vnigenito Filio enarrante hominibus, ac proindè homine facto, & in terra habitante, vt ſignificet, quod neque tunc cum homo factus, ſe hominibus præbendum videret, eiſque myſteria paternorum conſiliorum enarraret, reliquerat ſinum Patris, ſed non minus quam antea ab æterno erat in ſinu Patris; aderat Patri, nequaquam ſeparatus, aut diuiſus à Patre, carne præſens in terra, diuinitate vt Pater, Cœlum implens, & terram.

Ioan 1.

Burgenſ.

Cretenſ.

Greg. Naz.

Athanaſ.

Siuè igitur ad vnum, vel alterum horum reſpexerit Ioannes, hãc ſcribens ſententiam, ſiuè ad hæc omnia ſimul; ea ſcripſit, & dixit, quæ decent perſonam diuinam, & Vnigenitum Filium Dei, qui eſt omniſcius, vt Pater, illi conſubſtantialis, & immenſus. At hunc infinitum, & immẽſum, loco nõ circumſcriptum, nullis clauſum finibus, nullo impeditum obſtaculo, non excluſum foris exiſtentem, non incluſum intus ſtantem, non depreſſum ſubter reſidentem, non ſemotum ſuper Præſidentem, omnia implentem, omnia penetrantem, quod capiant auguſta Virginis clauſtra, & illis æquatum videamus ita, vt canat Eccleſia. *Quem Cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti*. Ac ſi eſſet Mariæ 11

Pulchrè dicitur quomodo vterus Virginis ſit Cœlo amplior, & antecellat ſinũ Patris in diuinis.

tiæ Virginis vterus Deo ad inſtar infinitorum orbium, hoc eſt mirandum, hoc omnem ſuperat creatæ mentis capacitatem. *O vterum*, exclamat Epiphanius, de laudibus Virginis, *impollutum, habentem circulum Cælorum, qui Deum incomprehenſum, in te comprahenſum portaſti; ô vterum Cœlo ampliorem qui Deum in te non coartaſti*. Hoc extremum verbũ cogitatione defige, Deus enim in vaſtiſſimo Mundo iſto exiſtens, quodammodo coarctatur, & in anguſtias cogitur, quia nimirum infinitos Mundos replere poſſet ſua immenſitate; qua propterne coarctari diceretur, nec anguſtijs vrgeri infinitis quodammodo egebat mũdis per quos immenſitate ſua ſe ſe effunderet.

Epiphan.

In Virginis autem aluo anguſtiſſima concluſus, anguſtias non ſentit (inquit Epiphanius) quod non aliter verum eſſe poteſt, niſi quia illi non ad inſtar vnius tantum mundi; ſed inſtar omnium, quos infinita ſua immenſitate replere potuiſſet, Maria, fuit. Sed vnde obſecro in tantis anguſtijs, tam ampla, & auguſta capacitas; occurrit Guerricus Abbas, *Quia quod deerat corporalis ſpatij mentis compenſabat amplitudine*. Quod ſi loquens cum Apoſtolis Chriſtus, inquit, Ioan. cap. 16. *in mundo preſſuram habebitis*, non modo perſecutiones ferendo, ſed honorati etiam, nam ſi mũdum ibi appellat Chriſtus totum id, quod legi Dei opponitur, quodque hominem à Deo auertere tentat, omnia ergo, quæ in mundo ſunt, nõ modo timores, perſecutiones, mali homines, dęmones, ſed etiam honores, diuitię, voluptates, pręſſuram inferebant Apoſtolis, non ſolum ergo flagellatus Paulus, contumelijs affectus, cum multa patiebatur tormenta, in Mundo præſurram habebat; ſed tunc etiam quando illum

Guerricus Abbas. Salaz. to. 1. prouer. c. 8. ver 17 nu. 350. & 351.

Ioan. 16.

Apoſtoli in mũdo preſſuram habebãt nõ modo perſecutiones perferẽdo, ſed etiã honorati.

tanquam diuinum aliquid cólere volebant, & adorare, nam quemadmodum, qui latos habet humeros, ſi forte thoracem induit arctum, ita cõtrahitur, coarctatur, ac ſtringitur, vt præ anguſtia, quamprimum illum querat exuere, ſic Apoſtoli Spiritu ſancti chariſmatibus iam effecti magnianimi, ita contenebant pompas, diuitias, & honores atque huius ſeculi voluptates, vt totus mundus eos nõ poſſet capere, ac conſequẽter in mundo non modo flagellati, ſed etiam honoribus affecti, & venerati præſſuram habebãt. Quod ſi animæ videti Creatoré (iuxta Gregorianum illud) anguſta eſt omnis creatura, quorum conuerſatio in Cœlis erat, maximaq; illa præ oculis perenniter habebunt, prout eorũ cordis latitudinẽ decebat. Quid non arctum, quid non anguſtũ, quid non vile in his inferioribus reputabant, mundanos honores, quamuis maximos, ita contemnebant, vt in illis præſuram haberent: Quod ſi verè id dicitur de Apoſtolis, qui cũ tanta Heroina comparati, homunciones dici poterant, quod à Spiritu ſancto amplificati, ſuiſq; chariſmatum donis ita effecti ſunt ingentes, vt eos totus non caperet mundus; in illoq; exiſtentes quodãmodo coarctati, & in anguſtias coacti, pręſuram haberent, multò ſatius id affirmandum eſt de B. Virgine, quæ mentis amplitudine ita alui anguſtias compenſabat, vt eſſet Deo inſtar omniũ orbium, quos ſua immẽſitate replere potuiſſet, ſuaque vaſtitate veluti exequans Patris immẽſitatem, eundem ſuo gremio contulerit, quem ſinu geſtat Pater, *æternum*, Mirum hoc videtur dictu, ſed illud mirabilius, quod in ſinu Patris, veluti in alieno, & in conducto habitare dicitur, in Virginis vtero, tanquam in proprio. Sanctus enim Zeno loquẽs de Vnigenito, qui eſt in ſinu Patris, ita

Vterus Virginis erat Deo, inſtar omniũ orbium.

S. Zeno.

Ambr. Bergomenſ.

ita inquit, ſerm.2. de generat. Verbi Ambroſ. Bergom. ver. inquilinus, *Inquilinus cordis paterni*, quaſi hoſpes diuerſæ Patriæ, ab illo, hoſpitio receptus, diſceſſum cogitans, diſcedereq; paratus ad cōſtitutum diem, vel in domo habitans conducta, ad ipſum non pertinens. Cum de eodem ſit ſcriptum, quod requieſcat in vtero Virginis, iuxta illud Eccleſiaſt.24. *Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo*: Quid tàm intimū Patri æterno, quàm Filius eius. Ioan.10. *Ego & Pater vnum ſumus*, inquit idem, & iterum, Matth.11. *nemo nouit Patrem niſi Filius*. Quid tam alienū ab eius maieſtate, quam ſordes, & anguſtia muliebris vteri? ita vt hoc non deſinat mirari Eccleſia dicens, *Non horruiſti Virginis vterum*, & tamen ibi, Inquilinus, & Alienigena, hic vero Ciuis, & domeſticus, ibi moræ impatiens, diſceſſum properat, quem nec domus paternæ delitiæ, & gloria detinuerunt ad nos feſtinantem, detinuit tamen libentiſſimum, pulchritudo vteri Virginalis. Memorabile quæſo conſidera portentum; legimus præcurſorem Ioannem in materno vtero exultantem, nimirum in officium exilire conantem, de quo eleganter Chryſoſtomus hom.2. *Exiliit Ioannes in materno vtero, accuſans naturæ tarditatem, labefacto*, inquit, *vincula naturæ, propero prædicare*, eo namque puer ardebat deſiderio, fungendi ſuo munere, vt non ſubſtineret natiuam vteri tarditatem, quam moræ impatiens diſrumpere conabatur, ex hoc Ioannis facto, maius quid in Dei Filio licebit augurari, vtpotè, qui de ſiderto deſiderabat hominibus communicari, quorum ardentiſſimo deſiderio, ſic flagrabat, vt à regalibus ſedibus deſcenderet, fieretque extra celeſtia palatia, & vt omnem audaciæ notam aufugiam dicam eum Dionyſio Areopagita de diuin. nomin. cap.24. Quidni extra cęleſtia? extra ſeipſum; *Audebimus*, inquiens, *& id pro veritate loqui, quod ipſe quoque Auctor omnium, pro amatoriæ bonitatis magnitudine, extra ſe ſit*. Id ſanè ſi eſt hominum deſiderium in Deo, quo extra cęleſtia decora, quo extra ſe ipſum trahitur, quæ res illum extra Cœlum, extra ſe factum, poterit detinere? quæ illum morabitur, quam Ioanne Superior? vbi ad maternum vterum peruenerit, vterum peſſundabit, vt ægrediatur, quam Ioanne feſtinior, properabit ab vtero in officium, & moræ menſium impatiens, diſrumpet vteri carcerem. Sed ò Virginalis vteri præſtantia, ò Mariæ gloria innenarrabilis, quem nec, celeſtia omnia detinuerunt ad homines properantem, nec ipſe ſe detinuit extra Cœlum, & extra ſe factum, detinuit libentiſſimum, pulchritudo vteri Virginalis, ſic de Filio Dei ad homines currente D. Zenon de natiuit. ſer.3. fatur. *Requeſcit libens florentiſſimo in domicilio caſtitatis, & in viſceribus Sacra Virginis comparat ſibi corpus, ſuo iudicio naſciturus*.

Eccleſ.24.

Ioan.10.
Matt.11.

Verbum qd dicitur inquilinus in ſinu Patris requieſcit in vtero Virginis.

Chryſoſt.

Dionyſ. Areopag.

Chriſtus flagrās deſiderio noſtræ ſalutis, non ſolùm dicitur fieri extra cœleſtia, ſed etiā extra ſe ipſā detinuit tamen Virginis vterū.

Zenon.

12 Pergo alio, ſed ad inſtitutum valdè pertinens, non ſolum requieſcit in vtero Virginis, qui inquilinus dicitur cordis parterni; ſed ſi tandem ibi tanquam in proprio ſinu dicitur gaudere, retinenſq; innatam maieſtatem pro dignitate ſedere, id mariano vtero debet acceptum referre. Olim præmebat illum ſolicitudo redimendi hominem perditum, vlciſcendi iniuriam ipſius caſu, illatam Patri, tantaque (vt ſic dicam) cura, & angore vrgebatur, vt non modo ſe gerebat, vt inquilinū cordis paterni; ſed viatorum more, ſe accingebat commiſſurum viæ, de qua inquit Dauid Pſalm.18. *Exultauit, vt gigas ad currendam viam à ſummo Cælo egreſſio eius*, deſcendit in

Pſal. 18.

Digitized by Google

Chriſtus arma ſumpſit ex Virginis vtero ad debellandos hoſtes.
Auguſt. Pſal. 63.

vterum Virginis, quieuit, rem enim videbat pro voto ſuccedere, nam arma inde ſumebat ad debellandos hoſtes, carnem ſcilicet paſſibilem, nam vt inquit Auguſt. in Pſalm. 63. *Si ille non eſſet homo non liberaretur homo, ſi illi enim dimicandum erat cũ hoſte non reſiſtendo, ſed perferendo*, ſerm. de natiu. Virgin. *caro factus, quam in vtero Virginis induit, armatus prodijt iuxta illud Idelfonſi Lacta Maria Creatorem tuum, lacta panem Cœli, prabe lambenti mãmillam, vt ille prabeat percutienti maxillam.* Quod probauit euentus, vt teſtantur Euãgeliſtæ, & Iſaias futurum eſſe prædixit de Chriſto loquens cap. 50. *faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Oſtendens quomodo decertare debebat nimirum per patientiam iniuriarum perſecutionum, cruciatuum; carceres minimè detrectans, martyrijs ſe ſe obijciens; mortiſue libenter ſubiens ſentẽtiã ac omninò ab iſtiuſmodi aduerſariorum ictibus, faciem non auertens. Quinimo audacter ipſam oſtendens faciem ſuam iuxta verba ſequentia, *poſui faciem meam, vt petram duriſſimam, ſcio quoniam non confundar.* Prædixit Iſai. impletum eſt ad vnguem, ſic manus cum hoſte cõtulit Chriſtus, ſic in ipſum duxit exercitum, quod optimè præſtitit cum ait Matth. 26. *Surgite eamus.* Et ſe hoſtibus humilitate, & patientia armatum, obtulit, vicit, debellauit, nobiliſſimam retulit victoriam reſurrectionis die; decretus eſt illi tryumphus, quando canit Eccleſia. *Triumphans pompæ nobili, victor ſurgit de funere.* Quid indè ſequitur? Reſpondet Ambroſius in cap. 23. Lucæ *Nunc ſedet in gremio Patris.* His peractis, ſuſceptoque munere pro dignitate functus, non iam inquilinus cordis paterni, ſed omni liber cura, & angore, voti compos, in ſinu reſidet Patris, ibique, vt in proprio gaudet, infinite que ſe reddit beatum; ſed tanta parta quies Mariano vtero accepta eſt referenda; nam indè victoria, inde tryumphus, inde pax ſuperans omnem ſenſum, & perenne gaudium, vndè fatalia arma deſumpta, merito ab Alberto magno in illa verba miſsus eſt c. 16. *Saturitas Domini mei*, Maria appellatur. Nam famem eius expleuit in terris; dum digniorem non inuenit Matrem vndè ſumeret carnem, factus homo. Eſuriem patiebatur in Cœlis, nam quamuis ſibi ipſe ſit ſufficiens, inſaturabilis videbatur, inquilinus cordis paterni, donec illuc rediret ſuo ſaturatus ſanguine, quem hauſit ex viſceribus Mariæ. Nunc ſedet in gremio Patris, inquit, Ambroſ. delitijs fruens æternis.

Idelfonſ.
Iſai. 50.
Matth. 26.
Ambroſ.
Luc. 23.
Chriſto parta quies in Cœlo tribuenda eſt Virginis vtero.
Alberto Magno.

13

Adijciam illud, ad Mariani vteri celſitudinem celebrandam, ſatis appoſitum, quod verbum in ſinu Patris, vel ad ipſius dexteram ſedere dicitur, Maieſtatem ibi retinens, dignam Filio, Patri æquali, At ſinum Virginis reuerenter ingreditur velut pergens ad ſuperiorem, non auderem dicere niſi S. Hilarius ſer. de Aſcen. & S. Zenon ſer. 4. de nat. Chriſt. me audaciæ nota liberarent, ille ait verbum diuinum, ſinum Virginis inuiolabiliter penetrauit; ſicut reuerenter intrauit. Hic verò, inquit. *Tempore maturo, diuinitatis dignitate depoſita non tamen poteſtate, Cœlo egreſſus, ſacrario templi Virginalis hoſpes pudicus illabitur.* Obſeruo illud, *diuinitatis dignitate depoſita*, quod non vnum poteſt habere ſenſum, vel enim ad illud videtur alludere, quod inquit, Paul. ad Philip. 2. *Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinaniuit*, quorum verborum lepidam afferã expoſitionem Methodij Epiſc. & Mar. cum noſtri non ſit inſtituti huius

Verbum reuerẽter ingredit Virginis vterũ tanquã pergens ad ſuperiorem,
Serm. de Aſcenſ. Hylarius. Zenon.
Ad Phil. 2.
Methodius martyr.

ius loci (licet egregij, & Sapientiæ Pauli pleniſſimi, obſcuri tamen, & ſalebroſi) omnes recenſere expoſitiones. Methodius igitur ita Paulum interprætatur, videns Deus nõ eſſe certam germanamque viam ad rapienda corda hominum, externam illam diuinitatis ſpeciem, & dignitatem oſtentare, ſicut olim Hyſpani dicerẽt (Aziendo muy del dio) ſic enim incutiebat potius timorẽ, quam alliciebat, alia decreuit progredi, ſemetipſum exinaniens; hoc eſt, vt inquit Auguſt. epiſt. 120.

August.

Tamen etſi eiuſdem eſſet cum Patre naturæ particeps, eiuſdemque Maieſtatis, ac diuinitatis conſors abiectam tamen humanæ naturæ ſocietatem, & coniunctionem nõ exhorruit; ſed exinaniuit ipſe ſe, quod eſt maximè humilitatis exemplum, (hæc ille) reſque ſucceſſit ex voto, hac enim ratione conſequutus eſt intentum, iuxta ipſiuſmet verba de crucis loquentis, opprobrio. Ioan. cap. 12. *Si exaltatus fuero à terra omnia traham à me ipſum.* Quod igitur dixit Apoſt. de Incarnationis agens myſterio. *Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens*: hoc ipſum poſſunt ſignificare illa Sancti Zenonis verba. *Diuinitatis dignitate depoſita*. Vel in memoriam vult reuocare tritum illum morem, quod Iudices cum Principem, ſeu virum illuſtrem inuiſunt, comitatis, & obſeruantiæ ergo, non antea Principẽ conueniunt, quam virga, dignitatis inſigni, ſepoſita. Hanc Matri ſuæ reuerentiã exhibuit Supremus creaturarum Iudex, diuinus Legiſlator, Summus omnium Princeps Deus, qui non aliter Virginem, ſacratiſſimumque ingreditur vterum, quam diuinitatis dignitate depoſita, hoc eſt Maieſtatis inſigni demiſſo; qui diceret; etiam *depoſita poteſtate*, à vero non abhorreret, nam qui ex Patre natus Deus de Deo nullam

Ioan. 12.

vnquam cognouit patriam poteſtatem, eiuſdem ſemper cum Genitore potentiæ, & authoritatis, vix Matris ingreditur vterum, cum deponenda illi fuit poteſtas, matriſq; recognoſcendum Imperium, quod ſubiectis verbis eleganter complectitur Ildephonſus, de Virgin. S. Mar. cap. 8. *Vt per hanc Virginem Deus fieret homo, verbum fieret caro, & Filius Dei factor omnium, fieret Filius Matris, quam ipſe formauerat, eſſetque dominator, naſcendo, ſubditus Ancillæ; quam ipſe condiderat. Sicque haberet Ancilla in ſubdito Dominum, Ancillam Dominus in Prælato vt haberet naſcendi autricem, cui naſcendi Auctor extitit idem, ſemperque diuerſa eſſent concordia dum pro humanis humiliantur diuina, & diuinis ſubleuantur humana, dumque quod ſublime eſt cedit humili, & humile dirigitur in ſublime; dum forte infirmatur in humile, & humile roboratur in forti.* Compluresque poſſent afferri Patres Ambroſius, Methodius, Hyppolitus, Bernardus, & alij, qui in hanc eandem conſpirant ſententiam, quos refert Salazarus in c. 8. Prouer. verſ. 15. num. 142. & num. 146. Chriſtum, ſcilicet Dominum ob diuinitatis, & humanitatis ſocietatem in eadem hypoſtaſi, à patria ſuæ matris poteſtate, minimè fuiſſe exemptum, quin etiam cum in Cœlo exiſtens non deſinat eſſe Mater, ſunt qui docent hanc patriam poteſtatem nunc etiã ibi exercere, cum apud Filium pro nobis intercedit, quod venuſtiſſima oratione complexus eſt Petrus Damianus his fermè verbis. *Accedis ad aureum illud diuinæ ſeueritatis tribunal, non rogans, ſed imperans, Domina, non Ancilla, quomodo enim poteſtati tuæ obuiare poterit, poteſtas illa, quæ de tuis viſceribus traxit originem?* ideſt poteſtati illi, quam materno iure in illum obtines, haud reſiſtet ille, qui parentibus deferendum eſ-

Verbum q̃ nullã agnouit patriam poteſtatem natus in cœlo, nouit natus in terra.

Idelphonſ.

Ambroſ. Methodius Hyppolit. Bernard.

Salazar. Prou. 6.

Eod loc. Petr. Dam.

Cũ Virgo non deſinat eſſe Mater Chriſti in Cœlo dicẽdũ eſt nunc etiã exercere erga illũ patriam poteſtatem.

ſe rectè nouit.

14 Tanta à conceptu Verbi Maria Virgo eiuſq; vterus, fuit decoratus gloria, vt ſuper omne valuerit prærogatiuum, parum dices, quod eius poteſtas ad Dei immortalis numen accedit, niſi ad exceſſum gloriæ, magnitudinem compones Mariam, quod ſcilicet exęquet, quod ſuperet quodammodo vterum illũ, qui tribuitur æterno Patri, de quo ſcriptum eſt, Pſalm.109. *Ex vtero ante Luciferum genui te*. Ad ipſum poteſt referri Iſaiæ cap.60. illud vaticinium. *Ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generatione, & generationem*, quomodo in ſuperbiã? Pagninus, *ponam te in gloriam æternam*, & ſatis aptè, vt exuperantem Mariæ gloriam indigitaret, quaſi dicat, eo te proueham dignitatis, & lucis, vt nihil in populis habeatur mirabilius, & illuſtrius. Accinit S. Zenon, ſerm.3. de nat. Mariæ, dum inquit, *Superbus emicat venter verbo*, quaſi à conceptu Verbi, Maria nullum finem, modumque magnitudinis ſibi præfigeret nullũ; ſed ſupramodum, & menſuram, (quod proprium ſuperbientium eſt) euolaret Maria igitur ſæculum orbemq; ſuperbientem facit, Mariam verò conceptus. Lepidè igitur Zeno, *Superbus emicat venter verbo*; ſed quid ſi proferamus in medio dicentem: *Superbum emicat Verbum ventre*, non Zenonem Antiſtitem, ſed Gabrielẽ Archangelum; non nè immenſum eſſet, & ineffabile, quod ad Mariæ gloriam accederet? hoc enim prę ferunt illius verba, Mariam alloquẽtis. *Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur*. Hæc protulit Angelus, quaſi Deus à conceptu, & partu Virginali adepturus eſſet magnitudinem, & nominis celebritatem, & Proclus dum ait, homil. de Chriſti natiuitate, *Maria vnitatum inter ſe naturarum officina, hæc ſalutaris reconciliationis panegerys, quidquid laudabile in noſtra reconciliatione Verbum facit, illi acceptum tradit*, vnde Dauid Propheta canens, quam ſe Chriſti nomen in vnguenta diffundat per vniuerſum orbem terrarum, Pſalm.44. *Myrrha, & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis*, hoc eſt, vt Theodoreto placet, nihil odoratius, quã verbum veſtitũ carne, nil celebrius; vnguẽtum effuſum nomen eius, cuius ſuauitate repletur mundialis hęc machina: verum omnis iſta vnguentorũ, omnis iſta nominis celebritas, ſuam originẽ traxit à domibus eburneis, ab eburnea virginalis vteri domo egreditur, Verbum apud omnes creaturas, nominis ſui rerumque geſtarum diffuſarum fragrantia. Accinit D. Auguſt. lib.1. de ſymbol. ad Cathecum. dicens, *Vndè humilis? quia homo natus ex hominibus, vnde excelſus? quia ex Virgine*, idem etiam retulit magna orationis grauitate, D. Cyrilus Alexandrinus exegeſ. de incarnatione Verbi, hæc ſcribens, *Quia perindè, ac vnus è nobis ortum ex muliere ſortitus eſt, fit vt iure, meritòque nomen, quod eſt ſupra omne nomen accepiſſe perhibeatur, omneque genu cęleſtium, terreſtrium, & infernorum ipſi incuruetur, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*. Ecce tibi, nomen magnum, & celebritatem Chriſti, vtero adſcriptum fęmineo, à quo originem traxit. Applaudunt Gabrielis Conciues omnes Sancti Angeli, vt pulchrè Athanaſius ſic Mariam alloquens, *Benedictionibus te celebrat prima acies, quæ ex Thronis, Cherubinis, & Seraphynis conſtat, qui Magni Regis Dei cognitores appellantur*, & cur magni Regis cognitores Mariam celebrantẽ ſanè, & magni Regis Dei excellẽtias ſpeculentur, neceſſario in laudes Virginei vteri exurgant, quaſi in aliquã ſem Chriſtiferæ magnitudinis cauſam.

Pſal.109. Pſal.60. Zeno. Deus à conceptu Virginis adeptus eſt quodammodo magnitudinem. Luc.1. Proclus. Pſal.44. Auguſt. Cyr. Alex.

S.Zeno. ſam. Efferat ſe ſe S.Zeno, quaſi ex illa ſua laude, *Superbus emicat venter verbo*. Omnia conſequutum exiſtimet B.Virginem Mariam, nam nos Gabrielis, & Angelorum facti diſcipuli, dicimus ad exceſsũ gloriæ eius ſummè laude dari verbo, quod ex ipſa naſcatur, & quod *Superbum emicat verbum ventre*, Prodigium? quod paruus ſanctitatis fons; videatur immenſo Sanctitatis pelago aliquid dediſſe, & vterus virginalis nouum decorem, nouamque ſanctitatis ſpecioſitatem intuliſſe verbo increato, quis hoc crederet, niſi Gabrielem Archangelum haberet aſſertorem? Luc.1. *Quod enim ex te naſcetur Sanctum*, remque probauit euentus, nam illi apud Hieroſolymam Chriſti Domini, & miratores, & exceptores prius exclamãt. Matt. 21. *Oſanna Filio Dauid*, & immediatè ſubdunt, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, quaſi in illo mirarentur ſolum ſanctitatem, & benedictionem, ex benedicta Dauidica parente ortam, quod ponderans Diu.Cyrillus Alexandrinus in Neſtor. ſic ſalutat Verbi diuini Matrem *Salue Mater, & Virgo, per quam is benedictus in Euangelijs nominatur, qui venit in nomine Domini*. Vt clareat, quam iuſtè Verbi ſpecioſitas, & ſanctitas ſpectabilis, quaſi accepta Matri referatur. Hinc Rupertus lib.1.cap.11.de opere Spiritus ſancti, ſanctiorem Natiuitatem putat in Chriſto, quam in Adamo ex parte terræ ex quæ aſſumptus eſt vterque etenim Adamum fecit Deus ex terra, nec benedicta, nec ſua. Verum Chriſtum fecit ex virginali terra benedicta, & ſua; iuxta illud Dauid Pſal.84. *Benedixiſti Domine terram tuam*.

Qui plenè vult laudare Chriſtũ, debet in laudes vteri virginalis exurgere.

Luc.1. Matt 21. Cyr. Alex. Rupert. Pſal.84.

15 Sed miſſam faciamus hanc comparationem; ne laudes Virginis, & huius Mariani vteri, minuere potius, quam amplificare videamur, proſequamur oſtendere, iuxta ceptum inſtitutum, quod cum æternis, diuiniſque proceſſionibus; temporalis hæc Verbi, ex vtero Virginis generatio contendat. Albertus Magnus eadem verba Archangeli Gabrielis propendens, inquit, *Chriſtus vt Deus Sanctus eſſentialiter, vt homo Sanctus Sanctorum; vt aſſumptus de Virgine Sanctiſſimus*. Maiora proferam, quæ B.Virginem ineffabilibus efferunt preconijs, manum infert in attributa diuina, proprietateſque perſonales diuinarum perſonarum, eaque, quę ſunt propria Spiritui ſancto, fiunt quodammodo communia Verbo, dum fit Virginis Filius. Acceptum eſt apud Patres, & Theologos, Spiritum ſanctum ex vi ſuæ originis procedere, vt amorem, & ſecundum propriam, & peculiarem notionẽ ſuam amorem, & dilectionem appellari, triaque eſt apud eoſdem illa propoſitio, ab Auguſtino deſumpta, *Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto*; Filium verò per intellectum, & intellectionem ortum ducere; ideoque appellari Verbum, quia Pater dicendo (quod eſt ipſum intelligere, vt eſt in Patre) producit Verbum, & tamen D.Paulus loquẽs de hoc eodem Genitore, & genito illa profert verba Colloſ.1. *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum Filij dilectionis ſuæ*: Vndè iſte proceſſionum diuinarum inuerſus ordo? num forſitan æternus Filius, idẽ, qui eſt Dei Verbum per voluntatem, amorem, & dilectionem æquè, atque per intellectum procedit à Patre? (Abſit) hic eſt error Sabellij, qui impiè ſentiebat, Filium eſſe vnam, eandemque perſonam cum Spiritu ſancto. Sed prætermitto illũ Pauli eſſe Hebraiſmum, quod tantundem valet, ac ſi diceretur, *Filij ſui dilecti*, ita Syrus, Chryſoſtomus, & alij, vel quod ferè in idem incidit, vt inquit Theophylatus.

Alb.Magn. Maria manum infert in attributa diuina. Coloſs.1. Chryſoſt. Theophyl.

latus. *Veri, proprij, vnici Filij ſui, vnicèque dilecti:* Sed ad rem noſtram, quando verbum caro factum eſt, tunc incepit eſſe Filius dilectionis ſuæ, iuxta illud: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret:* Induens ergo humanam naturam in viſceribus Virginis, induit etiam, & cum ipſa quodammodo notionalem proprietatem Spiritus ſancti, & cum natus ex eadem, natus dicitur Filius dilectionis Patris. Nam amor Paternus, Deum nobis protulit, & hominem, ſicut, & canit Eccleſia. *Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine.* Quod igitur non accepit Verbum à Patre per generationem æternam, vt dicatur Filius dilectionis ſuæ, tributum eſt illi per generationem temporalem, claruſque fit in vtero Virginis, hoc alio titulo, euaditque conſors proceſſionis Spiritus ſancti.

Ioan. 3.

16 Sed non ſolum terminos notionalium proprietatum protendit in Filio B. Virgo; ſed multiplicat quodammodo attributa diuina, merito à Cōcilio Cōſtātinopolitano quinto, & à Chalcedonenſi appellatur collat. 6. *theotocos*, quod nihil ſibi vult aliud, quam Mater Dei, vſura Dei, negotiatio Dei, nam in Græco idiomate idem nomen quod Matrem, Dei ſignificat, verti etiam poteſt vſura Dei, nec caret Myſterio, nam eo ipſo, quod B. Virgo facta eſt Mater Dei, ditari cœpit res diuina communicat Pater cum Filio eandem eſſentiam, eandemque naturā, & cum ipſa attributa omnia generando illum, eadem hæc omnia habet Spiritus ſanctus à Patre, & Filio; at his æternis, & ineffabiliter proceſſionibus acceſſit ne aliquid ad rem diuinam? Audi Athanaſ. *Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus. Et tamen non tres Dij, ſed vnus eſt Deus. Aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus ſanctus, & tamen non tres aeterni, ſed vnus aeternus, omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus, & tamen non tres omnipotentes; ſed vnus omnipotens.* Nullos quæſtus, hac via fecit, nec poterat, quod enim immenſum eſt, & infinitum, nec incrementi capax eſt, nec lucri, & qui Deus eſt, non poteſt eſſe niſi vnus, pluralitatem ſi admitteret, deitas, non eſſet deitas, alia ergo via progredi ſtatuit, vt lucrifaceret (Chryſologus) ſer. de incarn. *Voluit,* inquit *cum carne habere commercium.* Dataq; illi libera commeandi, ac contrahendi facultate, quod quæſtus maximos fecerit, vix dici poteſt; antequam initi fuerint in vtero Virginis hi contractus, Deus ſibi ſoli erat omnipotens, ſibi ſoli ſapiens, miſericos ſibi ſoli, & quamuis creaſſet orbem terrarum, hominemque haberet, cui ſua impartiret bona, quicquid beneficij in hominem illucuſque contulerat; exigua erat ſuæ bonitatis probatio, debile argumentum, lucrum tenue, tanti numinis ſuboſcura cognitio. At cum verbum caro factum eſt per Mariam, inquit, Anſelmus, cæpit ſciri quod erat, creuitque Dei gloria ab eius Filio diuinitus reuelata, & ob res mirabiliter geſtas, quantum creuit hæc cognitio, iuxta Pauli verba 2. Corinth. ad 3. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, de claritate in claritatem.* Quibus verbis Apoſtolus, verbum carne veſtitum, qua Deus, & verbum, vocat ſpeculum Patris, qua homo ſpeculum deitatis, eiuſque gratiæ, & gloriæ, & conſequenter Euangelium Chriſti, non aliud quam ſpeculum gloriæ Dei, idque clariſſimum, & lucidiſſimum. Sed vnde hæc omnia ortum habent, niſi ex illibata Virginis Matre eius? Per Mariam igitur cæpit Deus ſciri, quod erat, ita

Maria Virgo vſura Dei.

Collat. 6.

Eo ipſo qđ B. Virgo facta eſt Mater Dei, ditari cœpit res diuina.

Athanaſ.

Chryſol.

Anſelm.

2. Cor. 3.

Maria Virgo Idea, & forma Dei.

Salazar. de B. Virg. c. 5. num. 16.

ita vt ſint, qui non vereantur dicere, Mariam eſſe Ideam, & formam Dei, non ſolum ratione humanitatis aſſumptæ; ſed etiam ratione diuinitatis. Nam licet inuiſibilia Dei juxta illud Pauli ad Rom. 1. A creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellectu conſpiciantur, nam in ſuis creaturis dignoſcitur, ac conſpicitur; tamen de Virgine, inquit, Petrus Chryſologus. *Tanta, eſt Virgo vt quantus ſit Deus non ſatis cognoſcit, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animam non miratur.* Quod proindè eſt, ac ſi dicat, quicunque Dei magnitudinem, ex his, quæ cunctis ſimul creaturis ſui ipſius veſtigia impreſſit, aucupati voluerit, illius vtiq; ignarus, & neſcius prorſus manebit, donec Deum in Maria, & per Mariam quærat. In hac enim quantus quantus eſt Deus, tantus inuenitur, & tota quodammodo magnitudo illius, veluti in idea, & in imagine ſua, expreſſa reperitur. Per Mariam igitur cœpit Deus ſciri, quod erat, per eandem, eius gloria, & (quod eminentius eſt in diuinitate) myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis promulgari. Merito appellatur vſura Dei. Quid plura? Theologi appellant deitatis veluti conſumationem, Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium. Iſidorus verò Hieroſolymitanus Trinitatis cōplementum vocat Mariam; in qua (vt inquit, Andreas Cretenſis de laud. Virginis orat. de dorm. Virgin. *Ineſtimabile, quod eſt peractū myſteriū ab infinitate infinities infinitè exceptum.*

Rom. 1.

Serm. de Annunc.

Maria Trinitatis complemētum.

Iſidor. Hieroſolymit.

Cretenſis.

Orat. de dorm. Virgin.

Locuti ſumus hucuſque comparate, de hoc arcano Incarnationis Myſterio, & oſtendimus, quam ſit magnum etiam relatum ad illud ineffabile S. Trinitatis; hoc ipſum oſtendendum eſt ſimpliciter, quod non difficile aſſequemur receſendo, quot inuoluat mirabilia, omnem creatæ mentis captum, ſuperantia.

Oſtenditur nō ſolum comparatè, ſed etiam ſimpliciter hoc myſterium eſſe magnum.

Cap. 4.

1 Mira huius myſterij magnitudo, quæ non poetarum carminibus, non annalium monumentis celebratur; ſed fidei iudicio infallibili expenditur. Tres video Præcones, qui huius Sacramenti celſitudinem palam prędicant. Modus loquēdi Euangeliſtarum. Dicta SS. Patruum; Et res ipſa, ideſt tot mirabilia, quæ hoc vnum myſteriū inuoluit. Apoſtolus, & Euangeliſta Matthęus, vt inde ſummam exordium qui cum caput ſuum primum incæpiſſet *Liber generationis Ieſu Chriſti Filij Dauid, Filij Abraham.* Et ita terminaſſet, *Ioſephus virum Mariæ de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus,* vt diſtingueret Chriſti generationem ab alijs omnibus præcedentibus, mutat loquēdi formā, dicens *Chriſti autem generatio ſic erat,* quem locū Chryſoſtomus, ſic explicat. *Quoniam ſuperius dixerat Euangeliſta Iacob autem genuit Ioſeph, cui deſponſata Maria, genuit Ieſum, ne quis audientium, ſic æſtimaret, eſſe Chriſti natiuitatem, quomodo præcedentium Patrum, ipſe ordinem narrationis prætendens, dicit, Chriſti autem generatio ſic erat, ac ſi dicat generatio quidem eorum patrum, quos expoſuimus, ſic fuit, quemadmodum retuli; Chriſti autem generatio nō ſic; ſed ita erat; Cum eſſet deſponſata Mater Ieſu Maria Ioſeph, quaſi nouum aliquid dicturus, præmittit modum generationis dicere ne audiens virum Mariæ æſtimes natum eſſe lege naturæ,* & D. Petrus Chryſologus ſerm. 2.

Tres ſunt præcones qui prædicant celſitudinē huius myſterij.

Matth. 1.

Modus loquēdi ſacræ Script. prædicat ineffabilitatē huius myſterij.

Chryſoſt. Relat. à D. Thom. in catena.

Petr. Chryſologus. ſerm.2.de S.Ioſeph; eleganter ad-
uertit, *non dixit Euangeliſta, Chriſti generatio ſic facta eſt; ſed ſic erat, quia Chriſti generatio, erat apud Patrem, quando generabatur ex matre, quod erat, ſemper erat, quod factum eſt, hoc credebatur, erat Deus; & credebatur homo*.

2 Addere poſſumus nos ſacrę Scripturæ eſſe morem hoc vno monaſillabo, *ſic*, magna, & inenarrabilia complecti ita Ioannes Apoſt. & Euangeliſta cap.3. volēs magnum, & immenſum Dei amorem exprimere, quo proſequutus eſt Mundum, quod Deus ſibi ipſi ſufficiens, nec mundi, nec hominum indigus, nulli debitor, mundum dilexerit, qui poſitus eſt in maligno, homines intelligens alienos à ſe, Deoque inimicos, peccati cauſa; quo erant infecti, quod ita dilexerit, vt Filium, non ſeruum non Angelum non Archangelum, inquit, Chryſoſt. ſuum, non alienum, ſed planè ſuum, eiuſdem ſubſtantiæ, nulla re diſcrepantem; Vnigenitum non vnum è multis, in quo omnem ſuum amorem collocauerat; daret, donaret, non venderet, aut accepta re æquiualenti commutaret, ſed gratis daret, nec quocunque modo daret; ſed vt tanquam ſerpens in deſerto exaltaretur, ideſt, vt affigeretur Cruci. Porro hunc mutum amorem, ineffabilem, & incompræhenſibilem, verbis exprimere nō valens Euāgeliſta, vnica illa indicauit dictione, *ſic ſic Deus dilexit Mundum*. Pariter B. Virgo volens verba querimoniæ, & admirationis ſimul texere, ob triduanam Chriſti abſentiam, quod ipſa, & Ioſepho inſcijs, & inconſultis, Hieroſolymis remanſerit, quod errare permiſerit cum ſit Filius, idque non errore; ſed conſilio, ſtudioque, ac voluntate fecerit, nec ignarus (vtpotè, qui ſcit omnia) quid ex hoc ſuo facto ſequutum ſit, vt ſummo dolore affecti, illum triduo quærerent triſtes; & quod amplius eſt, cruciati ob metum ſcilicet ne, vel malè ſecum ageretur, vel certè eos deſeruiſſet, quod affligebat etiā incertitudo temporis, & loci, quod neſcirent vbi, & quando eſſent inuenturi, tantoque acerbior erat dolor, quanto amor vehementior, atque quicquid ad querimoniam poterat dici, & ad admirationem pertinens, ob Chriſti abſentiam; quomodo explicat B. Virgo, Luc.2. Fili quid feciſti *nobis ſic*? Non abſimile eſt; quod legitur apud Mattheum, vbi volens Chriſtus diſcipulorum exaggerare negligentiam, & ſimul excitare torporem, quod magiſtro ſummo mœrore affecto, ipſi dormirent, omnes alloquēs, & præcipuè Petrū dicit, *ſic; non potuiſti vna hora vigilare mecum*. O quam emphaſim habet illud, *ſic*, quamuè multa complectitur, *ſic*, quaſi diceret, ſic grati beneficij, ſic ſtatis promiſſis, ſic re ipſa exhibetis quod nuper iactaſtis Luc.22. *parati ſumus tecum in carcerem, & in mortem ire ſic*, intelligebatis illud, *poſſumus*; ò vos filij Zebedei, quando interrogati num poteratis bibere calicem, reſpōdiſtis audacter, Math. 20. *poſſumus, ſic*, hic eſt ille tuus Petre exceſſus audaciæ, animoſitatem oſtentans, ad certandum cum morte, *etiam ſi opportuerit me mori tecum non te negabo*. Quicquid igitur poterat Chriſtus diſcipulis exprobare dormientibus, ſub illo, *ſic*, compræhenditur. *Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum*? Quod ſi à Chriſto exiſtente in horto ad eundem pergamus qui in Ciuitate venit Samariæ, quæ dicitur, *ſicar*, proſequar id ipſum oſtendere nam Ioannes illa concisa oratione, *ſedebat, ſic, ſupra fontem*, multa complectitur Chryſoſtomus, Theophylatus, & Euthymius exponunt illud, *ſic*, prout caſus ſere-

Marginal notes: Magna, & inenarrabilia ſolet ſacra Script. cōplecti illo monaſyllabo, ſic. — Ioan.3. — Chryſoſt. — Luc.2. — Matt.26. — Luc.22. — Math.20. — Ioan.4. — Chryſoſt. Theophyl. Euthym.

ferebat, vel, ſic, quod eodem ferè redit, ideſt humi, ſine ſede, alij referunt illud, ſic, ad verbum, fatigatus, quaſi ſit ſenſus ſedebat, *ſic*, ideſt modo, habituque hominis fatigati, tandem ſunt, qui illatiuam, aut cauſalem particulam eſſe arbitrantur, quo ſenſu etiam apud Ciceronem poni latinè dictionem, *ſic*, nonnulli Grãmatici notarũt: proindè ac ſi diceret Ioan. venit feſſus de via, & ita ſedit, ideſt propterea ſedit, aut ſedit ergo. En quot latent in vna breuiſſima dictione ſententiæ, *ſedebat ſic*, ſi ergo conſueuit Scriptura ſacra, innumera, & inenarrabilia, ita explicare, & ad compendium redigere, quid mirum ſi Euangeliſta Matth. volens huius ineffabilis myſterij hiſtoriam texere, inde exordiatur. *Chriſti generatio ſic erat*. Vno illo monaſillabo tot mirabilia in hoc myſterio contenta, quæ explicare nequeunt, indicans, *ſic*, quod eadem perſona, fuerit ſine mutatione bis genita, *ſic*, quod increatus homo ex hominis natura creata verbique perſona, fuerit ſine imperfectione compoſita, ex Patre ſine Matre, ante ſecula genitus, ex matre ſine patre in tempore procreatus, *ſic*, quod terra virginea nulla hominis opera exculta, ſed Spiritus ſancti virtute fæcundata, integra, & incontaminata, Deum abſconditum humani generis conſeruatorem, ac vindicem germinarit, *ſic*, quod natura mirante, & eius legibus violatis, ęternum venerit in tempus, ſpiritus, qui figurari non poteſt in figuram, inenarrabilis in ſermonem, inexplicabilis in linguam, incircumſcriptus in locum, inuiſibilis in colorem, Creator in creaturam, Dominus in ſeruum, liberator in pretium, ſanitas in infirmitatem, ſatietas in eſuriem, fons in ſitim, artifex in opus, altitudo in humilitatem, latitudo in anguſtias, longitudo in breuitatem, gloria in confuſionem, ſapientia in ignorantiam, redemptio in captiuitatem, pretium in venditionem, vita in mortem, quod Iudex factus ſit reus, & Rex exul à Regno, *ſic*, quod Deus ſit homo, & homo efficitur Deus, Virgo ſit Mater, & fęcundatur, cauſa ſit effectus. Creator creatur, ſimpliciſſimus componitur, infinitus terminatur, immenſus menſuratur, æternus ſubijcitur tempori, incircumſcriptus vtero Virginis includitur, ſpiritus ſit corporeus, primus ſit vltimus, Alpha, Omega, Maieſtas deprimitur, omnipotentia infirmatur, ſapientia diſcit, gaudium, & riſus illachrymatur, dulcedo amareſcit, fiducia timet, immortalis ſit mortalis, vita moritur, & quicquid de tanto myſterio ab homine proferri non poteſt digne, vt par eſt, indicauit Euangeliſta Matthæus illa dictione, *ſic*, *Chriſti generatio ſic erat*.

Cicer.

Mirabilia in hoc incarnationis myſterio contenta.

Adhoc etiam alludit idem, quãdo Angelum introducit blandè alloquentem Ioſeph, *Ioſeph filij Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt*. Optimè Salmeron to. 3. tract. 30. ante fin. §. nouerat autem, in neutro ait quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt, (Quod) nimirum quia ineffabile, & admirabile, & in ea ſola, totaque factum eſt, non tantum in vtero, quia mente, & corpore Meſſiam concepit. Præterea Chriſti corpus, quod à primo Conceptionis articulo integre formatum, atque animatum, fuit, aptiſſime in vtero natum dicitur, quod notat Euthymius ſubdit *de Spiritu ſancto eſt*, vt ſimul quid opus naturæ, quid eſſet in hoc myſterio virtus Spiritus ſancti, indicaretur, cum ergo *natum*, Angelus dicit, Virginem id egiſſe in Conceptione ſignificat, quod iuxta naturę ordinem matris eſt, cum autem addit de Spiritu ſancto, miraculo id

3

Salmeron.

Euthym.

per

per Spiritũm ſanctum ſuppletum eſſe, quod Patris erat, fuit igitur ea in conceptione naturę aliquid, maternum ſcilicet opus; ſed quod potiſſimum eſt, miraculi; at quia huiuſmodi naturæ concurſus cum virtute diuina, ad efficiendum opus tam ineffabile quod naturæ vires, & leges tranſcendit, creatæ mentis ſuperat captum; meritò rerum admirabilium more in *neutro*, perſcribitur, *quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt*, hęc ille. Accinit S. Lucas, dum Mariam introducit ita Gabrielem interrogantem. *Quomodo fiet iſtud*. Hoc ſcilicet nouum, inuſitatum, inauditũ a ſęculo, quod non capio, quod non intelligo, eſſeque tale confirmat Archangeli illa reſponſio, *ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*.

Luc. 1.

4 Poſſumus dicere, his verbis Angèlicis indicari, illam rationem, cur Incarnationis opus tribuatur Spiritui ſancto, quæ in geſtis Niceni aſſignatur Concilij, & eſt huiuſmodi, quod in nobis duplex eſt Verbum, verbum cordis, & verbũ vocis; verbum cordis, eſt ipſa cõceptio intellectus, quæ occulta eſt hominibus, niſi quatenus per vocẽ exprimitur, ſiuè per verbum vocis. Verbo autẽ cordis comparatur Verbum æternũ ante Incarnationem quando erat apud Patrem, & nobis abſcõditum; ſed Verbo vocis comparatur Verbũ incarnatum, quod iam nobis apparuit, & manifeſtum eſt, Verbum autem cordis non coniungitur voci, niſi mediante ſpiritu, & ideò rectè Incarnatio Verbi, per quam nobis viſibile appáruit, mediante ſpiritu facta eſt, huc potuit pertinere, quod dictum eſt per Angelum, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c*. Sed melius, appoſitè ad ea, quę dicta ſunt ad ineffabilitatem huius myſterij hæc verba poſſunt referri, ac ſi Angelus

Ratio cur incarnatio tribuitur Spiritui ſancto allata in Cõcilio Niceno.

reſpõdeat ad Virginem, inquit Bernardus, homil. 4. immiſſus eſt. *Quid à me requiris, quod in te experieris, ſciens ſcies, & fœliciter ſcies, ſed in illo Doctore, & Auctore, ego autem miſſus nunciare virginalem conceptum, non creare, nec poteſt doceri, niſi à donante*. Et quidem non eſt poteſtatis Angelicæ, quod Virgo doceatur ſuam integritatem æternare, id ad diuinum ſpectat magiſterium, ſpiritus, qui intimè illabitur membris humanis, ille ad incorruptionẽ facit proficere, & immortalitatem. En celſitudinem huius myſterij, quo nec intellectus Angelici acies, poteſt pertingere, nam interrogatus, quomodo fiet iſtud? reſpondere videtur per verbum *neſcio*, cum reſponſionem videatur dare ad rem propoſitam minimè aptam, nam B. Virgo quęrit modum, & Angelus dicit virtute Spiritus ſancti eſſe faciendum, *Quomodo*, vero reticet, veluti vires ſuas tranſcendens; ſed vel ad Dei omnipotentiam confugit, *non erit impoſſibile apud Deum omne Verbum*, vel ad magiſterium Spiritus ſancti, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, qui tanti operis conſtitutus eſt Artifex, *Mirum*, & ineffabilitatẽ huius magni Sacramenti reddens celeberrimam, nam quod Dauid Pſal. 70. dicat, *Quoniam non cognoui litteraturam introibo in potentias Domini*; hoc eſt, vt multi ſimpliciter intelligunt, quoniam non cognoui doctrinam, quæ litteris continetur, vt potè qui eram Paſtor ouium, & ex paſtoritio illo munere, ad militiam aſſumptus fui, & ad Regnũ, iuxta illud Pſal. 77. *De poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob populum ſuum*; ideò introibo in potentias Domini, adhærebo penitus, omnipotentiæ Dei, totaque ratio facti, mihi erit potẽtia facientis, illa mihi ſufficiet ad omnes ſoluendos nodos, omneſq; explicandas difficultates, *nihil mirum*, idio-

Bernard.

Celſitudo huius myſterij ſuperat capacitatẽ intellectus Angelici.

Pſal. 70.

Pſal. 77.

cam

tam ſe cognoſcebat, & imperitum, vt talem ſe volebat gerere, æqui, bonique facit. Sed quod Angelus cuius intellectus perſpicaciſſimus, cuius ſcientia profundiſſima, cuius intellectio indefeſſa, cuius cognitio perfectiſſima, quem nullum latet ſecretum, cui eſt à natura tributum, etiam liberas cogitationes cordis (ſi cum Scoto velimus ſentire) penetrare, & ni impediretur, comprehendere, qui certam rerum per cauſam habet cognitionẽ, nec ex cauſis diſcurrendo colligit effectus, vel ex principijs infert cõcluſiones; ſed in cauſis, ſine diſcurſu intuetur effectus, & in ſuis principijs cõtemplatur concluſiones, cognoſcit perpetuò ſe ipſum intuitiuè, imò, & comprehendit, idque non per aliquam ſpeciem; ſed immediatè per ſuam ſubſtantiam, & per eandem ſuas potentias, & proprietates, quin etiam accidentia, quæ in ſe habet contingentia, & per idem medium naturaliter Deum cognoſcit; quid non cõplectitur intellectus Angelicus? res materiales omnes etiam in indiuiduò, imò ſingularium perfectam habet ſcientiam, ſicut datur in Deo, quo non pertingit humana vlla ſcientia, quia imperfecta eſt, nec valet ſingularium proprias, & indiuiduas conditiones per propriam cognoſcere ſcientiam, ſed de illis philoſophatur ſecundum prędicata cõmunia. Quid plura? nec Salomon omnium hominum ſapiẽtiſſimus, in omni ſapientia ſua potuit æquare ſcientiam vnius Angeli. Et tamen, quod Gabriel non Gregarius, vt ita dicã, Angelus, ſed inter primarios, rogatus tamen à Virgine, vt ipſam doceret hoc myſterium, tanquam ignarus, & literarum omnium imperitus, & veluti vltra vires, fugiat tale exercere magiſterium, ſed cum Dauid idiota, & illiterato ad Dei recurrat potentiam. Luc. 1. *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.* Interrogatuſque de modo. *Quomodo fiet iſtud?* Reſpondeat. *Spiritus ſanctus ſuperueniat in te, &c.* Perindè ac ſi diceret tota ratio facti, nobis ſit potentia facientis, id nobis ſufficiat, cætera Dei relinquamus omnipotẽtiæ, noſtrum non eſt vltra progredi. Hoc quidem eſt admirabile, & miris modis extollens ineffabilitatem huius myſterij. Modus ergo loquendi Euangeliſtarum, en quomodo celebrat magnitudinem huius Sacramenti.

Perfectiſſima ſcientia Angeli deſcribitur.

Luc. 1.

Dicta Sanctorum Patrũ prædicãt ineffabilitatẽ huius myſterij.

5 Sed id ipſũ prædicant dicta Sanctorũ Patrũ, Dionyſ. Areop. in pręfatione epiſt. 4. ad Caium pręter id, quod ex ipſo ſupra retulimus, inquit, myſterium hoc per negationẽ potius, explicandum à nobis, quam per affirmationem, ſicut ſolemus de diuinis ineffabilibus philoſophari Diu. Hierony. in ſerm. de aſſumpt. ſi ipſius eſt nõ minus eleganter, quam doctè vniuerſam naturam ad tanti myſterij altitudinem, & Maieſtatem obſtupeſcere, inquit, his verbis: *Quod natura non habet, vſus neſciuit, ignorat ratio, mens non concepit humana, pauet Cœlum, ſtupet terra, creatura etiam cæleſtis miratur, hoc totum eſt, quod per Gabrielem Mariæ promittitur, & per Spiritum ſanctum adimpletur.* Ambroſius cum prius de æterna generatione dixiſſet lib. 1. de fid. ad Grat. cap. 5. *Mihi quidem impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretum, mẽs deficit, vox ſilet, non mea tantum, ſed Angelorum.* Subdit inferius, *non ſolum admirabilis ex Patre generatio Chriſti, admirabilis etiam eius generatio ex virgine.* Iuſtinus lib. de conf. fid. Trinit. non pudebit, inquit, me fateri huius vnitionis ignorantiam haberi, imò, & gloriabor potius quod credam arcana, quæ nec ratio, nec mens valet percipere, cui conſonant verba, Leonis Romani Põtificis, ſerm. de paſſione, dicẽtis, *Gau-*

Dionyſ. Areopag.

Hieron.

Epiſt. 4. ad Caium.

In ſerm. de Aſſumpt. ſi ipſius ẽ. Ambroſ.

Iuſtinus.

Leo Pont.

Gaudendum nobis potius quam erubeſcendum, quod tanta ſuperamur materiæ dignitate,

Auguſt.

Auguſtinus Epiſt.3. ad Voluſian. de hoc myſterio ita loquitur. *Fateamur ergo Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur vſurpare non poſſe*, quæ verba vſurpauit

Concil. Tolet.

Concilium Toletanum addens. *Si ratione oſtendi poſſet, non eſſet mirabile, ſi exemplo, non eſſet ſingulare*,

Bernard.

lacteus ille Bernardus ſer.2. huius myſterij Ep.109. huius admirans myſterij dignitatem, & profunditatem, inquit, *abyſſus imperſcrutabilis eſt, & in quo hauriam non eſt mihi*, & idem, *nemo hominum nouit nec noſcere ad plenum poteſt, quid boni ad gratiam, quid congruentiæ ad ſapientiam quid decoris ad gloriam, quid commodi ad ſalutem, penès ſeipſam contineat huius venerandi myſterij altitudo*,

Cyri. Alex.

Cyrillus Alexandrinus ad Reginas ſilentio magis incarnationis ſecretum, & ænigma adorandum, quam multis verbis explicandum eſſe dicit, *ænigma Sacratiſſimum, quod ſumma potius veneratione ſuſcipiendum eſt, quam humanæ iudicij trutina ſubijciendum*. Nam, & ſi difficilimum eſt Sanctiſſimæ Trinitatis arcanum, aliquid tñ in illo vnitatem nẽpè diuinę naturę ratio naturalis aſſequitur, cum niſi tantum vnum eſſe Deum illa ſuadeat, Incarnationis autem myſteriũ præterquam quod humanę mentis captum infinito ſuperat interuallo, aliquod illius in rebus creatis veſtigium, non cernitur, cuius inditio in tam inueſtigabilis arcani notitiam deducamur

Paſcaſ. Pap.

Paſchaſius Papa Epiſt. ad Antimũ. *Solius fidei contemplatione*, inquit, *cernendum eſt, ad quæ proueheatur humilitas carnis, ad quæ etiam inclinetur altitudo deitatis, quid ſit, quod caro ſine verbo nõ agit, & quid ſit quod verbum ſine carne non efficit, quomodo Chriſtus ita inter Deum, & hominem mediator apparuit, vt ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret*.

Scot.

Auguſt.

Ioan. 1.

Sententiarum Magiſter 3. ſent. diſtinct.2. iuxta Auguſtini explicationem illa verba Ioannis cap.1. declarans, quibus ſe prædicauerat indignum, vt corrigiam calciamenti Ieſu ſolueret, intelligenda de vnione hypoſtatica cenſet, ibi enim inenarrabili modo, & ineſplicabili coniunctionis vinculo, natura humana cum diuini verbi ſuppoſito copulata fuit, ad cuius intelligentiam, & declarationem, Ioãnes licet ab vtero ſanctificatus, ſe nec dignum, nec idoneũ eſſe profitetur. Terminabo hanc tot Patrum ſeriem duobus teſtimonijs ad idem confirmandum ſatis appoſitis, quorum alterum eſt

Cyprian.

Cypriani, alterum Thomæ de Villanoua ille, vt ſolet elegantiſſime in

Iſai. 9.

illa verba Iſaiæ cap.9. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*. Quorum priora ad ſacram humanitatem, poſteriora ad diuinitatẽ refert, ita inquit, *datus eſt ergo ex diuinitate, natus ex Virgine, natus, qui ſentiret occaſum, datus, qui neſciret exordium, natus, qui ex patre eſſet iunior, datus, quo non pater eſſet antiquior, natus, qui moreretur, datus ex quo vita naſceretur, ſic qui erat, datus eſt, qui non erat, natus eſt, illic dominatur, hic humiliatur, ibi regnat, mihi militat*. Hic etiam lepidiſſimè in ſerm.

Ioan. 1.

S. Paſchaſ. in illa verba, Ioan.1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*. Sic fatur, quid prius Domine magnificabo, aut pro quo tibi magis gratias dabo, quia tuum Patrem feciſti noſtrum, aut quia Deum noſtrum, feciſti tuum? in priori namque exaltaſti nos ſublimiter ad te, in ſecundo deieciſti humiliter ad nos, prius enim quam noſtram indueres formam, patrem habebas, ſed Deum non habebas, nos autem Deum habebamus, Patrem non agnoſcebamus; veniens autem ad nos, Deum ſuſcepiſti, Patrem dediſti,

ſti, vtrobique magnificus, vtrobique miſericors, tecum ergo ad Deum in ſpiritu tuo audenter clamamus Abba Pater, tu quoque nobiſcum ſimili voce proclamas, *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Mira res, & omni dilectione proſequenda, Deus Deum habet, Deus Deum ſibi interpellat adiutorem in agone, pro ſeruo Deus factus eſt ſeruus, vt me ſeruum faceret filium, ille ſic humiliatus, ego ſic exaltatus, in nullo ergo differs à ſeruo, cum ſis Deus omnium. Hæc Thomas à Villanoua, quæ duo teſtimonia non ſolum celſitudinem concelebrant huius myſterij (quod erat inſtitutum) ſed præterea exuberantem inde Dei miſericordiam, ſummis extollunt præconijs.

Thomas à Villanoua.

6 Tandem res ipſa probat ineffabilitatẽ huius myſterij, tanta enim abſcondit hoc incarnationis opus, mirabilia, vt ſint qui dicũt. Hoc Sacroſanctum Sacramentum eſſe omnium myſteriorum fidei noſtræ, ſiuè quæ in Cęlis, ſiue quæ in terris ſunt *Anacephaleoſim*, & cõgregationem, & ſanè hoc eſſe coronidem totius ſummæ Theologiæ, iure optimo voluit S. Thom. & Damaſc. orat. de natiu. ſatis acutè vocauit Beatam Virginem non ſolum miraculum; ſed miraculorum officinam, quo clariſſimo etiam nomine, illam vocarunt Andræas Hieroſolimitanus, ſerm. in ſalut. Deip. & Arnoldus Carnoltenſis, in tract. laud. Mariæ ab illam potiſſimam rationem, quod in eius vtero peractum eſt hoc Sacroſanctũ incarnationis opus, quod multa inuoluit mirabilia, vt enim artifices cõſueuerunt officinas habere, quibus eximia eorum opera aſſeruantur, ita ſupremus miraculorum Artifex, voluit ſibi ſpetialem extruere officinam, Beatiſſimam, ſcilicet Virginem, in cuius vtero magis prodigioſè eius miracula reperirentur, in quo (vt cum Damaſceno 3. de fide cap. 1. loquar) illud nouum nouorum fieret, & ſolum ſub Sole nouum, per quod Dei apparuit infinita virtus, bonitas, & ſapientia, in quo inquam verbum caro fieret, quod multorum miraculorum nodus dici poteſt. Octo potiſſimum nectlt myracula, tria ex parte corporis. Primum fuit corpus illud fuiſſe vnitũ hipoſtaticè Deo, ita vt corpus Dei ſit. Secundum formatio, & organizzatio illius corporis facta eſt in inſtanti, cum ſecundum naturam non fiat, niſi poſt quinquaginta dies in maribus ſecundum Ariſt. & teſtantur Damaſcen. lib. 3. de fid. cap. 2. & Gregor. Papa.

Res ipſa prædicat ineffabilitatem huius myſterij. Vaſq. to. 1. in 3. par. in prælat.

Thom. Damaſcen.

Andr. Hieroſolymit.

Arnold. Carnolten.

Damaſcen.

Narrantur quot miracula in hoc myſterio continentur.

Ariſt. Damaſcen. Greg. Papa

Tertiũ formatio illa corporis facta eſt ſine virtute formatiua ſeminis virilis, concurrente tantum Virginis ſanguine, & virtute Spiritus ſancti. Ex parte animæ fuerunt tria pariter miracula. Primum illa anima in iſtanti quo creata fuit, perfectum habuit vſum rationis, iuxta illud Hier. cap. 13. *Nouum fecit Dominus ſuper terram fęmina circumdabit virum*. Secundum fuit illa anima Beatiſſima, ab inſtanti ſuæ creationis clarè Deum videbat, quemadmodum Beati illum intuentur in Patria. Tertium cum pars illius animæ ſuperior eſſet beata, pars inferior ſubiacebat doloribus, nec aliquid impediebat, quin gaudium eſſet in ſuperiori, & ſimul in inferiori dolor, imò iuxta probabilẽ multorum opinionem, pars ſuperior in paſſione ſimul habebat ſummum gaudium, & maximam triſtitiam, quod tamen diſcutere non eſt huius loci. Duo tandem miracula ex parte coniuncti. Primum quod illa natura non habebat propriam ſubſiſtentiam; ſed ſuppoſitabatur in verbo. Secundum quod Chriſtus fuit ſimul compræhenſor, & viator-

Hieron.

Nouum nouorum,& ſolum ſub ſole notum.

7 Stupet Philoſophus vidēs naturalem coniunctionem inter naturam creatam,& propriam ſubſiſtentiam, tam miro modo diſſolui; nam cum ſe habeant tanquam res, & intrinſicus modus neceſſario connexus cū ipſa re ex natura ſua, quis crederet philoſophiæ profeſſor, poſſe rem talem à tali ſeparari modo, & ſine illo conſeruari, veluti ſi daretur exiſtens quantitas ſine vlla figura. Stupet Theologus, nam cum doceat perſonam Verbi eſſe ſimplicem, immutabilem, nullam, ingredientem compoſitionem, ſicut Deum decet, nam horum oppoſita imperfectionem inuoluunt, non poteſt non mirari hanc eandem perſonam ſine ſui mutatione,& imperfectione, incompoſitionem venire. Stupet Dialecticus audiēs ex duobus principijs, infinito interuallo diſtantibus, cuiuſmodi ſunt Deus, & homo, velut vnam concluſionem inferri Ioan.1. *Et Verbum caro factum eſt*. Stupet Geometra dum genus hoc menſuræ non capit, vt infinitum finito, æternum temporali, immenſum, paruo corpuſculo concludatur. Stupet Muſicus vidēs præter ſuæ artis regulas, quod inter ſe cōſentiant vox Dei,& vox hominis, ita vt loquēte homine loquatur Deus,& loquēte Deo loquatur homo. Eſt enim hæc inaudita conceptus proportio. Stupet ſapiētiſſimus Aſtrologus dum Solem eclypſari, & non obſcurari, denſiſſima nube operiri, nihilque ſui ſplendoris, ac lucis amittere, intuetur. Stupet Grāmaticus,& Latinę linguę, vel tenuiter peritus. (Si fas eſt) verbis parumper ludere cum inſigni Doctore Alano, videns idem verbum ſimul eſſe actiuum, paſſiuum, neutrum, & deponens; actiuum quidem, quia Ioan.1. *Per ipſum omnia facta ſunt*. Paſſiuum, paſſibilem carnem aſſumens, & in paſſione ſua multa patiens aduerſa. Neutrum dum in triduo mortis nec erat purus Deus, cum animam,& corpus ſibi copulata retineret, nec erat in rigore homo, diſſoluta iam vnione vtriuſque partis, quæ ad hominis conſtitutionem neceſſariò requiritur. Fuit etiā in reſurrectione deponens, cum humanis miſerijs exutus, carnem mortalitatis depoſuit, vndè ingenioſè ipſe Alanus cecinit. *Exceptiuam actionem Verbum Patris excipit, dum deludit rationem, dum naturam decipit, cauſalem dictionem ab vtroque recipit, actioque paſſionem in hoc verbo concepit*. Stupet tandem natura, nam eſt nouum omnium nouorum,& ſolum ſub Sole nouum, nec in rebus creatis aliquid illius veſtigium impreſſit, cuius inditio, in tam inueſtigabilis arcani notitiam deducamur, imò potius, quæ videntur, abducunt.

Omnes artes liberales admirātur huius myſterij ꝓfunditate.

Ioan.1.

Alano.

Ioan.1.

Vid. Carthag. lib.1. hom.16. de Annunciat. Virginis.

8 Baſilius in orat. in ſanctam Natiuitatem, Damaſcenus lib.3. de fide cap.11. & Origenes lib.2. de princ. cap.6. vtuntur ad id perſuadendum exemplo ferri igniti, nam quemadmodum ferrum candens, eſt vnum, & habet proprietatem ferri,& ignis, ita in Chriſto natura humana, & diuina ſunt vnum ſuppoſitum, & cum ſit idem, humano operatur modo,& diuino, illique tribuuntur vtriuſque prædicata naturę. Hæc quidem ſimilitudo etiam Brentio, & Chemnitio,& alijs aduerſarijs placet plurimum, ſed maximè omnium, quæ afferri poſſunt deficit, nam in ferro candente ſubſtentatur calor à ferro,& non è contra,& tamen ipſi volunt calorem referre Deum, ferrum vero hominem, item calor non eſt ſubſtantia, ſed accidens, præterea non fit communicatio idiomatum, non enim calor dicitur ferrum, nec ferrum calor. Denique non trahitur

Baſilius. Damaſcen. Origen. lib.2. de princ. c.6.

Nulla datur ſimilitudo, imò nec veſtigium in creatis huius myſterij.

tur

tur calor ad ſubſiſtentiam ferri, neque è conuerſo. Aliæ adduci ſolet ſimilitudo ſũpta ab homine, in quo ſunt duæ formæ accidentales, vt ars medicinæ, & iuris prudentia, vnum enim hic datur ſuppoſitum, & tamen varias ſuſcipit appellationes, & varia facit opera, & communicantur idiomata; nam idem ille, & medicus dicitur, & iuris peritus, verèque dici poteſt, medicus agit cauſas, & iuris peritus curat morbos. Vtitur hac ſimilitudine Auguſtinus epiſt. 99. qui (August.) inquit iſtam propoſitionem *Deus eſt mortuus*, ſimilem eſſe illi *Philoſophus eſt mortuus*, nam quamuis Philoſophia mortis non ſit capax, dicitur tamẽ Philoſophus eſt mortuus, quatenus ille homo perijt, qui erat Philoſophus, pari modo licet diuinitas non poſſit mori. Verè tamen Deus mortuus dicitur, quia ille homo mortuus eſt, qui erat etiã Deus, eandem ſimilitudinem præceteris probat Scotus in 3. diſt. 1. q. 1. (Scot.) Sed deficit, quia iſtæ ſunt formæ accidentales, & nõ trahuntur ad hominis ſubſiſtentiam, cuius ſunt formæ, quod in hoc myſterio eſt pręcipuum. Diu. Thom. & Bonauentura in 3. diſt. 1. (Thom. Bonauent.) q. 1. Hoc myſterium comparant arbori, cui alterius ſpeciei inſeritur ramus. Exẽpli gratia Pirus cui malus inſeritur, illa certè Pirus ſubſtantia prima eſt, atque adeò verum ſuppoſitum, nec pendet ab illo ramo mali inſito, & poſt inſitionem, ſubſtentat ramum illum, qui alioquin per ſe exiſteret, & iam vocatur Pirus, & malus, & mala producit, & Pira. Poteſtq; pirus vocari malus, & contra, & ſi ramus ille areſcat, deindè verò reuiuiſcat, non propterea arbor piri mutatur, ſed omnis mutatio in ramo illo exiſtit. Ita prorſus Verbum diuinum magnę arboris inſtar, ramuſculum ſuſcepit humanæ naturæ, ſuo trunco à cęleſti Agricola mirabiliter inſertum; indè fuit Verbum Deus, & homo, & opera faciebat diuina, & humana, nec Verbum ab humanitate; ſed humanitas à Verbo pendebat, & cum paulò poſt per paſſionem, & mortem quodammodo exaruiſſet, refloruiſſetque deindè per reſurrectionem, iuxta illud Dauid Pſal. 27. *Refloruit caro mea*. (Pſal. 27.) Nulla mutatio in verbo facta eſt; ſed omnis in humanitate. Verũ in duobus potiſſimium deficit ſimilitudo, nam & ille ramus non eſt perfecta arbor; ſed arboris eſt pars quædam, caret enim proprijs radicibus, caret trunco, præterea antequam inſereretur per ſe exiſtebat. Natura verò humana, quam ramo inſerto cõparauimus, & perfecta natura eſt, & nunquã propriã habuit ſubſiſtẽtiã. Qđ ſi diuina virtute ramus aliquis ſimul dum producitur inſereretur, minus claudicaret ſimilitudo.

Sed ex omnibus ſimilitudinibus illa viſa eſt accommodatiſſima, quæ petitur ex corpore, & anima hominis, qua vſi ſunt Athanaſius in ſymbol. fidei, Nazianz. in epiſt. ad Heb. Cyrill. lib. de incarnat. c. 8. contra Epheſ. Auguſt. Epiſt. ad Voluſian. quam D. Thomas 4. contra gentes cap. 41. diligentiſſimè explicat. Sunt quidem multæ conuenientiæ. Prima eſt, quia ſicut anima rationalis, & corpus, ſunt duæ naturę multum inter ſe differentes, Anima enim immaterialis eſt, & incorruptibilis, corpus verò materiale, & corruptibile; ſic diuinitas, & humanitas. Secunda anima, & corpus ſicut vniuntur inuicem, manent tamen diſtinctæ, & inconfuſæ, neque anima mutatur in corpus, ita pariter ſe habent diuinitas, & humanitas. Tertia, vtriuſque partis actiones tribuuntur homini qui dicitur intelligere, quod eſt proprium animæ, & ſecari quod eſt corporis, ſic actiones humanitatis, & diuinitatis tribuuntur Chriſto. Quarta, vtraq; pars denominat ho- 9

(Athanaſ. Greg. Naz. Cyrill. Auguſt. Thom.)

(Similitudo omnium accommodatiſſima ad declarandũ Incarnationis myſterium.)

 minem,

minem, qui dicitur animatus, & corporeus, ita Chriſtus, & Deus dicitur, & homo. Quinta, anima quædam communicat corpori, vt ſentire, & nutrire, quædam vero non communicat, vt eſſe immaterialem, & intelligibilem, nam corpus propriè, nec immateriale eſt, nec intelligibile, nec dicitur tale; ſic diuinitas in Chriſto, quædam communicat homini, vt facere miracula, peccata remittere, quædam vero non, vt eſſe increatum, independentem, æternũ. Sexta, anima, & corpus non habent niſi vnũ ſuppoſitum, ita diuinitas, & humanitas in Chriſto non habent niſi vnam perſonam. Septima, licèt homo non producat animam rationalem, propter vnionem tamen animæ cum corpore, homo dicitur generare hominem, ſic B. Virgo, licèt non genuerit Deitatẽ, tamen propter vnionem hypoſtaticam diuinæ naturæ cũ humana, dicitur verè genuiſſe Deum, & vocatur Deipara. Octaua, ſicut corpus eſt animæ intentum organum, & coniunctum, & participans proprias animæ actiones, ſicut eſt ſentire, ita, & in Chriſto humanitas fuit organũ diuinitatis coniunctum, Dei operationes participans, cuiuſmodi eſt peccata remittere.

At ſi multæ ſunt conuenientiæ, multa etiam ſunt diſcrimina. Primum anima, & corpus ſunt duæ naturæ imperfectæ, & (vt vocant) partiales, non ita diuinitas, & humanitas. Secundum, anima eſt forma corporis, & pars hominis, diuinitas, autem nũquam fuit forma humanitatis. Tertium ex anima, & corpore fit tertia ſubſtantia compoſita. At ex diuinitate, & humanitate non fuit facta tertia ſubſtantia, quia non ſunt vnitæ in natura, ſed in perſona. Quartum, anima, & corpus de nouo producuntur, illa creatur, hoc generatur, at humanitas in Chriſto licet producta ſit, diuinitas tamen eſt æterna. Quintum, ex anima, & corpore, fit vnum ſuppoſitum nouũ, quod antea non erat, ex diuinitate autẽ, & humanitate in Chriſto non eſt facta perſona, quæ antea non erat, ſed perſona, quæ erat antea in natura diuina, cœpit ſubſiſtere in natura humana. Sextum, in morte hominis ſeparatur anima à corpore, at in morte Chriſti, ita fuit diuinitas coniuncta cum anima, & corpore, quæ ſunt partes eſſentialiter componentes illius humanitatem, vt propterea dicatur, quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit. Alia etiam poſſunt afferri diſcrimina, quod totum perpendens Iuſtinus martyr in expoſit. de Sanctiſs. conſubſtant. Trinit. vocauit hanc ſimilitudinem, & incõgruam, & congruam, ſeu ex parte, & aliquatenus congruam, nam ſi cõſideremus præfatas conuenientias, rectè ſe habet comparatio: at ſi diſcrimina, valdè claudicabit exemplum. Vndè rectè Concilium Toletanum 11. ſi ratione oſtendi poſſet, non eſſet mirabile, ſi exemplo, non eſſet ſingulare, & Cyrill. Alexandr. lib. de Incarnat. Vnigen. c. 7. inquit. *Adunationẽ Verbi cum carne omni humana cognitione eſſe ſuperiorem*. Quare Bernardus, ſerm. 3. in Vigil. Natiuit. & Damaſcenus lib. 3. de fid. cap. 5. comparant Myſterium Incarnationis, myſterio Trinitatis, vt ex vna re ſingulari, & ineffabili, illuſtrent aliam rem pariter ſingularem, & incompræhenſibilem. Et vt paucis multa complectar, tanta eſt huius ænigmatis manifeſtè magni, obſcuritas, ac difficultas, vt quamuis multa eius præceſſerint oracula, multæ prophetiæ, non dum tamen, vt crederentur perſuaſerunt, donec ipſemet Dei Filius carne aſſumpta, per ſe primum, mox verò per diſcipulos, teſtimonium de eo tuliſſet ac

Iuſtinus martyr.

Concil. Tolet.

Cyr. Alex.

Bernard.

Damaſcen.

Spi-

Digitized by Google

Spiritus,etiã ſanctus id ipſum comprobans, atque (vt Apoſt. Verbis vtar) iuſtificans, apparuiſſet.

Quomodo Incarnatio ſit magnũ pietatis,ideſt miſericordiæ Sacramentũ. Cap. 5.

LIcet Incarnatio Filij, opus ſit potentiæ, & miſericordiæ, quę tamen huc vſque dicta ſunt magis ad patefaciendam pertinẽt Dei potentiam, huc ſpectant tot recenſita, quot inexplicabili modo connectit hoc myſterium,mirabilia. At miſericordia miſeris ſapit dulcius, hoc ergo argumentum ad noſtrum ſolatium vberius tractandum, eoque magis, quod in hoc myſterio Dei potentia famulatur eius miſericordię. Dicam clarius vnionem hypoſtaticam naturæ humanę cum diuina,tam admirabilem, tamque ineffabilem,eo dirigit Deus,vt perfectius miſereatur,atque efficacius, non enim potuiſſet hic homo Chriſtus ſatisfacere pro peccatis noſtris, (vt cum ſcholaſticis loquar) de toto rigore iuſtitię,niſi eſſet etiam Deus. Ita intelligendum illud quod ſæpè repetit Leo Papa ſerm. 1.4.& 10.de Natiu.& ſer.7.& 8.in Epifan.& alibi ſæpè. *Si non eſſet Deus, non afferret remedium.* Quod non ſimpliciter,& abſolutè eſt accipiendum, ſed iure ſeruato æquitatis, & perfectæ iuſtitiæ. Eodem modo loquitur Agapitus Papa in Epiſt.ad antich. *Quæ reconciliatio,* inquit, *eſſe poſſet,qua humano generi repropitiaretur Deus ſi hominis cauſam mediator Dei, & hominum, non ſuſciperet.* Ac ſi diceret non niſi imperfecta, eodẽ ſenſu Anaclet. Papa epiſt.2. decreti lib. de Incar.Verb. circa princi. Deum inquit, factum eſſe hominem, vt virtutis ſuę potẽtia,nos liberaret,ſcilicet perfecto modo ſimiliter Athanaſius. *Cum enim,* inquit, Patris ſit Verbum, *& ſupra omnes,merito etiam ſolus omnia recuperare potuit, & idoneus fuit, qui pro omnibus pateretur, ac apud Patrem intercederet.* Cyrillus Alexand. lib.1.de fid. ad Reg.c. ꝗ per Chriſti ſãguin. redẽpti ſumus Exeg. ad Valer. quæ habetur in Concil. Epheſ.com.6.c.17. circa med.inquit, *ſi ſit vulgaris homo concipiatur quomodo illius corpus vitæ omnium æſtimationem, & dignitatem exequatur aut quomodo Deus haberi non debet,qui ſuo ſanguine credentes in ipſum emundatur,* idem exponens verba illa Iſaiæ, cuius liuore ſanati ſumus, *Quo pacto,*inquit, *vnus pro omnibus mortuus, iuſtum pro omnibus pretium exoluere potuit ſi perpeſſionem illam puri cuiuſpiam hominis fuiſſe dicamus?* Sed lepidè Baſilius transfert illa verba Pſal.48. *Frater nõ redimet, redimet homo,* ad neceſſitatẽ Redẽptoris Chriſti,de rigore iuſtitiæ ita inquiens. *Frater non redimet,redimet homo,non homo nudus; ſed homo Deus Ieſus Chriſtus;quia nullus alius poterat condignum afferre pretium,* & cõfirmant verba ſequentia. *Et non dabit placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ,* ideſt ille homo perfectè redimet, qui nõ eſt daturus pro ſe ipſo placationem; nam cum ſit etiam Deus innocens,Sanctus, & impollutus, ea nullo modo indiget, nec pretium ſui ſanguinis, quia nõ eguit redemptione, ſic exponit Baſil. & poſt ipſum Ambroſius,lib.de incar. cap.6. qui in eandem ſententiam inquit. *Ex nobis accepit quod proprium offerret pro nobis, & nos redimeret ex noſtro,*ad declarandum vero valorem ipſius oblationis, ſumi ex ſuppoſito addit, *& quod noſtrum non erat, ex ſuo nobis, diuina largitate conferret, & ſecundum naturã igitur ſe obtulit noſtram, vt vltra noſtram operaretur naturam*

Potentia diuina quæ relucem i hoc myſterio tota dirigitur ad miſericordiam.

Leo Papa.

Agap. Papa.

Anacletus Papa.

Athanaſ.

Cyr. Alex.

Baſilius. Pſal.48.

Baſilius. Ambroſ.

Auguſt. D.Auguſt. in Enchirid. c.108. *Neque per ipſum liberamur mediatorẽ noſtrũ Chriſtum, niſi eſſet Deus*, Fulgẽt. Fulgentius de incarn.& gratia c.4.inter alia,inquit,*nullatenus humana noſtra natura ad auferendũ peccatũ mundi,ſufficiens, atq;idonea fieret,niſi vnione Verbi Dei* ad auferendũ ſcilicet perfecto modo. Idque perſuadet plurimum illa ratio,qua ſemper vtuntur Patres,*ſicut* grauitas creſcit ex dignitate perſonæ offenſæ ; ita ſatisfactionis valor, & dignitas, maximè ſumitur ex perſona ſatisfaciente, ſed Chriſtus, qui ſatisfecit Deo pro peccatis hominum, erat perſona infinitę dignitatis,id etiam quod in ſatisfactionem obtulit, fuit vita, & ſanguis diuinus, quæ erant res infiniti valoris ; ergo ad perfectum modum redemptionis noſtræ, & æquitatem iuſtitiæ ſeruandam, neceſſariò omninò fuit hypoſtatica vnio, habetque fundamentum in Hebr.5. illi verbis Apoſt.ad Hebr.5.*Et quidem cum eſſet Filius Dei,exauditus eſt pro ſua reuerentia*. Paulò ſuperiùs dixerat. *Qui in diebus carnis ſuæ præces ſupplicationeſque ad eum,qui poſſet illum ſaluum facere offerens.* Deinde ſubdit, *exauditus eſt pro ſua reuerentia, & quidem cum eſſet Filius Dei*; quaſi diceret, dum vixit in carne mortali, præces, & ſupplicationes obtulit Patri, quales ſunt eorum, qui ſe ad pedes abijciunt illorum, quos orant,aut genua tangunt, aut aliquid ſimile faciunt. Sed exauditus eſt pro ſua reuerentia,non ſolum illa, qua Patrem orabat; ſed etiam qua ipſe Pater eum reueritus eſt, vtramque enim expoſitionem amplectitur Chryſoſtomus.*Sed cum eſſet Filius Dei*.Tanta enim ob hanc cauſam exhibuit illi,Pater reuerentiam, vt non ſuſtinuerit quicquam ei negare, at orauit pro peccatis, hoc eſt, vt condignam ſatisfactionem, quam pro culpis noſtris offerebat,acciperet,ſanguinem ſcilicet ſuum pretioſum, & diuinum,iuſtum diuinę ſolutionis pretiũ,ergo exauditus eſt pro ſua reuerentia, non enim auſus eſt Pater quicquam ei negare,cum eſſet Filius Dei. Vndè Sancti, & ſcholaſtici docent cum incidit ſermo de ſatisfactione Chriſti, non ſatis feciſſe, vt hominem; ſed Deum hominem, iuſtum noſtræ redemptionis obtuliſſe pretiũ; quia licet Chriſti humanitas,ſit formale principium, quo actio efficitur ſatisfactoria,non eſt tamen totalis ratio, vnde ſuum valorem habet ſatisfactio, ſed hæc ex perſona operante,maximè oritur.

Chriſtus de rigore iuſtitiæ non ſatisfecit vt homo, ſed vt Deus homo.

Quod igitur conſtitutus ſit in ſtatu ſatisfaciendi, hoc habet, vt homo in carne exiſtens paſſibili, quod autem condignè ſatisfecerit ex toto rigore iuſtitiæ, habet,vt Deus, qui non minor eſt Patre.

Suar. to. 1. in 3.p.diſp. 4.ſect. 3. §. dicens primo,& diſp. 35.ſect.4.

En igitur quomodo diuina maieſtas, & potentia, quorum magna facit pręconia hoc ineſplicabile myſterium, tota dirigitur ad miſericordiam. Hinc lepidè Bernard.ſerm.1. in die Natiuit. vt omnia. Bernard. *Hoc igitur eſt quod exinaniuit ſe, formã ſerui accipiẽs,qui in forma Dei prius æqualis erat,ſed exinaniuit poteſtate,& potentia, non bonitate,& miſericordia,quod enim ait Apoſtolus*, ad Tit.3 *apparuit*,inquit, *benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, apparuerat ante potentia in rerum creatione, Sapientia in earum gubernatione, ſed benignitas miſericordiæ, nunc maxime apparuit in bonitate*. Contexit igitur Chriſtus,& diſſimulauit ſæpè diuinitatem,& potẽtiam, cum vagit infans inter arcta conditus perſepia,membra pannis, inuoluta, Virgo Mater alligat, cum fugit in Aegyptũ, cum tenetur,ligatur,verberibus agitur, & Iudæis, & compræhendentibus non repugnat,nec reſiſtit, cum cadens in agoniã prolixius orabat, at nunquam abſcon-

dit

Digitized by Google

dit miſericordiam, ſemper apparuit benignitas, & humanitas, & eximia erga nos pietas, quod ſi quandoque oſtentauit potentiam, ſigna faciens mirabilia, eo illa referebat, vt obſequium præſtaret miſericordiæ, vt totum ſcilicet ſaluaret hominem. Applaudit illis verbis D. Paulus, *Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed in virtute, & Spiritu ſancto.* Hoc eſt non tam orationis elegantia, aut verborum floſculis, quibus nõ magnopere delectamur; vobis Chriſti fidem perſuaſimus; ſed miraculorum vi, & efficacite, hoc enim ſibi vult illud *in virtute*, & præterea *in Spiritu ſancto*, ideſt in largitione Spiritus ſancti, & donorum eius, quæ Apoſtoli in primitiua Eccleſia conferendo baptiſſimum, etiam viſibiliter largiebantur, faciendo, vt credentes linguis loquerentur peregrinis; prophetarent, dæmones, & morbos depellerent, vt patet ex Actorum libro cap. 10. & alijs ſacræ Scripturæ locis, ita Theodoretus, Anſelmus, & alij; Ad differentiam ſignorum, quę faciebant magi Pharaonis, quæ licet viderentur mira, tamen nec in virtute erãt, ſed quicquid eorum fiebat opera, cauſas habebat naturales, quamuis fortaſſe occultas. Nec erant in Spiritu ſancto, ad aliorum relata vtilitatem, imò in ruinam, & proniciem, nam potuerunt ranas, & ſciniphes ad Moyſi æmulationem producere; non tamen populum ab his plagis eripere. Chriſtus vero, noſtram indutus carnem, fuit huius doctrinæ Magiſter, & Author, qui vel diſſimulauit potentiam, vel manifeſtauit aliquando, in famulitium tamen miſericordiæ; quam ſemper in propatulo habuit. Quid mirum ſi exclamet Apoſtolus de hoc Incarnationis loquens myſterio *magnum pietatis, ideſt miſericordiæ Sacramentum*.

1. Theſſal. 1.

Act. 10. Theodor. Anſelm.

Vide Orig. cotra Cell.

2 Hanc concelebrant, donũ è Cœlo datum; ſæculum, quo homines illo fuerunt donati; legatus, qui hæc fęlicia retulit nuncia; legationis verba conſolatoria, tempus quando naſcens, hæc fuerunt exhibita, circunſtantiæ, Chriſti natiuitatem cõmitantes, nomen illi in circumciſione impoſitum, facta præclara nomen exequentia. Omnia in hoc vnum conſpirant, vt ſummis laudibus, diuinam extollant myſericordiam.

Quam magnũ ſit donum è Cœlo datum in Incarnat.

3 Donum è Cœlo datum, nam vt inquit Bernardus, ſerm. 1. in die Natal. licet paruulus ad nos venerit non parum tamen attulit, nõ parum cõtulit nobis, maximum enim quod extra ſe impartiri poteſt Deus, eſt vnio illa inquam; quam diximus hypoſtaticam, humanitatis Chriſti cũ Filio eius; donum tam magnum, vt de eius aduentu loquens Iſai. c. 64. inquit. *Vtinam diſrumperes Cœlos, & deſcenderes.* Nam quemadmodum de equo fertur troiano, dum non valeret ob eius immenſitatem, per portam introduci Ciuitatis, ad illum excipiendum, Vrbis muros diſrumpi oportuit; ita Iſaias (ſicut mos eſt ſacræ ſcripturę) modum loquẽdi ſumit ab eo, quod plerumque ſecũdum rerum naturam euenire ſolet, quare cum natura rerum exigat, vt ſi quando res corporata magnæ quidem molis, per aliquem tranſitura ſit locum, eius non æquans magnitudinem, vt diſrumpatur, & fiat capacior, ita Propheta ſermonem ad hominum ſenſum, ſeu opinionem attemperans, optat, vt ad ingreſſum huius tam maximi doni, rerum corporatorum ad inſtar, diſrumpantur Cœli, & quamuis de cæteris donis dicat Iacob cap. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum*, nulla Cœlorum diſruptionis facta mentione, vtpo-

Bernard.

Iſai. 64.

Iacob. 1.

vtpotè quæ dona erant conſueta, & non ſingularia; cum tamen Iſai. loquatur de hoc dono immenſo, & infinito, & tali, vt maius à Deo nobis dari non poterat, ſermonem ad noſtrum ſenſum attemperans; dum loquimur de rebus corporatis, ijſque immenſæ molis, ad eius egreſſum, diſrumpi Cœlos ait oportere, & quid tam magnum, quam Deum Patrem Filium ſuum naturalem nō adoptiuum, ſibi coequalem, vnigenitum dari, donare, non vendere, non in hominum principem, ſed ſeruum in noſtræ ſalutis pretium. Sed hoc argumentum tractauimus paulo ſuperius, & vberrime in noſtro opuſculo de tryumpho amoris diuini. Illud hic addam, quod ſi extaſis in Deum caderet, extra ſe raperetur, talia recogitās. At ſtupet hoc donum Sancta Mater Ecceleſia, ac ſtupens exclamat. O *mira tuæ circa nos pietatis dignatio, ò ineſtimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres, Filium tradidiſti*.

Magnitudo huius doni ſtupore celebranda.

4 Sed nota ſæculum quando facta ſunt hæc, tanti beneficij immeritiſſimum, quando homines Deo, magis inimici infenſique erant; & ab eo ob tot peccata, & enormia facinora, prorſus auerſi, quod quidem venuſtè indicat illis verbis Apoſtolus ad hebr. 2. *Nuſquam enim Angelos appræhendit, ſed ſemen Abrahæ appræhendit*. In quem locum Chryſoſtomus ad hebr. 2. Quid eſt, quod dixit non Angeli naturam ſuſcepit, ſed hominis, quid autem eſt, quod dicit appræhendit; ille inquit non appræhendit naturam Angelorum, ſed noſtram, quare non dixit, ſuſcepit, ſed iſto verbo vſus eſt, appræhēdit? ex metaphora inſequentium eos, qua verſi ſunt, & omnia faciētium, vt fugientes occupent, & vi reſilientes appræhendere valeant; fugientem quippè ab ipſo naturam humanam, & procul aufugientem

Cōmendatur hæc doni magnitudo ſi ſpectemus ſæculū quando factum eſt.

Hebr. 2.

Chryſoſt.

(eramus autem longè profugi) inſequutus, appræhendit, oſtendit, quoniam miſericordia ſola, & gratia, & cura quam de nobis habuit, hoc fecit hæc ille. Idipſum, ſed alijs verbis Prophetat euenturum Iſaias cap. 40. *ſuſcepit de manu doni duplicia, pro omnibus peccatis ſuis*. Vbi Adamus, Dei benignitatem agnoſcit, qui pro peccatis, quibus ſupplicium debebatur grauiſſimum, reddidit non offenſi animi ſignificationem, ſed ingentia dona, & hoc omnium ingentiſſimum, quæ à liberali, & miſericordi animo naſcuntur.

Iſai. 40.

Sed accedamus ad perſonam Nuntij, hæc tanta, & inuſitata nunciātis. Miſſus eſt inquit Lucas Euāgeliſta cap. 1 *Angelus Gabriel*, Angelus ad terras aduolat, nuntium illius agnoſco; nihil prius agitur, quā humana ſalus. Apud Iob cap. 1. dicitur. *Factum eſt autem quaſi dies hæc, & venerunt Angeli Dei aſſiſtere coram Domino*. Quibus verbis docemur, quam in Dei memoria ſit humana ſalus, vtpotè ad quē frequenter ingrediantur Angeli ſic Chryſoſtomus fatur in caten. *Qui tandem eſt cur Angeli Deo quotidie aſſiſtentes inducantur? vt intelligamus rebus noſtratibus conſuli*. Etenim rebus humanis nunquam magis erit conſultum, quam ſi Angeli ad conſilium adhibeantur. Non poterat Angelus, hominum redemptionem facere, hoc enim opus dexteræ excelſi, at in ijs, quæ poterat Angelus, nullus ocior illo, nullus prior peragebat mandata. Quando peracta à Ieſu redemptione, ad demoliendos carceres itum eſt, nonne omnium prima inſonuit vox Gabrielis Archangeli aientis Pſal. 23. *Attolite portas Principes veſtras, & introibit Rex gloriæ*. Id præclarè expedit D. Epifanius de Chriſt. Sap. fatus; poſtquam illuſtris ille cætus vna cum Domi-

5 Luc. 1.

Iob 1.

Chryſoſt.

Quam cupidi ſint Angeli humanæ ſalutis.

Pſal. 23.

Epiphan.

Domino ad carceres, vndeque aditum præbentes, infernique tecta deuenit Dux exercitus Gabriel, quaſi iam læta nuntia hominibus deferre aſſuetus, cæteros anteuertens, voces contra aduerſarias poteſtates edidit; ait enim tollite portas, hæc ille; Erubeſceret Gabriel Angelorum Dux, ſi quis prius hominibus nuntiaret ſalutem, ſi ab alio inferorum portæ, quaterentur quando captiui homines è carcere erant eripiẽdi, is enim erat Gabrielis Archangeli in homines affectus; adeoque Prophetis, viriſque ſanctis notus; vt ex hoc Zacharias Ioannis Pater, Gabrielem non agnoſceret, quod illum extra hominum orantium conſortium, videret, quando nanque Zacharias orationes intra ſancta fundebat, apparuit illi Angelus Domini, nimirum Gabriel,

Luc. 1.

Luc. 1. ſtans à dextris altaris incẽſi, & Zacharias turbatus eſt, turbatus inquam eſt, minimè Angelum reputans, quem ſeparatum ab hominibus videbat, quam turbationis cauſam ſic expreſſit, D. Chryſoſto-

Chryſoſt.

mus dum Zachariam homil. 2. de Nat. Ioan. Baptiſtæ inducit ita loquentem. *Ceſſa deinceps tu qui me terris ſi enim eſſes à Deo miſſus Angelus, ad ea, quæ ſunt mihi vſui, adiumẽto fuiſſes, & miſertus eſſes eorum, qui foris lacbrymantur, affligereris, vna cum eis, qui affliguntur.* Hęc ſunt Gabrielis Archangeli præſentiſſima ſigna, quod hominum preces adiuuet, quod cauſas mærentium agat, & hominibus promouẽdis, & conſolandis inuigilet. Adeo enim innatum eſt Angelis, & inditum à Deo, vt inuigilent hominum ſaluti, vt niſi vellet Deus nos ſanare, quaſi caueret ſibi à conditione Angelorum. Hinc eleganter noſtræ ſalutis ſpem erigebat D. Auguſtinus in

Auguſt. Pſal. 102.

Pſal. 102. aiens, *Non te ſanabit, qui fecit Angelos, & aquaturus eſt Angelis?* Miſſus eſt igitur tanti myſterij nuncius Angelus Gabriel, ergo nihil prius agitur, quam noſtra ſalus.

6 Sed audiamus tantæ legationis verba conſolatoria; ipſe enim ſuum obiens munus ſic Mariam Virginem, ad quam miſſus fuerat, alloquitur; Luc. 1. *Ecce concipies, & pa-*

Luc. 1.

ries Filium; idem Angelus Gabriel loquens cum Zacharia, dixit vxor tua pariet tibi Filium quorſum loquendi ſtylum mutauit, & ordinem hic pariet tibi Filium, ibi, *paries Filium, non dixit tibi?* ratio illa adducitur, magnum cunctis ferens ſolamen, quia agnouit Virginem nõ ſolum ſibi pariturum Filium, ſed communi totius orbis ſaluti, ea enim eſt generoſi animi conditio, vt commune bonũ, proprio præferat emolumẽto inuenies quãdoq; homines ipſis ſolis tantum natos, aliorum commodum prorſus deſpicientes, ſecus autem Beata Virgo peperit Filium non ſibi ſoli; ſed omnibus nobis, & quemadmodum vrbs Roma, Patria vocatur communis omnium hominum, quoniam ad ſummum recurrentes Pontificem, totius Eccleſiæ Paſtorem, benignißimè excipiuntur, Ethyops Græcus, Barbarus, Indus, omnes denique nationes, Chriſti Vicarium tãquam communem confugium habent; ingreſſuſque ad eum nemini interdicitur; non ſecus Beata Virgo inſtar communis Patriæ, cunctos ſuſcipit, omnibus Filium ſuum exhibet, non enim ſibi ſoli illum peperit, ſed omnibus, cecinit hoc olim Dauid Pſalmo 86. ſub eadem metaphora Ciuitatis, quæ ſit veluti cõmunis omnium Patria, de Virgine prædicens. *Glorioſa dicta ſunt de te*, Ciuitas Dei, quæ autem ſint illa tam præclara. mox commemorans, ait. *Memor ero Rabab, & Babilonis ſcientium me, Alienygenæ, & Thyrus, & populus Libyo-*

Legatio Angeli ad Mariam Virginem quot beneficia annunciat.

Aethyopum, hi fuerunt illic, hoc, vt omnes peccatores quantumuis à Deo diſſiti, & auerſi, quantumuis Thyri, & Aethyopum inſtar vixerint, denigratæque ſint ob peccatorũ fœditatem ſuper carbones, facies eorũ, ſi tamen pœnitentia ducti, ſupplices ad eam acceſſerint, illius opem imploraturi, fores inuenient patentes, paratiſſimamque ipſam experientur, ad ſubuentionem, ratioque illa eſt potiſſima, quia concipiet, & pariet Altiſſimi Filium, qui pro liberandis omnibus venit, quod indicat ipſe Dauid ſequentibus verbis. *Numquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus?* Quorum ſenſum ſi in pauciſſima, clariſſimaque verba conferamus, hic videtur eſſe, numquid ipſi Sion dicet aliquis, quemamodum de alijs nuper memoratis Ciuitatibus dici poteſt; homo, & homo natus eſt in ea hic natus, & ibi grandis quidem homo videlicet peritus aliquis doctrina, aut militis Magiſter celebris, aut aliqua alia virtute inſignis? minimè quidem, alia eſt eius prærogatiua ſingularis, cum ipſe idẽ qui natus eſt in ea, ſit altiſſimus omnium Deus; qui illum fundauit, ac ſtruxit, vt omnibus vnicum eſſet refugium, vndè in impetrandis beneficijs nõ erit moroſior, aut cum ſupercilio, ſed cum maximo gaudio; eodem Regio vate dicente. *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te*. En quot annunciat Dei beneficia illa Angeli legatio Luc. 1. *Ecce concipies in vtero, & paries Filium, &c. hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur*.

Pſal. 86.

Luc 1.

Qui in tempeſta nocte naſcitur,
7 vt adimpleretur quod ſcriptum eſt Iſai. 9. *Populus, qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in Regione vmbra mortis, lux orta eſt eis*.

Iſai. 9.

Quod ſi ea, quæ illius natiuitatem comitantur perpendamus attentius, habebimus multa benignitatis diuinę argumenta. Clamat hoc ſtabulum, inquit, Bernardus in nat. Domini ſerm. 3. clamat præſepe, clamant lacrymæ, clamant panni; clamat ſtabulum, curando ſe ſe homini qui in latrones inciderat, præparari; clamat Præſepe eidem homini, qui iumenti comparatus fuerat, pabulum miniſtrari; clamant lachrymę; clamant panni eiuſdem ipſius cruenta iam vulnera ablui, & detergi, ſi quidem nullo horum Chriſtus eguit, nihil horum illi propter ſe, magis autem omnia propter electos, hęc ille. Et idem, infans quidem eſt, ſed verbum infans, cuius ne ipſa quidem infantia tacet.

Bernard.

Quot documenta nobis præbentur ex circumſtantijs natiuitatis Chriſti.

Sed ſi nomen conſideremus illi impoſitum, quod eſt, *Ieſus*, ò quam magna prẹſagit; ſolum *Ieſus* nomen, eiuſque humanitas maximam perſuadet Deo ſeueriſſimo, miſericordiam. Nobiles illi Oratores Cęci, multa Dei magnialia congerere poſſent, propter quæ ſperarent ad miſericordiam flecti ſe veritatem diuinam; ſed omnibus alijs dimiſſis ſolum *Ieſum*, Dauid Filium, oculis diuinis obijciunt, quippè aiunt Matt. 9. *Ieſu Filij Dauid miſerere nonobis*. Erat etiam Ieſus Dauid parẽs, & Dominus, vt ipſemet Dauid teſtatur Pſalm. 109. *Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*. Ibi Dauidis Dominus dicitur, vbi conculcandi ponuntur inimici. *Iudicabit in nationibus implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum*. Verum Cœci illi, miſſa facientes magnialia, nimirum dominium, poteſtatem, victorias, id malunt attingere, quod ad blanditias ſpectat, vt inde flectant, & inclinent ad miſericordiam, ſeueritatem diuinam, hinc aiunt, *Ieſu Filij*

8

Nomẽ hoc Ieſus, potẽtiſſimũ eſt ad inclinãdum Deum ad miſericordiam.

Matth. 9.

Pſal. 109.

Eod. loco.

Dauid

Dauid miſerere nobis. O quot blanditias in hoc nomine, quam gratioſas eius indolas nouerunt, qui dimiſſis alijs orationis copijs, & ſubſidijs, vnum obijciunt Ieſum Dauid Filium, quo ſolo flectere diuinam ſeueritatem ſperant, ſunt qui notantes trita illa Iſaiæ verba Iſ. 9. *Paruulus natus eſt nobis, Filius datus, eſt nobis, cuius principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, Conſiliarius, Deus, fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis*. Expendunt, quod, id quod in præſenti datum dicitur, ſolus eſt paruulus Filius, is natus, & datus eſt iam nobis; cætera omnia de futuro promittuntur, ait enim non quod vocatus eſt, ſed quod vocabitur. *Admirabilis, Deus, fortis, Pater futuri ſæculi, &c.* Enimuero, quæ maieſtatem ſonant, ea potius ad futurum ſæculum ſpectant, vbi omnia ex iuſtitiæ calculo adminiſtrantur, in præſenti autem quando nobis miſericordia diuina, & inclinatio negotianda eſt, & paruulus, & Ieſus Filius Dauid, datur nobis, quo vno obiecto, Dei miſericordiam pulſabimus. Sed ſatius dicerem cum Bernardo, in circumciſ. Domini ſerm. 2. qui hæc eadem expendens Iſaiæ verba ait Magna quidem nomina; ſed vbi eſt nomen, quod eſt ſuper omne nomen, nomen *Ieſu* in quo omne genu flectatur? forte in his omnibus vnum illud inuenies; ſed expreſſum quodammodo, & effuſum, nempè ipſum eſt, de quo ſponſa in cantico amoris cap. 1. oleum, inquit effuſum nomẽ tuũ. Habes ergo vnũ ex his omnib. appellationibus, IESV, nec omninò aut vocari poſſet, aut eſſet Saluator, ſi forte quippiam horum defuiſſet. Numquid non verè admirabilem eum ſinguli ſumus experti, in mutatione vtique voluntatum noſtrarum, hoc enim eſt ſaluationis noſtræ principium, cum incipimus reſpuere, quod diligebamus, dolere, vndè lætabamur, amplecti, quod timebamus, ſequi quod fugiebamus, optare, quod contemnebamus. Admirabilis planè qui hæc operatur mirabilia. Sed nihilhominus, & Conſiliarum ſe exhibeat neceſſe eſt, in electione pœnitentiæ, & vitæ ordinatione, nè forte ſit nobis abſque ſcientia zelus & voluntati bonæ, prudentia deſit; ſanè opus eſt, vt *Deum* quoque probemus in remiſſione videlicet priorum delictorum, quia nec ſine hac ſalus nobis conſtare poteſt, & nemo poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus. Verum ne id quidem ſufficit ad ſalutem, niſi fortem quoque experiamur in expugnando impugnantes nos, ne ab eiſdem rurſum concupiſcentijs ſuperemur, & fiant nouiſſima noſtra, peiora prioribus. Videtur ne iam aliquid deeſſe Saluatori? Planè deeſſet, quod maximum eſt, niſi & Pater eſſet futuri ſæculi, vt per eum ſcilicet in immortalitatem reſurgeremus, qui per præſentis ſęculi Patrem, generamur ad mortem. Neque hoc ſatis, ſi nõ eſſet Princeps pacis, Patri nos reconciliaret, cui traditurus eſt Regnum, ne forte ſicut filij perditionis vtique non ſalutis, reſurrecturi videremur ad pœnam. Multiplicabitur ſanè eius Imperium, vt meritò Saluator dicatur etiam pro multitudine ſaluandorum, & pacis non erit finis, vt veram noueris eſſe ſalutem, quæ non poſſit timere defectum, hæc Bernardus. Omnia igitur hæc nomina comites ſe prębent nominis Ieſus, non duces, quin potius Miniſtros, quorum opera vtitur, vt omnimodam conferat ſalutem. Cum igitur hic nouæ legis, *Ieſus*, ſit perfectè Saluator, eundem eſſe opportet, & admirabilem, & Conſiliarium, & Deum, & fortem, & Patrem fatum ſæculi, & Principem

Margin notes: Iſai. 9. — Solũ nomẽ Ieſus, continet eminenter oĩa alia nomina ab Iſaia prolata. — Bernard. — Cap. 1.

pem pacis. Omnia hæc nomina eminenter dicimus, cum ſolum dicimus *Ieſum*.

9 Solus *Ieſus*, nouit peccatoribus parcere. Apoſtolus, & Euangeliſta Mattheus cap. 25. inquit, quod venturus eſt Filius hominis in gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis, & idem alibi ait Marc. 9. Sunt de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis in Regno ſuo. Et non addit, quod veniẽtem cum Angelis ſuis videbunt, cur ibi veniens apparebit cum Angelis, & modò cum Angelis non apparebit? Ibi loquitur de aduentu Iudicis, quando ſeuerus veniet, nullam veniam, ſed iuſtitiæ rigorem executurus, peccatores damnans, in quo munere etiam Angeli apparebunt, vtpotè qui ſupplicia ſciant inferre peccantibus; hic vero in Thabor vbi ſe glorioſum exhibens cum Elia, & Moyſe de peccatis tractauit Mundi lauandis, de peccatoribus admittendis ad gratiam, ſolus Ieſus apparet, non Angeli, quia minimè Angeli, ſed ſolus Ieſus nouit peccatoribus parcere. Vide quomodo ſemper perſonet miſericordiã, circumſpice omnia, ſiuè in Cœlo, ſiuè in terra, ſolus Ieſus ſibi Deũ Patrem inſinuat, Patrem illum miſericordiarum, & Deum totius cõſolationis, vtpotè Filius, cætera omnia non Patrem, ſed Iudicem oſtendunt, & dum cętera adſunt, ad Iudicem vocamur, dum venit Ieſus, ſtatim Patrem ſuggerit. Deus enim acceſſit ad generationem filij, & Pater ſtatim extitit, acceſſit ad omnium creaturarũ generationem, & ſtatim viſus eſt Iudex. Quo reuoco ſæpius datam illam hebraicam lectionem ex libro Geneſis ait enim cap. 1. in principio, creauit Eloim Cœlum, & terram, in nomine Eloim communiter agnoſcunt expoſitores Iudicem, vendicatorem, vt nulla prodeat à Deo Creatura, quin tibi Iudicem, & iniquitatum noſtrarum vindicem, non inſinuet. Huc facit illud, quod dicitur lib. Eccleſ. cap. 1. *Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in perpetuum ſtat*, expende illud, quod terra (ſtat) ſtat equidem, vt fortiſſimus accuſator iniquitatum noſtrarum, ſtat, nos apud Iudicem accuſans, & conuincens, ſic Olympiodorus. *Terra quidem in perpetuum ſtat, accuſatrix veſtri effecta, in qua nefaria opera perpetraſtis*. Nec ſola terra; ſed cum terra Vniuerſæ aliæ creaturæ, quæ ſunt in Cœlo, & quæ ſub Cœlo ſunt. Habes apud Lucam, cap. 1. *homo quidam erat diues, & habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud eum*. Ecce tibi apud diuitem rerum omnium Dominum, miſer homo, temporalium bonorum adminiſtrator, infamatur, quaſi ammiſſæ ſubſtantiæ, imò dilapidatæ reus; expende, *quod ait, diffamatus, eſt*, vbi fama loquitur non vnus, aut alius loquitur, ſed vniuerſi cenſentur eadem verba facere, ideo accuſatio hominis apud Deum, per famam dicitur facta, ne qua cenſeatur eſſe creatura, quæ hominis geſta apud ſeueriſſimum Iudicem non loquatur, ait Chryſologus ſer. 125. *clamabat terra, clamabat Cœlum; dolebant Angeli, quando iam totæ ſæculi fama loquebatur*. Nulla in Cœlo, vel in terra creatura eſt, quæ peccatorem hominem Iudici non ſiſtat, quæ nos in Iudicem Deum non faciat ſpectare. Quæ creatura hominibus, aut gratior, aut vtilior quam Sol? ſanè ex inſenſibiliter creaturis nullam habet homo magis ſalutarem ſibi, in cuius aſpectu, non magis gaudeat. Attamen libro numeri cum peccaret populus contra Dominum, ait Dominus ad Moyſem cap. 24. *Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra Solem*. Iubetur

Solus Ieſus nouit peccatoribus parcere. Matt. 25.

Marc. 9.

Omnia creata Deũ iudicẽ oſtendant, ſolus Ieſus Patrẽ ſuggerit.

Geneſ. c. 1.

Eccleſ. c. 1.

Luc. 16.

Oẽs creaturæ hominẽ peccatorẽ Iudici ſiſtunt.

Chryſolog.

Exod. c. 9.

tur miſeri peccatores ſic ſuſpendi, vt ipſis morientibus ſit ſol ob oculos, cur ſol morientium oculis opponitur? An vt ipſi in gratiſſimo ſibi, illo aſtro, meliorem ſpem concipiant? An vt ſol intrantibus tenebras mortis, viam aliquam oſtenderet ſalutis. Abſit; ſed ſol peccantium oculis opponitur, qui illis ſæueriſſimũ iuditium proponat. Deũque Iudicẽ oculatiſſimum illis prędicet, ait Cyrillus Alex. de adorat. in ſpiritu lib. 14. *Ob eam cauſam oſtentantur Deo, contra ſolem, ideſt à rectis ſpiritibus ſuſpenduntur ad orientem verſi, tantum in ea figura proclamante, oculum illum Iudicis omnia intuentem, neminem qui huiuſmodi culpis irretitus ſit, effugere poſſe, aut impunem ferre*. Quid aliud miſer peccator à creaturis expectas, quam Iudicis aduentantis teſtimonium? Quæcumque creatura ſint etiam illæ, quæ tibi videbantur ſoles, quarum pulchritudine viuebas, vbi morienti tibi occurrunt, vnum Iudicem teſtabuntur, ſeuerumque ab illo ſupplicium, illatum peccatoribus. Nihil aliud tibi licebit aſpicere à creaturis, Vnus Ieſus eſt per quem Iudicem fugias, & ad Patrem habeas introitum. Per vnum Ieſum ob oculos poſitum, in Deo non Iudicem; ſed Patrem experieris benignum, & manſuetum, vt dicat Paulus ad Epheſ. 2. *Et veniens Ieſus euangelizabit pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem ijs, qui propè, quoniam per ipſum habemus acceſſum, ambo in vno ſpiritu ad Patrem*. Dum cætera omnia adſunt, ad Iudicem vocamur, nihil quod non ad iudicium ſeuerum pertineat, attingere poſſumus, dum venit Ieſus ſtatim patrem ſuggerit, ad illumque pandit introitum.

Cyr. Alex.

Epheſ. 2.

10 Tantique hoc eſt apud ipſum, vt credatur Ieſus Saluator, ſalutem afferens, non pęnas exigens, vt omnem laudem reputet ingloriam, ſi iſta deſit. Hanc ob cauſam, vt ommittam cęteras, obiurgauit dęmonem illum immundum, exclamantem voce magna, dicentem Luc. 4. *Sine quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene, veniſti perdere nos? ſcio te, quis ſis, & Sanctus Dei, & increpauit illum Ieſus dicens, obmuteſce, & exi ab eo.* Compeſcit Ieſus dęmonium, & tanquam fręno ori iniecto, ſibi teſtimonium ferre, prohibet, tametſi verum, non ſolum quia non decet immundum de mundo pronunciare, & à Deo refugium, de Sancto Dei, ſed etiam ob illam rationem, quia diminutum, & inglorium, cum illud reticeat (quæ eſt Ieſus ſumma gloria) quod venerit ſaluare, non perdere; audeo dicere, nec ipſos dęmones veniſſet perdere, niſi eorum perditio dirigeretur ad ſaluandos homines. approbat hunc meum ſenſum, & applaudit Tertulianus lib. 4. in Marcion. c. 7. Dabo eius verba. *Increpatus illum Ieſus planè, vt inuidioſum, & in ipſa confeſſione petulantem, & malè adulantem, quaſi hæc eſſet ſumma gloria Chriſti, ſi ad perditionem dęmonum veniſſet, & non potius ad hominum ſalutem*, parum dixit appellando inuidum, dum deflet Ieſum ſibi exitialem, & reticet hominibus ſalutatem; eſt in tali confeſſione, non ſibi conſtans; imò manifeſtè contrarius, nam inquit, *ſcio qui ſis Sanctus Dei*, vt habet Marcus, vel quod in idem cecidit Lucas, *ſcio te, quis ſis, ſanctus* Dei, quod perinde eſt, ac ſi dicat, vt notant expoſitores, *Sanctus Dei Filius*, qui vnicè ſanctus eſt, iuxta illud. *Quod naſcetur ex te ſanctum, & vocabitur Filius Dei*, meminiſſe etiam deberet de illo eſſe ſcriptum, *& vocabitur nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ.* At quando poteſt homines à peccatis eripere, niſi dęmones perdat, culpa-

Luc. 4. Marc. 1.

Omnẽ laudẽ Chriſtus putat i gloriam, ſi illa deſit, ſ. Saluatoris.

Tertul.

rum omnium promotores, earundemque ſollicitatores aſſiduos; venit igitur, vt perdat, non tam vt perdat, quam vt perdendo dęmones, ſaluum faciat populum ſuum à peccatis eorum, non mirum ergo, cur quæſtus ſit tam grauiter ille ſanctus Dei, qui diciturIeſus, apud rebelles Angelos, nam eius ſunt præcipuæ partes ſaluare, & conſequenter perdere, ſi opus fuerit ad ſaluandum; ſed illi dum ſibi Ieſum deflent exitialem, inuidi reticent, hominibus ſalutarem, in quo omnem ſui nominis collocauit gloriam.

11 Sed (vt cum Bernardo ſerm. 1. de circumciſ. loquar) ne videatur meus iſte Ieſus, ad inſtar priorum nomen vacuum, aut inane portare, non enim eſt in eo magni nominis vmbra, ſed veritas; re ipſa præſtitit, quod præfert nomen, meritò Ioannes ſalutem, & vitam hominum, incarnationi tribuit, quando Verbum factus eſt Ieſus, dicens cap. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum, eſt in ipſo vita erat*. Indicans hac diuerſitate loquendi, nempè *per ipſum, & in ipſo*, ſuſceptæ carnis myſterium, quaſi diceret, non tantum per Verbum omnia fecit; ſed in ipſo Verbo, vitam ſpiritualem, cœleſtem, & æternam operatus eſt. Ita vt velit Euangeliſta, per hæc poſteriora verba. *In ipſo vita erat*, verbum ſic eſſe vitam in ſe, vt ſit etiam vita hominum, meritò à ſe ſuſceptæ carnis, atque hoc, *Verbo* proprium eſt; nec commune cum Deo Patre, licet enim Deus Pater, & ipſa vita ſit in ſe, ſuaque authoritate, ac donatione viuificet homines, non tamen viuificat homines ſuo meritò, (nec enim mereri quicquā poteſt Deus, manens Deus) ſed eo merito quod Verbum caro factum, promeruit, Verbum enim caro factum, promeruit hominibus vitam, qui ſe ipſos breui, à creatione, peccando occiderant Ioan. 10. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*. Quod ſi illud, *in ipſo* coniungatur cum illo, *factum eſt*, ſitque lectio talis. *Quod factum eſt in ipſo, vita erat*, ſicut multi ſentiunt Catholicorum (vt prætermittam hæreticos) & in primis Ambroſius, lib. 3. de fid. cap. 3. idipſum confirmatur expreſſius, ſic enim aptè ad rem noſtrā exponit hic Auctor præfata verba, quod factum eſt in ipſo, vita erat; In verbo duo eſt reperiri, alterum, quod non eſt factum, eius ſcilicet diuina natura. Alterum verò quod eſt factum, ad humanam pertinens naturam, nēpè caro, ſanguis effuſio, vulnera, paſſio, opprobria, mors &c. hæc autem vita nobis ſunt, nam verbum caro factum, his omnibus nobis contulit vitam, hæc Ambroſius, quam ſententiam apertioribus Verbis idem Ioannes expreſſit in 1. Epiſt. canonica cap. 5. *Vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius eſt*, hoc eſt Deus Pater vitam nobis dedit æternam, cui attribuitur electio, & præmij largitio, tanquam primę origini trinitatis, & Creatori, ac gubernatori ſimiliter per attributionem. Denique dedit Deus Pater, quia dedit filium, cuius nobis meritis obuenit vita; nam filius ſuam dando vitam, dedit, & ius ad æternam, hicque eſt ſimplex, & verus ſenſus illorum verborum. *Et hæc vita in filio eius eſt*, quem nuper attulimus, vitam eſſe in filio, ideſt dari propter eius meritum, ideo enim datus eſt à patre Ioan. 3. *Vt omnis, qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam*. Accinit præclarè quidē, Lucas pariter Euāgeliſta, qui Chriſtum prædicans, & gētibus annuntians, inquit, act. 10. *Ieſum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu ſancto, & virtute*, quam vnctionem Beda non ad id refert

Bernard.

Ioan. 1.

Chriſtus nō portat nomen, Ieſus, vacuum, & inane ad inſtar priorū.

Ioan. 10.

Ambroſ.

1. Ioan. 5.

Ioan. 3.

Act. 10.

referre quando deſcendit Columba ſuper Chriſtum, ſed ad eius incarnationem, dicens: *Vnctio inuiſibilis Olei fuit, quando humana natura verbi Dei, in vtero virginis copulata, ſacta eſt cum eo vna perſona.* Facta autẽ huius vnctionis mentione, ſtatim ſubdit Euangeliſta: *Qui pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.* Sed nota myſterium, vnctio, quæ pertinebat ad conſecrandos Reges, & fortiſſimos Principes, ſymbolus erat fortitudinis, & virtutis militaris, fortitudo autem, effectus Spiritus ſancti, quare quos vnctio vngebat, Spiritus roborabat, fi-

Facta militaria ad quæ vnctus fuit Chriſtus, ſunt beneficia corporalia cõferre, & ſpiritualia.

ent, & Sauli recens inuncto dixit Samuel, 1. reg. 10. *fac quacumque inuenerit manus tua: Quæcunque inciderint in manum tuam, in quacumque inciderit manus tua.* Vatablus *ne timeas bellum ſuſcipere aduerſus hoſtem.* Kaldeus *parata ſunt tibi vaſa, Regiis* inſignia realia, arma, ſic enim exigit, quod ſequitur: *Quia Dominus tecum eſt; dictum Domini in auxilio tuo,* ſicut & Gedeoni roborando, & excitando contra hoſtes dictum eſt ab Angelo, *Dominus tecum eſt virorum fortiſſime.*

1. Reg. 10.

Kaldeus.

Iud. 6.

12 Hinc collige facta militaria ad quæ videtur vnctus Chriſtus, eſſe, beneficia corporalia conferre, & ſpiritualia. Verè miſericors, verè Rex pacificus, qui ſtatim vnctus, vt munus obiret, ad quod vngebatur, pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo, hoc eſt perfectiſſimo modo Deus erat cum Chriſto, ſiuè cum ipſius humanitate, non per gratiæ creatæ donum dumtaxat, ſed per intimam vnionem hypoſtatis verbi, ſolus igitur potuit pro poteſtate, ſanare oppreſſos à diabolo, quia de eo ſolo verum eſt, quod eo modo Deus erat cũ illo. Adde quod ſicut olei ita proprias effectus Spiritus ſancti eſt ſanare vulnera, vulneribus enim infunditur oleum, iuxta illud Lucæ cap. 10. *Et appropinquans alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum,* & Iſai. cap. 1. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo:* inunguntur ergo ſicut Deo, qui perfunduntur Spiritu ſancto, qua vel vnctione olei, vel ſpiritus perfuſione, indicantur Sacerdotes, & Principes, medici eſſe ſuorum populorum ad animorum gaudium contritorumque cordium lætitiam, ſicut ſcriptum eſt Pſal. 50. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui,* & alibi Iſai. 61. *eo quod vnxerit me, vt mederer contritis corde,* vide quomodo omnia Chriſti, ſpirãt benignitatem, & miſericordiam, nam ſtatim vnctus à Deo Spiritu ſancto, pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. Sed expende illud *pertranſit*, quod aliquando (vt ex hebræo conſtat) eſt idem, quod experiri, ac verſari in aliquo opere, vel exercitio, ſic illud Pſalm. 80. *Manus eius, Ioſeph, in cophino ſeruierũt,* hebraicè, *tranſierunt, ſeu verſatæ, & occupatæ ſunt.* Indicat præterea pertranſeundi verbum, efficacem Chriſti Oeconomiam, & victoriam, quam retulit de mundo, & diabolo, hac ratione percuſſurus Aegiptum Deus, tranſiturum ſe prædixit nec non, & miniſtrum ſuum Angelum, Exod. 12.

Luc. 10.

Iſai. 1.

Pſal. 50.

Iſai. 61.

Pſal. 80.

Exod. 12.

13 Tandem, vt ex Syriaca habetur translatione, *pertranſit,* idem ſignificat hic, ac perluſtrans, hoc eſt peragẽdo perſpicere, nã quemadmodũ ſol oculatiſſimus, & idẽ pernicitatis eximiæ perluſtrat omnia, ſic verbum diuinum, factus Ieſus, nec vllæ diligentiæ pepercit, nec velocitati, vt ſaluaret hominem, Segnis videbatur (vt ita dicam) antiquitus Dei miſericordia, vide quam ſegnis,

nam Patres,& aliquot de recentioribus illa verba Dauid Pſalm.11. *propter miſeriam impium,& gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.* Ad filij promiſſionem referunt, (& inter cæteros Gregorius) qui ſe ſe ad ſalutem nobis offerendam obtulerit,incarnatione,paſſione, & reſurrectione, talibus enim medijs ſtatuerat humani generis miſerias ſubleuare,& inopiam. At inter illud *nunc*, & beneficiũ promiſſum exhibitum,interceſſerunt pluſquam mille,& triginta anni,nam ab vnctione Dauid Regis, qui hęc cecinit vſque ad temporalem Domini noſtri natiuitatem, interſtitium mille, & triginta duorum annorum fuit interceptum, vt teſtatur in martyrologio Sancta Mater Eccleſia. Dicerem ſi fas eſſet. *Crura illius columnæ marmoreæ*. Non ob illam ſolum rationem,quam Caſſiod. & Bed. afferunt,quia Chriſti itinera quibus homo fieri, & ad nos venire dignatus eſt, Vniuerſa fortia, & recta fuere; ſed quia eius miſericordia inſtar columnæ marmoreæ fixa; ac ſtabilis manebat, & ad ſubueniendum veluti immobilis. *Nunc exurgam*, expecta parumper,concedantur mihi, mille annorum induciæ, & ſubueniam; Benè conſultum eſt miſeris. Segnis videbatur olim Dei miſericordia; at carnem aſſumens Deus, calcar illi addidit, vt iret itinoribus maximis. Quod argumentum latius proſequuti ſumus cum de Dei miſericordia,dicam nũc præterea alas aſſumpſit, cum Deus factus homo, factus eſt etiam Ieſus,volatilem accipit ſpiritum. Dicam apertius Ieſu nomẽ ſalutare,alas indidit Deo, vt ad noſtram medelam auuolaret. Orientem Deum ſpeculati; ideſt Chriſtum natum Theodoretus, & Cyrillus Alexandrinus illi aptant, illud Malachiæ præfatum cap. 4. *Orietur vobis timẽtibus nomen meum ſol iuſtitiæ, ſanitas in pennis eius.* Quibus merito Arias Montanus miratur nouum orientis ſolis ornamentum, nempè velocitatem alarum. Solis currus, Solis Equi decãtatiſſimi fuerunt apud profanos; imò ait Abacuch cap.3. *Quadrigæ tua ſaluatio*, quis ergo orienti iuſtitiæ ſoli adimit currus, quis notos Equos excluſit,& indidit ſoli alas? Id minimè obſcurè à Malachia inſinuatur ait enim, *ſanitas in pennis eius*,& quidem ſalutis nomen aſportatum, curruum moras faſtidiens, alas excogitauit, curſum reſpuens, volatum adamauit, vt quam citiſſimè hominibus inderetur ſalus Pſal.32. *Fallax equus ad ſalutem, & ideò anima noſtra ſuſtinet Dominum, & in nomine Sancto eius ſperauimus.* Nomen,in quo nos omnes ſalui ſimus, Ieſus eſt, ſolus Ieſus eſt ſalus, quæ non equo,nec curru vehitur, ſed fit ales, vt concitato volatu, noſtris medeatur animis. Hinc pulchrè D. Macharius inquit homil.44. *Nequit anima per ſeipſam tranſmittere acerbum mare peccati, & difficilem abyſſum, caliginis affectionum, niſi ſuſceperit ſubtilem, cæleſtem, & volatilem Spiritum Chriſti*, expende illud *volatilem Spiritum Chriſti*; Etenim niſi ſalutiferum Ieſu nomen volaret,niſi ſalus inderet Domino alas,ſanitaſq; in pennis orietur, omninò periret genus humanum.

Pſal.11. Cant.5. Caſſiodor. Beda. Segnis videbatur Dei miſericordia ante Incarnationé, addita ſunt ei calcaria carne aſſumpta. Theodor. Cyr. Alex. Malach.4. Abachuc.3. Pſal.32. Machar.

14 Vide quam ſit moræ impatiens, Deus ſic virginitatis vinculis tenebatur,vt niſi ſibi maximam inferendo vim, à virginis viſceribus, non potuerit exire. Quod ex Ambroſio ſerm.28. huc transfero verbis his. *ſinus Chriſti erat in Deo patre diuinitas, in MARIA matre virginitas cuius ſic tenebatur pulchritudine, ſic irretiebatur amore, vt niſi ſibi inferret vim, ab illa exire nequiret.* Sed habemus firmiorem propheticum ſermonem Dauid Regis, qui filium ita

Ambroſ.

Pſal. 21. cum Patre loquentē refert, Pſal. 21. *Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris meæ in te proiectus cum ex vtero, de ventre matris meæ Deus meus es tu.* Auguſt. Scio Auguſtinum Epiſt. 120. c. 12. illa priora verba. *Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre.* Ad id referre quod fœtus diuina vi ſit extractus, virgineis clauſtris nullatenus apertis, quod etiam disertè traduut Nicephor. Euthym. Nicephorus, & Euthymius. Alij docent verbum extrahendi, quod notat Arias montanus ex Hebræo, quietem deſegnare magnam, nullum in partu dolorem, nullius obſtetricis operam, interueniſſe, vt Cyprian. ſentiunt Cyprianus, de natiuit. Zeno, ibidem Athanaſius, ibidē apud Surium, Hieronymus aduerſus Eluidium, & complures. Sed lubet ſe-Tertull. qui Tertullianum, de carne Chriſti ſti cap. 20. qui legit. *Tu es qui auulſiſti me ex vtero matris meæ*, quod quandam vim indicant, & violentiam, imò tria his verbis animaduertit complecti miranda, *tu es qui auulſiſti me de ventre matris meæ*, ecvnum, inquit ipſe, hoc eſt Chriſtum ſecundum carnem vteri materni viſceribus tam tenaciter coheſiſſe, vt diuina vi oportuerit eſſe extractū. *In te proiectus ſum ex vtero*, vel vt legit ipſe, *ſuper te proiectus ſum ex vulua, & continuo ſubdit, ecce alterum.* Sed quod nam ſit illud reticet, at recentiores quidam eius Gloſographi, ita interpretantur, vt filius paciſcatur cum Patre, pro egreſſu ex vtero matris, illius ſinum, & gremium, dicam apertius, vt hæc ſit inter vtrumque conuentio, tu Pater à me egreſſum expoſtulas ex ventre matris meæ, obſequar, dummodò illud rependas, vt ad gremium me accipias, mihique ibi blandiaris; tam enim delector puriſſimis meæ matris viſceribus, tamque mihi ſunt in delitijs, niſi facta hac compenſatione, illas deſerere, non poſſim acquieſcere; Initum eſt pactum, præſtatum eſt etiam quod fuit conuentum, exiuit de ventre, gremio tamē geſtandus Patris. *Tu es, qui extraxiſti me de ventre, in te proiectus ſum ex vtero; ab vberibus matris meæ Deus meus es tu.* Et ſtatim ſubdit Tertullianus (Ecce aliud) hoc eſt tertium admirabile, quod in his verbis concluditur. Et quis eſt, qui non hæc mirabundus conſideret? Num cum lacte matris ſuxit hanc ſingularem prærogatiuam, vt Patrem incipiat habere Deū? Nonne ipſe ille eſt, de quo canit Eccleſia, Deum de Deo, lumen de lumine, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, quem fides docet, ante ſæcula genitum, nec Patre minorem, nec genitore poſteriorem. Quomodo inquit, ex tunc cępiſti Deus meus eſſe? Quando ad ſinum matris admotus eius ſugebam vbera, *ab vberibus matris meæ Deus meus es tu.* Sed hæc eſt inenarrabilis Virginis Mariæ prærogatiua, hæc illius ſumma gloria, vt tanti fecerit (vt ita dicam) beata matris vbera ſugere, quanti eſſe illud infinitum, & immenſum quod accepit genitus à Patre ab æterno, & quemadmodum illa verba Dauidis, Pſalm. 2. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Ad diuinam verbi Dei natiuitatem referunt, quæ Paulo act. 13. ad Rom. 1. atteſtante, accepta referſitur reſurrectioni, vtpotè illius diuinitatis eximio pręconio, ita nunc, Chriſtus extractus eſt de ventre Matris, Virgineis clauſtris nullatenus apertis ſuxit illius vbera, lacte de Cœlo præſtito, ergo Deus, ergo Filius Patris, illi conſubſtantialis, & coeternus. *Ab vberibus matris meæ Deus meus es tu.* Sed quorſum hæc? ad delineandum (quod erat inſtitutum) his penicillis, ſitim, qua Flius Dei, noſtra arderet ſalutē, & quomodo alas aſſumpſerit ad nos ſaluan-

Margin notes: Quā fuerit in delitijs Verbo incarnato viſcera Marię pulchrè deſcribitur. — Quanti fecerit Chriſtus ſugere vbera B. Virginis. — Pſal. 2. — Act. 13. Rom. 1. — Sitis lepidè deſcribitur Filij Dei qua ardebat noſtrâ ſalutem.

ſaluandum, nam quamuis ſic teneretur vteri materni pulchritudine, ſic irretiretur amore, vt non vereatur illum, quodammodo æterni Patris ſinui æquare, ab eoque ni ſibi genitor inferret vim exire nequiret, tamen mirum quod non horruerit virginis vterum canit Eccleſia. *Non horruiſti Virginis vterum*, ob illã rationem, quia tanta nouem mentium mora, præiudicatura videbatur noſtrę ſaluti, & illius votis, ſcilicet redemptionis exequutioni; futura impedimento. Applaudit Guerricus Abbas, ſerm. 3. de Aununc. qui ob hanc cauſam fatur, magis Chriſtum paſſum eſſe in matris viſcetibus, quam in Ligno Crucis. Dabo eius verba. *Exiſtimo, quod inutero matris nouem menſium tempore, maieſtas illa incircumſcripta, paſſa eſt contineri, quando itaque penitus à ſemetipſo defeciſſe viſus eſt, tanto tempore, nihil illa loquitur ſapientia, nihil illa virtus manifeſtum operatur, nullo ſigno maieſtas illa, quæ clauſa latet, proditur, non ſic in Cruce*. Ibi enim ſua bona impertiebatur hominibus, documenta præbebat, eximiæ patientiæ, & dilectionis, redemptionis opus redigebat ad cõſummationem, his omnibus videbatur fraudatus, in vtero clauſus matris, mirum eſt, quod non horruerit Virginis vterum, & forſitan horruiſſet, niſi ibi incluſus rem adhuc noſtram egiſſet, nam facto ibi miraculo (vt docuimus ex Auguſtino in opuſculo noſtro de triũpho amoris diuini cap. 4.) neceſſitatem habuit moriendi, corpuſque aptauit ad pœnas, tormenta, Crucem, mortem, omniaque noſtræ redemptionis opera; quod animę vnitum Beatæ, eiuſdem debebat eſſe, (iuxta naturę leges) conſors impoſſibilitatis, & gloriæ. Primum igitur miraculum à Chriſto patratum in vtero fuit matris, vt redderetur noſtri cauſa paſſibilis, & ſic non horruerit Virginis, vterum, (& vt cum Eccleſia loquar) pro nobis natus, tulit eſſe ſuus.

Guerricus Abbas.

Primũ miraculũ ob noſtrã ſalutem fecit Chriſtus in vtero Virginis.

Auguſt.

15 Iure igitur hoc myſterium magnum pietatis id eſt miſericordiæ dicitur Sacramentum, nam ipſa Filij Dei Incarnatio, ſæculum quando carnem aſſumpſit, natiuitas, tempus locus, & cætera, quę ipſum circumſtant, nomen illi in circumciſione impoſitum, res ipſæ exhibitæ pro nominis dignitate; ſunt præclara monumenta, & exempla eximia infinitæ miſericordiæ diuinæ. Sed quid dicendum, de Virgine de qua voluit naſci, an hæc, eandem non ſummopere commendat? Verum hoc argumentum fuſius eſt tractandus in ſequentibus.

Non exiguam huius miſericordię partem acceptam referre debemus Beatę Virginis Marię.

Cap. 6.

1 APplaudit Dauid Propheta dicens Pſal. 47. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui*. Experti tandem ſumus, tuam Deus aduerſus nos curam, benignitatem, miſericordiam, iam dudum promiſſam. *In medio templi tui*, quę vltima verba Diu. Antoninus, 3. par. Theolog. c. 1. §. 1. & Durandus lib. 6. ration. diuin. offic. c. 122. & lib. 7. cap. 7. de Virgine Maria interpretãtur, in cuius viſceribus carnem ſumpſit ille, qui factus eſt nobis miſericordia, & redemptio. Huc etiam refert Anaſtaſius Synayta, illud Pſal. 73. *Operatus es ſalutem in medio terræ*, vtpotè qui habitauerit in medio terrenu vteri Virginis Mariæ. Maria enim non ineptè

Pſal. 47.

D. Anton.

Durand.

Anagocã cõtẽplat. in Decamer. lib. 2.

Anaſtaſius Synaita.

Pſal. 73.

tè

tè medium terræ,ideſt illius centrũ nuncupatur,& quidem quadrat in illam, nomen iſtud propter humilitatem,quia cẽtrum infima eſt mundi,& totius terræ pars. *Quare* cum nullus homo (ab humo dictus) Virgine humilior extiterit, inde fit, vt nulla terræ pars, inferior ſit,quam Maria. Sed quid indè? In primis Dei Filius,ac Verbum,cui nihil vnquam antiquius fuit, quam humilitas, atque ad infima deſcendere,
Philip.2. iuxta illud Philip. 2. *humiliauit ſemetipſum*, de quo etiã Paulus ſcrip-
Ephes.4. ſit ad Epheſ.4. *Quod autem aſcendit quid eſt niſi qui, & deſcendit primum in inferiores partes terræ*, quæ verba nõ ſolum de illius extremo deſcenſu ad inferos,ſed etiã de priori deſcenſione accipi poſſe docet Anſelmus. Hic ergo,cui illud erat in votis,vt ad inferiores terrę partes deſcenderet,in ſanctiſſimæ, atque humillimæ Mariæ viſcera decurrit, vt infimam omnium terrę partem,captaret.

Humilitatis amator ad humillimæ Mariæ viſcera decurrit.

Pſal.138. Vnde in Pſalm.138. ipſemet Chriſtus ait, *Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ*; Hebræi autem exponunt *in vtero matris meæ*, hunc enim vocat inferiora terræ.

2 In pſalt. Hinc Bonauentura in Pſalterio, *Quia ergo*, inquit, *Domina humillima fuiſti, Verbum increatum ex te carnẽ ſumere coegiſti*,eo ſcilicet modo, quo centrum grauia corpora ad ſe deuenire cogit. Quid moror? in Virginis vtero ex parte Chriſti, cum Summo Patre initi noſtræ redemptionis contractus, ex quorum vi à dœmonis poteſtate non ſecus, ac populus Iſraeliticus, ex duriſſimo Pharaonis Imperio, liberaremur,quo quidem ſenſu de Deipara Chriſtum ſimul concipiente, atque homines è veteri ſeruitute (non ſecus, ac antiqua illa Maria Moyſis ſoror,quæ Iſraeliticum populum cũ plauſu, atque lætitia è captiuitate Aegyptiaca eduxit) liberãte;ſignatiſſimè dixit Chryſolog.ſer.146.qui Chryſol.
eſt ſecũdus in Vigil.Nat.Dñi,Maria Mater vocatur,& quando nõ Maria Mater,cõgregationes,inquit,aquarum appellauit Maria, non nè hæc exeuntem populũ de Aegypto concepit vno vtero,vt emergeret cœleſtis in nouam creaturam tanta progenies,iuxta illud Apoſtoli. Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes Mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari.(hæc ille) Cõſentit Ambro- Ambroſ.
ſius lib.2.in Lucam notans velut ad huius contractus ſolemnitatem, & confirmationem in Chriſti natiuitate: (nec enim in conceptione,quæ inuiſibili ratione tranſigebatur,oportuit id fieri) Adſcriptaea omnia,quæ in publicorum contractuũ tabulis obſeruabãtur.Sic enim ille: *Nam ſi Conſules adſcribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptionis omnium,debuit tempus adſcribi? hæc ergo omnia,quæ in contractibus eſſe conſueuerunt; vocabulum ſummam illic poteſtatem gerentis, diem, locum, cauſam:* ſic Ambroſius,& quod miro, & ineffabili modo operatum eſt in occulto, hoc eſt in vtero Virginis,in lucem dedit, quo ad eius fieri potuit S.Lucas Euangeliſta,tantique fecit Verbum,hanc Virginem; vt nunquam voluerit cũ Patre contrahere, niſi accedente ipſius conſenſu,hunc expectabãt omnes creaturæ ad eius pedes prouolutæ, ſic Bernardus homil.4. ſuper Miſs. ex- Bernard.
pectamus, & nos à Domina Verbũ miſerationis,ecce offertur tibi pretium ſalutis noſtræ, liberabimur ſi conſenties,hoc totus mundus, tuis genibus prouolutus, expectat, ex ore tuo dependet redemptio captiuorum,reſpõde ergo verbum,quod terra,quod inferi,quod expectãt ſuperi,& poſt hæc alia ſubdit Bernardus

In Virginis vtero celebrati ſunt contractus redemptionis noſtræ.

Bernard. dus mellifluo eius calamo digna, Expectat Angelus reſponſum, expectamus & nos, ò Domina verbum miſerationis, quos miſerabiliter prę mit ſentẽtia damnationis, in ſempiterno Dei Verbo facti ſumus omnes; & ecce morimur, hoc ſupplicat à te (ò pia Virgo) flebilis Adam cũ miſera ſobole ſua, exul de Paradiſo; hoc Abraham, hoc Dauid, hoc cæteri flagitãt Patres ſancti, hoc totus mũdus tuis genibus prouolutus expectat, ò Domina reſponde Verbũ, quod terra, quod inferi, quod expectant, & ſuperi ipſe quoque omniũ Rex, & Dominus, quantum cõcupiuit decorem tuum, tantum deſiderat, & reſponſionis aſſenſum, hæc è Bernardus.

3 Præbuit tandem conſenſum, & nomine totius Eccleſiæ præbuit, cum dixit, Luc. 1. *Fiat mihi ſecundum Verbum tuum*. Statutumque eſt ſuperis vt totum ſalutis negotium, noſtræ redemptioniſque humanæ opus, ab hoc pẽderet reſponſo, cur ita? Reſpõdet D. Auguſtinus, ſerm. de Natiuitate Domini, & Diu. Thomas pariter 3. par. q. 30. Cõuenientiſſime id eſſe factum, quia in hoc myſterio ſponſalitia celebrantur Dei Patris, cum B. Virgine, Filij Dei cum humana natura, & Chriſti cum Eccleſia. Decuit ergo interuenire conſenſum eius, quæ ſponſa Patris erat, & naturam humanam ipſamque Eccleſiam reprę ſentabat, in ſponſalitijs enim, vtriuſque partis exigitur conſenſus, quod etiam eleganter, vt aſſolet Diu. Chryſologus ſerm. 140. his verbis dixit, *Ad Virginem Deus aligerum portitorem mittit, nam dat barram, dotem ſuſcepit, qui fert gratiam, fidem refert, & tradit munere virtutis, qui mox virginei conſenſus, reſoluit ſponſionem*. Eius expectauit conſenſum, & cooperationem, & non ſolum ex ipſa, ſed ab ipſa voluit Deus carnem ſumere; vt non ſolum efficeretur Mater Dei, ſed dignè eum conciperet, vt inquit Bernardinus Senenſis ſerm. 15. de feſtiu. Virgin. Fuit autem multum dignificata, quando præter gratiam habitualem receptam, eximiam fidem, obedientiam, humilitatem, charitatem in eo concipiendo exercuit, quod factum eſt, quando Nuntio Angelico cõſentiẽs dixit, Luc. 1. *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum*; Quin addit idem Sanctus plus meruiſſe Mariam, quando Angelo annuncianti, Filij conceptionem; aſſenſit, quam meruerint omnes Sancti, omnibus actibus, & meritis ſuis, quod ſic accipiendum eſt, quia meruit ita fieri Mater Dei. Dignitas infinita. Flagitauit cõſenſum, quia decens erat, inquit Petrus Chryſologus ſer. 142. vt ſicut humani generis ruina non ſine aſſenſu fœminæ accidit, ita nec eiuſdem reſtauratio, abſque fœminæ conſenſu perficeretur. Dabo eius verba. Audiſtis agi, vt homo curſibus iiſdem, quibus delapſus fuerat ad mortem, rediret ad vitam, agit cum Maria Angelus, quia cum Eua Angelus egerat de ruina, vt noſtræ perditionis, conueniens noſtræ reparationis principium reſponderet (hæc ille) concinit B. Petrus Damianus hæc addens ſerm. de Annunc. Virgin. *Per ipſum, & in ipſa, & de ipſa totum hoc faciendum decernitur, vt ſicut ſine illo nihil factum, ita ſine illa nihil refectum ſit*. Plures huius queſiti poſſent afferri rationes, ſed illa tandem ſufficiat voluiſſe Verbum diuinum dependenter à Virginis conſenſu incarnari, vt nos omnes B. Virgini ſtrictiſſimo obligaret vinculo charitatis, magnoque affectu ipſam proſequeremur, cuius arbitrio ſalus hominum eſt commendata, quam rationem expendit Bernard. ſupra citatus, cuius verbis non diſſimilia habet D. Auguſt.

Margin notes: Luc. 1. — Auguſt. — Thom. — Cur expectatus eſt conſenſus Virginis in myſterio incarnationis — Chryſol. — Bernardin. Senenſ. — Luc. 1. — Chryſol. — Petr. Dam. — Bernard. Auguſt.

Auguſt. guſt. ſerm. de natiu. Reſponde iam, inquit Virgo ſacra; aſſenſum tuum Angelus præſtolatur, Deus in porta eſt, Angelum quem moraris expectat ò B. Maria, ſæculum omne capptiuum, tuum deprecatur aſſenſum te Deo, mundus ſuæ fidei obſidem facit, per te parentum ſuorum iniurias abſtergi deprecatur. hæc Auguſtinus. Poſſumus nos addere totum hoc diuina prouidentia ſuauiter eſſe diſpoſitum, vt ardentiſſimo amore nos inuicē diligamus, certemuſq; inter nos officijs, illa protegendo, nos verò obſequendo, nam quamuis nos peccatorum ſordibus infecti, ab ipſa expectemus munditiem, ex oppoſito illa nobis peccatorib. acceptũ referre debet, quod ſit Mater Dei, iuxta illud *Peccatores non abhorres, ſine quibus nunquam fores, tanto digna Filio.*

Maria nobis quodāmodo debet quod ſit Mater Dei.

4 Euecta eſt igitur ad maternitatis dignitatem, cum hoc tamen onere, vt nos iacentes erigeret, & oppreſſos defenderet, titulus enim hic non ſolùm nos maximo honore; ſed etiā copioſa cumulauit vtilitate, quod indè vnicuique poteſt eſſe perſpicuum; nam eius interceſſio valet plurimi apud Deum, preces enim matris plura, & maiora nobis à Filio impetrant, quam ſeruorum à Domino; ob id enim Deus voluit ſibi matrem ex hominibus aſſumere, vt indè haberet cauſam, & argumentum miſerendi, & remittendi peccata, vndè oriebatur offenſa.

Interceſſio Virginis efficaciſſima.

5 Quāti eius interceſſio apud Deũ valeat, ex his poſſumus intelligere, nam cum præter ſapientiam, & prudentiam, illa interceſſorem maximè commendant, quod poſſit plurimũ apud eum, apud quem intercedit, ſitq; ei gratiſſimus; prætereà, quod velit, quid enim prodeſt ſi poſſit, & ſapiat, ſi nolit intercedere; Tandem quod ſit non ſolum benigno, ſed fideli animo in illos, quorum ſuſcipit patrocinium. Quod nullum horum deſideretur in B. Virgine, teſtatur Eccleſia dum auxilij indiga ipſam implorat dicens. *Virgo potens, Virgo clemens, Virgo fidelis, Virgo potens*; & quid non poteſt? nam cum in Cœlo nunc exiſtens nō deſinat eſſe Verbi Mater, ſunt qui docēt Patres, (vt ſupra retulimus) cap. 3. hanc patriam poteſtatē, nunc etiā ibi exercere, cum apud Filium pro nobis intercedit; tantæ enim eſt potentiæ, vt non ſolùm illam omnium Sanctorũ ſimul exęquet, ſed etiam ſuperet, ita vt ſi cogitatione fingamus, Virginē aliquid poſtulare, totamq; Curiam Cœleſtem, illi reſiſtere, ſicut apud Danielem vnus Angelus reſiſtebat alteri) potentior eſſet, maioriſque efficaciæ, & valoris apud Deũ, Virginis, quam reliquorum Sanctorum omnium, oratio. nec immeritò, nam ſi nihil eſt, quod efficaciorē ad impetrādum reddat orationem, quam gratia, & Sanctitas perſonæ petentis, conſequens eſt, vt iuxta gratiæ, & ſanctitatis menſuram, iudicemus de orationis efficacia, at Gulielmus Pariſien. in Roſario aureo, inquit, Si gratiæ omnium Sanctorum Patriarcharum, Prophetarũ, Apoſtolorum, Martyrum, Cōfeſſorum, Virginum, & omnium Electorum etiam comprehenſis nouem ordinibus Angelorum, ponerentur in vna ſtatera, & ſola gratia huius Virginis in alia, multò grauior hæc appareret, hæc ille. Cui ſententiæ præter multos Patres, quos poſſem recēſere, adhęſerunt recentiores magni nominis Theologi, & Franciſcus Suarez vir hoc noſtro ſæculo pietate inſignis, ac doctrina celeberrimus, poſtquā piè, & eruditè, auctoritate, & ratione hanc confirmaſſet ſententiā, tandem ait in cōment. 3. par. ad q. 37. tom. 2. Accedit, quod cum ante viginti annos in Academia Salmaticenſi rogatus à grauibus viris hanc

Gul. Pariſ.

Suar.

quæ-

quæſtionem diſputare, atque deffinire fuerim aggreſſus, cumque in hanc ſententiam valdè propenderem, rei nouitate detentus, cauſa proprio iudicio, ac ſententia diffinire auſus non fui, donec Doctores ſapientiſſimos, & in rebus theologicis valdè verſatos conſului, quibus omnibus pia, & ac probabilis hæc ſententia viſa eſt; hæc ille. Ergo ſi pium eſt credere Mariam Virginem ſanctitate, & gratia antecellere omnes reliquos ſimul Sanctos, eadem probabilitate, id eſt affirmandum de eius orationis efficacia. Hinc ortum eſt, cum de cæteris ſermo eſt ſanctis, nó vti nos vno intercesſore ad alium, quia omnes ſunt eiuſdem ordinis, Ad Virginem autem tanquam Reginam, & Dominam, alij adhibentur interceſſores, quo fit vt dum alios imploramus Sanctos, Salutationem Angelicam ſolemus recitare, vt illi pro nobis Virgini repræſentent. Præterea nonnullos Sanctos ad hæc, vel illa beneficia obtinenda ſingulares habemus Aduocatos, vt vſus tenetur Eccleſię, & indicauit etiam Auguſtinus epiſt. 137. Virginem autem ad omnia, quia in omnibus ipſa eſt potentior, quam cæteri in ſingulis. Ad hæc Eccleſia ſancta præſtantioribus modis conſueuit Virginem implorare, vt ſunt illæ formulæ. Mater miſericordię, Vita, dulcedo, Spes noſtra ſalue, & quemadmodum ſolam Sanctiſſimã Trinitatem illo præſtantiſſimo modo docet nos Eccleſia implorare, vt patet ex eius feſto, in ſecundo nocturno matutini. Spes noſtra; ſalus noſtra, honor noſter; O Beata Trinitas, illa excepta, neminem Sanctorum ſub his titulis inuocat, ſolam Virginem, talibus decorat nominibus, veluti iure propinquitatis cum Deo, illi debitis. Tandem nullus eſt dies, in quo illi publicas non offeramus orationes, vel in horis canonicis, vel in Miſſæ ſacrificio, vel ſigno publicè dato, ſemel, aut bis, vel etiam ter in die ſancta Mater Eccleſia vniuerſum hortatur populum ad Virginem deprecandam, his modis omnibus confitentes, neceſſitatem ſui patrocinij, & efficaciã *Virgo potens*, ita noſtræ ſalutis hoſtibus formidabilis, vt magis expaueſcerẽt dæmones Matrẽ, quam Filiũ, nec vnquã ſuis aſtibus auſus eſt diabolus aggredi Chriſtum, niſi à Maria diſſitum, ab ortu Saluatoris, inquit, Arnoldus Auendan in ſerm. de Concept. Virg. diſcur. 3. vſque ad baptiſmum, anni triginta deſluxerant, nec toto hoc tempore ſeiuncta eſt mater à filio, ſemper indiuidua illi aſtitit, tunc inquit, Matth. cap. 4. peracto illo tempore, baptizato Domino, *Ductus eſt Ieſus in deſerto à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo, tunc aſſumpſit eum diabolus in Sanctam Ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, &c.* A matre abſentem; at illius Matri iuncti, nec fimbriam veſtimẽti tetigit, imò nec propius accedere auſus eſt vnquam; maiorem illi incutit timorem Mater, quam filius; Huc refert illud Geneſis cap. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius.* Vbi Deus Matri, atque filio inimicos deſtinans, & aſſignans, Mariæ diabolum, Chriſto peccatores pro aduerſarijs adſcripſit, cur ita? An quia iſti grauiores, atque infenſionis hoſtes ſint, ideò eos Chriſtus debellandos ſuſcepit; Mariæ autem minor hoſtis relinquitur. An etiam Virgini diabolus ſternẽdus datur, quia ſolemne eſt Deo firmiores, ac robuſtiores hoſtes, per imbecilliora, atque infirmiora expugnare. An demum, quia ita decebat, vt mulierem, quam diabolus olim familiarem, & beneuolam expertus fuerat, eandem aliquando infenſam valdè, & implacabilem hoſtem ſentiret? Ita quidem opus erat

Maria antecellit ſanctitate & gratia omnes Sanctos ſimul.

Suar. to. 2. in 3. par. diſpu. 23. ſect. 0. 3.

Auguſt.

Eccleſia patrocinium B. Virginis inuocat quibus ſolet Sanctiſſimã Trinitatem.

Eadẽ ſalutis noſtræ hoſtib. formidabilis.

Auendan.

Matth. 4.

Gen. 3.

Maria

Maria igitur magis formidabilis noſtræ ſalutis hoſtibus, quam filius. Quin etiam Virgo hæc immaculata, ſtatim à verbi conceptu, claſſicum aduerſus dæmones cecinit: adhuc infantem in vtero gerebat, & aduerſarijs incutiebat terorē, quod pulcherrimè excogitauit Athanaſius de Chriſti Natiuit. dum illud Angelicum expendit nimirum, Luc. 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Enimuerò, vt in Apoſtolos virtus iſta ideò deſcendit, vt contra omnem aduerſariam virtutem vigerēt, ideoque ſpiritus ſuperueniet eſſentialiter, ita quoque Spiritus ſanctus in Virginem deſcendit, ſic ille. Latet autem in hac ipſa comparatione quædam contrapoſitio non inelegans, quatenus Apoſtoli ſublato in Cœlos Domino, igneum ſpiritum ebibentes, terribiles aduerſarijs extiterunt. At Maria à primo verbi in mundum ingreſſu, cum primum vtero habuit infantilia membra, ò quam terribilis, ò quam aduerſarijs formidabilis erat, adhuc Virgineus vterus calefaciebat paruuli artus, & quaſi ignientis tela, quaſi hoſtilia elaborantis arma, officina formæ horrebat, vndè meritò idem exclamauit. *O vtere in quo arma aduerſus mortem fabrefacta ſunt.* Quod ſi à cōceptu verbi, cecinit aduerſus dæmones claſſicū: quid dicendū quando plena dierum, & meritorum in eius aſſumptionis die, cœpit iam tenere imperium, & dominium illi paratum à filio: potentia, & dignitate illius nihil tunc dæmonibus terribilibus. Huc ſpectat eximia, ac mirabilis quodammodo (vt ita dicam) B. Idelfonſi ſerm. 5. de Aſſumptione piè audax aſſertio, quam de Aſſumptione huius Virginis loquens ſcriptam reliquit, nimirum Vniuerſitati dæmonum metum ſua intuliſſe potentia, vt eo die, quo in Cœlum elata fuit, nullus illorum ferire auſus fuerit animas ad ſua ſupplicia damnatorum, audi quæſo huius Sancti verba. *Dicam aliquid plus ſi audeo, dicam pia temeritate, totus mundus hodie de die* loquitur Aſſumptionis, *condigna iubilatione lætatur, & gaudet, & Tartarus tantummodò vlulat, fremit, & ſubmurmurat, quoniam gaudium, & letitia huius diei clauſtris infernalibus incluſis, aliquod remedium, & refrigerium præſtat, non audent, vt opinor, miniſtri Tartarei hodie attingere ſuos captiuos, quos recolunt redemptos illius ſanguine, qui pro mundi ſalute eſt dignatus de Virgine naſci.* VIRGO Potens. Et quomodo non terribilis noſtræ ſalutis hoſtibus; ſi protegit, & ab inimicorum inſidijs defendit ipſum Deum. Audi Andream Hieroſolymitanum ſerm. de Annunc. qui ipſam vocat *Dei tutiſſimum ad inhabitandum aſylum*; nam Virginem Mariam videtur condidiſſe Deus, tanquam ſui aſylum, ad quam profugus confugeret, ſanè nō ab alijs, quam à peccatis, quæ ſibi infeſtiſſimos hoſtes habet, vtque ſola, liceat dicere, capiti eius, inſidias parant, nam vt docet Angelicus Doctor Sāctus Thomas: Peccati malicia cò tendit, vt ſi fieri poſſet, Deum ipſum diuinitate priuet, eamque ad creaturam transferat; ideo ergo Mariæ aſylum inuenit, vt ab his hoſtibus ideſt à peccatis profugus, ad illum confugeret, quod autem ad hunc finem Mariam ſibi matrem condiderit, vt arma inde ſumeret ad debellandos tales hoſtes, patet, nam arma, quibus inſtructus aduerſus peccata, proceſſit Chriſtus, non alia profectò fuerunt, niſi caro humana, quam in vtero induit Virginis, per hāc enim, & per ea, quæ in ipſo peracta ſunt, culpas omnium debellauit. Vndè Aug. in Pſal. 63. *Si ille non eſſet homo, non liberaretur homo.* VIRGO Potens.

Athanaſ.

Luc. 1.

Idelfonſ.

Mitum de Aſſūpt. Virginis Mariæ ſatis appoſitum ad terrendos dæmones.

Andr. Hieroſolymit.

Thom.

Maria Virgo Dei tutiſſimum refugium.

Mariæ potentia Dei potentiam quodāmodo trāſcendit.

Pſal. 63.

tens. Quomodo nõ potens, ſi inquit Bernard. Senenſis ſerm.61. *Maria plus poteſt de Deo, quam Deus poteſt de ſe ipſo*, & Anſelmus ipſam alloquẽs ait, *Tu quaſi Deus, & plusquam Deus, Dei enim potentiam tu traſcendis, quia nos tua ſaluat miſericordia, quos ſaluare non poteſt ſua iuſtitia*. Sæpè enim Deus noſtris per motus ſceleribus extremũ minatur excidium, & cum iam vult inferre, (vt ſuæ ſatisfaciat iuſtitiæ) iure merita ſupplitia, quærit tamen, an ſit aliquis, qui irrumpentem eius vltionem, precibus, ac ſupplicatione repellat, iuxta illud Ezecchielis c.22. *Quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitum contra me pro terra, vt diſſiparem eam, & non inueni*. Non poteſt ipſe per ſe ipſum, hoc munus obire, nã inferioris ſunt partes, preces ad aliquid obtinendum effundere, id relictum videtur ſolum B. Virgini, de qua ſcriptum reliquit Sanctus Ignatius in Epiſt. ad Beatam Virginem. *Impoſſibile eſt aliquem ſaluari peccatorem, niſi per tuum auxilium, & fauorem*.

Bernard.
Anſelm.
Vid. Liran. in fin. eſpoſ. Pſalm.
Ezech. 22.
Impoſſibile videtur aliquem poſſe ſaluari ſine patrocinio Virginis.

Audi quid dicat de ſe ipſa in Canticorum libro cap. 8. *Ego murus, & vbera mea, ſicut turris, ex quo facta ſunt coram eo quaſi pacem reperiẽs*, ideſt ex quo placui Altiſſimo, vt de meis viſceribus gignerem Deum, & hominẽ, pectus ad quod baiulatus eſt Filius Dei, puerilibus annis, & vbera, quibus idem lactatus eſt infans, tandundẽ ſũt, ac murus ęneus, ac turris fortitudinis, à facie cuiuſcunque inimici, quin, & à facie iræ Dei, en vobis tutiſſimum confugium, & quoſcunque alloquitur, etiã ſceleſtiſſimos homines *VIRGO Potens*, quia plus poteſt de Deo, quã Deus de ſe ipſo, quia Virgo ſaluat nos ſua miſericordia, quos Deus nõ poteſt ſaluare ſua Iuſtitia; imò ſunt, qui vocant hãc Virginis miſericordiam infinitam, & quomodo poteſt fieri, vt pręter Deum ſit, qui attributa habeat infinita; ſed ſoluit hunc nodũ Chryſoſt. Matth. 15. qui in illa verba Chriſti, fidem Cananeæ admirantis. *O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis* (*inquit*) hæc vox, inquit, *Fiat tibi ſicut vis*, illi affinis eſt, qua dictum eſt fiat Cœlum, & factum eſt Cęlum, ita vt hanc retulerit ſuæ fidei mercedem, fiat, illud, infinitæ virtutis, quod ſi toti applicaſſet mundo, quemadmodum ſoli filiæ, totus mundus eſſet redditus ſanitati, ſic ille. Si igitur Cananea pro vna tantum fidei virtute præmium habuit illud, *fiat*, infinitæ virtutis; quam mercedem pro innumeris hiſque heroicis virtutibus habebit B. Virgo? Nonne iure debebitur ei illud aliud, *fiat*, infinitæ miſericordiæ diuinæ, ita vt quicquid decretum fuerit fieri per hanc miſericordiam, in manu ſit Virginis Mariæ. Benè igitur dicunt illi Patres, quos non poteſt ſaluare Deus per iuſtitiam, ipſa per ſuam ſaluat miſericordiam infinitã, optimè Ricardus de Sancto Victore, & ad rem noſtram ſatis appoſitè. *Nihil à throno Dei diuini muneris defluit, aut deſcendit, quod per Mariæ manus non pertranſierit*.

Cant. 8.
Oſor. I cãt.
Auuenan. in ſerm. de la ſoledad dela Madre de Dios. diſcorſ. 5.
Chryſoſt. Matth. 15.
Auuenan. eod. loco.

6 Dices nonne Chriſtus in Cœlo cauſam noſtram agit, humanitatẽq; pro nobis aſſumptam, & myſteria in ea celebrata conſpectui paterno repræſentat, ſicque pro nobis illum interpellat, vt miſereatur noſtri? teſtatur hoc Apoſtolus dicens, ad Hebr. 9. *Non enim in manufacta Sancta, Ieſus introiuit exemplaria verorũ, ſed in ipſum Cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis*. Quomodo igitur totum noſtræ ſalutis negotium commendatum eſt Virgini? At non demonſtrat Filius pro nobis Patri ſuam incarnationem, ſuaque vulnera, niſi Mater oſtendat Filio pro eiſdem

Hebr. 9.
Virgo peccatorum ſcala.

dem

dem ſua vbera, qui non hoc ordine negotiarentur propriam ſalutem. Præpoſteri dicendi, eſſent negotiatores, res non ſuccederet ex ſententia, nam per Virginem habemus acceſſum ad Filium, per Filium tādem ad Patrem, & ad thronū gratię eius, vt miſericordiam conſequamur.

Hebr. 4.

Bernard.

Vndè meritò à Bernardo de ea dicitur, in ſerm. de natiuit. Mariæ. *Hæc peccatorum ſcala, hæc tota gratia ſpei meæ: Nam ſi indè aſcendere incipiamus ad Patrē miſericordiarum, & Deum totius conſolationis, iter expeditum nobis erit, qui ſecus fecerit ruet, & in præcepitium cadet.* Vndè idē vt peccatori benè conſulat inquit, *Ad Deum non audes accedere, vade ad Mariam, & oſtende ei tua facinora, & ipſa oſtendet pro te, Filio, pectus, & vbera, & Filius oſtendet Patri latus, & vulnera, Pater non negabit Filio poſtulante, & Filius non negabit Matri interpellanti, & Mater non negabit peccatori ploranti.*

Aduentu. Eod. loco. diſc. 5.

VIRGO Potens, Quomodo non potens? ſi ſolum eius nomen addit animum, confirmat vires, refouet flebiles, & ad replendum incredibili ſuauitate audientes, valet ſupra quam dici poteſt. Nō ſine myſterio Angelus Gabriel, qui ſuppreſſo eius nomine ingreſſus fuerat ad eam ſalutandam, quamuis multis adiectis titulis, quibus erat clara, quando tamen eam turbatam, & meticuloſam, videt, vt pellat timorem, & confirmet animum, nullum efficacius ſcit adhibere remedium, quam eius ſanctiſſimum proferre Nomen, Luc. 1. *Ne timeas Maria*, imò ſunt, qui ſentiūt ſtatim prolatis his verbis à Gabriele, diuina virtute factum eſſe, vt vſque ad intuendam ſubſtantiam Angeli fuerit euecta B. Virgo, eaque facta, ita ſe datam fuiſſe omnem eius turbationem, vt deinceps intenſiſſimo animo Angelum audierit. Hāc ob cauſam ſunt, qui animaduertunt Chriſtum in cruce dū alloquebatur Matrem, ſuppreſſo Mariæ nomine, dixiſſe Ioan. 19. *Mulier ecce Filius tuus*, nam cum decreuiſſet omnem in tormentis abigere conſolationem, verebatur, ſi illud proferret, ne res ſuccederet ex voto, & ne eadē lingua, qua ſitiebat pœnas (quo refert Athanaſius illud ſitio) exprimens Mariæ nomē, hauriret ſolatiū, neuè myrrathi vini ſuppleret vices; nam quemadmodum myrratum vinū eo propinatum fine, teſte Hieronymo, vt eum conſopiret, & mala eorum non videret, reſpuit Chriſtus, vt copioſius pro nobis ſatisfaceret; eodē conſilio, Mariæ nomen, quod interpretatur (vt ait Epiphanius) ſerm. de laud. Virginis, Myrrha maris, noluit proferre, ne tanta perfuſus dulcedine, cruciatus, & tormenta non ſentiret, dixit igitur mulier ecce Filius tuus, non Maria. Miſticum hoc myrratum vinum reſpuens, multò illo efficacius, & potentius ad dulcoranda tormenta. Quid non poteſt Mariæ nomen? ſunt nobis incātationes ſpirituales, inquit, Chryſoſtomus homil. 8. in c. 4. ad Rom. ipſum nomen Mariæ huiuſmodi inincantatio non ſolum draconem à ſpeluncis abijcit, atq; ita in ignem conijcit, ſed & vulneribus quoque medetur, hoc igitur nomine ornemur ipſi, hoc tanquā muro nos muniamus, ſic ille. Addit S. Brigitta lib. 1. c. 9. (quod poteſtatem huius nominis commendat plurimum.) Nullus eſt tàm frigidus ab amore Dei, niſi ſit damnatus, ſi inuocauerit hoc nomen Mariæ, hac intentione, vt nūquam reuerti velit ad opus ſolitum, quod non diſcedat ab eo diabolus ſtatim, & nunquā amplius reuertatur ad eum, niſi reſumpſerit voluntatem peccādi mortaliter hęc illa

Mariæ ſolū nomen incredibili replet ſuauitate.

Luc. 1. Suar. to. 2. in 3. par. diſput. 9. ſectio. 2.

Ioan. 19.

Marc. 15. Matt. 27.

Hieron.

Cur Chriſtus in cruce Matrem alloquitur ſuppreſſo eius nomine.

Epiphan.

Chryſoſt.

S. Brig.

Efficacia huius nominis, Mariæ, ex S. Brigitta.

illa *VIRGO Potens*, cuius, vel ſolum nomen admirandum, tremendum, colendum.

Bernard.

B. Virginis miſericordia.

Bernard.

7 Sed accedamus ad celebrandum illud in quo, inquit Bernard. ſerm. 4. de Aſſumptione, *Congaudemus nobis ipſis nos ſeruuli tui*, ait loquendo cum Virgine, *cæteris in virtutibus cõgaudemus tibi; ſed in hac potius nobis ipſis, laudamus Virginitatem, humilitatem miramur; ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius, miſericordiam amplectimur carius, recordamur ſæpiùs, crebrius inuocamus*. Magna hucuſq; fecimus de eius potentia præconia, ſed quid prodeſt ſi poſſit, nolit autẽ intercedere? Hoc nob. miſeris ſapit dulcius, *Quod ſit* (*VIRGO Clemens* quod maximè cupiat noſtram ſalutem, vtpotè cuius charitas erga nos omnem ſanctorum charitatem longo interuallo ſuperet D. Bernardus ſerm. 1. Dom. 1. poſt Epiph. inquit, B. Virginẽ miſericordiam à Chriſto accepiſſe, ſic ſcribens, compaſſa eſt Mater Ieſu in nuptijs Canæ Galileę, eorum verecundiæ, qui vinum non habebant, ſicut miſericors, ſicut benigniſſima, quid de fonte pietatis procederet niſi pietas, nonno qui pomum in manu ſua tenuerit dimidia die, reliquà diei parte, ſeruabit odorem? quantum igitur viſcera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem menſibus requieuit? nam & ante mentem repleuit, quam ventrem; & cum proceſſit ex vtero ab animo non receſſit. Hæc Bernardus. Audeo dicere ex Maria traxiſſe Ieſum miſericordiam qua inimicis iubeat benefacere, libet expendere illud Saluatoris aſſertum nimirum Matth. 5. *Ego autẽ dico vobis diligite inimicos veſtros.* Ego autem ait qui ſum & Dei, & Mariæ Filius, quando Filius eram ſolius Dei, leges ferebam, quibus dentem pro dente repoſcebam, nunc autem humanus factus quia ex Mariæ humanitatem traho, non ſolum dentem pro dente non repoſco, quinimo inimicis iubeo benefacere.

Matth. 5.

Ex Maria quodamodo Chriſtus traxit miſericordiam.

Tertull.

S. Brig.

Quis ignoret Saulis, & Dauidis congreſſus? Saul hoſtiliter Dauidem proſequebatur, eius ſitiebat ſanguinem, à Dauide autem bona pro malis accipiebat, nunquam Dauid Sauli nõ parcebat, nunquam non illius incolumitatem, & vitam procurabat, quæ rei cauſa? Cur Saulus ſic furit, ſic per ſequitur innocentẽ, cur Dauid tanto parcit, & beneficit aduerſario? Sanè erat in Saule Paulus ſecundum eandem Tribum accerrimus Chriſtianorum primitiuorum perſecutor, qui pro multis malis illatis multa bona reportauit, erat in Dauide Deus ſecundũ Virginis Mariæ carnem vndè nihil ibi niſi charitatem in hoſtes licebat ſpectare, audi Tertull. lib. 5. in Marc. Sauli prima aſperitas inſectationis, erga Dauid, deindè pœnitentia, & ſatisfactio, bona pro malo recipientis, non aliud prætendebat quam Paulum in Saule ſecundum tribus, & Ieſum in Dauide ſecundum Virginis cenſum, ſic ille. Expẽdendum illud, ſecundum Virginis cenſum, quaſi non ſuffeciſſet, quod Deus eſſet in Dauide ex alio capite ad tantam charitatem erga hoſtes manifeſtandam, fuit equidẽ Deus in legislatore, & nihilominus dentẽ pro dẽte, oculũ pro oculo, requirebat. Fuit in Ieſu Naue, & hoſtium colla calcabat, nec ſupplici inimico parcebat, non ibi erat Deus per Virginis mariæ carnem, at vbi Dauid apparuit, in quo Deus erat per Virginis cenſum, ſtatim dilectio, clementia, & benificentia in hoſtes claruit. *Virgo clemens*, qua magiſtra (vt ita dicam) Ieſus didicit clementiam, & ex eadem traxit, quo inimicis iubeat benefacere aſferam verba Sanctæ Brigittæ lib. 5. cap. 30. in reuelationibus imò S. Agne-

Agnetis; laudes Deiparæ, Brigittæ enarrantis: habuit Maria latitudinem excedentem, hoc eſt miſericordiam, nam ſic pia,& miſericors fuit, & eſt, & maluit omnes tribulationes ſufferre, quam quod animæ non redimerentur, nunc autem cõiuncta filio, non obliuiſcitur innatę bonitatis ſuæ, ſed ad omnes extendit miſericordiam ſuam, etiam ad peſſimos, vt ſicut Sole illuminantur Cęleſtia,terreſtria, ſic ex dulcedine Mariæ,nullus eſt, qui non per eam ſi petitur,ſentiat pietatem,hæc illa. Meritò oliuæ comparatur Eccleſiaſt. 24. oliuæ ſpecioſæ in campis. Reliqui ſancti per quinque prudentes Virgines ſignificati, Matth. 25. tanquam Ancillæ, & ſponſæ inferioris notæ, ſumpſerunt ſecum oleum, Virgo hæc veluti Regina, & cæterorum Domina, nec emit oleum, quia non indigebat miſericordia, ad propriam ſubleuandam miſeriam, nec obuiam dicitur veniſſe ſpõſo,quia nunquã fuit diſſita, ſeu auerſa; ſed ſponſa erat ſemper cum ſponſo coniuncta;comparatur autem oliuæ;nam plena ſibi,& alijs, item dicitur oliua ſpecioſa in campis, nã omnibus, & iuſtis,& peccatoribus eſt expoſita ad ſubueniendum, nã vt inquit, Bernardus ſerm. ſignum magnum. Quemadmodum Sol oritur ſuper bonos,& malos indifferenter, ſic Maria præterita non diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſſimam præbet, omniũ deniq;neceſſitatibus, ampliſſimo miſeretur affectu,ſic ille.

Eccleſ. 24.
Matth. 25.
Bernard.

8 Nec vnquã de hac oliua iure illud Abacuch cap. 3. cecinit quiſpiã, nec cantabit in poſterum in æternum. *Mentietur opus oliuæ*; Nam eſt *Virgo fidelis*, non ſolum clemens, ſed fidelis,prętò eſt omnibus inuocantibus eam. Bernard. ſerm. 4. de Aſſumpt. *Sileat miſericordiam tuam,* inquit, *Virgo Beata, ſi quis eſt qui inuocatam te in neceſſitatibus ſuis, ſibi meminerit defuiſſe*. Parum dixit etiam non inuocata venit, & adeſt ſua impulſa clementia, & innata miſericordia. Expende illud quod accidit in nuptijs Canæ Galileæ: *Vocatus eſt autem Ieſus*,inquit,Ioan. cap. 2. *& diſcipuli eius ad nuptias*; De Maria quod vocata fuerit, ne verbum quidem, & tamen dicitur. *Erat Mater Ieſu ibi*, cur ita? ecce myſterium, præuidit vini defectum, accurrit, ipſa ſe ingerit, compaſſa eorum verecundiæ, qui vinum non habebant, quod ſi à filio, qui eo dirigebat miracula, vt ſaluetur Mundus per ipſa, illud tamen, & omnium primum voluit expoſtulare, vt vſque ad delitias, ſuos paſceret; vinum tantum deſiderabatur, & generoſum; quid faciet quando viderit animas periclitari.

Abacuch. 3.
Virgo fidelis.
Bernard.
Cap. 2.
B. Virgo vſque ad delitias ſuos paſcit.

9 Etiam ſi nos illius obliuiſcamur miſericordiæ, ipſa tamen noſtri nõ obliuiſcitur, aucupaturque cui benefaciat, audeoque dicere, nullam efficaciorem vocem ad eius opem implorandam, quam vrgentem neceſſitatem. Non ſolũ vocatur Cõſolatrix Afflictorum, ſed illam vocat Bonauentura in litan. B. Virginis,mammillam orphanorum,mammillam paruulorum; nam quemadmodum Matres infantibus flentibus,pectus,& mamillas obſtentant, & ad ſugendum inuitan, ſintque ita in fletu ſolatium ſic B. Virgo derelictos, & omni conſolatione destitutos, ad miſericordiæ inuitat vbera, vt indè ſolamen hauriant, & ſentiant patrocinium. Quid plura? S. Ephrem ſerm. de laud. Virginis vocat eam. *Spem deſperantium*, & Idiota de laud. Virg. *Spem deſperatorum*. Qui igitur ex omni ſalutis ſpe deciderunt ipſam redintegrent, Mariam intuentes, ipſam recolentes Matrem miſericordiæ, quæ etiam

Bonauent. Derelicti, et omni ope deſtituti, maximè ſũt ſub patrocinio Virginis.
Maria ſpes deſperatorum.
S. Ephrem. Idiota.

ſpes dicitur deſperatorum, ac nunquã illud è memoria decidat; peccatorem quamuis peccãdo ab omnibus deſeratur creaturis, nũquam debere ſpem abijcere eius miſericordiæ. Multa commiſerat facinora filius prodigus, in ſe tandem reuerſus dixit, Luc.15. *Pater peccaui in Cœlum, & coram te*. At non ſat erat dicere cum Dauid Pſalm.50. *tibi Soli peccaui, vel coram te peccaui*; cur addidit illud, *in Cœlum*? Non vacat myſterio, inquit, Titus Epiſcopus, in cap.15.Luc. Nam quando ad Patrem ibat, omnes angelicos Spiritus in ſui perniciem armatos ſenſerat, minantes mortem, dabo eius verba, *peccaui in Cœlum*, idest *contra Angelos haud ſecus firmamenti faciem metuit, atque accuſatoris cuiuſpiam vocis*. Pariter armantur Sancti, vltores iniuriarum Domini ſui, non veniunt ad nuptias Virgines illæ fatuæ Matth.25. ſtatuto tempore, clauditur ianua, inſtant Domino, vt aperiat. *Domine Domine aperi nobis*. Repelluntur, & quod mirabilius eſt, (vt animaduertit Chryſoſt.) Virgines prudentes, nec breuem, nec lõgum pro illis habuere ſermonem. *Notæ erant Virgines Virginibus* (inquit Chryſoſt.) *Sed nihil eas iuuit, ea familiaritas*. Cur ita? erant à Deo diſſitæ, & ab eo auerſæ, at in Deum peccans, omnes ſanctos inimicos habet, & infenſos, & quod dictum eſt de creaturis cæleſtibus, idem eſt affirmandum de terreſtribus, Sennacherib Iſai.cap.37. in Deum blaſphemus (vt refert Iſai.) quando in Niniue habitabat ſecurus, & tutus extra omnium bellorum pericula, in quibus centum octuaginta quinque millia Aſsyriorum fuerunt deſiderata; cum adoraret in templo Neſroch Deum ſuum Adramalech, & Saraſar, filij eius percuſſerunt eum gladio. En igitur, qui Deum offendunt etiam filios habent inimicos, & infenſos: *Pugnabit cum illo*, Sapientia teſte, *Orbis terrarum contra inſenſatos*. In tanto igitur diſcrimine tot circundatus hoſtibus, quid faciet peccator? ad quã Aſylum profugus confugiet, vnde arma ſumet ad tam infenſiſſimos hoſtes ſuperandos? nihil aliud reſpondet Petrus Damianus ſermon. de Natiuit. Virginis: Quam ad præſidium confugere, & intercesſionem Virginis: *Scio benigniſſima Domina*, hæc eius verba, *quia amas nos amore inuincibili*. Amor noſter, quot modis ſolet vinci, abſentia vincitur, & vertitur in obliuionem, Zelo vincitur, & mutatur in iram, iniurijs vincitur, & Scettrigerã ſuccedit vindicatio: at Dei Matris amor erga nos, vinci nõ poteſt (amas nos benigniſſima Domina amore inuincibili;) nec obliuione deletur, nec iniurijs laceſſitur, nec Zelo exardeſcit, nec ingratitudine offenditur, nunquam benefaciendo defatigatur, omne eius ſtudiũ in venãdo peccatores, quibus benefaciat.

Luc. 15.
Pſal. 50.
Tit. Epiſc.
Peccator omnes creaturas habet infẽſas præter Mariã.
Matt. 25.
Iſai. 37.
Sap. 5.
Petr. Dam.
Amor Mariæ erga nos inuincibilis.

VIRGO Clemens, Virgo fidelis, & (ad noſtrum ſolatium ſit dictum) eius clementia, & fidelitas exequat ſuam potentiam, ita D. Bonau. in ſpecul. Fratres ſciamus omnes indubitanter, & pro hoc gratias agamus inceſſanter, quia ſicut Maria omnibus Sanctis eſt potentior, ita pro nobis apud Deũ omnibus Sanctis eſt ſollicitior (ſic ille) habenda eſt mihi fides (cum Anſelmum de excell. Virginis cap.6 habeam fideiuſſorem) ſi illud addam, quod videtur mirabilius. *Velocior eſt nonnunquam ſalus memorato nomine Mariæ, quam inuocato nomine Domini Ieſu vnici filij ſui*, & id quidem non ideò fit, (indicat idem) quod ipſa maior, & potentior eo ſit; ſed ob illam quam tetigimus ſupra rationẽ, quia filius tribunali etiam præſidet iuſtitiæ iuxta illud Ioan.5. *Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudiciũ dedit filio*, Beata Virgo Tribunali præſi-

Bonauent.
Clementia, & fidelitas Mariæ exequat ſuam potentiam.
Anſelmus.
Maria velocior ad ſaluandũ quã ipſe Ieſus.
Ioan. 5.

præſidet miſericordiæ. Applaudit Sanctus Germanus Archiep. Conſtantinop. ſerm. de Zona Virginis nullus eſt inquit, qui ſaluus fiat niſi per te, ò Virgo Sanctiſſima, nemo cui donum concedatur niſi per te, ò Virgo caſtiſſima, nemo cui conferatur gratia niſi per te, ò Virgo prudentiſſima, ſic ille. Quod ſi omne bonum, & omne datum optimum è manu expectandum eſt Virginis, quid eſt, quod nō aſſiduè eius opem imploramus? Non ſolum in te peccant ò Domina, inquit, Bonau. in ſpecul. qui iniuriam irrogant; ſed etiam qui te non rogant. Illudque exploratum eſt, eum qui Virginis opem, & auxilium ſibi adeſſe non petit, haud poſſe longo tempore læthalis culpæ vulnus effugere. Ratio eſt in promptu, quia inermis procedit, atque animam gerit vulneribus expoſitam, ita docuit Bonau. loco ſuper citato, *Is qui te non implorat*, inquit, *inermis cunctis hoſtium ſuorum vulneribus patet*, nec mirum, cum ipſa ſit turris illa Dauidica, ex qua pendet omnis armatura fortiū. Sanum igitur erit conſilium, ſæpè eius inuocare ſuffragium, præſertim quando atrox vndique ingruit bellum in articulo ſcilicet mortis, nam hoc clypeo protecti, ac galea, hoſtium cunctos penetrabimus ſecuri audi Bonau. in ſpecul. cap. 3. non ſic timent hoſtes viſibiles, quaſi caſtrorum aciē copioſam, ſicut aereæ poteſtates Mariæ vocabulum, ſic ille; & idem in pſalt. glorioſum, & admirabile eſt nomen tuum, qui illud retinent, non expaueſcunt in puncto mortis. Accinit S. Brigita dicens lib. 1. reuel. cap. 9. Omnes dæmones verentur, & timent, quia audientes hoc nomen (Maria) ſtatim relinquunt animam. Illa igitur ſit huius capitis clauſula, Magnum pietatis, idest miſericordiæ, Sacramentum Incarnationis, ſcilicet myſterium, per quod datum nobis eſt inter cætera diuinæ clementiæ monnmenta, tanto Virginis frui patrocinio. Et vt paucis multa complectar, dicam cum Bonauentura in ſpecul. Virg. *Tu nobis es ad Deum mediatrix, ad Angelos pacificatrix, ad dæmones defenſatrix, ad nos metipſos illuminatrix*, ſed hoc vltimum latius proſequemur capite ſequenti.

S. German. ſer. Cō ſtantinop. — Bonauent. — Offendunt Mariā qui ipſam non rogant. — Sirac. c. 8. Prou. c. 4. 36 — Bonauent. — Sanum cōſiliū Mariā inuocare in articulo mortis. — Bonauent. — S. Brig. — In Pſalt. — Bonauent.

Data eſt nobis B. Virgo omnium virtutum Magiſtra, quod eſt maximum pietatis, & miſericordiæ opus. Cap. 7.

CVm B. Virgo condita ſit vt eſſet adiutrix Chriſti, ad redemptionis opus, ſic Andreas Hieroſolymitanus orat. de dorm. Virg. ſola præter naturā fuit electa ad Naturā renouandam, ſola deſeruit Opifici vniuerſæ naturæ, quod deindè explicans ſic loquitur ad Virginem. Rex deſiderauit gloriam tuæ pulchritudinis, & adamauit diuitias tuæ Virginitatis, & in te habitauit, & inter nos fixit tabernacula, & per te Deo, & Patri nos reconciliauit (ſic ille) cōſentit pariter Sāctus Ephrem orat. ad Virginem, per te inquit reconciliati ſumus Chriſto Deo meo, Filio tuo, tu captiuorū redemptio, & omnium ſalus, Aue, pax, gaudium, & ſalus mundi, Aue mediatrix glorioſiſſima, Aue aue vniuerſi terrarū Orbis reconciliatrix. Hæc Ephrem. Cum igitur tanta Virgo ad redemptionis opus condita ſit adiutrix, eius erunt partes præcipuæ, imitari Redemptorem. Venit namque Dominus propter nos inquit Bernardus ſerm. 3. in Circunciſione, non ſolum redimendos ſanguinis effuſione, ſed & docendos verbis, & exemplis: nihilominus inſtruendos ſicut

1 Andr. Hieroſolym. — S. Ephrem. — Maria adiutrix ad recōciliationis opus. — Bernard.

ſicut enim pœnitus erat inutile, viã ſcire, ſi detineremur in carcere, ita redemi non prodeſſet, ſi viæ ignaros, qui primus inueniret, primus reduceret in carcerẽ detrudendos, hæc ille, cùm igitur Chriſtus fecerit adiutoriũ ſimile ſibi ad redemptionis opus ſociam, & adiutricem, Matrem ſuam, vt hęc ſuſceptum munus expleat, debet non ſolùm nos protegere defendendo, vt viſum eſt capite præcedenti; ſed nos illuminare docendo, nobiſque non tàm verbis, quàm exemplo præmonſtrare viam, qua itur ad vitam, quod ſi illa eſt vnica, quam indicat Dauid Propheta Pſal. 83. *Ibimus de virtute in virtutem videbitur Deus Deorum in Syon.* Ne diſcedat ab officio, omnium virtutum nobis debet eſſe magiſtra, & ſi Idiota inquit Virginem alloquẽs, de laud. Virg. Mariæ c. 3. *Tu doctrix fuiſti Doctorum, & Magiſtra Apoſtolorum*, ipſi quippè Apoſtoli, quamuis pleni Spiritu ſancto, & ſcientiæ dono, ne quicquam facerent, quod in fundatione Eccleſiarum eſſet deuium, ipſam elegerunt Magiſtram; quid nobis mali non eueniet, miſeris peccatoribus, qui ignorantiæ tenebris obuoluti, nec viam ſcimus, & quo tendimus ignoramus; ſi noſtrę inſcitiæ, tantæ Virginis doctrina non ſit aliquid præſidij; Eligamus hãc ſcholam, nam ab ipſa Chriſtianæ vitæ præcepta ſunt petenda, cum facta ſit nobis Beata hæc Virgo, magiſtra omnium virtutum.

Pſal. 83.

Idiota.

2 *Magiſtra fidei*, ſolis illis verbis, Luc. 1. *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum Verbum tuum*, Omnes articulos fidei ſe credidiſſe profitetur, credidit Dei omnipotentiam, nam illud Angelus dixit, *non erit impoſſibile apud Deum omne Verbum*. Credidit myſterium Trinitatis, nam illud in legatione expreſſerat Gabriel, credidit myſterium incarnationis, quia pariter dixerat ſe paritur am Filium Dei, credidit myſterium Redemptionis, quia ab eodem accepit, ſe genituram Saluatorem, credidit Eccleſiam militãtem, quia in legatione illud etiam fuit expoſitum, *Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius*. Credidit Eccleſiam triumphantem quam promittunt illa verba, *Et regnabit in æternum*. Credidit tandem ſuam Virginitatem in partu, & poſt partum, nam ea verba, *non erit impoſſibile apud Deum omne Verbum*. Illuc potiſſimum referuntur, ad difficultatem illam motam à Virgine: *Quomodo fiat iſtud quoniam virum non cognoſco?* tamque perfectè credidit, vt fidei perfectione ſuperauerit omnes Doctores, ita ſentiunt Patres, nam præter Idiotã ſupracitatum, Anſelmus de excellent. Virg. cap. 7. vocat Apoſtolorũ Magiſtrã, Ignatius epiſt. 1. Magiſtram noſtræ Religionis, Bernardus ſer. 4. immiſſus eſt, Illuminatricem Euangeliſtarum; Ambroſius, lib. 1. de inſtit. Virg. cap. 7. Aulam Cœleſtium Sacramentorũ à Sanctis Patribus omnium hæreſium interemtricem, vt patet ex Athanaſio, ſerm. de Sanctiſſima Deipara Hieronymo, ſerm. de Aſſumpt. vel Sophronio, Bernardo, ſerm. ſignum magnũ, & ſuper Salu. Regina Ruper. lib. 1. in cant. & alijs. Poteſt autẽ hoc ſpecialiter B. Virgini tribui, vel quia generãdo eum, qui eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, omnes errorum tenebras fugauerit, vel quia ſingulari modo cunctis fidei defenſoribus, ac Doctoribus opitulatur, vel quod ad rem noſtram pertinet, quia modo excellentiſſimo fuerit magiſtra fidei cum ipſos etiam Apoſtolos docuerit, quorum doctrina omnes hęreſes interimuntur, & propter hanc fidei perfectionem (inquit Abulenſis paradox. 1. cap. 31.) vocari ab Auguſtino,

Luc. 1.

Magiſtra fidei.

Mariæ paucis verbis omnes fidei articulos ſe credidiſſe profitetur.

Anſelm.

Ignatius.

Bernard.

Ambroſ.

Athanaſ.

Hieron.

Sophron.

Bernard.

Rupert.

Abulenſ.

Auguſt. Bernard. Luc. 1.

ſtino, & Bernardo (Matrem credentium) tantumque obeſt, vt verba illa Virginis, Luc. 1. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Minimam incredulitatis notam præſeferant, vt potius ad eius maximam prudentiam ſint referenda, quod confirmari poteſt eo facto Zachariæ, ille enim repræhenſus eſt ab Angelo, pœnaq; affectus propter aliquam dubitationem, & incredulitatem. Beata autem Virgo non ita; ſed de his, quæ interrogauit inſtructa: Nullam ergo culpam, nec imprudentem moram habuit in credendo, ſicut ille, quod vtriuſque verba ſatis oſtendunt; ille enim reſpondit, Luc. 1. *Vndè hoc ſciam?* Virgo autem minimè; ſed *Quomodo fiet iſtud?* quod rectè ponderauit Ambroſius lib. 1. de offic. cap. 18. & Irenæus lib. 3. cap. 33. audet dicere quod alligauit Eua per incredulitatem, hoc *MARIA*, ſoluiſſe per fidem, qua, & altiſſima myſteria ſtatim credidit, & ſine mora obediendo cōſenſit. Imò addit S. Bernard. Senenſis ſerm. 15. de feſt. Virg. Mariam Virginem illo actu fidei, & obedientiæ, quo Angelo annuncianti filij conceptionē, aſſentita eſt, & aſſentiendo ſeſe cōdignè diſpoſuit, ac de congruo meruit, vt eſſet Mater Dei; plus meruiſſe, quam omnes Sancti omnibus actibus, & meritis ſuis, quod quomodo ſit intelligendum ſupra docuimus. Hæc autem, vel cum leuiſſima incredulitatis nota circa idem myſterium non poſſunt conſiſtere.

Luc. 1.

Ambroſius. Irenæus.

Bernardin. Senenſ.

Quam meritoria fuerit fides Virginis.

Magiſtra ſpei. Thom.

3 *Magiſtra fidei; magiſtra ſpei*, fuit hæc virtus in B. Virgine perfectiſſima, nam, vt inquit, D. Tho. lib. 2. de regim. princ. cap. 4. ſpes in præſenti tempore, eſt quaſi vigilia ſolemnitatis æternæ; ex gloria igitur qua fruitur coniectare poſſumus quāta fuerit ſpes, applaudit D. Antonin. 4. p. tit. 15. cap. 17. §. 3. qui inquit cum ſpes ſit certa expectatio futuræ Beatitudinis, ex gratia, & meritis proueniens, ſecundū Magiſtrum in 3. ſentent. diſt. 24. alij Sancti, & Sanctæ, quæ certitudinem ſcientiæ non habēt de meritis ſuis, & gratia; ſed per coniecturas, ideo nec certam expectationem habent, ſed conditionalem, ſi habent gratiam, & merita; ſed B. Virgo erat certa ſe eſſe gratia plena, &c. vndè, & certa de ſua beatitudine, quam expectabat, & propter perfectam, & abundantem ſpem dicitur Eccleſ. 24. in perſona eius; Ego Mater pulchræ dilectionis, timoris, agnitionis, & ſanctæ ſpei, huc vſq; S. Antonin. Ad hæc ſi ex Apoſt. ad Ro. 15. *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero ſpem*, facilè colligere poſſumus ſpei præſtantiam, qua prædita fuit Deipara, cum (vt omittam cætera, quæ in tota ſua victa, inuicta tolerauit fortitudine) in paſſione certè filij, ex eiuſdem compaſſione tot, & tanta patientia, atq; conſtantia propter Deum ſingulariter pertulerit. Non ſolum virtus ſpei in Deipara fuit eximia, verum ipſamet, cum inter bona numeretur ſupernaturalia propter eius efficaciſſimam apud Filium interceſſionē, & maternam, quam de nobis gerit curā; ſpei noſtræ magna pars dicitur, quare in precatione illa Eccleſiæ cuius initium eſt, *Salue Regina*, ei dicimus: *Et Spes noſtra Salue*, & meritò, nam lib. Eccleſiaſtici cap. 24. non tantum ex ipſius perſona dicitur. *Ego Mater Sanctæ ſpei*; verum etiam, & illud *in me omnis ſpes vitæ, & virtutis*, de qua re plura in præcedenti capite Addam illud Auguſtini, ſerm. 18. de Sanctis qui hæc ad B. Virginem verba habet, accipe quod offerimus, redona, quod rogamus, excuſa quod timemus, quia tu es ſpes vnica peccatorum per te ſperamus peccatorum veniam, & in

D. Antoni.

Eccleſ. 24.

Rom. 15.

Eccleſ. 24.

Auguſt.

te

te Beatiſsima noſtrorum eſt expectatio præmiorum hæc ille, *Magiſtra ſpei, Magiſtra charitatis*, quo pacto non excelleret hac virtutum regina, illa, quę eſt Regina Angelorum, & quid mirum (vt cum Bernardo ſerm. 19. ex paruis loquar) ſi præ omnibus diligit, quæ eſt præ omnibus dilecta, & ſi Methodius orat. in hypapantim. Eandem illis verbis affatur. Salue dilectionis Dei, theſaure. Quomodo non indè ſemper promentur innumera, eaque eximia documẽta charitatis; meritò B. Virgini S. Eccleſia illa verba accommodat Eccleſ. cap. 24. *Ego Mater pulchræ dilectionis*, dicitur pulchræ dilectionis, vt cæteras omittam expoſitiones, quia dum indulget amori materno, fertur in Deum, & dum diuino, in Filium; pulchra igitur Virginis, & fęlix hujus matris dilectio, quæ diuidua eſſe non poteſt, dum enim toto animi impetu in Filium currit, ſimul in Deum tẽdit, dũ Deũ diligit, Filium etiã ſuo amore proſequitur Samuelem, dixit Chryſoſt. homil. de Anna tom. 1. loquens de Anna, conſpiciebat infantem illum non tantum, vt infantem, verum etiam vt rem Deo conſecratam, eoque matri geminus amoris ſtimulus inſitus eſt alter à natura, alter à gratia (ſic ille) duplex etiam Virgini matri amoris ſtimulus, ac multo fœlicior, & pulchrior, dum vtrque eo quo in filium, eo in Deum tendit D. Thom. 2. 2. quæſt. 26. art. 9. & 8. Ethic. cap. 12. inquit, ex Ariſt. ſententia, hominem, quamuis ratione obiecti magis debeat parentes diligere, ratione tamen ſui, naturaliter magis diligere filium, quippe ſibi coniunctiorem, & veluti ſui partem. Mater pulchræ dilectionis etiã ex hoc capite B. Virgo, quo enim amore diligebat Filium, ferebatur etiam in ſui parentem, idem philoſophus, quem citat D. Thom. 2. 2. quæſt. 26. art. 10. in 2. argu. & in illum Ethic. & ſequitur. Matres inquit, ſunt magis amantes filiorum quam patres; laborioſior enim eſt generatio Matrum, & magis ſciunt, qui ipſarum ſunt Filij, quam Patres; quid dicendum de amore Deiparæ erga Filium, quem genuerat, lactauerat, & multis laboribus enutrierat, & quod caput eſt, Chriſtus, totus erat Virginis, etenim, qua homo eſt Patre caret, atque ita Virgo vtrumque amorem ſimul Patris, & Matris Filio debebat, ſicut viciſſim Chriſtus amorem, quem Filij vtrique parenti debẽt, exhibet ſoli matri. Quod ſi illud parentibus magnopere curandum in hac dilectione, qua erga Filios afficiuntur, ne plus iuſto huic amori, & amicitiæ indulgẽtes, rectæ rationis fines trãſgrediantur, & diuino amori, Filiorum amor preponatur, vel opponatur, vel ſaltem propter eos nimium animo diſcutientur, & à rebus ſic auocentur ſpiritualibus, quod ne aliquibus infeliciter eueniat monet Chriſtus dicens Luc. 14. *Si quis non odit Patrem ſuum, & Matrem, aut vxorem, & filios, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Virgini tamen Beatiſſimæ, hoc ne vtique timendum, cum eius in Filium amor, non eam à Deo auelleret, ſed quantumcumque excreſceret magis; magis ipſam cum eo congiungeret, cum Filium amabat, Deum diligebat. Vt tamen omnes ſui magiſterij expleret partes, magis animarum noſtrarum dilexit ſalutem, quam corporalem vitam Filij, ſic monita dans ſalutis, ad charitatis ordinem pertinentia, approbant id Patres, qui dicunt, quando B. Virgo ſtabat, iuxta crucem illam exercuiſſe actum tum ſummæ obedientiæ, tum eximiæ erga homines charitatis voluntariè pro illis Filium offerendo, quo actu teſtatur D. Bonau. in primo diſt. 48. quæſt.

Magiſtra charitatis. Bernard. Methodius. Eccleſ. 24. Chryſoſt. Thom. Ariſt. Thom.

Charitas Mariæ erga Filiũ nunquam rectæ rationis fines eſt trãſgreſſa. Luc. 14. Bonauent.

quæſt. vlt. Deum, & hominem ſibi maximè deuinxiſſe.

4 Antonin. Vide Salaz. in cap. 21. Pro. n. 191.

Anſelm.

Addit D. Antonin. 4. par. Teol. tit. 15. cap. 41. §. 2. Stabat verecunda, modeſta, lacrymis plena, doloribus immerſa, ita tamen diuinæ voluntati conformis, quod (vt Anſelmus ait) ſi oportuiſſet ad implendam ſecundum rationem, voluntatem Dei, ipſa Filium in Cruce poſuiſſet, atque obtuliſſet, neque enim minoris fuit obedientiæ, quam Abraham ſic ille. Vide quomodo ad charitatis apicem peruenerit, nam ſi illius ſummitas hęc eſt (cum amor ſit amicitiæ) vt quis voluntati diuinæ omninò ſit conformis, etiamſi dariſſima exigat, iuxta illud Hieronym. Epiſt. ad Demetria. *Eadem velle, & eadem nolle, ea demum firma amicitia eſt*. Deipara, vt voluntati obſecundaret diuinæ, parata erat etiam Filium vnigenitum, vnicè què dilectum, crucifigere, ita vt illi merito etiam poſſit accõmodari, quod de Deo Patre canit Eccleſia. *O mira tuæ circa nos pietatis dignatio, ô ineſtimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres, Filium tradidiſti. Magiſtra charitatis*, & indefeſſa docendo, ſiuè enim manducabat, ſiuè bibebat, ſiuè dormiebat, ſiuè aliquid aliud faciebat, ſemper Deum amabat, omnia in Dei gloriã dirigebat, quod de ipſa aduertit egregiè Sanctus Antoninus 3. p. tit. 31. cap. 3. & S. Bernardus ſerm. 51. cap. 3. de eadem affirmat, nihil vnquam elegit, niſi quod Sapientia diuina demonſtrabat, tantumque ſemper dilexit Deum, quantum à ſe diligendum exiſtimauit. Sic ille. Ita ſine intermiſſione exẽplo ſui hanc ſupereminẽtem ſcientiam docuit charitatis, vt quandoque defierit eſſe Maria, nunquam tamen deſijt eſſe charitatis Magiſtra, nam antequam paulò poſt mortem reſurrexerit, & ita glorioſa fuerit in Cœlum aſſumpta, deſijt eſſe Maria, nõ tamen documenta deſijt præbere charitatis, quin etiam ſunt recẽtiores, qui ſatis probabiliter ſentiunt de Deipara, in tráſitu à via ad patriam diuini amoris actum non intermiſiſſe, ſed vel eundem, quem vſque ad mortem in terra viuens liberè exercuit, continuaſſe, (ſi tamen verum eſt, vt fortaſſe eſt, actum diuini amoris, in via, & in patria eſſe eiuſdem rationis) vel certè ſi quis ſentiat eſſe diuerſos, ſaltem ſequitur Beatiſſimam Virginem ab actu amoris viæ, immediatè tranſijſſe ad actum amoris patriæ abſque vlla intermiſſione. *Magiſtra fidei, Magiſtra ſpei, Magiſtra charitatis*.

Quomodo ad charitatis apicem peruenerit B. Virgo.

Hieron.

Quæ ſit firma amicitia.

S. Antonin.

Bernard.

Quãdoque B. Virgo deſijt eſſe Maria, namque deſijt eſſe charitatis Magiſtra.

Suar. to. 2. in 3. part. diſtinct. 21. ſect.

5 Sed veniamus ad virtutes morales, & videbimus Deiperam, ita profeſſam eſſe hanc doctrinam ſe nobis exhibituram, vt diceres dialogum illum, inter ipſam, & Angelum, in quo agitur de eius maternitate, eſſe veluti ſuggeſtum extructum, vnde orationem ad nos habet de virtutibus moralibus, deque inſtruendis moribus.

6 Magiſtra humilitatis. Matth. 11.

Exordiamur ab illa virtute, quam tanti fecit ille qui dixit Matth. 11. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*, vt huc tantum referat Sancta Mater Eccleſia totam Chriſti in carne œconomiã, cætera præteriens, quamuis maxima, indè habita emolumẽta, vt nos doceret vitare ſuperbiam, ſectari humilitatem. *Omnipotens ſempiterne Deus*, en eius preces, *qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum Saluatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti*, tantique refert, vt benè ſurgat totius Chriſtiani ædificij ſtructura, à fundamento incipere humilitatis, vt quemadmodum hoſtis humani generis conniuentibus oculis, quandoq; diſſimulat aliqua noſtra opera bona, vt indè arripiamus ipſo iſtigante, occaſionem

Tota Chriſti in carne œconomia ad hoc fuit directa, vt nos doceret humilitatem.

ſuper-

ſuperbiæ, vnde ruinæ, & irreparabilia præcipitia. ſic ex oppoſito Saluator noſter, ob animarum medelã, permittit caſus, & in peccata quandoq; nos labi, vt inde cauti ſiamus, & humiles; quod eleganter expreſſit Ambroſius Pſal. 118. vt omnia in illa verba Pſalmi, *Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei*, ſic inquiens, *quia de medicina vulnus facimus, ipſe de vulnere medicinam parat, vt qui virtute percutimur, vitio curemur*.

Ambroſ. Pſal. 118.

7 Hanc humilitatis virtutem, Deipera adeò dilexit, & coluit, vt eam non tantum laudibus in ſuo Cantico magnificè extulerit, Dei potẽtiam prędicando, qua ſuperbos deprimit, & exaltat humiles, verum etiam in cũctis ſuis actionibus, ſingulari quadam ratione eius ſpecimen nobis dederit præclariſſimum, ita vt hæc virtus ei peculiariter tribuatur: expendamus illum ſermonem Angeli, & Mariæ interrogationem, mutuaque verba, continentem, & videbimus, quam perfecta ſit Deipera Magiſtra humilitatis. Audi à Gabriele Salutationem Angelicam, & tot, quibus reſplendebat, titulos, Luc. 1. *Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*. Et turbatur, & timet, & expaueſcit, & ſolatio indiget Angelico, qui addat animum, reficiat vires, illius inquã, qui Gabriel dicitur, & interpretatur, Fortitudo DEI, quem diuiniſſimum appellat Dionyſius Areopagita de Cœleſt. Hierarch. c. 4. & 8. quẽ ſentiunt Patres eſſe illum eundem Angelum, de quo ſcribit Lucas Euangeliſta cap. 22. quod quando Dominus Ieſus mente luſtrans omnia paſſionis ſuæ inſtrumenta, flagella, ſpinas, clauos, opprobria, crucem, lanceam, cadens in agoniam, ſudauit ſanguinem. *Apparuit illi Angelus de Cœlo confortans eum*, idem nunc ſolatur Mariam, expaueſcentem laudibus, dicens, ne timeas MARIA, qui mittitur ad confortandum Chriſtum territum paſſione, cruce, morte. cur ita? *Ecce* myſterium. Nulla maior crux humili, nullum atrocius tormentum, quam laudari, non ſic horret flagella, opprobria, nec ita transfigitur ſpinis, quã laudibus, honoribus, prꝍconijs: laudata Maria, ita expauet, vt indigeat eodem conſolante Angelo, qui miſſus fuit ad cõfortandum Chriſtum, proximum cruci, paſſioni, morti, quod ſi D. Gregorius inquit de verè humili, *Iuſtus dum laudatur in facie, flagellatur in mente*. In hac ſchola id didicit, Mariam audiuit dantem certas rationes, & veræ humilitatis præcepta, timet enim Prudentiſſima Virgo laudes ſuas, verumque, & glorioſum expauet panegiricum pluſquam flagella, & verbera, quod ſi Auguſtinus Epiſtol. 64. ad Aurel. Epiſc. inquit, *Etſi cuiquam facile, eſt laude, carere dum denegatur, difficile eſt ea non delectari, cũ affertur*, B. Virgo quod difficillimum eſt aſſecuta, turbari ſcilicet, & conſternari animo, dum laudatur. Proprium eſt humilis, vt acceptum eſt omnibus, viliſſimè de ſe ſentire imò Bernardus tract. de gradib. humil. ſic hanc virtutem definit. *Humilitas eſt virtus, qua homo viliſſima ſui agnitione, ſibi ipſi vileſcit*; ſed audi humilitatis Magiſtram, quæ dum Mater Dei eligitur, totiuſque. Orbis Regina, ſe Ancillam agnoſcit, quod expendens D. Bonau. inquit, in ſpec. cap. 4. O mira, & profunda humilitas Mariæ, ecce Mariam Archangelus alloquitur, Maria gratia plena dicitur, ſuperuentio Spiritus ſancti promittitur, in Matrem Domini aſſumitur, iã omnibus creaturis anteponitur, iam Domina Cœli, & terræ efficitur; ſed in his omnibus mira humilitate deprimitur, dicens, ecce Ancilla Domini hæc ille, & D. Am-

Luc. 1.

Dionyſ. Areopag.

Luc. 22.

Verè humilis expaueſcit ſentiẽs ꝓprias laudes, probatur exẽplo Mariæ.

Greg. Papa

Auguſt.

Bernard.

Definitur virtus humilitatis.

Bonauent.

Ambroſ. D. Ambroſ. lib. 2. in Luc. in hæc eadem verba vide inquit, humilitatem, vide deuotionem, Ancillam ſe dicit Domini quæ Mater eligitur, nec repẽtino exaltata promiſſo eſt, ſimul Ancilllam dicendo, nullam ſibi prærogatiuam tantæ gratiæ vindicauit, quæ faceret, quod iuberetur, mitem enim, humilemque parituram, humilitatem etiam debuit ipſa præferre. Huc uſque Ambroſius, ſed expende illud quod ſequitur Luc. 1. *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*, & videbis eandem, humilitatem profundiſſimam prętuliſſe: cum enim dixiſſet Angelus. *Ecce concipies, & paries Filium*. Ipſa non reſpondit, *faciam*; *ſed fiat mihi ſecundum verbum tuum*, quia verè humilis, omnia bona à ſe facta, vel facienda, Deo attribuit magiſque ab illo, quam à ſe facta putat; quantumque deteſtauerit ſuperbiam, & arrogantiam, ijſdem patet verbis, nam cum Matris Dei titulo decoratur ab Angelo, ad Ancillæ ſe ſe demiſit conditionem. Pende ineffabilem animæ demiſſionem, nulla res pugnat magis cum conditione Ancillari, quam dignitas materna, nam vt Author eſt Ariſtotiles in Ethicis Pater, & Mater etiam bello capiti, Filiorum ſerui eſſe non poſſunt, ea enim eſt Patriæ poteſtatis vis, vt omnem vndecumque profectam, pęnitus conſumet ſeruitutem, nec verum dominium cum ſeruitute ita pugnat, ſicut Patria illa poteſtas; fieri enim poteſt, imò ſæpè accidit vt Dominus, fortunæ inſtabilis conuerſione, aliquando ſerui mancipium eſſe incipiat; non autem, vt Pater, aut Mater, Filij ſui ſerui ſint. Mira igitur Sãctiſſimæ Deiparæ humilitas, quæ ad matris dignitatem euecta per ſummam animi demiſſionem, ſe ſe abijciat, quam maximè illa maternitas excludit. *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum*. Quod ſi huius humilitatis excelſam magnitudinem aliquo argumento metiri vis, memoriæ ſuccedat illud, quod Chriſtus Dominus eiuſdem Virginis Filius morti vicinus, cruci affixus, ſe ſe a Patre derelictum expoſtulãs, eundem Patrem per Prophetam alloquutus ait Pſal. 85. *Reſpice in me, & miſerere mei, da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac Filium Ancillæ tuæ.* Quæ verba expendens Auguſt. ad eum ſenſum retulit. Saluum fac Filium eius, quæ Gabrieli Archãgelo reſpondit. *Ecce Ancilla Domini, &c.* Itaq; Chriſtus Dominus ſe ab æterno parente derelictum videns, vt rationem aliquam illi ob oculos poneret, qua permotus ſibi iam iam morituro adeſſet, atque etiam ſuccurreret, cum multa alia commemorare poſſet, atque illud in primis ſe ſcilicet Filium illius naturalem eſſe, cunctis ſilentio tectis, illud tantum objicit, quod ſit Filius eius, quæ ex ſumma animi ſui demiſſione dixit, *Ecce Ancilla Domini, &c.* Et quidem ſubeſt huius rei non vna ratio. Prima eſt viderat Chriſtus parentis ſui extremam manum, vt iam iam ſibi vitam adimeret in cruce; cum ergo memoriæ repeteret illa matris verba, quibus ſe Ancillam profeſſa eſt, extremam rem fuiſſe, qua permotus Pater, illi vitam donauerat, nam ſimul atque à Virgine pronunciata ſunt: incarnatio eſt profecta, ſic enim tradidit Bernardus, *Virginitate placuit, ſed humilitate concepit*, conſentaneum rationi eſſe duxit, eadem verba illi tunc objicere, vt quæ Patrem ad vitam ſibi primo donandam denique mouerant, eadem, illum ad conſeruandam, tuendamque promouerent. Secundo cognouit Chriſtus Patris ſui voluntatem eo ferri, vt Filius ſe ſe in paſſione humiliaret, atque demitteret, totam enim Chriſti Domini

Marginal notes: Luc. 1. — Nulla res magis pugnat cũ cõditione ancillari, quã dignitas materna. — Ariſt. — Luc. 1. — Pſal. 85. — Auguſt. — Chriſtus vt in morte Patrẽ ſibi propitiũ reddat humilitatẽ [illegible] proponit Matris ſuæ.

mini

Philip. 2. mini paſſionem ad humilitatem retulit Paulus ad Philip. 2. *Hummiliauit ſe met ipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*. Ergo ne pater in ipſo deprimendo vlterius progrederetur, ait *Saluum fac Filium Ancillæ tuæ*, quod perindè eſt, ac ſi diceret ſaluum fac Filium eius, quæ dixit, *Ecce Ancilla Domini*, ideſt, vt voluntati æterni Patris, qua me humiliari, ac deprimi decreuit, ſatisfiat, atque ego à morte vicina eripiar, illud obiecto, vt ſi quidem licet parentum officia veluti propria recenſere, & illis propoſitis, beneficia ſibi poſtulare, illud humilitatis obſequium mihi proponere liceat, quod præſtitit Mater, cum dixit, *Ecce Ancilla Domini*, id enim ſolum ſummam Patris voluntatem, quæ ipſum per mortem humiliare, ac deprimere decreuerat, explere poſſe exiſtimauit, ſi humilitas matris tanquam propria ipſi adſcriberetur. Tertio obſeruanda ſunt illa

Pſal. 85. verba, quæ præmiſit, Pſalm. 85 *Da imperium tuum puero tuo*, quibus ſubijcit, *& ſaluum fac Filium Ancillæ tuæ*; non ſolum enim Chriſtus Matris humilitate propoſita, poſtulauit, vt à morte vicina eriperetur; ſed etiam, vt vniuerſali rerum omnium Imperio, donaretur. Præmittere etiam neceſſe eſt Chriſto Domino animarum, & rerum omnium imperium iure hereditario deberi, quia Filius Dei naturalis erat. Deinde

Chriſtus Matris humilitate propoſita rerū omniū imperiū contendit obtinere.

Bernard. Idelphonſ. Damaſcen. obſeruandū eſt, Bernard. ſerm. 2. de Annunt Idelphōſum 2. de Aſſumpt. & Damaſcenum de eod. feſt. ſerm. 1. illud ſeriò pronunciaſſe. Deiparam Virginem ea humilitate, quam illis verbis, *Ecce Ancilla Domini*, exhibuit, ab eo obtinuiſſe, vt Regina, & Imperatrix omnium rerum crearetur, ex his autem liquet Chriſtum Dominum duplici nomine rerum omnium Imperium iure hæreditario petere potuiſſe, vel quia Filius

Chriſtus duplici nomine imperiū iure hæreditario petere potuit.

erat naturalis ſupremi Regis ſcilicet Dei, vel quia Filius erat Reginæ, ergo, vt genitricem honeſtaret ſuā, prius illud nomen ſilentio prēmens, aliud vſurpat dicens. Da Imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac Filium Ancillæ tuę, ideſt vt Imperium obtineam, illud obijcio, quod Filius ſum eius, quæ dixit, *Ecce Ancilla Domini*, & tanto humilitatis meritò Cœli, & rerum omnium Imperium adepta eſt. Filius enim non tantum Patris, ſed etiam Matris hæreditatem aggreditur ſim igitur Cœli, & terræ ſupremus Rex, quia Reginę ſum Filius. Vide Ferdinandum, Salazar in c. 8. Prou. n. 53. ex quo hæc Salazar. deprompſi. diſcamus, ergo ab ipſo Mariæ Filio, Matris humilitatem iuſtis librare momentis, fateamurque omnes, Deiparam merito, humilitatis conſtitui Magiſtram.

Magiſtra orationis, ex eodē enim 8 ſuggeſtu præcepta benè orādi tradit, tanta enim erat Virginis in Deum deuotio quando orabat, ita illud attentè agebat, & non aliud; vt opus fuerit pluribus ſalutationibus interrumpi, vt aduerteret. Mirabitur fortaſſe aliquis ab Angelo ter Mariam ſalutatam, tribus vſitatiſsimis ſalutationibus prēmiſsis. Primum dixit, *Aue*, mox *gratia plena*, tertio *Dominus tecum*. Quarto *benedicta tu in mulieribus*, nec frequētior apud Hebræos ſalutandi ſe mutuo, forma inuenietur, quantò *Aue*, çur ergo ſalutaturus Mariam, non vnica ſalutatione vſus eſt, quin potius nullo expectato reſponſo omnium ſalutationum genera protelauit? Ruſticus ſanè haberetur ille apud homines, qui ſalutaturus accedens, ſimul omnes ſalutationis congereret, & euomeret in præſentiarum. Quemadmodum ſi quis ingreſſus ſalutaturus Regem Hiſpaniæ, & cū eo ſeriè collocuturus omnes in ſalutatione præmitteret, quibus

Magiſtra orationis.

Sūma attentio Mariæ in oratione lepidè probatur.

bus decoratur titulos. Salue Rex Caſtellæ, *Rex* vtriuſque Siciliç, *Rex* Hieruſalem, *Rex* Nauarrç, Dux Mediolani, Comes Flandriæ Barcinonen. nulla ſalutationis forma omiſſa, tanquam moroſus, & inurbanus reijceretur. Num inciuilis, & ruſticis moribus prçditus eſt Angelus? Abſit, tunc temporis Mariæ lectioni ſacræ, ſeu orationi vacabat, vt multi meditantur Patres, à quibus id accepit Simeon de Caſsia vacabat inquam orationi ea mentis attentione, quam requiſiuit à puero Eliſæus inquiens 4. Reg. 4. *Si occurrerit tibi homo non ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam non reſpondeas illi*, quibus indicauit Miniſtro, iuxta Abulẽſis, & Caietani expoſitionem, vt debitè abſque diſtractione mentis, properaret ad executionẽ mandati. Planè MARIA, quæ cæteros attẽtione vincebat, ſic orationi vacabat, ſic diuinis legibus meditabunda inhærebat, vt communes ſalutationes non curaret, quare opus fuit Angelo, nouam, & peregrinam Salutationem texere; imò ſalutationes congeminare, vt ab opere exhibito, MARIAM ſibi attentam reuocaret. Vera Abrahæ filia, progenitorem ſuum perfectiſsimè imitata: depingit Ambroſ. lib. 1. de Abrah. cap. 8. hunc fidelem ſenem, ſacrificaturum Iſaacum iam rotata ſecuri, vt amantiſsimum filium trucidaret, & ecce tibi Angelum à tergo vociferantem Abraham, Abraham: cur hęc Abrahami nominis cõgeminatio? ſi ſemel tantum vocaret, parentem à nece amantiſſimi Filij proculdubio reuocaret, tamen non ſemel vocauit, inquit Ambroſius. *Ne aut non planè audiret, aut fortuitam eſſe vocem putaret, repetiuit vocem, tanquam vetitus, ne prçueniretur. Studio deuotionis, & vna vox impetum ferientis reuocare non poſſet.* Illudq; exemplum quod paſſim ſolet accidere, hanc mihi iniecit cogitationem, fidelitatem huius S. Senis, & deuotionẽ, expendendi vberius. Viſum eſt ſæpè, aliquem capite damnatum, ad locum peragentem ſupplicij, ſi viam carpens fortè olfecerit, ſe beneficio Principis adhuc futurum eſſe ſuperſtitem, mirum eſt, quomodo arrigit aures ad excipiendæ vẽturæ nuncia ſortis, ſi muſcam videt volantem, auſpicatur ſalutem, ſi qua oritur in comitatu ſubmurmuratio tantũ, indè accipit omen, ſi quem videt in miniſtros iuſtitię irrumpentem curſum, certò arbitratur ſe conſequi id, quod ſperat, non cõiectura. Vix proclamatur gratia, quod ex primæ ſyllabæ enunciatione totum excipit exhilarãtem nuntium, nec illa indiget ingeminatione; gratia Gratia ita arrectis auribus ſuam attendit liberationem, & Abraham accepto mandato ſacrificandi filium Geneſ. 22. quin etiam ſe ipſum in filio vnigenito cariſſimo vnicè dilecto; quamuis non ſolum ſub odoratus fuerat rẽ ſucceſſuram ex voto, ſed illud acceperat oraculum Geneſ. 17. *eriſque Pater multarum gentium*, & illud aliud Geneſ. 21. *In Iſaac vocabitur tibi ſemen*, primç veritatis reſpõſum infallibile. Nihil horum reuoluens in corde ſuo, nec poſteritatis gratiam, nec promiſſionis ſpem, non obſtantibus cogitationibus quibus diſcerpebatur dũ ambulabat obluctante per totam viam vnici affectu, totaq; carnis militia, animi fide oppugnante, tanta promptitudine, tantaq; deuotione exequitur mandata, vt vna vox Angeli, totius orbis potens reſuſcitare mortuos, impotens ſit ad reuocandum Abraham à nece amantiſſimi filij, ſed opus fuerit nominis congeminatione Abraham Abraham. Benè hac geminatione vſus eſt inquit Chryſoſtomus, vt ſuperaretur impetus Iuſti. Hic mos eſt veris Dei

Margin notes: Simeon de Caſſia. — 4. Reg. 4. — Abulenſ. Caiet. — Ambroſ. — Ambroſius. — Quã promptè ſint Dei ſerui in exequendis diuinis mandatis probatur exẽplo Abrahæ ſacrificantis filium. — Gen. 22. — Gen. 17. — Gen. 21. — Chryſoſt.

Pſal.118. ſeruis, tractandi diuina, ſic teſtatur Dauid de ſe ipſo, Pſalm. 118. *Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non confundebar*. Animum totum defixum in lege Dei, & ab omnibus rebus terrenis auerſũ his verbis exprimit, quod vt melius intelligi poſſit aduertendum eſt, & in Græco, & in Hebræo eſſe. *Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu Regum*, quaſi dicat (vt notat Agellius noſter) cum in conſpectu Regum eſſem, & illa pompa, & ambitio Regiæ Maieſtatis, & Satellitij, perſtringeret oculos, animo tamen à faſtu illo, & ſpecie, & apparatu ſuperbo, penitus auerſo, Dei mãdata mecum agitabam, & quamuis illa terrena ſpecies abſorbere, & ad ſe rapere animos intuentium ſoleat, tamen meus animus adeò in mandatis Dei fixus erat, vt illis terrenis imaginibus contemptis, Dei præcepta, teſtimoniaque reuoluerem, & ea ipſa mecum ſubmurmurare. Haud ſecus Deiparã omniũ ſãctiſſima, & vtriuſque parẽtis perfecta æmulatrix orationi tanta mentis deuotione, & attentione vacabat, vt opus fuerit Angelo voces, & Salutationes geminare, veritus, nè impetus orantis reuocare non poſſet, *Magiſtra orationis*.

Quã denotẽ Dei ſerui tractans diuina.

9 *Magiſtra obedientiæ*. Mirandum huius virtutis argumentum præbent illa ipſius verba, Luc. 1. *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundũ Verbũ tuũ*. Prænunciatur paritura Filium Dei, ſuperueniente in ea Spiritu ſancto, & virtute obumbrante Altiſſimi, ipſa tamen non magnitudine promiſſionis illecta, ſed obedientia iubentis Domini, tracta, conſentit, quaſi diceret; O Angele Dei, magna mihi promittis, & admirabilia, ſed ſcito me ad conſentiendum allici, non tàm promiſſionis excellentia, quam Dei Imperio, atque adeo quod Ancilla ſim Domini, nõ quod Mater futura ſim Dei, pluſque apud me valet, quod Deus hoc vult, quam quod, quæ mihi promittuntur, ſunt magna, miræ non modo humilitatis, ſed obedientiæ Verbum.

Magiſtra obediẽtiæ. Luc. 1.

Magiſtra fortitudinis conijce, vel ex illis verbis, Luc. 1. *Quæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius*. In quæ Bernard. homil. 3. in miſſus eſt Turbata eſt, ſed non perturbata; turbata eſt, & non eſt loquuta; ſed cogitab at qualis eſſet iſta Salutatio; quod turbata eſt, verecundiæ fuit virginalis; quod non perturbata fortitudinis, quod tacuit, & cogitauit prudentiæ; hæc ille. Verum quod pertinet ad magiſterium huius virtutis, de qua nunc agimus, an benè illud impleuerit, ex modo dijudica, quo narrantur turbati Zacharias, & Daniel, & tandem turbata dicitur Deipara, de illo hæc ſcribit, Luc. 1. *Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum*. Ideſt ipſum præuenit, & rationis præoccupauit vſum; de ſe ipſo inquit Daniel cap. 10. *Non remanſit in me fortitudo; ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquam virium*. At verò Beatiſſimæ Virgini nihil huiuſmodi accidiſſe dicitur, ſed potius tanta animi moderatione, & conſtantia fuiſſe turbata, vt ſimul cogitaret. *Qualis eſſet iſta ſalutatio*. 10

Magiſtra fortitudinis. Luc. 1. Bernard.

Luc. 1. Dan. 10.

Et quomodo poterat turbationi ſuccumbere, ſi tunc Magiſterium exercebat prudentia; nam cogitando qualis eſſet iſta Salutatio, multa huius virtutis documenta præbet: Primũ, quod nihil non præmeditandum, antequam faciendum; Nihil ſubitum, non ſuſpectum, non plenum periculis. Nunquam Deo placere potuit obſequium ſubitum? Nonne ea videbatur vox Petri conſtantiſſima, Luc. 22. *Domine tecũ ſum paratus, & in carcerem, & in mortem ire.* 11

Magiſtra prudentiæ.

Luc. 22.

Et

Et tamen ex hoc malè audit apud Auguſtinum,tract. in Ioan. cap.23. ſic fantem de morte Petri. Hunc inuenit exitum Petrus, vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur,cum quo ſe moriturum peruerſa feſtinatione promiſerat, hæc ille. Non ſic Virgo Deo plena, primum didicit à ſubitis obſequijs metuere ſibi, & dum cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio,affectum ſubitum prudentiſſimè ſuſpectum habet.

August.

Alterum documentum, quod examinandi ſunt maximè ſpiritus, quibus agimur,num ex Deo ſint; Euthymius,huc refert cogitabundam Mariam in ſermone Angeli,vt examinaret, an dolus aliquis ſubeſſet Salutationi tantæ. Diſcant oẽs ex hac Mariana prudentia, quãta cautela interponenda,ad diſcernendos ſpiritus, an ex Deo ſint,nulli enim, nec Domino ipſi,aperire detur quis cor ſuum, ſine rigoroſo examine. Sic Maria Angelico pulſata ſermõne, cogitabat ſecum conferẽs;qualis eſſet iſta ſalutatio. Multa alia documenta prudentiæ ſuggerit hęc Mariæ cogitatio, atque vtiliſſima, quæ congerit Dydacus Baeza to.1. in Euang. lib.1. cap.7. §.27. & 28. linquo Lectori, *Magiſtra prudentiæ*.

Dydac. Baeza.

12 Magiſtra verecũdiæ.

Magiſtra verecundiæ,nam vt diximus(nuper ex Bernardo)quod turbata ſit verecundiæ fuit Virginalis, adeoque placet Deo,virgineus rubor, & ex verecundiæ virtute orta, turbatio; vt in vterum Virginis deſcendere diſtulerit, quo vſque B. Virgo præ verecundia turbationem concepit.

13 Omniũ virtutum exẽplar Maria.

Omnium virtutum exẽplar, omnium hominum generi propoſita eſt Deipara, tunc maximè cum in Dei Matrem eligitur. Diſcant honeſtæ ſponſæ inſcio marito verba non excipere, vel Angeli,Maria enim turbatur,quia ſola in penetralibus verba Angelica auribus excipit. Pulchrè apud Antipatrum ita ipſa fatur orat. de Ioan. natiuit. *Non adeſt Ioſeph,voci non aſſentior,cum ſola prima parente loquutus eſt ille, qui fuit primus Author malorum*. Tam in prima parente ediſcant ſponſæ, quã ſit noxium inſcijs maritis peregrina colloquia obſeruare,& in Maria diſcant nemini aures præbere, niſi de mariti conſcientia; quin etiam ita cæteris debent eſſe occultæ, vt per maritum veluti per faciem cognoſcenda ſit vxor. Applaudit Dauid Propheta Pſal.44. illis verbis. *Vultum tuum depracabuntur omnes diuites plebis*, ſignificans iuxta expoſitionem Baſilij, Theodor. & aliorum. *Vultum ſponſæ*,eſſe ipſum ſponſum Regem, alloquitur vates ſponſam,& inquit,inter alias fœlicitates huius coniugij eſſe, quod vultum tuum, ideſt virum tuum, deprecabuntur omnis diuites plebis, erit ergo circumlocutio viri, & mariti, dicere vultum, aut faciem vxoris, quippe quod in publico eſſe debet, quodque ab alijs conſpici non eſt ipſa vxor;ſed maritus; de hac facie, ideſt de marito cognoſcenda vxor; alioquin propter ſe ignota, & abſcondita, ſic olim non ſolum non alium vultum, ſed nec aliud nomen habebat vxor,quam nomen mariti, ſicut ſcriptum eſt Iſai.4. *Tantummodò in vocetur nomen tuum ſuper nos*, Et iterũ Matth.1. *Ea quæ fuit Vriæ*. At obijcies, quomodo eodem loco eandem alloquens Dauid, videtur illi proponere paternæ domus obliuionem, vt (quod fœminis in ſummo pretio eſt) pulcherrima non ſolum appareat, ſed etiam ſit, diligaturq; vnicè à ſponſo Rege Pſal.44. *Et concupiſcet Rex decorem tuum*. Num decor, & pulchritudo, non modo in muliere, ſed in quouis ſine proprio vultu, & facie poſſunt conſiſtere? Sed reſpondetur habere vti-

Nihil debẽt facere vxores maritis inſcijs.

Pſal.44.

Baſilius. Theodor.

Ita debent eſſe occultæ mulieres,vt per maritũ veluti per faciẽ debẽt cognoſci.

Iſai.4.

Matth.1.

Vxor antiquitus non habebat aliud nomen quã nomen viri.

Pſal.44.

que, & faciem, & decoram; ſed cui tantum mariti præfiniat oculos; at quando ſermo eſt de diuitibus plebis, de exteris ſcilicet, vultus illius non alius debet eſſe, quam vir, & de hac facie, ideſt de marito cognoſcenda vxor, alioqui propter ſe ignota, & abſcondita.

14 Mos autem hic ita inualuit apud quam plures nationes, vt ſcribat Ioſephus lib. 11. antiq. cap. 9. Sanctum fuiſſe Perſarum legibus, ne mulieres extraneis viris inſpiciēdas ſe præberēt, quo pertinet, quod Valerius lib. 6. cap. 3. de Caio ſulpitio Gallo narrat, à quos dimiſſa vxor quod aperto capite, verſatam reſciuiſſet; lex inquit tibi meos tantum præfinit oculos, quibus, & formam tuam approbes, & placere deſideres, vlterius tui conſpectus, ſuper vacua irritatione accerſitus, in ſuſpi cione, & crimine hæreat, neceſſe eſt, hæc ille. Diſcant vxores in hac vna ſponſa monitum ſalutare, nihil ſine viro audire, neminem alloqui ſine marito. Diſcant Virgines caſtæ in quouis ſanctitatis culmine timere ſuæ caſtitati: ſanctiſſima enim Virgo poſt tot virtutum innatarum examen, & ſummum amorem, à primo Conceptionis inſtanti, experta, poſt Angelorum obſequia, audita Gabrielis voce de concipiendo Deo, ſtatim turbatur, & ſuæ timet caſtitati, ò dignam tanta Virgine cautelam, nullo enim in culmine ſanctitatis, & perfectionis, ſecuram ſe putet caſtitas, & ab incurſu, & decurſu liberam Pſalm. 44. *Adſtitit, Regina à dextris tuis* (inquit, Dauid Propheta) Quis locus aptior, & ſecurior Virgini, quam dexteræ Dei, vbi Agni locantur poſt pericula, ſed ibi ſtatim *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam*. Adhuc in dextera Dei conſtituta, monetur, quia adhuc habet, quod timeat rectè D. Paſchaſius. *Statuitur in dextris, vbi Beatorum eſt locus, & monetur à Patre, quoniam, vt dixi, adhuc bellandi eſt tempus*. Nec vlla aſficitur macula fortitudo Mariæ, dum turbatur, dum trepidat, imò nunquā fortior Maria, nunquam bellicoſior, quam dum audito de conceptu ſermone, & trepidat, & fugam meditatur. Enimuero caſtitatis victoria non in congreſſu, ſed in fuga ſita eſt, ſtrenuus ille, & veteranus miles Iob poſt manus ſæpè cum hoſte conſertas, vbi ad caſtitatis accedit duellum ait cap. 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de Virgine*, Id quod nunquam ſatis miratus Chryſoſtomus homil. de cōt. Ioſeph. ait *Quis non admiretur videns virum hunc cum diabolo viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere, Virginis autem faciem fugere, & à formoſa puella aſpectu, oculos ſubducere? diabolum accedentem non fugit, ſed manſit, ſicut leo viribus fidens, Virgine autem viſa non ſtetit, neque moratus in contuenda pulchritudine, ſed ſtatim ſeceſſit, cenſebat nimirum in prælio contra dæmones virili, & audaci animo opus, in continentia autem præparatione, victoriam concedi non ex Virginis conſuetudine, ſed ſeceſſu*. Ecce qualiter caſtitas armatur aduerſus hoſtes Luc. 12. *Sint lumbi veſtri præcincti*. Monet Dominus milites, qui in hanc arenam præliaturi, deſcēdunt, quid hic lumborum præcinctus innuit? Præcinguntur ne lumbi militum, vt expeditiùs hoſtes aggrediantur, an vt hoſtem fugiant? Pulchrè D. Fulgentius ait ſerm. in Euang. *Omnis Chriſtianus præcintos habeat lumbos, vt fugiat libidinem*. Vidiſſes exercitum Iſraelis ſemel, & bis arma corripuiſſe aduerſus adulterij Architectos, Belamitas, ſed quoties Iſrael aggreditur delere luxurioſam tribum, toties ipſe male cadit percuſſus. Tandem, quod audaci congreſſu non potue-

Ioſephus.

Valerius.

In nullo perfectionis culmine ſecurā ſe putet caſtitas.

Pſal. 44.

Ibidem.

Caſtitatis victoria in fuga ſita eſt.

Iob c. 31.

Chryſoſt.

Luc. 12.

Fulgent.

poſuerunt, id perficiunt artificioſa fuga, ait enim Scriptura, Iudic. 12: *Qui fugam arte ſimulantes, inierunt conſilium, vt abſtraherent eos de Ciuitate*. Ecce vbi aggrediuntur libidinoſos hoſtes ipſi proſternuntur, tunc vincunt, cum artificioſè ſimulant fugam. Hæc monita cuſtodiendæ caſtitatis Beatiſſima Virgo cautè ſeruauit, & ſui exemplo modos pugnandi, & vincendi in hoc duello poſteros docuit, dum turbatur, & trepidat audita Gabrielis voce de concipiendo Deo.

Indic. 12.

15 Diſcant puellæ imitari Virginis propoſitum, ſequantur B. Virginis veſtigia, & quod aſſequi non poſſunt, celebrẽt, & admirẽtur. Luc. 1. *Quoniam virum non cognoſco*. Meritò caſtiſſimæ Virgini grauidandæ, diuinus illabitur ſpiritus, caro enim in caſtitatis negotio, non ſolum non prodeſt quicquam; ſed etiam officit plurimum, pulchrè D. Chriſologus ſerm. 142. ad Virginem, Deus ipſe ad te venit, quia te pęnituit ad hominem perueniſſe, nec iam caro ad carnem, ſed Spiritus ſuperueniet in te hæc ille. quaſi diceret vbi carnis illecebras fugiſti, vbi te Virginem caſtam exhibuiſti, nõ caro, ſed Spiritus in te requieſcet, in teque ſua exercebit munera; ſed laude videtur parcior Chryſologus, dum Mariæ celebrat Virginitatem; quomodo, eam ad hominem peruenire aliquando pęnituit? Non enim datur locus huius pœnitentiæ in Deipara, quæ Virginitatem perpetuo coluit; nam illa verba, *virum non cognoſco* non ſolum probant Matris Virginitatem, ante conceptionem, ſed illius præſeferunt perpetuitatem, quin etiam non ſolum indè colligunt Patres Virginem Mariam votum edidiſſe Virginitatis, ſed addit Epiſcopus Chriſtopolitanus in illa verba Magnif. *fecit mihi magna*, à tẽpore conceptionis illud emiſiſſe,

Luc 1.

Chryſog.

Quando fecit votum virginitatis Maria.

Epiſc. Chriſtopolit.

Dicunt, inquit, viri quidam cõtemplatiui, quod Virgo illico poſt ſanctiocationem fecit votum perpetuę Virginitatis in vtero Matris, quod ſanè mihi creditu difficile non eſt; nam cum B. Virgo ſemper quod melius, & Deo gratius agnoſcebat, eligeret, ipſaque nõ ignoraſſet Virginitatem voto illuſtratã, Deo gratiorem, & ſibi vtiliorem eſſe, non dubito, quin à tempore ſuæ Conceptionis, illam Deo, voto conſecrauerat hactenus ille. Et quod caput eſt tanta puritate, & fidelitate ſtetit promiſſis, vt Ioſeph qui neſciebat myſterium, adhuc, quando venter Deiparæ intumuerat, redderetur quoquo pacto capax illius veritatis, quam dixerat Angelo. *Quoniam virum cognoſco*. Cedit enim in maximam, MARIAE Virginis laudem, quod dicit Matth. Euãg cap. 1. de Ioſeph, quod volebat occulte dimittere eam; nam multi patres ſentiunt, quos citat Suarez tom. 2. in 3. par. diſput. 7. ſec. 2. Ioſeph nihil mali potuiſſe ſuſpicare de Virgine, ſed hinc adductum rei euidẽtia, quam cernebat, inde vero eximia, quam expertus fuerat Virginis ſanctitate, & caſtitate permotum, in quendam veluti ſtuporem, & admirationem raptum, omne iudicium ſuſpendiſſe, quod docuit auctor operis imperfecti his verbis in Matth. homil. 1. *O ineſtimabilis Mariæ laus magis credebat caſtitati eius, quam vtero eius, plus gratiæ, quam naturæ, conceptionem manifeſtè videbat, & fornicationem ſuſpicari non poterat, poſſibilius eſſe credidit, mulierem ſine viro poſſe concipere, quam Mariam poſſe peccare*. Ardua res eſt virginitatem perpetuò ſeruare, & ita ardua, vt qui viridam, & floridam ediſcunt integritatem ſeruare, incorruptibilitatem videntur conſequi, imò, & immortalitatem, mortiſque expertes fieri, ex ſacra Scriptura hoc mi-

Math 1. Luc. 1.

Suar.

Maximũ teſtimonium caſtitatis Mariæ, illa dubitatio Ioſeph.

raculum videtur colligi, nam lex cauet, Leuit. 21. *Ad omnem mortuum non ingredietur omninò.* Et nihilominus Moyſes ipſe, Ioſeph oſſa mortua ſecū aſportabat, vbi ergo legis obſeruantia? Quaſi à Moyſis ore reſpondet D. Iſidorus Peluſ. lib. 4. epiſt. 157. dicens non violo, nō ſoluo legem, ſed per hoc oſtendo rem ipſam, quæ per ſcripturam, ac verba legis ſignificatur, diligenter eſſe attendendam, ego enim eum, qui caſtitatem coluit pro mortuo non habeo, hæc ille: Magna Prouincia virginitatem vouere, & perpetuò ſtare promiſſis, ſed bono ſint animo Virgines, nam norunt, quo Doctore, & promotore, poſſint diſcere ſolidam integritatem ſeruare.

Leuit. 21.

Iſidorus.

Qui virginitatem ſeruat, immortalitatē videtur conſequi, & nunquam haberi pro mortuo.

16 Diſcant mulieres omnes quod ſit earum decus, quod tutamentum ab hoſte, quis pudicitiæ cuſtos, nam MARIA turbata eſt ex viſione Angeli, in viri, & iuuenis ſpecie, (vt indicat Ambroſius lib. 1. in Luc. trepidare Virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, & idem lib. 1. de offic. cap. 18. Salutata ab Angelo tacet, & mota eſt ad introitum eius, quia ad virilis ſexus ſpeciem peregrinam turbatur aſpectus Virginis, & latius lib. 2. de Virg. in princ. Gabriel eam vbi reuiſere ſolebat inuenit, & Angelum Maria, quaſi viri ſpecie mota, trepidauit; quaſi non incognitum audito nomine, recognouit; ita peregrinata eſt in viro, quæ non eſt peregrinata in Angelo: hactenus Ambroſius, & Diu. Hieronymus epiſt. 7. ad læta, ideò inquit forſitan timore perterrita eſt, quia virum quem non ſolebat aſpexit, & idem Epiſt. 22. ad Euſtoch. quę hominem formidabat, cum Angelo loquebatur intrepida, ſic ille. ſi igitur Deipera, quæ Angelicas ſolita erat habere reuelationes, timet, & turbatur, quando habet externas in ſpecie viri, quam maximè timere debent cæteræ mulieres ad omnes exterorum affatus? honeſtæ mulieres ad exemplum Mariæ ſine viro, etiam Angelorum ſermonem habeant ſuſpectum. Huc crediderim ſpectaſſe. Verba illa Pauli ad Rom. 7. *Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt lege*, vbi Tertullianus lib. de Monog. cap. 13. aptius tranſtulit *viuenti viro alligata eſt lege*, ſic enim ſe componere debet vxor, ac ſi viro eſſet alligata, vt nullibi ſit, nec conuerſetur ſine viro. Prima mulier nil curans virum, ſerpenti alloquenti ſtatim reſponſum dedit, vnde ebibit virus, id quod medicans Lyppomanus, ait *tacere debuerat mulier, & indicaſſe protinus marito periculoſum eſt confabulari veteratoribus*. Diſcant hinc inſolentiores fœminæ, & ad exemplum matris primæ, multiloquium cauere cum exteris, *MARIA* turbatur in ſermone Angeli, & in eo ſermone, quo maximè extollebatur, quo ſummè pelliciēda erat, quis vnquam ornatius, quis luculentius, quis blandius puellam commendauit, quam Angelus Mariam commendat? Luc. 1. *Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Verba ſanè tot illecebris plena, quot literis, nec magis ſuauia, nec magis allectatoria, nec magis compta, excogitari poſſent; & turbata eſt hoc in ſermone, imò ideò turbata eſt, & expauit cæteras, quia ſermonis exceperat blanditias. Diſcant hinc mulieres, quam iuncta eſt pudicitiæ ruina, mellitis, & compoſitis ad ineſcandum ſermonibus.

Ambroſ.

Ambroſ.

Hieron.

Ibid.

Trepidari Virginis eſt ad aſpectū viri.

Ad Rom. 7

Tertull.

Sic debet ſe cōponere vxor, ac ſi viro eſſet alligata, vt nullibi ſit, nec conuerſetur ſine viro.

Lyppoma.

Luc. 1.

Dedecet mulierem multiloquiū tacere cum cæteris.

Adde quod probabiliſſimum eſt (quemadmodum in ſimili animaduertit Caietanus in Iudic. 13.) non apparuiſſe Angelum ſub viri amabilis, ſed timendi ſpecie, quia mulieri iuueni apparebat, nec decebat eā trahere ad ſui amorem, ſed ad reuerentiam. Quod ſi Maria timet, ſu

Caietanus.

ſpectoſq;

Ita ēta eſt pudicitiæ ſumma velitis. & compoſitis ad inneſcādum ſermonib.

ſpectoſq; habet blandos ſermones, quamuis ab Angelo ſub ſpecie viri terribilis prolatos, quid non timendum cæteris mulieribus, dum verba audiunt, quæ præſeferunt ſuſpitionem libidinis, ab homine, vultu, geſtu, forma, aſpectu ad decipiendum compoſitis? Veriſſimè dixit Hieronymus ad Demetriad. *Quod perditæ mentis homines, vno frequenter verbo, lenique ſermone, tentant clauſtra pudicitiæ.*

Hieron.

17 Diſcant tandem viri ex hoc dialogo inter Mariam, & Angelum, fęminarum colloquia quam fugiēda, nā peracto ſalutis Nuntio, nihil moratur Angelus, ſed ſtatim abijt, ſic docens Chriſti Miniſtros, quam cauenda ſint illis longa colloquia fęminarū, Paulus aiebat 1. ad Cor. 11. *Ideò debet mulier poteſtatem habere in capite propter Angelos*, quaſi vellet quod fœminæ in contegenda pulchritudine ſua non ſolum humani; ſed etiam Angelici conſpectus, rationē habeant, id docebat D. Iſidor. Peluſ. dum ait, quod ſi vt cum fœminis congrediaris, neceſſitas aliqua te obſtringat, oculos humi deiectos habe, cumque pauca, quæ ipſarum animos obſtringere, atque illuſtrare queat locutus fueris, euola, ſic ille: Crediderim, quod ipſe D. Ieſus ſic vitam ſuam compoſuerit, vt ad mulieres etiam familiares, & ſibi deuotas, breuiſſime verba daret. Etenim ardens illa Dei amatrix Magdalena, dum defunctum Dominum, imò ſublatum apud Sepulchrum lacrymatur, ait Ioan. cap. 20. quod *vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat, quia Ieſus eſt, dicit ei Ieſus mulier quid ploras? quem quæris?* & inter hæc Magdalena non cognoſcebat Ieſum, cuius rei cauſam attingens Origenes, ait *Ipſe eſt Ieſus, qui tecum loquitur, ſed forſitan ideo eum non cognoſcis quia tecum loquitur.* Adeò rara erant Ieſu cum fœminis colloquia, vt ex eo Magdalena non cognoſcat Ieſum, quod ſecum priuatim videat colloquentem. Confirmat hoc ipſum Ioannes cap. 4. qui refert Diſcipulos videntes Chriſtum cum muliere Samaritana loquentem, admiratos eſſe. *Quod cum muliere loqueretur.* Propterea (inquiunt multi Authores) mirati ſunt, quod ſcirent Chriſtum ſolitum non eſſe cum mulieribus colloqui etiam publico, & patente loco, niſi de rebus grauibus, & ad Regnum Dei pertinentibus, quibus mulier illa Samaritana minus videbatur idonea; mirantur autem homines inſolita, & ad Cor. 9. ſcribens Paulus fatur: *Numquid non habemus poteſtatem, mulierem ſororem circumducendi, ſicut, & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas?* Habebat ſanè ſaltem de aliorum Apoſtolorum exemplo, hāc poteſtatem, qua alimoniæ cauſa, mulierem ſororem circumduceret; ſed minimè id auſus fuit facere, imò à tali fœminarum conſortio, longè abhorruit. An quia timeret ſibi tantus Apoſtolus à fęminarum familiaritate? ita reſpondit Diu. Baſilius de vera virginitate per ipſa verba Pauli. *Nō ſum*, inquit, *vſus, hac poteſtate, bonum enim mihi eſt magis, quam vt gloriam meam* virginitatis, ſcilicet *vlla inquinet affectio*. O verè Apoſtolica cautela, cuius erat imitator D. Syneſius Epiſcopus Tolem. cum enim Naufragus ad inſulam appelleret, ab incolis terræ amicabiliter exceptus eſt, ſed ille à fœminis, dona afferētibus, quibus famem leuaret, nihil accipere voluit, accepit tamen à viris, de qua re ipſe fatur, epiſt. 4. *Neque enim libet mihi à mulieribus quicquam accipere, ne cum eis nullum fœdus intercedat*, & Angelus peracto ſalutis Nuntio nihil moratur, ſed ſtatim abijt, ſic docens fœminarum colloquia quam fugien-

1. Cor. 11.

Documētū datur viris ad fugiēda fœminarū colloquia.

Ioan. 20.

Rara ipſius Chriſti cū fœminis colloquia, quod lepidè proſequitur Origenes.

Ioan. 4.

1. Cor. 1.

Baſilius.

Mirum Syneſij Epiſcopi exemplū ad fugiēdas fœminarū familiaritates ſatis appoappoſitum.

Idē epiſt. 4.

Digitized by Google

fugienda ; Addam illud Hieronymus Epiſt.4.ad Ruſticum,qui quam propriè ſint fugienda conſortia, mulierecularum plebicularũ ſic monet, Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreant, vt tacitum viuat ſub pectore vulnus, ancillas, quæ illi in obſequio ſunt tibi, ſcias eſſe in inſidijs, quia quanto vilior earum conditio, tanto facilior eſt ruina, hæc ille.

Hieron.

Fugienda conſortia fœminarũ plebicularum.

18 Ad extremum, vt vndè digreſſi ſumus reuertamur, lubet illa Apoſtoli verba iterare, *Magnum Pietatis Sacramentum.* Hoc ſcilicet incarnationis myſterium,pluribus nominibus celebrandum,& illo inter cætera præcipuo, quod per ipſam accepimus hanc Deiperam,totius generis humani Magiſtram, & mediatricem, quæ (vt inquit Laurentius Iuſtinianus,in ſerm.de Annunciat.) Cœlis dedit gloriam, gaudium præſtitit Angelis, ſæculo pacem refudit, fide docuit gentes, vitijſque finem impoſuit, quomodo non eſt plena MARIA,iuxta Gabrielis oraculum,plena gratia, quæ effecta eſt Paradiſi ſcala, Cœli Ianua, interuentrix Mundi, Dei, atque hominum veriſſima mediatrix. Hactenus ille; & Hieronymus, (quem refert Bonauentura) talibus decebat Virginem oppignorari muneribus, vt eſſet gratia plena, quæ dedit Cœlis gloriam,terris Deum,pacemque refudit;fidem gentibus,finem vitijs, ordinem vitæ, ac moribus diſciplinam. Amplectamur igitur huius Deiparæ veſtigia, & ſanctis eius pedibus prouoluamur,nam mediatrix eſt inter Deum, & hominem, atque per ipſam,& propter ipsã; Deo placent, quotquotquot hactenus Deo placuerunt. Cætera thematis verba,explanata ſunt ſatis ſupra cap.1. huius Opuſculi.

Laur. Iuſti.

Laudes B. Virginis Mariæ.

Hieron. Bonauent.

DE TRIVMPHO AMORIS DIVINI.

Hoc eſt de Sacroſancto Redemptionis Myſterio.

OPVSC. XXXVIII.

Cap. I.

Diuini Amoris Triumphus,gratiſſima commemoratione refertur,ipſiſque Fidelium propè oculis ſubijcitur contemplandus; dum recolimus animo hæc ſacra Incarnationis,& Paſſionis Chriſti myſteria; in his enim (& quod, ni fallor, ſequens demonſtrabit oratio) Diuinus ille Amor triumphat mortem, qua nihil terribilius, triumphat tartarũ,quò nihil monſtruoſius,triumphat hominem, quò nihil rebellius, triumphat orbem,quò nihil ſub cęlo magnificentius, triumphat Deum ipſum, quò nihil ſublimius. Mortem,nam teſte Apoſtolo 1.Cor.11. *Abſorta eſt mors in victoria*, Tartarum,Coloſs.2. *Expolians* (vt cum eodem dicam) *Principatus, & Poteſtates, palam triumphans illos in ſemetipſo*; Hominem, *Trahens eum, iuxtà Oſeæ c.1. vaticinium, In funiculis Adam, in vinculis charitatis Orbem*: nam Sap.1. Spiritus Domini (ipſe æterni Patris, & Filij coæternus Amor) repleuit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia ſcientiã habet vocis; Deum ipſum, cuius coercuit iram edomuit furorem. Fateor quidem dexteræ Dei, hæc eſſe mirifica, ideſt vnigeniti Filij eius,Dei dextera, & brachium in ſacris paginis toties dictum, ſed triumphanti amori habendæ gratiæ; Si quis enim aut dubius ambigat, aut iniurius inficietur, hæc omnia eius

1

Triumphat canitur diuini amoris.

1.Cor.11.

Coloſs.2.

Oſeæ c.1.

Sap.1.

eius, nutu, & imperio eſſe peracta, à veritate ipſa arguetur mendacij, dicente Ioan. 1. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*. Haud enim facilè ad tantum negotium flecti poſſet, niſi ſuus illum impuliſſet amor, nec ad nos tã dira paſſurus, eius vnigenitus veniſſet Filius: niſi cum mãdatis amoris.

Ioan. 1.

2 Quod illo argumento in primis certiſſimo; certiſſimo item probari poteſt experimento, quando enim in terris amor ille diuinus triũphator apparuit, quod iuxta verba Pauli, Tit. 3. naſcente accidit Domino, apparuit tunc benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, & clarius ex Græco φιλανθρωπία, ideſt ſingularis ille Dei Patris, erga homines amor; nouo, & inuſitato ſpectaculo ad triumphi ſuperbiam, victum adduxit, & catenatum Deum. Proh diuini amoris (exclamemus hic) Regiã prorſus maieſtatẽ, (etſi fas eſt dicere) pluſquã diuinam. Illi, qui leges dat cœleſtibus poteſtatibus, & pro tãta maieſtate omni ſolutus eſt lege, iura pręſcribit amor, & quem Deum exercituum, & ſemper inuictum timet, & veneratur antiquitas, manus tẽdit ac ſuccumbit amori; Dexteramque illam diris aſſuetam promendis ſagittis, infantilibus faſcijs, vincit amor, ſedentemque ad dexteram Maieſtatis in excelſis, ad ſordes vſque viliſſimi ſtabuli proclinat amor, ac Deum languoris neſcium, lacrymaſque fundere, flere docet negotiator amor. Quid plura? ſi Dei Deum liceret dare, en ipſe eſſet ſuuſmet amor, cum ne dum de Maieſtatis diuinæ inimicis ſęuiſſimis, verum etiã de ipſomet Deo, fœliciter, & glorioſè triumpharit; Accedit, & illud ad triumphatorem tantùm, mirum in modum cumulandũ gloria, quod quę ad cohoneſtandum triumphum afferri ſolent, non ex alia deſumpta ſunt officina, niſi ipſiuſmet amoris; Quærenti enim, ſi triumphus agitur amoris diuini, vbi ferculum triumphale, in quo Imperator ſedet? vbi inauratus currus quo vehitur, qualem triumphantibus Cęſaribus, Ducibuſq; bellorum, ambitioſo nimis, ac prodigo ſumptu, adornabat antiquitas? vbi triumphale epulum? vbi militum clamor? vbi inſtructa acies? vbi cætera omnia, quę triumphi præſeferunt ſpeciem? Hoc ſat erit dare reſponſum, triumphanti amori, honorificentiſſimè inſeruit amor, ipſe eſt triumphans, vt vidimus, & idem triumphãti, qui apparatur thronus; ferculum ſcilicet illud, quod canticis canticorum dicitur, media charitate conſtratum, idem, & currus, nam ſi thronus, in quo diuinus ſedet amor, Daniele teſte, Rotas habet igneas, *Rotæ eius ignis accenſus*, ſedes ſimul eſt, & quadriga, non ad paupertatem ita fabrefactus (cum ſit diues in omnes) ſed ad noſtrum beneficium, quaſi ſemper foras exeat, quadrigaque vehatur, vt præſto ſit indigentibus, & idem ſemper domi maneat, ac in throno ſedeat, vt ad illum adeuntibus, præbeat benignus auditum, quod ſi conuiuale appetas epulum, manibus apparatur amoris, & quantum ſe ipſo conditum, audi Ioannem Apoſtolnm, & Euangeliſtam, qui Cęnæ vltimæ, in qua Deus ſeipſum nobis præbuit manducandum, factus homo, illud teſtatur fuiſſe codimentum maximum: *Cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos*. Quid dicam amplius? Imperatoris ſceptrum, Realis purpura, miles clamans, inſtructa acies Senatus præeuns, triumphans ipſe, & tota ferè triumphi pompa, eſt amor. Triumphemus, & nos animo, & triumphatori tanto, ſummam tribuamus laudem, eiuſdemque encomia canamus alacriter.

Tit. 3.

Cant. 3.

Deus Dei, quodãmodo dicitur ſuusmet amor.

Inſignia triũphantis amoris ex ipſiuſmet amoris officina ſumitur.

Epitheta amoris diuini ex Patribus.

Amo-

Dionyſ. Areopag.

Amorem Diuinum, vocat Magnus ille Dionyſius Areopag. de cœleſti Hier. cap.2. virtutum omnium originem,

Auguſt.

Auguſtinus; pigrarum mentium excitatorem,

Greg. Papa

Gregorius de mor. Eccl. tom. 1. lib. 6. mor. cap. 1. buccinam, ſeu lituum in auribus iuſtorum inſonantem,

Hieron.

Hieronymus Epiſt. ad Pam. affectum omnia ſuperātem

Chryſoſt.

Chryſoſt. Homil. 64. ad Pop. Doctorem maximum

Baſilius.

Baſilius orat. 1. de amore erga Deum, nexum perfectiſſimum

Bernard.

Bernardus, ſerm. 83. in Cant. gaudium, virtutem, & ſapientiam fidei Chriſtianæ,

Leo Papa.

Leo Papa; ſerm. 7. quadrag. ſatietatis legum neſcium

Theodor.

Theodoretus orat. 9. de charitate dictatorem cuius nutu cuncta fiunt.

Plutarcus.

Plutarchus, in ſuo amatorio, dulcem tyramnum

Greg. Naz.

Gregorius Nazianzenus; orat. 28. liberalem munerum largitorem

Petr. Dam.

Petrus Damianus, ſerm. de S. Cruce machinam omnia eleuantem pondera,

Ant. Ferdin.

Antonius Ferdinandus, in viſ. Vet. teſt. viſ. 24. Chimicam compoſitionem.

Laur. Iuſti.

Laurentius Iuſtinianus, Cantic. octauo: Magum, Plato, fortem veluti mortem Salomon. & vt tantam pro virili ſuſtineam prouinciam, ieiunitate dicentis potius duram.

Auguſt.

Dicam cum Auguſtino, ſermone 39. de tempore in medio. Sectamini charitatem, dulce, *ac ſalubre vinculum*, hæc in aduerſitatibus tolerat, in proſperitatibus temperat, in duris paſſionibus fortis, quid tàm magnanimum, quàm pro impijs mori? quid tàm benignum, quàm inimicos diligere? ſola eſt quam fœlicitas aliena non præmit, quia non æmulatur, ſola eſt quam fœlicitas ſua non extollit, quà non inflatur, ſola eſt quam conſcientia mala non pungit, quia non agit perperam; inter opprobria ſecura eſt, inter odia benefica eſt, inter iras placida eſt, inter inſidias innocens, inter iniquitates gemens, in veritate reſpirans, quid illa fortius? non ad retribuendas, ſed ad non curandas iniurias, quid illa facilius? non vanitate, ſed veritate; nam ideò tolerat omnia in præſenti vita, & ſuffert omnia, quia ſperat omnia, quæ ibi promittuntur,

Bernard.

dicam cum Bernardo ſerm. 79. in cant. ò amor præceps vehemens, flagrans, impetuosè, qui præter te aliud cogitare non ſinis, faſtidis cætera, contemnis omnia præter te, te contentus, confundis ordines, diſſimulas vſum, modum ignoras, captiuam ducis rationem, & intellectum mirabiliter, totum, quod opportunitatis, quod conſilij, iuditijque videtur, triumphas in temet ipſo, & redigis in captiuitatem

Chryſoſt.

(dicam cum Chryſoſt. homil. 51. ad pop. qui charitatis encomia canens, à concordia incipit eius filia) concordiæ, inquit, nihil æquale, nihil conſentientius paci, vnus enim minimus eſt, ſi verò ſint vnanimes, duo, vel decem, nō vnus, iam vnus eſt, ſed decuplus, eorum quiſque fit, & in decem, vnum inuenies, & in vno decem; ſiuè inimicum habeat, vnum offendens, tanquam decem offenderit, capitur; nō enim ab vno dumtaxat ore percutitur, ſed à decem; indiguit vnus, ſed non eſt in ægeſtate, maiori ſiquidem ideſt nouem abundat, & pars indigens obumbratur, minus autem per maius abundans. Horum quiſque viginti manus habet, oculos viginti, totidem, & pedes; non enim ſuis tantùm oculis intuetur, verum, & alienis, non ſuis tantùm, verum, & illorum manibus operatur; animas habet decem; non enim ipſe tantummodò habet pro ſe, verum & illæ pro eo curam gerunt; ſi verò ſint, & centum, idem erit ſimiliter, & potētia producetur. Vidiſti charitatis excellentiam, qualiter vnum inexpugnabilem reddat, & multiplicet, qualiter vnus, & in multis locis

cis

cis eſſe poteſt, idem, & in Perſide, & Romæ, & quod natura non poteſt, poteſt charitas; nam eius hoc quidem hic erit, hoc autem illic, quin potiùs integer hic, & integer illic; itaque ſi mille habeat amicos, vel duo millia, perpendet, quo ruſſum potentia perueniet. Vide quomodo charitas ſit potentiæ augmẽtatiua. Hoc enim eſt mirabile, quod vnus facit millenum; cur itaque nõ hanc comparamus potentiam, & nos ipſos in tuto conſtituimus, hoc eſt omnibus diuitijs melius, hoc ſanitate maius, & ipſa luce, hæc lætitiæ materia, ſic ille demonſtrat pacificum ratione, quòd non ſolum patronum Deum habeat, & defenſorem, vt iam oſtendimus, ſed tutelares habeat, & opitulatores eos, cum quibus pacem ſeruat, eique per amorem vniuntur, vndè fortiſſimus redditur cuneus, & impenetrabilis, propter animorum, & corporum adunationem hæc Chryſoſtomus dicam tãdem cũ Paulo 1. Corint. 13. *Charitas patiẽs eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*. Dicerem cum innumeris Sanctis diuino amori encomia, ſed inſtar omnium ſit contemplari, hæc Sacroſancta Chriſti Incarnationis, eiuſdemque paſſionis myſteria, ſic enim quidquid laude dignum geſſit, conferemus ad compendium.

Chryſoſt. 1. Cor. 13.

Amoris erga nos diuini firmum teſtimonium Chriſtus Incarnatus idemque paſſus. Cap. 2.

1 VEhebatur per orbem triumphans Imperator, vehitur per totum Chriſtianum orbẽ amor diuinus vnaq; cernitur ire cum Chriſti fide, & myſteriorum eius, audi Auguſtinum, Pſal. 118. in illa verba Pſalm. *In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs*: Viam teſtimoniorum Dei, nihil certius, nihil breuius, nihilque grãdius intelligimus eſſe, quam Chriſtum, in quo ſunt omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi; inde & iſte ait ſe iucundatum, vel delectatum in hac via, quaſi in omnibus diuitijs. Teſtimonia quippè Dei ſunt, quibus, quantum nos, diligat, nobis probare dignatur Rom. 5. *Commendat autem ſuam charitatem Deus in nobis, quia cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt*. Cum ergo ipſe dicat Ioan. 14. Ego ſum via; & humilitas eius carnalis natiuitatis, & paſſionis, euidentia ſint teſtimonia; diuinæ erga nos dilectionis, proculdubio, via teſtimoniorum Dei, Chriſtus eſt; per hæc quippè teſtimonia, quæ in illo videmus impleta, etiam futura erga nos, quæ ſempiterna, promiſſa ſunt, & expectamus, & ſperamus implenda qui enim proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum quomodo non, & cum illo omnia nobis donauit, hæc Auguſtinus. Ambulabat quippè Deus ab æterno hac ſacra amoris via; ſicut, & ſemper ambulat; nam actus voluntatis eſſentialis, & improductus toti Trinitati communis, & indiuiſus, amor eſt: terminus

Pſal. 118.

Rom. 5.

Ioan. 14.

Via teſtimoniorum Dei é Chriſtus paſſus, & incarnatus.

Auguſt.

Deſcribitur quomodo D us ab æterno ambulabat hac ſacra amoris via, ſicut & ſemper ambulat.

nus per voluntatem, vt eſt in Patre, & Filio, productus, ipſa ſcilicet perſona Spiritus ſancti, eſt amor, actio qua producitur, quam notionalem actum appellant Theologi, ſimiliter amor, proximum producendi pricipium, quo Spiritus ſanctus ſpiratur, ipſa ſcilicet virtus ſpiratiua in Patre, & Filio, nihil eſt aliud formaliter, niſi amor, ille loquendi modus, quem veluti verum, & proprium defendit communis Theologorum ſententia, *Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto*, ad eundem pertinet amorem; videturque mutuatus ex Patribus ex

Auguſt.

Auguſt. lib. 6. de Trinit. cap. 5. vocante Spiritum ſanctum vnitatem, charitatem, & ſanctitatem Patris, & Filij, & amorem, quo genitus à gignente diligitur, genitoremque ſuum diligit; ex Hieronymo, dicente, Spiritus ſanctus nec Pater eſt, nec Filius, ſed ipſa dilectio, quam habet Pater in Filio, & Filius in Patre,

Hieron. Pſal. 17.

Ex Bernardo ſerm. 8. in cantic. aſſerente Spiritum ſanctum procedere tanquam firmiſſimum, & indiſſolubile vinculum Trinitatis, quin, & oſculum Patris ad Filium, appellat idem, perſonam tertiam. Fateor hac ſacra amoris via ſemper itum eſſe in diuinis, & quiſnam eſt fidelis, qui inficietur, aut ambigat? non tamen illa eſt, quæ dicitur teſtimoniorum Dei, hoc eſt, quibus quantum nos Deus diligat, innoteſcat, quin potius totum oppoſitum ſi rationi ſtandum eſſet humanæ; poſſet indè quis coniectare amorem, ſcilicet increatū diuinū, & infinitū, regia illa, natura ſua incedentem via, per hæc auguſta, & lubrica viarum, liberè nunquam eſſe flectendum. Dicam apertius, quis vnquam potuiſſet credere amorem illum in ſe infinitum, habentem quo perfruatur bonum; ac ſemetipſo ſatis expletum, & perfectum, ad hæc ima tandem

Bernard.

rapi, ad ſuam veluti explendam, & ſatiandam cupiditatem, & quid boni expectandum erat figulo à figmento, luci à tenebris, infinito à finito, ſatietati à fame, Creatori à creatura, enti per eſſentiam ab eo, quod non eſt, & nihil iure optimo dicitur, & verè confitemur? Antiqua igitur via, qua vehebatur Deus, amoris proculdubio via erat; ſed non via teſtimoniorum eius, in quibus nos miſeri poſſemus delectari. Dicam ſatius, nec miſeriæ, nec delectationis capaces, quos ſinus nihili adhuc abſcondebat.

Via amoris qua ibat Deus ad intra non eſt via teſtimoniorū Dei, ſed qua cępit in tempore ire ad extra.

Creationis opus verè via teſtimoniorum Dei dici poteſt, nam omnia nutu, & imperio amoris diuini, ſunt peracta quod indicant illa verba Geneſis. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas* (ſeu vt Auguſtinus legit) *ſuper ferebatur ſuper aquas*, vt ſic ſignificaretur, Deū eſſe ſuperiorē rebus, quas condidit, nec vlla neceſſitate, nec rei alicuius indigentia, impulſum eſſe, ad fabricandum mundum, ſed ſua motū bonitate, & benignitate; qui enim ob indigentiam operatur, operibus ipſe ſuis ſubijcitur potius, quam ſuperfertur.

Creationis opus via teſtimoniorū Dei.

Geneſ. 1.

Auguſt.

Pulchrè ſignificatur Deum nulla indigentia eſſe impulſum ad fabricandū mundum.

Teſtimoniorum Dei ideſt amoris ſui erga nos, patens proculdubio eſt via, creationis opus; nam cum creaſſet hominem, vt præeſſet piſcibus maris, & volatilibus Cœli, & beſtijs, vniuerſęque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra, ergo homini Cœlum voluitur, impreſſaque ſtellarum habet lumina, ſol oritur, & occidit, ardet ignis, ſpirat aer, agitatur aqua, ſternitur quaſi ſolum terra, in obſequium hominis, creata cuncta. Firmum amoris Dei erga nos teſtimonium, creationis opus, ſed quid hæc omnia cum Redemptionis myſterio. Maximum quidem (inquit Euſebius homil. 6. de Paſcha) circa hominem diuini amoris inſigne eſt, quod inter ipſa mundi principia,

Euſebius.

ima-

imaginem, & ſimilitudinem Dei ſui, ſeruus accepit, ſed penè amplius eſt, quod nunc perſonam, & formam ſerui, Deus Anthor aſſumpſit, grandi quidem dignitate primo homini ſpiraculum vitæ de ſuo, pius formator infudit; ſed nunc penè maiori charitate pro eodem homine non iam ſua dedit, ſed ſeipſum impendit, & tradidit, magnum quidem mihi eſt de Deo, quod eſſe me ſentio opus ſuum, ſed multo plus eſt, quod tranſiſſe ipſum video in pretium meum, quandoquidem tàm copioſo munere ipſa redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur, inter hęc multum quidem eſt, quod abſtulit diaboli nequitia, ſed multò plus eſt, quod Dei reddidit miſericordia. Poſtremò magna quidem fuit indulgẽtia conditoris, aſſumptum de limo hominem, inter paradiſi amęna componere, ſed penè maior eſt gratia, de profundo inferi ad Cœlorum Regna ſuſtollere; ſuſcepit virtus excelſa humanitatem noſtram; vt tribueret diuinitatem ſuam, ac ſi immẽſa illa maieſtas de noſtro obtulit ſacrificium, de ſuo contulit præmium, hæc Euſebius.

Euidentius teſtimoniũ amoris Dei opus Redẽptionis quã creationis.

Euſebius.

Quòd ſi prouidentiam conſideremus, per quam creatis cunctis, ſanctiſſimè prouidet, ad eam præſertim, qua tàm amanter erga Iſraeliticam gentem olim ſe geſſit, maius proculdubio habemus, eiuſdem dilectionis teſtimonium (Miro contubernio) inquit Chryſologus, ſer. 69. in medio, Iſraeliticis Deus conuerſatus in caſtris; numeroſas gentes, nunc ferit lumine, nunc tangit grandine, nunc ſolo tubarum clangore proſternit, ac ſine conflictu ſine vulnere Deus ducat victrices acies; quas pręcedit, affuit deſiderijs, votis annuit ſingulorum; mox ad interrogata reſpondit, occulta prodidit, prædixit futura, quæſita patefecit, Regnũ contulit, donauit opes, temperauit pluuias, fœcundas præſtitit terras, coniugia ipſa Filiorum copia, & honore decorauit, ſed adhuc parum eſſe credidit, ſi affectum ſuum erga nos præſtando proſpera tantùm, & non etiam aduerſa ſuſtinendo, monſtraret, hæc Chryſologus.

Chryſolog. — *Mira Dei prouidẽtia erga nos.* — *Chryſol.*

2 Meritò igitur Scriptores ſacri, dũ de Chriſti cruce, & morte agunt, de amore quoque ipſius ibidem loquuntur, Paulus Galat. 2. *Dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis*, & idem Epheſ. 5. *Sicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemet ipſum tradidit pro ea*, Ioannes quoque Apoſtolus, & Euangeliſta Apoc. 1. *Dilexit nos, & lauit nos in ſanguine ſuo, &* Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*, quid enim amori debeamus diuino; hæc ſacra myſteria in primis teſtantur, in hac via teſtimoniorum Dei, potiſſimum delectemur, ſicut in omnibus diuitijs, ſic enim obuium ſe nobis dabit Chriſtus Dominus, in quo omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi, donum diuino amori æquale.

Galat. 2. — *Epheſ. 5.* — *Apoc. 1.* — *Ioan. 3.* — *Scriptores ſacri quando loquuntur de Chriſti morte loquũtur etiã de eius amore.*

Amor quietis, impatiens, & ſatietatis legum neſcius. Cap. 3.

1 IN quieta quies eſt amor, quamuis enim dicat Diogenes lib. 6. apud Laertium amorem eſſe otioſorum negotium, quod hic affectus potiſſimum occupet otio deditos, fit tamen, vt dum otio vacant, in rem incidant negotioſiſſimam, audi loquentem expertum apud Plautum in Ciſtellar. iactor, vincior, ſtimulor, verſor in amoris rota, miſer exanimor, feror, differor, diſtrahor diripior & alibi idem in milit. ſum ne ego miſer, qui nuſ-

Diogen. — *Amor inquieta quies.* — *Plautum.* — *Ibid.*

quam queo benequieſcere, ſi domi ſum, foris eſt animus, ſi in foris ſum, animus domi eſt, ſic ille licet. n. amor ſiuè cum Auguſtino ſentiamus, ſit ipſum animi pondus, quo fertur quocunque fertur, ſiuè cum communi ſententia Diui Thomæ, & aliorum, velle alicui bonum, eiuſdem ſit definitio, nihil in ſui natura includat, quod cruciet amantem; ſi tamen ſpectemus, quæ circumſtant ipſum, habet comites frequenter infenſiſſimos Amor, inquit Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 7. inhians habere quod amatur, cupiditas eſt, ac temerariam eſſe dominatricem animi cupiditatem teſtatur Cicero, lib. 1. de inuentione docẽtq; in dies mille experiẽtię, amor habens quod amatur, eoque fruens, lætitia eſt, fugiens quod ei aduerſatur, timor eſt, idque ſi acciderit, ſentiens, triſtitia eſt; & alibi amor efficit, vt timeamus non poſſe nos acquirere id quod deſideramur, amor efficit, vt ſperemus, nos poſſe obtinere id, quod deſideramus, ſi hoc accidit, voluptas ſequitur; Si contrarium, euenit dolor; itaque compertum eſt, eius aſſiduas pediſſequas, cruciatum eſſe, & dolorem, vt ſępè amorem cum dolore confundant; vel ipſæ ſacræ paginæ; ſcribens enim Daniel Seniorum Hiſtoriam, Suſannam perditè amãtium, ita inquit, cap. 13. *Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum*, & in ſacris Canticis, quibus verbis ſponſa palam facit amorem ſuum, niſi verbis dolorem præſeferentibus, & tormenta? nunc amore languidam ſe dicit, nunc vulneratam, nunc penè mortuam, nec dilectum ſuum liliorum, vel roſarum aſſimilat faſciculo, ſed myrrhæ amariſſimæ, Cant. 1. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur*, tantam enim habet amor cum cæteris durioribus animi noſtri paſſionibus cõiunctionem, vt nequeat explicari amor, niſi cupiditatem, timorem, Zelotipiam, triſtitiam, dolorem addideris. Dicam amplius ſi ſolitarium ſumamus amorem, nè dum tali ſtipatum agmine, confitebimur adhuc eſſe impatiẽtem quietis, Audi Bernardum Epiſt. 90. laboramus vterque quidem ad alterum ſcriptitando, alterius fatigantur, & nuntij, ad alterum ſcripta portando, ſed nunquid ſpiritus grauantur amando; ceſſent igitur, quæ abſque labore non poſſunt actitari, & illud frequentẽt, quòd quantò attentius ſatagitur, tanto minus conſtat laborari, quieſcant igitur à dictando ingenia, labia à confabulãdo, à ſcribendo digiti, à diſcurrendo nuntij, non autem quieſcant corda die, ac nocte meditari in lege Domini, quę charitas eſt, à quo negotio quanto quietiores ſumus, tãto minus quieſcimus, quantoque occupatiores ſumus, tanto nos inquietiores ſentimus ex illo; eſt enim amoris proprietas nunquam quieſcere. Hæc Bernardus.

Quid ſit amor. Auguſt. Thom. Auguſt. Cicero. Pediſſequæ amoris ſunt cruciatus, & dolor. Dan. c. 13. Cant. 1. Bernard.

Quòd ſi ad illum amorem noſtra conuertatur oratio, quem dicunt amicitiæ, en leges quas condit, & obſeruandas præcipit amantibus, Sapiens (inquit Seneca) Epiſt. 9. etiam ſi contentus eſt ſe, tamen habere amicum vult, ſi ob nihil aliud, vt exerceat amicitiam, nè tàm magna virtus iaciat, nõ ob hoc, quod Epicurus dicebat, vt habeat qui ſibi ęgro aſſideat, ſuccurrat in vincula conięcto, vel inopi, ſed vt habeat aliquem, cui ipſe ęgro aſſideat, quem ipſe circumuentum hoſtili cuſtodia liberet &c. In quid igitur amicum paro, vt habeam pro quo mori poſſim, vt habeam quem in exilium ſequar, cuius me morti opponam, & impendam &c. Iſta, quam tu deſcribis, negotiatio eſt, non amicitia, 2

Seneca. Amor amicitiæ duras leges proponit amãtibus obſeruandas.

Digitized by Google

quæ ad comodum accedit, quæ conſequutura ſit ſpectat, hæc ille.

Lepidè deſcribitur amor Dei erga nos.

3 Quod ſi illuc regrediatur noſter ſermo, vnde cœpit, ad amorem ſcilicet diuinum, eſt ſine cupiditate inhians, ſine anſietate ſolicitus, ſine imprudentia præceps, ſine iniuria violentus, ſine confuſione non ſeruans ordinem, ſine inuidia æmulator, ſine triſtitia, abſentia proſequēs, ſine inquiete nunquam quieſcens, ſine motu ſemper operans, ſine cauſa amans, & non temerè, tendēs in id, quod eſt dignum odio, & ſapienter, magno fertur impetu, & non impetuoſus, in legem non peccās, & nuſquam ex lege agens, opportunitatem obſeruans, & importunus; dignitatis neſcius, dignitate diues, diligens malum, vt reddat bonum, amans turpia, & ſemper caſtus, amplectens immunda, & nunquam læditur, ſemper ardens, & non conſumitur, conſumit alia, & viuificat, nullius indigens, & ſtat ad oſtium pulſans, alimenta oſtiatim quæritans, intra ſe ſemper habens infinitum, quo expleatur bonum, & tamen extra ſe indeſinenter ſibi mendicat bonum; quietis en ipſe eſt impatiens, & ſatietatis legum neſcius.

Amor impatiens, & ſatietatis legū neſcius.

Amor diuinus tum eſſentialis, tum notionalis, quid ſit.

4 Fateor quidem (nec eſt fidelis, qui inficiatum ibit) ſi omnibus relegatis metaphoris, amorem diuinū quantum fas eſt, volumus patefacere; diuinarum rerum more, quin, & ipſius Dei, de eo differendum, certaq; fide prædicandum eſſe ſimplicem, immobilem, immutabilem, ſicut eſt ipſe Deus, eius enim natura, ita ſe habet, & quicquid eſt à parte rei, vt amor in Deo ſit amor, & idem inuariatus omninò, iuſtitiæ ſit actus, & miſericordiæ, quin, quod omnem captum ſuperat, ipſius odij; voluntas mediorum, & finis; inefficax, & cui nemo poteſt reſiſtere efficaciſſime; in diuerſa tendens obiecta, & in eadem, pro temporum diuerſitate, & cōditionum; ſemper tamen vnus, & idem actus; & cum pro arbitratu ſuo liberè poſſit nolle, & velle, idem creatum obiectum (ò rem mirabilem ſilentio potius, & ſtupore celebrandam) immutabilis, & ipſiſſima natura diuina; vndè non poteſt non eſſe, ſicut nec ipſe Deus, varietatis, & mutabilitatis, ità omninò immunis, vt ſi de amore loquamur eſſentiali eſt ſucceſſionis neſcius, motus expers, nullius productionis terminus, nec circumſcriptus loco, nec limitatus, nulli aduenięns rei, non enim eſt accidens, ſed ſubſtantia, ipſa natura ſubſiſtens diuina.

Quod ſi de notionali incidit ſermo, de ineffabili, inquam nexu illo, æterni Patris, & Filij, producitur quidem; eſt tamen independens, habens principium, & non cauſam, à principio procedens, & non principiatus, productus à Patre, & Filio, nec tamen ſpirantibus poſterior; habens eādem numero per productionem cum illis naturam communem, & tamen alius, in ſimilitudinem naturæ viuens à viuente ſpiratore, procedens, nec tamen genitus, nec Filius, ſed ſpiratus, per ſpirationem paſſiuam ſuo ſpiratori oppoſitus, nec dicēdus eſt aliud, nexus voluntarius, non tamen liber à voluntate productus, non voluntatis imperio, ſed neceſſitate naturæ, non neceſſitate actus procedens, ſed fęcunditate ſpiratus, eiuſdem. Quid quid igitur eſt à parte rei amor diuinus, Deus eſt, & amor ſpiratus tertia perſona, producta, Deus de Deo, eiuſdem conſors indiuiduæ naturæ diuinæ; diuinarum ergo rerum more potius paucis (nam omninò, haud licet de tàm ineffabilibus myſterijs) ſatis ſit philoſophatum.

5 Verum ſi beneficentiam ſpectemus illius increati amoris actum, externum (cum eiuſdem charitatis

Paradoxa de beneficẽtiæ amoris diuini, qui eſt illius actus extremus.

ſit, amare, & dilectę rei (præſertim ſi amici neceſſitas vrgeat benefacere) in paradoxa incidemus, quæ cum diuina natura videtur pugnare; nec verebimur (loquemurq; cum pluribus iiſque doctiſſimis ſanctis Patribus) amorem illum ſemper trãquillum, ſemperque quietum, quietis vocare impatientem, ſatietatiſque legum neſcium. Quid tàm à Deo remotum, naturaque illa diuina, quàm ſolicitudo, quæ curam præſefert, & anſietatem, & cum cogitatione, ægritudinem maximam, qua mortalium animi, noctes, dieſque exeduntur, nec immeritò Dauid Propheta, & Petrus Apoſtolus quaſi ex condicto loquentes, vnus inquit

Pſal. 54. Pſal. 54. *Iacta ſuper Dominum curam tuam*, alter verò Epiſt. 1. cap. 5.

1. Petr. c. 5. *Omnem ſolicitudinem proÿcientes in eum, ſcilicet Deum. Quoniam ipſi eſt cura de vobis*, quaſi iactandæ ſolicitudines in Deum, vt ipſas reſecet, atque corrigat, quin, & iactus ipſe denotat, quod citò, & cum quadam execratione, & vehementi motu longè remouere illos oporteat, vt ſolet onere præſſus, & ſarcina, reue fętida attactus, aut quæ ipſum lędą; Et tamen ſolicitudinem hanc in amorem diuinum reuocauit Lucas

Luc. 12. Euangeliſta cap. 12. dicens, *Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, aut corpori veſtro quid induamini, ſcit enim Pater veſter cœleſtis, quia his omnibus indigetis*, in quæ

Chryſol. verba Petrus Chryſologus ſic inquit ſerm. 163. poſt principium, ſti-

Sollicitudo amoris diuini. pendijs ſuis militans, derogat miles Regi, ſuis ſumptibus viuens, Dominum ſeruus accuſat, pro ſe ſolicitus filius, culpat ſuperſtitem patrem, noli ergo homo experire Deum pro te, taliter cogitando, qui & iuſtitia regnantis, & dominantis ſtudio, & generantis affectu, in ſe totam tui recepit ſolicitudinem, refudit, & curã, dicendo: Nolite ſoliciti eſſe &c.)

Dicam apertiùs cum eodẽ Dauid, Pſal. 39. *Ego autem mendicus ſum, & pauper, Dominus ſolicitus eſt mei*, Pſal. 39.
ideſt quid conſilij capiam, non habeo, Dominus inopem conſilij, iuuabit, ipſe pro me cogitabit; & curã habebit, ipſe de me ſolicitus erit:
Sed quia ſolicitudinem iſtam Chryſoſtomus in eo potiſſimum ſpectat Chryſoſt.
quod ad ſalutem humani generis Pater miſerit Filium ſuum, in hoc myſterium tanquam in ſpeculum, amoris diuini faces, inſatiabilitatem, & vt ita dicam, inquietitudinem, anxietatemque inſpiciamus.

Ad idem probandum. Cap. 4.

1 Nunquam quieſcit amor niſi amato donet q eſt amori æquale.

NVnquam quieſcit amans quo ad vſque amato tale donet donum quod ſuo æquale ſit amori, Dei amor, Deus certò eſt, & conſequenter infinitus, quapropter cum Deus nihil præter ſe ipſum poſſet reperire, quod infinitum eſſet, & ſuo æquale amori, quodue elargiri poſſet homini, quem ſic diligebat, non quieuit, vt ita dicam, donec illi ſemetipſum donaret, infinitum donum, vt ex dono infinito infinitum arguere ei liceret amorem, quod argumentationis genus tanquam neceſſariò rem propoſitam demonſtrans, docuit Ioannes, cap. 3. cum Ioan. 3.
dixit, *ſic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*, at quia dilectio, qua nos proſequitur Deus æterna eſt, ſicut & ipſe Deus, iuxta illud Hiere. cap. 31. *In charitate perpetua dilexi te*, donum verò adueniente temporis plenitudine eſt da- Ierem. 31.
tum, nè vnquam ſuſpicaretur homo, quòd tanto non eſſet dignum amore, æterno ſtatutum eſt diuino decreto (iuxta ſatis piam, probabilemque Theologorum, & ſacrorum Patrum ſententiam) vt illum æterna

na dilectio, Deiq; electio, ad nos liberè terminaretur, per merita Chriſti, quod ſatis indicant illi ſacræ Ephes. 1. Scripturæ loquendi modi, Epheſ. 1. *Prædeſtinauit nos per Ieſum Chriſtum in ipſum, benedixit nos omni benedictione ſpiritali in cœleſtibus in Chriſto.* 2. Timot. 1. *Vocauit nos vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu antè tempora ſecularia* Ioan. c 17. Ioan. cap. 17. *Dilexiſti eos ſicut, & me dilexiſti*, hoc August. eſt, vt Auguſtinus notauit, lib. 2. contra Iouin. *Quia me dilexiſti*, & Hieron. ſenſit Hieronymus dicens, hom. 1. ad Epheſ. Ideo nos diligit, quia Filium Chrysoſt. dilexit Pater, & Chryſoſtomus, inquit, per quem nos benedixit, per eundem nos elegit; quibus ſatis indicatur diuino diſpoſitum fuiſse conſilio; vt ſacra Scriptura, vna cum amore erga nos, Dei ipſius inſinuaret donum, nè fortè eius infinitas aliquam perferret notam, ſi cum infinito dono non videretur habere connexionem, & quia eius amori, laudi maximæ putabatur fore, ſi non modo mitteretur Filius ſuus, ſed in carne paſſibili iuxta illud tàm ſæpè acclamatum diuinæ Charitatis encomium. *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis*, &c. permittere Satius patitur Deus discrimen eius ſanctitatis quam amoris. ſtatuit peccatum Adæ, tàm abhorrens à natura diuina; in eiuſdemque vergens offenſam grauiſſimam, ſatius iudicans, diſcrimen pati eius ſanctitatem, quam eius amorem, ſiniſtrumque aliquid ſuſpicari homines de cæteris attributis diuinis, quam de eius dilectione.

6 At his epulis expleri amoris fames nullo modo potuit, exhibitione operis paſcitur verus amor. Ventum eſt igitur initio temporis ad beneficentiam, amoris illius diuini actum externum, quando creatum eſt Cœlum, quando factus eſt homo, cum quo ab initio ſtatuit ſummam inire amicitiam; quãdo mundi machina fuit perfecta, omnia nutu, & imperio illius peracta, Geneſ. 1. qui ferebatur ſuper aquas ſpiritus, illius, inquam, (iuxtà communem Patrum ſententiam) qui amor eſt à Patre, Filioque procedẽs, Spiritus ſanctus; Sed tanti amoris exiguum pabulum creata cuncta, lautiùs exurire indicauit epulum, ſic amans Deus; quando Geneſ. 2. inſpirauit in faciem hominis ſpiraculum vitæ, in quæ verba Tertullianus de Reſurrectione carnis cap. 6. (Inſuper etiam videmus, quod dum veluti Pater ex præcordijs animam in faciem plaſmati hominis, inſpirat, iam tunc quodãmodò pollicebatur, ſe vitam, & animam expoſiturum pro ſecunda creatione, ac generatione filiorum, quo eorum ſemen longæuum videret, & ideò fortaſſe hominem de limo produxit, fragilemque naturam conceſſit, vt indè videretur quodãmodo obligari, ad ipſum reparandum, & reficiẽdum, ſi cecidiſſe, hæc ille. In hoc etiam ſenſu interpretatur Ambroſ. lib. 6. Exam. cap. vlt. illud Geneſis, cap. 2. *Requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat*. Sic enim ait (gratias ago Domino Deo noſtro, qui huiuſmodi opus fecit, in quo requieſceret, fecit Cęlum, & non lego, quòd requieuerit, fecit ſolem, lunam, & ſtellas, nec ibi lego, quod requieuerit, ſed lego, quod fecerit hominem, & tunc requieuit, habens cui peccata dimitteret, aut fortè tunc iam Dominicæ paſſionis præceſſit myſterium, quo reuelatum eſt, quia requieſceret Chriſtus in homine, qui requiẽ ſibi prædeſtinabat, in corpore pro hominis redemptione, ſic Ambroſ. cũq; nõ niſi tanti beneficij collatione ſatiãda eſſet amoris fames, ad requiem captandam, & oblectamentum, eiuſdem

Genes. 1.

Amoris diuini exiguũ pabulum, creata cuncta.

Genes. 2.

Tertull.

Examer. Ambroſ. Gene. 2.

Quare poſt creationem hominis dicitur quod Deus requieuit ab omni opere q̃ patrarat.

vmbra, & veluti pictura intenim paſcebatur, & ad maius dilati deſiderij ſolamen, nouas ſibi rei futuræ imagines paſſim proponendas ſtatuit, illamque inter cæteras eiuſdem prout erat gerenda, libro Geneſeos ad viuum expreſſam, hiſtoriam, inquam, Abraham cap. 22. Filium ſuum immolari iuſsi Sacroſanctæ paſſionis Chriſti Myſterium nō modo indicantis, ſed ita prout erat futurum oſtendentis, vt vix quis diiudicare poſſit inter vmbram, & veritatem.

Gen. c. 22.

Antiquam Deus perficeret opus redemptionis, delectabatur vmbra, & figura illius.

7 Obſeruemus ſingula, *Tolle Filiū tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnū montium, quem monſtrauero tibi*. En quot amoris ſtimula ad cōmouendum, & perturbandum confundendumq; animum, & affectum Abrahę, potētiſſima, quæue animum quemlibet mortalium, ab eo Dei mandato exequendo, vel omninò reuocaſſent, vel certè vehementer retardaſſent; Sed totidem, imò plura ſunt amoris erga nos Dei præconia, in hoc paſsionis Chriſti Myſterio.

Pōderatur hiſtoria Abrahām ſacrificantis filiū, & cōparatur cū Deo Patre offerēte ad mortē ſuū vnigenitū.

8 FILIVM TVVM, eſt enim arctiſſimum neceſſitudinis vinculū, & flagrantiſſimum amoris incendium inter Patrem, & Filium, quo fit, vt præoptent Patres mori ſe prorſus, quàm filios; & ſe filijs ſuperſtites eſſe, acerbiſſimè doleant, at filium morti obtulit Pater æternus Rom. 8. *Qui proprio filio ſuo non pepercit*.

Rom. 8.

9 VNIGENITVM, Iſmael enim, quia domo eiectus, & ab eius conſuetudine, victuque longè ablegatus, quaſi pro mortuo erat Abrahæ, adde, quod ſolus Iſaac natus fuerit ſecūdùm Dei promiſſionem, & vnicus filius reſpectu Saræ, quæ principalis erat Abrahæ vxor, & materfamilias; ſi ergo multos Abraham habuiſſet filios, leuior ei, ac tolerabilior vnius eorum fuiſſet amiſſio, at vnum habere ſolum, eoque orbari, atque vna cum eo ſuæ poſteritatis ſpe omni priuari, id ſanè paternum animū incredibiliter acerbare, & cruciare poterat: Sed vnigenitum pariter dedit nobis Pater 1. Ioan. 4. *In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum*.

1. Ioan. 4.

QVEM DILIGIS, erat ſanè Iſaac multis de cauſis diligēdus Abrahæ, quòd eſſet ingenio, & moribus optimis, & ſuauiſſimis, quòd Patris eſſet reuerentiſſimus, atque obſequentiſſimus, quod eum iam ſenex genuiſſet; At dilectus filius Patris dicitur Chriſtus, & talis per antonomaſiam, Matth. 18. hic eſt filius meus dilectus, eius ſecundùm naturam diuinam, viua, & perfecta imago, eiuſdem ſapientia genita, viuens à viuente, in eandem numero naturam generatus: Secundum verò naturam humanam ita obſequens Patris, vt quæ placita ſunt ipſi, fecerit ſemper; omnibus nominibus meritò dilectus, pro eo, quod nos legimus. *Quem diligis*, Hebraicè eſt, *Quem dilexiſti*, ideſt, quem perpetuò vſque adhuc dilexiſti, nullum enim in omni præterito tempore factum, dictumque fuerat Iſaac quod, vel minimum Abrahæ offenſionem afferre potuiſſet; & de filio teſtatur Pater, Matth. 18. *In quo mihi benè complacui*, & qui vnquam illi poterat eſſe offenſus, ſi erat impeccabilis? 10

Matth. 18.

Ioan. 8.

Matt. 18.

ISAAC, enimuero præcipuam quandam, & vehementem excitat amoris flagrātiam, audire proprium nomen eius, qui eximiè atque vnicè diligitur quo ardentior autem erga quempiā amor eſt, eo fit acerbior ex illius amiſſione dolor, quod pulchrè exagerat Origenes hom. 8. in- 11

Origen.

in Gen. vide inquit, tẽtationis pondus, charis, ac dulcibus appellationibus, iterum, ac ſæpè repetitis; paterni ſuſcitantur, inflammantur affectus, vt amoris euigilante memoria, ad immolandum, filium, paterna dextera retardetur, & aduerſus fidem animi, tota carnis militia repugnaret, accipe ergo, inquit, filium tuum chariſſimum. Eſto Domine, quod cõmemoras de filio patrem, addis chariſſimum, quem præcipis iugulari, ſufficiat hoc ad ſupplicium patris. Addis rurſum, & quem diligis, ſint, & in hoc, parenti triplicia ſupplicia, quid opus eſt, vt adhuc commemores Iſaac? nunquid neſciebat Abraham, quia filius ille chariſſimus, ille, quem diligebat, Iſaac vocaretur, ſed cur hoc additur in tempore, vt recordaretur Abraham, quia dixerat ei, quod in Iſaac vocabitur tibi ſemen, memorque tot, & tantarum promiſsionum, quæ ſub hoc nomine datę fuerant, vehemẽtior, & atrocior ei cõtingeret deſperationis tentatio Hęc Origenes; At non reticetur nomen filij in hoc ſacrificio diuini amoris, ad paternum animum vehementer commouendũ Act.4. *Conuenerunt enim verè in Ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti*, nomẽ dulciſsimum, quod eſt mel in lingua melos in aure, iubilum in corde; nomen ita reuerendum, vt in tali nomine omne genuflectatur cęleſtium, terreſtriũ, & infernorũ, nomẽ in quo erant benedicendæ omnes gentes iuxta illud Pauli Epheſ.1. *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto*, nomẽ omnium repromiſſionum baſis, & fundamentum, Luc.1. *Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*. Iſa.53. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum*.

Act.4. Philip.2. Epheſ.1. Luc.1. Iſai.53.

12 OFFERES, non dixit, Dabis, eum alijs immolandum, ſed tu ipſe duces eum ad immolandum, tu immolationis eius teſtis, & ſpectator eris, tu manibus tuis eum trucidabis, & cremabis: At de Patre æterno ſcriptum eſt, Rom 8. *Proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*, tradidit illum, Pater, tradidit, & Iudas, tradidit Pilatus, tradidit diabolus, tradiderunt Iudæi, omnes definito conſilio, & Dei præſcientia (vt cum Petro loquar) conſpirarunt, licet diuerſo fine, in necem filij.

Rom.8. Act.2.

13 IN HOLOCAVSTVM, en aliud, ſingulari quodam, atq; incredibili Abrahę animum dolore perurens; nã cætera quidem mortis violentæ genera, nõ omninò reſoluunt, & delent corpus hominis mortui nimirum ex ſuſpendio, & ſuffocatione, integrum manet corpus, decollationi, aut lacerationi membra; beſtiarum deuorationi, ſaltem oſſa ſuſpẽſunt, at ex holocauſto nihil prorſus præter paucam, vilemque cinerem reſtat, vt nullus eſſe videatur mortis æquè corporis humani, vt ſic loquar, annihilatiuum, atque eſt holocauſtum, ità igitur erat Iſaac patris manibus trucidandus, vt nè veſtigium quidem ad eius ſolatium, futurum eſſet ſuperſtes genus mortis ad paterna commouenda viſcera, potentiſſimum, & holocauſtum etiam fuit æterni Patris ſacrificium, ad ipſum venerandum, eiuſq; excellentiam, & ſupremã dominationem proteſtandã, inſtitutum, at non cremata fuit hoſtia; nam eiuſdem amoris manibus, quibus offerẽdum erat ſacrificium, erat etiam parandum tanquã perpetuus cibus viatorum, de quo canit Eccleſia. *A ſumente non conciſus, non confractus, non diuiſus, integer accipitur*; En imaginem eius, quod in fine temporũ faciendum ſibi propoſuit amor diuinus, ad

viuum

viuum expreſſam. Neuè quis dicat certari hic potius officijs, & pietate inter Deum, & hominem quàm ſignum dari, quod ad illa referatur ineffabilia, in hoc ſacro myſterio celebranda. Ne uè quis audeat, vel mente ſecum reuoluere, an dubio adhuc Marte pugnetur, an ſub iudice lis ſit, en quomodo vmbram fugat veritas, noctemq; lux eliminat; Abraham mortalē filium mox moriturum obtulit Deo; Deus verò immortalem Filium pro hominibus tradidit morti, Abraham reddidit potius quàm obtulit Deo, quod ſuum erat, repetenti. Deus quod noſtrū nullo modo erat, obtulit hominibus, nec petentibus; Abrahā, quia iubente Deo, voluit offerre filium, magnum eſt promeritus pręmium; Deus pro nobis re ipſa obtulit filiū, vt immeritos, dignos redderet æterno præmio, Abrahā, nulla facta iactura vnigeniti, lucrum ſibi, & Filio apportauit maximum; Deus in crucem, & mortem tradidit vnigenitum, vt eius liuore nos ſanaremur; *Nobis datus, nobis natus*, Abraham audiuit Angelum de Cęlo clamantem, & dicentem Geneſ. 22. *Nè extendas manum tuam ſuper puerum*. Et ſic omni liberatus eſt anguſtia; Deus miſit Filio conſolatorem Angelum, quando apparuit ei Angelus de Cœlo, vt inquit Lucas cap. 22. confortās eum, vt liber angore, quo opprimebatur in horto, viuus ſeruaretur in illum; cui ſuccubuit in cruce; Abraham arietem inter vepres hærētem cornibus, obtulit holocauſtum, pro filio, Deus ſpinea redimitum corona, Filium, obtulit holocauſtum pro ſeruo. *O mira eius circa nos pietatis dignatio, ò inextimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeret, filium traddidit*. Lætatus eſt Abraham, in illo ſacrificio pariter, & Iſaac gauiſus eſt Filius, ſic inquit Sanctus Zenon ſerm. 1. de Abraham. Lætatus eſt Pater, Filio quoque gaudente, & cum gaudio vnici pignoris alligat manus, quas ille vinciendas libentius offert.

Pluribus nominibus ſacrificium Chriſti antecellere illud Abrahæ lepidè demoſtratur.

Geneſ. 22. — *Luc. 22.* — *Zenon.*

At tunc, inquit idem, ſolus Deus doluit, quia aliam victimam procurauit, ſcilicet Filium ſuum; nō quod doloris neſcium, propriè dolentem prædicet (non enim id tantum latebat virum,) ſed quia in promptu habebat illius ſacrificij notam, quod quamuis maximo cum gaudio eſſet offerendum, iuxtà illud, Luc. 22. *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar*. Erat adhuc tanto filij dolore comparandum, & perficiendum, vt illum, è diuino excuſſiſſet pectore, ſi fuiſſet capax. Abraham alligatum Filium poſuit in Altari ſuper ſtruem lignorum ratio autem ligandi Iſaac non fuit timor, nè ille fugeret, aut nè reſiliret ab Altari, ſicut facit Aries, aut vitulus cū mactatur, niſi ſit ligatus, non enim erat inuitus, imò Patri in omnibus aſſentiens, ſed nè in voluntarij (vtpotè naturales) mēbrorum motus, in iugulationis actu, ſurgentes, ordinatum, compoſitumque ſitum victimæ, diſturbarent, in nonnullam indecentiam diuini ſacrificij; At Filium Dei vinxit amor, & tamen vinctas manus, in obſequium amoris ſemper habebat expeditas, ligauit Ieſum in horto militum cohors, iuxtà illud Iudę monitum. Io. 18. *Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite cautè*, & tamen expeditas habuit manus ad ſanādum Malchi auriculam abſciſſam, ne ſciſſuram pateretur eius charitas; manus confixas clauis ferreis, habuit in cruce, ità tamen ad donandum promptas, vt morienti latroni paradiſum, & immortalitatem confeſtim donauerit. *Hodiè mecum eris in Paradiſo*. Clauis pariter erant confixi eius pedes; & adhuc redditus in Cœlum, fuit illi expe-

Iſaac gaudēs ſe offerebat ſacrificio.

Luc. 22.

Cur Abraham ſacrificaturus filium illum ligauit.

Ioan. 18. — *Marc. 14.* — *Luc. 23.*

expeditiſſimus, ſubſequentemque latronem præiuit ad regnum.

14 Sileat omnis amor, cuncta ſileant ſacrificia, quæ olim celebrauit antiquitas, ſi cum hoc amore, cum hoc comparentur ſacrificio; paruæ quædam erant notæ, tantæ rei in fine temporum adimplendæ, indicantes qualitatem; Et quæcunque ſcripta ſunt, non ſolum de Abraham, immolante filio; ſed de Abele occiſo, cuius ſanguis ad Deum clamabat de terra: de Noè nimia ebrietate nudato, qui mundum ſaluum fecit in arca: de Iacob luctante cum Angelo, qui hędinis pellibus colli nuda protexit: de Ioſeph Patriarcha, per inuidiam à fratribus ſuis, Iſmaelitis vendito: de Iona exiſtente triduum in vẽtre ceti, vndè illæſus exiuit: de Sampſone occidente leonẽ, in cuius ore fauum reperit mellis: de Gedeone qui tenui quidem exercitu, de innumeris Madianitis reportauit victoriam: de Dauide, qui lapidibus quinque, & baculo tantùm inſtructus, vaſtiſſimum deiecit, & trucidauit Gigãtem: de Agno Paſquali, cuius ſanguine Hebræorũ poſtes tingebantur: de ſerpente Aeneo, poſito pro ſigno, quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur; & alijs innumeris, quæ patent legenti vetus teſtamentum, erant veluti fauum mel includens redemptionis noſtræ, condimenta varia, ad idem condiẽdum obſonium, quod adueniente plenitudine temporis, ad amoris diuini famem explẽdam, erat apponẽdum; Tot imagines in atrijs noui teſtamenti ſuſpẽſæ, ideſt in veteri, quarum multitudine poſſemus nos tanti myſterij nobilitatem, excellentiamque metiri, & amor diuinus rem tanti ponderis quã ab æterno cogitauit, veluti in tot ſpeculis inſpicere, & interim vſque ad eius conſumationis præfinitum tempus, delectari.

Figuræ quæ præceſſerũt myſterium redemptionis.

15 Aduenit tandem plenitudo temporis, quando Dei vnigenitum Filiũ mundus accepit, donum infinitum, infinito eius amori æquale, an eius fames expleta, an deſideriorum finis, rei tamdiù deſideratæ præſentia? Adhuc quietis impatiens, & ſatietatis legũ neſcius diuinus amor, parum valere iudicauit ad eius infinitatẽ cõmendãdam, ſi daret Deus infinitum donũ, quod & dando ipſe non amitteret, & potius ſic daret ad imperandum, quam ad patiendum; ſuccumbit adhuc amor diuinus fortaſsè aliquis diceret amori humano, cuius illa lex eſt, vt amicum quis paret, vt habeat pro quo mori poſſit, quem in exilium ſequatur, pro quo morti ſe opponat, & impendat; ſuccumberet exemplis, eſſet qui primas auderet cõcedere in hoc dilectionis certamine amori Abrahæ erga Deum, qui Filium vnigenitum pro ipſo obtulit in holocauſtum, cum vice verſa Deus dedit Filium ſuum, vt eius læti pareremus Imperio; At ità eueniret ex vi vnionis hypoſtaticæ humanæ naturæ cum Verbo æterno, vt factum eſt in Incarnationis myſterio; nam cum ſpectato executionis ordine, Anima Chriſti prius vnita ſit verbo, quàm corpori, fueritque ab inſtanti creationis beata, vt communi conſenſu affirmant Patres, & Scholaſtici Doctores, conſequens erat, vt corpus etiam redderetur Beatum, ac omnis paſſionis expers, non ſolũ ex vi vnionis hypoſtaticæ cum eodem Verbo, ſed ex coniunctione ipſius cum Anima, cui etiam ex hoc capite debita erat gloria, omniſque pœnæ immunitas, vt docent cum Auguſtino epiſt. 56. omnes Theologi; At non tulit hoc vinci neſcius amor diuinus; hanc abrogauit legẽ, factoque miraculo, inquit Auguſtinus, lib. de Baptiſm. neceſſitatem Chriſtus habuit moriendi; nàm tàm admi-

Seneca. epiſt 9.

Leges duras quas impoſuit diuinus amor Verbo incarnato.

Auguſt.

Auguſt.

Chriſtus facto miraculo neceſſitatẽ habuit moriendi.

admirabilis vnionis conſonum erat naturæ, vt corpus animæ vnitum beatæ, eiuſdem redderetur, conſors impaſſibilitatis, & gloriæ; quod autem, ea non obſtante, remaneret paſſibile, vires præſtiterunt amoris; inter eius miracula ſcribe, factoque miraculo, neceſſitatem habuit Chriſtus moriendi, cumque antecedentia fuerint ſummæ dilectionis ſigna, fatendũ eſt, & id quod ſequitur, nullã aliam habere neceſſitatem, niſi (vt aiunt) conſequentiæ, mortemque, crucem, pœnas, & tormenta voluntariè eſſe ſubeunda; opus miraculoſum amoris diuini; qui ſic Filium Dei vnigenitum dedit ad illudendum flagellandum, & crucifigendum, vt omne ſuperaret nõ modo exemplum, ſed vniuerſam creatæ mentis intelligentiam, hoc indicant verba illa Pauli epiſt. ad Hebr. cap. 10. imò, & Prophetæ in Pſalmis. *Idcò ingrediens mundum dicit, hoſtiam, & oblationem noluiſti.* Pſal. 39. *Corpus autem aptaſti mihi*, teſtans his verbis Filius Dei Patri ſuo, non placere ſacrificia, quæ in lege fiebant, ideſt non habere ex ſe, vnde illi placerent, ideoque ſe miſſum eſſe, vt ſe ipſum Patri offerret, eumque humano generi placaret, & in hunc finem Verbo diuino aptatum eſſe corpus, non ob illam tantum rationem, quia corporatum miſit Filium, noſtra indutum carne; ſed quia corpus illud ex vi vnionis hypoſtaticæ, & coniunctionis cum Anima beata, formatũ ad gloriam, ad immortalitatem, ità aptatum eſt amoris diuini manibus, vt aptum, & conueniens fieret muneri ad quod aſſumebatur; illuſionibus, flagellis, cruci; Facto miraculo, neceſſitatem habuit moriendi.

Hebr. 10.

Pſal. 39.

16 Cõtemplare quàm impetuoſum ſit amoris diuini imperium; primũ miraculum, eo iubẽte, à Chriſto patratum, illud fuit, vt redderetur paſſibilis; Aſſumpta Anima, eaq; pluribus nominibus beata (vt ſatis explicatum eſt ſupra) primum opus, quod edidit Chriſtus ſupernaturalẽ, fuit impedire, nè in corpus illi coniunctum, gloria redundaret aptumq; ſic fieret redemptionis myſterio, quod crucis patibulo, erat conſummandum. O amorem præcipitem, & violentum, cogit Chriſtum adhuc in Matris vtero exiſtentem, vt cogitet de ſepulcro, & nõ dum fruentem luce, de ammittenda luce, & non dũ natum, vt ſtruat ſibi feretrum. At facem dicet aliquis in vitro incluſam, quis poteſt impedire nè vitrum illuminet? ferrum in ardenti exiſtens fornace qui poteſt non igneſcere: lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, an perenniter non irrigabitur? lumen indeficiens eſt Deus, illud veluti includẽs vitrum, eſt Corpus Chriſti, in quo habitat, dicente Apoſtolo, Coloſſ. 1. Omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, num tenebræ illum compræhendent? Ignis conſumens eſt idem; ferrum huic ad motum igni eſt Chriſti caro, inquit Origenes, an ardere vnquàm deſinet? Fons perennis eſt verbum Patris, quoniam apud te eſt fons vitæ, inquit Dauid, Pſal. 39. Lignum plantatum ſecus decurſus harum aquarum, eſt natura humana illi vnita ſicut docet Gregorius, homil. 2. in Ezech. & 19. moral. cap. 15. vel 27. ergo ariditatis neſcia ſemper vireſcet. Dicam apertius, vnitũ fuit Corpus Chriſti in hoc ineffabili Incarnationis myſterio Verbo, quod eſt ipſa beatitudo per eſſentiam, vnitum fuit Animæ item beatæ, ergo nullius ſuppetere videbãtur vires, nè dotes ſpiritus in vas transfunderẽtur corporis, redderetur que ex duplici illa vnione clarum, ſubtile, agile, impaſſibile, immortale, idque validiori iure, quàm illud debitum ſit in æterna

Primũ miraculũ a Chriſto patratũ iubẽte eius amore fuit vt redderetur paſſibilis.

Rationes redduntur quibus probatur corpus Chriſti debere eſſe impaſſibile.

Ioan. 1.

Coloſſ. 1.

Origen.

Pſal. 39.

Greg. Papa

na beatitudine cæteris Beatorum corporibus: fateor prouinciam hanc eſſe duram imò impoſſibilem, aliorum omnium viribus, non tamen amoris diuini, cuius facultas nullis naturæ clauditur finibus, ſed omnis natura etiam ſupra naturam, læta eius paret imperio, lætus paret, & Chriſtus, in cuius caput hæc omnia machinatur amor. Factoque miraculo habuit neceſſitatem moriendi.

17 Obtulit igitur illi amor humanitatem, in qua inhabitaret, corpuſque eius ita aptatum, vt eam ad plenum poſſidens verbum Dei, in illa præſtaret, quod eſt omninò nouum; nam quilibet ſua poſſeſſione viuit, ac diteſcit, at iſta, poſſeſſor ęgenus fit, & moritur, vt tandem hęc poſſeſſio, in æternum viueret ſuo poſſeſſore (venerat in hunc mundum inquit Leo Papa, ſerm. 3. de paſſione diues, & miſericors, negotiator Cœli, & commutatione mirabili in erat commercium ſalutare, noſtra accipiens, & ſua tribuens pro contumelijs honorem, pro doloribus ſalutem, pro morte dans vitam, & cui ad exterminationem perſequẽtium poterant pluſquam duodecim millia Angelorum ſeruire legionũ, malebat, noſtram recipere formidinem, quam ſuam exercere poteſtatem, & Theodoretus in illa verba Cant. cap. 8. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum*, ita ſcribit humanitas verbi Dei hilaris, & ſplendida, & glorioſa, immortaliſque, & à corruptione libera, ab in habitante diuina natura facta eſt, cum tamen ipſi poſſeſſio hæc tali conditione fuerit tradita, vt non alios poſſeſſori fructus ferret, niſi trepidationem, formidinem, triſtitiam, angorem, mortem. Amoris diuini iſta negotiatio eſt, eiuſdem inuentum, contractum ſatis claudicantem dicerem, ſed non audeo; cum ſic Chriſto ad Redemptionis opus iter ſit expeditiſſimum.

Leo Papa.

Verbũ incarnatum mirabilis cœli negotiator.

Cant. 8.

Quos fructus tulit in verbo ſua humanitas in qua inhabitauit.

Superatis igitur impedimentis, quibus ad mortem impotens reddebatur ſuimet amoris induſtria, & diligentia, præceptum moriendi accepit, & tam diræ mortis, qualem nullus vnquam ſuſtinuit mortalium; ſicque exhauriuit mandata, vt adhuc in matris incluſus vtero; imò in primo Incarnationis inſtanti; huic diuino obtemperauerit præcepto, ita notant Patres in illud Pauli ſimul, & Dauid, *Holocauſta, & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi, ecce venio*, vt aſſerant verba eſſe Chriſti antequam ſciret vocare patrem, & matrem ſuam, ita ad patrem mentis conceptibus loquentis; cum ſcilicet Incarnatus cognouerim holocauſta bonum, hircoſque pro peccato tibi non placere, tunc dixi, ecce venio, vt ſcilicet pro priſcis hircis, bobus, & agnis, quæ te placare nõ poterant, corpus meum ſanguinem, & vitam tibi in ſacrificium pro peccatis, & redemptionẽ hominũ offerã, addit, & Rupertus in illa verba Apoſtoli. ad Hebr. 12. *Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta*, Patrem æternum Chriſto in primo ſuæ Incarnationis inſtanti, propoſuiſſe optionem gaudij, & crucis, ita vt ſi vellet Chriſtus, poſſet gaudẽs, dilitians, & triumphans, ſalutem afferre mundo, Chriſtum verò ita ſibi imperitante amore ſuo, prægaudio hoc ſibi propoſito, amplexum eſſe crucem; per eam potius volens ex iuſtitia ſatisfacere Deo Patri, quàm gratis habere tum gloriam nominis, & corporis ſui, tũm ſalutem noſtram; mandatumque quod accepit tam diligenter ſtudioſèque peregit, vt ſemper aſpiraret ad crucem, ſuſpiraret crucem, nec aliud ſolatium animi haberet ſui, quam loqui de cruce, ſic exponunt Cyrillus, Chry- 18

Hebr. 7.

Pſal. 39.

Chriſtus adhuc in matris vtero obtẽperauit diuino mãdato de morte ſerenda.

Hebr. 12.

Cyrill.

Chryſoſt.

Pſal.20.

Chryſoſtomus, incognitus, & alij illa verba Dauid, Pſalm.20. *Deſiderium animæ eius tribuiſti ei, & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum*, de vehementi deſiderio, & affectu, qui erat in Chriſto, moriendi pro nobis, eumque dixit Dauid, In labijs eſſe ipſius, qui vt erat nimius, cogebat Chriſtum ad perpetuò loquendum de cruce, imò & ſomniabat crucem, ſic exponit Anſelmus verba illa Pſal.31. *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino tabernaculum Deo Iacob*, aſſerens quod dormiens, & ſomnum capiens, cogitabat quomodo inueniret per crucis myſterium, in qua reconciliandi erant Deo Patri hominum animi; locum, & tabernaculum Deo in terra, vt deuicto tenebrarum Principe, in totum orbem dominaretur Deus; idipſum indicat, & Hylarius, pabulũ animi quaſi aſſiduum cõſideratio erat, contemplatioque paſſionis (&, vt cũ contemplatoribus loquar) inter amęna Gethſemani loca, lugubrem Caluarij oculis perlegebat hiſtoriam, in collibus illis viridiſſimis, montem videbat ei conſtitutum ad ſupplicium, obuiæque arbores eam ſibi præfigurabant, de qua canit Eccleſia. *Flecte ramos arbor alta, tenſa laſſa viſcera*, &c. aquæ torrentis cedron illum lacrymarum profluuiũ, quando fleuit mater, fleuerunt Mariæ, Angeli pacis amarè flerunt, quin, & Angelorum Dominus quãdo cum lacrymis, & clamore valido emiſit ſpiritum; noctis horror, tenebras (cęlante lucem ſole) factas ſuper vniuerſam terram; Petrus, & alij dormientes diſcipuli, quid illi præmonſtrabant, niſi torpeſcens, in ſalutis negotio genus humanum ita pro nobis excubante, & vigilante Chriſto, confortans Angelus cęlitus miſſus, magnam illam filij quærimoniam derelicti à Patre, Matth. 27. *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me*, ſudor ſanguineus, abutentem mũdum, ſalutis remedio, quodque Ezech.24. multo labore ſudatum eſt, & non exiuit nimia rubigo eius. Perluſtrabat animo inter loca illa iucunda, & voluptuoſa, crucis improperium, Caluarijque dira tormenta, ita illi in delitijs fuit, Redemptionis Myſterium, pœnis tàm atrocibus conſummandum: Quid plura? Paradiſi gaudia, innatam ſuam gloriam; paſſionis memoria condiebat, nec bona tàm ineffabilia illi videbãtur iucundè ſapere (quorum experimentum habuerunt diſcipuli) niſi hilaritatẽ Thabor Caluarij triſtitia condiret, loquens inter tot ſuæ fęlicitatis præconia (illius, inquam, qualis decebat vnigenitum filium, Dei) exceſſum, quem completurus erat in Ieruſalem.

Chriſtus ſẽper loquebatur de cruce, ſomniabat crucem.

Iſai.31.

Chriſtus inter amœna Gethſemani loca lugubrem legebat Caluarij hiſtoriam.

Matth.27.

Ezech.24.

Chriſtus paradiſi gaudia condiebat, Caluarij triſtitia.

19 Verùm ſi hæc omnia dirigebantur ad perficiendum noſtræ ſalutis opus. Quid tot tormentorum apparatus? quid tanta profuſio ſanguinis? quid crucis tàm infame ſupplicium? Vel vna ſanguinis gutta, ob infinitę dignitatem perſonę, pretium eſt, noſtrum infinitè ſuperans debitum, & reconciliando Deo Patri, genus humanum, pluſquam ſufficientiſſimum: At quòd in ſoluendo debito eſt nimium, in explenda amoris fame exiguũ. Teſtatur Ioannes, qui immenſæ illius charitatis perueſtigauit abſcondita, quando ſupra pectus Domini in cœna recubuit. Hic paſſionis Chriſti narraturus hiſtoriam, in ipſo eius exordio, nimij illius amoris, haud temerè, facit mentionem cap.13. *Cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos*, ſatis ſic admonens lectorem; ſe relaturum Chriſti pęnas; licet (cum agitur de ſoluendo debito) exuberantes, accomodas tamen amori, qui cum eſſet nimius, inſuetas præſcripſit pro re-

Quod nimiũ erat in ſoluẽdo debito in explẽda amoris fame Chriſto erat exiguum.

cap.13.

ſe amatâ dari pœnas, dulcem Ty-rannum appellat amorem Gregorius Nazianzenus, his verbis orat.

Greg Naz.

Amor dulcis tirânus.

28. Amorem dulcem tyrannum agnoſcere cœpi, ſi quæris tyrannum, qui Chriſtum cruciauit, hic eſt, hic tyrannus Chriſtum vinxit, hic clauis affixit, hic ſpineam diuino capiti coronam impoſuit, hic cruci ſuffixit, nec potuiſſet Pilatus ſententiam ferre, nec Iudæi, vel milites exequi, ſi dulcis hic tyrannus ſententiam prius non tuliſſet, illamque exequutioni mādaſſet: hęc ille. nullum vinculum, ait Laurentius Iuſtinianus, lib. de ligno vitæ cap. 6. Filium Dei ad columnam tenere potuiſſet, ſi charitatis vinculum defuiſſet, nullum ferrum eum in Cruce tenuiſſet, niſi charitas adfuiſſet, &c. O charitas magnum eſt vinculum tuum quo Deus ligari potuit ſic Laurentius.

Laur. Iuſti.

20 Quòd ſi itâ ſe res habet, cum Chriſto actū eſt optimè, poſſet quis dicere, vel non tam dira ei decreta ſunt ſupplicia, vtpotè amici manibus illata, ob idque ſuauia, hæc eſt illa ratio cur Elias, 3. *Reg.* 19. qui mortem ſibi comminatam à Iezabele declinās, fugerat, à manu Domini poſtulauit inſtanter, dicens, *Sufficit mihi Domine tolle animam meam*, ea namque mors quæ iuſſu Iezabelis nōn poterat non eſſe acerbiſſima, & penè præ ſæuitia, & odio intolerabilis, è manu Domini pro loco, & tempore congruo, habebatur ſuauiſſima, quod Dauidis exemplo illuſtratur appoſitè, qui eam mortem, quam timebat à Saule, à Ionatha amico inferri enixè precabatur, dicens, 1. Reg. 20. *Si eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me*, me ſcilicet traddendo in illius manus, vt me occidat, in quæ verba Abulenſis quæſt. 15. in fin. ſic ſcribit dixit Dauid, quod Ionathas eum occideret, quia ſi moriendum foret, eligibilius erat, Dauid, mori manibus Ionathæ, à quo nimis diligebatur, quàm mori manibus Saul, qui eum nimis exoſum habebat, iſta enim omnium hominum conditio eſt, quod prę eligant amicorum manibus mori, quam hoſtium, confirmat idipſum Seneca tragedia, cui nomē Hyppolitus, tragedia 4. Cum enim ibi Hyppolitus phædram ſimulaſſet velle occidere, ipſa dixit, *hoc eſt quod nimis opto, amantis mori manibus*, vbi enim amor adeſt, condimentum omnium malorum nobis adeſt promptiſſimè; videmus id ipſum adumbratum eo throno, quē Salomon fecit, de quo ſcriptum eſt, 3. Reg. 10. *Fecit Rex Salomon de Ebore thronum magnum, & dua manus hinc, & inde tenentes ſedile, & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas*, vbi Rabanus, per Thronum, Dei intelligit Eccleſiam; per manus autem tenentes ſedile, auxilia diuinæ gratiæ, Deique protectionem, ſuos patrocinantis, & in tempore ſubuenientis opportuno. Solium Salomonis (inquit ille) Eccleſia eſſe intelligitur, in qua pacificus noſter regnans, iudicia ſua facere dignoſcitur, benè de ebore factum eſſe memoratur, quoniam elephas, cuius hæc oſſa ſunt, inter quadrupedia, ſenſu plurimum valet; manus tenentes ſedile, ſignificant ſolatia diuinæ gratiæ, quæ Eccleſiam ad cæleſte Regnum prouehunt; quando igitur ſæui, dirique leones in iuſtos inſurgunt, vt diſcerpant, lacerent, & affligant, adſunt profectò manus Dei conſolantis, & remouentis ictus, vel curantis vulnera, quantumcumque proinde ſtent aduerſarij leones; duæ itidem manus adſunt, quæ illorum ora claudant, dentes retundant, vngues recondant.

Amici manibus illata ſupplicia ſunt ſuauia.

3. Reg. 19.

1. Reg. 20.

Abulenſ.

Seneca.

3. Reg. 10.

Auxilia diuinægratiæ cœleſtiſq; protectionis, inter mūdi aduerſa, & dira ſupplicia.

Inductionibus mille poſſet id fieri perſpicuum, ſed inter multas hæ 21

paucæ ſufficiant ex ſacra Scriptu-
Daniel. ra depromptæ: crudelis itaque
leo aderat ignis, deuoraturus fide-
les pueros, ſed vide Dei manus
flammas conuoluentis, & ligantis,
Chryſoſt. quod benè proſequitur Chryſoſto-
mus, homil.4. ad Popul. Antioch.
ad medium dicens murus ipſis fa-
ctus eſt ignis; & veſtis, flamma, &
fons fornax, ligatos capiens, ſolutos
reddidit, mortalia ſuſcepit corpora,
& tanquam immortalibus abſtinuit,
non agnouit naturam, ſed pietati
reuerentiam exhibuit; vinxit pedes
tyrannus; & ignis vim, pedes vinxe-
runt; O rem admirabilem, vinctos
ſoluit flamma, & ipſa de reliquo à
vinctis vincta. Neſcio quomodo
dicam, miraculum, omnem verbo-
rum narrationem tranſcendit, ete-
nim vis erat extincta, & non erat ex-
tincta, compedes igitur diſrupit, &
talos non tetigit, vinxit tyrannus, &
flamma reſoluit, vt & barbari cru-
delitatem diſcas, & elementi obe-
dientiam; qua verò cauſa in ignem
miſſurus eos ligauit? vt miraculum
fieret maius, ne putares eſſe oculo-
rum errorem, ea, quæ videbantur;
niſi enim ignis ille fuiſſet, vincula
Chryſoſt. non abſumpſiſſet. Hæc Chryſoſto-
mus. Ecce quomodo manus Dei in-
cenſo igni occurrit, vt potius blan-
diretur, & deſeruiret pueris, quam
in eos ſæuiret, quaſi immanis leo.
Sed conſpiciamus experimentum
aliud in ipſiſmet non per metahpo-
ram leonibus, Dei manibus man-
Daniel.c.6. ſuetis, & ligatis, Daniel miſſus eſt in
lacum leonum cap.6. Darium Re-
gem ipſum, iam penè extinctum, &
deuoratum extimantem ſic eſt allo-
quutus, *Rex in æternum viue, Deus
meus miſit Angelum ſuum, & concluſit
ora leonum, & non nocuerunt mihi*, vbi
Auguſt. Auguſtinus ait lib.2. de mirab. ſac.
ſcript.cap.32. In hoc tàm inſigni fa-
cto, non natura in leonibus muta-
tur, ſed inſita à conditionis initio,
ſua parte per Angelum à Deo gu-
bernatur; blandit ẽ enim, & lenita-
tem, quas catulis ſuis leones oſten-
dunt, in Danielem exercebant, ſæ-
uitiam verò, & feritatem, quam in
prædam faciunt, in deuoratis pec-
catoribus reuelant ſic illi. Similia
ſunt, quæ habet Theodoretus, pon- Theodor.
derans, quòd cum leones Danie-
lem minimè tetigiſſent, cum tamen
in lacum fuiſſent miſſi, qui Danie-
lem accuſarunt, ipſi & filij, & vxo-
res eorum non peruenerunt vſque
ad pauimentum laci, donec accipe-
rent eos leones, & omnia oſſa eo-
rum comminuerent, ait igitur hoc
iuſtitiæ diuinæ opus eſt, & ſapientię,
nè diceretur propter ſatietatẽ leo-
num à Daniele abſtinuiſſe, & inui-
dia extenuarent factum miraculum,
iniecti eo, teſtimonium perhibuerũt
leonum crudelitati, quod igitur di-
gnas pęnas perſoluerint, iuſtitiam
Dei commendant, quod autem ita
facillimè conſumpti fuerint à fæ-
ris, ſapientiam indicant ſic Theo-
doretus.

Vt igitur eodem vndè digreſsi 22
ſumus, noſtra reuertatur oratio, cum
Chriſto actum eſt optimè, cui cum
moriendum eſſet, & tàm diris ſup- Amor Chriſti illi erat inimicus blandiens amicus inſidians.
plicijs, in lucro deputare debebat
mortem, ſi manibus inferretur ami-
ciſi illius, inquam, quem nocte die-
que geſtabat in pectore, amoris ſui?
At inimicus erat blandiens, amicus
ſemper inſidians, qui rem omnem
ita direxit, vt inimicorum tradde-
retur Chriſtus voluntati; en veridi-
cum teſtem Lucam Euangeliſtam, Luc.23.
qui de Pilato loquens, inquit, c.23.
Ieſum verò tradidit voluntati eorum,
vt Iudæorum, Phariſæorum, ipſius
dęmonis experiretur rabiem, ani-
morumque acerbitatem, non blan-
dimenta amoris. Dulcem tyran-
num cum Gregorio Nazianzeno
loquẽs nuncupaui hucuſque Chri-
ſti amorem, at ſi præclara eius ſpe-
cto

ſto facinora, appellabo poſthac crudelem, guſtu dulcem, dantem tandem amara, qui ita ſe cum Chriſto geſſit, vt eius detrimenta noſceret, emoluméta neſciret; nam mortem, & pęnas intulit ad eius nimietatem appoſitos, non tamen illos, quales auidè è manibus expectantur amici, nam Ieſum tradidit inimicorum voluntati, earum exequutionem Iudæorum relinquens arbitrio, vt ſic tormenta, & dolores acciperet, non tamen caperet voluptatem.

23 At, inquies omnibus his ſupplicijs, quantumuis diris aderat ſemper amor, en igitur manus Domini inter ſæuos, diroſq; leones, Dei ſolatium, remouentis ictus, curantis vulnera, malorum omnium condimenti. Sed ſatietatis legum neſcius amor, exagerandis, non extenuãdis aderat pœnis. Machinationem inſtruit, vt quantumuis creſcat, nõ tamen recuſetur paſſionis onus. Vide amoris nouum inuentum; etenim quoniam pœnæ, quæ non grauatè, ſed æquo accipiuntur animo, minus ſentiuntur; excitauit in Chriſto, qui vtraque (vt dicunt) manu acceperat pœnas, patris obſequens beneplacito, illis reluctantẽ voluntatem, dum ſenſitiuæ partis, quæ in eo erat noſtratis, cauſam agens, orans in horto, ſic alloquitur Patrẽ, Matt. 26. *Pater mi ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Eo, inquam, conſilio, vt pœnas magis ſentiret, eoque deuentum eſt (tàm grauis erat animi triſtitia) vt dicat Lucas Euangeliſta cap. 22. *Factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut gutta ſanguinis decurrentis in terram.* In quæ verba Ambroſius. Minus contulerat mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum, ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit ꝙ doleret, & ſequeſtrata delectatione diuinitatis æternæ, tedio meæ infirmitatis afficitur; hæc ille. Non quod Chriſti corpus momento aliquo ſit à diuinitate ſeparatum, atque derelictum, vt quidam Hylario tribuunt, & Ambroſio in Lucam, exponẽtibus verba illa Chriſti Matth. 27. *Deus Deus meus vt quid dereliquiſti me?* hoc enim errorem continet intolerabilẽ; neque etiam, quod in portione eius ſuperiori, gaudium quandoq; ſit ſuſpenſum, vt triſtitiæ daretur locus; hoc enim falſum exiſtimo, & temerariũ, & Hẽricus inquit, quodlib. 8. quæſt. 7. fidei eſſe contrarium; ſed de protectione carnis debet intelligi, quod neceſſarium videtur in Ambroſio, caro enim, & corpus Chriſti, ità quandoque inter manus fuerũt doloris, & triſtitiæ, ac ſi Verbo æterno, & Animæ eius beatæ, nõ eſſent vnita, quod illo accidit caſu, cum reluctantẽm pœnis, voluntatẽ, in Chriſto excitauit amor; cumque clamauit in cruce Matth. c. 27. *Deus Deus meus vt quid dereliquiſti me?* De induſtria igitur hæc omnia ab amore sũt facta, vt Chriſtus tormentorum, & pœnarum tàm vehemẽter amans; in illis tamen ſuſtinendis amoris nõ haberet ſolatium, ſed creſcens illis machinationibus onus, adhuc non recuſaretur, imò eodem eleuaretur machinatore, vſq; adimplendam voluntatem Patris, qui eſt in Cęlis; nam idem, qui tanto grauatus pondere dixerat, Matth. 26. *Pater mi, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte,* ſtatim ſubdidit *veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.*

Machinationem inſtruit amor ad exagerandas, non ad extenuãdas Chriſti pœnas ſuus amor.

Matth. 26. Luc. 22. Matth. 27. Henricus Matth. 27. Matth. 26.

O amorem guſtu dulcem, dantem tamen amara.

24 At, vt pro ipſo aliquantiſper pugnem; conſolatorem miſit Angelũ, qui iacentem mœrore Chriſti erigeret animum, *Apparuit autem illi Angelus de Cœlo, confortans eum,* Inquit Lucas Euangeliſta cap. 22. ſed totum id in caput Chriſti, vt in maio-

Luc. 22.

Aliæ amoris technæ ad aggrauādas Chriſti pœnas.

rem ſeruaretur perditionem, perſpice amoris technas in angone poſito Chriſto, negat auxilium ad ſolatium, concedit ad maius exitium, leuari maximè poterat; Chriſti grauis illa triſtitia, rationibus domeſticus, quas ille non ignorabat, à ſuperiori, inquam, parte depromptis, ſemper beata, atque ad reficiēdum deſtitutum animum, efficaciſſimis; ſed nullum indè communicari ſolatium inferiori parti permiſit amor, hinc factum eſt, quod mœrori ſuccubuerit pariter, & dolori, vſque ad effuſionem ſanguinei ſudoris; verū quia naturæ viribus fieri nō poteſt, vt homo huiuſmodi paſſionem patiatur, quin mors indè ſequatur, ſtatim, conſolatorem externum adhibuit amor, Angelū cęlitus miſſum, qui tātum illi daret ſolatium, quantum ſufficeret, tuendæ eius vitæ incolumi, vſque ad crucis ſupplicium; conceſſum igitur fuit demū ad maiorem ruinam, quod negatum prius fuerat, ad inſtaurationem. Adde quod luctam illam in horto ex compoſito orditur amor, vt indè maiores (vt ità dicam) aſſumat vires; nam luctæ etiā rem veneream condiunt, hinc cupidini cognomen ἀντέρως, ideſt contra amorem obnitens, nam vt amorem accēdat, & volupem magis reddat, eidem reluctari ſolet, & obſiſtere, & quidē eo nomine gaudet, apud Ciceronem de natura Deorum, & Pauſaniam in Acticis. Quid mirum igitur ſi amor diuinus, motus reluctantes præparet ad maius incendium?

Cicero.

24 En vide quomodò ex illa repugnantia quaſi euadens fortior, iter habet ad omne tormētorum genus expeditiſſimum; amor illum vinxit, obuium illum dedit amor militibus, armatis inermem; olim fugientem quando abſcondit ſe, & exiuit de templo Ioan.8. vltrò nunc ſe prodentem, voce illa ſua Ioan.18. *Ego ſum*, Effecit amor, ſatiari Chriſti ſanguine nunquam potens.

Ioan.8. Ioan.18.

25 In lectum hoc eſt pręſepe, ardens amoris febris Chriſtum coniecit, ſanguinis poſtulauit effuſionem, ſciſſa in circumciſione vena, diuinus ſanguis emiſſus, at non ſatis illi fuit exigui emiſſio cruoris, non ſatis fuit circumciſionis cultellus, clauos ardor poſtulat, qui manuum, pedumque venas ſcindant; ſpineam coronam, quæ caput, acutam flagitat haſtam, quæ pectoris amantis venam rumpat, executionem mandat militibus; nec aliud ſpectans, cohortem in illum eduxit armatam. Audi Ioan. cap. 19. poſt illam paſſionis factionem dicentem. *Et milites quidem hæc fecerunt*. Quæ verba adiunxiſſe Euāgeliſtam ſentiunt multi, vt ſignificaret non iuſſa Pilati, nec inſtigantibus Iudæis complura eſſe facta, præſertim cum de veſtimentorum agitur partitione; ſed militum propria voluntate; imò inquit, Cyrillus, veſtes damnatorum quaſi hæreditatis lege ad ſe pertinentes, milites vendicabant: Quod ego non inficior; ſed addo præterea myſterium; ob id etiam ea verba prolata, quia milites ſic peregerunt (quæ præteriri non poterant) ab amore accepta mandata; diſpari tamen voluntate. Quin etiā, quæ nunquam excogitauit dira militum ſæuities, molitus eſt amor, milites myrrhatū vinum Chriſto propinarunt bibendum, quod nequaquam, vt multi explicant, amarum fecit, & inſuaue; ſed per quam Iucundum, & gratum ex Martiale conſtat, & maximè ex Plinio, nimirum ſic appellatum, quod in vaſis myrrhinis calidum poneretur, ad ſaporem, odoremque quærendum, dulcedinem verò etſi nō ex myrrha, ex alijs tamen admixtis ſpeciebus contrahebat. Erraſſe pariter videntur, qui tradiderunt vinum myr-

Ioan.19. Cyrill.

rhatum fuiſſe potionem ſopiferam, quæ à mente alienet, ſolitamque paſſuris propinari, quo mortis dolores minus attenderent: Nam è contra, eius naturæ eſſe, ab ebrietate, bibentes præſeruare, ſurgentesque vapores digerere, eſt inſignis locus Athenæi lib. 11. cap. 30. ex Ariſt. Ariſtotile acceptus. Attamen magna conſideratione dignū eſt, quod Marc. 15. ſcribit Marcus Euangeliſta, Dominum myrrhatum vinum non accepiſſe, id enim ſuadente eius amore factum eſt, vt qui prudens volenſque omnes ærumnas ſpontè ſuſciperet, quamlibet, quauis occaſione oblatam conſolationem, Ioan. 19. Matth. 27. admittere recuſaret, cum contra vinum felle mixtum ſaltem guſtaſſe, & oblatum calamo acetum accepiſſe, alij tradant Euangeliſtæ. Milites nihil aliud attendebant crucis ſupplicio, quam vt Chriſtus opprobriorum omnium, & cruciatuum factus ſcopus, inſuetos pateretur dolores.

26 At vlterius progreſſus eſt amor, vt idem tàm dira ſuſtinens, ſuorum dolorum immemor, ex miſeria eſſet Bernard. anxius crucifigentium: audi Bernardum ſerm. 4. hebdomad. pęnoſæ. Mira Chriſti charitas, patiens, & cópatiens. Vide nunc opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram, flagellis cæſus eſt, coronatus ſpinis, clauis confoſſus, affixus patibulo, opprobrijs ſaturatus; omnium tamen dolorum immemor, ignoſce ait illis, ò quam multus es ad ignoſcendum Domine, ò quam firmata eſt etiam ſuper impios miſericordia tua. Mira res? Iudęi clamāt crucifige, Chriſtus clamat, Ignoſce, ò charitas patiēs, & compatiens, hęc ille. Nos quò plus habemus miſeriæ, minus habemus miſericordiæ; at amor in Chriſto ſummam miſeriam, cum ſumma miſericordia copulauit, vt dū prò aliena tam dira lueret, miſeria; miſeriā quoque crucifigentium miſerando, diceret, *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*, Quin etiam extremum mox daturum ſpiritum, non ſine maximo doloris ſenſu, alio diuertit ſui amoris impetus, ad dandū latroni Regnum, nec redire permittit, vnde digreſſus erat, ad ſoluēdum mortis debitum, quod in Patris habebat mandatis, niſi eidem latroni præiret ad vitam, illud promittendo quod præſtauit exitu, Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiſo*, Addam Luc. 23. illam inſuetam efflagitationem, decentem tamen tàm immēſum amorem, quis vnquam à viribus deſtituto, & ſanguine, in ſummis animi, & corporis cruciatibus, in ipſo mortis articulo, quando vocis clauſum eſt iter, ſupplicationē exigeret ad Deū, cum clamore valido, & lachrymis, eamque pro perſequentibus, & pro tam diras inferentibus pœnas.

Hanc efflagitauit amor, quando Chriſtus in cruce cum clamore valido, & lachrymis ſupplicationes ad Hebr. 7. Deum offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Hanc Chriſti admirabilem charitatē prædicant Athanaſius oratione 1. & 2. contra Arianos, Athanaſ. Gregorius Naziāzenus orat. 4. Greg Naz. Theologiæ, Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 24. Damaſcen. Leo Papa ſerm. 16. de Leo Papa. paſſione; Auguſtinus in Pſalm. 21. Auguſt. hāc Paulus ipſe Epiſt. ad Hebr. c. 7. Ad Hebr. 7. nam nō ſolum pro ſe orauit, ſed pro nobis omnibus tormentorū ſuorum cauſa, & origine.

27 Mirabar illud monitum, quod Seneca Seneca. lib. de cōſolatione cap. 25. dabat Polibio perſonæ, inquam, publicæ, quæ vicem ſupplebat Cæſaris, in Epiſtola ad eum conſolatoria, in hæc verba. Multa tibi nō licent, quę humillimis, in angulo iacentibus, licent; magna ſeruitus eſt magna fortuna, Magna ſeruitus ſummus gradus non licet tibi quidquam arbitrio tuo facere, audienda ſunt tot hominum millia, tot reſpondi libellis, tātus rerum ex orbe toto, occur-

rentium cōgeſtus. Vt poſſit per ordinem ſuum Principis maximi officium, geri, quieti animi eſt. Non licet tibi, inquam, flere, vt multos flẽtes audire poſſis, vt periclitantium, & ad miſericordiam mitiſſimi Cæſaris peruenire cupientium, lacrymæ proſit; tibi tuæ aſſiccandę ſunt. Vide quantam hac in re Indulgentiam, quātam induſtriam debeas, intelliges non magis tibi incuruari licere, quam illi (ſi quis modo eſt fabulis traditus fauor) cuius humeris mundus innititur; ad quem itaque modum tibi quoque eadem neceſſitas iniungitur, non licet tibi ad vtilitates tuas ad ſtudia tua reſpicere, Cæſare orbem terrarum poſſidente, impartiri te, nec dolori, nec vlli rei potes, totum te Cæſari debes, hæc ille. At quis vnquam miretur ſatis, quæ ſupra hunc monitum expleuit Chriſtus, cuius

Iſai. c.9.

imperium cū ſit ſupra humerum eius, vt tātam molem ſuſtineret pro munere; ad lamenta, ad gemitus, ad lacrymas, nec alapæ, nec flagella, nec opprobria, nec claui, nec tam dirum crucis ſupplicium eum vnquā curuarunt, ſed tanquam Agnus coram tendente ſe obmutuit, poſuitque faciem ſuam, vt petram duriſſimam nè veſtigium curſus inflecteret ſui; nec ad ſua reſpiciens tormenta, lacrymas fudit, doluit autem profuſis lacrymis noſtram miſeriā, perfectoque Redemptoris munere, eius ceruicem inflexit, non mortis imperium, ſed ſui amoris pondus; quando Ioan. 19. *Inclinato capite tradidit ſpiritum*. In quæ verba pulchrè Athanaſius, & in parabolas Euangel. quæſt. 41. Quoniam omnes (inquit) ſcripturas, Chriſtus adimpleuit Incarnationem, Natiuitatem, unctionē in aqua, ſignorum declarationem, efficacem doctrinæ demonſtrationem, familiarem cohabitationem diſcipulorum, humana denique omnia, paſſionem, crucem, illuſiones, vulnera, clauorum, iſtis, inquam, omnibus impletis, ſola mors reſtabat adhuc, atq; hæc quidem ſibi metuens appropinquare non audebat, ideò Chriſtus inclinato capite, vocauit ipſam; nàm antequam caput inclinaſſet, verebatur propius accedere, ideò inquit Euāgeliſtes. *Et inclinato capite tradidit ſpiritum*. En igitur quomodo amor ille infinitus, qui Verbum diuinum ad dexteram Patris reſidens ad has terrenas curuauit experiendas miſerias, idem ipſe, & non alius, tunc curuauit ad mortem, quando id erat futurum ſine vllo Imperij, quod geſtabat, in humeris, diſcrimine; tunc igitur, Inclinato capite tradidit ſpiritum.

Mira Chriſti charitas in cruce ſatagētis noſtra ſalutē, ſuorum tormentorum oblitus. Iſai. 50.

Ioan. 19.

Athanaſ.

Verè charitatis vires maximæ, 28
non ſolum capacitate, opulentia, meritis, nobilitate, imperio, volatu, ſaluatione, ſed etiam victoria, charitas enim vincit omnia, Deum ipſum, & quamuis cœterarum agmina virtutum vocet ad prælium non immeritò charitatis canimus certamina, eiuſdemque victorias, nam, vel ipſa ſola exercitus ſimilitudinem gerit, nec acriter, & vehementer præliantur illæ, niſi militare diſcant ſub charitatis vexillo.

Non audent ad prælia exteræ virtutes, niſi armet ipſas Charitas.

Cap. 5.

Confluxerunt (& quis inficias ibit?) ad hoc tàm laudabile redemptionis facinus, cæteræ virtutes omnes, fortitudo, quæ motus animi in rebus terribilibus, præſertim periculis mortis ſuſtinendis, vel repellendis, moderatur. Patientia, quæ

1 Definiūtur breuiter virtutes morales.

Thom. quæ ex Diuo Thoma 2.2.q.136. in ſuſtinendis malis diræ mortis,& alijs huiuſcemodi animũ confirmat, redditque inuictum,moderando mœrores, qui ex illis ſolet percipi, ne homo patiens propter hos à præſcripto rationis recedat,ſeu aliquid indecore agat, ſeù ex Auguſtino, lib.de Patiẽtia cap.2. Patientia hominis eſt,qua mala,æquo animo toleramus, nè animo iniquo bona deſeramus,per quæ ad meliora perueniamus. Fidentia,quæ ad huiuſmodi aggreſſiones animum præparat, cum licitæ iudicãtur,aut neceſſariæ, promptèque arduis accingit. Perſeuerantia, vincens tædium,& moleſtiam,quæ ex diuturnitate ſolet obrepere. Conſtantia parum à perſeuerantia differens,niſi fortè quis ità velit diſtinguere, quòd conſtantia vincat difficultatem cõtinuandi boni, quæ prouenit ex naturali quadam animi mutabilitate,& impedimentis extrinſecus incidentibus,vt ſunt blanditiæ, promiſſiones, diſplicendi timor, placendi cupiditas; Perſeuerantia vero difficultatem, quæ ex diuturnitate rei moleſtæ, & laborioſæ oritur. (Auguſt.)

2 Magnanimitas,quæ quod eſt magnum, & arduum in operibus aliarum virtutum reſpicit, hæcque eſt ratio formalis obiectiua huius virtutis,ob quam ad illa inclinat,quàque in illis efficere, & veluti in ſua materia conatur imprimere.

3 Magnificentia à magnanimitate differens,quod illa (vt explicatum eſt) magnitudinẽ intendat in actione virtutis,vndè eam vocat Ariſtoteles 6. Ethic.c.2. omnium virtutũ ornamentum. Hæc verò magnitudinem intendit in opere externo, quatenùs artis eſt opus, vel vſibus accommodatum humanis, magnos requirens ſumptus, vt in extruendis templis, collegijs, in conſtituendis pijs fundationibus, in epulo publico,exhibendo; quando id ratio poſtulat. Prudentia cuius eſt iudicare in particulari,quid homini, amplectendum, & quid vitandum in agendo, vndè Auguſtinus lib.1. de libero arbitrio cap.13. ſic illam definit. Prudentia eſt rerum appetendarum, & fugendarum ſcientia, & Ariſtoteles 6.Ethic. cap.5. prudentia eſt recta ratio agendorum,verſaturque circa ea, quæ bona, vel mala ſunt homini. Et ante hæc omnia. Humilitas,quæ ex Diuo Thoma 2.2. q.161. art.1. ad 1. & 2. Eſt virtus, qua quis defectum ſuum cõſiderans,ſe in infimis, ſecundũ modum ſuum continet, & ex eod.lib. de præcip.virt.c.1.eſt laudabilis ſui ad ima deiectio, & ex Ioanne Ruſbrochio lib.de grad.humil.in princ. Humilitas eſt animi demiſſio, ideſt interna quædam, & profunda cordis, & animi,coram celſiſſima Dei Maieſtate inclinatio, & ſummiſſio, & ex Bernardo aptiſſimè, Humilitas eſt virtus, qua quis veriſſima ſui cognitione,ſibi ipſi vileſcit. (Ariſt. — Ibid. — Thom. — Io. Rusbr. — Bernard.)

Omnia hæc virtutum agmina vocantur ad prælium, conſtitutaque videntur in aciem, dum agitur de hoc Redemptionis opere;nam ſi illuſionibus,flagellis opprobrijs,crucis ſupplicio erat perficiẽdum iuxta illud Matth.20. *Tradetur enim gentibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum*, moderandus timor, quem imminentia incutiunt tam dira tormenta, en opus fortitudinis, moderãdi mœrores qui ex illis dum ſuſtinentur,ſolent percipi, ne quid indecore agatur, ergo neceſſaria patientia; accingendus rebus tam arduis animus, & ad præfatas præparandus aggreſſiones, ergo fidentia,vincendum tædium diuturnitatis pœnarũ, quas antè oculos Chriſtus indeſinẽter habebat, ergo perſeue- 4 (Omnia virtutũ agmina vocãtur ad prælium dum agitur de redemptionis myſterio. — Matth. 20.)

ſeuerantia; ſuperanda impedimenta, quæ tanto bono, Chriſti morte conſummando, pariebant obicem, ergo conſtantia; & in his omnibus id eligendum, quod tanto dignum erat actore, magnum ſcilicet, & arduum, ergo magnanimitas; maximis opus erat ſumptibus ad perſoluẽdum humanę Redemptionis pretium infinitè ſuperans debitum; cõſtrui, & ædificari oportebat Eccleſię Sanctæ tàm excelſum ædificium, quod Chriſti morte erat fundandum; debebat dari epulum illud à Chriſto in vltima Cęna exhibitum, parariq; omnibus vſque ad conſummationem ſæculi, ergo magnificentia. Rerum omnium in hoc ſacroſancto myſterio agendarum, tempus, locus, circumſtantiæ, cæteraque omnia obſeruanda, & ad horum rationem accõmodanda conſilia, ne quid indecore, vel temerè, aut intempeſtiuè agatur, ſed omnia iuxta conſtitutum tempus à Patre; ergo Prudẽtia. Sed qui ad tàm pręcelſi operis conſummationem perueniri potuiſſet in tãto opprobriorum, irriſionum, contemptuum, iniuriarum, alluuie, qua obrutus videbatur Chriſtus iuxtà illud Pſal. 68. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*, niſi in campum prodiret humilitas, nam verus humilis, inquit, Bernardus, ſerm. 16. in cant. vilis vult reputari, non humilis prædicari, gaudet contemptu ſui, hoc ſolo ſanè ſuperbus, quo laudes contemnat.

Pſal. 68.

Bernard.

5 Omnes virtutes vocatæ ſunt ad prælium, ſed militant ſub charitate, alioquin omne eorum robur deficeret; audi ſponſam armatam ad bellum, quid dicat in Cant. cap. 2. *Ordinauit in me charitatem*; Hebr. *Vexillum eius ſuper me charitas*, ſic oſtendens in cella vinaria, & in ſacris ſcripturis à verbo ſibi propoſitam charitatem, inſtar vexilli, tùm quia in illis animaduertit, charitatem eſſe reliquis virtutibus vniuerſis, eminentiorẽ, iuxta illud Pauli 1. Cor. 13. *Nunc autem manent tria hæc fides, ſpes, charitas, maior autem horum eſt charitas*, & rurſus ad Coloſ. 3. *Super omnia autem hæc, charitatem habete*, tum quia in iiſdem intellexit, ita eſſe neceſſariam charitatem in medio reliquarum virtutum, ſicut in media acie neceſſarium eſt vexillum, quemadmodũ enim quãtumcunque magna adſit militum multitudo, niſi vexillum hi habeant, nunquam dicuntur acies, aut inſtructus exercitus, ita etſi virtutes omnes adſint in animabus fidelium, ſi vna inter eas deficiat charitas, à virtutum illæ omnes excidunt, & nomine, & robore; quod teſtatur illis verbis Apoſtolus 1. Corint. 13. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum charitatem autem non habeam factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens*, & quę ſequuntur. Luſtrationemque huius exercitus intueri fas eſt apud eundem, dum ait; *Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*. Si igitur exercitus nihil aliud eſt quam plurium hominũ, pluriumque turmarum, ac ducum, ordinata in vno agmine collectio, ad dimicandum diſpoſita; profectò charitas congruentiſſima ratione, & acies dici poteſt, & exercitus, quandoquidem ipſa plurimos congregat habitus plurimaque dona, omnes inquam virtutes, & inſtruit, ac armat ad dimicandum; contra inordinatum amorem, contra vitiorum phalangas, quin, & contra

Omnes virtutes i prælio paſſionis militant ſub charitate.

Cant. 2.

1. Cor. 13.

Coloſſ.

1 Cor. 13.

Eod. loco.

ſpiri-

ſpiritualia nequitiæ. Quod accidiſſe in hoc Chriſti certamine cum mundo, cum diabolo, cum morte, cum ipſo peccato, demonſtrabitur vberius.

Accingitur ad prælium, Chriſti humilitas amoris armatu.

Cap. 6.

1 Definitio humilitas. SI humilitas virtus eſt, vt morales definiunt Philoſophi, inclinans nos ad noſtram vilitatem, ſignis, vel factis profitẽdam, quomodo à Filio Dei æterno Patri coæquali ad dexteram maieſtatis ſedente in excelſis, exigi poterat humilitas, niſi prius vileſceret? & propterea, inquit, Paulus, Philip. 2. *Qui cum in forma Dei eſſet*, vilitatis ſcilicet neſcius, *ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, loco illius Verbi, exinaniuit*, Tertullianus legit exhauſit, vel inaniuit ideſt inanem, & vacuum ſe fecit, vt qui erat plenus maieſtate, gloria, robore atque adeo totius erat plenitudo entis ex ſe ipſo, ſe euacuauerit, & ex omni, quaſi ad nihilum ſe redegerit; factuſque ſit ex Domino ſeruus, ex Deo homo, ex Creatore creatura, ſicut enim nomen Creatoris eſt, Exod. 3. *Ego ſum, qui ſum*, ſiuè, *To ens*, & Oceanus totius eſſe; ita creaturæ nomen eſt, *Non ſum*, ex ſe enim ipſa creatura nihil eſt, nam omne eſſe quod habet, à Deo habet, illudque aſſiduè à Deo accipit, adeò vt ſi Deus in illam influere deſinat ſuum eſſe, & ſubtrahat manum ſuam, in nihilum vndè venit, recidet, & euaneſcet; perinde, vt ſole abeunte, vel radios retrahente, lux omnis hoc aere euaneſcit. Vide igitur quomodo noua quadam hyperbole, nouam, & qua maior eſſe nequit, vilitatem Incarnationis Chriſti, nobis inſinuet Apoſtolus, vt enim oſtenderet miraculum omnium maximum, in quo Deus factus eſt homo, verbum infans, ſapiens puer, Dominus ſeruus, Creator creatura, omnia nihil, inquit, quod verbum Patris ſe exinaniuit; in hoc enim myſterio, eius diuinitas ita ſe profundè deiecit, ac ſi omninò deſineret eſſe, cum tamen integra omninò manſerit, ſicut humanitas, qua, ipſis hominũ oculis ſe ſe ingerebat, & vt inquit, Theophilactus, Chriſtus in hac ſui humiliatione non depoſuit, ſed ſeruauit ſuam altitudinem, & maieſtatem, formam ſcilicet, & naturam Dei, ita tamen, vt eam humanitate aſſumpta velauerit, & occultauerit, idque totum factum eſſe, vt præberet nobis humilitatis exemplum, teſtatur Eccleſia in collecta, quæ in Dominica habetur palmarum, ſic Deum deprecans. *Omnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi ad imitãdum humilitatis exemplum Saluatorem noſtrum carnem ſumere, crucem ſubire feciſti*, quod totum fuiſſe amoris inuentum, vt Chriſtus humilitate cum opprobrijs illuſionibus, confuſionibus prælio dimicaret viriliter, perficeretque ſemotis his impedimentis Redemptionis opus, ex eo fiet manifeſtum, quod ſe exinaniuit, vt animaduertit Theophilactus, non imperio, aut alia vi cogente, ſed ſponte ſua, perinde ac ſi diceretur amoris nutu, vt illius expleret mandata, quod lepidè, & eleganter dixit præfata verba perpendens Apoſtoli, Sanctus Methodius Epiſcopus, & Martyr hoc pacto, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, cõſiderans ſcilicet Deus, quod illa via hominum corda non raperet, nimirum, *Az endo muy del Dios* (vt Hiſpani loquuntur) Nam olim

Phil. 2.

Exod. 3.

Vilitatẽ incarnationis Chriſti quomodo deſcribat Apoſtolus.

Verbũ carnem ſumere voluit ad imitandum humilitatis exemplum.

Theophyl.

Philip. 2. Methodius Clypeus concion. lib. c. vlt. Verbũ humiliauit ſe metipſum carnem aſſumens, vt hominũ animas lucritaceret quod lepidè oſtẽditur.

olim audientes primi parentes aduentum Domini ad auram poſt meridiem timore perculſi, & conſcientiarum ſtimulis quaſi quibuſdam furijs agitati, in abdita Paradiſi loca fugerunt, & inter opacos crebrarum arborum ramos, ſe voluerunt abſcondere, Domini maieſtatem timentes; & Moyſes cum Deum audiret in rubo loquentem, perterritus, faciem ſuam operuit, cum
Exod. 3.
ob tanti numinis reuerentiam, tum etiam ob nimiam ipſius formidinē; Nec aliter Populus Iſrael ad radices Montis Synai fixis tētorijs pręſentiam Domini exhorreſcens, & voces, Moyſi dixit, Exod. 20. *loquere*
Exod. 20.
tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Perpendens igitur Dominus, quod hac via hominum corda non raperet, alia progredi deliberauit, exinaniuit igitur ſemetipſum, vt formam ſerui accipiens, nec illam Dei deponens, timorē non incuteret creaturis rationalibus, ſed eas ad ſe amore, & dilectione traheret, quod totum comprobaſſe euentum, inſinuat ipſemet Chriſtus dicens, Ioan.
Ioan. 12.
12. *Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum*, eiſdem inſtitit veſtigijs, vt ad ſe traheret Paulum, redderetque de perſecutore Apoſtolum, ipſum enim alloquens in via, qua ibat in cædem armatum, & Chriſtianorum perniciem Actor. 9.
Act. 9.
Ego ſum, inquit, *Ieſus, quem tu perſequeris, additur alibi* Actor. 22. *Na-*
Act. 22.
zarenus, & Superiori loco ab editione Syra, & in nonnullis Codicibus Græcis noui teſtamenti Pariſienſis Typographi, qui præterea poſt, *Quem tu perſequeris*, addunt; Non Deum, vel Dei Filium ſe vocat, ſed humilitatis meę inquit, vt notat Beda, infirma ſuſcipe, & ſuperbiæ tuæ ſquamas depone, poterat expreſſiſſe, quis eſſet maieſtatis, & terribilibus verbis, inquit Petrus Ble-

Quomodo ſe habuerit Chriſtus in conuerſione Pauli.
Beda.
Lor. in Act. Apoſt. c. 9. verſ. 5.
Petr. Bleſ.

ſenſis, vt diceret: Ego ſum Deus vltionum, Dominus, qui reſpicio terram, & facio eam tremere, tango montes, & fumigant, ſed cum lænitate reſpondet, vt excitet ad ſpem, & inuitet ad fidem. Ego ſum Saluator. Inducit eum Bernardus ità
Bernard.
loquentem, quem tu perſequendo peris: Ego ſum, de quo tu in lege tua, legis prædictum, quod neſcis impletum, quia Nazarenus vocabitur, & quarè non dixit (inquit Chryſoſtomus) Ego ſum Ieſus, qui
Chryſoſt.
reſurrexit, Ego ſum Ieſus, qui ſedet à dextris Dei, ſed Ego ſum Ieſus, 1
quem tu perſequeris, vt perſtringeret eius mentem, vt compungeret eius animam.

Non ei à Domino reſpondetur 2
Gregorius.
inquit Gregorius lib. 27 mor. c. 24. vel 7. Ego principium, Ego Verbum ante ſecula, quia Saulus incarnatū Domino credere contemnebat, & eius humanitatis infirma deſpexerat, de Cœlo hoc quod cōtempſerat, audiuit; Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris, ac ſi diceret, hoc à me audi de ſuperioribus, quod in me de inferioribus deſpicis, Authorem Cęli veniſſe deſpexeras in terram, ex terra ergo hominem cognoſce de Cęlo, vt tanto in me amplius Sacramenta infirmitatis metuas, quanto, & hæc perducta in cœleſtibus ad excellentiam poteſtatis probas; Proſternens igitur te, nequaquam tibi hoc aſtruo, quod ante ſęcula Deus ſum, ſed illud à me audis, quod de me credere, dedignas, Poſtquam enim dixit IESVS, adhuc in expoſitione terrenæ inhabitationis ſubdidit *Nazarenus*, veluti ſi apertius diceretur infirmitatis meæ infirma ſuſcipe, & tuæ ſuperbiæ ſquamas amitte, hactenùs Gregorius, ex quo Beda, quem ſupra citaui.

Huic Methodij expoſitioni, & 3
Patrum doctrinæ conſonat maximè illud

lized by Google

Pſal. 44.

illud Dauid Pſal. 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*, quod ità explicare licet, quoniam iuſtiſſimus fuiſti, & ſeruantiſſimus æqui, ò Deus Verbum, ante incarnationem, ac adeò ſubtriſtis, & minus gratus hominibus, propterea Deus Pater te humanitate per Spiritum ſãctum omnibus Chryſmatis delibuta, ita contemperauit, & flexit, vt planè iam Chriſtus, ideſt vnctus, ex illo rigore, omniũ Principum gratiſſimus, ac iucundiſſimus euaſeris, itaque ſeueri Iudicis, ac dominatoris faciẽ oleo lætitię, ideſt benignitate, & manſuetudine ità ſerenaſti, vt eo iam longè vincas quoslibet etiam Sereniſſimos Principes. Vide ergo, quomodo Verbum Dei antiquam occultet Maieſtatem, & veluti deponat, & totum ſe det in humilitatis officia, ità imperante amore, vt nos reconciliaret Deo, quod erat Redemptionis opus.

Fernand. in viſion. veter. teſtam. viſ. 2.

4 Et vt ad rectam tantæ humilitatis normam, homo ſuperbe te dirigas, contemplare quanta ædidit in terris poſitus huius virtutis præclara facinora. Si enim inter humilitatis actus, & functiones recenſentur, potiſſimum vilipenſio, & contemptus ſui, fuga omnis æſtimationis, honoris, vel laudis, quæ deferuntur ab alijs, deſiderium, quãtum in ſe ipſo eſt, vilis haberi, & ab alijs cõtemni, dolor cum videt ſe magni fieri, vel honorari, nec delatus honor tangit animum, imò nec illum admittit, niſi forte ratione officij, vel doni, quod habet, & ita eum in Deũ ſaltem implicitè verè humilis refert, ſubijcere ſe hominibus propter Deum ſinens ſe ab illis tanquam Dei inſtrumentis gubernari, iuxtà illud Petri. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum*, in externis rebus, & functionibus, quantũ in ſe eſt, amplecti ſemper id, quod eſt abiectius, & minus honoratum. Si igitur hæc omnia, & ſimilia ſunt humilitatis actus, & verè humilis partes, hinc colligere licet quam perfectum fuerit Chriſtus profundæ humilitatis exemplar, opprobrium ſe nominat hominũ, & abiectionem plebis, crucifigendum ſe tradidit, quod quidem ſupplicium iure Romanorum, latronibus debebatur.

Quot edidit Chriſtus humilitatis præclara facinora.

1. Petri 2.

T. enim litera, quod crucis figuram exprimat, notari conſueuiſſe fures apud Lucianum Dial. Iud. vocal. de ſpecial. leg. teſtatũ habetur, & apud ipſos Iudæos crucis pœnam, homicidarum fuiſſe, Philo traddit, Medius inter latroues paſſus eſt crucifigi, & cum iniquis reputari, vt cũ his perditis hominibus, cauſa illi videretur eſſe communis, & ad maiorem ſupplicij ignominiam, in die feſto, hoc eſt Paſchatis ſolemnitatum ſolemnitate in Hieruſalem, quando concurrebatur vndique ad tale ſpectaculum, ſubijt crucem, vt pudori ſuo non parceret, ſed palam ad omnes fieret, eius dedecus, & quia minui poterat crucis opprobrium, ſi prædiceretur, vel non prædicit, vel ſecreto quando (Matth. 20.) aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis, *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum*, quod ſi corã multis alibi loquitur de crucis ſupplicio, ad illam confugit metaphoram Ioan. 2. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, vt ſub velamento trãslatarum vocum, tam diù audientibus eſſet occultum, donec perficeretur, & eſſet eius mors magis ingloria, & quemadmodum, quod reclinauerit eum Mater in Præſepio, Luc. 2. quod electionis fuit, ad multa præfigurãda myſteria,

Lucian.

Matth. 20.

Cur noluit publicè prædicere Chriſtus ſuę crucis opprobrium.

Ioan. 2.

Luc. 2.

&

2.Cor.8. Luc.2.

& inter cætera quod propter nos ęgenus factus eſt, 2.Cor.8. cum eſſet diues, vt illius inopia nos diuites eſſemus; neceſſitati tamen vult tribui, non virtuti, dum illam vult ab Euāgeliſta explicari cauſam: Luc.2. *Quia non erat ei locus in diuerſorio*, vt inhonorus haberetur, vilipenſionis, tam vehementer amans, ità ſuā mortem ſe ipſa, & tot circumſtantijs ingloriam, imò viliſſimā, de induſtria facit viliorem, dum vult haberi neceſſitatis opus, non virtutis, ſicque omnis dignitatis ſuæ, faceret iacturam.

5 Maiora dicturus ſum, & teſte Ioanne Apoſtolo, & Euangeliſta, veriſſimæ mortis ignominia, crucis opprobrium ab eodem, Chriſti appellatur gloria, dum inquit, Ioan.1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*, in quę verba Chryſoſtomus homil.11. in Ioan. neque enim miraculorum gratia, Chriſtum dumtaxat admirantur, ſed & paſſionis, vt cum affixus eſt cruci, flagellis, & alapis cęſus, & inſputus ab his, de quibus tàm benè merebatur, ſi quidem in his ipſis, quæ probri, & ignominiæ plena eſſe videbantur, ipſum rurſus verbum clariſſimū apparuit, hoc Ioannes gloriam appellauit, nō enim charitatis ſolum, & amoris fuerat, ſed immenſæ eius virtutis, & Ambroſius in Pſal.118. ſerm.5. in eundem ſenſum ſi opprobrium tuum gloria eſt Domine Ieſu, quāta eſt gloria tua? tuæ igitur gloriæ participatione quid erimus, cuius ſumus opprobrio glorioſi? ſic ille: Tantumque his quas pro nobis ſuſtinuit cōtumelias, & ignominias tribuendum putat, vt nihil inueniat ad cōmouendum Patris erga nos miſericordiam, quam talia recolere. Audi quæ docta prece diuinum ſuis fidelibus imploret auxilium apud Pſalmiſtam. *Non confundantur ſuper me, qui quærunt te Deus Iſrael quoniam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam*. Hæc ſui opprobrij commemoratio, inquit noſter Agellius, ex Patris cauſa tolerati ad eum flectendum pertinet maximè, vt fideles in officio velit continere, firmoſque reddere in fide, nè ſibi turpitudini forę arbitrantes, quod crucifixum, ac mortuum colant, à fide reſiliant, æquum eſt inquit, vt abs te quod peto impetrem, cuius cauſa talia ſum perpeſſus, & vt me clarifices, in cuius obſequium tot ſuſtinui opprobria. Hinc Sancta Mater Eccleſia mutuata eſt illam precandi formulam, *Per crucem, & paſſionem tuam libera nos Domine*; nam cum Dei Filio nihil ſit antiquius, quam crucis confuſio, & improperium, nullum efficaciorem reputat eius auxilij interceſſorem quam eiuſdē commemorationem. Et quis vnquam fuit, cum ſit omnium nobiliſſimus, qui ſputis flagellis, illuſionibus nobilitari voluerit, ſtemmataque ad nobilitatis oſtenſionem in atrijs domus ſuę, non alia collocari elegerit, quam clauos, ſpongiam, lanciam, crucem, ignominioſæ, diræque mortis, qualis eſt latronum perditorumque hominum, inſtrumenta, niſi ille qui dixit Matth.11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde?

Chryſoſt. Ioan 1.

Crucis opprobriū gloria à Chriſto appellatur.

Ambroſius.

Pſal.68.

Nihil putat Chriſtus aptius ad implorandum nobis diuinū auxiliū quam commemoratio opprobrij Crucis.

Hanc præcandi formulam imitata eſt ſancta Mater Eccleſia.

Matth.11.

6 Tāque ſe præbuit huius virtutis præceptorem eximium, vt in Monte Thabor, qui ad oſtenſionem electus eſt ſuę glorię, quādo Matth.18. *Reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix*, audiri potius voluerit quam videri. Hoc ipſum Intonuit paterna illa vox cælitus miſſa. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mibi bene complacui, ipſum audite*; Sermo autem auribus excipiendus erat de exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem, volens commemoratione hac

Matth.18.

Magis auidus Chriſtus oſtentare ſuam ignominiā quam gloriam.

hac ignominiarum diſcipulorū animos ſtatim reuocari ab illa gloria, cuius ibi conſtituerat aliquod dare experimentum: At in Monte Caluario ex induſtria innumeros habere voluit ſpectatores ſuæ ignominiæ,& dedecoris;nam, & grauitate ſupplicij, & qualitate perſonæ, habentis cum latronibus pœnam cōmunem,nullam verò cauſam,& publicitate loci, & tot miraculorum nunquam adhuc audita fræquentia, & temporis circumſtantia,illius ſcilicet diei feſti, quando ad Hieruſalem conſluebant vndique, omnium oculos ita conuertit ad tam lugubre ſpectaculum,vt meritò mōs ille Caluariæ, appellatus ſit Mons Dominus videbit. Quod ſi obſcuratus eſt ſol, & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, totum, Deo ordinante,factum eſt, non vt tanta Filij Dei infamia eſſet occulta, ſed (quemadmodum optimè animaduertit Simon de Caſſia) lib.4. cap. 4. vt affixa firmius inhæreret oculis mentis, ſic enim illis hominibus iacentibus in tenebris, nec vagari per diuerſa permiſſum, manebat alta mente repoſitum, quod viderāt, illumque fructum indè carperent, profunda tanti myſterij cōſideratione, qui erat intentus, idque teſte Luc.23. Euangeliſta probauit euentus. *Omnis enim turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua,reuertebantur*.

Pinel. ī Iob in præf. c.6 num 6.

Matt 27. Simeon de Caſſia.

Luc 23.

7 En eximię humilitatis ſpecimen, innatæ maieſtatis, paternęque gloriæ ſtemmata voluit collocari, quæ erant vilitatis, & vilipēſionis actus, non honoris, quin etiam quiſnam eſſet, quantæque dignitatis, & potentiæ, ingloria potius morte, manifeſtus fieri voluit, quam glorioſa transfiguratione; nam in Monte Thabor deputato ad gloriam, paucis innotuit diſcipulis, quod eſſet Filius Dei, quibus paterna vox audire viſa eſt, Matth. 18. *Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi benè complacui*. In Monte Caluariæ quem elegit ad dedecus; qui prius illi Barrabam præpoſuerunt, hominem homicidam, & latronem, viſo terremotu, & his quæ fiebant, tandem ea clamarunt: *Verè Filius Dei erat iſte*. Ibi tantillum gloriæ petenti Petro negauit, quin alibi proteſtatur expreſsè ſe id non poſſe præſtare, *Sedere autem ad dexteram, vel ad ſiniſtram meam, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo*.Hic verò latroni tot latrocinijs furcam promerito, vix paucis verbis veniam petēti,largitur Regnum dicens Luc.23. *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Verè exclamauit Ioan.1. *vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à Patre*,quod tunc accidit, (vt cum Chryſoſtomo loquar) quādo affixus eſt cruci validiorem enim pręconem fuiſſe eius primogenituræ paternæque hæreditatis, Crucis ludibrium, quàm Thabor gloriam, patet ex dictis ſatis.

Chriſtus ꝙ eſſet Filius Dei magis oſtendit in gloria mortis, quā gloria transfigurationis.

Matth. 18.

Matth. 27. Marc. 16.

Matth. 18. Matth. 20.

Luc 23.

Ioan. 1.

Sed ad tantum ſui contemptum erudiuit amor qui, vt inquit, Bernardus, ſerm.13. in Cant. in princ. nempè is eſt, qui omnē in ſe triumphans captiuāſque pudoris ſenſum, conuenientiæ modum,deliberationis conſilium, totius modeſtiæ, & opportunitatis neglectum quendā, & quandam incuriam parit, & idem ſerm.9. in Cant.nec ignoro quod honor Regis iudicium diligit, ſed præceps amor, nec iudicium præſtolatur, nec conſilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi ſubijcitur (Item) ſerm.83.in Cant. amor reuerentiam neſcit, ab amando quippe amor non ab honorando denominatur, honoret ſanè, qui horret, qui ſtupet, qui metuit, qui miratur, vacant hæc omnia penes 8

Bernard.

Ibid.

Ad tantum ſui contemptū, Chriſtū ex erudiuit amor.

Bernard.

amantem, amor vbi venerit, cæteros in ſe omnes traducit, & captiuat affectus. En huius rei in eodem Chriſto amante, experimētum maximum, non enim tam graue, tamque moleſtum eſt, ſi ab amico ferro, aut fuſtè pugnouè, quam ſi probro, & contumelia appetaris, rem

Eccleſ.c.22

clarè docuit Eccleſiaſt. cap.22. *Ad amicum ſi aperueris os triſte, non timeas, eſt enim concordatio excepto conuitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa, in his omnibus effugiet amicus,* quod videlicet hæc, videantur omnem aditum ad gratiam, & recōciliationem præcludere; pugnant enim cum ipſiſſima veræ amicitię lege, atque ratione; quarè dum perfectum amicum inſtruit ſapiens, eodem capite omnem cōtumeliæ, & conuitij ſpeciem, amicitiam lædere docet, præcipitque nè, vel leuiter, vel tenuiter pungēdum eſſe amicum, nam pungens, inquit, *Oculum, deducit lacrymas, & qui pungit cor profert ſanguinem,* ſicut enim coerceri, non poſſunt lacrymę puncto læſoque oculo, parte videlicet hominis tenerrima, atque molliſſima; ſic ſanè ira, commotio, efferueſcentia ſanguinis, coerceri, aut diſſimulari nō poterunt, læſo, & puncto corde alicuius ſcommatis mordacitate, & aculeo. At amor in Chriſto, omnem hunc captiuauit affectum, nam ſputis illitus, colaphis coeſus, contumelijs appetitus, ludibrio expoſitus, ad deridendum omnibus; amicitiæ leges (quantum in ipſo erat) ita ſeruauit, vt punctus grauiter omni conuitij ſpecie, tunc pro conuitiatoribus orauerit Patrem dicēs,

Ad diſſoluendā amicitiam cōuitia, & improperia ſunt efficaciſſima.

Luc.23.

Luc.23. *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.*

9 Quod ſi cum videt ſe magnificeri, vel honorari, dolet, qui eſt humilis corde, Chriſtus inter gaudia, & fauſtas acclamationes Populi fleuit amare. *Et vt appropinquauit videns Ciuitatem fleuit ſuper illam,* oſtendens aduerſus inuidiam Phariſæorum, quam non his efferretur, aut extolleretur, quin multò magis cordi ſibi eſſet Ciuitatis ſalus, quanquam non iudicaret honorem ſibi delatum eſſe cohibendum, ſic.n. ſuſceptum redemptionis munus citiùs explebat. Vide amoris technas, quem natum voluit eſſe ludibrijs, opprobrijs, abiectioni, contemptui, ità vt flagella, deriſiones, conuitia maledicta, crucis, ſupplitium, latronū conſortium, tot quot ſuſtinuit contumelias, & tormenta diriſſima propinauerit illi amor; Hunc eundem ſimul, & honores, fauſtaſque acclamationes, quando ingreditur Hieruſalem, ad amicitiā inuſitato fędere; iungendam, idem præcipit coire, paratq; Chriſto triūphum nulli vnquam hominū decretum, nam neque in diuinis ſcripturis, neque apud prophanos auctores, qui res Iudæorum ſunt proſecuti, vllum planè huic ſimile legimus exemplum, vt ingredientibus Regibus Hieroſolymam, quis occurrerit cum ramis arborum. In honorem autem Dei etiam extrà feſtum tabernaculorum, bis factum reperitur in lib. 15. Machabæor. & in paraphraſi Kaldaica; in Eſther dicitur quod die feſto, de quo illic agitur Iudæi præcidebant ramos, & faciebant ſibi Hoſciahanna; Hanc inſolitam triumphi pompam ex induſtria Chriſto decreuit amor, vt eo traduceretur citiùs, quod intendebat, ad infamiam, & ignominiā crucis. Iudæi enim videntes exhibita Chriſto, quę in Dei cultum exhiberi tantummodò conſueuerunt, Chriſtum moleſtè compellantes aiunt, Matth.cap.21. *Audis quid iſti dicunt?* arguentes nimirum, quod qui Dei ſolitus eſſet, collatum à plebe ſibi honorem, ſumpſiſſet; ſicque eorum magis

Luc.19.

Amor parat Chriſto inſolitam triūphi pōpam, vt citius ſic perduceret ad ignominiā crucis.

Spond.in anno.Eccleſ. anno Chriſti 34.

1.Maca.13. 2.Macab.x.

Matth.21.

Chryſoſt.

magis excitata eſt inuidia ad ſtruẽdam illi mortem; Audi Chryſoſtomum in homil.var. hom.24. tom.2. puto res ipſa exigit, vt queramus; frequenter quidem Ieſus venit in Hieruſalem, ſicut Ioannes teſtatur, nunquam tamen ſibi adhibuit miniſteria iumentorum, nec ramorum virentia circa ſe ornamenta conſtituit, nec ad terribilem laudem ſuæ diuinitatis animos populi excitauit, niſi modo, quando, vt pateretur aſcendit, ideò ergo cum tanta gloria ingreſſus eſt, vt amplius illorum aduerſum ſe excitaret inuidiam, quia iam tempus paſſionis eius inſtabat, & non mors eum vrgebat, ſed ipſe magis aduerſum ſe cōpellebat mortem; Quoties enim de manu Sacerdotum elapſus euaſit, cum eſſet inuiſibilis factus? Quando Iudæi Chriſtum voluerunt occidere, tangere eum non potuerunt; quando autem Chriſtus ſecutus eſt mortem, parcere ei Iudæi non potuerunt; ergo ſi Chriſtus eos prouocauit an forte de morte ſui fecit eos innoxios? Abſit, non excitauit eos, vt facerent, quod antè noluerant, ſed vt poſſent facere quod prius volebant, facultas eis data eſt; non mutata voluntas, hæc Chryſoſtomus; En igitur amoris technæ, ſimilem Deo fecit inuſitata triumphi pompa, vt citiùs crucis ſupplicio latronibus faceret æqualem.

10 Profuſio illa pretioſi vnguenti accelerat Chriſti mortem.

Huc etiam ſpectare videtur nimia tàm pretioſi vnguenti profuſio, à Magdalena facta, vt magis induceret Iudæos, ad accelerandam Chriſti mortem; Alabaſtrum illud vnguenti Marię Magdalenę magni pretij munus fuiſſe, ex eo facilè poſſumus intelligere, dum ſcribit Herodotus in Thalia, Cambyſem Regem Perſarum omnium potentiſſimum, dono miſiſſe Regi Aethyopum inter alia munera, Alabaſtrum vnguenti, docetque

Herodotus

Plinius. 36.hiſt.natur.8.

Alabaſtritem lapidem, ad vaſa vnguentaria excauari ſolere, quòd quæ intus ponuntur, incorrupta ſeruari ſolent: Porrò inter varia vnguentorum genera, quæ in delitijs eſſent, illud quod dicitur Nardus, maximi fuiſſe pretij, ſcribit Clemẽs Alexandrinus 2.Pedag.8. Illud autem quo vſus eſt Magdalena fuiſſe, Piſticum, hoc eſt non adulteratum, teſtantur Euangeliſtæ, cuius excellentiæ meminit, & Plinius 13.hiſt.1. Sed cur probauerit hanc nimiam pretioſi vnguenti profuſionem ille qui haberi voluit viliſſimus, ità vt non modo antè biduũ Paſchæ Bethaniam venienti Domino, Maria Magdalena illo vnxerit caput, ſed ante hac ſemel, atque iterum, eodem, vnxerat eius pedes? Erat enim res planè inuſitata, vt pedes vnguẽto vngerẽtur, nec niſi Athenis apud aliquos, qui delitijs dediti eſſent, fuiſſe in vſu, & à virginibus, reperitur apud Athenæum. Sed de Iudæis nullum exemplum extat, imò nec de Romanis apud quos omne genus delitiarum affluere, illis temporibus conſueuerat: Nam quaſi pro portento recitat Plinius de Othone ipſum Neroni primũ monſtraſſe, pedum veſtigia vnguentis vngere. Cur tantarum delitiarum amans, qui ſemper fuit vilipenſor ſui, vt non modo mulieris opus non impediuerit, ſed etiam laudauerit; imò, & in poſterum in vniuerſo mũdo ipſum celebrandum fore prædixerit? Sed in promptu habet reſpõſum iſta interrogatio, nã cum Iudam in nupera vnctione indignatum, & oblatrãtem audiſſet, & in poſtrema obmurmurantes alios diſcipulos, illos Dominus compeſcens dixit, Ioan.12. *Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud*, quod dictum fuit non ſolum, quia vnctio illa mortis præſagium erat, & ſignum, ſed accelerandæ necis optimum Inſtru-

Quãti pretij fuerit illud vnguẽtu à Magdalena effuſum.

Clem. Alc.

Plinius.

Spondan. ann.Eccl. ann.Dom. n. 28 & 34. Matth. 26. Marc. 13. Luc 17. Athen. 12.

Plinius.

Ioan 12.

ſtrumentũ;nam oblatrantem Iudam ſolicitauit ad proditionem, & inuidos Iudæos ad machinandam mortem.

11 Bernard. Hæ ſunt tàm immenſi amoris artes. Quod ſi exclamat Bernardus de grad. humil. c.9. glorioſa res humilitas, qua ipſa quoq; ſuperbia palliare ſe appetit ne vileſcat,ſic ille tãtum imitati magiſtrum dicamus, & nos,ò præclarum,& artificioſum diuini amoris opus; profundam Chriſti humilitatem; ſuperbia, & ambitione pallientis, vt vileſcat, & ad crucis opprobriũ perducatur citiùs, ſed non ſolum humilitas, verum, & fortitudo,patientia, cæteræque virtutes eodem armatu audent in prælia.

Quam glorioſa ſit res humilitas.

Miræ amoris artes, vt citius perducat Chriſtũ ad crucem.

Fortitudo, patientia, affeclęq; omnes virtutes ijſdem amoris armantur propugnaculis.

Cap. 7.

1 Greg Papa S Gregorius Papa homil.30. illud affert inter cætera multa, amoris argumentũ ſi in cauſa illius, quem amare ſe dicit, non laſſatur,ſi difficultaes, & moleſtias,animo ſemper alacri,atq; integro, & audacter aggreditur; & conſtanter deuorat, qui amat inquit non laborat, omnis enim labor non amantibus grauis eſt,ſolus amor eſt,quod nomen difficultatis erubeſcit. Hinc fit vt nihil metuat, qui amat, amor enim ſtrenuos alit ſpiritus,& audaces, vt de imbecilla fœmina Poeta quidã cęcinit. *Audacem faciebat amor*, etſi, vt ſcribit Plutarcus in diſputatione quadam amatoria, nihil formidat,nihil admiratur,qui amat, vibratum etiam contra ſe impauidus fulmen ſubibit, & vt ad faciendam hanc fidem præter experimẽta multa præter humanas auctoritates diuinum adhibeam teſtimonium, ſi, inquit Ioannes Apoſtolus 1.epiſt.1. cap.4. *Perfecta charitas foras mittit timorem*, quiſnam poterit inficiari ab amore fortitudinem perarmari, cuius ſunt partes motus animi in rebus terribilibus,præſertim periculis mortis ſuſtinendis, vel repellendis moderari. Huc ſpectat Ariſtotelicum illud, 1.Rethor.c.7. qui probè ſciens amorẽ faces addere,igneſq; compungere, ac ſtimulare animos, ad ardua, & fortia; ex fortitudinis actu argumentando, vt dici ſolet, à poſteriori,amoris infert faces,& incendium dicens, *quod fortiter fit, pulchrius, & diligibilius fit, quàm quod modeſtè*, illud ipſum quod nos Paulo magiſtro de nimio Chriſti amore prædicamus, ad Hebr.2. qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem,confuſione contempta, viriliter pro nobis ſuſtinuit crucis ſupplicium,& improperium, nulla habita dolorum,& opprobriorum ratione, ergo homines in finem amauit, inquit Ioãnes cap.13.Nam quod fortiter fit pulchrius, & diligibilius fit, quam quod modeſtè; & Bernardus ſerm.3. de Cœna Domini: *Domine Ieſu vita mea,decus Angelorum,quantum eos diligebas pro quibus mori cupiebas,nobis vitam, tibi mortem affectabas*.

Solus amor nomen difficultatis erubeſcit.

Ioan. c.4.

Ariſt.

Hebr.2.

Ioan 13.

Bernard.

Aggredi ardua,& terribilia,mortiſque non horrere pericula,eſt fortitudinis actus, ſed nõ audet in prælium,niſi eam armet amor; audi teſtimonium grauiſſimum ex Pſal.98. depromptum,*Dominus regnauit iraſcantur populi*; In quæ verba Auguſtinus; quid eſt,Dominus regnauit iraſcãtur populi,numquid quia Dominus regnauit, conſequens eſt ira populorum? ſic ergo reſpondet, cœpit regnare, & prædicare Dominus 2

Pſal.98.

Ieſus Chriſtus,poſtquam reſurrexit à mortuis,& poſtquam impleuit Diſcipulos ſuos fiducia Spiritus ſancti,vt nō timerent mortem, iraſcantur igitur pro libito,Apoſtolis,& diſcipulis nationes,idola colentes;nihil enim apud illos minis, terroribus,tormentis proficient,nam corda fidelium virtute repleta Spiritus ſancti,qui ignis eſt,amorq; diuinus, tàm tutum erant propugnaculum illarum conatibus oppoſitū, & obiectum,vt de ira populorum (inquit idem Auguſtinus) multa facturus ſit Deus, Illi iraſcuntur, & ſerui Dei purgantur, quia exercentur, coronantur, & quia Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum,confert incrementum gratiæ, nutrimentumq; charitatis, in hunc enim finem eſt inſtitutum, & conſequenter ad roborandos animos,valet plurimum; quid mirū ſi Chriſtus Dominus tàm cęleſti cibo refectos Apoſtolos hortetur ad fortia dicens, Ioan. 14. *Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo Patrem,& ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio, ſurgite eamus hinc,* ſcilicet in eum locum in quem venturi ſunt hoſtes,obuiam armatis cohortibus,obuiā flagellis,opprobrijs cruci diriſſimæ mortis,quantumque acceperint animi,quantumq; roboris ſic recreati Apoſtoli, in primis oſtendit Petrus, qui educens gladium,percuſſit ſeruum Summi Sacerdotis,& amputauit auriculā eius dexteram, nec horret certamen, nec timet pericula, ſed improuiſo, nec opinato impetu, ſolus aggreditur innumeros,nudus armatos, piſcator milites, diſcipulus poteſtatis ſatellites,Apoſtolus carnifices,formidoloſus Galilæus,Romanos inuictos,& quis eſt,qui illi adiecit animum, attulit ſpiritus ſuppeditauit vires ad tàm præclarum facinus? Amor fecit audacem, impetuoſum reddidit amor,qui conſilia reſpuit, excogitatas rationes non admittit, neſcit timorem,non vitat pericula, non metitur vires, non æquo diſcrimine certat non diſtinguit tempora,& quo impulſu in monte protulit illa verba; *Faciamus hic tria tabernacula,* & in via, *Abſit à te non fiat tibi hoc:* & in Cœna, *Non lauabis mihi pedes in æternum:* & in paſſionis exordio: *Etiam ſi oportuerit me mori tecum non te negabo*, eodem nunc factus impauidus, ferox, fortiſſimus,educit gladium cum armatorum militum Myriadibus, inermis, nudus, ſolus, in acie pugnat, percutienſq; ſeruum ſummi Sacerdotis, amputauit illæſus, auriculam eius dexteram.

Auguſt.

Ioan. 14.

Marc. 14. Luc. 22.

Petri nunquam ſatis mirāda fortitudo.

Matth. 18. Marc. 16. Ioan. 13.

3 Quod ſi amoris armatu tam acriter,tāque vehementer præliatus eſt Petrus; quæ nam præclara prælia factura nō erat Chriſtus? cuius fortitudinem domeſticus ille amor, quem nocte dieque ſuo geſtabat in pectore, immēſus, interminatus infinitus ſemper armabat? ex hoſte deuicto conijce fortitudinem, nam ſi fortitudinis actus eſt, vt inquit, Macrobuis animum ſupra periculi metum agere; ex formidinis qualitate, quando cœpit Chriſtus pauere,& tędere Marc. 14. licet arguere, quam animosè quam fortiter ſe geſſerit Saluator noſter. Poterat nō timere mortem, ſi nolebat, quemadmodum nec mortis poteſtatem experiri poterat nolens, ſed liberè impauidum illud pectus, ad tam diræ necis excitauit timorem, permittens voluntati ſuæ operari ex inclinatione naturæ, & timoris actum elicere, vndè pauere cœpit, & tædere, quem locum non ſolum de ſenſibili timore, ſed etiam de naturali timore voluntatis Chriſti intelligit Damaſcenus lib. 3. de fide cap. 18. & 23. lib. de Incarn. poſt med. refertque Athanaſium idem ſentientem, quin & in eādem ſen-

Quid ſit fortitudo.

Marc. 14.

Chriſti præclara fortitudo in paſſione.

Damaſcen.

Athanaſ.

tentiam exponentem verba illa Ioan.12. *Anima mea turbata eſt*. De rationali ſcilicet parte animę Chriſti; Cyrillus lib.4. cap.5. lib.10. Theſ.cap.3.etiam in Ioannem idem docet, & alibi addit orationem Chriſti Domini in horto, ex timore mortis eſſe profectam; indeque colligit in Chriſto fuiſſe voluntatem humanam, ad quam; formidinem illam ſentit, pertinuiſſe.

Ioan.12. Cyrill.

4 Ex quātitate pauoris Chriſti licebit cōijcere vires fortitudinis eiuſdē illū moderantis.

Perpende igitur quantus fuerit pauor, vt poſtmodum fortitudinis vires illum moderantis, & continentis non deſinas admirari. Quid non timebat tunc Chriſtus Dominus? inter virētes herbas illius horti, exhibitos videbat duros clauos, inter candida lilia, ſæua flagella, inter tenellas roſas, pungentes ſpinas, inter ſuaues zefiros ferentes, quæ ſunt ad vitam; horrendas blaſphemias, impræcantes mortem, inter amæna illa loca, iter ad Caluarium, inter lepidas plantas, funeſte lignum crucis, inter picturata prata vulnerum ſuorum opus execrabile, tàmque rerum harum horribilium appræhenſione ſe dedit triſtitię, tradditque timori, vt exterritus appetitus nimio preſſus angore, cor tamque diris obiectis valuti pulſus, atque fugatus, in ſubſidium ad ſe trahens ſanguinem, omnemque ſpiritum, non modo exanguis, ſed exanimis videbatur Saluator noſter. Sed quo ferocior hoſtis, eo victoria ipſo deuicto inſignior, palmaque illuſtrior; Prodijt igitur ad certamen fortitudo, ſeque accingens ad pugnam, in eodem appetitu excitauit audaciam, deſtitutas aſſumit vires, fugatum reuocat ſanguinem, qui tanto impetu in partes ruit externas, vt intra ſua neſciens ſe continere confinia, factus eſt ſudor eius teſte Luca Euangeliſta, ſicut guttæ ſanguinis, decurrentis in terram. O mirum noſtri Ducis fortitudinis actum, qui audacia, omnem timorem eliminans, fortiter ſe dat obuium hoſtibus, ſola voce proſtrauit, & ad triumphi, vt ita dicam, ſuperbiam, noluit extinguere; præcepit nè in ſuos inneherent diſcipulos, vulneratum Malchum, reſtituit ſanitati, ipſe verò viriiiter tormenta ſuſtinuit vſque ad mortem, ac mortem crucis. Quod ſi ſermo diuinus tàm præclarè Dauidis canit victoriam, qui funda, & lapide, ipſe inermis, vaſtum armatumq; deiecit gigantem, quis vnqnam, aut diuinorum vatum carminibus, aut annalium monumentis, dignè poterit celebrare, tàm laudabile Chriſti facinus, qui hoſtem illum formidabilem, tot olim aſſuetum victorijs, & ob tot illi decretos triumphos inſolentem, timorem ſcilicet diſte mortis, vel ipſo angore deiecit; nam illa de qua loquitur Lucas Euangeliſta, cap.22. Chriſti angonia, quando ſudauit Sanguinem, & ruentem in terram; effectus fuit (vt animaduertunt, qui ſanioris ſunt ſententiæ patres) fortitudinis; non formidinis; timor enim non emittit foras, ſed ad cor potius attrahit ſanguinem, ita prouidente natura in ſubſidium Principis membri, in illo afflictionis diſcrimine; At quod vocatum fuerit ad partes externas, & extra proprios declinans cancellos, ruerit in terram, fortitudinis opus eſt, non timoris, quod inde patet, nam licet Chriſtus naturali affectu timeret; deliberata tamen voluntate, & efficaci, ac actu appetitus à voluntate imperato, mortem, & omnes dolores, qui efficaciſſimè proponebantur, amplectebatur, naturalemque ſuperabat affectum: Ita igitur altercante, & tandem vincente fortitudine, ſanguis expreſſus, ſe foras emiſit; ex illius enim actu, & audaciæ potius, quam ex horrore, & triſtitia

Quantum excitabant Chriſti timorem in horto.

Luc.22.

Si Dauid proſtrauit gigantē funda, & lapide illuſtrior Chriſti victoria qui inimicū formidabilem agonia deiecit. Luc.22.

Suar. to. 2. in 3. p. diſp. 34. ſect. 2.

Quod ſanguis Chriſti in illa horti agonia ruerit in terrā opus fuit fortitudinis nō timoris.

ita conturbatum eſt corpus, ita eius diſſoluta temperies, vt præ nimio angore, prius ſudorem emiſerit, & deficiente ſudoris materia, perſeuerante adhuc imò creſcente afflictione ex vi illius, ſanguis fuit expulſus.

5 Non inficiar miraculoſũ aliquod hic intercessiſſe opus, non quod è Chriſti corpore ſanguis flueret, nã poſito tali affectu in corpore ita diſpoſito, naturalem habebat cauſam, illa ſanguinis emiſsio, ſed quia viribus naturæ, id videbatur impoſſibile, vt homo huiuſmodi paſſionem patiatur, quin mors indè ſequatur ſtatim. Et hoc valdè mirandum, imò mirabilius, vt Chriſtus angore, cui miraculum fuit eſſe ſuperſtitẽ, mortis timorem ſuperauerit, ac deiecerit, ò mirum fortitudinis actum.

6 Adde, quod bellicoſus vir, ſi fugit, artis eſt, non timoris, inſequentem non timet, ſed producit, vt palam vincat, ſtrageſque hoſtium edat immenſas. Eundem in modum Chriſtus Dominus fugere videbatur mortem, quando cœpit pauere, & tædere, ſed fortitudinis actu ſe ſeruauit incolumem, vt palam in Monte Caluariæ vinceret hoſtem, & mortis imperium funditus deleret, & hoc eſt quod dixit Epiphanius, in Ancorato Chriſtum diſſimulaſſe fortitudinem quando ita orauit, Luc. 22. *Pater ſi vis transfer calicem iſtum à me*, non fingendo falſum, ſed occultando dęmoni veram fortitudinem, & diuinitatem ſub vera humanitate latentem. Vel potius dicam, fugendo mortem non diſſimulaſſe fortitudinem, ſed fortis, & audacis hominis omnes expleſſe partes, nam ſi fortitudo duo habet extrema vitia, ſibi oppoſita, & temeritatem, quæ manifeſtis ſe obijcit periculis mortis, cum deeſt cauſa ſubeundi, & ignauiam, inordinatum ſcilicet timorem ammittendæ vitæ, in eiſdem mortis periculis, quãdo honeſta moriendi ſuppetit occaſio, Chriſtus Dominus fugit mortem, Ioan. 8. quãdo abſcondit ſe, & exiuit de templo, quando ductus à Iudæis vſque ad ſupercilium montis, Luc. 4. vt pręcipitarent eum, ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat, quando in horto cœpit pauere, & tædere, nè temeritatis contraheret notam, moriendo ante tempus præfinitum à Patre; at cum venit hora eius, animosè, & viriliter amplexus eſt mortem, ad ſuperandam ignauiam, & ſic omnem fortitudinis expleuit numerũ: Nam virtus hæc, (vt inquit, Cicero) Tuſcul. 4. eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio, vel vt idem definit. Eſt ſcientia rerum perferendarum, vel affectio animi in perferendo, ſummę legi parens, ſine timore. Præterea ſi Chriſti fortitudinem armabat amor, rationi erat conſentaneum, vt omne aliud mortis genus reſpueret, & illam ſubiret, quæ ipſo morientis ſtatu, ac compoſitione, charitatis ardorem, bracchijs in cruce extenſis, apertoque latere demonſtraret.

Adhuc ſi peritiores Duces, vt ad fortius dimicandum, hortentur milites, ea proponunt, quę ab hoſtibus paſſuri ſunt, ſi vexilla ſubmiſerint; illaque in primis, quorum vnà cum vexillo iacturam facturi ſint, opes poſſeſſiones, filios, coniuges, parentes, propriam denique libertatem, ac vitam, quæ omnia quaſi in vnico contenta vexillo, in vexilli ſolius defenſione conſeruanda eſſe deſignant. Quin, & propterea conſueuerunt nonnunquam vexillum ipſum proijcere in medias inimicorum acies quod moris feciſſe apud Romanos cõſtat ex Tito Liuio lib. 34. vbi Rom. bellum cum gallis enarratur, idque idcirco efficiebãt, vt magis magiſque militum, excitarent animos ad recuperandum vexillum 7

Epiphan. — Luc. 22. — Illud pauere, & tædere Chriſti in horto opus fuit fortitudinis, & eius ſtratagemma, vt palam vinceret hoſtem. — Ioan. 8. — Luc. 4. — Duæ ſuæ fortitudinis partes. — Cicero. — Pro defenſione vexilli, quã ta ſolẽt pati milites in prælio. — Tit. Liu.

xillum, cum quo noſſent, & bonorum ſuorum omnium fieri iacturam.

8 Quid mirum, cum Chriſtiani oēs ſub vexillo militent charitatis, iuxtà illud, *Canticorum* cap. 2. *Ordinauit in me charitatem*, vel vt habetur, *ex Hebræo vexillum eius ſuper me charitas*, & Ioannis ſimiliter cap. 13. *In hoc cognoſcēt omnes quia diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem*, ſi Chriſtus Dominus ſtrenuiſſimus miles, quin potius horum militū ſummus Imperator, videns Charitatis vexillum, inter medias pœnarum, & opprobriorum acies, eſſe proiectum, nam clauorum lege, & crucis opprobrio, reconcilianda ab illo nobis erat voluntas patris, firmandaque nobiſcum amicitia; vt omnibus nobis eſſet exemplum, quā pro huius vexilli defenſione, tàm præclara in Monte Caluario fecerit prælia, hoc voluit Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta, qui paſſionis illius narraturus hiſtoriam, in ipſo eius exordio illa protulit verba, cap. 13. *Cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos*. Hoc eſt, vt Chryſoſtomus, Leontius, Theophilactus interpretantur, cum dilexiſſet ſuos, diſceſſurus tamen ex hoc mundo ad patrem, maiorem erga illos amorem oſtendit, quem lotione pedum diſcipulorum, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ inſtitutione, qua ſe ipſum in cibum, & ſacrificium perpetuum dedit, & tam durarum pęnarum perpeſſione, dum tolleretur in crucem, mirificè patefecit. De charitatis vexillo eiuſque defenſione agebatur, ergo acriùs, & fortiùs illi erat dimicandum, ne bonorum omnium fieret iactura. In hunc ſenſum accipiunt Toletus, Pererius, & nonnulli alij catholici illa verba Pauli Epiſtola ad Romanos cap. 8. *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? &c.* vt ſermo ſit de dilectione non ea, quæ eſt in nobis, ſed eâ quæ eſt in Chriſto Ieſu, ipſoque Deo, quâ ſcilicet Deus nos amat per Chriſtum mediatorem, quem pro nobis dedit in mortem, pergenſque Apoſtolus in commēdanda huius dilectionis diuinæ erga electos, firmitate, & immutabilitate, nec gladium nec famem, nec dęmonem, nec denique aliquod quid piam futurum, quod Deum poſſit reuocare ab hoc amore, vt eos deſinat diligere, tegere, protegere, cum miſerit in mundum Filium ſuum tàm dira paſſurum, nè ſineret eos à ſe, & à ſalute excidere.

9 Contemplare peritiſſimum Ducem ſtrenui militis adhuc munus explentem, qui, vt ad immitandum nobis, proponeret exemplar, charitatis vexillum in medias inimicorum acies proiectum, inter tot dolorum, & pœnarum cuneos, fortiter defendit; totque obiectum hoſtibus, in charitatis perniciem armatis, ità conſeruauit illæſum, vt exclamet Bernardus ſerm. 4. hebd. pęno. cap. 15. in illa verba Ioannis: *Maiorem Charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*, tu maiorem habuiſti Domine ponens eam etiā pro inimicis, cum etiam adhuc inimici eſſemus per mortem tuam, & Patri, & tibi reconciliati ſumus, quęnam alia videbitur eſſe, fuiſſe, vel fore huic ſimilis charitati, vix pro iuſto quis moritur, tu pro impijs paſſus es, moriens propter delicta noſtra, qui veniſti gratis iuſtificare peccatores, ſeruos, facere fratres, captiuos cohæredes, exules Reges, etiam pro tranſgreſſoribus rogans, vt non perirent, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt hæc ille.

Tandem ſi Vegetius refert aliam quoque eorundem Romanorum cōſuetudinem qua haud quaquam 10

tota

Cant. 1.

Ioan. 13.

Ad tuendū vexillū charitatis ſub quo omnes Chriſtiani militant tā dira paſſus eſt Chriſtus in prælio paſſionis.

Ioan. 13.

Rom. 8.

Mira Chriſti charitas qui pro inimicis animā poſuit.

Bernard.

Artificium Romanorũ vt milites maiori robore defenderent vexillum.

tota ſtipendia militibus darent, ſed partem dumtaxat quod reliquum verò ſupererat, apud propriũ vnius cuiuſque cohortis vexillum ſequeſtrarent, vt videlicet vexillum illud maiori defenderent robore, quibus erat perſpicuũ in illo proprias vnius cuiuſque repoſitas eſſe mercedes, mirum videri non debet, ſi Chriſtus Dominus, cui, ſub crucis vexillo, vexillo inquam charitatis, vbi tam amanter pro nobis ſubiturus erat mortem, ſeruatum eſt totum Redemptionis prœmium, vberrimus ille ſuorum laborum fructus; nam veluti ex diuino pacto, & ordinatione factum eſt, vt tota Chriſti vita ordinaretur ad integrum ius obtinendum, quaſi per modum vnius meriti, in eius morte conſummandum, (vt notant Patres, vt indicat ipſe ſermo diuinus) tàm animoſè, tàmque viriliter pro illius dimicarit defenſione, ne tanto fraudaretur bono? charitatis res agebatur, charitas armabat ad pugnam, illa vtique immenſa, quæ nõ habebat exemplum, expectandum igitur erat fortitudinis opus eximium.

Totum redemptionis præmium in Chriſti morte conſumandum erat. Suar. to. 1. in 3. p. diſput 33. ſectio. 3.

II Quod ſi fortitudo præſtat magnanimitatem, fidentiam, ſecuritatem, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem, dum amor fortitudinem accingit ad prœlium, has omnes virtutes illius aſſeclas, armat ad pugnam, & ſic promit tolerantiam patientiam. Quod ſi iuxtà Ariſtotilem, Doctorem Angelicum, vniuerſamque Philoſophorum moralium ſcholam, duo numerantur fortitudinis actus, alter in repellendis, alter verò in ſuſtinendis periculis mortis, in quibus difficillimum eſt animum regere, & ſtatum rationis retinere, & adhuc ſub Iudice lis eſt, vter illorum dicatur fortior, an qui mortis pericula aggreditur viriliter, an vero qui oblata periculorum diſcrimina, æquo ſuſtinet animo, qui fieri poteſt, vt ille amor, qui fortitudinem accendit ad prælium, idẽ ipſe non armet, tolerantiam patientiam? Audi ſequentia.

Duo numerantur fortitudinis actus.

Quomodo amor armat, & inſtruit ad prælium patientiam. Cap. 8.

I SI pacientia iuxtà communem ſententiam, quæ illam quoquo pacto diſtinguit à fortitudine, tanquam partem eius potentialem, illique annexam, vt ſecundariam principali; virtus illa eſt, quæ in malis, quæ frequenter accidunt, ſuſtinendis, animum confirmat, moderando mærores, qui ex illis percipi ſolent, nè videlicet propter hos, à præſcripto rationis recedat, ſeu aliquid indecori agat, vt in morte filiorum, amicorum in exilio, in damnis, in morbis, in contumelijs, alijſque id genus malis: hæc enim magnos mœrores afferre ſolent, qui hominem ſæpè ab arce rationis, & officio virtutis deturbant, & ad malum concitant, quam Auguſtinus cap. 2. lib. de pacientia (etſi Eraſmus reclamet) hoc pacto deſcribit, patientia hominis eſt, qua mala æquo animo toleramus, nè animo iniquo bona deſeramus, qua ad meliora perueniamus, & idem ex Cicerone, patientia eſt honeſtatis, aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum, ac difficilium, voluntaria, ac diuturna perpeſsio; Quis eſt, qui non confiteatur patientiam armari ad prælium ab amore, à charitate? amorem enim reddere facilia, quæ ſunt ardua, & acerba ſuauia, vt æquo ferantur animo, teſtantur omnes, Ariſt. lib. 7. moral. eadem cap. 15. tom. 5. (vt ab ipſo exordiar) inquit videtur enim amantis eſſe, à mo-

Definitur patiencia.

Auguſt.

Ariſt.

leſtorum

leſtorum participatione arcere, alterius autem ſimul eadem ſuſtinere velle, quo circa vtraque rationabiliter eueniunt, nihil enim decet amico tàm acerbum iudicari, vt nō teneat priorem iucunditate, amicum· Sanctus Auguſtinus lib. 13. confeſſionum. Omnia, ait, in hac vita laborare in remigando, veluti qui ſunt ad triremes damnati, ſolus amor non laborat, difficultates neſcit, nihil illi difficile, res aggreditur arduas, amplectitur terribilia, onera, quæ videntur importabilia, illi ſunt leuia, nihil illi amarum, nihil inſipidum, acerbum nihil, condit triſtia hilaritate, horrida lenitate, terribilia ſuauitate, acida dulcedine, inſipida ſapore, eius palatui nihil iniucundum, nihil inſuaue, amanti omnia ſapiunt iucundiſſimè, & lib. de natura, & gratia) omnia, ait, fiunt facilia charitate, cui vni, Chriſti ſarcina leuis eſt Bernardus ſerm. 85. in Canticl vbi amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor; & fortè ſapientia à ſapore denominatur, quod virtuti accedens, quoddam veluti condimentum, ſapida reddit, quę per ſe inſulſa quodammodo, & aſpera ſentiebantur, & idem ſerm. 43. in Cant. Iugum, inquit, Chriſti ſuaue eſt, & onus leue, non quia leue in ſe (nec enim leuis paſſionis aſperitas, mortis amaritudo) ſed leuis tamen amanti, &c. ſolent qui portant onera molles ſupponere pannos, vt ferant leuius, nos ſi charitatem ſupponimus oneri, ac iugo, & feremus illud alacriter, faſciculus myrthæ dilectus meus mihi, ait ſponſa cœleſtis, nam ijs, quibus eſt dilectus Chriſtus; non faſcis eſt ponderoſus, ſed faſciculus leuis, propterea non faſcem, ſed faſciculum dilectum dicit, quod leue præ amore ipſius, ducat, quidquid laboris immineat, & doloris, &c. item non ait faſciculus myrrhæ dilectus meus, ſed mihi, inquit, quę diligo, faſciculus eſt; vnde, & dilectum nominat, monſtrans dilectionis vim omnium amaritudinum ſuperare moleſtiam, ſic Hieronymus Epiſt. 22. ad Euſtochium nullus difficilis labor in amore Chryſoſtomus homil. 55. in Geneſ. Amor nihil difficile ſpectat, ſed id quod fuerit plenum periculis, & multa miſeria, leuiter fert, ad hoc vnum videns, quomodò ſuo potiatur voto, & deſiderio Gregorius Papa lib. 6. moral. c. 17. Quid leuius, aut vnquam gratius, quam amor fertur? quid præterea graue non leuiter tolerat, qui amat, quidquid enim diligitur, cum magna deuotione portatur, Aluarez de vita ſpirituali tom. 1. lib. 3. par. 3. cap. 21. Quid amore ſuauius? qui ipſamet ſuauitas, & dulcedo eſt, rigida inflectens, dura illiniens, & inſipida in ſapida, & dulcia commutans, ipſe eſt, qui difficilia facilia facit, intractabilia, blanda, & mollia reddit, & inacceſſa, atque prærupta in plana, & ſecura conuertit.

[Margin: Auguſt. — Amor omnia condit eius palatui nihil iniucundum. — cap. 69. — Bernard. — Ibid. — Cant. 1. — Hieron. — Chryſoſt. — Greg. Papa — Aluarez.]

2 Sed accedamus ad fontem, vndè horum riuulorum deductio, conſulamus ſacras paginas vndè ſumpta hæc doctrina eſt, videbimus enim ſermonem diuinum nihil ferè tàm ſæpè inculcantem, quam tolerantiam amore ſtabiliri, charitate firmari, eadem vigere, eiuſque beneficio, onus quodlibet ſuſtinere viriliter, en tibi Apoſtolus (vt inde incipiam) qui charitate armatus, audet in prælia omnia, in quibus non reſiſtendo, ſed patiendo, & moriendo ſuperantur hoſtes cuncti, & quęuis aduerſa Rom. 8. *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* Certamque ſibi promittit victoriā, & ad certamen deſcendit; quaſi iam victoriæ Dominus ſit, ſubdens.

[Margin: Patientia teſte ſacra Scriptura amore firmatur. — Rom. 8.]

Sed

Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos, certus ſum enim, quia neque mors neque vita neque Angeli, &c. neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro, nam anguſtias omnes deuorat, imò abſorbet latitudo charitatis Chriſti, perinde, vt Balena paruos deglutit piſciculos, & ignis maximus, guttas aquæ vix ſentiens, haurit, aquæ enim multæ nō poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam; id enim ſibi volunt illa verba, Roman. 8. *Sed in his omnibus ſuperamus*, præſertim ſi Græcę vocis ὑπερνικῶμεν vim perpēdamus, quā ad verbum reddas, pluſquam victores ſumus, ſuper vincimus; idque referunt Chryſoſtomus, & Theophylactus ad vincendi facilitatem; nam ſola tolerantia contra hoſtes vbique trophea erigimus, & per ipſa tormenta, & perſecutiones ſuperamus, quæ noua eſt, & mira vincendi ratio, & quid non audet diuino capta amore patientia? quamque audaces ſuos reddat milites, & pergant quodlibet præclarum facinus perſequi, vel ex vno diſce Chryſoſtomo Pauli ſtudioſiſſimo, qui cum ab Eudoxia in exilium pelleretur, & extrema quæque metueret, ſcribens ad Cyriacum ita ait, ego cum à Ciuitate fugarer nihil horum curabar, ſed dicebam intra me metipſum, ſi quidem vult me Regina exulem, agat in exilium, Domini eſt terra, & plenitudo eius, & ſi vult ſecare ſecet, idem paſſus eſt Iſaias, ſubſcribar illi; ſi vult in pelagus mittere, Ionæ recordabor, ſi me lapidare vult, lapidet me, Stephanum habeo primum Martyrum Socium; ſi & caput tollere vult, tollat, habeo Socium Ioannem Baptiſtam, & ſi ſubſtantiam auferre auferat; nudus exiui de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Hæc Chryſoſtomus.

Patientia amore capta, quā audaces ſuos reddat milites ex Chryſoſtomo pbatur.

Rom. 8.

Chryſoſt. Theophyl.

Chryſoſt. Epi. 3. to. 5.

Cyriac.

Sed nō modo armat charitas patientiam, vt animoſè, & viriliter ſuſtineantur aduerſa, ſed ita condit, vt ſuauia reddat, & dulcia, & quæ nata ſunt afferre triſtitiam, eius beneficio præſtent ſolatium facit ille locus Ieremiæ cap. 31. quem myſtice de cęde Innocentium, Matthæus cap. 2. intelligit: *Vox in ramah audita eſt ploratus, & vlulatus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt*; quem locum Sanctus Hylarius ſic explicat Canon. 1. in Matth. vt Rachel typum Eccleſiæ gerat, hæc ergo Eccleſia in occiſione filiorum noluit conſolari, quia non ſunt, rationem autem cur renuat conſolari pulchrè explicat Euſebius Emiſſenus ſerm. de Innoc. noluit conſolari, inquit, quia non ſunt, Sancta namque Mater Eccleſia quamuis multum de filiorum nece lugeat, conſolationem non recipit, quia non ſunt in tali euentu dandæ, vel ſuſcipiendæ, conſolationes, vbi enim lætitia vincit lacrymas, gaudium mœrorem, gloria paſſionem, ibi conſolatio neceſſaria non eſt; magis enim lætandum eſt de illa vita, quam de iſta ſic dolendum ſuperfluas itaque cenſet Euſebius conſolationes, vbi ſuperabundat conſolatio, lætitiæque rationes ſuppetunt, quod idem dixit homil. de Sancta Bandina, loquens de Martyribus Lugdunenſis Ciuitatis, afferenſq; hunc intellectum ad eadem verba ait. Ità hæc beata parens, & triumphalium illuſtris patria bellatorum, tantorum diues pignorum meritis, & ſi ad momentū oculis inſipientium orbari viſa eſt; nequaquam tamen indiget conſolari, nec plorat filios ſuos, quia in videndis luctibus dum perderet, acquiſiuit. Hylarius verò, noluit conſolari quia non ſunt, ſic explicat, quia non erant mortui, qui reputabantur mortui,

3 Amor quomodo condiat aduerſa ex ſacra Scriptura demonſtratur.

Ierem. 31. Matth. 2.

Hylarius.

Euſebius Emiſſen.

In morte Martyrum lætandū nō flendum.

S. Bandina.

loc. cit.

mortui, noluit conſolari, in æternitatis enim profectum per martyrij gloriā efferebantur, cōſolatio enim rei amiſſæ, & non auctæ præſtanda eſt. Videndus eſt Chryſoſtomus homil. 5. de varijs in Matthæum locis, cum ait. Duo diuerſa in eo conſpicio, quod flet, & quod conſolari contemnit, ſi enim fleuit, cur conſolari contempſit, aut ſi noluit conſolari cur fleuit? Reſpondet. Conditio à matre defletur, ſed ſpe glorię conſolatio humana contemnitur, plangit affectus, ſed fides exultat.

Chryſoſt.

4 Sed Ieremiæ verba, ſi accuratè perpendantur, apertiùs confirmabunt, quod intendimus: Conſiderandum namque eſt, cur Rachel introducatur in necem infantium Innocentum plorans filios ſuos, cum potius filij Liæ Innocentes eſſent nuncupandi, vtpotè, quia in Bethleem fuere occiſi, quæ non in Tribu Beniamin filij Rachelis, ſed in Tribu Iudæ filij Liæ ſita erat, ac proindè eidem Liæ tanquam matri luctus infantium competebat, & licet multi hac de re multa dicant; dicendum vtique videtur, quod ex fęlicitate alterius ſororis infęlicitatem ſuam miſerè deplorat, Rachel quaſi lamentetur, plantumque edat, ex eo quod filij ſui non fuerint occiſi, ſicut ſorori contigerat, perpendens quantum gaudium eſſet, vel in cęde filiorum tentari. Hoc ipſum gaudiū, & ſolatium prædixit vates Euāgelicus Iſaias cap. 63. dum de Rege Meſſia ità vaticinatur reſpectu ſuorum ſubditorum *Cum omni tribulatione eorum non eſt tribulatus*, Hebraicè verò habetur. *Non fuit tribulatio ſub eis*, quod Vatablus ſic exponit, cum maximè videbantur affligi, tunc non verè affligebantur, leuāte Deo afflictiones eorum, imò conuertente in gaudium, dum poſt prædictas tribulationes ait, Gaudete, & exaltate; Hoc etiam oſtendit

Lepida cōſideratio ad idem confirmandum.

Iſai. 63.

Vatablus.

Ambroſius ſerm. 45. in latrone beato, qui priùs, inquit, gloriari cępit in malis ſentiendis quàm puniri; non enim patitur ſupplicium, dum Paradiſum promeretur; Petro dicitur à Chriſto, Io. 13. non potes me modò ſequi, ſequeris poſteà, & huic dicitur mecū eris in Paradiſo, Luc. 23. tanquam diſcipulus ille differtur, & hic tanquam ſocius inuitatur, quid ergo potuit męſtus pati, qui paſſionis ſociū Deum habet, & dolorem leuantem, & in gaudium tormenta ipſa tranſmutantem? gloriam etiam in paſſione latronis infert Ambroſius, quia vtrinque in ea Paradiſus reſonarę videtur, & ex vtraque parte gloria clauditur; ipſe poſtulat memoriam in regno Chriſti, hic promittit eadem die cœleſtem fruitionem; Mala ergo, quæ vndiq; comitantur bona, cur non lætus excipiet, qui in eis gloriatur, & iam veluti beatur? In quam ſententiā videndus Tertullianus lib. de fuga perſecut. qui interpretans id, quod Chriſtus Dominus dixit Diſcipulis Matt. 10. *Cum vos perſequuti fuerint in Ciuitate iſta fugite in aliam*, Non cenſet Chriſtum Dominum voluiſſe, vt fugerent Diſcipuli perſecutiones, ſed potius, vt ad eas tolerandas confugerent, & poſt tormenta perpeſſa in vna Ciuitate, ad aliam denuò cruciandi, confugerent, quaſi diſpertitas tribulationes venātes, vt de ipſis manantia ſolatia, ſuauitèr haurirent non quaſi inquit tacitè in aliquam Ciuitatem fugiendum erat, ſed quaſi vbique annunciaturis, & hoc vbiq; perſecutionem ſubituris, ſic ille; & Philo lib. ꝙ deterior, &c. ad idem confirmandum oſtēdit Rebeccam ſignificare patientiam, quæ promiſſa eſt in matrimonium Iſaac, cuius nomen ſignificat, gaudium ſiue riſum, qui enim per patientiam tolerat, gaudium, & lætitiam velut coniugem, & ſociam habet, & Gregorius

Ambroſ.

Ioan. 13.

Luc. 23.

Boni latroni prerogatiua.

Tertull.

Matth. 10.

Non ſunt fugiēdæ tribulationes, ſed ad ipſas tolerandas confugiendum.

Philo.

Greg. Papa. gorius Papa homil. 35. in Euang. ponderans id, quod dixit Chriſtus Luc. 21. Dominus Luc. 21. *Capillus de capite veſtro non peribit*, ait, caro inciſa dolet, capillus inciſus non dolet, cur timetis nè pereat, quod inciſum dolet, quando, & illud in vobis perire non poteſt, quod inciſum non dolet, hæc ille.

5 Inflãmata patientia q̃ præclara præſtat. Verbis dici non poteſt tantum, quam re ipſa præclara præſtet inflammata patientia, nec in hac re multus ero, ſi illud afferram quod Chriſtus volens Petro pronuntiare Pontificiæ dignitatis faſtigium, vt videre eſt apud Ioannem Circui- Ioan. 21. tione vtitur verborum Ioan. 21. *Simon Ioannis diligis me plus his?* & iterum. *Simon Ioannis diligis me?* tandem tertio eundẽ habet ſermonem. *Simon Ioannes amas me?* Ità vt contriſtatus Petrus, dixerit, *Domine tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te*, cur igitur hæc trina Chriſti interrogatio eadem ſemper repetens? Nihil aliud ſpectabat, niſi illud edicere quod pertinebat ad futuram illius Dignitates timẽdas tribulationes, tãquã proſpera, & iucunda amplectenda. Põtificiam dignitatem, Paſce oues meas, tanta vti voluit Chriſtus circunſpectione, vt omen tale Petrus æquo animo ferret; eodem tamen loco prędicens eidem, qua morte clarificaturus erat Deũ, quaſi proſpera annuntians, & iucunda, omni prætermiſſa inſinuatione, dicit ei Ioan. 21. apertè Ioan. 21. *Cum eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cum autem ſenueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis*. Tamque fixum Sanctorum hærebat animis pati pro Chriſto iu- Hieron. cundum, vt Sanctus Hieronymus Bonũ omen imprecatio & prædictio tribulationum. ad conſequendum quod expoſtulabat à Damaſo Papa, nihil iudicauerit opportunius ad eius flectendum animum, quam illas adhibere preces, ità te alius cum Petro cingat, hoc eſt vtinam cum Petro ſis crucifixus: Malum omen imò peſſimum exiſtimabat antiquitas illud, ab eat in malam crucem, in crucem ſit ſublatus; At immutat rerum naturam Chriſti charitas, tantamque experitur in ſuſtinendis huiuſcemodi ſupplitijs iucunditatem, tamque ſuperabundant gaudio, qui talia patiuntur, vt valeant cæteris, qui tormenta non ſuſtinent, ſuauitatis propriæ aliquid impertire. Quod ſi ità fert omnium conſuetudo, vt qui ſunt ſa- In Chriſti Republica hoc eſt ſingulare, vt qui patiuntur aduerſa, ſolentur eos, qui videtur illæſi. ni, recta conſilia ægrotis dent homineſq; integra fortuna ijs ferant opẽ, qui ſunt afflicta. Contra ſe res habet in Chriſti Republica, infirmi, & qui patiuntur aduerſa confirmant ſanos, & ſolantur eos, qui videntur illæſi, coniecti in carcerem erant Apoſtoli, pro Chriſti nomine, publicè flagellati, vix de faucibus Iudæorum, & à morte erepti, ad conſolandum properarunt cæteros fideles, qui horũ malorum videbantur immunes, Act. 16. *Exeuntes de* Act. 16. *carcere*, inquit ſermo diuinus, *Introierunt ad Lydiam, & viſis fratribus, conſolati ſunt eos, & profecti ſunt*, & Sixtus Papa dum ad ſupplicium raperetur Laurentium męrentẽ, quod non eſſet martyrij conſors, ſolatur ominans duriora tormenta. *Non ego te deſero fili, neque derelinquo, ſed maiora tibi debentur pro Chriſti fide certamina*.

Sancti igitur, qui habent corda 6 flammantia, & labores irritant, & tormenta laceſſunt, & inuentos ſe ab illis gloriantur, tẽtationeſq; præmij loco, læti excipiunt; Quod ſi vel modica charitas valet plurimum ad condienda quæ ſunt amariſſima, vt quænis dura illiniat, & aſpera reddat blanda, & horribilia placida, & inſipida ſapida, & dulcia commutet. Quid dicendum de Chriſto, qui immenſum charitatis ignem in humanitatis vaſculo incluſum gerebat? *In quo inhabitat*, vt cum Coloſſ. 2. Paulo loquar, *Omnis plenitudo diui-*

nitatis corporaliter, quæ ignis conſumens eſt, qui non deuoraret quidquid in pęnis, & tormentis durum eſt, & aſperum, & pęnitus abſorberet, ita vt illius vi, pęnę in delitias tormenta in voluptates, ignominias in gloriam commutarētur? Patientia Chriſti tanto amore armata, in quæ non audet prælia? quales nō reportabit victorias? quæ de ipſis tormentis non hauriet ſolatia? audi

Chryſoſt.

Chryſoſtomum ſerm. 35. de patientia Iob in illa verba ipſius, *Clarifica me Pater*, quid ais, ad crucem raperis cum prædonibus, & ſacrilegis, vt execratorum hominum mortem luas, ſputis pollutum iri, & alapſis pulſatum iri, & hæc gloriam appellas? multo magis ego iſtam gloriam putare debeo, & Auguſtinus

Clarificatus eſt Chriſtus cum ad crucem rapitur cum prædonib.

Auguſt.

tract. 65. in Ioan. de Chriſto Domino moriente cum lætitia ait, quam mirandi generis mors eſt, cui parum fuit non eſſe in pęnis, niſi eſſet in ſuper in delitijs. Hęcque fuit cauſa ſicut notauit Leo Papa, ſerm. 10. de paſſio. c. 3. Cur prohibuerit fletum ſuper ipſum, quia non decebat luctus triumphum, lætitiam, & gaudium, quod in paſſionibus ad imitationem ipſius ex Conſilio Iacobi debemus exiſtimare.

Leo Papa.

7 Mirā ſe credunt dicere, qui aſſerunt Chriſtum, qui ſanum habebat palatum delicatiſſimis aſſuetus cibis, vtpotè de quo prædictum fuerat Iſai. 15. *Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum*. Itā exuriſſe mortem, & illam amariſſimam Crucis, vt de ea loquens diceret, Luc. 12. *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur*, maiora ſum dicturus, qui delitijs delectabatur æternis, eiſque mirè paſcebatur, quaſi maneret inſaturabilis, naturam voluit aſſumere humanam, vt ſaturaretur opprobrijs, quod ei fas non erat per naturam diuinam, quæſituſque

Iſai. 15.

Luc. 12.

Mirū quod Chriſtus delitijs aſſuetus æternis, ita guſtauerit mortē, & dira ſupplicia.

ad regnū factus homo fugerit, quæſitus verò ad probra, ſe obtulerit ſpontè, nec vno viſus fuerit cōtentus ferculo diro illo crucis ſupplicio, niſi illud haberet appoſitū mille alijs conditum tormentis, audi Tertullianum de patientia cap. 3. de Chriſto dicentem. Taceo quod figitur, in hoc enim venerat, nunquid tamen ſubeundæ morti etiā contumelijs opus fuerat? ſed ſatiari voluptate patientiæ diſceſſurus volebat, ſic ille, ſed cur ſatur, & veluti ebrius eſſe voluit talis cibi, & potus, diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem? forſitan, vt delitiaretur in Cœlis ructādo ſaltē ſuauitatem præteritæ paſſionis, vbi nullus patiendi locus, & propinari ſibi ſupplicia plenis faucibus diſceſſurus voluit, vt de tali plenitudine ſuauiſſimè ructaretur in Cœlis; ſuffragatur huic ſententiæ ipſe Petrus Apoſtolus, qui de Filio Dei ſedentis ad dexteram Patris illa habet verba, 1. Pet. 3. *Qui eſt in dextera Dei deglutiens mortem*, quem locum de memoria præteritæ mortis illi iucundiſſimæ, interpretantur nonnulli, quam recordationem prę teritę ſuauitatis, ſub metaphora dulciſſimi ructus, iuxtà præteritarū dapū, ſaporem, & dulcedinem, deſcribit Dauid Propheta, *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt*, adde quod quamuis deglutiuerit Chriſtus mortem, & (vt cum Iſaia cap. 25. loquar) præcipitauerit mortem in ſempiternum, & cum Paulo, abſorta ſit mors à Chriſto in victoriam, & deuorata, vſurpat tamen Petrus præſens verbum pro præterito, vt ſic indicaret, in qua fuerit voluptate, epulando in cruce, & in ſua paſſione; nam quemadmodum delicatum cibum, gratumq; palato, per os agitamus, glutimuſque paulatim, ad ad eius ſuauitatem magis deguſtandam; Sic cū Chriſtus mortem Crucis, & tot dira tormenta ita in deli-

Tertull.

Chriſtus in dextera Dei ſedēs ructat mortem, & paſſionem, tanquam quid dulciſſimum.

1. Pet. c. 3.

Pſal. 144.

Iſai. 25.

tijs

tijs habuerit, vt nunquã illis explere famem potuerit; Quid mirum ſi Petrus cũ quo ſua arcana ſæpè colloquebatur, eundem ea adhuc manducantem, & deglutientẽ deſcribat. *Qui eſt in dextera Dei deglutiẽs mortẽ.* Quid plura? tantam ex malorum tolerantia hauriebat conſolationem, vt magnum putabat ſibi apportari damnum cum paulum lucri impediebatur patiendi.

8 Scindique videbatur in partes, cum de ſciſſura agebatur patientiæ audi Tertullianum de patientia cap. 3. hoc ipſum teſtificantem his verbis, neque vnius quidem diſcẽtis, ideſt diſcipuli, gladium in vltionem probauit, patientia Domini in Malcho vulnerata eſt, & gladij opera maledixit in poſterum, & ſanitatis reſtitutione ei, quem non ipſe vexauerat ſatisfecit, & patientiam miſericordiæ matrem. Noluit enim pati ſciſſionem in patientia, qui integram, & perfectam eam nobis voluit probare, & docere, & traddere hæc Tertullianus. quibus addam illa Auguſtini lib. de patient. tom. 4. Si ergo Deus nobis patiens proponitur, qui totus actiuus eſt, imò, & puriſſimus actus, nos, qui niſi patiamur, tundamur, & præmamur, perfecti minimè erimus, cur pati recuſamus? Quodque perfectos, & elaboratos patientia reddat ſanctos, inquit, Dauid Propheta, *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, vbi alij legunt Pſalm. 16. *Satiabor cum afflictus fuero ad ſimilitudinem tuam*, nos enim quos præſciuit, & prædeſtinauit Deus conformes fieri imagini filij ſui, ad ipſius etiam imaginem, & patientiæ exemplar, torqueri, & affligi permittit, qui ſicut ouis non coram tondente ſe, ſed corã occidente obmutuit, ſicut eleganter proſequitur Bernardus homil. 1. in miſſus eſt, de quo etiam Tertullianus dixit lib. de patientia cap. 3. Hinc vel maximè ò Phariſæi, Dominũ cognoſcere debuiſtis, patiẽtiam huiuſmodi nemo hominum perpetraret, vnde cum ei dicerent inſultantes Iudæi, quod ſi deſcenderet de cruce, illi eſſent credituri, noluit, quia patientia docebat, potentia differebat, id enim tanquam perfectiſſimum voluit docere, & inculcare potius quã ipſam Dei potentiam. Proditur enim Deus, ſicut dixit Ambroſius, lib. 2. in Luc. cap. 3. iniuriarum acerbitate. Acutè equidem in hanc ſententiam notauit Chryſologus ſerm. 101. id quod Chriſtus Dominus dixit, *Dico autem vobis nè terreamini ab his*. Ad Dei amicitias, inquit ſublimatur, qui propter Deum humanas deſpicit mortes, neſcit timores, ſi amicos, morum facit imitatio, morum ſimilitudo cõiungit, cõuenienter eos amicos vocat Chriſtus, quos imitatione ſua mundi Iacula, & ipſam mortis formidinem conſpicit, & præuidet calcaturos, vobis proinde hoc dico, non omnibus, ſed amicis. Hinc eſt, quod poſt quam Abraham vidit quo animo, qua patientia, & taciturnitate filius Iſaac ſe ſacrificio aptauit, & gladio ſubiecit Geneſ. 22. è Cęlo prohibitus nè eundem occideret; accepit, inquit, Paulus Hebr. 11. eum in parabolam, Chryſoſtomus Gale. Vatablus explicant, accepit eum in figuram, & ſimilitudinem, vt eſſet ſimilitudo Chriſti; nihil enm in terris ſic potuit ſimilitudinem illius hominis Chriſti, in quem deſiderant Angeli proſpicere, ob oculos proponere, quam adoleſcens ille, qui tantam exhibuit patientiam; Sic igitur deindè eum colebat Pater, quaſi in eo veluti typo, & figura hominem Deum coleret. Hoc ipſum mihi videtur adumbratum in eo quod contigit Iacob cum Eſau fratre, Geneſ. 31. Cuius iram ex conſi-

Tertull.

Scindi Chriſtus videbatur in partes cum de ſciſſura agebatur ſuæ patientiæ.

Tertull.

Auguſt.

Perfectos, & elaboratos, reddit patientia.

Pſal. 16.

Rom. 8.

Bernard.

Tertull.

Patientia Chriſti præcipuus diuinitatis.

Ambroſ.

Chryſol.

Luc. 12.

Gen. c. 22.

Hebr. 11.

Vatablus.

Patientia Iſaac expreſſa imago patiẽtiæ Chriſti.

Geneſ. 31.

conſilio Rebeccæ, quæ ſapientia dicitur, declinauerat, profectus Meſopotamiam Syriæ; vnde cum iterum rediret memor benedictionis ablatæ, & primogenituræ præreptæ, quę animum Eſau contra ipſum admodum concitauerant, quemque ipſe ſedare curauit, currens tamen Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum, ſtringenſque collum eius, & oſculans fleuit, longè aliter euenit, quàm quiſquam poſſet exiſtimare, offenſus amplectitur offenſorem, ſpoliatus primogenitura, & benedictione, oſculatus eũ, qui hæc præripuit; ſuper collum ejus flet, audiamus igitur quid dixit Iacob, videns talia. *Accipe munuſculum, ſic enim vidi vultum tuum quaſi viderim vultum Dei*, ac ſi diceret non mihi videris homo, quando tanta lænitate, & patientia, ea, quæ aduerſum te commiſi, ſuperas, & omittis, & maculas iniuriarum, tuis etiam lacrymis diluis; vultus iſte tuus ſimilitudinem Dei refert, nihil enim ſic reddit imaginem Dei in terris, quam ea patiẽtia, quę in te relucet, proindè accipe munus, & ſacrificiũ, quod Deo in ipſius imagine offero. In quam ſententiam facit id quod Chryſoſtomus ſerm. 35. de patientia Iob tom. 5. dixit, cum loquitur de Iob bonis ſpoliato, vlcere percuſſo, patienter tamen ferente: Fingite, inquit, vobis illam auream effigiem gemmatam; Non tàm ſplendido Rex ſolio ſedet, quam tunc inſignis ille, clarúſque in ſtercore ſedebat, niſi corpus vulneribus perterrebraſſet, interiores radij nõ emicuiſſent, niſi in ſtercore conſtitiſſet, diuitias eius non noueramus. Poſſet verò quis imagini aureæ patientię ſubſcribere, faciebat perſecutio, perficit patientia; Tamque timet diabolus hanc Dei ſimilitudinem, ſicut, & ipſum Deum; nam cæteras omnes virtutes aggredi audet hanc admiratus fugit, & iuxtà hanc, obmuteſcit ſic Chriſoſtomus. Quod notauit Tertullianus libro de patientia, cap. 16. & etiam proſequitur Chryſoſtomus ſerm. 35. de patient. Iob, tom. 5. cum eſſet Iob, inquit, in poſſeſſione bonorum, diabulus ſuſpitionis aliquid habebat non gratis, inquit, Iob te colit, poſtquam autem pecunias abſtulit cumque omnibus nudus reliquit, tunc oſtenſum eſt, deinde impudens os eius, nihilque quod præterea diceret, habuit &c. tunc victus ceſſit, quid eſt diabolus quod ita fugis, &c. meritò proindè tanquam perfectiſſimæ virtuti tribuitur corona, ac palma cæleſtis, ideoque viginti quatuor illi ſeniores ad Regni gloriam, & coronam euecti idem procidentes dicunt agno Apoc. 5. *Feciſtinos Deo noſtro Regnum, ideſt Reges*, vt habet Græca lectio, *& Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram*, explicant ſcholia Grecanica per tolerantiam afflictionum, Regni corona inſigniti ſumus, hoc enim perfectum opus reddit patientia; Vnde Paulus volens ſe perfectum Apoſtolum probare dixit 1. Corint. 12. *Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia in ſignis prodigijs, & virtutibus*, vbi patientiam ſignis, & prodigijs vides antepoſuiſſe, qui enim bonum certamen vſque in finem ſeruando certat, ſe perfectum probat. Meritò interrogabit quis, cur cum Dominus omnia ablata bona duplicata reddiderit Iob; filios non item reſtituit, niſi quo numero fuerint ablati, reddit rationẽ Tertullianus lib. de patientia ſuſtinuit, inquit, tùm voluntariam orbitatẽ, ne ſine aliqua patiẽtia viueret, quantumcũque enim certamen patientiæ vicerat, quo tandem in fine melius triumpharet, voluit diù per totamq; vitã, filiorum mortes pati;

Genel. 33.

Eod. loco.

Perfecta Dei ſimilitudo eſt, iniuriarum immemor.

Chryſoſt.

Pulchra Chryſoſtomus de patiente Iob ſedente in ſterquilinio.

Tertull.

Chryſoſt.

Iob 1.

Apoc. 5.

1. Cor. 12.

Patiẽtia ſignis, & miraculis anteponenda.

Iob 42.

Tertull.

Magna

Magna igitur debetur laus patientiæ, quæ fugat dæmones, onera quantumuis importabilia alleuat, laboris patientiſſima, triſtitiam hilaritate condit, aſpera, & horribilia lenit, dura inflectit, palatum habet, cui ſapiunt dulcia, ea quæ ſunt inſuauia, & amariſſima, perfectos, & elaboratos reddit Sanctos, Dei amicitiam conciliat, homines ad ſimilitudinem, & imaginem filij eius traducit, martyres facit ſine ſanguine, victoriam de manibus inuictorum hoſtium extorquet, triumphos viriliter ſuſtinentibus, decernit, coronas ipſa diſtribuit, omnes virtutis numeros eadem continet. Nec propterea conceſſam ſuperius laudem charitati negamus, imò primam meretur charitas, quæ in vera patientia relucet, maximè cum patientia illa vera ſit, quemadmodum notauit Gregorius Papa homil. 7. in Ezech. quæ & ipſum amat, quem portat, nam tolerare, & odiſſe, non eſt virtus manſuetudinis, ſed velamen furoris, & Bernardus ſermon. 3. de circunc. in eandem ſententiam, ſi moleſtè cęperis ſuſtinere, etiam ſi exterius impleas, non eſt virtus patientiæ, ſed velamen malitiæ; ſtrenuè quidem pugnat non reſiſtendo, ſed perferendo patientia. At Charitas omnia ſuſtinet, inquit Apoſtolus, vires ſuſtinentibus ſuppeditat, addit animum, miniſtrat arma, acies fortiter tolerantium, ipſa dirigit, informat patientiam charitas. Quod ſi ipſam demas, remanet patientia veluti corpus exanime operibus vitæ, & meriti prorſus inutile: Sed cæteras virtutes eadem inſtruit, & accingit victoriæ.

Landes patientiæ.

Gregor.

Bernard.

1. Cor. 13.

Patientia ſine charitate veluti corpus exanime.

Quomodo amor prudentiã inſtruat ad prælium, pariter, & ſapientiam, reliquarumque virtutum acies nunc eſt demonſtrandum.

CAP. IX.

SI amor non modo non fouet prudentiam, nec nutrit ſapientiam, quæ ſunt noſtri ornamenta intellectus, ſed potius enecat, & extinguit, quomodo prudens dicendus ſit amor, quomodo ſapiens? Hoc opus hic labor eſt. Prudẽtia vt indè incipiam ſi nominis reſpcis ethymologiam, Iſidoro teſte lib. 10. ethymolog. cap. 15. dicitur à porro vidẽdo. Prudens, inquit, dicitur quaſi porrò videns, perſpicax. n. eſt, & incertorũ videns caſus. Si eiuſdem naturam, & eſſentiam conſideres; ſic poteſt ex Auguſt. lib. 1. de libero arbitrio cap. 13. & lib. 83. qq. q. 30. & Ariſtotile lib. 6. ethic. cap. 5. eodem loco definiri. *Prudentia eſt virtus intellectus, qua in quouis negotio occurrente nouimus, quid honeſtum ſit, quid turpe*. Si functiones, hæ illi tribuuntur cõſultare, iudicare, & imperare, quæ ſunt rationis, vt docet Ariſt. & omnes Philoſophi, atque Theologi; colligiturque innumeris ſacræ ſcripturæ locis, quibus prudentia commendatur, imprudentia reprehenditur, atque damnatur. Si conſiſtentia; in bonis tantùm reperitur, poſtulatque, vt inquit Ariſtotiles 6. ethic. cap. 7. Affectum ordinatum, & in omnis virtutis materia benè diſpoſitum. Si eius aſſeclas ſiuè adminicula, vel partes, inquit idem Philoſophus lib. de virtut. to. 5. Sunt experientia, memoria, conſilium, ſolertia, Si quæ ſunt illi impedi-

Quid ſit prudentia.

Iſid.

Auguſt.

Ariſt.

Ariſt.

Quæ ſint prudentiæ functiones.

Ariſt.

Ariſt. pedimento, eodẽ magiſtro 7. ethyc. cap. 10. & 11. habemus eſſe, incontinentiam, voluptates. Si quæ contrà illam committuntur peccata; contra prudentiam per defectum, peccatur præcipitatione, inconſideratione, inconſtantia, & negligentia; per exceſſum, iuxtà Diu. Thomam 2. 2. prudentia carnis, aſtutia, dolo, fraude, ſollicitudine temporalium, & ſollicitudine futurorum. De his igitur quilibet cognoſcat, & iudicet an benè conueniant prudentia, & amor. Amorem pingebat Antiquitas *Apul. de aſino aureo. Virg. de vino, & amore, Plutarc. lib. de qq. conui.* Cœcum, nudum, paruulum, alatum, arcitenentem, volatilem, fortunæ comitem indiuiduum. De amore, inquit Bernard. ſerm. 79. in Cant. ò amor præceps, vehemens, flagrans, impetuosè, confundis ordines, diſſimulas vſum, modum ignoras, totum quod rationis, quod pudoris; quod conſilij, iudicijque videtur, triumphas in temetipſo, & redigis in captiuitatem. Quid plura? amor monſtrante experientia hominem reddidit veſanum, excordem, rationi auerſum, mentis inopem, imò mentis expertem: At hæc omnia in perniciem armantur prudentiæ; Si cæcus, ſimul cum ea virtute ſtare non poteſt, cuius eſt conſultare, iudicare, & in quolibet negotio noſcere, quid ſit honeſtum, quid turpe, & omninò cuius actus elicitus eſſẽtialiter eſt notitia. Si nudus quomodo in officio continet virtutes cæteras, quæ animi noſtri ornamenta ſunt, & periſtromata, quarũ omniũ regula eſt prudentia, à qua virtutis ratio in ipſas deſcendit? Si infans, ergo nec bonus, nec malus, at prudentia reperitur tantum in bonis; Si infans; ergo voluptate delectatur, omnique motu iucundo, quo hilarentur ſenſus, at hæc fores claudunt prudentiæ. Si infans, vbi experientia præteritarum rerum, intelligentia, memoria, vbi rerum peritia aſſeclæ, parteſque prudentiæ, quæ vigent in ſenibus, deſiderantur in pueris? Si alatus, volatilis, præceps, confundens ordines, ergo ad manum habet, quæ abſorbent prudentiam; nam hæc ordinatum poſtulat affectum, & in omni virtutis materia, benè diſpoſitum. Præterea præcipitatio, inconſideratio, inconſtantia, confuſio, hæc ſunt, quæ numerantur peccata per defectum contra prudentiam. Si fortunæ indiuiduus Comes, actum eſt de prudentia, practicarum virtutum intellectualium, duce, & regina; nam vbi plurimum fortunæ, ibi minimum eſt intellectus. Dicam iterum, amor deſipientem, delirum, veſanum, omnicarentem ratione, reddit amantem, at hæc omnia non ſolum eliminant, ſed deſtruunt prudentiam.

Quæ ſint prudentiæ aſſeclæ.

D. Thom.

Quot modis peccatur contra prudentiã.

Apul. Virg. Plutarc.

Bernard.

Quomodo antiquitas pingebat amorem.

Amor quã ſit oppoſitus prudentiæ.

Quid dicam de ſapientia, oculo penetrante omnia, omne diuidente cœlum, quæ rerum altitudine non allucinatur, longinquitate non terretur, obſcuritate non inuoluitur, caliginem diſſipat, fugat tenebras, ſerenat omnia. Hæc intellectualium virtutum regina, huic famulantur morales omnes, cui nulla poſſeſſio, & ſe ipſa diues, matrona nobiliſſima, proprio gaudens ornatu, polaris ſtella, qua duce homines in portu nauigant, ſectatorũ eius, Mœcenas munificus, humanorum cordium magnes potentiſſima; antiquitate nobiliſſima, heroicis operationibus clariſſima, elogiorum multitudine, & varietate famoſiſſima, tota candida, & pura, ſemper læta, & conſtans, ſimplex, & venuſta, ſolitaria, & non incomitata, auſtera, & cœleſtibus affluens diuitijs. Hæc non inuenitur, atteſtante Iob cap. 28. In terra ſuauiter viuentium; nam vera ſapientia inimica eſt carni, &

Sapientia graphicè deſcribitur.

vo-

voluptati; infideles omnes delitiæ cum inſigni ſtultitia, & ignorantia coniunguntur, voluptatis ſtudium animum reddit ineptiſſimum ad veram ſapientiam, verumq; de rebus iudicium. Nec vult Deus docere ſcientiam pueriles iſtos animos, nō minus deliciarum conſectatores, quam ſi eſſent etiam tunc lactantes, aut recenter ablactati lacte, nuperq; auulſi ab vberibus. Num quicumq; ille fuit, qui puerum pinxit amorem, cæcum, alatum, volatilem, præcipitem, melle, & felle fœcundiſſimum, guſtu dulcem, dantem amarum, & ad ſatietatem vſque aggerantem, ſedem tuebitur eſſe ſapientiæ? Qui aſſerit amoris faces, cum lumine habitare ſapientiæ, pugnantia dicit, non modo exorbitantia.

Chriſoſt.

Magnus doctor eſt charitas.

At magnus doctor eſt Charitas; inquit Chryſoſtomus hom. 33. in 1. ad Cor. ſatis idoneus, qui & tollat errores, & mores formet, & ad Philoſophiam manuducat, & è lapidibus homines reddat. Nam ſi de charitate increata ſit ſermo ipſius inquam, Dei Charitas eſt formaliſſime eius voluntas, vel (vt cum Theologis loquar) cum ibi voluntas non ſit per modum potentiæ, charitas eſt eius volitio: volitio ipſius intellectio, intellectio eius ſapientia, ſapientia prudentia. Quinetiam ſi de formalitate rei loquamur, non vt concipitur à nobis per modum attributi (cum omnia ibi ſint vnum, vna inquam res vna formalitas, vbi non obuiat relationis oppoſitio) appoſita erit ipſi rei non modo illa propoſitio, Charitas eſt ſapientia, ſed charitas intelligit, & ſapit, ſapientia amat, & diligit. Firmum ſit huius veritatis teſtimoniū doctrina Bernardi pluſquam quod nos intendimus probãtis, ipſe enim de conſideratione ad Eugenium libro 5. aliquantum ante finem, cum dixiſſet Deum eſſe latitudinem, lon-

Charitas in Deo eſt formaliſſimè eius ſapientia.

Bernar.

gitudinem, ſublimitatem, & profunditatem, & ſibi obieciſſet ex eo ſequi quaternitatem. Reſpondet his verbis (viſus ſum protuliſſe plura, ſed vnum eſt, vnus Deus ſignatus eſt, pro captu noſtro, non pro ſuo, diuiſus eſt hic, non illic, voces diuerſæ, ſemitæ multæ, ſed vnus per eas ſignificatur, vnus quæritur. Nobis autem, qui non poſſumus cum Deo ſimplicitate contendere, dum contendimus apprehendere vnum, occurrit veluti quadruplicatum facit hoc ſpeculum, & ænigma, per quod ſolum videre datur, cum autem videbimus facie ad faciem, videbimus ſicuti eſt. Nec enim iam tam fragilis acies mentis noſtræ, quantumlibet vehementer intendens, aliquatenus reſiliet, deſilietque in ſuam pluralitatem, colligetque ſe magis, adunabit, conformabitque vnitati illius, vel potius vnitati illi, vt vna vni, facies reſpondeat faciei. Hæc ille. Si igitur dicamus amorem Dei eſſe dilectionem, charitatem; ſapientiam, amorem ſapere, & intelligere ſapientiam amare, & diligere; beatorum, & diuini intellectus viſionē æmulabimur, quorum in viſione eadem erit vnitas, & identitas in genere intellectionis, quæ in diuina eſſentia eſt in genere rei. Licet Bernardus, quin etiam & Capreolus in 1. diſt. 8. q. 4. ar. 3. in fin. in ſolut. cuiuſdam argumenti, plus probent, quam mihi in animo eſt definire, ſcilicet beatam mētem, etiam ſummo conatu adhibito, non poſſe deuenire in pluralitatem cognitionis habitæ in via, nec vllum intellectum rem ſimplicem intuitiuè videntem ſicuti eſt, poſſe eam diſtinguere. Sat nobis erit, & tanquam manifeſtum habere, charitatem Dei, ſi de ipſa loquamur, vt eſt à parte rei, eſſe eandem rem cum intellectione, & ſapientia Diuina, & charitatis illius increatæ eſſe non modo amare, ſed

Capreolus.

ſapere

ſapere, & intelligere.

Quomodo intelligendũ ſit illud, quod diuina voluntas ſit regula recti.

Hinc percipimus ſenſũ illius, per omnes Theologorum ſcholas, vulgati dicti. Volũtatẽ diuinam eſſe regulam recti: nam quamuis nos, qui eam illimitatam, & infinitam, finitè, & limitatè intelligimus, munus id eſſe dicamus intellectus diuini. Si tamen appoſitè loquamur ad rem ipſam, vt eſt in Deo vero, pronunciabimus, voluntatem diuinam eſſe regulam recti; nam cum hęc in Deo ſit, formaliſſimè intellectus, imò intellectio diuina, non eſt cur id ſibi mendicet ab extraneo, ſed ipſa realiter, & formaliter dici poteſt, & debet eſſe regula recti.

Firmum igitur ſit, cum de charitate increata incidit ſermo, eſſe cõfitendum, ipſam ſapere, & intelligere, & omnes partes explere, quæ ſunt ſapientiæ. Quod ſi ſapere ſenum eſt proprium, amare adoleſcentum, quid mirũ ſi cum de Deo agitur in vna ſede morentur ſapientia, & amor, ipſe enim ſimul, vetuſtiſſimus dicitur, & adoleſcens, Apoc. 1. *Ego ſum primus*, en eius antiquitatem, *& nouiſſimus*, en ætatem eiuſdem nouellam, *antiquus* dierum ſedit, En tibi grandæuum *Oriens nomen eius*, En viridem iuuentam, *Ex vtero ante luciferum genui te*, ergo omnia tempora; *Ego hodiè genui te*, ergo hodie etiam dicitur natus, cum igitur in Diuinis conſpiret ſenectus, cum adoleſcentia, in Deo ſapientiam, & amorem, ſeù charitatẽ inter ſe coniunctiſſimas eſſe, procul dubio affirmandum, imò ità vnum, vt Deo Iuueni benè tribuamus ſapientiam, eidem ſeni amorẽ, & charitatem: De eo enim infantiſſimo ſcriptum eſt, *Quod ſciet reprobare malum, & eligere bonum*, de eodem ſub forma ſenis, & cani, quod *Fluuius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie eius* amoris ſymbolus, qui in Deo eſt ab antiquis

Cum agitur de Deo in vna ſede morantur ſapiẽtia, & amor.

Apoc. 1.

Pſal. 109.

Pſal. 2.

Iſai. 7.

Daniel. 7.

iuxtà illud. *In charitate perpetua dilexi te*, & quamuis vtrumque attributum in Deo principij ſit expers, & finis, ſi humano modo de Diuinis fas eſt loqui, quemadmodũ ſæpiſſimè Theologi, licebit dicere amorem in Deo primum obtinere locum, deinde ſcientiam, quã dicũt viſionis: hæc. n. quoad terminationem à rebus ipſis ità pendet, vt quę extituræ ſunt in aliqua differentia temporis, conſtituant Deum videntem, amor verò ita independens eſt, vt Deus amans res creatas reddat amabiles. Adde, quod ille antiquus dierum, e cuius facie Daniel narrat egredientem fluuium igneũ, & ſedere dicitur in Throno, & ita fabrefacto, vt ſuppoſitis rotis mobilis, & verſatilis appareat, quales fuiſſe antiquitùs Regum throni, memorantur, quaſi ſedere in throno Dei maieſtatem, & immobilitatem ſecundum ſuam naturam ſignificat. Rotarum ſimilitudo vim ſuæ poteſtatis, & efficacitatis per omnia quæcumque cœlo, terraque continentur, celerrimè percurrentis, & permeantis. Sed appoſitè ad rem noſtram ſeſſio in throno igneo cunctantem amorem denotat, rotarum verò appoſitio, quod Diuinæ artis fuit inuentum, præcipitem ſapientiam, quæ traditur in ſacro eloquio Sap. 7. omnibus mobilibus mobilior eſſe. Contemplare cunctantem amorem, nam quamuis ab æterno donum nobis parauerit, tanto largitore dignum, immenſum, & infinitum, ſicut eſt Dei charitas, diſtulit tamen remedium in finem ſæculi. At vbi venit plenitudo temporis, præcipitem inuocat Eccleſia Dei ſapientiam, *O Sapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodiſti attingens à fine vſq; ad finem fortiter, ſuauiterque diſponens omnia, veni, &c.* vt adimpleat promiſſa, vt cuncta mutet, vt innouet omnia, vt humana diuinis coniungat,

Hier. 31.

Secundum noſtrũ modum intelligendi in Deo primũ locum attinet amor, deinde ſciẽtia viſionis.

Sap. 7.

Quomodo poſſumus dicere in Deo eſſe cunctãtem amorem, & præcipitem ſapientiam.

ſungat, vt vitam faciat morti obnoxiam, vt iura iuſtitiæ transferat in iura miſericordiæ. Quod dictum ſit, vt cum audis, amorem vocari præcipitem, impetuoſum, dignitatis neſcium, intelligas totum id dici poſſe abſq; vlla nota ſapientiæ; nam cum de diuinis agitur, in vna ſede morātur ſapientia, & amor, cum in Deo vna res ſit, vnaq; formalitas, charitas, & ſapientia.

Quod ſi ad illam charitatem, noſtra conuertatur oratio, quę donum Dei eſt, & infunditur in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datur nobis, quæque ſola ſcit diſtinguere, inter Dei amicos, & inimicos, quis eſt qui audeat dicere ipſam eliminare ſcientiam, & ſapientiam? Si Diuus Paulus charitatem illo præſertim titulo prædicat claram, quòd omnem excellat ſcientiam, *Scire etiam ſupereminentem, ſcientiæ charitatem*, ità vt vbi regnat charitas, nihil eſt tàm magnū, quod excogitet, vel ſpeculetur intellectus, vt non maius charitate flagrās, exequatur voluntas, tantumque ab eſt, vt charitas deſtruat ſcientiam, vt potius illam foueat, & nutriat, firmetq; cum ea fœdus ſempiternum; Hocq; differre videtur, iuxtà Dauid ſententiam, doctrina, & ſcientia Sanctorum, à ſcientia cæterorum omnium, quòd illa incipiat à voluntate, & indè pergat ad intellectum, præter morem humanæ ſciētiæ, vnde de homine iuſto, quem prædicauerat eſſe beatum, illa verba ſubdit. *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte*; vbi cum Baſilio, Ambroſio, & alijs notandum, ſi meditationem, vt ſe iunctam à voluntate conſideres, rectè exigi bonum voluntatis ergà legem affectum, antè intellectus meditationem. Non quod præire voluntatem cœcam lux intellectus non debeat, ſed quoniam voluntas aliquo modo illuminata, ſi ad legem implendam propendeat, eundem illum ſuum præducem intellectum admouet magis ad pęnitiorem de eadem notitiam, quæ etiam referatur ad illam perfectiùs exequēdam, & deindè voluntatem ipſam magis roboret excogitatis præmeditatiſq; medijs ad operandum, vt Aretas docet in Catena Pſal. 118. *Meditabor, ait, in mandatis tuis, quæ dilexi.* Quod ex ijs, quæ in exſtaſi ſolent accidere fiet magis manifeſtum. Suppoſita voluntaria applicatione ad exercitium actualis contemplationis, homo per intellectum liberè aſcendit in Deum de illo cogitando, deindè eundem ſic cogitatum liberè amat. Rurſus ex hoc amore per naturalem ſympathiam prouenit, vt intellectus magis applicetur, non quia homo directè velit magis attendere, ſed quia ipſum obiectum jam amatū, magis intellectum trahit, pariterque voluntas trahit ipſum ſecum, quaſi in actu exercito, etiam ſi, vt ſic dicam, in actu ſignato, id non velit. Vlteriùs verò attētio intellectus, voluntarium amorem, quin etiam, & liberum amplius accendit, atque ita mutuò ſe ſe excitando, anima peruenire poteſt ad tantam attentionem, quę facit exſtaſim, quando homo abſque ſenſuum exteriorum commercio, mente percipit diuina, eaque totis viribus attendit, & ſic exſtaſim dicitur facere diuinus amor. Charitas igitur, qua feruent Sancti, & ſapientia, etiam in vna ſede morantur, ſeſeque mutuò fouent, & excitant.

Si autem de charitate loquamur Chriſti, audi quid dicat Bernardus de amore Chriſti in nos, dilexit nos dulciter, ſapienter, & fortiter, dulcę namque dixerim, quod carnem induit, cautum quod culpam cauit, fortè quod mortem ſuſtinuit, nam quos in carne viſitauit, non dilexit

carna-

Margin notes:

Epheſ. 3.

Vbi regnat charitas ibi regnat etiā ſapiētia, ac nō ita ſi res habet in amore carnali.

Pſal. 1.

Quomodo fit intelligēdū illud q̄ ſcientia Sanctorum incipit à voluntate, & deindè pergit ad intellectum.

Pſal. 118.

Quomodo fiat extaſis. De amore Chriſti in nos.

Bernard.

Charitas Chriſti erga nos dulcis, ſapiēs, & fortis.

carnaliter, ſed in prudentia ſpiritus, æmulans Dei æmulatione, non hominis, & ſanè ſaniori affectu, quam prior Adam Euam ſuam, itaque quos in carne quæſiuit, dilexit in ſpiritu, redemit in virtute. Plenum certè omni dulcedine, videre hominem, hominis conditorem: At dum naturam prudenter ſelegit à culpa, mortem prudenter propulit à natura, in carnis aſſumptione, condeſcendit mihi, in culpę vitatione, conſuluit ſibi, in mortis ſuſceptione, ſatisfecit Patri, amicus dulcis, Conſiliarius prudens, adiutor fortis, niſi amaſſet dulciter, non me in carne quæſiſſet illa maieſtas, iunxit affectioni ſapientiam, quæ tyrannum deciperet; iunxit, & patiẽtiam, qua placaret offenſum Patrem. Diſce Chriſtiane à Chriſto, quomodo diligas ipſum, diſce amare ipſum dulciter, fortiter, & prudẽter; dulciter nè illectus, prudenter nè deceptus, fortiter, nè oppreſſus, ab amore Domini auertaris, nè mundi gloria, & voluptatibus abducaris. Dulceſcat tibi præ his ſapientia Chriſtus, nè ſeducaris ſpecie mendacij, vel erroris, luceat tibi veritas Chriſtus, nè aduerſitatibus fatigeris. Confortet te, virtus Dei Chriſtus, zelum tuum inflammet charitas, informet ſcientia, firmet conſtantia ſit feruidus, ſit circumſpectus, ſit inuictus, nec torporem habeat, nec careat diſcretione, nec timidus ſit, hæc Bernardus.

Non ſolum ſapiens, ſed etiam callida, & aſtuta quodãmodo pōt appellari charitas Chriſti.

Quod ſi amoris eius technas cõſidero, audebo Chriſti charitatem, non modo prudentem dicere, & ſapientem, ſed, & callidam, & aſtutam appellare, in Redemptionis negotio, modos habet agendi, non paſſim obuios, confundit ordinem, vt ſeruet ordinem, tranſgreditur leges, vt lege agat, fugit mortem, vt mortem deſtruat, decretos ſibi honores amplectitur, & triumphos, vt ſaturetur opprobrijs, obuijs tormẽtis ſimulata fuga dat terga, vt obuium tandem ſe illis daret, timori locum præbet, & formidini, vt ſupra periculi metum, animum agat fortitudo, in eiuſque opem excitetur audacia, tempus aduentumque præſtolabatur pœnarum iuxtà illud, Luc. 12. *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur*, & ſimul moderator eſt temporum, vt totum perficiatur in tempore, & hora, conſtitutis à Patre. Prędefinita erant tormenta Chriſti, prædefinitum pœnarum genus, prędefinita vulnera in eius carne infigẽda, prędefinitus flagellorũ numerus, prædefinita dies, & hora crucis, & mortis eius, vt animaduertunt Hieronymus, & ex recentioribus complures in illud Zacharię cap. 3. *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt, ecce ego calabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum*. At, vt hæc omnia in diuinum digerantur ordinem extrà ordinẽ multa fecit amor, & vt inuiolata ſit Dei lex, integrũque ſit eius decretum diuinum, omnem aliam legem euertit amor. Pilatum enim in leges Romanas grauiter deliquiſſe, tradendo Chriſtum crucifigendum, nec ablutione manuum facinus expiaſſe, vel ex eo facile demonſtratur, quod quantumlibet Iudæi in ſuo ipſorum concilio de nece Chriſti æquam tuliſsẽt ſententiam (quam fuiſſe iniquiſſimam certum eſt) nihilominus eius ſententiæ exequutio ad decem ſaltem dies propaganda fuiſſet ex Senatus conſulto Tiberiano, antè duodecim annos promulgato. Grauiter offendiſſe etiam Iudæos, & Principes Sacerdotum in leges proprias ex eo patet, quod ore confitentur proprio, ſibi non licere interficere quemquam quod minimè putandum eos intellexiſſe de ferenda ſententia

Luc. 12.

Paradoxa de amore Chriſti.

Hieron. Zachar. c. 3

Omnẽ aliã legem euertit Chriſti amor, vt firma eſſet lex & mandatũ diuinũ, de eius morte.

Spondanus anno Chriſti 34.

tentia

tentia capitis quippè qui iam antè (vt ait Marcus cap. 14.) condemnauerant eum eſſe reum mortis; verum de executione ipſius ſibi interdicta, per ſeptẽ dies illos azimorum, ſicut, & poſtea iiſdem ipſis diebus Petrus ab Herode Agrippa eſt detentus in carcere, quo, illis tranſactis, morti tradderetur; iſta enim, hoc eſſe accipiẽda ſenſu Auguſtinus tract. 114. in Ioan. Chryſoſt. hom. 82. in Ioã. atq; Cyrill. hom. 12. in Io. 6. perſuadent, quemadmodũ, & Philo, Chriſti æuo compar, ſcribens aduerſus FlaumAegypti pręſidem, morem fuiſſe, tunc vbiq; gentium atteſtatur, in neminem ſontiũ animaduertendi, donec ſolemnes feriæ, ac feſta etiam hominũ, vt auguſtorum præterijſſent. Euerſæ ſunt omnes leges humanæ, dum cruci Chriſtus deſtinatur; nam ſi Iudæorũ lege res ageretur, Chriſtus vt blaſphemus damnatus, lapidationi erat ſubijciendus, ſi iureRomanorum, famoſis latronibus eiuſmodi ſupplicium crucis debebatur T. enim litera, quod crucis figurã exprimat, notari conſueuiſſe fures apud Lucianũ teſtatum habetur, & apud ipſos Iudæos crucis pœnam homicidarum fuiſſe Philo tradit, ſed diuina diſpenſatione factum eſt, ità eius dirigente amore, cuius nutu facta ſunt omnia, vt ſupplicium, quod Barrabæ duplici ex cauſa debebatur, conuerteretur in Chriſtum, cuius nulla eſſet mortis cauſa, vt Dei Filius pro Redemptione totius humani generis, crucem ſubiret, quæ tàm apud Iudæos, quam apud Gentiles inſignè eſſet ſalutis. Et quod dictum eſt dę Crucis ſupplicio, idem eſt affirmandum de flagellis, dum Pilatus volẽs Iudæis aliqua ſaltem ex parte ſatiſfacere, propoſuit Chriſtum flagellis ſubijcere, ac poſteà dimitteret, in hoc enim facinore violatas eſſe leges humanas indè patet, nam ſeruorum id fuiſſe; liberorũ autem virgis, ac fuſtibus cędi, antiqui Romanorũ Iuriſconſulti tradiderunt, lege 4. ff. de incend. l. leuia de accuſat. l. in ſeruorum, & l. cap. de pęn. Qua quidem in re obſeruatione dignum eſt, etiam in hoc ipſo voluiſſe Dominũ quod ait Paulus Philip. 2. ſeruilem formam induere, dum permiſit ſe flagellis cędi. Amoris ſui inuenta, & technæ confundentis ordinem, vt ſeruet ordinẽ, humanas euertentis leges, vt firma ſit lex diuina, qua prædefinitæ fuerunt omnes Chriſti paſſiones, Iniquorum autem actiones tantùm permiſſæ.

Marc. 14. — Act. 12. — August. — Chryſoſt. — Cyrill. — Lucian. dial. Iud. vocal. de ſpecial. leg. — Philo. — Philip. 2.

Parum abeſt, vt dicam euertiſſe legem bonitatis diuinæ, diuinæque Iuſtitię, qua Deus abhominatur malum, qua punit peccatum, vt latiùs diffunderetur amoris imperium, dũ properanti Iudæ ad tàm nefas parricidium illis verbis addit Calcaria. *Quod facis fac citiùs*, niſi permittentis, hæc eſſet licentia, non iubentis præceptum. Sed ò flagrantẽ, impetuoſum, præcipitem amorem, qui etiam ſi de peccatis agatur, quę videntur eius adminiculare voluntatem, non niſi ſub manu obuia habet verba, quæ iuſſionem præſeferunt, non permiſſionem. Sed impetum præcipitationem cum prudentia, ſapiẽtia, dicam amplius cum callidate, & aſtutia coniungit; nam machinationes inſtruit omnes, vt Redemptionis opus, ab ipſo inchoatum, quamprimum conſumet, traditumq; in mortem Filium à Patre, tradere eundem facit à Pilato, à Iudæis à militibus, à Iuda, à diabolo, mittunturq; in auxilium, eius opera, inferni cohortes, vt pateant hominibus tàm vehementer dilectis, Cœli portæ, quod Chriſti morte erat perficiendum, iuxtà illud, quod canit Eccleſia: *Victor reddit de barathro tyrannum trudens vinculo, & Paradiſum reſerans*.

Ioan. c. 13. — Iubere quãdoque dicitur Deus, q; ſitum permittit.

Inſtruit

Inſtruit igitur amor ad prælium prudẽtiam, inſtruit ſapientiam, omneſque aſſeclæ virtutes fœliciter dimicãt, armatu charitatis, nam quod Dei Filius in illo paſſionis cõflictu, ſibi in bono Redemptionis propoſito conſtet, ſibique ſimilis permaneat, cõtra omnes occurrentes difficultates (quod pertinet ad conſtãtiam) quod in cęptis pergat, eaque vſq; ad finem contineat (quod munus eſt perſeuerantiæ) quod ad magnos aſpiret labores, ad ardua ferenda veluti crucis ſupplicium, pro animarum ſalute (quæ partes ſunt magnanimitatis) quod moleſtiam, quæ ex tàm diræ, & expectatæ mortis dilatione percipiebatur, quam ſemper præ oculis habebat, æquanimiter toleret, (quod eſt longanimitatis officium.) quod magnum extruxerit illud nouæ Eccleſiæ ędificium immodico perficiendum ſumptu, ſanguine ſcilicet ipſius pretioſiſſimo (opus magnificentiæ) totum acceptum fertur charitati, quæ patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Luſtrans ſic Paulus omnem virtutum exercitum ſub vexillo charitatis, nam quemadmodum quãtumcunque magna adſit militum multitudo, niſi vexillum hi habeant, nunquam dicentur acies, aut inſtructus exercitus, ita ſi virtutes omnes adſint in animabus fidelium ſi vna inter eas deficiat charitas, virtutum eæ excidunt, & nomine, & robore, incaſſum pugnant incaſſum fuſos patiũtur labores fruſtra tela iactant, non niſi aerem verberant, charitas dirigit acies, charitas adeſt cunctis, augens vires addens animam, charitas vincit omnia.

Amor inſtruit oẽs alias virtutes ad prælium.

1. Cor. 13.

Non immeritò igitur quamuis in hoc Redemptionis conflictu, cæterarum agmina virtutum vocata ſint ad prælium, & ad manus venerint, charitatis ſolius canimus certamina, eiuſdemque victorias, ipſi, tendunt manus inferi, ipſi, ſuperi, ipſi, cuncta creata, ipſi tandem, omnium rerum opifex, & auctor Deus, ipſi iure optimo decernendus eſt triumphus, charitati triumphalis debetur, corona triumphalis currus, triumphales veſtes, triumphalis ſtatua, triumphalis pompa; Triumphatrici charitati totum debetur Redemptionis opus. Quod ſi olim triumphanti, nè triumphatu ſuo nimis ſuperbiret, eodem curru impune conuitiaturus, obiectiſſimæ ſeruus conditionis iungebatur; Qui ſint, qui charitatis diuinæ triumphantis gloriæ, & maieſtati detrahant, audiamus.

Olim triũphanti iungebatur in eodẽ curru viliſſimus ſeruus conuitiaturus.

Qui ſint, qui triumphatori amori diuino conuinciantur.

Cap. 10.

HOmines hebetis ingenij, dico omnes, qui quæ ſunt diuina, ad noſtrum morem, vſumque putant poſſe transferri, quique de ijs, quæ ſupra nos ſunt (vt eſt captus hominum) Philoſophantur, artemque benè amandi, regulis metiuntur amoris creati, huic triumphatori amori diuino conuitiantur, & detrahunt. Amor, inquit, Ariſtotiles, 1. Rethoricorum c. 7. appetit quod bonum eſt, & iucundum; Iucundius autem quod à dolore magis abeſt, & quod longiori tempore iucundum eſt. Idem ait, 8. Ethic. cap. 1. & 5. quod bonitas, & pulchritudo alterius perſonæ, non ſolùm amorem conciliat concupiſcentiæ ſe, & ami-

1

Quænã ſint quæ conciliant amorẽ humanum.

Ariſt.

Ibid.

by Google

amicitiæ, vndè ſenes, & auſteros ad amicitiam non vult eſſe idoneos. Amorem bonum virtute fundari, ſentiunt idem, Octauo Eth. cap. 1. & Cicero 4. offic. cuius illa ſunt verba formam matre fi.i, & tãquã faciem honeſti vides, quæ ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. Ad hoc ipſum pertinet, quod dicunt communiter, ſimilitudinem conciliare amorem; vndè Cicero lib. 1. offic. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum, in quibus eadem ſtudia ſunt, eędem voluntates in ijs fit, vt æquè quiſque altero delectetur, ac ſe ipſo; & idem in Lelio diſpares mores, diſparia ſtudia ſequũtur, quare diſſimilitudo diſſociat amicitias, amor claudicat, inquit, Bernardus ſerm. 83. in Cant. vbi eſt diſparitas perſonarum, quare Ariſtotiles lib. 2. mag. mor. cap. 12. ſentit inter Deum, & homines, veram, & propriam amicitiam non poſſe conſiſtere, quod confirmat tritum illud dictum, non benè conueniunt nec in vna ſede morantur, maieſtas, & amor, amorē quoque eſſe amoris magnetem, ipſa experientia docet, cuius rei illam afferunt Platonici cauſam, quia amore fit, vt in corde amantis figura, & imago quaſi infigatur amati, cum ergo homo amet ſuum eſſe, quamuis imaginarium, ſeu in imagine, ideò amat amicum, in cuius animo ſe ipſum, hoc eſt ſuam imaginem intuetur. Addam cum auctore operis imperfecti, homil. 63. in Matth. verè non habere ſuper terram quod amet, qui bonum cœleſte in veritate guſtauerit, ergo illum, qui ſemper ſe ipſo delectatur, & fruitur, infinito bono, quĩ poteſt ad homines fœtidos, & terrenos impellere amor?

Ibid. Cicero. Idem Bernard. Ariſt. Chryſoſt.

3 Quæ sũt ſecundũ Philoſophiam

Tandem, vt Philoſophicè agamus, ſi amoris proximæ cauſæ non ſolum eſt voluntas, ſed etiam obiectum cognitum, ſeu bonitas cogniti obiecti, quæ eſt cauſa finalis, vndè Dionyſius Areopagita cap. 4. de diuin. nom. par. 1. pulchrum, & bonum, ait, omnibus eſſe deſiderabile, amabile, & diligibile, ergo quemadmodum non poteſt ferri potentia extrà ſuum obiectum, ita nec amari quod non eſt tale, alioquin non ſolùm erit irrationabilis, ſed portentoſus amor.

proximæ amoris cauſæ. Dionyſius Areopag.

3 Cum igitur hæc ita ſe habeant, & Deus, atteſtante Ioanne, cap. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*, hinc occaſionem accipiunt, qui (vt hominum natura fert) loquuntur de his, quæ ſupra captum ſunt noſtræ cognitionis, conuiciãdi ſcilicet triumphanti amori diuino, ergo ſi mundum ita dilexit, peccatorum maculis inquinatum mundum, qui ſolus vt idem Ioannes ait 1. Epiſt. cap. 5. in maligno poſitus eſt, mundum, inter quem, & Deum tanta eſt diſſimilitudo, vt nulla conciliandi amoris cauſa videatur, imò omnis ratio diſſociandi amicitias, mundum perditum, mundum immundum; ſi igitur ſic Deus dilexit mundum ideſt homines mundi incolas, ergo optimus improbos, pulcherrimus fœtidos, opulentiſſimus pauperes, potentiſſimus imbecilles, ſapientiſſimus inſipientes, Creator vilem creaturam, Rex gloriæ immeritos, quin etiam multis criminibus de meritos homines; Dominus iniquos, ac fugitiuos ſeruos. O cœcum amorem, pręcipitem, impetuoſum, omnem confundentem ordinem, rationis neſcium, portentoſum. Hæc, & his ſimilia ſunt, quæ iactant conuicia in amorem diuinum, qui ipſum metiuntur regulis amoris humani. At qui ſuperiori ducuntur lumine, quique de diuinis ſentiunt, vt par eſt, non iuxtà humanum captum, encomia iſta putant, cani debita, vi-

Ioan. 3. 1. Ioan 5. Apparẽtes cauſæ conuiciandi amori diuino.

ctori amori, non conuicia, totumq; quod dictum eſt, illi laudi dari non detractioni. Audi quid dicat Apoſtolus, cui patefacta ſunt ſecreta cœleſtia. *Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt*, & Ioannes, qui fluenta Euangelij, de ipſo dominici pectoris fonte potauit. *In hoc eſt charitas non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos*, ideſt in ea re conſiſtit, vel cognoſcitur Dei charitas, qua diſtinguitur ab omni amore creato, & eſt veluti conſtitutiuum amoris Dei, quod ipſe prior dilexit nos, & ita dilexit. *Vt Filium ſuum vnigenitum daret*, Filium, non ſeruum, non Angelum, non Archangelum, inquit Chryſoſtomus, nemo vnquam pro Filio, tantam præſetulit charitatem, quantam pro ſeruis, & ingratis ſeruis. Deus: ſuum, non alienum, ſed planè ſuum nulla re diſcrepantem, Vnigenitum, quem vnum ſubſtantia ſua genuerat, eundemq; chariſſimum habebat, Filius Dei, nomen eſſe poteſt multis commune, ſed Filius Dei vnigenitus cogit intelligere Filium natura, nõ adoptione. Mira Dei erga mundum dilectio, inquit Theophylactus, & tãta, vt non dederit, vel Prophetam, vel Angelum, ſed Filium ſuum, atq; illum vnigenitum; ſi multos habens filios, vnum dediſſet, & hoc maximũ fuiſſet, nũc verò vnigenitum dedit, quanti vnigenitũ Filium ſuum æſtimat, tanti eſt ipſi noſtra ſalus, quàm pretio mortis vnigeniti Filij ſui, acquiſiuit, daret, donaret, non venderet, aut accepta re æquiualẽti commutaret, ſed gratis daret; daret autẽ exaltandum, ſeù crucifigendum, daret in mortem, ſi dediſſet vt mundo imperaret, ac regnaret, magna fuiſſet gratia, & honor, tantum Filium hominibus in Regem datum eſſe, ſed dediſſe, vt tanquam ſceleratus, ipſe innocens, in crucem pro hominum peccatis ageretur, id omnes profectò limites amoris tranſcendit: Decet autem amorem diuinum illimitatum, infinitum, quem ſãcta Eccleſia illa admiratione celebrat.

Rom. 5.

1. epiſt. c. 4.

Ioan. 3.

O' mira tua circà nos pietatis dignatio, ò inæſtimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres, Filium tradidiſti.

Et quamuis ſic dilexerit mundũ, 4 ideſt homines malè meritos non de laudibus eius aliquid decerpſiſſe, ſed addidiſſe eſt, nã ſic dilexit mundum immundum, vt faceret mundum, dilexit fœdum, vt faceret pulchrum, dilexit impium, vt faceret pium; dilexit ſcæleratum, vt faceret beatum; dilexit captiuum, vt liberaret; dilexit perditum, vt reficeret, dilexit ægrum, vt ſanaret; dilexit mortuum, vt vitam ei ſempiternam donaret, & Auguſtinus tract. 7. in Epiſt. Ioannis iniquos amauit, ſed iniquitatem ſoluit, iniquos amauit, ſed non iniquitatem congregauit; ægrotos amauit, ſed ſanandos viſitauit & idem, ſerm. 109. de tempore amatus es prius, vt dignus fieres qui amareris. O' amorem ineffabilem, incomprænhenſibilem, ſibi ſoli cognitum, triumphantem omnia, etiã ſemet ipſum, nam omnes amoris limites tranſcendit. Hoc enim intereſt inter Dei amorẽ, & noſtrũ, quod nos bonitatem præexiſtẽtem in amicis diligimus, non facimus; Deus autem nõ præexiſtentem bonitatẽ in nobis diligit, ſed quia nos diligit, antequam boni ſimus; idcircò bonos nos facit, amici humani diligũtur, quia boni ſunt, amici Dei boni efficiuntur, quia diliguntur. Amorem noſtrum, inquit D. Thom. ad Epheſ. 2. fundat iuſtitia, nam fertur in id, cui debetur amor; at diuinum miſericordia; nam illud reſpicit,

Ad quid Deus amauit mundũ.

Auguſt.

Idem

Thom.

Epheſ. 2.

cit, cui ſubueniat amando.

2. Reg. 12.

Amor noſter fundatur in iuſtitia amor diuinus in miſericordia.

5 De Salomone reperitur ſcriptũ, 2.Reg.12. quod erat amabilis Domino, & ſtatim ſubditur cauſa, eo quod diligeret eum Dominus, ergo amor confert merita, vnde quis diligatur, non merita conciliant amorem, cum agitur de diuino, cum ſit illis longè antiquior.

Roman. 5.

6 Dicam, quod eſt mirabilius, teſteq; Apoſtolo Paulo non mentiar, malemerita, ideſt peccata, quæ cõciliant odium, diſſociant amicitias, ad mortem Filij Dei, diuinum prouocauerunt amorem. Amor diuinus eſt ſicut ignis in ſua ſphera, & naturali loco, vbi nullo prorſus indiget pabulo, noſter eſt ignis indè erutus, perpetuum exigens nutrimentum, & materiam, alioqui ſtatim deficiet, vndè validam dicimus eſſe dilectionem, quæ ex ratione eſt, aut rationẽ ſupponit, vt notauit Clemens Alexandrinus 2. Strom.: At diuinus amor non aliundè quærit vt diligat, ſed in ſe inuenit, & habet vnde diligat, cumque ipſe, amor, & ignis ſit, & dicatur Deut. cap. 4. minimè præexigit, aut prærequirit rationes, & merita quia eſſentialẽ amoris ignẽ apud ſe habet, vel vt cum Bernardo loquar ſerm. 85. in Cãt. amat Deus, nec aliundè hoc habet, ſed ipſe eſt vnde amat, & ideò vehementius, quia non amorem tàm habet, quàm hoc eſt, ipſe.

Clem. Alex.

Deut. 4.

Bernard.

Ibid.

7 Quod ſi idẽ Bernardus ſerm. 85. in Cant. de ſponſæ amore ità diſſerit, is per ſe ſufficit, is per ſe placet, & propter ſe, ipſe meritum, ipſe præmium ſibi eſt amor, prẹter ſe non requirit cauſam, non fructum, fructus eius, vſus eius, amo q a amo, amo ſvt amem ſic ille. Quid ſentiẽdũ de Dei amore, qui infinita eſt charitas omnium aliarum, quæ à nobis participantur, exemplat, & prototypus? amor diuinus annexam habet omnipotentiam, & ſapientiam infinitã, imò formaliſſimè omniſcius eſt, & omnipotens, quid mirum (ad quæ non valet amor creatus, qui nec q̃ appetit, ſemper poteſt, & ſæpè quid appetitum deceat, neſcit) ſi difficultate non frangitur, aut languet, imò difficultatis nomen, erubeſcit, fortitudine gigantea exultat vt gigas, ad currendam viam, & ſi fontibus plenum, quidquid illi reluctatur, & obſiſtit, animo ſemper alacri, atque integro, & audacter aggreditur, & cõſtanter deuorat, quinimò luctæ flagitiorum noſtrorum, illum cõdiunt, nihil formidat, nihil admiratur, vibratum cõtra ſe, impauidus, fulmen ſubibit, ſpes aliquid adipiſcendi, illi non ſuffragatur, nam eſt purus, non mercenarius; ſpe ſubtracta, non extinguitur, aut minuitur, nec de ſpe vires ſumit, nec diffidentiæ damna ſentit, perſonarum diſparitate non claudicat, dignitatis neſcius, dignatione diues, ſummã diuinitatis maieſtatem, cum ſumma humanitatis vilitate vinciens, & arctiſſimè ſociãs Deum, & hominem, verbum, & infantem, puerum, & ſapientem, vbiquitatem, & peregrinationem, ſummum omnium, vnum faciens omnium; confundit ordinem, & ipſe ordinatiſſimus, diſſimulat vſum, & non ignorat, modum ſeruat, & ſine modo, vincit omnia, ſed vincens non aufert vitam, ſed infert. Totũ quod eſt opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod conſilij, iudicijque videtur, triumphat, & ſapientiſſimè; ſuauiterque cuncta diſponit, æquat omnia, nam diuinus amor eſt, formaliſſimè omnipotentia & ſapientia Dei.

Paradoxa de diuino amore.

Toto Cœlo differunt vnus, & alter amor, illum eſſe paruulum fabuloſa narrauit antiquitas, hunc ſenem deſcribit Daniel cap. 7. *Antiquus dierum capilli eius quaſi lana munda*, illum alatum hunc ſedentem, *Antiquus dierum ſedit*, illum vittatis ocu- 8

Daniel. c. 7. Diſcrimina inter amorẽ humanum, & diuinum.

lis,& veluti cęcum,hunc videntem, *& libri aperti ſunt*, illum nudum, hunc optimè veſtitum, *Veſtimentum eius candidum quaſi nix*, illum non ſine indiuidua comite ſeù duce fortuna,hunc Angelorum famulitio aſtrictum, *Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei*, Antiquus dierum, quia æternus, *Charitate perpetua dilexi te*, [Hier. 31.] Cum contrà noſter amor ſerò incipiat, & citò deſinat;ſedens,quia conſtans, Io. 13. [Ioan. 13.] *Cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos*, at noſter inconſtans eſt, & volubilis, alarum ad arripiendam fugam vtens beneficio. Præclara veſte indutus; nàm nullius indiget, & in amando rem noſtram agit, non ſuam, Pſal. 13. [Pſal. 13.] *Bonorum noſtrorum non indiges*, noſter verò nudus, quia ęgenus, & indigus, extraneo opus habens pabulo, ad nutrimentum; Videns, quia nō fortuito fertur ad amandum, nec fortis illud negotium eſt, ſed infinitæ ſapientiæ; Io. 13. [Ioan. 13.] *Ego ſcio quos elegerim*, at noſter conſortem habet fortunam, vbi autem plurimum eſt fortunæ (Philoſopho teſte) ibi minimū eſt intellectus. Perpetuos habet famulos Angelicos ſpiritus, quia immortalis; perennis, 1. Cor. 13. [1. Cor. 13.] *Charitas nunquam excidit*. At noſter multis cōmiſſum periculis, quæ interitum illi afferunt, non perennitatem. Quid igitur amori noſtro,& diuino? Qui ergo triumphanti amori diuino cōuitiaturus accedit, quia valdè diſtat à noſtro, encomia canit, debita victori, non conuicia, ipſumq; prædicat ineffabilem, incompræhenſibilem, ac ſupereminentem omnia; dum iactat, & irridet tanquam noſtro protſus diſſimilem. Et barbarum ſe ſentiat vnuſquiſq; habere ad diuina, ſi alio idiomate putat ea poſſe explicari, quam admiratione, ſtupore, ſilentio; ſi enim ad noſtrum morem, vſumque poſſent transferri; diuina, non eſſent; ſed humana.

[Amor diuinus, ſilētio, & admiratione celebrādus eſt ...]

9. [Clauſula opuſculi.] Tandem huius Opuſculi clauſula hæc erit, me quoque id muneris præſtitiſſe, quod olim triumphanti, eodem curru impunè conuitiaturus, abiectiſſimæ ſeruus conditionis, iungebatur, dum amoris diuini triumphantis gloriæ, ac maieſtati detraxiſſe, me potius dicendo, quam aliquid addidiſſe animaduerto. At ſi cum Leone Papa fatebor, [Leo Papa.] homil. 9. de Natiuit., eiuſque illam vſurpabo ſententiam. Excedit quidem dilectiſſimi, multumque ſuper eminet humani eloquij facultatem diuini operis magnitudo, & indè oritur difficultas fandi, vndè adeſt ratio non tacendi. Totàm hanc orationem meam veluti ſilentium reputabo, vt ſaltem inopia, ſi non facultate dicendi, quò ad eius fieri poteſt, magnificetur; Tunc enim, vt cum eodem loquar, nunquam deficit materia laudis, quando nunquam ſufficit copia laudatoris. Gratum igitur habeat diuinus amor, affectum in dictis, gratam venerationem in ſilentio; nam ſi in omnibus admirabilis prædicandus eſt Deus, idemque ineffabilis, quando de eius amore incidit ſermo, qui cum ipſum quoque triumphauerit Deum, Deus quodammodo dicitur Dei, illi præcipuè conuenit ſilentium. Te decet ſilentium Deus Dei in Syon.

O ſa-

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ Cœli pandis oſtium,
Bella præmunt hoſtilia,
Da robur fer auxilium.

Opuſc. XXXIX.

Cap. I.

1 Eſſe hoc Altaris Sacrificium, & Hoſtiam, & ſalutarem hoſtiam, vnde nobis, omnia, & æterna, & temporalia manant bona; quis eſt Catholicus, qui de hac re ambigat? Expendamus, ſi lubet, in hoc opuſculo verba ſingula, vt in omnium fidelium oculis appareat, quā magnum quamque ſimul præſtans, ſit & vtile, hoc quod colunt myſterium Altaris Sacramētum eſſe. Hoſtiam, & Sacrificium, eſt ita certum quemadmodum exploratum eſt Chriſtum Dominum eſſe Sacerdotem in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech; ſed hoc certa fide eſt affirmādum; vt patet ex Matth. c.22. vbi Chriſtus Dominus verba Pſal. 109. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*, de ſe ipſo intelligit, ergo nec de illo vlla debet eſſe controuerſia; nam Chriſtum dici talem ratione huius Sacrificij; quod quotidie fit in Eccleſia. Teſtantur paſſim PP. vt latius oſtēdemus inferius. Hoc totum fiet nobis euidentius, rationibus ab ipſius met Sacrificij natura ductis. Si enim ad conſtituendum Sacrificium omnia hæc neceſſariò concurrunt; Sacerdos, ſacrum faciens; victima, quæ offertur, ille in cuius cultum offertur; Inſuper pro quo offertur; Altare, inquo perficitur; Ipſa ſacrificandi actio; Quis dubitabit integram in hoc myſterio, reperiri naturam Sacrificij? Vbi Princeps Sacerdos eſt Chriſtus; Cœteri, qui ſacrificant quotidie, proximi miniſtri, ad hoc munus conſecrati. Victima Chriſtus ſub ſpeciebus panis, & vini oblatus; Cui offertur, Deus; in cuius diuinum cultum, & eiuſdem potentiæ, & Maieſtatis recognitionem; eſt ordinatum, & inſtitutum; Cum in eo tam diuina potentia, quam ſapientia, charitas, & reliqua attributa, excellentiori modo eluceant; vt patebit inferius. Pro quo offertur, Eccleſia, fideles viui, ac defuncti, iuxtà illud quod dicitur in canone miſſæ; *Qui pro vobis, & pro multis effundetur*. Altare, vt inquit, Optatus lib. 6. contra Parm. eſt ſedes corporis, & ſanguinis Domini; vbi hæc peraguntur myſteria. Ipſa ſacrificandi actio, vel in ijs omnibus, vel in aliqua illarum continetur, ſcilicet oblatione, conſecratione, & conſumptione iuxta diuerſas ſententias; Quod ſi ſacrificij definitio illa non immerito tradditur; Sacrificium, ſcilicet ſit oblatio facta Deo, per immutationem alicuius rei, in ſignum legitimè inſtitutum, diuinæ excellentiæ, & obſeruantiæ. Vel vt alijs verbis idem explicem. Sacrificium eſt ſignum ſenſibile, ad diuinam excellentiam, vel cultum illi debitum, immediatè ſignificandum, impoſitum, per alicuius rei immutationem; ſatis ex Superioribus conſtat, in Altaris myſterium omnia hæc conuenire, cum in eo & ſufficiens actio, & ceremoniæ ſenſibiles, & res, quæ myſticè mactatur, oblata, circa quam ſacrum fit, omnia ad Dei cultum, & eius potentiam, confitendam, & propagādam, inſtituta, & ordinata, mirificè interueniant. Quid moror? Sacroſanctum Concil. Tridēt. ſeſs. 22. cap. 1. Hoc tremēdum Altaris myſterium, Sacrificium eſſe hac ratione cōcludit. Chriſtus eſt Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, ſed of-

Altaris Sacramentum eſt Hoſtia, & Sacrificium.

Matt. 22.

Pſal. 109.

Suar. to 3. in 3. p. diſp. 46 ſec. 4. 9. his poſitis.

§ Rationes ad id probandum.

Optato.

Sacrificij definitio.

Cōc. Trid. ſeſs. 22. c. 1.

ferre Sacrificium eſt propriiſſimum Sacerdotis munus; ergo neceſſe eſt, vt Chriſtus aliquando obtulerit Sacrificium, ſecundum illum Sacerdotij ordinem, ſeu ſimile Sacrificio, quod Melchiſedech offerre cõſueuit; ſed Melchiſedech increuentum illud obtulit Sacrificium panis, & vini, vt c. 14. Geneſ. ſcriptum legimus; ergo aliquãdo Chriſtus Sacrificium itidem increuentum obtulit ſub ſpeciebus panis, & vini. Vndè, & Eccleſia canit. *Sacerdos in æternum, Chriſtus Dominus ſecundum ordinem Melchiſedech, panem, & vinum obtulit.* Et Cyprianus Ep. 3. nam qui magis Sacerdos Dei ſummus quàm Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui Sacrificium Deo Patri obtulit; & obtulit hoc ipſum quod Melchiſedech obtulerat, ideſt panem, & vinum, ſcilicet corpus, & ſanguinem, ſuum? ſic ille. In confeſſo igitur eſt apud omnes fideles, Altaris Sacramentum, & Sacrificium eſſe, & Hoſtiam, imò dignam Hoſtiam, & eſſe, & ab Eccleſia meritò appellari.

Geneſ. 14.

Cyprian.

2 O verè digna Hoſtia; Nã per antonomaſiam verè eſt, & dicitur talis; Si enim originem huius Sacrificij inſpicimus, ſi Sacerdotem, ſi rem oblatam; ſi effectum, quem ex opere operato dicitur habere, ſi formam, ſeu actionem, qua res oblata ſacratur, ſeu immutatur; ſi finem ad quem dicitur ordinatum, & inſtitutum, omnia cætera Sacrificia dignitate, præſtantia, efficacia, abſque vlla controuerſia longè antecellit. Si cõſideremus originem huius Sacrificij; Deus, & homo ſolus eſt auctor, & promulgator, cum Sarificia legis naturæ, regulariter, & iuxta frequentiorem vſum, à Deo non fuerint immediatè tradita, ſed hominum determinationi, vt plurimum commiſſa, Sacrificia autem legis veteris licet omnia immediatè à Deo inſtituta, per Moyſem tamen fuerunt promulgata, ſi Sacerdotẽ, Princeps Sacerdos Chriſtus eſt, cuius Sacerdotium nõ erat Aronicum imperfectum; Temporale, iuxta legis carnalis mandatum; ſed perfectum æternum, iuxta vitæ inſolubilis legem; nõ hominum electione, ad Sacerdotij munus aſſumptus, non aliqua extrinſeca ordinatione, vel conſecratione ordinatus Sacerdos, quemamodum cęteri Sacerdotes nouæ legis; qui tanquam miniſtri Principis Sacerdotis Chriſti, quotidie immolant; ſed ex vi ſuæ originis; & hypoſtaſiæ vnionis, & diuinæ ordinationis, hanc obtinuit dignitatem; & Sacerdotium habens nõ alligatum Sacramentis, quin potius (à quo Sacramenta manarunt) potuit ſine illis, Sacramentorum effectus cõferre; Si rem oblatã, agnus quidem hic mactantur, & vitulus. Verum non ex illorum animalium numero, quæ in Dei honorem ſolebant mactari in lege veteri, & offerri, ſed verus Dei filius, qui & Agnus dicitur, & vitulus, & Columba, ſecundum quandam ſimilitudinem, non per proprietatem. Fructus terræ hic immolantur, ſed non triticum, nec aliæ huiuſmodi fruges, ſed ille de quo ſcriptum eſt. *Veritas de terra orta eſt*. Et alibi niſi, *granum frumenti mortuum fuerit, ipſum ſolum manet*. Libamenta hic reperiuntur, ſed illud quidem ſolum libamen, quod Chriſti Sanguis prætioſus eſt, & dicitur. *Vinum germinans Virgines*.

Probatur plurib. nominib. hoc Sacrificium Miſſę antecellere omnia vetera ſacrificia.

Pſal. 84.

Ioan. 12.

Zachar. 9.

3 Quid mirũ, ſi priſcæ illę victimę, puta oues, & boues, & cętera huiuſmodi animalia in ſe, Deo non placebant, nec eũ placabant, licet placeret Deo, offerentium pietas, obedientia, & deuotio; At hæc nouę legis victima, & placet Deo, & placat Deum; Vndè ſi effectus expendamus Sacrificiorum, nullam fuiſſe

Diſcrimina inter ſacrificia veteris legis, & nouæ.

in-

in illis veteribus Sacrificijs, virtutem peccatorum expiatricem, ex eo patet quod ſingulis annis in die expiationis non tantum præſentia, ſed & vetuſta peccata totius anni, pro quibus iam ante ſacrificatum erat, repetebantur. At per hoc Sacrificium, fieri remiſſionem peccatorum, teſtantur tum Concil. Trid. ſeſs. 22. c. 1. vbi dicitur Chriſtum inſtituiſſe hoc Sacrificium, vt illius (ideſt Sacrificij Crucis) ſalutaris virtus in remiſſionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum, applicaretur, quod & in cap. 2. latius docet. Tum verba illa Canonis. *Hic eſt Calix noui teſtamenti. Qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum.* Vetera ſacrificia ſuccedaneas habebant victimas, eiuſdẽ pretij, & dignitatis. Agnus enim par, & ſimilis, ſuccedebat agno, bos boui, Hircus hirco, cuius ratio illa erat, quia tunc nulla reperiebatur victima, cõdigna quæ peccatum expiaret; ſi enim talis aliqua fuiſſet, illius victimę participatio, & applicatio facta fuiſſet, per ſequẽtes, quãtũvis minoris pretij. At per hoc ſacrificiũ idem agnus mactatur myſticè, qui verè, & realiter occiſus fuit in Cruce, cuius virtus, ad remittẽda peccata, verè per miſſæ Sacrificium, & Hoſtiã applicatur. Tandem, vt alia plura omittã, ſacrificia illa vetera, proteſtationes quędã erãt quibus proteſtabãtur Iudæi ſe aliud requirere ſacrificium, puta Chriſti, per quod fieret peccatorum remiſſio, at cõſequenter ipſa erant non tam remiſſio peccatorum, quam eorundem accuſatio, & commemoratio; ſiuè vt Græci eſt ἀνάμνησις, ideſt in memoriam reuocatio, vt ſcilicet homines recordarentur ſuorum peccatorũ, ſcirentque ea ſibi per ſacrificia, quæ obtulerant, non eſſe remiſſa, ſed ad Chriſti ſacrificiũ per fidem, & ſpem recurrerent; At per hoc ſacrificium re ipſa pręſtitit Dei Filius, quod ſperabant Iudæi, & expectabant.

Cõc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1.

4 Si formam, ſeù actionem per quã res oblata ſacratur, ſeù immutatur; omni ex parte eſt ſupernaturalis, ex parte termini; à quo, qui per illam deſtruitur, & veluti annihilatur. Ex parte termini, ad quem, qui per illã fit. Ex parte agentis, quia per materialia verba, fit à Deo tam admirabilis tranſmutatio. Ex parte temporis, nam tam mira, omnia fiunt in inſtanti. Ex parte ipſius formaliſſimę actionis, vnde PP. plures, & antiquiſſimi varias loquẽdi formulas adinuenerunt, vt illius naturam, vel explicarent, vel ſaltem indicarẽt, Ambroſ. lib. 4. de Sacramentis c. 5. & lib. 6. cap. 1. & lib. de myſter. cap. 9. & Cyprianus ſerm. de Cœna Domini in illa verba. *Non effigie, ſed natura mutatus*, & alij innumeri vtuntur nomine trãſmutationis Origen. 8. cõtra Celſum, & Tertull. lib. 4. cõtra Marcionem cap. 40. Dicunt panem fieri corpus ſanctum per pręcationem, Auguſt. in cap. Vtrum ſub figura de cõſecrat. diſt. 2. Inquit corpus, & ſanguinem Chriſti virtute Spiritus ſancti, ex panis, & vini ſubſtantia effici, Euſebius Emiſſenus hom. 5. de Paſch. aſſerit Sacerdotem viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti ſecreta poteſtate conuertere. Idem cum Remigio 1. ad Cor. 10. docent panem tranſire in naturam Dominici corporis. Anſelm. Epiſt. de corpore, & ſanguine Domini, migrare dicit panem in corpus. Theophylat. Matth. 23. & Marc. 24. Conuerti ſcripſit, & tranſelementare. Et Io. 6. transformari, tandem Concil. Lateranenſe ſub Innocentio III. cap. 1. noua cenſuit opus eſſe voce, ad tam ſublime myſterium explicandum, ſcilicet tranſubſtãtiationis, dicens, Sacramentum Euchariſtiæ confici per

Excellentia tranſubſtantiationis explicatur.

Ambroſ.

Cyprian.

Origen. Celſ. Tertull.

Marcion.

Auguſt.

Euſeb. Emi.

Remig.

Anſelmus.

Theophyl.

Matth. 23. Marc. 24. Ioan. 6.

Conc. Lat.

per veram tranſubſtantiationem panis, in corpus; & vini in ſanguinem Chriſti. Neque eſt nouum in Eccleſia ad confutandas hæreſes, & explicanda myſteria noua, inuenire nomina, quæ res antiquas propriè ſignificent, & veritatẽ Catholicam ſatis exprimant, ſic olim inuentum eſt ὁμοούσιος, ſeù conſubſtantialis, & nomen θεοτόκος Deipara, ſic etiam Euangeliſta mutationem Chriſti in externo ſplendore, & ſpecie, transfigurationem vocauit, eodem ergo ſpiritu ducta Eccleſia, tam mirabilẽ mutationẽ ſubſtãtiarum in hoc myſterio, tranſubſtantiationem appellauit, cuius vim declarans Concil. Trident. ſeſſ. 13. c. 4. Inquit per illud verbum ſignificari, vi cõſecrationis panis, & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis, in ſubſtãtiam corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini, in ſubſtantiam ſanguinis eius.

5 Tanta igitur eſt ſublimitas formę, ſeù actionis, per quam res oblata ſacratur in hoc Altaris myſterio, vt in ipſa explicanda Sancti PP. deſudarint, nec quidquam eſt, quod fiebat, vel in veteri holocauſto, quod totũ igne conſumebatur, vel in Hoſtia pro peccato, cuius partem deuorabat ignis; partem vero aſſumebant Sacerdotes. Vel in hoſtia pacifica, cuius ſacrificij tres fiebant partes, vna igni, altera Sacerdotibus, tertia ſacrificantium vſui deſtinata, quod in oblatione, vel conſecratione, vel in conſumptione, quæ iuxta diuerſorum placita ad formam, & actionem pertinent huius ſacrificij non eminenter contineatur?

6 Si tandem attendamus ſacrificij finem, certum eſt, omnium ſacrificiorum illum eſſe finem vt ad colendum Deum, & diuinam maieſtatem pariter, & potentiam recognoſcendã ordinentur. Cum hoc tamen diſcrimine; nam vel ſacrificium ſolum ad Deum venerandum eiuſque excellentiam, ac ſupremam dominationem proteſtandam, erat inſtitutum; & huiuſmodi erat holocauſtũ, omnium antiquorum ſacrificiorum nobiliſſimum, quod propterea totum cremebatur; vt ſignificaretur, id totum quod creatura eſt, Dei eſſe, vel præterea in expiationem dirigebatur peccatorum, & dicebatur hoſtia pro peccato; quę in lege veteri frequens erat, & multiplex, pro peccatorum diuerſitate, aut perſonarum. Vel denique ornabatur etiam ad gratias Deo agendas, vel ad impetrandum ab eodem aliquod beneficium, & dicebatur Hoſtia pacifica, quæ in ſacrificium laudis, & in gratiarum actionis, veluti in duo membra diuidebatur: At qui nam poſſunt excogitari veterum ſacrificiorum fines, quos non complectatur omnes, hoc nouæ legis ſacrificium perfectiſſimum, & pluribus nominibus infinitum? Dicitur holocauſtum, nam nihil tam aptnm ad Deum colendum; eiuſque maieſtatem omniaque diuina attributa celebranda; quam hoc ſacrificium, vbi illi rem infiniti valoris, & dignitatis offerimus, Filium ſuum vnigenitum, quo actu, & ſummum Deo cultum exhibemus; & infinitã eius bonitatem, & liberalitatem pariter prædicamus, vtpotè qui ſuis in nos collatis donis, velit à nobis viciſſim honorari.

7 Dicitur propitiatorium, & Hoſtia pro peccato; imò peccatorum remiſſionem, ex certa Dei lege hoc ſacrificium, vi, ac dignitate ſua obtinet: Quod docuit Concil. Trident. (Conc. Trid.) ſeſſ. 22. Canon. 2. vbi apertè inquit, Sacrificium Miſſæ non ſolum Propitiatorium eſſe pro pœnis, ſed etiã pro culpis, non ſolum pro culpis leuibus, ſed etiam pro grauibus, atque adeo mortalibus, id enim ſignificat cum ait. *Crimina, & peccata,*

in

by Google

et ingentia dimittit. Huc tendunt verba illa Canonis. *Hic eſt ſanguis qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Huc illud D. Pauli ad Hebr.5. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccato*. Nec mirum, quod ſit Propitiatorium, & per antonomaſiam tale; nã ita Deo placet vt ipſius bonitatem cõmouere valeat ad benefaciendum, & condonandum peccata. Qua ratione dicitur etiam impetratorium omnis generis beneficiorũ; de quibus omnibus latius infra. Dicitur etiam hoſtia pacifica; quæ & ſacrificium laudis, & gratiarũ actionis dicebatur; in nullo enim ſacrificio ita laudatur Deus, quam in ſacrificio Miſſæ, vnde Auguſt. lib. 1. cõtra aduerſ. leg. c. 18. illa verba Pſal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me*. De hoc ſacrificio intelligit. Idem eſt, & gratiarum actionis, eo enim pertinet in hoc ſacrificio, Chriſti paſſionis cõmemoratio, cuius ex Chriſti mãdato inſtitutum eſt, vt ſcilicet eodẽ ipſo ſacrificio pro tam eximio redemptionis beneficio, gratias Deo, & agamus, & referamus, illius gloriam laudemque promouendo, tam præclaro officio Religionis. Quare Auguſt. loco nuper citato, ſic ſcribit. Vnde Deo maiores gratiæ ſunt agẽdæ, quam per Chriſtum Dominum, quod faciunt fideles Eccleſiæ ſacrificio? Et Iræneus lib. 4. contra hæreſes c. 37. inquit Deum hoc diuinũ inſtituiſſe ſacrificium, vt illi nõ eſſemus ingrati; eo enim, inſigne obſequium diuinæ maieſtati pro accepto redemptionis beneficio rependitur.

D. Paul. ad Hebr. 5.

Auguſti Pſal. 49.

Auguſt.

Iræneus.

8 Eſt igitur hoc incruentum nouæ legis ſacrificium, & holocauſtum, & hoſtia pro peccato, & pariter hoſtia pacifica, vnde & Propitiatorium, & impetratoriũ, & ſacrificium laudis, & gratiarum actionis, & bonum ad omnia; Cuius vetera ſacrificia erãt vmbra, & figuræ, qua ratione Agnus quia hic myſticè mactatur, dicitur occiſus ab origine mundi. Ad hæc ſi ſacrificium ad Sacerdotem dicit habitudinẽ, ſunt enim correlatiua, conſequens eſt, ſi Sacerdotiũ Chriſti eſt cuiuſdam eminentioris, & altioris ordinis, habens in illo genere infinitam quandam dignitatem, ratione perſonæ; vt etiam hoc ſacrificiũ, cuius ipſe eſt Princeps Sacerdos, infinita quadam ratione ſuperet omnia vetera ſacrificia, eo vel maximè, quod in hoc idẽ ſunt Princeps Sacerdos, ſeù offerens, & res oblata. Firmum igitur ſit hoc ſacrificium verè eſſe dignam Hoſtiam, & meritò appellari talem, nam quamuis hæc verba canat Eccleſia de illa hoſtia, quæ cruenti, fuit victima ſacrificij; vt confirmant ſequentia; *Per quam fracta ſunt tartara*; *Redempta plebs captiuata*; optimè tamẽ hæc accõmodantur ſacrificio, de quo eſt ſermo noſter; nã in vtroque ſacrificio, quæ dicuntur præcipua, ſunt eadem, circumſtantiæ verò, & cætera omnia, quibus differunt, veluti alternatim vincunt, vt demonſtrabunt ſequentia.

Cruentum Sacrificium, & incruentum inter ſe comparantur.

Cap. 2.

Videndum primum hoc capite quomodo conueniant cruentum Sacrificium Crucis, & incruentum Altaris; tum in ſequenti, quomodo differant, poſt modum vtrum eorum alterum dignitate antecellat, definiendum. Tanta amborum videtur eſſe conſenſio, tam mi- 1

Digitized by Google

ra concordia, ſi vtriuſque Sacrificij perpendamus, vel rem oblatam, vel offerentem, vel virtutem, vel finem, vel ſacrificandi ſenſibilem ritum, vt in vnum, & idem nouæ legis Sacrificium, conſpirare videantur. Prima conuenientia ex parte rei oblatæ, nam idem Dei Filius hic offertur, qui fuit oblatus in Cruce; vtrobique igitur victima è cœlo miſſa; Secunda in Cruce Corpus ſenſibile Chriſti oblatum, in altare Corpus quod eſt ſenſibile, & ratione ſpecierum viſibiliter ſumitur, & tangitur. Tertia ibi figuram habebat Crucifixi, nam verè fuit affixus Cruci, hic, vt ait D. Bonau. in 4. diſt. 10. & Vict. in ſum. num. 64. quamuis Chriſtus in Euchariſtiæ myſterio non habeat poſitionem, ſeu figuram partium, in ordine ad locum, piè tamen poteſt à fidelibus cogitari, ſeu appræhendi ſub crucifixi figura; cum quælibet pars corporis Chriſti ſit in qualibet parte hoſtiæ; Quarta ex parte offerentis, nam idē Chriſtus Filius Dei qui fuit victima, & Sacerdos in Cruce; eſt principalis offerens, & Princeps Sacerdos in altari; Quin etiam ex illis verbis Pſalm. 109. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Merchiſedech*, Theophilact. Oecumenius, & cęteri expoſitores Pauli in cap. 5. Epiſt. ad Heb. colligunt perpetuo eſſe Chriſtum oblatum; Sacrificium per miniſtros ſuos vſque ad ſœculi finem, quod quidem in Scriptura ſacra ſolet vocari in æternum; ſeu in perpetuum, aut in ſęculum. Nam Chriſtus, vt homo eſt principalis offerēs in altaris Sacrificio, Sacerdotes cęteri id conficiunt tanquam miniſtri Chriſti, & eius legati, ipſum repræſentantes. Quinta pręcedentē neceſſariò conſequēs; ſicut enim Sacrificij cruenti Sacerdos fuit talis, cui nullus ſucceſſit alius, quemadmodum teſtatur S. Paul. ad Heb. 9. *Chriſtus aſſiſtens Pontifex, &c. Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta*. Ita, & huius Sacrificij incruenti Sacerdos (ſi de principali ſit ſermo) nullum habet alium ſucceſſorem, ſed Chriſtus Dominus eſt Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech; ſucceſſit quidem Chriſto Petrus, & reliqui poſt eum Romani Pontifices in officio gubernādi Eccleſiam, & paſcendi oues Chriſti, verbo prædicationis, & Sacramentorum adminiſtratione ſicut illi dictum eſt Ioan. 21. *Paſce oues meas*. At non ſucceſſit in officio Pontificis, & Sacerdotis, per ſe ipſum Deum iratum placantis; nec ipſe, nec vllus alius, nemo enim id præter vnum Chriſtum efficere poteſt. Quod enim attinet ad propriam veriſſimāque rationem Pontificatus, & Sacerdotij de qua nunc loquimur, cæteri Sacerdotes non ſucceſſores Chriſti ſunt, ſed miniſtri, iuxta illud Apoſtoli prima ad Corint. 4. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*. Sexta ſi Sacrificium illud cruentum Crucis, Iudæorum nequitia nō potuit inquinari, quamuis ad Chriſti mortem perdite conſpirantium; Tanta enim rei oblatæ erat excellentia, & Chriſti ſanctitas, ſe ipſum ſacrificantis; vt nulla illorum hominum nequitia, pollui potuerit. ita de hoc Sacrificio incruēto in Concil. Trid. ſeſs. 22. cap. 1. hæc reperiuntur ſcripta. *Et hæc quidem illa munda oblatio, quæ nullam indignitate, aut malitia offerentium inquinari poteſt, quam Dominus per Malachiam nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet in gentibus, in omni loco, mundum offerendum prædixit*. Nam cum eadem ſit vtrobique, & rei oblatę pręſtantia, & primi offerentis dignitas, & ſanctitas, ab illis hoſtiæ munditia tātum pendet: Non ſic ſe res habebat in veteribus Sacrificijs, quæ cū

à ſolis.

Margin notes:

Cōuenientiæ inter cruentū, & incruē um ſacrificiū.

Bonauent.

Suar. to. 3. in 3. diſ. 48 ſect. 1.

Pſal. 109.

Theophyl. Oecumen.

Hebr. 9.

Ioan. 21.

1. Cor. 4.

Conc. Trid.

Malach. 1.

à ſolis puris hominibus offerebantur, eorum nequitia poterant inquinari, & valorem totum amittere. *Septima* Sacrificium crucis per realem paſſionem, & mortem oblatum eſt, non quatenus fuit actio praua interficientium Chriſtum; ſed vt fuit paſſio voluntariè ſuſcepta, & oblata ab ipſo. Sacrificium altaris per quãdam eiuſdem Chriſti mactationem licet myſticam, etiam perficitur, nam ſicut Sacrificium Chriſti cruentum non in eo poſitum erat, quod Corpus eius fuerat mortuum, vel quod extra venas fuerit ſanguis; ſed in ipſamet actuali paſſione, & ſanguinis effuſione, vſque ad ſeparationem animæ à corpore: Ita in hoc altaris Sacrificio; per ſeparatam vtriuſque ſpeciei conſecrationem; nam ex vi illorum verborum. Hoc eſt enim Corpus meum: ita conſecratur corpus, vt non conſecretur ſanguis, quemadmodum ex vi aliorum. *Hic eſt Calix Sanguinis mei*. Ita conſecratur ſanguis, vt non corpus; & hanc vocant Theologi myſticam mactationem, expreſſam paſſionis repreſentationem. Vtrobique igitur ſacrificatur, & occiditur Agnus immaculatus, ipſemet Filius Dei. *Octaua* ſicut illud Sacrificium Crucis, quod in paſſione ſeu actione poſitum erat, non in re permanenti, ſicut & cuiuslibet Sacrificij ratio, quæ in oblatione non in re oblata conſiſtit, Non poterat placere Deo, niſi gratus, & placens eſſet offerens. Ita hoc altaris Sacrificium, quod in oblatione, ſeu conſecratione eſt poſitum, non in ſanguine Chriſti, vel, eius corpore; quæ ibi ſeruantur, ſic enim Sacramentum eſt, non Sacrificium, maximè dicitur Deo acceptabile Sacrificiũ, quia Princeps Sacerdos, & offerens eſt ipſemet Chriſtus. Nec mirum nam cum ad orationem adiuuandam, omne adhibeatur Sacrificium, imò ſit quędam (vt ſic dicam) non verbalis, ſed realis oratio, in hoc etiam orationem ęmulatur, ſicut enim vt orationis ratio habeatur, orantis Deus reſpicit ſtatum; ita etiam non poteſt Deo placere Sacrificium, niſi placeat offerẽs iuxta illud Geneſ. 4. *Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius*. *Nona* quæ præcedentis eſt affinis, conuenientia; Sacrificium Crucis quia à Chriſto offerebatur, cum omnem, & ſufficientiam habuit ex opere operantis; eadem ratione miſſæ Sacrificium, vt ab eodem Saluatore offertur, vim habere dicitur ex opere operantis, & infallibiliter, quia placet ex bonitate offerentis Chriſti; quæ nec minui poteſt, nec augeri; quamuis vt offertur ab homine vim habeat ex opere operato; nam placet Deo, etiamſi purus homo Sacerdos illi offerens, diſpliceat. Itaque quod eſt opus operantis reſpectu Chriſti, eſt opus operatum reſpectu miniſtri; Abſolutè tamen cum dicitur altaris Sacrificium vim habere ex opere operantis; ſemper intelligitur de valore, quem ex bonitate habet miniſtri; quia ipſe eſt qui propriè operatur Chriſtus autẽ non niſi per miniſtrum tãquam eius legatum. *Decima* infinitum fuit Sacrificium quod per ſe obtulit Chriſtus in Cruce; pariter & in cœna, nõ tantum ex parte rei oblatæ; ſed etiam ex parte ipſiuſmet offerentis; qui cum perſona eſſet diuina, infinita præditus erat dignitate; infinitum eſt quoque hoc Sacrificium altaris; iiſdem prorſus rationibus, & quia res oblata, ſeu victima eſt eadem, & vt à principali offerente offertur, eſt à Sacerdote, & Sacrificante eodem, excellentię infinitæ; nam quod in hoc Sacramento altaris miniſterium interueniat Sacerdotis, hominis, inquam, puri; eſt quidpiam valde materiale, quod mora-

Geneſ. 4.

Explicatur diſtinctio ex opere operato & ex opere operantis.

moralem æſtimationẽ, ſeu oblationis valorem, nequaquam minuit. Vndecima Sacrificiũ Crucis operatum eſt noſtram ſalutem quoad ſufficientiam, ianuamque aperuit Regni, vt latè docuit S. Paulus in
Ad Hebr. 9. Epiſt. ad Hebr. Altaris verò Sacrificium applicat quo ad efficaciam il-
Cõc. Trid. lius cruenti fructum, vt docet Concil. Trident. ſeſs. 22. cap. 1. illud infinitum quoad ſufficientiam, hoc infinitum habet valorem quoad impetrandum, & ideo quantum in ſe eſt, oblatum pro multis, non minus prodeſt ſingulis, quoad impetrationem quam ſi pro vno tantum eſſet oblatum; quamquam aliunde fieri poſſit, vt non ſingulis æque proſit,
Thom. ſicut animaduertit D. Thom. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. art. 4. quęſt. 2. & alij auctores, quos citat Suar. tom. 3. in 3. par. diſp. 79. ſec. 12. Duodecima Sacramenta nouæ legis, vt Baptimus, & pœnitentia habent vim delendi peccata, ſed aliter quam Sanguis Chriſti effuſus in Cruce, nam illa quidem in ſe continent, virtutem talem, ſed non ex ſe, ſed ex Sanguine Chriſti; at cruentum illud Sacrificium, & in ſe, & ex ſe peccata delet; quia Chriſti ſanguis ibi eſt effuſus in remiſſionem peccatorum. Idipſum eſt affirmandum de incruẽto altaris Sacrificio, quod totum hoc in ſe habeat, & ex ſe operetur, ratione tamen rei oblatę, non ipſius actionis. Decimatertia, victima, vtrumque Sacrificium dicitur, & Hoſtia, illud nomen habent à Victoria, hoc verò (quod in idem recidit) à victis Hoſtibus; nam ſicut Agnus immolabatur in memoriam tranſitus Domini, & liberationis Iſraelitici Populi de Aegipto; ita Euchariſtia in memoriam celebratur trãſitus Domini, per paſſionem, ex hoc mundo ad patrem, & noſtræ de poteſtate Sathanæ liberationis, quod per Chriſti mortem factum eſt ſufficienter, & per hoc altaris Sacrificium, exequutioni mãdatur, & repræſentatur pariter. Decimaquarta ſi primarium ſpectemus finem Sacrificij, qui eſt ad Deum colendum; deinde ad impetranda populo beneficia, aliaſque obligationes Deo reddendas, & quidquid dici poteſt de primario Sacrificij fine, ac ſecundario, totum reperies in cruento Sacrificio Crucis; vnde & holocauſtum dicitur, & Hoſtia pro peccato; Hoſtiaque pacifica, & eminenter cuncta præterita Sacrificia; At hæc omnia in vnum altaris incruentum Sacrificium cõuenire Superiori cap. oſtendimus. Decimaquinta conuenientia. Si Crucis Sacrificium ab initio eſt figuratum; vnde Agnus dicitur occiſus ab origine mundi, nam eò pertinebant veteres victimæ, vt hoc ſacrificiorum omnium maximum, prę-
ſignaret. De hac menſa Altaris ſacroſanctum Concilium Tridentinũ Cõc. Trid.
ſeſs. 22. cap. 1. ita loquitur, *Hæc denique illa eſt, quæ per variam ſacrificiorum naturæ, & legis tempore ſimilitudines, figurabatur: vtpotè quæ bona omnia ſignificata, vel vt illorum omnium conſummatio, & perfectio complectitur*. Decimaſexta cõuenientia. Sicut effectus illius ſacrificij redemptio, ſ. & propitiatio apud Deum non conſummata fuit, niſi quatenus per ſanguinis effuſionem vſq; ad ſeparationem animæ à corpore; illud Crucis ſacrificium fuit perfectũ; in quem ſenſum
intelligit Brun. Patriarcha Carthuſ. Brun.
verba illa Pſal. 1. *Et erit tanquam li-* Pſal. 1.
gnum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Chriſtus, inquit, & eius humanitas ſuppoſitata à Verbo, quæ eſt ſapientia Patris, eſt veluti lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, ſed nota verba ſequentia, *quod fructum ſuum dabit*

in

in tempore ſuo; non ait fructum habebit in tempore ſuo, ſed dabit, nam quamuis Chriſtus continuò meruerit toto vitæ ſuæ tempore, vſque ad mortem, etiam comedendo, & dormiendo, & quaſuis exercẽdo actiones, tamen ex pacto, & ordinatione diuina fructũ non dedit redemptionis, niſi in paſſione, & morte, quod tẽpus dicitur ſuum, cũ illa protulit. verba, *Conſummatum eſt*. Et S. Paulus ad Hebr. 9. *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*. Ita conſecrata vna ſpecie inchoatum eſt hoc incruentum Altaris ſacrificium non perfectum; nec intelligitur dari proprius eius effectus, donec vtriuſque ſpeciei conſecratio conſummetur; Tunc enim peracta eſt illa myſtica mactatio, & ſãguinis effuſio; & ideo Chriſtus in cõſecratione ſanguinis mentionem fecit remiſſionis peccatorum. *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Quid plura? Hæc duo ſacrificia tanta cognatione inter ſe continẽtur, vt S. Paulus de ambobus tanquam de vno loquatur; nam in Epiſt. ad Hebr. Sacrificium crucis, quod vnũ nos habere, ait Apoſtolus, opponit veteribus Aaronicis, nõ autem Sacrificio miſſæ. Imò illud ſub eo tacitè complectitur, quaſi vnum, & idem ſubſtantia, licet modo diuerſum; tam enim in miſſa, quam in cruce, vt diximus, idem principalis eſt Sacerdos ſcilicet Chriſtus, eadem numero victima ſcilicet Chriſti Corpus, ſunt etiam idem repreſentatione, quia miſſa repreſentat, imò continet, & applicat Sacrificium crucis. Sed audiamus diſcrimina.

Hebr. 9.

Conſecrata vna ſpecie inchoatum eſt hoc ſacrificiũ non perfectum.

Diſcrimina inter vtrumque Sacrificium.

Cap. 3.

QVamuis hæc duo ſacrificia in re oblata, ſeù victima, & in principali offerente nõ differunt; multa tamen inter ipſa ſunt diſcrimina. Et primum diſcrimen eſt (ſi metaphyſicè loquamur) quod differunt eſſentialiter; nam quamuis Miſſa repræſentet, imò contineat, & applicet ſacrificiũ Crucis, actione tamen & modo differunt, cum in cruce fuerit viſibile, & cruentum, in Miſſa incruentum. Sacrificij enim natura, & eſſentia, non in ipſa re permanente conſiſtit; ſed in actione circa illam, & in ritu ſacrificandi ſenſibili, vnde ſi hæc ſunt omninò diuerſæ rationis, quãuis circa eandem rẽ materialiter verſentur, erunt & ſacrificia ipſa diuerſa; ſicut in lege veteri, ſacrificium erat agni Paſchalis, & ſacrificium agni quod iuge dicebatur ſacrificium, in vtroq; idem agnus erat victima, & res oblata, at duo ſacrificia erant eſſentialiter diuerſa, quia diuerſo conſecrabantur ritu, & offerebantur; At multo maior eſt, de qua nunc agimus, diuerſitas inter ritum, ſcilicet ſacrificandi per realem Chriſti mortem, & per conſecrationem, & myſticam mactationem. Præterea ſicut Mincha, quod in lege veteri farreum erat ſacrificium, ſiccum, & incruentum, differebat ſpecie ab holocauſto, quod cruentum erat, & iugulatorium, ita philoſophandum eſt, de his duobus ſacrificijs, ſi metaphyſicè agamus; modi enim & ritus ſacrificandi omninò diuerſi, conſtituũt etiam ſacrificia ſpecie vltima, & eſſentiali diuerſa. Secundum diſcrimen ſacrificium Crucis non fuit alterius ſacrificij repreſentatio, vel 1

Primum diſcrimen.

Sacrificij natura, & eſſentia in actione, & in ritu ſacrificãdi ſenſibili conſiſtit.

Secundum diſcrimen.

Imago, ſed potius fuit omnium ſupernaturalium ſacrificiorum prototypon. Noſtrum autem Altaris ſacrificium, & verum ſacrificium eſt, & illius cruenti ſacrificij repreſentatio, in hoc inter cætera à Cœnæ ſacrificio differens, quia illud ſignificabat mortem Chriſti tunc futurã; hoc autem præteritam, & paſſionis eiuſdem dicitur commemoratiuum, quod indicant verba illa Pauli ad Hebr. 10. *Hic Calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite quotieſcunque biberitis, in meam commemorationem*. Tertium diſcrimen, quod illud numeratam habet pecuniam ad redimendum genus humanum; Hoc verò offert, vt redẽptio re ipſa fiat. Vel alijs verbis, illud eſt cauſa ſalutis quo ſufficientiã, ad hoc quoad efficaciam; illius cauſalitas eſt vniuerſalis. Huius non ita. Illud omnium effectuum gratiæ, ſiuè per ſacramenta conferantur, ſiuè per quodcunq; aliud inſtrumentum, eſt cauſa vniuerſalis, ideo enim dicitur Chriſtus vna crucis oblatione conſummaſſe ſanctificatos, quia ab illa eſt omnis gratia, omniſque ſanctificatio noſtra. Et ob eandem cauſam ad Rom. 3. ait Paulus Deum propoſuiſſe Chriſtum propitiatorem in ſanguine ipſius, ac denique Concil. Trident. ſeſs. 22. cap. 1. & 2. propterea inquit efficaciam huius ſacrificij incruẽti affirmari ſine vlla ſacrificij Crucis iniuria, quia inſtitutum eſt, vt per illud ſalutaris ſacrificij Crucis virtus applicetur: ergo huius omnis efficacia nititur illius ſufficientia, quod totum confirmat vetus illa Eccleſiæ conſuetudo, qua Crux ſuper Altare ponitur, eique ſæpè in eodem ſacrificio caput inclinamus. Et cum Chriſti corpus, & ſanguinem offerimus, eius, commemoramus paſſionẽ, & in memoriam omnibus reuocamus, ijs rebus ſignificantes totam huius ſacrificij

Hebr. 10.

Tertiũ diſcrimen.

Rom. 3.

Conc. Trid.

efficaciam, in illo Crucis fundari, illamque hoſtiam cruentam tantæ fuiſſe virtutis, vt paſſim eius cõmemoratione egeamus, & quaſi ex locupletiſſimo theſauro, & inexhauſto fonte, ſemper diuitias expromamus. Denique opus nobis eſſe vt per hoc altaris, ſacrificium, & cætera nouæ legis ſacramenta, virtutẽ illius cruẽtæ oblationis ad nos applicemus, vt omnibus ſint ad ſalutem. Quartum diſcrimen ſi fructus vtriuſq; ſacrificij perpẽdamus, nullo pacto incruentum hoc altaris cum cruento Crucis poterit æquari, nam ſi de perfectione loquamur intẽſiua ſingulorum effectuum; ſiuè de extenſiua, hoc eſt de illorum multitudine, neutro modo efficacia conueniens huic altaris ſacrificio, poterit ſufficientiæ meriti; & ſatisfactionis ſacrificij crucis, eſſe adæquata. Ratio verò vtrique parti communis, illa afferri poteſt, quia ſufficientia ex ſe eſt infinita, vnde nec exhauriri poteſt, nec oportet vt ad vnum effectum, vel ad eius certum gradum ſit determinata, quia vt huiuſmodi ad operandum non applicatur; At verò efficacia cum applicationem includat, & opus, non poteſt ad certum effectum, ac definitũ eius gradum nõ eſſe determinata. Hinc oritur quintum diſcrimen, quod ſi de perfectione intenſiua loquamur, per paſſionem ſuam Chriſtus non ſolum nobis decem aut viginti gradus ſufficienter meruit gratiæ; ſed quiuis maior, vel maior deſignetur vſque ad infinitum, totus ſufficienter cadit ſub eius meritum; Id ipſum eſt affirmandum de remiſſione pœnæ maioris, & maioris in quocunque gradu. At applicatur per Sacrificium Euchariſtiæ ſicut per Sacramenta cætera nouæ legis; ergo gratia, quæ confertur ex opere operato, determinatæ erit perfectionis; quia actualem inuoluit operatio-

Quartũ diſcrimen.

Quintũ diſcrimen.

rationem; quæ non niſi ad finitum, & limitatum tẽdit effectum, pari pacto ſi de perfectione ſermo ſit extenſiua, ſufficientia cruenti Sacrificij innumeros in ſinu ſuo geſtat effectus; & quod pertinet ad perſonas, Sacrificium crucis omnibus hominibus, ſine vllo, vel temporis, diſcrimine; vel meritorum, vel fidei, ſufficienter profuit, nam qui præceſſerunt Chriſtum, & qui eum fuerunt ſequuti, & baptizati, & qui baptiſmo carent; non ſolum iuſti, ſed qui in peccato exiſtunt mortali, dum vocantur, & illuminantur, omnes beneficiarij crucis ſunt, vnuquiſque pro modulo ſuo, ex illa capiens fructum. Quod verò pertinet ad beneficia quæ Chriſtus in cruce promeruit, varia ſunt, & innumera; Cruenti enim Sacrificij virtus ad delendas actuales culpas, ad infuſionem gratiæ ſanctificantis, ad remiſſionem etiam originalis peccati; & ad quidquid ſpectat, ad iuſtificationis ſeriem, ſe extendit. At incruenti Sacrificij efficacia, ſiue varietatem reſpicies effectuum, ſiue genera perſonarum, definita eſt, & limitata. Nihil illi cum peccato originali ex opere operato; nec eſt ad infundendam gratiam, nec ad delendas actuales culpas per ſe inſtitutum; & ordinatum; in homines, qui Chriſtum præceſſerunt, nec parum, nec multum, eſt efficax, immo, nec in omnibus qui ſubſequuti ſũt, poteſt habere ex opere operato propriam efficaciam; ſed ſolum in baptizatis, & iuſtis. Adde nec in iuſtis omnibus quamuis puris hominibus, nam B. Virgini nihil potuit conferre hoc altaris Sacrificium incruentum, ex opere operato; in qua nunquam fuit temporalis pœnę reatus. At eadem, beneficia, & commoda ſentiuit crucis, nã ſicut certum eſt, ipſam à Chriſto fuiſſe redemptam; ita eſt etiam certum, eundem pro Virgine mortuum; nam per mortem, & paſſionẽ ſuam, nos omnes redemit.

Beata Virgo beneficia ſentiuit cruenti ſacrificij non incruenti.

Sextum diſcrimen.

Sextum, oblatio facta in cruce, quin etiam in Cœna fuit infiniti meriti, & ſatisfactionis, nunc autem pro, vt fit in miſſa, nec eſt denuò meritoria, nec ſatisfactoria. Quod inde oritur, quia nõ eſt nunc Chriſtus, nec in ſtatu merendi, nec ſatisfaciendi; ſicut paſſionis erat tempore.

Septimum diſcrimen.

Septimum. in Sacrificio crucis per ſe ipſum offert perſona filij, in Sacrificio verò miſſæ, idem eſt, qui offert Chriſtus, ſed per miniſtrum. At multũ intereſt inter vtrãque actionem, illa enim immediate producta eſt à ſuppoſito diuino, iſta ab humano; Et quamuis gratior ſit actio miniſtri, dum operatur, vt Chriſti legatus, quam ſi proprio ageret nomine, multo tamen carior; & iucundior eſt illa; quæ immediate ab illo ipſo eſt Chriſto quemadmodum inter homines, ad obtinendam gratiam magis valet, ſiquid imploret legatus, ſui Principis nomine, quam ſi nomine proprio; At longè maioris momenti habentur principis preces, ex ore ipſius proprio.

Octauum Diſcrimen.

Octauũ. licet valor Sacrificij incruẽti ſit infinitus, id enim poſtulat, & dignitas rei oblatæ, & principalis excellentia offerentis; idem enim nunc offerens (inquit, Concil. Trident. ſeſſ.22. cap.2.) Sacerdotum myſterio, qui ſe ipſum tunc in cruce obtulit. at fructus (vt ſupra etiam diximus) inde nobis proueniens, finitus eſt, alioquin fruſtra multæ miſſæ præſertim ad eandem rem impetrandã. Si enim vnius fructus, ſeu effectus eſſet infinitus, certè ad omnia impetranda, vna, ſufficeret; Quorſum igitur aliæ? At crucis meritum, & ſatisfactio, quæ illius arboris dicuntur fructus, præter rei oblatæ, & offerentis dignitatem infinitam, pariter infinita ſunt, & dicuntur. Hinc eſt, quod nulla

Cõc. Trid.

zed by Google

alia de cauſa Sacrificiũ illud cruentum vnum tantum fuit; nec repetitur vnquam; quia ſufficientię eſt infinitæ, & pretium ad manum habet pro omnibus remittendis peccatis, tam præteritis quam futuris. Nonum, in vtroque Sacrificio in Dei honorem deſtruitur victima, at in Sacrificio incruento altaris tantum ſecundum eſſe Sacramentale, in illo verò cruento crucis ſecundum eſſe naturale. At longè nobilius eſt, & pretioſius eſſe ipſius Chriſti naturale, quam ſacramentale. Adde quod altaris ſacrificium nullo eſt pretio comparatum, imò eſt omnium diuinorum attributorum recenſus; & mirabilium Dei compendium. At Sacrificium crucis infinito ſtetit, & acerrimorum fuit cauſa dolorum Filio Dei, totque illi ingeſſit probra, & dedecora, vt ea omnia ad calculum nullus poſſit reuocare, niſi ſolus Deus iuxta illud Pſalm. 78. vbi Chriſtus Dominus, horum omnium ſolum Patrem aduocat teſtem, & benè conſcium. *Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerentiam meam.*

Nonum diſcrimen.

Pſal. 78.

2 Omnia, quæ hucuſque ſunt dicta à Sacrificio crucis ſtare videntur, immo cruenta illa Hoſtia de incruenta altaris victima tot reportare videtur victorias, quot hucuſque allata ſunt diſcrimina; At ſi perpendamus ſequẽtia, videbimus, vel ad oppoſitam partem inclinare victoriam, vel dubio ſaltem Marte certari. Decimum igitur diſcrimen eſt, quod Sacrificij incruenti Chriſtus fuit inſtitutor, & offerens, nam illud cœnæ quod cum hoc habet eſſentiam, & naturam communem, ab inſtituente fuit Chriſto ſimul, & offerente, & ſic inſtitutor, & offerẽs, perſona fuit infinita. At Sacrificium crucis, obtulit quidem Chriſtus, non tamen ſimpliciter inſtituit, ſed ſuppoſita interficentiũ Iudęorũ iniquitate, illud ad Dei cultum, & ad mundi redemptionem, ordinauit, præciſione vius quadam veluti Metaphiſica, pretioſum à vili præſcindens, & abſtrahens; paſſionem ſuam probans, & in ea complacens; tanquam in re ſibi gratiſſima, iniquam dęmonis, & miniſtrorum eius, actionem, reijciens, & damnans. Vndecimũ. Chriſtus ſacrificauit ſe ipſum tanquam verus Sacerdos in cruce, non quia ſe ſe occidit; ſed quia mortem oblatam voluntariè ſuſcepit; & illam in Sacrificium, Deo obtulit, qua & pro peccatis noſtris ſatisfaceret, & internum deuotionis ſuæ, affectum, & reuerentiæ erga Deum, manifeſtaret; & ita malitia occidentium ipſum, benè vtebatur; & quem illi inique interficiebant, ipſe piè, ac religioſè immolabat, & quia poterat Iudęos impedire, ne tormentis eum afficerent; & in ipſis tormentis vitam ſuam tueri, & conſeruare, voluntaria fuit illi mors, & per modum acceptationis, & per modum etiam oblationis, & propterea potuit eſſe Sacerdos, & ſe ipſum in Sacrificium offerre; licet nõ ſe occiderit. At in hoc Sacrificio incruento altaris; & ſe offert Chriſtus in Hoſtiam, & victimam, & ſe ipſum etiã myſticè mactat, nam ad illã vtriuſq; ſpeciei cõſecrationem; qua ex vi verborum in vna ita efficitur Corpus, & non ſanguis, & in altera, ita ſanguis, vt non Corpus (quæ myſtica dicitur mactatio) ſimul cum Sacerdote miniſtro, effectiue concurrit Chriſtus. Duodecimũ quæ acciderũt in Sacrificio crucis (ſi Chriſti demas oblationem) omnia ferè ſunt profana, ac execratione digna. At quæ ibi profana, hic conſecrantur, & quæ tunc execrata, maximam nunc habent venerationem, retinentque ſanctitatem. Sacerdotis enim amictus (vt

In quibus videtur antecellere hoc ſacrificiũ incruentum cruentum illud crucis.

Decimum diſcrimen.

Vndecimũ diſcrimen.

Duodecimũ diſcrimen.

Digitized by Google

Gabriel. (vt inde incipiam) qui teſte Gabr. lec. 11. in Canon. miſſæ, velum illud ſignificat quo Iudęi Chriſti faciem, dum illis ludibrio eſt habitus, obtegebant; ex Innocentio 3. lib. 1. de Innoc. 3. myſterio miſſæ, fiduciam, & ſpem quam debet habere, altaris offerens Sacrificium; Sacerdoti reuocat in memoriam; ita illa proteſtãtur verba in eius impoſitione prolata. *Impone Domine capti meo galeam ſalutis, ad expugnandos diabolicos incurſus*. Gabr. Durand. Alba ex Gabr. ibid. et Durãd. in rationali c. 5. lib. 3. illam commemorant veſtem qua Chriſtus ab Herode in cõtẽptũ, et deriſum fuit indutus, hic ex Innocẽtio vbi Sacrificia cordis munditiam depingit. *De alba me Domine, & munda cor meum*, etc. Cingulus iuxta multorum ſententiã funem referens, qua Chriſtus fuit Hieron. ligatus, hic ex Hieronymo in Pſal. 142. Carnis continentiam, & caſtitatem qua lumbos præcingimus, delineat, & pręfigurat, hac enim virtute munitus, debet Sacerdos ad tã ſublime accedere myſterium. *Præcinge me Domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, & c.* Et ne ſingula recenſendo, legentes faſtidiam: Crucis blaſphemiæ, & improperia in triſagium illud digniſſimum, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, quod in fine habetur Pręfatij à Seraphynis olim apud Iſai. c. 6. Iſai. c. 6. conclamatum, ſunt mirabiliter cõmutata: Sanctitatem igitur, & conſecrationem hic induunt, ibi execranda, & deteſtabilia; tantaque eſt huius incruenti ſacrificij virtus ſimul, & puritas, vt actus in cruce dãnatos, à Iudęorum iniquitate, & peccatorum caligine ſegregatos, reddat gratiæ, ſociet ſanctitati. Decimumtertium, quod eum pręcedenti Decimũ tertiũ diſcrimen. maximam habet cognationem, diſcrimen eſt, ſacrificiũ illud quot habuit cooperatores, tot patrati facinoris habuit reos. At in ſacrificium hoc incruentum, quotquot conueniunt ſiuẽ petunt, & procurant illud; ſiuè Sacerdoti ſacra facienti dant eleęmoſynam, ſeù ſtipendium, ſiuè illi ſacrificanti interueniunt; ſiuè aſſiſtunt conſentiendo, ac moraliter cooperando, qui omnes offerentes in hoc ſacrificio eſſe dicũtur, participes ſunt fructus eius; integrumque illum accipiunt, non minorem, ac ſi vnus eſſet offerens, cum multitudine offerentium non minuatur, ſiue ſit hac ratione infinitus, vel potius creſcendi acceſſionem habeat in infinitum extenſiuè. Decimum Decimum quartũ diſcrimen. quartũ maius conſtat eſſe Sacerdotiũ Melchiſedech, quam Leuiticum, quod illa ratione potiſſimum probat Diu. Paulus ad Hebr. 7. nam Hebr. 7. Abraham ex quo exijt Leui, Sacerdotalis familiæ Princeps; decimas obtulit Melchiſedech; At decimas perſolui à cęteris tribubus, Sacerdotibus tanquam maioribus, et dignioribus ſecũdum legem, ſatis eſt exploratum. Adhæc Melchiſedech benedixit Abrahæ; At benedicere ex officio, et quaſi publicum Dei miniſtrum, et Sacerdotẽ; quomodo Abrahæ benedixit Melchiſedech, ſuperioritatem ſignificat quoniam qui ſic benedicit, ex poteſtate à Deo accepta, et vt Dei myniſter, qui maior eſt omnibus id facit; quod totum laudi eſt, et dignitati Sacrificio huic incruento; nam quamuis Chriſtus dicatur Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, multis de cauſis; potiſſima tamen, & proprijſſima, eſt ſimilitudo in victima, ordo enim ritus, & ſpecies Sacerdotij, & Sacrificij, propriè, & eſſentialiter pendet, & deſumitur ex ipſa re oblata, ſiuè ex victima, quæ certo modo, & ratione Deo offertur; ſicut ergo Melchiſedech prius panem, & vinum Deo obtulit, in gratiarum actionem, pro Abrahæ victoria. Deinde illa Deo oblata,

in milites illius Patriarchæ, libanda, ideſt participanda diſtribuit; ita & Chriſtus in vltima cœna obtulit panem, & vinum, conſecrando illa, & tranſubſtantiando in Sacrificium Eccleſiæ, eaque deinde Apoſtolis libanda diſtribuit, & ſimiliter offerenda, & libanda præcepit.

3 Commēdat igitur maximè huius Sacrificij incruenti præſtantiam, quod à præſtantiſſimo omnium veterum Sacrificiorum præfiguretur nam dici Chriſtum Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech, & in cœna, in qua ſe obtulit ſub ſpecie panis, & vini, nobiſque eundem in miſſa pari modo offerendo docent PP. omnes, totaque Eccleſia communi ſeculorum omnium conſenſu; immo præteritas veteres figuras intimius conſideranti, non difficile patebit agnum Paſqualem expreſſius ſignificaſſe Euchariſtiam, quam paſſionem, ſignificare quidem Chriſti crucem & mortem, nemo eſt qui inficietur, nam ſi agnus ille figura eſt Euchariſtiæ, & Euchariſtia eſt repræſentatio paſſionis, quis neget agnum illum eiuſdem paſſionis figuram fuiſſe, & repreſentationem? At ſi circūſtantia in obſeruemus agni Paſqualis, & cęrimonias omnes, menteque reuoluamus quo tempore eius inſtituta fuit celebratio, quo motiuo, quo fine, qua rerum ſerie, de quibus omnibus luculenter Cardinalis Belarminus tom. 3. controu. lib. 1. de miſſa c. 7. videbimus agni Paſqualis Sacrificium, magis immediate, & principaliter Euchariſtiam figuraſſe, quam paſſionem; meritoque illam à Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. in fine, omnium veterum ſacrificiorum, tum naturæ, tum legis, conſumationem fuiſſe appellatam, & perfectionē. Decimūquintū, Miſſę Sacrificium vim habet, & ex opere operantis, & ex opere operato. Illam quidem quando miniſter gratus eſt Deo; ſi enim cætera virtutum opera Deo placent, quatenus ab amico aliquo, ſeruo, & ex charitate, & deuotione procedunt, cur non placebit, eadem ratione opus iſtud Religionis præſtantiſſimum, ex bonitate profluens, & deuotione miniſtri ſacrificantis? Hanc verò ex ſe habet, & effectum cōfert, moralem ſcilicet condonationem cuiuſdam debiti, non ponenti obicem, à ſanctitate indepēdentem miniſtri. Sacrificium verò crucis nihil tale habet, cum operatum ſit mundi redemptionem quoad ſufficientiam, & eodem pacto ianuam Cœli aperuit, totam efficaciam Sacrificio incruento cęteriſque Sacramentis reliquit. Decimū ſextū ſi vtriuſque ritum, & modum oblationis perpendimus, in quo ratio videtur Sacrificij conſiſtere, nam actio quædā eſt, nō res permanens; multum hoc incruentum Sacrificiū illi cruento crucis præſtat, ſiquidem ibi quod immo lata fuerit victima, opus fuit deteſtabilis illius Iudæorum, & dęmonis ſacrilegij, ac parricidij, à quo tanquam pretioſum à vili, oblationem ſuam Chriſtus ſeparauit. Hic vęrò, myſtica Hoſtiæ mactatio, eſt actio quædam ſupernaturalis, cuius præſtantia, & excellentia, quanta ſit, toto hoc ſequenti cap. demonſtrabimus.

Belarmin.

Cōc. Trid.

Decimum quintū diſcrimen.

Agnus ille Paſchalis videtur magis figurare Sacrificium incruētum Altaris quā paſſionis.

Decimum ſextum diſcrimen.

Recenſentur Excellentiæ tranſubſtantiationis. Cap. 4.

De præſtantia huius actionis, aliqua generatim, & vniuerſè loquuti ſumus ſupra nunc ſigillatim eius excellentiæ ſunt recenſendæ, vt omnibus exploratum ſit quanta eius ſit eminentia; qua cęteris Dei operibus præfertur. Tanta eſt huius ſupernaturalis tranſubſtā- 1

tiatio-

Digitized by Google

tiationis celſitas, vt ſuper omne valeat prærogatiuum, meritoque dici poſſit omnium diuinorum operum conſummatio, & perfectio; maximumque faciet de Chriſti omnipotentia præconium. Illius enim ratione Chriſtus plenum: dominium merum Imperium, idque cum infinita potentia coniunctum, in omnem creaturam habere ſatis oſtenditur; nam & ſubſtantias trāſmutat, & accidentibus ſuper eorum naturam, alium exiſtendi modum tribuit, corporis molem ad ſimilitudinem ſpiritualis ſubſtantiæ, præſentem efficit. Idemque corpus in varijs locis conſtituit. Addit Innocētius lib. 4. de myſterio altaris c. 44. ſicut diuina natura tribus modis in creaturis exiſtit, ſcilicet per naturam, per gratiam, per vnionem hypoſtaticam. Ita humana Chriſti natura, illius diuinæ ęmula per tranſubſtantiationem facta; triplicem participat exiſtendi modum, perſonaliter in verbo, viſibiliter in Cęlo, Sacramentaliter in altari. Vel aliter, naturaliter in corpore mortali, & paſſibili, per gratiam, & gloriam in Cœlo; Sacramentaliter in hoc myſterio. Aliorum etiam mirabilium patrator eſt Chriſtus in hoc incruento Sacrificio, & altaris Sacramento; quibus ſe vniuerſæ naturæ Dominum declarat. Neve de re tanti momenti videar ita faſceatim agere, diſtinctè, & ordinatè diſponam tot, quod continentq; in hoc myſterio mirabilia.

Innoc.

Explicātur mirabilia quæ continentur in ipſa trāſubſtātiatione.

2 Primū miraculum.

Primum miraculum, quod accidentia maneant ſine ſubſtantia panis, & vini, & aliud ſit, quod viſus, guſtus, & tactus referūt, aliud, quod re vera exiſtit, vt dixit Cyril. Hieroſol. Cathec 4. Chryſoſt. homil. 85. in Matth. Secundum quod Corpus Chriſti integrum, & perfectum cum tota ſua quantitate, ſub minima quantitate panis contineatur, ſic dixit Epiphan. in Anchorat. imò totum Chriſti Corpus, & Sanguis intrinſecè, & realiter in omnibus eſt terminis, & punctis ſpetierum ſacramētalium. Sic docuit Capreol. in 4. diſt. 10. quæſt. 4. artic. 3. ad 2. Scot. circa 1. conc. & Sot. in 4. diſtinct. 49. quæſt. 4 art. 6. ad argum. Durand. Suar. tom. 3. in 3. par. diſput. 52. ſec. 3. Et recentiores quam plures. Tertium ratione huius præſentiæ, vbi eſt caput Chriſti, ibi brachium, ibi pedes, & totum Corpus; propter quod rectè dixit Hilarius, vbi eſt pars ibi eſt totum; can. vbi pars de conſecrat. d. 2. Nec tamen dicitur Chriſtus inuerſus, ſed rectus, imò magis diſtat pes à capite, quam collum, nam collum capiti copulatur immediatè; pes verò minimè, ſed inter ipſum, & caput, tota intercedit quantitas corporis; Et omninò cum non deſinat Chriſti Corpus eſſe ibi organicum, non datur ibi partium confuſio, alioqui eius deſtrueretur organizatio. Ita Maior in 4. quæſt. 3. Quartum quod cum præſentia hæc Chriſti Sacramentalis non obſtet illi, quam habet in Cęlo, & propinquus idem ipſe terræ ſimul dicetur, & non diſtare a Cęlo; imò nec propriè dicitur diſtare à ſe ipſo cum non poſſit à ſe ipſo ſeparari, quamuis modus exiſtendi quem habet in Cęlo, diſtare poteſt à modo quem habet in Sacramento, & è contra quod totum collegit Suar. tom. 3. in 3. par. diſput. 47. ſec. 4. ex communi Theologorum ſentētia. Quintū hæc præſentia ſacramētalis Chriſti eſt participatio quædā præſentiæ localis, quam habent ſpirituales ſubſtantiæ in locis ſuis, quæ tamen ex parte ſubiecti materialis eſt, non ſolum à naturali præſentia quantitatiua differens; ſed etiam ab illa naturali pręſentia, quam materialis ſubſtantia habet ſub quantitate ſua, et tamen cum

Cyril. Hieroſolym. Chryſoſt. Secundum miraculū.

Epiphan.

Capreol.

Scot. Sot.

Durand. Suar.

Tertiū miraculum.

Hilarius.

Maior. Quartū miraculum.

Suar.

Quintū miraculum.

cum materialis ſit, adhuc ſupernaturalis eſt, & dicitur, & conſequẽter licet demus hunc præſentiæ modum, eſſe minus perfectum, eo ipſo quod materialis eſt, illo, quo conſtituitur Angelus totus in toto, & totus in qualibet parte loci; Adhuc præſentia Sacramentalis Chriſti, illi præſtat, quod non poſſit ab intellectu Angelico naturaliter videri at videtur naturali lumine, præſentia angelica ab eodem Angelo; cum intra latitudinem obiectorum naturalium collocetur, ita ſentit D.Tho. in 4. diſt.10. quæſt.1. art.4. quæſtiunc.3. ad 2. & 3. Altiſiod. lib.4. ſum.trac.5.cap.4. Aleſ.4. p. q.40. mem.3. art.4. Bonau. in 4. diſt.10. artic.1. quæſt.1. Eſtque communis Theologorum doctrina in 4.diſt.10.

Thom. Altiſiod. Aleuſ. Bonauent.

Sextum quod idem Corpus in diuerſis locis exiſtat, cumque hoc ſit ita præcelſum, vt veluti indiſſolubili modo multa vinciat mirabilia, varijs modis explicatur à SS.PP. Chryſoſtom.homil. 83. in Matth. quod idẽ ſe ipſum comedat, ſuumque ſanguinem bibat, idem homil.2. ad popul. & homil.3. ad Epheſ. in hoc ponit miraculum, quod idem Chriſtus qui Cœlum aſcendit, nobiſcum manſerit in terra, Elias, inquit, aſcẽdens, pallium diſcipulo dimiſit, Filius autem Dei aſcendens, nobis ſuam carnem dimiſit; ſed Elias quidem exutus, Chriſtus autem nobis ſuam carnem reliquit, & ipſam habens, aſcẽdit. Hieronym. Epiſt.150. quæſt.2. quod idem ſit conuiua, & conuiuium, comedens, & quod comeditur, Aug. Pſalm.33. quod idem portet ſe ipſum in manibus ſuis. Item ſerm.2. de verbis Apoſt. & homil. cit. à Beda 1. ad Cor.10. & Cyprian. ſerm. de cœna Domini, quod idem cibus totus ſumatur à multis, & totus à ſingulis, & ſemper integer perſeueret; quod ſolebat dicere Andreas Apoſt. vt in eius vita reperimus ſcriptum. Bernard. ſer. vlt. de cœna Domini, quod idem corpus ſimul in Cęlo, & in terris exiſtat. Ex eodem principio deducitur quod idem Corpus ſicut poteſt eſſe in multis locis, eadem ratione in toto vniuerſo, & vbique: Item Corpus idem ex ſe indiuiſum habere præsẽtias inter ſe diſtinctas, & diuiſas, & conſequẽter idem in ſe indiuiſum, ſecundum diſtincta vbi, diſtinctaſque præſentias à ſeipſo diſtare. Adhæc ſicut poteſt idem corpus habere plures præſentias inter ſe diſtantes, potuit eadem ratione habere ſimul plures indiſtantes, & ſic cẽties, & millies poni in eodem loco, quod vix concipi mente poteſt. Inſuper quod idem corpus poſſit eſſe ęquale ſibi ipſi, & conſequẽter quod poſſit ipſum continere, & circũdare, quod extrema eius poſſint eſſe ſimul, & conſequẽter quod ſecundum diuerſas, vel etiã ſecundum eandem ſuperficiem bis exiſtentem in eodem indiuiſibili ſpatio, ſe ipſum circundet, & contingat. Quid moror? Quod idem homo poſſit ſimul viuere, & mori, calefieri, & frigefieri, comedere, & comedi, quæ ſuperare videntur omnem captum, & tamen qui conſequenter loquuntur omnia concedunt. Hugo de S. Victore Alexand. Alenſ. Scot. Richard. Maior. Gabr. Cano. Marſil. Ocham. Adam. Aureol. apud Capreol. Claud. de Saiẽtes Belarm. & quot quot auctores, & ſcholaſticos citat Suar. tom.3. in 3.par. diſp.48. ſect.4. Imò quod Chriſtus in vltima cœna ſe ipſum mãducauerit, & ſe ſuis manib⁹ portauerit, vllo pacto eſt negandum. Vide quot, & quanta vnico nodo colligat, & præliget mirabilia. Sextum illud miraculum. Septimum quod verbum illud diuinum vtitur ſuo corpore aſſumpto, et alibi naturaliter exiſtente, vt organo, vel inſtru-

Sextũ miraculum, quod cõtinet multa mirabilia. Chryſoſt. Hieron. Auguſt. Beda. Cyprian. Aod. Apoſ. Bernard. Argumentũ ad probãdam replicationẽ corporum. Hugo. Alex. Alẽſ. Scot. Richard. Maior. Gabr. Cano. Marſil. Ocham. Adam. Aureol. apud Capr. Claud. de Saientes. Belarm. Suar. Septimum miraculum.

ſtrumento coniuncto ad efficiẽdam eiuſdem corporis præſentiam in Euchariſtia; Chriſtus enim per humanitatem ſuam in Cœlo exiſtentem actu concurrit in omni Euchariſtiæ cõſecratione, cum verbis formæ, ad efficiẽdam ſui corporis Sacramentalem in Euchariſtia præſentiam. Quod clarius patuit in nocte cœnæ, vbi ipſemet Chriſtus viſibiliter, menſæ accumbens, ſe ipſum præſentem fecit, ſub ſpeciebus panis, & vini, quas conſecrauit. Quinimmò produxit ipſammet corporis ſui ſubſtantiã, nam formalis tranſubſtantiationis terminus, non poteſt eſſe niſi ſubſtantia, hæc autem à ſufficienti partium numeratione nulla alia poteſt dari, niſi caro, &

Gabr. Corpus Chriſti ita docuit Gabr. d. 11. quæſt. 1. art. 3. dub. 2. & lec. 40. in Canon. Miſſæ, atque hunc dicendi modum eſſe conſonum antiquis

Thom. Suar. patribus. Et D. Thom. multis oſtendit, Suar. tom. 3. in 3. par. diſput. 50.

Octauum miraculum. ſec. 6. Octauum, quod paucis verbis tanta rerum mutatio fit, vt notauit

Ambroſ. Ambroſ. lib. 1. de myſter. cap. 9. & alibi ſæpè. Illa enim ſenſibilis verborum prolatio, effectiuè cõcurrit, & vt diximus tanquam inſtrumentum, ad efficiendam tranſubſtantiationem, quæ ſola eſt via, & ſupernaturalis actio, ad tot iam enumerata

Nonũ omnium maximum. mirabilia. Nonum, quod omnium maximum eſt miraculum, ſcilicet ratio qua ducuntur

Albert. Caiet. Albert. in 4. diſt. 11. art. 3. Carth. ibid. q. 1. Caiet. 3. par. quæſt. 105. art. 8. ad aſſerendum hoc opus non eſſe miraculum, quia conſuetum eſt, & veluti ordinaria lege ſtatutum. Hoc, inquam, mirum in modũ, tale diuinæ potentiæ opus extollit, & exaggerat, quod non ſemel aut iterum, ſed quotidie innumeris in locis, hæc omnia operetur, quodue poteſtatem dederit hominibus verbo ſuo, hæc omnia efficiẽdi. Conſummatio igitur, & perfectio omnium diuinorum operum, eſt hoc Sacroſanctum myſterium.

Quod fiet adhuc euidentius ſi cum illis operibus ipſum comparemus, quæ inter alia diuina, Principem locum tenent, cum creatione, ſcilicet, & Incarnatione. Sunt igitur illi (vt inde incipiamus) multa cum creatione communia, imò forſitan vtriuſq; eſſentia, & natura, eſt eadem. Nam ſicut cum dicimus creationem eſſe productionem ex nihilo, illud, ex, carentiam ſignificat cauſæ materialis, ita tranſubſtantiatio per quam hic fit Corpus Chriſti, eſt actio ex vi ſolius cauſæ efficientis, ſine vllo cauſæ materialis concurſu; in quo natura poſita eſt actionis creatiuæ. Præterea cum dicitur per creationem fieri ens inquantum ens, ſiuè id reduplicet rationem entis finiti, & factibilis; ſiuè ſpecificatiuè tantum ſumatur, vtroque modo veriſſima eſt propoſitio, nam in idem incidit, ac ſi diceremus rem fieri ex nihilo, cum enim creatio nullam entis rationem in re creata ſupponat, per ipſam per ſe primo fit res, ſecundum totam rationem entis, quo pacto verum, eſt, omne ens finitum, eſſe creabile. Ita (vt conſequenter de tranſubſtantiatione loquamur) cum ſit actio nullum ſupponens ſubiectum, ex vi ſolius manans cauſæ efficientis, verè dicimus per illam fieri ens inquãtum ens. Inſuper creatio quamuis ſit actio, nõ tamen eſt mutatio, cum non fiat ex præſuppoſito ſubiecto, vt concedunt communiter, & docet D. Tho. p. par. quęſt. 45. & tranſubſtantiatio licet ſit actio, & dependentia quædam, mutatio tamen (ſi propriè ſumatur) non eſt dicenda, ita D. Thom. 3. par. quæſt. 75. artic. 8. Adhæc ſicut creatio non terminatur ad formam (ſiue ex potentia naturali educatur ipſius ſubiecti, ſiuè ex potentia obedientiali eiuſ-

3 Cõparatur tranſubſtantiatio cum creatione.

Thom.

eiuſdem) ſed ad eſſe ſubſiſtens, quia creatio eſt productio totius entitatis, quæ in termino eſt primario, talis actionis. Ita per tranſubſtantiationem, non fit materia, vel forma Corporis Chriſti, ſed tota eius ſubſtantia, non .n. veluti complet illud, ſed totum eius eſſe, natura, & vi ſua, ſecum fert. Quod ſi dicas à natura creationis tranſubſtãtiationem deficere, quia terminus eius non omninò denuo fit, ſed quaſi conſeruatur. Hoc nullius eſt momenti; tum quia actio conſeruatiua, quæ ad totum terminatur ens, in ſubſtantia à creatione non differt, ſed illa tantum ratione nominatur conſeruatio, ad denotandum non denuo incipere, ſed permanere, & durare, quæ antea res inceperunt, tum etiã quia huic actioni per ſe, & formaliter conſideratæ, accidentarium eſt, quod terminus eius alibi præexiſtat, cum poſſit, & ſit ſufficiens productio termini, ſi alibi non eſſet. Nec intereſt ſi quis reſpondeat non eſſe creationem, quia fit ex pane aut vino, quæ quidem ſunt aliquid, cum tamen creatio debeat eſſe ex nihilo. Nam hoc eſt illud inter cętera, arduũ, & difficile, in tranſubſtantiatione, inquit, D. Thom. 3. par. q. 75. art. 8. ad 3. quod eius magis commendat excellentiam quantumque creationem ſupereminęat, declarat, nam hic per tranſubſtantiationem Corpus Chriſti fieri dicitur ex nihilo, ideſt ex nullo ſubiecto quod cum creatione habet commune, & præterea dicitur fieri ex pane, aut vino, quia hoc totum, in illud aliud totum conuertitur; & tranſubſtantiatur. Quod quidem ſimul cum cęteris ſupra explicatis, ſatis oſtendit in hoc myſterio, eſſe plura mirabilia, magiſque rerum naturas ſuperantia, quam in creatione.

Suar. to. 3. in 3. p. d. 50 ſect. 4. §. quiutus ergo & ſec. 5 §. vns tantum.

Thom.

Quod tranſubſtãtiatio creationem ſupereminet.

4 Si autem eiuſdem collatio fiat cum Incarnatione ſcio Auguſtinum dicere lib. 10. de Ciuitate Dei c. 29. Incarnationem eſſe ſummum exẽplum gratiæ nec potuiſſe gratiam Dei gratius cõmendari, quam vt ipſe Dei Filius hominem indueret: Memini me legiſſe Incarnationem ſummum miſericordiæ Dei vocari beneficium, & argumentum; Imo eo pertinet illud Virginis in Can. Luc. 1. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ*. Sed an Incarnatione tranſubſtantiatio ſit inferior, diiudicent ſequentia.

August.

Luc. 1.

5 Multæ ſimilitudines, & exempla adducuntur à SS. PP. vt veriſimile faciant Incarnationis Myſterium, ſed omnia prę illius ſublimitate deficiunt, de quibus multa Perrerius diſput. 30. in cap. 1. Ioann. & nos abundè in noſtro opuſc. de Sacroſanct. Incarnationis Myſterio. Vnde D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. c. 17. Bernard. ſerm. 3. in vigilia Natiuit. Damaſc. lib. 3. de fide cap. 1. Altiſſimo Trinitatis Myſterio conantur hoc aliud Incarnationis explicare, ſicut enim inquiunt vna diuina natura eſt in tribus ſuppoſitis; Ita etiã diuina virtute poteſt fieri, vt plures naturæ in vno coniungantur ſuppoſito. Verum hoc eſt tenebris præmonſtrare viam ad Incarnationis imperuia, Arcano Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterio, huius alterius latebras inueſtigare, nec intellectui carenti fide facit viam, poſſet enim ita ſecum recogitare, illud licet ſublimius, videri tamen magis conſentaneum diuinæ perfectioni; hoc verò prorſus Deo repugnare, vnde ab vno ad aliud ſatis infirmum ducitur argumentum. Nulla igitur tam nobilis eſt ſimilitudo, quæ ſi ab humanis ſumatur, comparatione tanti myſterij, non vilis, abiectaque reddatur: At tranſubſtantiationis naturam, edicere & explicare quis poterit Iuſtin. Apol. 2. pro Chriſtianis, inquit, panem, & vinum in Corpus,

Cõparatur tranſubſtantiatio cũ incarnatione.

Perrer.

Auguſt.

Bernard.

Damaſcen.

Iuſtin.

pus,& Sanguinem Chriſti conuerti ſicut in carnem, & ſanguinem noſtrum:cum edimus,& bibimus conuerti ſolet

Cyprian.

Cyprian. in lib. de cœna Domini,panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi,factus eſt caro

Cyril. Hieroſolym.

Cyrill. Hieroſol.Cath.4.myſtagogica,fecerat ex aqua vinum, quod eſt ſanguini propinquum in Cana Galileæ ſola voluntate, & non erit dignus cui credamus, quod vinum in ſanguinem transmutauit?

Ambroſ.

Ambroſ.in lib. de his qui myſterijs initiantur cap.9. fortè dicas,aliud video, quomodo tu aſſeris quod Chriſti corpus accipiam? & hoc nobis adhuc ſupereſt,vt probemus, quantis igitur vtimur exẽplis,vt probemus nõ hoc eſſe, quod natura formauit; ſed quod benedictio conſecrauit; maioremque vim eſſe benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam ipſa natura mutatur; Virgam tenebat Moyſes, proiecit eam, & factus eſt ſerpens. Rurſus appræhendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam,& ſerpentis, & virgæ;currebant Aegipti flumina puro aquarum meatu, ſubito de fontium venis ſanguis cępit erumpere; non erat potus in fluuijs; Rurſus ad Prophetæ voces cruor ceſſauit,fluminũ, & aquarum naturam remeauit; ſic ille, & multa affert miracula, vt perſuadeat hoc altaris myſterium, vt ligni in aquam miſsi, quo præſente amaritudinem ſuam, aquarum natura depoſuit, aquæ, quæ fluxit de petra,Moyſis virga percuſſa: Ferri quod ſuæ oblituum grauitatis ad Eliſæi nutum è profundo fluuij ad aquarum ſuperficiem enatauit: Ignis ad Eliæ ſermonem è Cœlo depoſiti: partus Chriſti Ieſu,ex Virgine.

6. Sed quid his exemplis cum conuerſione totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam,& cum tot mirabilibus, quæ vel tranſubſtantiationem conſtituunt, vel conſequuntur. Tanta eſt illius celſitas, & ſublimitas, vt multi Patres illuſtrare conati ſint Incarnationem tranſubſtantiatione vt rem in ſe difficilem, & arduam argumento corroborarent, difficilioris, & magis inextricabilis myſterij, Incarnatio varijs nominibus tum in Scriptura ſacra, tum à PP. celebratur, vt ita veluti pluribus titulis multiplex eius præſtantia fiat clarior;Ex Græcis

Damaſcen.

Damaſc.lib.3.de fide cap.6. Græco vtitur nomine ἐνανθρώπησις Latine *inhumanatio*, & eodem lib.3. c.1.vocat. *Nouum omnium nouorum*. Quod prius dixerat apud

Dionyſ. Hieroth.

Dionyſ. Hierotheus c.2. de diu. nom.p.2. Verum quod eſt, inquit, nouitatum omnium ſupereminens nouitas,in naturalibus noſtris ſupra naturam erat. Ex Latinis vero

Hilarius. Iſidor.

Hilarius in prologo. Pſalm. & Iſidor. in prolog. libri de Natiuit.Domini ad Florentiam ſororem, vtuntur nomine corporationis, imitati

Tertull.

Tertullian.lib. de carne Chriſti cap.6. Dicitur in Scripturis appræhenſio

Ad Heb.2.

ad Hebr.2. *Nuſquam Angelos appræhendit, ſed ſemen Abrahæ appræhendit*. Dicitur deſcenſus, quia terminus ad quem deſcendit, eſt inferior creatura,vtinam inquit

Iſai.64. Ioan.6.

Iſai.Diſrumperes,Cœlos, & deſcẽderes;& Ioan.6.Deſcendi de Cœlo non,vt facerem voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Dicitur aduentus,

Malac.c.3.

Malachiæ cap.3. Et ſtatim, ait, veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis, &

Habach.2.

Abachuc 2.Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet, et non tardabit. Dicitur à Paulo ad

Galat.4.

Galat.4. Miſſio. *Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere*. Dicitur abbreuiatio quemadmodum Eliſæus extendit ſe, et abbreuiauit ſuper puerum

puerum ad ſuſcitandum illum. Verbum abbreuiatum faciet Dominus
Iſai. 10. ſuper terram Iſai. 10. iuxta 70. & ad
Ad Rom. 9. Rom. 9: dicitur recapitulatio ab eodem
Ad Epheſ. 1. Apoſt. ad Epheſ. 1. Incarnationis autem vocabulum eſt adeo frequens tam apud Græcos quã apud Latinos Eccleſiæ PP. vt ſuperuacaneum exiſtimem ſigillatim referre loca quibus ea voce vtuntur. At de tranſubſtãtiatione loquẽtes PP. innumeris vtuntur vocabulis, conuerſionis conſecrationis, ſanctificationis, tranſitus, tranſumptionis, tranſformationis, tranſelementationis, aſſumptionis, factionis, mutationis, trãsfigurationis benedictionis, tranſubſtantiationis; retulimuſque loca ſupra cap. 1. quæ omnia eo ſunt adinuenta conſilio, vt tot nominibus eius præcellentem formam quoquo pacto depingerent. Imò de eo ad diuinorum inſtar, eſt philoſophandum, vt negatione potius, quam affirmatione illã explicemus; dicimuſque nõ eſſe conuerſionem, non conſecrationem, nõ ſanctificationem, non tranſitum, non tranſumptionem; nõ transformationem non tranſelementationem, non aſſumptionem, non factionem, non mutationem, non transfigurationem, non benedictionem, & hanc eſſe principem tranſubſtantiationis deſcriptionẽ. In Incarnationis myſterio humana natura proprio caruit ſuppoſito, tranſubſtantiationis opera, accidentia ſuo priuantur ſubiecto. Ibi verbum ſub humanitate latuit factus homo, vt nos redimeret. Hic illud ipſum Incarnatum Verbum ſub accidentibus continetur panis, vt animas noſtras tanquam cæleſtis cibus reficeret: Tunc factum eſt, vt Verbum in humanitate aſſumpta ſit, in tempore genitum, & iniurijs expoſitum temporis, & hominum, ipſo verbo in ſe impaſſibili permanẽte, & immutabili. Nunc Verbum Incarnatum quatenus ſub Sacramento cõtinetur altaris, quotidie conficitur, & in loco humili interdum iacet, & à prauis hominibus iniurijs afficitur, ipſo nihilominus verbo, eiuſque humanitate glorioſa, impaſſibili, ac immutabili manente. Per Incarnationis Myſterium, panis nobis paratur ad tuẽdam, & conſeruandam vitam, dum Chriſtus in vtero Beatæ Virg. cibus ſpiritualis effectus eſt animarum. Tranſubſtantiationis beneficio, eodem alimur, & potamur, dum ſub ſpeciebus panis, & vini, illius ſupernaturalis vi conſtitutus, verè, & re ipſa intrat corpora noſtra; & ſicut verè credimus iacuiſſe in Præſepio, elapſis ab Incarnatione nouem menſibus; ita verè in altari exiſtentem conſpicimus, facta tranſubſtantiatione. Incarnationi acceptum referimus, quod redempti ſumus; tranſubſtãtiationi, quod redemptionis fructus ſimus participes: tãta eſt Incarnationis ſublimitas, vt controuerſia ſit inter ſcholaſticos, an
repugnet Deum eleuare creaturam vt inſtrumentum ad illam efficiendam vnionem; quæ in ipſa reperitur, & creditur; At hanc controuerſiam diremit tranſubſtantiatio, & omnem de medio tulit dubitationem, nam per verba Sacerdotis, vt inſtrumentum, & per tranſubſtantiationem, vt eſt actio, fit Chriſti Corpus prout eſt in rerum natura, atque adeo prout eſt vnitum verbo, & vt ex terminis patet, concedendum eſt fieri per hæc eadem, vnionem; quot igitur ſunt Incarnationis prærogatiuæ, tot ſunt tranſubſtantiationis præconia, nam ipſa Incarnationem inuoluit, & prætereà innumera mirabilia. Trãſubſtãtiatio dirimit illã cõtrouerſiam, an creatura poſsit aſſumi, vt inſtrumentum ad creationẽ.

Firmum ergo ſit cõſumationem, 7
& perfectionem omnium diuinorum operũ eſſe trãſubſtantiationẽ. Nec mirum ſi Ioann. Euangeliſta narraturus Ioan. 13.

turus

turus Dominicæ cœnæ hiſtoriam, illa præmittit verba; ſciens Ieſus quia omnia dedit ei Pater in manus. Nam ea rerum immutatione; quam Chriſtus in hoc peregit Myſterio, hanc ſuam omnipotentiam, & in omnem creaturam ſummum dominium (vt ſupra latius declarauimus) ſatis oſtendit. Et in Canone miſſæ Sacerdos, vt Chriſti legatus idipſum facturus, tãto operi, illo ſe accingit exordio. *Et eleuatis oculis ad Deum Patrem omnipotentem*, tibi gratias agens, &c. Quaſi dicat, tantum non poſſe perpetrari myſterium, niſi illi præſto ſit Dei omnipotentia, nam cum ſit compendium mirabilium eius, & epilogus, non modo ipſam neceſſario requirit, ſed veluti exhaurire videtur.

8 In quo quantum hoc Sacrificium incruentum, cruento illi crucis præſtare videatur (quod erat in animo oſtendere) clara luce licebit intueri, nam quando victima illa litatum fuit in Monte Caluario, omnia (ſi amorem demas) obumbrata ſunt attributa diuina. Eliminatam diceres eius omnipotentiam, cum cruci affixus, clauorum vi continetur. Relegatam ſapientiam, cum ludibrio eſt omnibus tranſeuntibus; denigratam bonitatem illam per eſſentiam, cum medius inter latrones ſiſtitur, & tanquam vnus eorum eſt habitus, Iudiciaria caſſum poteſtate, cum ſicut reus peragitur, & damnatur. Obnubilatam deitatem nam quid tam Deo repugnans quam talia pati: quo ſi Sacrificium in diuinum cultum, & eiuſdem potentiæ, & maieſtatis recognitionem eſt ordinatum, & inſtutum; Quis nam tale reputaret Sacrificium, & Hoſtiã, niſi fideiuſſor eſſet amor? Amor illum vincit, & voluntati tradit Iudæorum, amor à capite denudat vſque ad pedes, amor infligit vulnera, parat verbera, capite damnat, affigit cruci, morte mulctat; ſi totum emiſit ſanguinem, ſi dira paſſus eſt tormenta, ſi vix conſolabiles ſuſtinuit dolores, ſi ſaturatus eſt opprobijs, operoſus fuit amor, non ſine myſterio Ioannes Euangeliſta hiſtoriam ſcripturus paſſionis Chriſti, primum omnium eius præmittit amorem. *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*; quaſi diceret ea, quæ narraturus ſum, quamuis aliena videantur à natura diuina, & ab attributis Dei, decent tamen eius amorem, qui inſuetas appetit luere pęnas pro re amata, nam infinitus eſt. Quod ſi infinitate gaudet moderaturque, & regit cętera attributa diuina, ergo diuinus eſt, ergo eſt ipſamet omnipotẽtia, bonitas, ipſiſſima natura Dei. Ergo deitatem, & quæ eius ſunt, amor occultando, detegit. Et quemadmodum ſol tenebris ita illuſtrauit mortem Filij Dei, vt non ſic potuiſſet luce. Eodem pacto amor quo medio cęlandam ſtudet deitatem; eo magis reuelat, & manifeſtat.

In ſacrificio Crucis omnia attributa diuina ſunt obumbrata pręter amorẽ & in ſacrificio incruento omnia attributa diuina in hoc vnum conueniunt, vt Deum prædicat.

Ioan. 13.

Lis igitur tunc erat, an victima illa qua litatũ fuit in Caluario, eſſet Filius Dei, ſtandum fuit amoris iudicio, qui ſolus pro deitate dixit ſententiam, cęteris attributis diuinis non eſt datum ferre ſuffragia. At cum agitur de victima huius incruenti Sacrificij; quod fit in altari, an Deus ſit, & Dei Filius; Deus ipſe, & quæ circa Deum ſunt attributa (vt cum Damaſc. loquar) ſcilicet omnipotentia, Liberalitas, Bonitas, Iuſtitia, Sapiẽtia, amor, in hoc vnum conueniunt, vt eius naturam diuinã prædicent, & præclament, Omnipotentia, nam hoc myſterium eſſe compẽdium omnium mirabilium Dei, & epilogum, ſatis ſupra oſtendimus. Liberalitas, nam dicitur teſte Chriſoſt. Incarnationis quędam extenſio, qua Deus Filium ſuum vnigenitũ dedit. Miſericordia quia nihil tam opportunum ad noſtras 9

Damaſcen.

Hoc myſterium eſt cõpendiũ omnium mirabilium Dei.

Chryſoſt.

ſubleuandas miſerias, quam hoc Sacramentum, & contriſtatis de Chriſti abſentia, fidelibus, ſolatium ſingulare, Bonitas, nam ſic ſe infinitè diffundit, Iuſtitia, nam vt dixit Innocentius lib.4. de hoc myſterio cap.44. ſicut cibo homo victus fuerat, et mortalis effectus ita cibo hoc, quo nullus fuit aptior, ad vitã reſtituitur immortalem. Sapientia nam tales excogitare, quæ hic aſpiciuntur inuentiones, dignum fuit opus diuina ſapientia. Amor nam quid poterat tam Dei commendare charitatẽ quam ſe ipſum nobis cibum præbẽdo? Immò amor diuinus, et eiuſdem, ſapientiæ veluti certatim in hoc opus, omni ſtudio incumbunt. Amor aggreditur opus ſapientia delineat omnia, et archetypum conficit. Amor vniri cum amato, quo ad eius fieri poteſt, deſiderat, ſapientia modum inquirit, et inuenit. Amor inuitat ad cœnam, & ad largius, bibendum, prouocat, ſapientia parat conuiuium, ſternit menſam; amor hunc cœleſtem coquit panem; Sapientia eſt piſtrix, amor guſtandum prębet, Sapientia condit. Et in hanc ſummam cauſam tam concordi animo totus amor diuinus, tota ſapientia inuadunt, vt amorem prolem diceres ſapientiæ, ſapientiam prolem amoris. Sapientia dictat amori, amor & dictata peragit omnia, & argumentorum adhuc copiam ſuggerit; ſapientia illuminat amorẽ, amor ſapidam reddit ſapientiam; & ſuo modo inſtruit. Et amor ſimul, & ſapientia omnipotentiam Dei conuocant, & liberalitatẽ, & Iuſtitiam, & bonitatem, ad mactandam hanc diuinam victimam, cuius diuinitas tot habet præconia. Quot ſunt Dei attributa.

Innoc.

Amor diuinus, & eiuſdem ſapientia veluti certatim in hoc opus Euchariſtiæ incumbũt.

Cum igitur ex dictis exploratum
10 ſit hæc duo ſacrificia inter ſe collata alternis veluti exultare victorijs; Cęterum autem iiſdem cõſtare, & victima, & Sacerdote ad concordiam potius ſunt redigenda, vt victricia arma de antiquis ſacrificijs ſimul reportãtia, vtrique idem deſtinetur triumphus, & triumphanti pariter acclametur. *O verè digna Hoſtia.* Et per antonomaſiam, talis, ſed quam ſalutaris, demonſtrabunt ſequentia.

Quam ſalutaris ſit hæc Hoſtia, diſtinctè eſt oſtendendum. Cap. 5.

IN hoc ſacrificio perfectiſſimum Dei cultum, cum ſumma noſtra 1
vtilitate eſſe coniunctum, non difficile hæc conſideranti patebit, nam dum Chriſtus hic eſt Hoſtia, quæ æterno offertur Patri, idemque princeps Sacerdos, ſummum Deo prębemus cultum; ſimulque maxima nos dona percipimus, de qualitate cultus multa diximus ſupra, cum de præſtantia huius ſacrificij quod quidem ex propoſito agentes, multas quoque eius vtilitates, licet perſunctoriè narrauimus, nunc enculcatè iubet illas explicare. Quod vt conſequamur facilius, diſtinctione opus eſſe duxi, cum huius altaris myſterij recenſemus beneficia. Poſſumus enim de ipſo loqui, vel vt ſacrificium eſt, quo pacto myſticam requiuit mactationem, & expreſſam mortis Chriſti repreſentationem, eaque ratione non poteſt dici eſſentialiter perfectum, donec vtriuſque ſpeciei cõſecratio ſit peracta, & ita acceptum fuit à nobis hoc myſterium hucuſque. Vel poſſumus de illo loqui, vt eſt Sacramentum, cuius ratio in eo eſt poſita, vt ſignificet, & contineat Chriſtum, veluti cibum, vitam præbentem animæ at ſpiritualem refectionem.

Hoc myſterium vt eſt Sacramentũ non poteſt dici eſſentialiter perfectũ poſita vnius ſpeciei cõſecratione at vt ſacrificiũ eſt, non dicitur tale niſi poſita vtriuſq; ſpeciei conſecratione.

nem. Inſuper, & vnionem ſui corporis myſtici cum ſuo capite, & membrorum eius inter ſe ſupernaturaliter efficientem, & ita dici poteſt eſſentialiter perfectum, cum primũ vnius ſpeciei abſoluitur conſecratio. Tota enim hæc dicta ſignificatio in qualibet reperitur ſpecie, licet pluribus modis in duabus; illi tamen ad integritatem Sacramenti ſunt neceſſarij, non tamen ad eius eſſentiam conſtituendam. Hac igitur præmiſſa diſtinctione.

2 Cum de vtilitatibus huius myſterij à nobis habendus, eſt ſermo, illius, & vt ſacrificium eſt, & etiam vt eſt Sacramẽtum, fructus, & commoda in animo eſt explicare, & primum Sacrificij deinde Sacramenti.

3 Multa ex hoc ſacrificio prouenniunt emolumenta, & quod optabilius eſt, lucro multorum. Habet hoc ſacrificium aliquẽ effectum ex opere, vt dicunt operato, qui promiſſione nititur facta tali operi, confertur que vi ipſius incruenti ſacrificij, nec tam dicenda eſt impetratio, quam realis exequutio, & eius rei applicatio, quam Deus, quantum in ipſo eſt, iam contulit, & re ipſa confert non ponenti obicem. Huiuſmodi autem effectus eſt remiſſio alicuius pœnę temporalis, cui quis obcommiſſa peccata (deleta tamen Sacramento pęnitentiæ) obnoxius adhuc eſt; Eo pertinere videntur illa verba, quæ in calicis conſecratione proferuntur. *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*, ſcio quidem non conuincere, nam poſſunt exponi de effuſione cruenta, quæ mox peracto incruento ſacrificio in vltima cœna, erat ſequutura. Et licet intelligantur de myſtica, poſſunt de culpis mortalibus accipi, non ex opere quidem operato, ſed per modum impetrationis, vt paulo poſt explicabimus. Vel dici poſſet, effundi

Effectus huius ſacrificij ex opere operato eſt remiſſio alicuius pœnæ temporalis debitæ ob commiſſa peccata.

Declaratur ſenſus illorum verborum: hic eſt Calix ſanguinis mei, &c. qui pro vobis, & pro multis effũdetur in remiſſionem peccatorũ.

ſanguinem in remiſſionem peccatorum, quia teſte Auguſt. ſerm. 4. de Innocent. Cum fidelibus in ora infunditur, eis gratiam confert, quomodo poteſt dici Chriſtus conſeruari, & myſticè mactari in remiſſionem peccatorum; quia immolatur, vt fidelibus ſit in alimoniam vitæ, & conſequẽter in remiſſionem peccatorum, ſi illa indiguerint; ſed inter cæteras, illam patiuntur expoſitionem præfata verba, vt ſignificent remiſſionẽ peccatorum quo ad pęnam, & phraſis quidẽ in ſacris litteris ſatis vſitata; ſic Exod. 32. *Aut dimitte noxam populo huic aut dele me de libro vitæ*. Non enim his verbis petebat Moyſes culpæ remiſſionẽ toti populo, quorum multos facti non pœnituit, nec contritionem habebant, ſine qua non dimittitur culpa; ſed pœnæ orabat condonationem; ne Deus ſcilicet vlciſceretur, nec morte afficeret populum peccantem ſic Iſa 2. Incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir, ne ergo dimittas eis; ideſt puni eos, & vltionem ſume; Et Ioelis 3. In tempore tribulationis peccata dimittis. Ideſt non vlciſceris, nec punis, ſed iræ parcis, & illud Luc. 7. *Remittuntur tibi peccata tua*. Quidam Doctores de pęnæ interpretãtur condonatione nam per fidem, & contritionẽ Mariæ Magdalenæ, erat culpa remiſſa. Sic huiuſmodi verba. *Qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum*. Poſſunt non incongruè intelligi de remiſſione peccatorum quo ad pœnam, quæ vi huius incruenti ſacrificij nobis confertur. Nec ſine myſterio, poſt ſanguinis cõſecrationem proferuntur, nam cum effectus ex opere operato, ſacrificij, non conferatur niſi ipſo perfecto, & conſummato, & hoc myſterium non ſit abſolutè, & ſimpliciter verum ſacrificium, niſi facta vtriuſque ſpeciei

Auguſt.

Exod. 32.

Peccatũ ſæpe in ſcriptura ſacra ſumitur pro pœna peccati.

Iſai. 2.

Ioel. 3.

Luc. 7.

conſecratione, tũc enim ſolum poteſt conſiderari ſub ratione myſticę mactationis, & tanquam incruentum Sacrificium. Quid mirum, ſi effectus, integram eius eſſentiam veluti naturaliter conſequens, alicuius ſcilicet temporalis pœnæ remiſſio, tunc conferatur, & ſignificetur, poſt calicis vꝫ. conſecrationem quando iam vtraque ſpecie conſecrata, intelligitur hoc ſacrificium in ſua eſſentia completè conſtitutum.

Conc Trid. Idipſum cõfirmant illa Concil. Trident. verba ſeſs. 22. cap. 1. quæ quidem teſtantur Chriſtum inſtituiſſe hoc ſacrificium. Vt illius, ideſt ſacrificij crucis, *ſalutaris virtus in remiſſionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum, applicaretur*, quod in cap. 2. latius continetur. Hæc autem applicatio cum fiat ex vi inſtitutionis, oportet, vt cauſalitatem includat ex opere operato; ſi ſolum enim id eſſet ex merito, vel ſatisfactione operantis, nihil haberet ſingulare ex vi inſtitutionis hoc ſacrificium; Immò neque veteris legis, vel naturæ ſacrificia ſuperaret, nam etiam illa ex opere operantis, vel per modum impetrationis, ſimilem habebant effectum; Tandem quod conferat hoc ſacrificium ex opere operato remiſſionem pœnæ, tanquam proprium effectum; perſuadere nituntur recentiores, tum ſufficienti partium enumeratione; tum quia eſt propitiatorium Sacrificium, tum tandem quia eſt communis Theologorum ſententia, à qua diſcedere, magna eſſet temeritas præſertim cum fundata in communi ſit ſenſu Eccleſiæ; quæ ſemper intellexit fructum huius ſacrificij, non pendere ex gratia, vel ſanctitate miniſtri offerentis, ergo ſignum eſt dari ex opere operato, ſi enim ex opere eſſet operantis, magis penderet ex Iuſtitia offerentis, quam eius, pro quo offertur,

Effectũ huius ſacrificij eſſe remiſſionem pœnæ temporalis ob peccata cõmiſſa probatur cõmuni Theologorũ ſentẽtia.

ſicut videre licet in quolibet alio opere ſatisfactorio, vide Suar. tom. 3. in 3. par. d. 79. ſec. 6. & ſec. 5. Suar.

Præter autem fructus, & effectus, quos habet ex opere operato, ex vi inſtitutionis ſuæ, ſi loquamur de vi, quam obtinet ad impetrandum, potens eſt ad omnia, ita vt extendatur ad omnes diuinæ beneficentiæ effectus; quia tàm latè patet quàm oratio, immo orationi addit calcaria, tribuitq; efficaciam, vt teſtatur Dionyſ. c. 3. de Eccleſiaſtica Hierarch. Clemens lib. 8. conſtit. Cyrill. Hieroſol. Catech. 5. myſtag. Tertullian. lib. de orat. ad Scapul. cap. 2. Quinimmo id perſuadet ratio, nam ſi impetratio ſit per orationem, per alia autem opera ad orationem quidem adiuncta, in obſequiumque facta Dei, ſi eò fiunt animo, vt eum inclinemus ad id nobis concedendum, quod maximè optamus, & petimus: ſed hoc ſacrificium eſt maximum Dei obſequium, illique valdè gratum; ergo ſi coniungatur orationi, & deſiderio à Deo aliquid obtinendi; ad omne eius beneficium impetrandum, valebit plurimum. Præterę igitur effectum ex opere operato, quem diximus ſupra circa pœnæ tẽporalis verſari condonationem, poteſt idem ſacrificium per modum impetrationis, conferre ad alicuius pœnæ etiam remiſſionem. Ita Diu. Thom. 3. par. q. 79. artic. 5.

4 Enumerantur fructus, quos habet hoc ſacrificium ex vi impetrationis.

Dionyſius Areopag.

Clem. Cyrill. Hieroſolym. Tertull.

Thom.

5 Præterea habet vim ad obtinendum à Deo remiſſionem peccatorũ etiam mortalium, & quoad culpam, & cõſequitur gratiæ primæ infuſionem, dum ſufficientem impetrat diſpoſitionem, & contritionem ad talia beneficia obtinenda. Hunc ſenſum habere videntur verba illa Cõcil. Trident. ſeſs. 22. cap. 1. *Huius quippè oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum Pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit*. Et fortaſſe ideo paulò Cõc. Trid.

lò ſuperius dixit per hoc ſacrificium fieri. *Vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus, in auxilio opportuno.* Vtiq; ad veram conuerſionem cordis, & Pœnitentiam concipiendam. Ad hæc poteſt interdum impetrari per hoc ſacrificium non ſolum auxilium ſufficiens, ſed etiam efficax, hoc etiam ſuadent præfata verba Concilij, & D.Tho. in 4.diſt. 12.q.2.quæſtiúcula 2.ad 4. Durád. ibid.q.4.Maior.q.1.& tot Theologi quos citat Suar.tom.3. in 3. p.diſp. 79.ſect.3.Inſuper poteſt conferre ad augmentum gratiæ impetrando alteri auxilium, vel ſufficiens, vel efficax, ad efficiendum actum quo creſcat in gratia; nam ſi concedunt DD. vi huius ſacrificij, poſſe id impetrari homini peccatori, Cur non magis iuſto?

Quidoque per hoc ſacrificiũ impetratur nõ ſolum auxilium ſufficiens, ſed etiã efficax ad faciendã pœnitẽtiã. Thom. Durand. Maior. Suar.

6 Tandem omnia bona temporalia poſſent aliquo modo eſſe effectus huius ſacrificij, & vi ipſius impetrari. Hoc videtur certiſſimum, nam omne bonum pro quo obtinendo hoc ſacrificium offertur, poteſt aliquo modo eſſe effectus illius, & ad illud conferre per modum ſaltẽ impetrationis, alias inutiliter, & imprudẽter in talem offerretur finem; ſed Eccleſia ſæpè conſueuit hoc offerre ſacrificium pro temporalibus obtinendis beneficijs, vt patet ex antiquis liturgijs, & ex ritu Miſſæ, quem nũc Romana ſeruat Eccleſia, vbi inter alia habetur. *Offerimus pro noſtra, & totius mundi ſalute:* quomodo etiam Tertullian. lib. ad ſcapul. dixit, pro ſalute offerri. Euſeb. lib.4. de viſ. Coſtant. cap.45. offerri pro communi pace. Chryſoſt. homil.67. in Ioan. & 18. & 21. in Acta Apoſtolorum pro terræ fructibus, & pro alijs neceſſitatibus, vt ſignificat Auguſt.22.de Ciuit.Dei cap.28. & clarius Concilium Trident. ſeſs.22. Can.3. Potens eſt igitur ad omnes hos effectus per modũ impetrationis, imò infinitatem quandam dicitur habere in impetrando, & vniuerſaliorẽ cauſandi modum, quam habet ex opere operato, licet effectus huius infallibilis ſit; fundatur enim in promiſſione abſoluta, reſpectu eius qui non ponit obicem. At effectus illius ex ſe nõ habet vnde ſit infallibilis, quia nec in promiſſione fundatur, nec etiam ex iuſtitia debetur, non enim merito nititur de condigno ipſius offerentis, ſed cum orationẽ adiuuet, illiq; ſemper coniungatur (proprius enim eius cauſandi modus dicitur impetratio) illis ſubijcitur legibus, quibus, & oratio; Vide Suar. tom.3. in 3.par.diſp.79.ſect.2. En igitur quot fructus capere ex hoc ſacrificio poſſumus.

Tertull. Euſeb. Chryſoſt. Auguſt. Conc. Trid. Suar.

Sed videamus (quod in rem noſtram eſſe dicitur magis) quomodo id fiat lucro multorum; nã licet hoc Sacroſanctum Altaris myſterium idem, & Sacramentum ſit, & Sacrificiũ, hoc tamẽ intereſt inter vtrũq; vt inquit D.Tho.3. par.q.79. art.5. quod vt eſt Sacramentum tantum in ſuſcipiente operatur. Cum enim vt huiuſmodi per ſe ad recipientis ordinetur ſãctificationem, ſicut per receptionem applicatur ad operandam; ita per eandem determinatur ad agendum in hac perſona; quæ re ipſa illud ſuſcipit; non autem in alia. Sacrificium verò (cũ eius ratio poſita ſit in oblatione facta Deo) intrinſecẽ tantum determinat cui ſit offerendum; non tamen pro quo; Vnde pro multis poteſt offerri, iuxta Sacerdotis libitum, cui vt Chriſti miniſtro data eſt talis poteſtas. Tot igitur poteſt eſſe emolumento, & commodo; quot ſunt, pro quibus Sacerdos offert ſacrificium. Immo quot ſunt præter Sacerdotem ipſum offerentes, ſi de illo loquamur fructu, qui priuatis reſpondet offerentibus, vt latius infra. Fructum igitur 7

Thom.

Effectus, quos producit hoc incruentũ ſacrificiũ ſunt lucro multorũ quod explicatur ad differentiã illius vt eſt Sacramentum.

tur quem fert ex opere operato hoc ſacrificium, capit Sacerdos ſacrum faciens; imò ille qui Sacerdoti reſpondet; vt perſona priuata, & id eſt perſonale beneficium, & quaſi priuilegium perſonæ conceſſum, vt iuxta probabiliorem ſententiam nõ poſſit in alium transferri. Si autem idem vt Chriſtum repreſentans cõſideretur,& vt perſonam gerens publicam; omnibus prodeſt, pro quibus offert,& cum in forma Sacerdotij illi dicatur. *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium pro viuis, & defunctis.* Ergo veriſimile eſt,illã æquè eſſe efficacem circa vtroſque,participeſq; eſſe effectus ex opere operato, non modo viuos, pro quibus offert Sacerdos,ſed animas Defunctorum in Purgatorio exiſtentes.

Cõc. Trid.

Vnde Concil. Trident. ſeſs.22.c.1. inquit eodem modo hoc ſacrificiũ offerri pro viuis,& defunctis. Quare ſi volumus conſequenter loqui, ſecundum veriorem ſententiam illis animabus infallibiliter prodeſſe affirmandum eſt,pro quibus nominatim Sacrificiũ offertur.

Secundum veriorẽ ſententiam ſacrificiũ Miſſæ illis animabus infallibiliter prodeſt, pro quibus offertur.

Adde quod cum omnes qui per proprium actũ phyſicè,ſeù moraliter ad hoc Sacrificium concurrunt,(vt ſi conſtituamus hominem aſſiſtentem, ſeù miniſtrantem ſacrificio Miſſæ,vel in hunc finem dantem eleẹmoſynam, &c.) cum ſint, & dicantur priuati offerẽtes,omnes, & ſingulos dicendũ eſt eſſe participes illius fructus; qui ex opere operato ab hoc ſacrificio dicitur prouenire. Immo ſic etiam rectè exponuntur illa verba Canonis Miſſæ. *Pro quibus tibi offerrimus, vel qui tibi offerunt*; vbi apertè ſermo eſt de offerentibus, ab ipſo Sacerdote diſtinctis, vt patet ex antecedentibus verbis. *Et omnium circunſtantium, quorum tibi fides cognita, & nota deuotio. Pro quibus tibi offerrimus, vel qui tibi offerunt*. Nec ſine cauſa illa duo diſtinguntur membra, illæ enim duæ habitudines,ſeù rationes, propriè ſũptæ,per ſe ſingulæ ſufficiunt ad percipiendum aliquem fructũm huius ſacrificij ex opere operato. Tales igitur offerentes dicendum eſt pro ſua quemque pietate, & Religione gaudere tali fructu, etiam ſi Sacerdos ſacrum faciens,illis nihil nominatim applicet. Quid plura? omnibus fas eſt huius emolumenti eſſe participes, dummodo ſint baptizati, iuxta illud Canonis. *Memento Domine famulorum famularumque tuarum, qui nos praeceſſerunt, cum ſigno fidei.* Sint viatores,ſub quo quidem ſtatu animas Purgatorij Theologi comprehendunt,ad vltimum enim terminum non dum peruenerunt.ſint in gratia, quam diſpoſitionem, vt neceſſariam requirit, Diu. Thom.3.p.q.79.art.7. ad 2. & omnes eius diſcipuli, generaleq; fundamẽtum eſt;quia is qui eſt in peccato mortali,nõ eſt capax ſatis paſſionis pro pœna temporali; Immo nec ſatisfactionis. Tandem requiritur huius effectus ex opere operato indigentia; vt is, ſ. pro quo offertur Sacrificium; reatum aliquem habeat pœnæ temporalis, relictum ex pẹna remiſſa,qua quidem ratione nihil potuit hoc ſacrificium ex opere operato, conferre B. Virgini ſicut nec cuicumque iuſto pro eo, ſ. tempore (ſi tamen eſt aliquod) in quo nullum habeat temporalis pẹnæ reatum.

Quot ſunt illi, qui participes ſunt fructus huius ſacrificij ex opere operato.

Thom.

Nihil potuit hoc ſacrificium conferre B. Virgini ex opere operato.

At ſi de fructibus agamus, qui ab 8
eodem capi poſſunt per modum impetrationis,quibus non prodeſt? Proueniunt ab hoc ſacrificio emolumenta,& commoda,non modo fidelibus viuis, ſed & defunctis, & ſi de viuis ſermo ſit, non ſolum iuſtis, & peccatoribus (vt ſupra explicatum eſt)ſed etiam infidelibus. Cum enim ſacrificium crucis pro omnibus ſit oblatum, etiam pro fide carentibus,

Proueniunt emolumẽta ab hoc ſacrificio etiã infidelibus, per modum impetrationis.

rentibus, ita hoc ſacrificiũ incruentum illius repreſentatiuum; quantum in ipſo eſt, poteſt pro eiſdem offerri, nam ſicut illud fuit vniuerſale quo ad ſufficientiam, ita hoc debuit ſuo modo vniuerſale eſſe, quo ad efficaciam, ſeu ad applicandum illius ſacrificij fructum, ſaltem per modũ impetrationis. Vnde Paul. 1. ad Timot. 2. Poſtquam dixit. Obſecrationes, & oblationes pro omnibus eſſe faciendas, pro regibus, &c. qui tunc infideles erant, quaſi quibus defixa ſit radicibus hæc veritas oſtendens, ſubdit, *vnus mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus*, qui tradidit ſemetipſum pro nobis. Et hunc fuiſſe vſum huius ſacrificij in Eccleſia, colligere licet ex Clemente lib. 8. conſt. c. 15. & ſeq. vbi inquit, publicam orationem, & oblationem fieri ſolitam, pro regibus, & exercitibus eorum, qui tunc infideles erant, idem ſentit Cęleſt. Papa Epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ cap. 11. Chryſoſt. hom. 5. in 1. Epiſt. ad Timot. & alij Gręci, & Latini in eundem locum, qui de obſecrationibus, quæ fiunt in miſſa, & de oblatione impetratoria, Paulum interpetrantur. Confirmat hoc ipſum veteris vſus legis, in quo fiebant ſacrificia pro gentibus pro Dario 1. Eſd. 6. Pro ſpartiatis 1. Machab. 12. Pro Heliodoro 2. Machab. 3. Quod ſi tunc ſacrificij ratio, ex Dei ſpeciali præcepto, limitata non erat; quid dicendum eſt de hoc altaris ſacrificio quod per modum impetrationis infinitum, illimitatumque eſt; & dicitur, illius cruenti nixum virtute; quod pro omnibus eſt oblatum; & quamuis per Eccleſiam non liceat illud offerre pro excomunicatis, maiore irretitis excomunicatione, ſiue fideles ſint, ſiuè apoſtatæ, id tamen non omni ratione eſt prohibitum; ſed publica oblatione hoc ſacrificium pro his offerre eſt vetitum; & publicam agendo perſonam miniſtri Eccleſiæ; nam fas eſt Sacerdotibus in memento orare pro excommunicatis, priuata tamen oratione, & intentione.

1. ad Tim. 2.

Clement.

Cœleſt.

Chryſoſt.

Dar. 1. Eſdr. 6. 1. Macab. 12. 2. Macab. 3.

Deinde ſatis eſt ad amplitudinem huius ſacrificij commendan- 9
dam, quod ipſum ex ſua natura pro omnibus poſſit offerri, idemque, quantum in ipſo eſt; omnibus lucro ſit futurum. Quid moror? Virtus eius omne penetrat Cœlum; ſeſeque infert in profundum abyſsi nã in Canone miſſæ dicimus quotidie de hoc ſacrificio. *Vt illis*, *ideſt ſanctis Proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem.* Nam quamuis, vt propitiatorium eſt; non poſſit pro beatis offerri; ab omni enim tam culpæ, quam pœnæ malo; ſunt liberi, cum pleniſſimam cõſequuti ſint veniam, & remiſſionem. Poteſt tamen, vt impetratorium eſt, offerri Deo ad impetrãdum ſanctis gloriam, & honorem quod quidem totum noſtra eſt vtilitas, & commoditas, quamuis in Sãctorum redundet gloriam; quemadmodum docuit Innoc. in cap. cum Martha. de celebrat. miſſarum fertur etiam profundum penetraſſe abyſsi; nam Traiani Imperatoris anima (ſi tamen probatæ fidei eſt hiſtoria) quæ quidem apud infernum damnatorum fuerat veluti depoſita precibus, & Hoſtijs ſcilicet Gregorij Papæ fuit liberata. *O ſalutaris Hoſtia*, à qua cuncta expectant, & hauriunt ſalutem; ſed viſum eſt quot vtilitates conferat, vt eſt ſacrificium. Reliquum eſt, vt recenſeamus eiuſdem commoda, & emolumenta, vt eſt Sacramentum.

Virtus huius ſacrificij non ſolũ penetrat cœlos, ſed etiã ſe ſe infert in profundum abyſſi.

Quid ſentiendum de anima Traiani Imperatoris.

Vide etiam Suar. 2. to. 4 in 3 p. diſp. 48. ſect. 4. §. ex hac ergo doctrina in fine.

Vide Belarmin. lib. 7. de Purgat. cap. 8.

Suar. to. 2. in 3 p diſp. 43 ſect. 3. §. ad alia verò exempla.

Emo-

Emolumenta recenſentur eiuſdem, vt eſt Sacramentum.

Cap. 6.

1 CVm exploratum ſit omnibus inter cętera diſcrimina quæ conſiderari poſſunt in hoc altaris myſterio, vt ſacrificium, & vt eſt Sacramentum, illud potiſſimum eſſe, quod priori modo acceptum operatur etiam in alijs, poſteriori verò tantum in ſuſcipiente. Non abſre eſſe duxi, ea enumerare commoda, & emolumenta, quæ operatur, vt Sacramentum, & conſequẽter quot fructus producat quantum in ipſo eſt, in ſuſcipiente. Preclarè quidem Euchariſtia, hoc eſt bona gratia, appellatur, quia multas gratias inde capere poteſt animus noſter, eaſq; non modo bonas, verum etiam optimas. [S. Dionyſ. Areopag.] S. Dionyſ. Areopagit. inquit, non cõtingere aliquid perfici perfectione hierarchica, niſi per diuiniſſimam Euchariſtiam [S. Ignatius.] S. Ignatius in Epiſt. ad Epheſ. appellat Euchariſtiam, pharmacum immortalitatis, antidotum incorruptionis. Idem aſſerit, eo fugari dæmones, cœtus aduocari Angelorũ. [Cyprian.] Cyprian. ſer. de Cœna Dñi, cũ ſaturati, inquit, fuerint, vide quid agant, intellige quid loquantur, quam ſancti odoris ſit, quidquid illa cructat plenitudo. verbum bonum, mores compoſitos affectus pudicos, ſenſus pacificos, ilia interior ſynceritas vbique diffundit [Clement. Alexandr.] Clem. Alexand. ait quod in hoc Sacramento non modo corpus, & ſanguis Chriſti nobis datur, ſed etiam ſpiritus Chriſti, quo ſanctificamur, & participes ſimilitudinis efficimur diuinæ. [Chriſoſt.] Chryſoſt. homil. 60. ad popul. notat quod Apoſtoli è Cœnaculo in montem prodierunt oliuarum, quia Cęna hæc ſacratiſſima, pronos facit digne ſuſcipientes, ad opera miſericordiæ, [Cyrill.] Cyrillus lib. 3. in Ioan. c. 37. aſſerit hoc Sacramentum ſanctificare non ſolum animam, ſed etiam corpus, cũ in eo adimpleatur, quod Eccleſia in ſacrificio petit Miſſæ. *Fiat nobis ad ſalutem mentis, & corporis.* [Baſil.] S. Baſil. in quæſt. breuiorib. nu. 122. mirificã inquit fieri frequentationẽ huius myſterij, vitæ mutationem, aſſertq; ad hoc comprobandum verba illa Pauli 2. ad Cor. 5. [2. Cor. 5.] *Vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.* [Bernard.] S. Bernardus hoc Sacramentum, inquit, minuit ſenſum in minimis, in grauioribus tollit omninò conſenſum. [Cõc. Flor.] Concil. Florent. Omnes effectus affirmat, quos corporalis producit in corpore, efficere hunc ſpiritualem cibum in anima. [Cõc. Trid.] Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. de huius Sacramenti excellentia diſſerens, ita ſcribit. *Commune hoc quidem eſt ſanctiſſimæ Euchariſtiæ cum cæteris Sacramentis, ſymbolum eſſe rei ſacræ, & inuiſibilis gratiæ formam viſibilem. Verum illud in eo excellens, & ſingulare reperitur, quod reliqua Sacramenta tunc primum ſanctificandi vim habent cum quis illis vtitur, at in Euchariſtia ipſe ſanctitatis auctor ante vſum eſt, non dum enim Euchariſtiam de manu Domini Apoſtoli ſuſceperant, cum verè tamen ipſe affirmaret, Corpus ſuum eſſe quod præbebat.* [Catechiſ.] Catechiſmus Romanus poſt admirãdam Baptiſmi virtutem ibi expoſitam, quæ mentes hominum ſanctificat, & à cunctis peccatorũ ſordibus purgat, hęc verba ſubijcit; Quod ſi quis ſcire cupiat qua nam ratione tanta virtus aquis tributa ſit, id quidem humanam ſuperat intelligentiam, hoc verò ſatis percipi poteſt; Baptiſmo à Domino ſuſcepto, ſanctiſſimi eius corporis tactu, aquam ad ſalutarem vſum Baptiſmi conſecratam fuiſſe;

Enumeratur innumeri fructus huius myſterij vt Sacramentum eſt.

fuiſſe; ita ibi. Ex quo facilè percipere nos poſſumus, quanta ſit ſanctiſſimi Sacramenti virtus, ſi totius orbis aquæ, vnico Dñici corporis tactu, tantam ſuſcepere virtutem, quantam quæſo ſuſcipiet is, qui ipſum Domini corpus in Sacramento exiſtens, digne, reuerenterq; ſuſceperit? Hoc eſt quod dicebat Lucas

Luc.c.6.

cap.6. *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Hoc quod Matth.c.22.

Matth. 22.

ſub metaphora conuiuij, huius ſacratiſſimi figura. *In quo præparata ſunt omnia.* Nam Chriſtus apponitur manducandus omnia cõtinens. Hoc quod diſertis verbis dixit Ambroſ.lib.6.Examerον.cap.6. omnia igitur habemus in Chriſto, omnia Chriſtus eſt nobis, ſi vulnus curare deſideras, medicus eſt, ſi febribus æſtuas, fons eſt, ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt, ſi auxilio indiges, virtus eſt; ſi mortem times, vita eſt, ſi cœlum deſideras via eſt, ſi tenebras fugis, lux eſt, ſi cibũ quæris, alimentum eſt, ſic ille. Et alij. Continet hoc Sacramentum melius quam illam omnem ciborum ſuauitatẽ, hic ſcilicet cibus nos in honoribus humiles reddit, in aduerſitatibus fortes, in perſequutionibus tolerantes, in delitijs temperantes in diuitijs, pauperes ſpiritu facit; in periculis cautos, in dubijs prudentes, in officijs, & miniſterijs iuſtos, in Deum pios, in proximos caros, in nos verò ſeueros. Nimirum ſi pro qualitate ciborum eſt qualitas complexionum; Cibus ergo diuinus quid ni veſcentes, diuinos eſſe faciat? Et ad idem, eſt quidem Euchariſtia peccatorum noſtrorum remedium, debitorum noſtrorum ſolutio, aduerſus inſidias diaboli, & omnes tentationes armatura, intellectui noſtro lux, voluntatis noſtræ in Deum ardor, paſſionum frẹnum, fidei noſtræ myſterium, ſpei fulcimentum, charitatis feruor, debilitatis noſtræ adminiculum, conſcientiæ noſtræ gloria, cordis fortitudo, animæ gaudium, in laboribus noſtris cõſolatio in dubijs noſtris lumen, in periculis noſtris adiutorium, peregrinationis noſtræ comes, mortis viaticum, meritorum Chriſti fons, naturæ diuinæ participatio, gratiæ diuinæ abundans vena, in qua futuræ gloriæ nobis pignus datur, omnium bonorum noſtrorum origo, & malorum cunctorum exterminatio. Et in idem recedit, quod alijs verbis de hoc Sacramento reperitur ſcriptum. Quod ſ. fidem acuit, ſpem roborat, Charitatem fouet, affectus temperat, virtutes vrget, gratiam auget, merita multiplicat, mentem illuminat, voluntatem in Dei amorem accendit, memoriam Dei excitat, in dubijs docet, in tentationibus fauet, in periculis auxiliatur, in aduerſitatibus fert opem, vitia expellit, paſſiones moderatur, animos cordi, fortitudinemque ad omnes difficultates vincendas præbet, & merita multiplicat vitæ ſempiternę. Quid plura? Auarus hoc medicamẽto miſericors redditur, ſuperbus fit humilis, guloſus fit temperatus, laſciuus fit caſtus, iratus redditur manſuetus, & deniq; qui prius fuerat ſcandaloſus, virtutis redditur exemplar. Sed hæc ſunt indiſcriminatim dicta. Digna autem ſunt tot emolumenta, quæ inde à ſuſcipiente hauriuntur, vt enucleatè, & diſtinctè enumerentur.

Eadem explicantur latius, et diſtinctius.

Cap. 7.

1 Quid cõferat hoc Sacramentum ex propria inſtitutione.

SI ſpectemus, quod habet hoc Sanctiſſimum Sacramentum ex propria inſtitutione conferre ſcilicet gratiæ incrementum, nutrimẽtumque

tumque charitatis, ob ſolam eius maiorem perfectionem, perfectamque cum Chriſto vnionem. Videbimus Deum ita ſe geſſiſſe in ordine gratiæ, quemadmodum ſe gerit quotidie in ordine naturæ; ſicut enim vt naturale agens prius hominem producit, deinde alimentum prouidet, quo vitam conſeruet, debitumque: corpus incrementū accipiat. Ita pariter, vt agens ſupra naturam, prius vitam ſpiritualem tribuit animæ in baptiſmo, ad regenerandos homines in Chriſto, inſtituto. Poſterius hoc ſupernaturale excogitauit alimētum in Sacramēto Euchariſtiæ, ad nutriendam charitatem, perficiēdamque cum Chriſto, & eius corpore vnionem, iuxta illud Apoſt. 1. ad Cor. 10. *Vnū corpus ſumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus*. In quibus tota Chriſtianæ vitæ conſecratio eſt poſita, & incrementum. Nec mirum ſi in huius Sacramenti inſtitutione illa verba protulerit Chriſtus. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè, eſt potus.* Nam quemadmodum in cibo corporali, quia omnia replet, omnia penetrat, habet homo omnia quoddamodo, quibus vita tenetur, ſic Chriſtus hoc Sacramēto receptus, omnem interiorem paſcit hominem, auget fidem, accendit charitatem, roborat ſpem, vires reparat, creſcendi acceſſionem habent virtutes omnes, nihilque poteſt deſiderari, quod ad tuendam ſupernaturalem vitam, ſit neceſſarium. Cum ſit Deus omnia in omnibus, intraque nos met ipſos, medio tam mirabili Sacramento fontem re ipſa habeamus omnium bonorum, Chriſtum Dominum.

1.Cor.10.

Ioan.6.

2 Adde quod corporalis hic cibus, dat ſumenti incrementum, non tamen ſemper; creſcendi, acceſſio habet ſuos limites, dum agitur de hac corporali vita, vnicuique ſtat ſua quantitas, quæ ſuos habet fines. At cibus ille cœleſtis dum ex inſtitutione ſua hoc habet, gratiæ ſcilicet, & vitæ ſpiritualis, conferre incrementum; ſemper confert; nulli illi præſcripti ſunt limites, niſi ponatur obex, ita vt poſſimus de illo canere, & verè canere. *Qui vitam ſine termino nobis donat in via*. Præterea corporalis cibus nutrit quidem, & corpoream conſeruat vitam, tamen (vt ſunt humana omnia, & terrena) non perpetuat datum. At de pane illo cœleſti, inquit Chriſtus Ioan. 6. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*. Quod quomodo ſit intelligendum, explicabimus inferius. Adhæc diſcrimen eſt inter vulgarem, & ſacrum hunc cibum; quod vulgaris non efficiat vitam, niſi cōuerſus, mutatuſque in naturā eius, qui ederit. Sacer verò hic cibus quia incorruptibilis eſt, non mutatur in naturam eius, qui ederit; ſed contra potius conuertit edentes in ſe, & ſui ſimiles facit. Vita, quam largitur non ex ipſius conſumptione, ſed ex ſacra illa, ac diuina, quantumuis temporaria, cum Chriſti cōiunctione oritur, quid mirum ſi ſumpturos hunc ſacrum cibum monet Apoſtol. 1. ad Cor. 11. vt prius ſe ipſos probent. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*, cum ſecus ſe res habeat; quando vulgares cibos ſumus ſumturi; illi enim prius debent probari, & deguſtari, an benè ſint parati, an ad conuiuas oppoſitè, cur ita? Quia cęteri cibi niſi in ipſos conuertantur edentes, nec paſcunt, nec nutriunt. Sunt igitur antequam manducentur, probandi, vt quibus vita noſtra poſſit coaleſcere, ſciamus. At ſacer hic cibus, cum contra potius in ſe conuertat edentes, mutetque illos in ſui ipſius naturam, ne ſacris incorporentur profana, probandi prius ſunt edentes. Probet

Pulchrū diſcrimen inter corporalem cibū, & hoc Sacramentum quod eſt cibus animæ. Ioan.6.

1.Cor.11.

autem

autem ſe ipſum homo, &c. Meritoque *Panis viuus*, dictus, non ſolum ob illam communem, quod cum in ſe habeat vitam, viuere faciat manducantes, ſed ob illam etiam, quia quando Euchariſtiam ſumimus, nõ in nos conuertimus Chriſtum, ſed nos mutamur in Chriſtum, quemadmodũ ſi viuum quid glutires, quod adhuc viuum intra te eſſet, v.g. Ionas quem viuum deglutiſſe cęte, ſacræ narrant hiſtoriæ, ſi adhuc viuus ibi exiſtens, piſcis illius carnem comediſſet, certè in ſe piſcem tranſmutaſſet, non autem conuerſus eſſet in illum, ac meritò illius prægrãdis beſtiæ, cibus viuus eſſet appellandus. Non ſecus Chriſtus in Euchariſtia ſumptus, quia viuus intra nos exiſtens, imò & fons omnis vitæ; non in naturam conuertitur edentium, ſed contra potius edentes ipſos in ſe conuertit, ſe cibum viuum appellat. *Ego ſum panis viuus*. Quod ſi cibus hic communis (& de lacte res videtur perſpicua) quamuis corrumpatur antequã nutriat, & omnem ſuam deponat formam, & naturam; prius quàm fiat alimentũ tales tamen in pueris producit humores, immo mores, quales fuerint ipſius lactis qualitates; res enim eſt inter Philoſophos, & medicos perſpicua; quin etiã quotidiano comprobata experimento, nutrices in lacte mores ſuos in pueros, quos nutriunt, transfundere. Dubitandum ne erit de lacte hoc ſacro, & de lacteo hoc Sacramento ſub quo cœleſte alimentum, Chriſtus latens, incorruptibile, immo inalterabile intra nos exſtit, quin lactentibus fidelibus, quos in ſe cõuertit, & in ſui mutat naturam, cęleſtes illos humores, immo diuinos mores impartiat?

Ioan. 6. Explicatur in quo ſenſu Euchariſtia dicatur panis viuus.

3 Iure optimo tantum myſterium omnium virtutũ incremẽto, & perfectioni obtinendæ dicitur conuenientiſſimum, non ſolum quia decet eos, qui tali cibo nutriuntur, inſigni vitæ ſanctitate, & puritate eſſe perſpicuos; verum etiam quia ſingulæ virtutes in hoc diſcunt myſterio, quæ ſunt ſuæ partes, & indè etiam creſcendi acceſſionẽ habẽt; fides in eo mirabiliter exercetur, & creſcit. Prætermittam hoc Sacramentũ inter omnia alia, dici per antonomaſiam myſteriũ fidei, ergo inter ineffabilia ineffabilius; ſi enim fides noſtrà præfefert ineffabilitatem, imo illi eſt intrinſeca obſcuritas, & eſſe argumentum non apparentium, & conſequẽter fandi difficultas, ne dicam impoſſibilitas; ergo ſi hoc Sacramẽtum dicitur myſterium fidei, inter ineffabilia longè ineffabilius eſt dijudicandum, & obiectum circa quod fides noſtra maximè exercetur. Tacebo illud aliud quod paſſim ponderant PP. Eccleſiam, cum ad hoſtiæ conſecrationem, ac ad huius Sacramenti effectionem procedit, illa proferre verba. *Eleuatis oculis in Cœlum ad te Deum Patrem omnipotentem*. Solius omnipotentiæ quaſi rationem habentem, nulla facta mentione magnificentiæ, liberalitatis, amoris, ſapientiæ, quæ in tanti myſterij conſtitutione ſunt cõſpicua; non ob aliam rationem, quia tot complectitur miracula hoc myſteriũ, vt per antonomaſiam dicendum ſit opus omnipotentiæ. Immo D. Thom. aſſerit Euchariſtiæ articulum, contineri ſub omnipotentia; in quo credendo, fides noſtra maximũ habet meritum. Si vis tamen (vt ſileam alia omnia) veluti clara luce conſpicere, quam benè nutriatur, & creſcat fides noſtra, tam mirabili Sacramento, perpende, quę narrantur Ioan. 6. cum de manducatione corporis ſui ageret Chriſtus, dixerunt nonnulli id audientes. *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum*. Quibus ſit Do-

Hoc Sacramentũ omnium virtutũ incremẽto, & perfectioni obtinendæ dicitur conuenientiſſimum.

Quomodo in hoc Sacramento exerceatur fides.

Thom.

Ioan. 6.

minus

minus reſpondet. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis*. quid cum interrogatione illa, iſta reſponſio? Illi de potentia quærebant, & dubitabant, an verè poſſet Chriſtus dare nobis carnem ſuam ad manducandum, Chriſtus vſum eius, & manducationem ſuadet. Ita eſt. Reſponſio abſque dubio optima. Nam qui Euchariſtiam debitè ſuſcipit, talem & tantum diuinum ſaporem inde haurit, vt practicè cognoſcat, quæ fides tanti myſterij credenda proponit; poſſitque ex eo colligere, non ſolum potuiſſe Chriſtum ſe, & carnem ſuam manducandam tribuere; ſed, & tribuiſſe; & ſic inter edendum fidès nutritur, & creſcit.

4 Nutritur hoc eodem Sacramento, & colitur ſpes noſtra. Nullum enim potuit eſſe poſt diuinā Incarnationem, Dei donum, & beneficium, ad ſpem roborandam, & augendam, accommodatius, tum quia in pignus futuræ gloriæ res infiniti valoris nobis datur; tum etiam quia dum in hac vita mortali, tam liberalem erga nos Deum experimur, tamque propenſum, vt nos ſecum intime coniungat; maximè excitamur ad ſperādam perfectiorē vnionem in vita beata futuram; vt enim rectè dicit Algerus lib. 2. c. 3. quam verè Chriſtus ſe ipſum daturus eſt ſanctis ad gloriam, tam verè modo ad omnem gratiā dat ſe ipſum Eccleſiæ ſuæ. Sic ille.

Roboratur ſpes.

Alger.

5 Quid dicam de charitate? Vndique hoc mirabile Sacramentum, diuinum ſpirat amorem; nam ſi donum ſpectes, ſe ipſum in cibum nobis præbet, pluſquā maternum amorem, (vt ſæpè animaduertit Chryſoſt.) erga homines ſic indicans, nam ſæpè mater filios ſuos alijs tradunt nutriendos, Chriſtus autem ſuis carnibus filios, alit, & quos ſuo ſanguine redemit, ac ſpiritualiter genuit, eoſdem ſuo cruore nutrit, & paſcit. Si donantis affectum, quod ad conciliandam charitatem valet plurimi. *Deſiderio deſideraui*, ait Dominus Ioannis 13. *Hoc Paſqua mādu care vobiſcum*. Quod non tam de legali, quam de hoc verò Paſchate multi intelligendum exiſtimāt, cum Tertull. lib. 4. cōtra Marcion. c. 40. Si finem, en mirificè amantis ſcopum, maximam, cum re amata vnionem. Vnde eadem nocte, qua hoc myſterium Chriſtus inſtituit, ſic orabat Patrem. Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt ipſi nobis vnum ſint. Si tam cœleſtis vnionis affectum; habet hic amor ſuam metamorphoſim, tamque mirificam, vt ob bonam animi habitudinem inde acceptam, & confirmatam, reddantur fideles, cęleſtes, diuini, dicatque Chriſtus ad hanc rem ſatis appoſitè Ioan. 6. *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet, propter me*. Si ad hæc omnia peragenda, inuentum; quod eſt ſub ſpecie panis, & vini, ſe præbere manducandum, & bibendum. Vide amoris diuini molimen, vt ea ſit machinatus, quæ nunquam humanus; quod etiam mutuam inter nos commendat dilectionem tanquam eiuſdem corporis membra quę eodem veſcuntur pane; vt Paulus inquit, 1. ad Cor. 10. ad quā ſignificandam, ſe ipſum dedit in cibum ſub ſpeciebus earum rerum; quæ ex multis granis in vnum confluentibus coaleſcunt, vt notarunt Cyprianus Aug. & alij PP. Si inſtitutionis tempus. *In qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit, accipite, & manducate*. Inquit Paulus 1. ad Cor. 11. Ecce verè amātis ingenium, omnia contemnētis etiam ſe ipſum, præter rem dilectam. Tradendus mox erat Chriſtus

Augetur charitas, & probatur diffusè.

Ioan 13.

Tertull.

Ioan. 6.

1. Cor. 10.

1. Cor. 11.

Chriſtus à Iuda, & Iudæis in mortē, & crucem, tamq; dira imminebant tormenta; vt ſanguine ſudauerit, ea ſecum ipſe recolens, dum orabat in horto; & tamen eadem illico perferenda obliuiſcitur, ijs parandis, quæ nobis eſſent in delitijs, totum intendens animum: Prædicat Scriptura ſacra, eximiam illam Tobiæ charitatem, qui prandium magnum domi relinquens, ad ſepeliendum Conciuem iugulatum, & mortuum, ieiunus de menſa ſurrexit. At quis dicat ſine exemplo non eſſe Chriſti charitatem? qui. *In qua nocte tradebatur*. Tam dira paſſurus; quando vitalis vix veſtigia ſenſus in moribundo videntur relicta. Vires tamen illi addidit, & animum, negotiator amor parandi Cœleſte Conuiuium, nobis inimicis, ingratis. *In qua nocte tradebatur*. Si tandem tempus conſideres, ex quo parari cępit hoc ſacrum Conuiuium, quoue durat magnificus, & opiperus, iſte cęleſtium dapium apparatus. *O profuſum amorem.* Admiratur ſcriptura ſacra conuiuium illud, quod fecit Aſſuerus, Regia magnificentia dignum, centum, & octuaginta dies duraturum; at nunc ſexcenteſimus vigeſimus annus agitur ſupra milleſimum, quo paratur hæc menſa, indeſinenter ſternenda, vſq; ad finem ſæculi, quis non miretur? Quin multi ſentiunt, hunc eſſe illorū verborum ſenſum, quæ Chriſtus protulit Math. vlt. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi*. Nobis ſcilicet eſſe affecturum in hoc mirabili Sacramento tot annis, & ſæculis, quot ſæculum ipſum ſtabit.

Eſther. 1.

Matth. vlt.

6 Habemus igitur indeficientem mēſam, vnde nutrimur, & paſcimur, in qua omnes Chriſti fideles vnà comedunt, nullus excluditur. Hinc illa tam vſitata Eccleſiæ ſanctæ, exclamatio. *O res mirabilis manducat Dominum, pauper, ſeruus, & humilis*: Vnum apponitur ferculū, ſed (quod magis Dei cōmendat omnipotentiam, ſimul, & magnificentiam) ad nutrimentum pro innumeris valet, omne præterea in ſe habens delectamentum, omnemq; ſaporem ſuauitatis, quod inde etiam colligitur clarè, nam Chriſtus æternis illis aſſuetus delitijs, quæ nec fari poſſunt nec intelligi, (erat enim ſimul viator, & compræhenſor) ſumendo tamen ſuum corpus, & ſanguinem, in vltima Cœna, quod probabiliter colligitur ex verbis Lucæ, tantum lætitię, & ſuauitatis abundantiam, inde hauſit, quaſi nunquā tale manducaſſet. *Operoſus amor*. Quid plura? Inſtituturus Chriſtus hoc mirabile Sacramētum illa pręmittit verba Ioan. 13. *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*. Sic indicans quæ peregit Chriſtus in Sacramēto Altaris, quæue in nos tunc cōtulit beneficia, noſtris non eſſe commenſurata obſequijs, ſed ſuo amori; & dū dicitur ad finem perueniſſe. *In finem dilexit eos*. Ex ijſdem verbis prorſus intelligimus, menſuram doni eſſe ſcilicet interminatam, infinitam, nam eius amor eſt immēſus, non habens finem. Audi prædictum hoc ipſum tot retro ſęculis Oſeę 11. tanquam ſummi amoris argumentum. *In funiculis Adam traham eos*, Vel prout Aquila Symmaculus, & Septuaginta transſtulerunt. *In funiculis hominum traham eos*. Senſus eſt, paratus adhuc ſum, eos ad me allicire, funiculis illis, quibus ligari homines ſolent, ac trahi, nempè beneficijs, & amore; quod magis declarant ſequentia. *In vincuculis charitatis*. Sed nota quod paulò poſt ſubditur. *Et declinaui ad eum, vt veſceretur*, hoc eſt, cibum largè illi prębebo, & talem in vltima, ſ. Cœna, vt ibi ſic veſcēs pręmanibus videat habere omnia vincula, & funicula,

Luc. 22.

Ioan. 13.

Oſe. 11.

amoris, benignitatis, & officij quibus trahere, & allicere ad me poſſim genus humanum. Si igitur magnes amoris eſt amor, nihilque magis ad amandum excitet, quam eiuſdẽ amoris ſignificatio, tanquam leones ignem ſpirantes, ab illa menſa recedamus, inquit Chryſoſt. homil. 61. ad Popul. Antiochen. Cum vndiq; ſpiret ignẽ illum, diuinæ charitatis, eumque ſummum, infinitum. *Charitas Christi vrget nos*, inquit Apoſt. ideſt qua Chriſtus nos homines dilexit, ſe ſeque totum nobis impendit, vt ipſũ redamemus, expoſtulat, eiuſque amori in proximi ſalutem modis omnibus incumbamus; Idq; tam prodigioſum videtur, ſi tanto prouocati exemplo, & amore totos noſmetipſos, illi non impendamus, nec mirificè eũ diligamus, vt idem Paulus non ſolum denunciat, ſed etiam execretur æternam damnationem his, qui Chriſtum nõ amant. *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema*. En quomodo hoc mirabile Sacramentum per ſe inſtitutum eſt, ad charitatem nutriendam, & perficiendam.

Chryſoſt.

2. Cor. 5.

1. Cor. 16.

7 Commendatur, & extollitur hac ſingulari Chriſti præſentia, Chriſtiana religio; Nulla enim natio eſt, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis. Inſignia virtutum moralium in hoc diuino myſterio noſci poſſunt, quorum nobis ibi proponuntur exempla, vt ſequamur. Emicat humilitas, vt latè, & eleganter notauit Auguſt. Pſal. 33. dicens. *Niſi humilis eſſet, ſeque humiliaſſet Dominus Ieſus; eum nec manducare, nec bibere poſſemus*. Et Diu. Thom. Opuſc. 63. c. 2. par. 3. diuinam hãc humilitatem exaggerans inquit, eadem humilitas incõprehenſibilis, Dominum maieſtatis coegit frequenter venire ſub ſub ſpecie panis ad conſolationem fidelium in Sacramento. Sic ille. Refulget diuina patientia, nam in hoc Sacramento ſæpè ab inimicis ſuis ſe contrectari, & ſuſcipi permittit. Eminet diuina munificentia, quia vt D. Tho. cit. loco dicit, Deus Pater, corpus, & ſanguinem vnigeniti dilecti Filij ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſub ſpecie panis, & vini, ad delectabilem refectionẽ animarum, tam continuè miniſtrauit, in quo totum quod ipſe eſt, & habet cum Spiritu ſancto, in ſummo dedit, vt ipſe fuſius explicat.

Cõmendatur Religio

Emicat humilitas.

Auguſt.

Thom.

Fulget diuina patiẽtia.

Hoc igitur Sacramentum omniũ 8
virtutũ ſchola eſt, & earundem auctrix. Et (quod æſtimandum eſt plurimi, vt deſinant mundani obtrectare hanc diuinam frequentantibus menſam) reuerentia, & obſeruantia erga hoc Sanctum Sacramentũ cedit ſimul cum fructibus ipſius, ex opere operato, in bonum præparantis. Qui ergo Reuerentiſſimus vult eſſe tãti myſterij, illud ſæpè frequẽtet. Rei enim tantæ magnitudo, obſeruantiam parit, non contemptum. Immo hæc ſe inuicem conſequentur, vita. ſ. immaculata, eſt optima adhoc Sacramentũ dignè accipiendum diſpoſitio, & eandem vitam, ad rectam rationis normam dirigimus; frequentando tantum myſterium; Et in hũc ſenſum myſticè interpretantur nonnulli, verba illa Pſal. 64. *Paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio eius*, & quemadmodum Ioſeph fratres, cum emiſſent ab ipſo Patriarcha, frumentum, pecunias, quas pro frumento dederant, cum ipſomet inuenerunt frumento; ſic qui huic ineffabili Sacramento ſæpius appropinquat, & panem guſtabit cœleſtem, & ſimul condignum pretium, vnde illum emat, inueniet tantum igitur abeſt vt frequentatio huius myſterij, eius contemptum pariat, vt potius ſic agentes, in eiuſdem ardentiſſimum amorem, & venerationem rapiantur. Audi Eccleſiam.

Rei tantæ magnitudo obſeruãtiã parit, non cõtẽptũ.

Pſal. 64.

Gen. 44.

ſiam. Pulcherrimum huius rei præbentem documentum, dum quotidie canit in Præfatio Miſſæ, Quem ſ. Deum, *Laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates*. Nota gradationem iſtam, plus eſt adorare, quam laudare, & vtroque ſublimius, tremere. De Angelis igitur qui inferioris ſunt ordinis, & à trhono Dei magis remoti, ait, quod laudant, de dominationibus verò, quæ Superiores ſunt Angelis, & ad Deum propius accedunt, quod adorant, de Poteſtatibus tandem, quæ vtrumq; ſupereminet ordinem iuxta ſeriem quam Ignatius epiſt. 5. ad Trallian. & Iræneus lib. 2. c. 54. diſponũt cęleſtes illas Hierarchias, quod tremunt, quia ſ. quanto magis ſunt Deo intimi cęleſtes illi ſpiritus, tanto amplius cũ cognoſcunt, tantæ autem maieſtatis dilucidior cognitio, ſummam illius obſeruantiam, & venerationem parit, nõ contemptum. Qui igitur fieri poteſt, vt cœleſtis illius menſæ frequentatio, in qua Deus ipſe ſumitur non vitulorũ ſanguis, in tanti numinis cedat contemptum? Parum dignè de hoc mirabili ſentit Sacramento, qui id pręstendit. Benè diſpoſitus accedens diuinã laudabit clementiam, veluti Angelus, aſſueſcens ita facere cum Dominationibus adorabit, in eiuſdem ſacris inueteratus myſterijs, tremet cum Poteſtatibus. Sic Samaritana cũ Chriſto loquens primum eum habuit tanquam vnum de populo. *Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me petis, quæ ſum mulier Samaritana?* Communi eum nationis nomine, appellans, Deinde cum eo diutius verſata, appellat *Dominum, Domine da mihi hanc aquam*. Tertio creſcente conſuetudine, vocat Prophetam. *Vt video Propheta es tu*. Poſtremò talem fructum ex diuina capit familiaritate, vt Meſſiã, & Chriſtum illum, conciuibus ſuis

Frequentatio huius ſacramẽti maiorem illius venerationem parit quod diffuſe probatur.

Ignat.

Iræneus.

Ioan. 4.

prædicauerit. Adſtipulatur Hieronymus qui tum verborum, tũ actionum mulieris Chananeæ diligens obſeruator primum ab illa Ieſum Chriſtum vocari filium Dauid, deinde Dominum, ad extremum adorari vt Deum, aduertit; Nota, inquit, quod iſta Chananitidis perſeuranter primum Filium Dauid, deinde Dominum vocet, & ad extremum adoret vt Deum, ſic ille. Et re vera quis erit fidei illius incrementi, ex conſortio ſermonis Domini, iuſtus exiſtimatur, qui non applaudat Hieronymo, qui nõ cõfiteatur, id quod eſt diuinum, quo magis eſt cognitũ, eo magis ſui obſeruantiam, & venerationem parere: Chananæa in primis credidit Chriſtum ſeruatorem, à Deo Iudæis, ex genere Dauid promiſſum. Credidit inſuper facultatem ipſi eſſe, ad liberandam filiã ſuam à dęmonio, & quidem abſentem; Fidei deinde huic, fiduciam addit, conceptam ex ſpectatiſſima Ieſu humanitate. Vtrumque oratione illa clamoſa teſtatur. Creuit fides eius de Meſſiæ bonitate concepta, quæ animum illi addit, propius, coramque accedendi, quod prius ſuæ conſcia vilitatis, hactenus auſa non fuerat, adorauitque ſupplex, & procidit ad pedes Ieſu, quod Marcus habet cap. 7. hos, & ſimiles fructus percepit ex nimia cum Ieſu familiaritate.

Matth. 15.

Marc. c. 7.

9 Ita ſe habent diuina ad humana, ac terrena comparata. Quod hæc quo magis tractantur, eo plus vileſcunt, illa verò veneramur magis, quo plus ſumus intimi, & domeſtici. Accinit Dauid Propheta Pſ. 88. illis verbis. *Deus qui glorificatur in conſilio Sanctorum, & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu eius ſunt*. In quæ Genebrardus. *Terribilis, formidabilis, verendus, admirandus, apud omnes Angelos ſe circumſtantes*. Non, inquit, apud Reges terræ, nec huius

Terrena quo magis tractantur, eo plus vileſcunt. At contra ſe habẽt diuina.

Pſal. 88.

Genebrard.

mundi incolas, qui nec eum vident, & vix cognoſcunt, ſed apud Angelos, & Beatos ſpiritus, qui pendent ab ore, & in conſpectu eius ſunt. Nam diuinis rebus eo magis deferimus, quo plus cognoſcuntur, & tractantur. Cur tanta difficultas ſępè adeundi Reges terrenos, nam de multis veteribus fertur, aliorum oculis vix ſe præbuiſſe conſpiciendos. Et de Aſſuero legimus, quod nec ab Eſther, quamuis vnicè dilecta, niſi elapſo ſæpè triginta dierum ſpatio, ſe videri permittebat. Vnde igitur tanta difficultas adeundi Regem? Reſpondet Rupertus de Vict. verbi cap. 10. hoc venerat ex nimia ventoſitate miſeræ vanitatis, ne vilior fieret ex vſu publicæ viſionis: ſic ille. Hæc eſt infęlix harum rerum caducarum conditio, quod inſueta ſunt admirationi, eadem, longa aſſuetudine vileſcunt. Vnde accidit, vt ſæpè aſpernantur homines ab ijs, à quibus eſſent coli ſoliti. Applaudit his dictis poetarum latinorum Princeps, qui dum confluentem deſcribit turbam ad videndum illum tam inuſitatæ molis, Troianũ Equũ, ita canit. Pars ſtupet, innuptæ donum exitiale Mineruæ; Et molem mirantur equi: in quæ verba Ioannes Ludouicus Cerda Virgilij interpres. Volo etiam liberare in hac parte Poetam à calumnia. Admiratio (dicet aliquis) præcedere debet ſtuporem, non contra; nam cum maius quidam ſtupor, oratio creſceret. Vt vera hęc eſſe fateor, ſic, etiam dico neceſſariam fuiſſe mutationem in Poeta; ex natura animorum. Cum res aliqua monſtruoſa admodum inuſitata, prodigioſa cernitur, ſubito ſtupor cernentem inuadit, ſi verò rei illi aſſueſcas, ſentias paulatim ſtuporem remitti, & manere admirationem rei viſæ, ſic ille Poetam defendit. Adderem ego id accidere, & ex natura animorum, & ex harum rerum caducarum conditione, quæ cum minus habeant in receſſu, quam in fronte, quamuis primò aſpectu ſtuporem gignant, temporis progreſſu, intimius intuẽtibus, præbent, ſui tantum admirationem. Solentque interdum aſſuetudine ita vileſcere, vt ſtupori, & admirationi, tandem contemptus, & diſplicentia ſuccedat. Contra philoſophatur Dauid de Deo, & diuinis. *Notus in Iudæa Deus,* inquit Pſal. 75. *In Iſrael magnum nomen eius.* Eſt Deus notiſſimus Iudæis, propterea ab illis magnifit, & maximę apud Iudæos eſt exiſtimationis. At cum de humanis agitur ſæpè quanto quis notior, tanto inferioris conditionis habetur, & ab exiſtimatione prorſus inops. Ad rem igitur noſtram, vnde digreſſi ſumus, redeuntes. Nihil intimius nos Deo coniungit, quam ſacroſanctum Altaris Sacramentum; Magnum donum inquit Diu. Tho. opuſc. 48. c. 5. quod Chriſtus ſe naſcens dedit ſocium, maius quod ſe moriens dederit in redẽptionis pretium. Sed alia dona adhuc ſunt in aliqua ſeparatione ab eo, cui datur. Cum autem datur in cibum, non datur ad ſeparationem aliquam, ſed ad omnimodam vnionem: ſic ille. Sed quid ex tam intima coniunctione, & memorabili Dei, & hominis familiaritate reſultat? An Dei contemptus, & diſpicentia? Chryſoſt. homil. de Iuda proditore; Hoc tam diuinum Sacramentum, *Deitatis vocat tribunal*. Vbi thronus collocatur, & ſolium excelſum diuinæ maieſtatis, vbi maximè colitur, & adoratur, & tot adſunt pręcones diuinarum laudum, qui res pręclaras à Deo geſtas laudando diuulgent, quot continet mirabilia. En igitur quemadmodum hoc mirabile Sacramentum ad nutriendam charitatem, ad fouendam erga Deum obſeruantiam, ac ad

Rupert.

Pſal. 75.

Thom.

Chryſoſt.

omnium

omnium virtutum incrementum, confert gratiam.

10 Sed ſi modum attendas conferendi, mirabiliora videbis, nam ſtatim in ipſa ſumptione non ponenti obicem, gratiæ confertur effectus; ſi enim manducanti facta eſt promiſſio ergo in manducatione datur; nec eſt aliquid, quod poſt ſumptionem expectetur, idque adeo verum eſt, vt ſi homo à manducatione illico moreretur, vel ſpecies illas ſacramentales alterare non poſſet; ſeu digerere, adhuc cõſequeretur effectum, preterea maior gratia confertur melius diſpoſito non ſolum ex opere, vt aiunt, operantis; ſed ex opere operato, virtute, inquam, ipſius Sacramenti ſic docet D. Tho. 3. par. quæſt. 69. art. 8. Alenſ. 4. par. quæſt. 21. mem. 3. Victoria in ſum. q. 76. de Euchariſtia Ledeſm. in 4. par. 1. quæſt. 22. art. 4. & alij Doct. in 4. d. 4. fauetque multum Concil. Trident. ſeſs. 17. Adhæc ſi augetur diſpoſitio, augetur, & gratia, quinimò ſi continuum erit diſpoſitionis incrementum, pari modo erit, & gratiæ, ſi verò diſcretum, intermiſſa quoque erit illius acceſſio; Inſuper probabile eſt quãdiù Chriſtus præſens eſt, intra corpus eius, qui dignè communicauit non conſumptis ſcilicet ſpeciebus; ſi homo ſe ſe magis, ac magis diſponat, augeri in illo ſacramentalem gratiæ effectum. Ita Caiet. 3. par. quæſt. 79. art. 1. Gabr. in can. miſſæ lec. 85. Maior. in 4. d. 17. quæſt. 1. argumento 5. Sicque eos interpretatur Suar. 3. par. diſput. 63. ſec. 7. §. dico 3. Immò ad hunc ſenſum ſentẽtiam illam Chriſti Ioan. 9. accommodant. *Quamdiu ſum in mundo, Lux ſum mundi*. Vt de præſentia Chriſti Sacramentali in hoc microcoſmo, poſſit intelligi. Quamdiù enim perdurat perſeuerantibus adhuc ſpeciebus, hoc ſibi agendum eſſe, vt magis ac magis illum illuminaret, augendo diuinæ gratiæ effectus, iuxta recipientis maiorem diſpoſitionem; idque perſuadet ea ratio nam promiſſio illa gratiæ Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo*. facta quidem eſt manducanti, & bibenti, non tam ratione manducationis, quam cibi manducati, ergo quamdiù eſt intra ſtomachum manducantis, cibus iſte cœleſtis tamdiù erit amplificandæ gratiæ locus, ſi creſcit illius hominis diſpoſitio: Mira quidem ſunt hæc, quæquæ veneranti hoc cœleſte myſterium, addunt calcaria, incitatumque ad frequentandam hãc ſacratiſſimam menſam, vehemẽtius adhuc inflammant: Vis ne audire maiora? En tibi ſequentia.

Si modum attendamus quo cõfert hoc Sacramentũ ſuos effectus mirabilia videbimus.

Thom. Alenſ. Victor. Ledeſm. Conc. Trid. Caiet. Gabr. Maior. Suar. Ioan. 9. Ioan. 6.

Eiuſdem continuatio argumenti.

Cap. 8.

Dicere ſolemus quando noſtra res agitur maxima; capitis res agitur; non rei familiaris, aut pecuniæ. Quanti igitur ſit momenti ad omnia bona adipiſcenda hoc cœleſte myſterium, inde vel ſolum licet colligere, quod eo non modo tenetur, ſed etiam reparatur Chriſtianorum vita. Quod autem tali cibo, & potu viuant Chriſti fideles, vidimus præcedenti capite; quod verò vitam ademptam det, ſuſciteque mortuos, videbimus in præſenti. Audi quomodo reuocat ad vitam: Si quis enim copiam non habens confitendi, qua irretitur, culpam; cum attritione tamen ſuper naturali peccati cõmiſſi; quam bona fide cõtritionem exiſtimat, mortuus quidem eſt, cum nullus dolor extra Sacramentum, ad ſanctificandum ſufficiat qui re ipſa non ſit con- 1

Explicatur quomodo hoc Sacramentũ non ſolum vitã ſpiritualem nutrit, & auget, ſed quã doq; ademptam reſtituit.

tritio; ſi tamen ita diſpoſitus, ad Euchariſtiam accedat ſuſcipiendam, vel cum attritione cognita, quam probabili fide ad dignam illius ſumptionem putat ſufficere, eadem ratione inter mortuos eſt connumerandus; ita tamen diſpoſitus, virtute Sacramenti primã cõſequetur gratiam, & ad ſupernaturalem reuocabitur vitam. Ad hunc ſenſum poſſunt accommodari. Multa dicta Patrum

Ambroſ.

Ambroſ. lib. de benedict. Patriarc. cap. 9. panis hic remiſſio peccatorum eſt, & ſerm. 15. in Pſal. 119. Accedat; inquit, ad aliud poculum, qua inebriatur affectus fidelium, & lætitiam induat de remiſſione peccati.

Cyprian.

Cyprian. ſerm. de cęna Domini. Hæc ebrietas non accendit, ſed extinguit peccatum; & Epiſt. 63. dicit. Hoc Sacramento fieri, vt mœſtum pectus, ac triſte, quod prius peccatis ingentibus præmebatur, diuinæ indulgentiæ lætitia, reſoluatur.

Chriſoſt.

Chryſoſt. homil. 83. in Matth. Comparans hoc Sacramẽtum cum veteri agno, ſi hoc, inquit, remiſſionem peccatorum facit, ſuperuacaneum illud omninò eſt, & homil. 45. in Ioan. Hic noſtrarum animarum ſalus eſt, hoc lauatur anima, hoc ornatur.

Cyrill.

Cyrill. lib. 4. in Ioan. c. 14. hoc exemplo vtitur ad id perſuadendũ; quod ſicut caro Chriſti tactu ſuo mortuos viuificabat, ſic etiam hoc Sacramentum propter excellẽtiam rei, quam in ſe continet, poteſt etiã ad ilud accedentes, ad vitam reuocare. Hoc etiam teſtatur Eccleſia, dum in ſacrificio miſſæ orat, vt hoc Sacramentum. *Sit fortitudo fragilium, ablutio ſcelerum*, tandem conferre interdum primam gratiam, & delere peccatum mortale, eſt ſententia D. Thom. 3. par. quæſt. 79. artic. 8. & quæſt. 80. art. 4. ad 3. & in 4. d. 9. q. 1. art. 3. quæſtiuncula 2. & d. 12. quæſt. 1. art. 3. Palud. Richard. Scot. Alenſ. Gabriel. Antonin. Victor. Vegæ, & omnium ſcholaſticorum, quos citat Suar. tom. 3. in 3. p. diſput. 63. ſec. 1. & ſec. 2.

Thom. Palud. Suar. Richard. Scot. Alenſ. Gabriel. Antonin. Victor. Vegæ.

Habet igitur hoc mirabile Sacramentum, vt ſit idem ſimul cibus, & pharmacum, primum per ſe, & ex propria inſtitutione ad nutriendam ſcilicet, & augendam gratiam; & ad omnium virtutum incrementum. His enim alitur, & creſcit ſpiritualis hominis vita. Alterum verò interdum, & veluti per accidens, eo modo quo ſupra explicatum eſt; quando qui accedit ad tam ſublime myſterium, mortuus re ipſa quidem eſt, ſine tamen conſciẽtia peccati mortalis. Maiora ſum dicturus; poteſt interdum contingere, vt eadem Sacramenti libatio, eidem venenum, porrigat, & medicinam, & quod tanquam mirum canit Eccleſia ratione diuerſorũ. *Mors eſt malis, vita bonis, vide paris ſumptionis quam ſit diſpar exitus*. Accidat quandoque habita ratione ad eundem, ſi enim contingeret, peccatorem in manducationis initio, non eſſe ſufficiẽter diſpoſitum, ruinam ſibi ſtrueret, & mortem. At ſi in eiuſdem progreſſu contritionem perficeret, vel ſaltem fieret ſupernaturaliter attritus, cum probabili contritionis fide, gratiam inde hauriret, & vitam; quia tunc abſolute loquendo diceretur, dignè manducare, vt ſcriptum eſt Ioan. 6. *Qui manducat me, viuet propter me*. Mira res, & ad commendandam virtutem tanti Sacramenti ſatis appoſita, ab ipſa fauce tartari, in qua ſua culpa iacebat peccator manducationis exordio, vi huius cęleſtis cibi, redit ad vitæ limina, eiuſdem progreſſione. Iteremus hoc ipſum alijs verbis, vt hæreat fidelium animis, tam profundum arcanum, ad reuerentiam exhibẽdam, tanto Sacramento, ſatis opportunum. Vna erit quandoque ipſius ſumptio, non modo, moraliter, ſed etiam

2

Mira res, & ad cõmendandam virtutẽ huius Sacramenti ſatis oppoſita.

Idem cõfirmatur infra in cap. vlt. propè fin.

Suar. to. 3. in 3. p. diſp. 63. ſect. 4. & ſect. 5. clarius.
Ioan. 6.

etiam phyſicè, habens ſuas partes, quemadmodum, quæ manducatur Hoſtia; acidereque poteſt, Sacerdotem dum ſumit priorem partem habere obicem, ſeu non eſſe attritum, recteque illi conuenire. *Mors eſt malis*. Deinde cum ſumit poſteriorem iam eſſe diſpoſitum, iureque optimo poſſet de ſe ipſo ſubdere, non de aliquo alio, *vita bonis*; Et tandem, *vide eiuſdem ſumptionis, quam ſit diſpar exitus*. De ſua met perſona hic, & nunc ſumendo Euchariſtiam vtrumque verè pronunciare; & intelligere, mortuos igitur illico reuocat ad vitam.

3 Hoc Sacramẽtũ reparat conferτ vitã corporis, reparãs mortuos ad vitã immortalem.

Nec ſolum id præſtat, dum agitur de vita animæ, ſed etiam de illa corporis. Quod enim mortui ad vitam reparentur immortalem, accepta debet referri huic Sacramento, audi Chriſtum Dominum ſępè id proclamantem. *Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt; hic eſt panis de Cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de Cælo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum; qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam; & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimò die, non ſicut manducauerunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt; qui manducat hunc panem, viuet in æternum*. Quæ omnia in hoc vnum conueniunt, vt teſtentur corpus paſtum carne Dominica, vim quandam in ſe habere, vt poſt quam mortuum fuerit, non ſit manſurum in morte. Manna, quod manducauerunt maiores Iudæorum in deſerto, non valuit ſeruare eos à morte corporis, dumtaxat vitam eorum caducam ad tempus ſuſtinuit; more vulgarium ciborum. At qui manducauerit ſcilicet digne, adhibita fide viua, cæteriſque requiſitis, hunc panem; non morietur in æternum; hoc eſt non morietur morte æterna, ſiuè corporis, ſiuè animæ animæ .n. mortem, omninò nõ ſubibit; corporis mortẽ, etiam ſi ſubeat, nõ tamen in ea permanebit. Iuxta illud quod dicitur Ioann. 11. Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit, viuet; Ioan. 11. Hæc eſt efficacitas huius cęleſtis panis, qualem manna non habuit; quod voluit indicare Chriſtus per diſcrimen allatum, inter vtrumque. Ita Brugen. & recentiores paſſim in hęc verba. In idem reincidunt verba ſequentia. *Ego ſum panis viuus, qui de Cælo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*. Viuus panis in me ipſo, & eos, qui me ederint, viuificans. Cæteri omnes cibi atque adeo Mãna, mortui cibi ſunt, vitæ, & ſenſus expertes in ſe ipſis, ideoque neque vitam valentes efficere in alijs. Ego panis viuus, & vitam in me ipſo habeo, & eam communnicare valeo cum comedentibus me. Quid moror? qui tali veſcitur cibo, ſemen in ſe habet immortalitatis, vt enim in ſeminibus cauſa eſt arborum, & ſterpium; ſic illius nouiſſimę reſurrectionis ad gloriam, & vitam beatam; ſemen eſt hic panis cœleſtis, à nobis digne manducatus, quo poſtea nõ quouis modo, ſicut damnatorum corpora, ſed peculiari quodammodo reſurgant, ad eum nimirum, quo corpus ipſum Chriſti reſurrexit; non ad mortem ſecundam, ideſt ad ſupplicia, ſed ad beatitudinem, & vitam æternam. Quod ratũ faciunt verba illa Chriſti, *qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, babet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die*, Item illa alia. *Sicut miſit me viues Pater, & ego viuo propter Patrẽ, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me*. Tamq; ſæpè illo c. 6. Ioan.6. Ioan. in iſto cibo, & potu promittitur vita æterna; ea, inquam, quæ eſt ſecundum ſpiritum ſtatim; quæ verò

ad

ad corpus attinet, in reſurrectione mortuorum, nouiſſimo die; vt dicat

Cyrill.

Cyrill. non eſt ambigendum, quin ſumma ſupplicia ſubituri ſint, qui ſæpius hæc à Chriſto repetita non capiunt ſic ille. Capiamus nos mẽte; hæreatque noſtris animis, tam cœleſtis doctrina, ne mente capti habeamur cum diſcipulis illis; qui hæc audientes ſcandalizati, vt inquit Ioan. *Abierunt retro*. Quin etiã exclamemus cum Petro, vel potius Petrum ipſum ibi exclamãtem vincamus, dicentes. *Domine ad quem ibimus? Verba, & panem vitæ æternæ habes*. Multa enumerata ſunt emolumenta, quibus nobis eſſe poteſt ſalutaris hæc Hoſtia. Præter hæc, quæ ſunt alia. Docebunt thematis verba ſequentia.

Quæ Cœli pandis Oſtium.

Cap. 9.

1 COeli pandis Oſtium, nam ſi ſub hac Hoſtia panis ille continetur Cœleſtis, iuxta verba Domini Ioan.6. *Panis enim Dei eſt, qui de Cœlo deſcendit, & dat vitam mundo*, hoc eſt, vt interpretatur Brugen. Deſcendit quoties opus eſt, nam, deſcendit, ibi eſſe præſentis temporis, conſtat ex Græco καταβαίνων. Quod plerique quidem pro præterito accipiunt, ſed pro futuro potius accipiendum videtur, & loqui Ieſum pro eo tempore, quo in vſu foret Euchariſtię Sacramentũ (quemadmodum ſæpius infra eodem capite) nempè poſt Aſcenſionem ipſius in Cœlum; ergo conſecratione in qua poſita eſt ratio ſacrificij, panis ille vulgaris fit diuinus, de Cœlo deſcendens; Nam & ſi locum nõ mutet Ieſus, vt ſe exhibeat mortalibus præſentem cibum; tamen ille ſe præſtat in terra, cuius habitatio in Cœlis eſt, affirmandum igitur eſt, cum hunc deſcendẽdi modum efficiat ſacrificium miſſæ, hanc ſalutarem Hoſtiam Cęli pandere Oſtium: Et cum hoc myſterium merito appelletur iuge ſacrificium, non ſolum quia quotidie fit, verum etiam cum Chriſti Eccleſia per omnes orbis partes ſit ſparſa, nullumque ſit tempus diei, quo non alicubi terrarum ſit ante meridianum, ideſt peragendo miſſæ ſacrificio idoneum; quando hic diuinus panis de Cœlo deſcendit, confitendum quoque eſt, hanc eandem Hoſtiam perpetuis temporibus, ſingulis horis, ne dicam momentis, Cœli pandere Oſtium. Cum de primo Chriſti aduentu loquitur Scriptura ſacra, quando inſuetum tunc videbatur verbum diuinum, tali habendo itineri, nec vlla adhuc videbatur facta via, qua ad nos pergeret: Vtinã, inquit Iſaias, *diſrũperes Cœlos, & deſcẽderes*, quaſi diſrumpere, Cœlorum clauſtra, opus fuerit ad ſeruatoris egreſſum, tali indicans loquendi modo, prægrande donum per inſolitum iter è Cœlo nobis eſſe venturum. At nunc apertum eſt Oſtium, itur via trita, tot frequentata itineribus, eiuſdem Domini; opera tanti myſterij; in quo toties è cœlo ad terram deſcendit panis ille cœleſtis, quoties conſecrationis verba proferuntur, *Quæ Celi panis Oſtium*; Adde quod ſi ſacrificio cruẽto crucis, ſufficiẽter apertum eſt Cęli Oſtium vnde Ioan. cap. 19. referẽs militem, lancea Chriſti latus percutientem; hoc ipſum inſinuans, illo vtitur loquendi modo. Vnus militum lancea latus eius aperuit. Inque verba Auguſt. tract. 120. animaduertit myſterium eſſe, quod non ſit dictum, ferit, aut percuſſit. Vigilanti, inquit, verbo Euangeliſta vſus eſt, vt non diceret, latus eius percuſſit, aut vulnerauit, aut quid aliud; ſed aperuit,

vt

Ioan.6.

Brugen.

Explicatur quomodo hoc myſterium ſit iuge ſacrificium.

Iſai. 64.

Ioan. c. 19.

Auguſt.

vt illud quodammodo vitæ Oſtium panderetur. Vnde Sacramenta Eccleſiæ manauerunt; ſine quibus ad vitam. Quæ verè vita eſt, non intratur; ſic ille. Conſequens eſt ſi hoc ſacrificio incruento, quod tunc ſufficienter Chriſtus meruit, efficaciter applicatur, vt de ipſo canamus. *O ſalutaris Hoſtia, quæ Cœli pandis Oſtium*.

2 Vnde dicitur Miſſa. Præterea ſi huius nominis *Miſſæ* ſpectemus ethymologiã, vel ita dicitur, teſte ſententiarum magiſtro, quia Angeli, è Cęlo mittuntur, vt tam præcelſo ſacrificio ſemper aſtent, vel quia eius oblatio Deo mittitur exiſtenti in Cœlo, in cuius ſupremum cultum eſt inſtitutum, vel tandem quia huius ſacrificij victima, quæ eſt Chriſtus, è Cęlo nobis mittitur, & nos eandem in Cœlum pariter remittimus. Quod per belle teſtantur, inter cętera, illa verba Canonis, *offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis, ac datis, Hoſtiam puram, Hoſtiam ſanctam, Hoſtiam immaculatam*, & his ſimilia; ergo ſi tam frequens inter Cœlum, & terram eſt negotiatio; ac eo cępit tempore, quo in vſu fuit hoc Sacroſanctum altaris myſterium; cum ipſius gratia patefactæ ſint ianuę Cęli, merito ſalutaris dicitur Hoſtia, quæ Cœli pandit Oſtium. Adhæc ſi quod eſt inquinatum in Cœlum, nõ intrat, nec animæ fidelium defunctorum illuc euolãt, illis enim clauditur Oſtium, niſi ſoluant, quod reliquum eſt pœnę pro deletis culpis in locis inferis; ergo cum effectus ex opere, operato, qui debetur, huic tam ſublimi myſterio, (vt oſtendimus ſupra cap. 5.) ſit prædictæ pœnæ remiſſio; qui ſolutis inferni doloribus, deuictiſque Hoſtibus, illas triumphales ingrediuntur portas, per quas in Vrbem illam beatam Ieruſalem deducuntur, talia pergãt proclamantes; *O ſalutaris Hoſtia, quæ Celi pandis Oſtiũ*. Deniq; quemadmodum aperto cubiculi Oſtio, non modo nihil obſtat, quod eo arcemur ingreſſu; ſed etiam omnia, quæ intra illud ſunt, oculis facile conſpicimus. Eodem pacto hoc cęleſte myſterium Cęli pandit Oſtium; quia totam illam beatam regionem nobis in conſpectu ponit: Et quod ibi eſt abditum, & reconditum, aperit, & exponit.

Quin etiam ſi illius gloriæ Imaginem ad viuum expreſſam vis videre ſuſpenſam, accede ad altare, vbi tantum colitur Sacramentum. Specta mecum ſingula: Eccleſia illa triumphantium dicitur, vbi Chriſti milites coronantur; At Hoſtia hæc dicitur, & victima ab Hoſtibus victis, ſicut enim agnus immolabatur in memoriam tranſitus Domini, & liberationis populi de Aegypto, ita celebratur Euchariſtia, in memoriã tranſitus Domini per paſſionem ex hoc mundo ad patrem, & liberationis noſtræ de poteſtate ſathanæ, quod Chriſti morte peractum eſt. Superna illa Ciuitas eſt hæreditas filiorum iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *Quod ſi filij, & hæredes, hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem Chriſti*. De hoc Sacramento canit Eccleſia. *Verè panis filiorum non mittendus canibus*. De illa Ciuitate ſcribit Ioan. Apocal. 21. *Ipſa verò Ciuitas aurum mũdum, platea Ciuitatis aurum mundum, non intrabit in ea aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium*. At Chryſoſt. in Pſalm. 127. Meminit illius conſuetudinis, quæ tunc in Eccleſia vigebat, quãdo ſublimis conſtitutus Diaconus, magna voce, terribili clamore, quaſi quidam præco, manum in altitudinem tollens, ſtans rectus, omnibus apparens, in illa tremenda quiete exclamans, dicebat. Qui ſancti ſunt accedant ad ſacra myſteria: Ita Chryſoſt. ad quæ quidem indigni acce-

3 Quomodo hoc Sacramentum ſit imago illius futuræ gloriæ diffuſè explicatur.

Belarm. lib. 1. de Miſſa cap. 7.

Rom. 8.

Apoc. 21.

Chryſoſt.

Chryſoſt.

accedere tremebant; videntes ſe per illam; quaſi per Dei vocem, à ſacroſancta Communione arceri; & Apoſtoli non niſi lotis pedibus ad ſacram illam menſam acceſſerunt. Necnon mos eſt Sacerdotibus antequam tam tremendum offerãt ſacrificium, extremos digitos lauare, vt omnes intelligant quemadmodũ inquit, S. Dionyſ. Areopag. cap. 3. de Eccleſiaſtica Hierarch. & D. Th. 3. par. q. 83. art. 5. ad primum: Deum ab illis qui hæc ſacra faciunt; extremam munditiem expoſtulare. Obiectum, quod nos beat in Cœlis, non poteſt videri viribus proprijs, ſed videt intellectus noſter (vt fides docet) roboratus lumine gloriæ: At D. Thom. & tota Thomiſt. Schola, nec non quamplures, & veteres, & recentiores, quos refert Suar. to. 3. in 3. par. diſput. 53. ſect. 5. & 1. par. lib. 2. de intellectiua potentia Angelorum cap. 29. acriter defendunt, ea quæ operatur Dominus in hoc Sacramento mirabilia; nec ab intellectu Angelico, naturali lumine poſſe videri. In patria vnus eſt cibus qui paſcit, & reficit Beatos omnes, Deus ipſe, de quo Angelus Raphael ad Tobiam. *Ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt,* vtor. Incredibili replens ſuauitate cœleſtes illos conuiuas; nam habet eminenter omnem ſaporem. Et in hoc Altaris conuiuio, vnum apponitur ferculũ, illud ipſum quod in menſa cœleſti, ſed in rudi patina. *O Sacrum Conuiuium*. Canit Eccleſia. *In quo Chriſtus ſumitur.* Magnificanſque illius dulcedinem Laurentius Iuſtinianus, reddit rationem dicens: Per illud namque tradis te ipſum fidelibus tuis, indicans his verbis; ſi iuxta cuiuſque rei eſſe, eſt delectatio; quod habet eſſe infinitum, & illimitatum, abſque vllo fine præbet delectationẽ, & D. Th. Opuſ. 57. ſuauitatem inquit huius Sacramenti nullus digne exprimere ſufficit per quod ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur. Beati in Cœlo qui Deo fruuntur, ſimul ſatietatẽ illius, & famem perpetuo habent, iuxta illud Eccleſiaſtici 24. quod de ſe ipſa Dei ſapientia affirmat; *Qui edunt me adhuc eſurient. Et qui bibunt me adhuc ſitient*, & Petrus Damianus in quodam hymno de ijſdem cœleſtibus conuiuis canit. Auidi, & ſemper pleni, quod habent, deſiderant; non ſatietas faſtidit, neque fames cruciat, inhiantes ſemper edunt, & edẽtes inhiant: ſic ille. Fames igitur ſtat cum ſatietate, quia non cruciantur ob alicuius rei indigentiam; ſatietas famem admittit, quia non generat faſtidium, ſed vlteriorem rei habitæ appetentiam. At cum in hoc diuino Sacramento idem ſit, qui in hac vita fideles paſcit, & quo in altera Beati fruuntur, non mirum ſi ijdem ex eodem fonte effectus cõſequantur, maximamq; ſui famem gignet, cum ſatietate coniunctam, præſertim in viris perfectis, qui omni ſollicitudine, ad recipiendam Euchariſtiam præparantur; tantaq; eſt illius ſuauitas, quemadmodum S. Dionyſius affirmat, vt ineffabiles Cœli delitias, ex huius diuini Sacramẽti delitijs cõijcere, facilè liceat. Sic enim ait. Ieſu feliciſſimam in Cęlis ſocietatem de Sacroſancti myſterij communione conijcias: ſic ille. Beatitudo illa cęleſtis animas decorat gloria, inde verò redundat in corpora, non quidem phyſicè (cum nulla ſit inter vtramque, naturalis cõnexio, aliá eſt enim claritas ſpiritualis inhærens animæ; alia qua præfulget corpus, ita vt in ratione lucis niſi valdè analogicè cõueniat) ſed proportione quadam, quia animæ exiſtenti in ſtatu ita perfecto, debita eſt ſimilis, ſeu proportionalis perfectio corporis, vt benè animaduertit Scotus in 4. diſt. 49. q. 4. artic. 8.

S. Dionyſ. Areopag. | Thom. | Suar. | Tob 12. | Thom. | Eccleſ. 24. | Petr. Dam. | Dionyſ. | Scotus

Et

Et panis digne cum manducantibus animæ vitam confert ſtatim, corpori vero in nouiſſimo die; quia quamuis moriantur ad tempus, debita eſt illis tunc temporis reſurrectio, inſtar corporis Chriſti, non ad mortem ſecundam, ſed ad beatitudinem, & vitam æternam; nam immortalitatis ſemen quantum in ipſo eſt, dicitur hic panis vitæ. Quin etiã legimus, & ſcribit Guitmund. Epiſcopus, & auctor antiquus lib. cõtra Bereg. fuiſſe inter priſcios illos monacos, nonnullos, qui ſuauitate tãti Sacramenti affecti, & diuina ope adiuti, omnem alium cibum recuſantes, eo ſolo reficiebantur, & ſuſtentabantur, quod ſi aliquo die Euchariſtia priuarentur, corporalibus viribus deficiebant; tanta enim eorum ſpiritus ſuauitate replebantur, vt in corpus etiam redundans, vtrique alimentum præbebat. In diuinis proceſſionibus (nam aperto Cęli Oſtio tanti Sacramenti virtute in penetralia illius gloriæ licet ingredi) ſicut Filius à Patre ab æterno genitus, ab ipſo accipiens eſſentiã, & omnia, quia eſt genitus cum genitore coniunctus, dicitur ab illo vitam trahere, & viuere propter Patrem; ita quid ſimile fieri opera tanti myſterij teſtatur Chriſtus Io. 6. *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, viuet propter me.* Quorum verborum hunc eſſe ſenſum teſtatur Burgen. in illum locum. Sicut Pater meus, qui fons eſt omnis vitæ ab æterno me genuit Deus Deum, viuens, viuentem; in temporis plenitudine, naturæ ſuæ diuinæ vniuit, & iunxit humanam naturam meam; Vnde ego non tantum, iuxta diuinã naturam, verum etiam iuxta humanam, viuo vitam æternam propter vnionem, ſeù coniunctionem cum Patre viuente, eodẽ pacto qui manducat me, viuet propter me, hoc eſt quia mihi viuenti per manducationem carnis meæ vnitur; vitam impertiar æternam. Sancti in gloria efficiuntur diuinæ conſortes naturæ, iuxta illud Petri Epiſt. 2. c. 1. Quam quidem participationem illius præcedere ſubſtantiæ, eſſe per donum gratiæ ſanctificantis, quam vocant conſummatam; & per viſionem beatificam, teſtatur Ioannes cap. 3. Epiſt. 1. *Similes ei erimus quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* At transformari nos in Chriſtum virtute tanti Sacramenti; quis ambigit? Teſtatur ipſemet Chriſtus, ſic ad Auguſtinum loquens 10. confeſs. cap. 19. *Cibus ſum grandium. Creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.* Cui obſecundans D. Th. in 4. ſẽt. d. 2. quęſtiũcula 2. art. 8. Scriptum reliquit, proprium huius Sacramenti effectum, eſſe hominem transformare in Deum, diuinos illi tribuens mores, ſimillimum Deo faciens, & S. Dionyſ. Areopagit. lib. de Eccleſiaſtica Hierarc. cap. 3; non contingit aliquid perfici perfectione Hierarchica niſi per diuiniſſimã Euchariſtiam ſic ille. His omnibus addo Catechiſmum Romanum vbi de baptiſmo loquitur in hæc verba, quod ſi quis ſcire cupiat qua namratione tantis virtus aquis tributa ſit, id quidem humanam ſuperat intelligentiam hoc verò ſatis à nobis percipi poteſt, baptiſmo à Domino ſuſcepto, Sanctiſſimi eius corporis tactu aquam ad ſalutarem vſum baptiſmi conſecratam fuiſſe; ita ibi. Ex quo facilè percipere nos poſſumus, quanta ſit Sanctiſſimi Sacramenti virtus, ſi enim totius orbis aquę vnico Dominici corporis tactu, tãtam ſuſcepere virtutem; quãtam quæſo ſuſcipiet is qui ipſius Domini corpus in Sacramento exiſtens, digne, reuerenterque ſuſceperit? diuinæ fiet conſors naturæ,

Bea-

Guitmund. Ioan. 6. Burgenſ. 2. Petr. 1. 1. Ioan. 3. Auguſt. Thom. Dionyſ. Areop.

Beatorum inſtar. Ineffabilis illa gloria cęleſtis. Imò nec fari poteſt, nec intelligi, iuxta illud Apoſt. 1. ad Cor. 2. *Quod oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum*. Ad quem locum Pauli appoſitè auctor libri de ſpiritu, & anima (qui extat tom. 3. operum S. Aug. cap. 36.) ſicut, inquit, exterior homo in beata vita circa quęcunque ineffabilia Dei, ineffabili amore afficitur; cum enim Deum ſuum amabit, quandam lucem, quandam vocem, quendam odorem, quēdam cibum, & quendam amplexum interiorem amabit; ibi enim fulget, quod nō capit locus, ibi ſonat, quod non rapit tempus, ibi olet quod nō ſpargit ventus, ibi ſapit, quod non minuit edacitas, ibi hęret, quod nō diuellit ſatietas, ibi ſiquidem videtur Deus ſine intermiſſione, cognoſcitur ſine errore, amatur ſine offenſione, laudatur ſine fatigatione ſic ille. Hic autem, & quæ, & quanta ſint hæc nec fari poſſumus, nec intelligere, ſed in paradoxis deſcribimus. Cum ſuperēt omnem ſenſum, experientiam, cogitationem naturalem, & omne hominis naturale deſiderium, vt aſſerit S. Paulus citans Iſaiam cap. 64. Qui auolans ab Incarnatione, & Chriſto homine ad gloriam Cœleſtem, quæ fructus eſt, & finis Incarnationis Chriſti, ea de illa aſſerit, quæ eiſdem ferè verbis reddidit Apoſt. Ineffabilis ergo vtriuſque ſententia, & Apoſtoli, & Prophetæ, illa beatorum gloria. At inter omnia Sacramenta hoc ſolum Euchariſtię per antonomaſiam, myſterij nomen, ſibi vſurpauit, imò à Chriſto ipſo illi tributum eſt, vt inter verba conſecrationis calicis habemus. *Myſterium fidei*. Quæ quidem verba licet à ſacris Euangeliſtis non referantur, per traditionem verò Eccleſia ſemper illa retinuit.

1. Cor. 2.

Auguſt.

Iſai. 64.

Dicitur autē, myſterium Græco ſermone à verbo, quod eſt claudere os, ſeu ſilere, quaſi myſterium ſit idem, quod res ineffabilis. Quod ſi inter myſteria religionis noſtræ, eſt per antonomaſiam Euchariſtia myſterium, erit inter ineffabilia ineffabilius. Cum enim de cæteris Sacramētis incidit ſermo, credimus, quod non videmus, cum autem de hoc agitur, contrarium ſenſibus proponitur, credendum, & amplectimur; Augetur id etiam quod non ſolum dicatur myſterium ſed etiam, *Myſterium fidei*, ergo cum fides, tanquam ſibi intrinſecam, annexam habeat obſcuritatem: Iuxta illud Apoſt. *Argumentum non apparētium*. Et dicat Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus quæſt. 91. in Scripturā ſacrā in 1. tom. Bibliot. SS. PP. eſſe ſilentij ſpeciē, *OBSCVRITATEM* ergo inter magis ineffabilia hoc myſterium proculdubio eſt numerādum, qui ergo fieri poteſt, vt de tam arcano Sacramento loquamur? Eſt ineffabile, quemadmodum dicitur de gloria beatorum, quod maximæ illi datur laudi, iuxta id quod reperitur ſcriptum in lib. Iob cap. 36. *Memento quod ignores opus Dei*, vbi alia litera ſic habet. *Memento quod magnifices opus Dei*. Ex vtraque autem verſione, hunc colligimus ſenſum, in rebus diuinis, noſtram confitendo ignorātiam, & Dei ſapientiam eſſe ſuper captum noſtrum; magnificabimus Deum; & merito, nam vt, inquit, Chryſoſtom. tom. 4. hom. in illud ad Cor. *Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia*. In alijs certaminibus Laureas referunt, qui vicerunt; at in diſputationibus de rebus diuinis, ſolis illis debetur corona, qui ſe rei magnitudine victos ingenuè fatentur. Ita ille. Is igitur de hoc tam mirabili Sacramēto diſſerens, primam laudis meretur coronam, qui de illo ita ſentit, & loquitur.

Anaſtaſ.

Iob 36.

Chryſoſt.

quitur. *Maius omni laude nec laudare ſufficis*. Quod tantundem valet, ac ſi diceremus plus Deum feciſſe in inſtitutione huius myſterij, quam nos intelligere, & capere poſſimus, quod quidem Apoſtolo magiſtro didicimus; qui volens ſummis laudibus illam cœleſtem gloriam extollere, inquit, 1. ad Corint. 2. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c.* Indeficiens eſt illa beatitudo; vnde Dauid quia ipſam Pſalm. 85. cum torrente comparat. *Et torrente voluptatis tuæ potabis eos*. Videns torrentis ſimilitudinem, qui cito fluit poſſe diuturnitatem, vel potius ęternitatem beatitudinis euertere; ſtatim addit. *Quoniam apud te eſt fons vitæ*. Quaſi dicat, nemo in animum inducat, Beatorum fœlicitatem aliquando defuturam, eo quod eam torrentis ſimilitudine expreſſerim; quia torrens hic ortum habet ex fonte quodam perenni, qui nunquã poteſt deficere. At Chriſtus de hoc cœleſti pane diſſerens, illo loquendi vtitur modo. *Hic eſt panis de Cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur*. In quæ verba Brugen. *Ex ipſo*, dicit non, *Ipſum*, ne putetur eſſe conſumptibilis, & qui deficere poſſit, à multis comeſtus.

1. Cor. 2.

Pſal. 85.

4 Tandem definiunt illam cęleſtem beatitudinem, quod ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Nullum poteſt deſiderari bonum, quod ibi non adſit. Nullum timeri malum, quod illinc procul non ſit; Et de hoc Sacramento loquitur Chriſtus Luc. 14. ſub metaphora Cœnæ. *In qua parata ſunt omnia*. Nam eſt omnium Sacramentorum, vt inquit Dionyſ. conſummatio, & perfectio, omnium Dei mirabilium compendium; ac denique omnium Chriſtianæ Religionis myſteriorum Epilogus. Probemus ſingula. Baptiſmus primus omnium Sacramentorum nos in Chriſto regenerat, eique facit ſimiles, Hoc Sacramentum illam nutrit vnionem, & conſummat, & ſpeciali modo nos affigit Chriſto, vt capiti noſtro, & parenti optimo. Pœnitentia delet peccata poſt Baptiſmum commiſſa. Hoc verò Sacramentum, & interdum hoc facit ſaltem per accidens, vt oſtendimus ſupra cap. 8. & illum effectum perficit, eodem modo, quo effectus Baptiſmi. Et præterea purificat animam tollendo venialia, minuendo fomitē, & à mortalibus præſeruando. Confirmatio robur præbet fidei; Et hoc Sacramentum munit hominem, vt hoſtibus fidei, & omnibus tentationibus reſiſtat; vt frequenter Cyprianus, Chryſoſtomus, Alijque Sancti docent; quantumque robur, & auxilij præſtet ijs, qui ad hanc ſacram Menſam accedunt dicturi ſumus infra, dum declarabimus vltima verba thematis. *Da robur, fer auxilium*. Extrema vnctio peccatorum depellit reliquias; & in arduo mortis diſcrimine fert opem. Et hoc Sacramentũ quatenus viaticum eſt, in eodem periculo addit animum, auget vires, & in mortis agone laborantibus, proprio venit ſubſidio. Vnde Dauid Propheta Pſal. 4. Poſt illa verba. *A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt*, ſubdit: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam*. Securitatem indicans mortis, qua fruituri erant fideles, virtute tanti Sacramenti. Idem dum dicitur vinum generans virgines, & reuerentiã erga Deum, & amorem erga proximum conciliat, & ad effectum quodammodo confert, & finem Sacramenti ordinis, quo miniſtri Dei pręparantur vt digne illi inſeruiant. Tandem confert ad matrimonij perfectionem, quę in caſtitate coniugali, & mutua beneuolentia conſiſtit, & quod maximè facit ad explicandam ſimilitu-

Luc. 14.

Dionyſ.

Hoc Sacramentũ Eucharistiæ eminenter continet effectus cæterorũ omniũ Sacramentorum.

Cyprian. Chriſoſt.

Pſal. 4.

dinem inter hoc Sacramentum, & Matrimoniũ, eſt inter corpus Chriſti, & corpus illius qui digne mãducat, vnio realis corporalis, & naturalis, & præter hæc, moralis habitudo inter Chriſtum, & ſuſcipientem, nam ratione illius contactus, ſpeciali titulo cenſetur, hic eſſe aliquid Chriſti, & Chriſtum habere ſpecialem curam, non ſolum animæ, ſed etiã corporis eius, vt illud ſanctificet, ſuæque gloriæ particeps faciet, quæ omnia non ſunt in eo, qui indigne manducat, vt optimè animaduertit Suar. tom. 3. in 3. par. diſp. 64. ſect. 3. Adde in hoc ſacramento impleri illud. *Erunt duo in carne vna* (quod dictum eſſe de coniugibus Geneſ. 2. reperitur ſcriptum) docet Hilarius in 2. Epiſt. 1. ad Cor. Vbi Paulus hæc eadẽ verba citat. Quid plura? in Euchariſtia cõtinetur fons omnium bonorum, ac cęterorum Sacramentorum inſtitutor, & auctor. Quid mirum ſi teſte Dionyſio dicatur omnium Sacramentorum perfectio, & conſummatio. Quod ſi inter opera diuina principem locum tenent Creatio, & Incarnatio; & nos ſupra cap. 4. oſtendimus trãſubſtantiationem quæ eſt huius Sacramenti effectio, & actio, illa omnia non modo æquare, ſed etiam continere; cęteriſque Dei operibus præferri; merito dicendum eſt, hoc mirabile Sacramentum cõpendium eſſe mirabilium Dei. Denique ſi Sacerdos in hoc altaris myſterio nomine totius Eccleſię offerens ſacrificium, *ſuſcipe*, inquit, *Sancta Trinitas oblationem, quam tibi offerimus in memoriam paſſionis Reſurrectionis, & Aſcenſionis Ieſu Chriſti Domini noſtri*. Quibus ſi addamus in eodem contineri quidquid mirabile prædicamus in Incarnatione, Natiuitate, Circumciſione, Regum adoratione, vt eleganter demoſtrat Franciſcus Labat tom. 2. apparatus concionatorum verb. Euchariſtia propoſ. 13. Confitebimur hanc immaculatam Hoſtiam, eſſe omnium myſteriorum noſtræ Religionis iugem memoriam, & Epilogum.

Quæ vnio fit iter corpus Chriſti, & ipſũ mãducans explicatur.

Suar.

Geneſ. 2. Hilarius.

Dionyſ.

Frãc. Labat

5 Solent Arithmetici, quorum partes, de numeris, & ſupputandi ratione ſunt agere, poſt ſingulos numeros, addendo, deducendoque, totius expenſæ ſummam, vnico tantum numero recolligere, in quo ſummatim omnes reliqui continentur. Beneficiorum Dei, quæ in nos ipſe contulit, maximus eſt numerus, maximus item, mirabilium eius. Volens autem illa omnia per ſtringere, & in vnum colligere Chriſtus Dominus, tãdem inſtituit hoc Sanctiſſimum Sacramentum, veluti diceret, Arithmeticorum more; *Hæc omnia tanto conſtant*. Hoc v3. mirabili myſterio, meorum mirabilium ſumma, & compendio. Dicam paucis, non plus vltra ipſius Dei in Cęlis eſt gloria illa cœleſtis; Non plus vltra eiuſdem in terris, eſt Euchariſtiæ Sacramentum. Illius beatitudinis vera effigies, & viua imago. Auderem dicere illi gloriæ, hoc Sacramentum præſtare; nam ſi de ipſo canit Eccleſia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Ergo ſi pignus (vt mos fert) excellentius eſſe ſolet, quam res pro qua datur; hoc Sacramentum illam gloriam antecellit. Perſuaderet ratio, niſi obſtarent cętera. Imago igitur eſt illius fęlicitatis non res ipſa. *Cæli pandit Oſtium*, quia poſſumus in ipſo veluti in picta tabula ęternam illam fęlicitatem intueri; non tamen fas eſt hic adhuc commorantibus poſſidere, & beatorũ priuilegijs potiri. Status enim ille, qui dicitur omnium bonorũ aggregatione perfectus homines reddit impeccabiles. At D. Thom. 3. p. quæſt. 79. artic. 6. ad 1. inquit, licet hoc Sacramentum quantum eſt de ſe habeat virtutem pręſeruatiuam à pecca-

Hoc Sacramentum eſt omniũ mirabiliũ Dei ſumma, & compendiũ quod declaratur ſimilitudine ſumpta ab arithmeticis.

Thom.

peccato; non tamen aufert homini poſſibilitatem peccandi, ſic ille. Ibi nullus eſt inimicus offendēs; triumphi locus eſt, & coronæ; triumphant gaudio; nec triumphatu ſuperbiunt, omnia tranquilla, omnia ſerena. Hic verò (quamuis ad hanc ſacram accedentibus menſam) aperta inimicitia eſt, à diabolo, à mundo, à ſe ipſis; foris pugnæ, intus timoris; pugnandi ſeueritas, prælij incertus exitus. Statutum eſt dimicando vitam traducere; ſed an offenſionibus belli, vel victorijs; triumphis, vel catenis valde dubium. Vnde de hac eadem ſalutari Hoſtia, de qua dictum eſt. *Quæ Cæli pandis Oſtium*. poſtmodum ſubditur. *Bella præmunt hoſtilia, da robur, fer auxilium*.

Bella præmunt hoſtilia. Cap. 10.

1 ET quis eſt, hanc degens vitam, quem non bella præmant, ſe ipſum fugere oportet, qui non vult cum hoſte congredi; At quid prodeſt, ſi non effugit? ſequitur ſe ipſe, & vrget grauiſſimus comes. Comes? An inimicus. Inimicus blandus, inſidioſus amicus, vtrumque complectitur hoc quod dictum eſt. *Grauiſſimus Comes*. Audi Gregor. Nazianz. orat. de amore pauperum non longè à principio hanc inſidam ſocietatem graphyce deſcribētem. Haud equidem ſcio inquit, quo pacto ſimul, & imago Dei ſum, & cum cœno volutor, quod & cum incolumi valetudine eſt, bello me inſectatur, & cum bello præmitur, excruciat, mæroreque afficit, quod & vt conſeruum amo, charumque habeo, & vt inimicum infeſtumque deteſtor, quod & vt vinculum fugio, & vt eiuſdem hæreditatis particeps, reuereor: ſi macerare, & debilitare contendam, iam non habeo quo ſocio, & adminiſtro, ad res pręclarimas obeundas vtar, nimirum haud ignorans, cuius rei cauſa procreatus ſum ſin contra, vt cum eo adiutore, & adminiſtro mitius, indulgentiuſque agere mediter, nulla iam ratio occurrit, qua rebellantis impetum fugiam, omninoq; à Deo excidam neceſſe eſt, corporis compedibus aggrauatus in terram detrahentibus, vel detinentibus: hoſtis eſt blandus, & facilis, inſidioſus inimicus. Proh Deum immortalem, quæ iſthæc coniunctio eſt, quæ inimicitiarum, diſſidijque ratio. Quod vereor, amplector, quod amo, perhorreſco, antequam bellum geri cęptum ſit, in gratiam cum eo redeo, antequam pax ſit conſtituta, ab eo diſſideo. Sic Gregor. quæ omnia paucis complectitur S. Paulus ad Galat. 5. *Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis ita faciatis*. O inteſtinum bellum, inteſtinumque malum, cum nos ipſi in noſtra viſcera coniuramus. O' miſeram filiorum Adami conditionem ſecum ferunt inimicitiarum, & diſſidij rationē, totq; habēt oppoſitas acies, aduerſoſque milites in hoc naturæ lapſæ ſtatu, quot intra ſemetipſos paſſiones; Obſeſſa mens hominis, In quid Aug. cōtra Iulian. Peleg. lib. 2. & vndique diaboli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit, ſi auaritia proſtrata eſt, exurgit libido, ſi libido compreſſa eſt, ſuccedit ambitio, ſi ambitio cōtempta eſt, ira exaſperat, inſtat ſuperbia, violentia inuitat, inuidia concordiam rumpit; amicitias zelus abſcindit; cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet, compelleris iurare, quod non licet, tot perſecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur; & delectat hic inter diaboli gladios, diù ſtare,

Greg. Naz.

Graphycè deſcribitur pugna inteſtina inter corpus, & animam.

Gregor.

Galat. 5.

Auguſt.

cum magis concupiſcendum ſit, & optandum, ad Chriſtum, ſubueniente velocius morte, properare. Sic Aug.

2 Hãc pugnã experiũtur magis iuſti, quã impij. Patetque in ſanctis etiam hoc duellum, hanc luctam eſſe, eoque maiorem, & magis ſenſibilem, quo magis ſpiritualiter viuere, & carni reſiſtere nituntur; Vnde idem Auguſt. ſerm. 43. de verbis Domini, ſpiritus inquit, concupiſcit aduerſus carnem, in hominibus bonis, non malis, quod ſpiritum Dei non habent, contra quem caro conupiſcat, ſic ille. Tamque ingraueſcit in dies hoc inteſtinum malum, vt non tam externis hoſtibus, quam domeſticis laboremus, ſummaque victoriæ in eo videtur eſſe, in ſe ipſo vincendo, qui hunc hoſtem ſubigit, illam in manu habet. Audi Dauid Proph. manifeſtè dicẽtem Pſal. 70. *Eripe me Domine de manu peccatoris. Et de manu contra legem agentis, & iniqui*. Quod quidem, teſte, Ber. ſer. 81. in Cant. alijs verbis ſic reddi poteſt. *Eripe me de me ipſo*. Ego ille peccator ille exlex, ille iniquus, peccator, quia peccaui, ex lex quia in voluntate perſiſto agere contra legem, &c. per hoc, & mihi ipſi, mea ipſius voluntas, contraria inuenitur, quæ eſt iniquitas maxima. Cui enim non iniquus, qui mihi ſum? qui ſibi nequam ait, cui bonus? Hæc Bernard. quibus conſonant verba illa Chriſti Matth. 16. *Qui vult venire poſt me*; Quod eſt de hoſtibus triumphare, *abneget ſe metipſum*, omnino neget ſe noſſe, habeat ſe, tanquam quem prorſus non norit, contemnat, deſerat, nullam illius rationem habeat, inimico animo cum ſe ipſo agat. Totum ferè huius belli negotium in congreſſione cum ſe ipſo eſt; timendum nobis à dęmone, timendum à mundo, niſi conſpirauerint, cum nobis ipſis, nullum poſſunt inferre malum. Hanc belliguandi artem; edocet ſtrenuus ille gladiator Iob cap. 16. dicens de ſe ipſo, qui tam ſæpè cum dæmone in arenam deſcenderat. *Circumdedit me lanceis ſuis, cõuulnerauit lumbos meos*. Fatetur ſe obſeſſum iaculis, & ſuggeſtionibus dæmonis, externos hoſtes cum ipſo conſpiraſſe, collimabant ſagittæ vniuerſæ, dum Cœlum iaculatur ignem, æther, ventum rapidiſſimum, terra vermes; vxor, domeſtici, contumelias. At quando agitur de infligẽdo vulnere, inquit, *conuulnerauit lumbos meos*. In quæ verba Greg. lib. 13. moral. cap. 6. ſic ait. Vbi notãdum quoque eſt, quod non dixit vulnerauit, ſed conuulnerauit lumbos meos. Sicut enim loqui aliquando vnius eſt, colloqui verò duorum, vel fortaſſe multorum ſic antiquus hoſtis, qui nos ad culpam ſine noſtra voluntate nõ rapit, nequaquam lumbos noſtros euulnerare, ſed conuulnerare dicitur; quia hoc quod nobis ille malè ſuggerit, nos ſequentes ex voluntate propria implemus; & quaſi cum ipſo, nos pariter vulneramus, quia ad perpetrandum malum, ex libero ſimul arbitrio dicimur. ſic Greg. dęmon igitur acies, & milites diſponere, & pariter opponere nobis poteſt, at præualere nunquam, niſi nos aduerſus nos metipſos ſocios habeat, & commilitones. Bella igitur quæ nos vrgent, & vexant dum dicitur, *Bella premunt hoſtilia*, potiſſimum ſunt hæc domeſtica, & inteſtina. Indicitur, inquit Aug. in illud Pſalm. 75. *Et factus eſt in pace locus eius*; Tibi bellum, non ſolum aduerſus ſuggeſtionem diaboli, ſed aduerſus te ipſum. Quomodo aduerſus te ipſum? Aduerſus tuam conſuetudinem malam, aduerſus vetuſtatẽ vitæ tuę malæ, qua trahit te ad ſolitam conſuetudinem, & refręnat à noua; Indicitur enim tibi quædam noua vita; Et tu vetus es, nouitatis gau-

Nullũ perniciosiorẽ habemus aduerſariũ in via communi, quam nos ipſos.

Pſal. 70.

Bernard.

Matth. 16.

Magis timẽdũ a nobis ipſis quã à demone, pulchrè demõſtratur.

Iob c. 16.

Gregor.

Auguſt.

gaudio ſuſpenderis, vetuſtatis onere prægrauaris, incipit ſibi eſſe bellum aduerſum te, ſed ex qua parte tibi diſplices, iungeris Deo, & poſt pauca. Attende quod dicit Apoſtolus. Mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati, Vnde mente? quia diſplicet tibi vita tua mala. Vnde carne? quia non deſunt delectationes, & ſuggeſtiones malæ &c. Quare autem permittitur, vt diù contra te litiges? donec abſorbeantur omnes cupiditates malæ; vt intelligas in te pœnam tuam, in te, & ex te ipſo, eſt flagellum tuum, ſit riſſa tua tecum: hæc Auguſt.

3 Hinc conijce quam periculoſa, quam diuturna, hæc pugna. Si enim in hoc conflictu ceruorum pedibus debemus armari, iuxta illud Dauid. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum*. Et hæc erat illa virtus qua paulò ante fatetur, eſſe præcinctum. *Deus qui præcinxit me virtute*. Ergo ardua eſt hæc pugna; imò perniciosa lucta, inquit Bernardus ſerm. 3. de fragment. quia hoſtem hunc crudeliſſimum, carnem, ſ. noſtram, nec fugere poſſumus, nec fugare, ſed circumferre illum neceſſe eſt; quoniam alligatus eſt nobis; & quod periculoſius eſt, & mirabilius; Hoſtem noſtrum ipſi cogimur ſuſtinere, perimere eum nō licet. Vide ergo quā ſollicitè, te cuſtodire neceſſe ſit, ab ea quæ dormit in ſinu tuo. Hæc ille: Adde quod cum caro ex luto ſit formata, iuxta illud Iob 10. *Memento quod ſicut lutum feceris me*. Oblinit nos vtique, vt inquit Ambroſ. de bono mortis cap. 3. Non diluit, & coinquinat animam inquinamento intemperantiæ; vbi illud etiam aduertendum cenſeo quod lutum, & lubricum eſt, & inquinando accommodatiſſimum. Quia lubricum toties prolabimur. Quia lutum, toties inficimur. Præterea hinc etiam grauis redditur lucta, & graue periculum, nam ſi formata eſt caro de limo terræ, limus autem eſt lutum, aut cœnum mollius, ergo cum hoſte pugnare cogimur, vt inquit Bernardus de anima c. 15. Qui Ciuis eſt mundi, ſuam habitans regionem, cū nos exules ſimus, & peregrini. *Inſuper caro noſtra eſt*, ergo inimicus domeſticus, bellum inteſtinum, tolerabilis eſt hoſtis, inquit Chryſoſtomus ſerm. 171. in illud Matth. 7. *De corde exeunt cogitationes, &c.* Cum muros arietat extrinſecus, cum foris poſitus cedit aliquando conflictui, cui vero intus inimicus, cuius aduerſarius in ipſis penetralibus iam deſeuit, ipſe ſe intelligit, & ſentit oppreſſum, & Greg. 8. moral. c. 13. quaſi latrunculus eſt appetitus, recto itinere gradientibus; ex latere iungitur, vt ex occultis, educto gladio, gradientium vita trucidetur: ſic ille. Cum enim internus ſit latrunculus, nouit quando fores inimicis aperire oporteat, cumque foueatur in ſinu noſtro, ſitque ita intimus nobis, ſicut nos ipſi, nihil ei abditū, ſed omnia aperta, nullum reueretur locum, nullum præterit tempus, nullā prætermittit decipiendi occaſionem, lege Chryſol. ſerm. 88. id eleganti ſſime deſcribentē in Zacharia Patre Ioannis Baptiſtæ, quod in ipſo tempore placationis offendit, qui dum credit, dubitat, dicente Angelo. *Quia non credidiſti verbis meis*. Dum poſtulata promeretur, incurrit, munera ipſa dum ſuſcipit, condemnatur, qui vocem, dum vocem percipit, tunc amiſit; namque cum inferret incenſum, Deū nque verum crederet; & populo Deum placaret; tunc deliquit dubitando; & dum pro lapſu cæterorum orat, ipſe prolabitur. Vt iam conſtet nullibi poſſe eſſe ſecuram fragilem labilemque naturam, quæ ſecum ſemper portat hoſtem, concupiſcentiam, ſcilicet à qua vnuſquiſq; tētatur, abſtractus,

Quā periculoſa ſit hæc pugna aduerſus carnē. Probatur ex ſcriptura ſacra Pſal. 17.

Bernardus.

Iob 10.

Ambroſ.

Bernard.

Chryſoſt.

Gregor.

Chryſol.

Luc. 1.

& illectus. Hæc ille.

4 Audiſtis pugilē; Audite pugnandi modum. Et armorū genus, quod difficiliorem periculoſioremq; reddit hanc pugnam. Non aperto marte cum hoc hoſte decertamus, imò ſemper nobis eſt in inſidijs, & ſub amici habitu, latēter oppugnat, delectationes obijcit, & veluti ludendo perſequitur. Ludebat Iſmael filius Agar cum Iſaac filio Sarę, quod cum vidiſſet mater, dixit ad Abraham, *Eijce ancillam, & filium eius*. Quid ergo læſerat, aut quid nocuerat, ſi ludebat? Quaſi non hoc in illa ętate etiam gratum eſſe debuerit, quod luſerit filius ancillæ cum filio liberæ? Quin miror Apoſt. Galat. 4. qui ludum hunc, perſecutionē pronunciauit, dicens, *Sed ſicut tunc is, qui ſecundum carnem perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum ita, & nunc*. Reſpondet Origen. homil. 7. in Geneſ. Sed videamus quid in hoc ludo intellexerit Paulus, & quid indignata ſit Sara, ſuperius enim exponentes ſpiritualiter, loco virtutis expoſuimus Saram. Si ergo caro cuius perſonam gerit Iſmael, qui ſecundum carnem ſpiritui blandiatur, qui eſt Iſaac, & illecebroſis cum eo deceptionibus agat, ſi delectationibus alliciat, voluptatibus molliat, huiuſcemodi ludus carnis, cum ſpiritu, Saram, maximè, quæ eſt virtus, offendit, & huiuſmodi blandimenta grauiſſimam perſequutionem iudicat Paulus. Et tu ergo ò auditor ſi tibi libidinis alludat illecebra, ſi virtutis es filius, tanquam perſecutionem maximam fuge, intelligere debes, quia ſub ſpecie ludi blandam perſecutionem pateris. Hucuſque Orig. Neque hoc artificio, ſeu fraude vtitur ſolum concupiſcentia, vt rationem ſuperet, ſed vt ſuperatam libenti animo, & ſua ſponte ligatam contineat. Quod eleganter aduerti B. Ephrem de linguæ malo, alijſque vitijs. Probet inquit callidus, & verſutus hoſtis, quibus, & qualibus mox vinculis obſtringat; ſi nos inuitos in ſuos carceres conijceret, fore, vt celeriter confractis illis, mens noſtra iterum in libertatem ſe vendicet, qua propter iucunda, & grata vnicuique vincula inijcit; in quibus libentius conquieſcat, poteſt enim mens noſtra Deo duce ex inimicis ſe laqueis eximere. Nunc vero iiſdem obſtricti gaudemus, ipſaque captiuitate ſuperbimus. Sic ille.

Non ſolum hæc pugna eſt formidabilis, ſed magis pugnādi modus.

Geneſ. 21.

Galat. 4.

Origen.

Ephrem.

5 Vidiſtis modum belligerandi; Obſtupeſcite quibus armis. Hoc enim bellum armis deſideriorum fit, vt eius atrocitatem, & periculum conſideremus. Quis non pertimeſceret hoſtem, cuius, vel ſaltem deſideria poſſunt occidere; iuxta illud Petri 1. Epiſt. cap. 2. *Obſecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abſtinere à carnalibus*. Hoc eſt terrenis deſiderijs. *Quæ militant aduerſus animam*. Merito exclamat S. Iacobus cap. 4. ſuæ Epiſt. *Vnde bella, & lites in vobis, nonne ex concupiſcentijs, quæ militant in membris veſtris?* Non modo ob eam ſolum, quam adduximus cauſam, & quam affert etiam S. Fulgent. Epiſt. 4. dum ait in vincēdis proprijs cupiditatibus magnā eſſe certaminis difficultatem, quia non extrinſecus ex altero, ſed intrinſecus ex ſe ipſo certanti homini concupiſcentiæ carnalis generetur aduerſitas. Sic Fulgentius; ſed etiā ob illam aliam quam ſcripſit S. Bernard. lib. de anima cap. 15. diabolus, inquit, plus confidit in adiutorio carnis, quoniam magis nocet domeſticus hoſtis, illa verò ad ſubuerſionem meam, cum illo fœdus inijt, vtpotè de peccato nata, in peccatis nutrita, vitijs corrupta, ab ipſa origine, ſed multo magis vitiata, à praua conſuetudine.

Hoc belli armis deſiderorū efficitur, & maximè ad pertimeſcēdum.

1. Petri 2.

Iacob. 4.

Fulgent.

Bernard.

Hinc eſt quod tā acriter concupiſcit

ſcit aduerſus ſpiritũ; Hinc eſt quod diabolus baculo noſtro nos cædit, & manus noſtras proprio cingulo ligat,& caro, quæ data eſt nobis in adiutoriũ,fit nobis in ruinã,& ſcandalum. Hæc Bernard.Si igitur tota inimicorum manus non niſi cum carne conſpirata,nobiſcum pugnat; ergo cum hunc hoſtem domeſticum vnuſquiſque ſecum circumferat, totum inferni robur, in propriã perniciem coniuratum, ſimul cum illo trahit; ergo quis belli exitus; quis pacis ſtatus,ex ſolo conflictu cum hoc domeſtico hoſte pendet. Miſeram hominis conditionem prędicat hoc factum. Cum oſtendat cauſam diſcordiarum, & bellorum inde oriri, quod penè vitare non poſſumus. Quis carnem non pertimeſcat, quæ ſecum habet omnem belli neruum. Rideo, inquit, Tertull.lib.de monogam. cap.15.Cum infirmitas carnis opponitur, quæ ſumma fortitudo dicenda eſt. Quo enim fragilior, eo periculoſiorem reddit hãc pugnam, ſic enim aptius reddetur diaboli inſtrumentum ad nos debellandos,qui fragilitate carnis,ad pugnam nos prouocat, & eadem nos vincit.Infirmitas ergo carnis Tertulliano, imò ipſa experiẽtia teſte,ſumma fortitudo dicenda eſt.

Tertull.

6 Vide quomodo omnem nocendi artem calleat. *Belligerare*, dicitur, iuxta illud Pauli ad Gal.5. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c.* Cui conſonat Apoſt. Iacobus loco nuper citato. Vnde bella,& lites in nobis,&c. LVCTARI, nã ipſa, & ſpiritus ſe inuicẽ complectentes,altera alterum in terram deijcere conatur, quod propriè colluctatorum eſt. Et Apoſt,hanc pugnam;luctam appellat. Ad Epheſ.6. Inſuper parat laqueos; vnde Eccleſiaſtici 9. vnicuique hominum,hac carne cõſtantium,dictum eſt. *Communionem mortis ſcito; quoniam in medio laqueorum ingredieris.* Mouet bellum ergo accipiuntur, & infliguntur vulnera, & mortis impendent diſcrimina. Luctatur, ergo cominus nos inceſſat armis. Laqueos parat, ergo dolis,& fraude pugnat. Si bellum, ergo aciẽ diſponit,& milites,& cohortes peditum,& equitum turmas opponit ad nos vincendos. Si luctatur, ergo impoſturam facit; ſi parat laqueos, ergo artificia, & fraudes abſcondit,& teg t. Vnde Chryſoſt. homil.15. ad popul. Antioch. eloquentiſſime docet,non dici aſpice, ſed, ſcito,agnoſce quoniam in medio laqueorum ingredieris, quia tectus eſt laqueus. In bello à captiuitate caue,à vinculis à morte. In lucta à caſu,neue præcipites. In laqueo, à clade non manifeſta, ſed vndique cooperta. Caro tendit laqueos ergo ipſius nugæ ſunt inſidiæ, delectationes iniucundæ, quin potius amaritudines,illecebræ,murales machinæ,eſca peccandi;ludus acerrima perſecutio. Caro luctatur, ergo circumplicat nos, ſerpentis amplexu,deijcere nos vult, dum extollit,caro indicit bellum,hoc ſaltim contendit,vt nullo bello(quamuis multis prælijs) ſuperetur. Miſeri,hoſtem noſtrum cogimur ſuſtinere,& circumferre,& talem hoſtem. *Infelix ego homo*. Exclamat Paulus ad Rom.7. *Quis me liberabit de corpore mortis huius.* Ideſt à corpore,morti, & perturbationibus huiuſmodi expoſito, & nota cum Hieronymo lib.2. c.Pelag. Non eſſe dictum, infelix ego peccator, ſed infelix ego homo, vt totam naturam complecteretur omnium hominum; omnibus enim nobis mortalibus ab Adamo ducentibus originem, tot hæc diſcrimina impendent.

Galat.5.

Iacob. Ap.

Epheſ.6.

Eccleſ.9.

Cur hęc pugna.& bellũ,& ucta, & laqueus dicatur.

Chryſoſt.

Rom 7.

Hieron.

7 Nõ ſolũ periculis plena eſt hæc pugna, ſed cõtinua, & diuturna.

Sed non ſolum plena periculis pugna hæc eſt,ſed continua, & diuturna,nullæ cum hoc hoſte poſſunt paciſci induciæ, nam, inquit Leo Papa

Leo. Papa ſerm.4. de ieiunio Pentecoſt. terra carnis noſtræ niſi aſſiduis fuerit ſubacta culturis, cito de ſegni otio ſpinas, tribuloſque producet, & partu degeneri, dabit fructum, non horreis inferendum, ſed ignibus comburendum; Et Sanct. Bernardus de vita ſolit. ad fratres de monte Dei, idem inquit, licet alijs verbis; hæc maledictio eſt Adæ, vt in terra laboris noſtri, & in agro cordis, & corporis noſtri, noxia vel inutilia gratuito paſſim vbique proueniant, vtilia verò, vel neceſſaria, & ſalutaria cum labore; ſic ille? ergo ceſſatio à pugna in certum tempus, inter hos hoſtes, inter carnem ſcilicet, & ſpiritum non poteſt paciſci; Semper eſt dimicandum. Non licet militi Chriſti huic bello inermem ſe ingerere, non licet, vel ſemel in anno otiari; erras inquit, Hieron. ad Eliod. ſcribens, frater erras, ſi putas Chriſtianum vnquam perſecutionẽ non pati, tunc maximè oppugnaris, ſi te oppugnari neſcis, & Sap.4. habes illa verba, *inconſtantia concupiſcentiæ, tranſuertit ſenſum*. Fulgent. autem Epiſt.2. cap.4. ita legit. *Inſtantia concupiſcentiæ, tranſuertit ſenſum*. Vt eius importunum, & toties repetitum, imò indeffeſſum congreſſum ſignificet. Huc etiam ſpectare poſſunt citata verba Eccleſiaſtici. *In medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolentium arma, ambulabis*, vt nullus vnquam relictus ſit nobis locus, dum peregrinamur, à laqueis tutus, & ab hoſtium armis. Continua igitur eſt hæc pugna, & diuturna, quãta ſcilicet eſt vita, & in hanc ſententiam dictum eſt à Iob 7. *Militia eſt vita hominis ſuper terrã*. Tempus quo mihi militandum, atque laborandum eſt in hoc mundo, fixum, atque determinatum eſt, meæ ſcilicet vitæ curriculum; ſimile eſt illud cap.14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, &c.* Ideſt qui conſtituti ſunt vitæ meę, quod totum per belle declarant hæc verba, quæ ſequuntur eodem cap.7. poſt enim illam ſententiam. *Militia eſt vita hominis ſuper terram*. Immediatione ſubditur. *Et ſicut dies mercennarij, dies eius*. Similitudo adhoc ipſum explicãdum ſatis appoſita, ſicut enim in vno die operario, quamdiù lucet ſol, non eſt vlla requies mercennario conſtituta, ita ſanè dum luce fruimur huius vitæ; nulla nobis requies expectanda eſt, ſed inceſſanter, & indefeſsè laborandum, & dimicandum dum lucem habemus; finem igitur habet hæc pugna cum ipſa vita, & quod grauius eſt, quando terminandum eſt bellum, ingraueſcit; nam hora illa mortis, quando finem habet vita, acies inſtructæ hoſtium in morientem irrumpunt, & faciunt impreſſionem.

Bernard. Hieron. Sap.4. Fulgent. Iob 7. Iob 14.

8 Hæc igitur ſunt bella, quæ nos præmunt; Et bella ſunt hoſtilia. Nam tentat nos quandoque Deus, bellum ipſe infert, ſed vt tentati reſiſtamus, & reſiſtendo ex prælio ſimus victores, victoreſque coronis donet, ijſdemque decernat triumphos, reddatque aſſiduis victorijs pro eius nomine certantibus, hoſtes timidos, contemptibiles. Quod voluit indicare Dauid illis verbis Pſalm.109. *Draco iſte, quem formaſti, ad illudendum ei* Nam Beemoth tẽtator dum vincitur, illuditur (hoc igitur conſilio permittit Deus, vt tentet adhuc) non modo à viris, ſed à fœminis, à vetulis, & à pueris. Plus addi poteſt, non ſolum prębet illudendum, ſed deuorandum à ſeruis ſuis quemadmodũ eſt illud Pſal.73. *Tu confregiſti capita Draconum, dediſti eum eſcam populis Aethiopum*; Quorum verborum expoſitionem appoſitam ad rem noſtram; lege apud Auguſt. in hunc locum Pſalm. Deus igitur in inferendo bella, noſtram attendit pacem, quæ ſuperat omnem

Tentat nos quandoque Deus, ſed longè diuerſus eſt eius finis in tentando, ac dœmonis.

Pſal.109. Pſal.73. Auguſt.

omnem ſenſum, immarceſcibiles coronas, perpetuos triumphos. Hi ſunt præliorum exitus, quos ipſe expectat, non ſunt iſthæc bella hoſtilia. At quando cum carne conſpirat diabolus, armatumque exercitum contra rationem producit, noſtroſque ſenſus in noſtram perniciẽ armat, concupiſcentiaque illa peccati fomes, hoc adiuta hoſte, tam acriter nos ad peccatum ſollicitat, vt ipſius peccati nomine in Scriptura ſacra deſignetur. Hæc iure dicenda ſunt bella, quæ nos præmunt hoſtilia. Proh. dolor intra ſe vnuſquiſq; noſtrum deceptricem Euam geſtat, carnem hanc dico, ſpiritus inimicam, ideoque ſæuiorem inimicam, quæ non vulnerando, ſed velut altera Sãpſonis vxor, blandiẽdo, periculoſius inſidiatur. Quod ſi in gratia conditus, & in Paradiſo conſtitutus homo, ab hac Eua deceptus eſt, quis à Paradiſo iam expulſus eſt, illa iuſtitia originali nudatus non timeat? multa impendent ab hoſte mala, auxilium, & ſuppetię petendæ ab illa, quæ ab hoſtibus victis, hoſtia dicitur, & victima. *O ſalutaris hoſtia, quæ Cæli pandis Oſtium, bella præmunt hoſtilia; da robur fer auxilium.*

Da robur; fer auxilium. Cap. II.

1 QVando fertur pondus improportionatum viribus, ita vt baiulans gemat ſub ipſo, ſi extemplo corpori addãtur vires, vel alius fortior accedat adiutor, minoris ponderis apparet onus, non quia ipſum ſit diminutũ, ſed virtus aucta. Corruptibile corpus nobis eſt oneroſum, omnes filij Adam onere preſſi ſunt huius molis corporeæ, gemunt ſub ipſa peccatores, gemũt Sancti, ſeque nimis grauatos queruntur, & infęlices, S. Paulus liberationem, atque diſſolutionem flagitabat. Dauid optabat educi animã ſuam de cuſtodia. Auguſtinus pennas Aquilæ ſibi à Deo dari poſtulat vim ſe pati q̃rebatur Ezechias. Sed ſciens quod nõ iuſtè cauſaretur aduerſus Dominum; cum voluntas ſua ipſius potius in cauſa foret, ſubiunxit. *Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cum ipſe fecerim?* Quaſi diceret factus ſum mihi metipſi grauis, imò & contrarius, non Deo tãtùm; Et iniquitates meæ ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me, dum quod odi facio. Si igitur obtineri non poteſt, vt ſine tentatione viuatur, naturæque lege cogimur ad leuandum hoc onus, ad circũferendũ dũ viuimus, corpus hoc, quod corrumpitur, & aggrauat animã. Quid ſpei reliquum eſt? Opem implorare diuinam; *Da robur fer auxilium.* En quomodo nobis laborantibus præſto eſt hoc ſanctum Sacrificium, nam in hunc etiam finem offerri; vt ſit ablutio ſcelerum, fortitudo fragilium, contra omnia mundi pericula firmamentum; in quadam collecta ipſa teſtatur Eccleſia. Hoc ſibi vult Bernardus quando de hoc Sacramento loquitur in hæc verba. *Minuit ſenſum in minimis, & in grauioribus tollit omninò conſenſum.* Nam cum robur addat, & vires digne accedentibus; leuat onus, ipſius tamen pondere adhuc immutato. Cum igitur vniuſcuiuſque animus grauetur corpore, ac deprimatur ad peccandum, ne opprimatur, ad hanc ſacram confugiat Hoſtiam, ab eaq; profuſis lacrymis poſtulet, *Da robur fer auxilium.*

Quod autẽ virtus Sacrificij maximè valeat ad impetrandum auxilium gratiæ diuinæ. DD. paſſim id aſſerunt. Canus 12. de locis Theolog. c. 13. S. harum trium ſententiarum, Martin. de Ayala lib. de trad. 2

Marginalia: Rom 7. Pſal. 141. Auguſt. Lib. medit. cap. 7. Iſai. 48. Can. Martin. de Ayal.

3. par.

3.par.conſider.5.cap. de eo an neceſſaria ſit adſtantibus communio, §.iam accedat alius teſtis. (Ruard. Tapet.) Ruardus Tapet. art.16.§.manifeſta eſt ex ſuperius. (Lindan.) Lindan.lib.4.Panopliæ Euãgelicæ c.51.§.Perinde quod,& c.55. à principio. (Tiletan.) Tiletan.in Apol.Catholicæ confirmationis contra cauilla tiones Ilirici cap. 15. quod eſt de Miſſa §.reſpondeo de valore fol.13. §.Reſpõdeo loca ab Illirico fol.314. q.3.in dub.ante primam cõtrouerſ. in 4.opinione quam in ſe communẽ,&verã exiſtimat, (Gabriel. Petrus de Soto.) Gabriel.lec.85. in can.litt.L.Petrus de Soto lib.de inſtit.Sacerdotum lect.7.de Euchariſtia §.ſecundum,imò eſt & (Thom.) S.Tho. in 4.diſt.12.q.2.art.2 ad 4. quibus adde (Durand. Vaſq.) Durand.in 4.diſt.12. quæſt.4. nu.5.Vaſq. tom.3.in 3.p. diſp.228. cap.2. & 3. Neque de hac re dubitare vllo modo licet, cum ex verbis (Conc Trid.) Concilij Tridentini ſeſſ.22. c.2.id manifeſtè colligatur,vbi dicitur.Per ipſum ſanctum Sacrificium fieri, vt ſi cum verò corde, & recta fide cum metu,& reuerentia contriti,ac pœnitentes ad Deum accedamus, miſericordiã cõſequamur, & gratiã inueniamus,in auxilio opportuno,huius quippè oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitenpœnitentię concedens,crimina,& peccata etiam ingentia dimittit,ſic ibi. Idque ſuadet ratio,nam hoc Sacrificium præter effectum ex opere operato,habet ex vi ſuæ inſtitutionis ad impetrandũ eos effectus,pro quibus obtinendis offertur, vt ſentiunt communiter Theologi, & patet ex vſu Eccleſiæ,cur non auxiliũ gratiæ,quod ſpectat ad ſalutem animæ? Et explicatur hoc magis,nam impetratio propriè fit per orationẽ pro alia autem opera,quatenus orationi iunguntur,fiuntque in Dei obſequium, eo animo, & conſilio, vt eum inclinemus ad id nobis concedendum,quod petimus, & optamus; ſed hoc Sacrificium eſt magnum Dei obſequium,vt ſatis probatum eſt initio huius opuſculi, illique valdè gratum, poteſtque alicui iungi petitioni,ſeù deſiderio,à Deo obtinendi aliquod beneficium, ergo ad illud impetrandum plurimum valet,quã rationem latè proſequitur (Suar.) Suar.tom.3.in 3.par. diſput.79. ſect.2.ſufficiat nobis illam attigiſſe.

3 (Explicatur quomodo hoc Sacramentũ cõferat dignè ſuſcipientibus robur, & auxilium ad ſuperandas tẽtationes.) Panem autem Euchariſticum, & hoc mirabile myſterium, vt Sacramentũ eſt,tribuere dignè ſuſcipienti robur,& fortitudinem ad vincendas tentationes,ad debellandos hoſtes,eſt tam manifeſtam,vt innumeri PP. quos refert (Ioan. Lor. Pſal.22.) Ioan. Lorinus in Pſal.22. ad literam intelligant illa verba Dauid, *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.* De hoc tam mirabili Sacramento. Imò omnes ferè noſtri poſt (Cyprian.) Cyprianum ad Cęcilium, ita interpretantur, vt teſtatur (Genebrard.) Genebrard. in eadem verba. Scio poſſe illum locum indicare (ſiuè de Dauid Pſal. exponatur, ſiuè de Iſrael) ſuppeditationem rerum ad vitam neceſſariarum, & verè dici Deum paraſſe menſam,cũ Dauid in deſerto aluit; & citra humanum laborem,& induſtriam,Iſrael quadraginta annorum ſpatio nutriuit. Aut Iſraeli parauit menſam,quia vberrimam regionem illi attribuit,idque àduerſus eos qui illum tribulabãt,aſpicientibus nempè Philiſtęis,& inimicis gentibus,illius populi fęlicitatem, & iniquo animo, ac moleſtè ferentibus,ſedibus illis optimis, ſe illi populo ceſſiſſe,immo verò inde expulſos eſſe in quibus erant omnium rerum copiæ. Et hæc ſi vel ad Dauid,vel ad vniuerſum Iſrael illa verba pertineant; ſed ſi capax eſt idem verſiculus, alterius etiam ſenſus litteralis, iuxta illorum ſententiam,quam veriſſimam exiſtimo, habetque (Auguſt.) Auguſtinũ, & Thomam defenſores.

Eundem

Verus, & idem locus ſacræ Scripturæ eſt capax pluriũ ſenſuũ literalium.

Eundem locũ Scripturæ ſacræ plurium ſenſuum literalium eſſe capacem, non incongruè ſuſtinebimus (Præſertim cum id tot grauiſſimorum Auctorum teſtimonio ſit roboratum.) Præfata verba. *Paraſti in conſpectu meo menſam*. Ad literam de menſa Euchariſtica intelligi, ex qua innumeras conſolationes, & delitias ſpirituales, haurimus, quibus alacriores, & robuſtiores reddimur, ad ſuperandos hoſtes. Qua quidem recepta expoſitione; recentiores inde etiam optime colligunt, Euchariſtiæ beneficio tribui effectum gratiæ actualis, ad excitãdam deuotionem, feruorem charitatis, cum peculiari ſuauitate, dulcedineque ſpiritus, ad vitanda peccata; tentationeſque ſuperandas. Sed non eſt opus inſinuatione, & conſequentijs ad id roborandum; habet ex primæua ſui inſtitutione hoc diuinum Sacramentum, vt ſit animarum robur, & certantium in hac mundi paleſtra, nam ſi vires addit, animumque ad pugnandum, & charitas per antonomaſiam fortitudo dicitur, iuxta illud Cant. 8. *Fortis eſt, vt mors dilectio*. Et ille in tuto dicitur eſſe, cui Dominus vice omnium adiutor eſt. Iuxta illud Pſalm. 117. *Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos*. Ergo cum hoc Sãctiſs. Sacr.[tũ] ex propria inſtitutione conferat gratiæ incrementum; nutrimentumque charitatis, ob ſolam eius perfectionem perfectioremque cum Chriſto vnionem, vt oſtendimus latè cap. 7. an, ad roborandas animas valeat plurimum, quiſque dijudicet? Iob in illa Apoſtraphe ad Deum cap. 17. inquit, *Pone me iuxta te. Et cuiuſuis manus pugnet contra me*. Nam illum verè intuto putat eſſe qui habitat in adiutorio altiſſimi, nullumque aduerſariorum impetum dicit illi eſſe timendum, ſi ex æquo, & iure coram Deo Iudice de ſua cauſa agatur. Quid dicendum de eo, qui tam intimè vnitur Deo, virtute huius Sacramenti, quando mirabili, & inuſitato modo impletur illud. *Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos, appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis?* inter enim Corpus Chriſti, & corpus illius, qui digne manducat hunc cibum, vt diximus cap. 9. eſt vnio realis corporalis, & naturalis, & præter hæc omnia; moralis habitudo inter vtrũque, nam ratione illius contactus, ſpeciali titulo Euchariſtiam ſumẽs, cẽſetur eſſe aliquid Chriſti, & Chriſtum ſpecialem habere curam, non ſolum animæ, ſed etiam corporis eius, vt illud ſanctificet, ſuaque gloriæ particeps faciat. Quid igitur illi timẽdum à toto inferorum exercitu. *Portę inferi non præualebunt aduerſus eum*, qui talem ac tantum habet intimè præſentem adiutorem, & commilitonem; quin potius Domino pro illo pugnante, aſpiciet vltionem inimicorum ſuorum, nihilque laborans non pugnator, ſed tãquam in theatro ſpectator erit, cladis inimicorum ſuorum.

Cant. 8.

Pſal. 117.

Iob 17.

Quod ſi panis multum valet ad refocillandas vires, vt dicat Dauid proph. Pſalm. 103. *Et panis cor hominis confirmet*. Ne ſcilicet langueſcat ac laxetur, & fatigetur; vnde ſolent ſacræ literæ dicere, baculum panis, quo tanquam fulcro, & baculo innixum cor hominis confirmatur, & ſuſtinetur, & Socer Leuitæ hortatur eum, vt guſtet pauxillum panis, & confortato ſtomacho proficiſcatur. Præterea ſi cibus ſumptus ſuſtentat, auget, reparat, delectat, vt de S. Paulo ſcriptum legamus Actorũ 9. *Et cum accepiſſet cibum, confortatus eſt*. Quamuis infirmus factus eſſet, inquit, Chryſoſtom. & ex itinere, & ex motu, & ex ieiunio, & ex triſtitia; ergo non eſt ambigendum de hoc 3

Pſal. 103.

Iud 19.

Actor 9.

Ioan. 6.

hoc Sacramento Euchariſtiæ panis dictum, & cibus Ioan. 6. *Panis de Cęlo deſcendens*. Cibus qui eſt ipſiſſima Chriſti caro, quod omnes effectus quos materialis cibus producit, ad vitam ſpectantes corporalem, nobiliori modo producat in anima, ſpiritualemque vitam ſuſtentet, augeat, reparet, delectet.

Conc. Flor.

4 Ex eodem principio colligit Cõcil. Florent. Hunc cibum ſpiritualiter conferre hos effectus, quos corporalis cibus confert materialiter, quorum munus eſt confortare viuentem, vireſque roborare, & Clemens V. cũ Cõcil. Vien. de reliq. & Vener. ſãct. In hoc inquit, Sacramẽto habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitas, ipſaque dulcedo Domini deguſtatur; ſic etiã Ambroſ. ſerm. 15. in Pſalm. 118. dicit. Hoc Sacramentum inebriare affectus fidelium, vt curam ſæculi huius, metum mortis, ſolicitudinemque deponant, & adhoc probandum nonnulla de ſcripturis cõgerit lib. de myſt. cap. 8. Et plura Cyprian. Epiſt. 63. & ſerm. de cœna Domini, & Eccleſia accommodat illud Geneſ. 49 *Pinguis eſt panis eius, & præbebit delitias Regibus*, & vt perſiſtamus in eadem cibi ſimilitudine, inquit D. Thom. 3. par. quęſt. 79. artic. 6. hoc modo pręſeruatur aliquis à peccato futuro, virtute ſcilicet huius Sacramenti quo pręſeruatur corpus à morte futura, quod quidem fit dupliciter: vno modo inquantum natura hominis interius roboratur, contra interiora corruptiua, & ſic præſeruatur à morte per cibum, & medicinam: Alio modo per hoc quod munitur contra exteriores impugnationes, & ſic præſeruatur per arma, quibus munitur corpus. Vtroque autem modo, hoc Sacramentum pręſeruat à peccato, nam primo quidem per hoc quod Chriſto coniungit per gratiam, roborat ſpiritualem vitam hominis, tanquam ſpiritualis cibus, & ſpiritualis medicina ſecũdum illud Pſal. 103. *Panis cor hominis confirmat*; Et Aug. dicit ſuper Ioan. ſecurus accede, pānis eſt, non venenum. Alio modo in quantum eſt quoddam ſignum paſſionis Chriſti per quam victi ſunt dęmones, repellit omnem dęmonum impugnationem, vnde Chryſoſt. dicit ſuper Ioan. vt leones flammam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus, terribiles effecti diabolo. Hæc S. Thom. Mirum eſt illud quod Ioſue 3. narrat ſacra Scriptura ſcilicet quod, vbi Arca teſtamenti attigit fluenta Iordanis, & ſteterunt aquæ, ac naturalem curſum, & impetum quo efferebantur ad ima, retinuerunt, quod miraculum cecinit Dauid Pſal. 113. *Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum*. Sed mirabilius eſt quod inuiſibiliter peragitur in anima circa paſſionũ turbam, vbi ipſam ingreditur hæc arca noui teſtamenti, in ſe continens illud manna diuinum, corpus ſcilicet, & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus ſacramentalibus; ita vt qui proſpiceret in aliquo homine ſubitam in melius mutationem, poſſet per accõmodationem, Dauidicum verſiculum ad illum transferre. *Quid eſt tibi mare, quod fugiſti, & tu Iordanis*, &c. Et percontando, exclamare quo ſuperbia, quo abijt, luſſuria, auaritia, omnis aliorum vitiorum colluuio. *A facie Domini, à facie Dei Iacob mota eſt terra*. Cordis ſcilicet duritia, vitiorum cęnum ſiccatum eſt, & Richard. Victor. 1. p. trac. 1. de extermin. mali, & promot. boni cap. 4. qualis quero ait, iſta conuerſio Iordanis, quam mirabilis quam laudabilis, totum impetum amoris, totam inundationem dilectionis, totam affluentiam delectationis, magna cum feſtinatione

Conc. Viẽ. — Ambroſ. — Cyprian. — Geneſ. 49. — Thom. — Pſal. 103. Auguſt. Tract. 26. — Chryſoſt. homil. 45. — Thom. Ioſ. 3. — Pſal. 113. — Mirabilis mutatio quæ fit in homine virtute huius Sacramenti pulchrè figurata. — Richard.

tione currere non deorſum, ſed ad ea, quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram, ita vt veraciter profiteri poſſis quia Iordanis conuerſus eſt retrorſum ſic ille. Vocat Præterea pulchrum ſpectaculum, ſatiſque iucundum, videre aquam maris fugientem, videre aquam Iordanis reuertentem, amaram recedere, dulcem refluere, amaritudinem deficere, dulcedinem redundare, nũquam ſolere fieri huiuſmodi miracula niſi ante veros Iudęos, niſi ante bonos Hebræos, ideſt confitentes mala ſua, & ab his tranſeuntes ad bona; Et quamuis loquatur hic auctor de mutatione quæ fit in homine virtute pœnitentiæ, optime transfertur ad illam, quæ fit virtute huius Sacramenti, quod digne ſumentes, (vt latius diximus ſupra) reddit cęleſtes, diuinos. Ecce quomodo animi motus compeſcit, perturbationes mitigat, paſſiones moderatur, bellum inteſtinum ſedat, internam pacem conciliat, animoſque noſtros (quoad eius fieri poteſt) tranquillat.

5 Armat etiam nos in perniciem, & deſtructionẽ diaboli; ita vt digne frequentantes hanc menſam, non ſolum ei illudere aſſueſcant, ſed ipſam quodammodo deuorare dicantur; iuxta illud Dauidicum Pſal. 73. *Tu confregiſti capita draconum, dediſtis eum eſcam populis Aethyopum*. In quæ verba Auguſtinus. Quid eſt hoc? quomodo intelligo populos Aethyopes? quomodo niſi per omnes gẽtes? & bene per nigros; Aethiopes enim nigri ſunt, ipſi vocantur ad fidem, qui nigri fuerunt ipſi prorſus, vt dicatur eis. *Fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*. Ipſi prorſus vocãtur nigri, ſed ne remaneant nigri; de his .n. fit Eccleſia cui dicitur. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata*? Et quomodo acceperunt iſti in eſcam draconem iſtum? Puto quia magis Chriſtum acceperunt in eſcam? ſed Chriſtum quò ſe conſumerent, diabolum quẽ conſumerent. Hæc Auguſtinus. & vtrumq; eſſe verum docet experiẽtia in veris ſeruis Chriſti, nam manducãdo corpus eius, & frequentando hanc diuinam mẽſam, ita exuunt veterem hominẽ cum actibus ſuis, vt nihil ſapiant terreni, nihil mũdani, ſed induunt Dominum Ieſum Chriſtum, viſcera miſericordiæ, & roborati virtute Sacramẽti, quę eſt menſa, qua accinguntur aduerſus omnes inimicos, tandem aſſueti victorijs, & ſuperandis tentationibus, ita deludunt dœmonem, vt videantur illum deuoraſſe, & prorſus ad nihilum redigiſſe, vt legere eſt in vita Antonij, qui licet principio multa ſit expertus, & inſidias, & artes diaboli, tãdem aſſuetus victorijs, factus eſt ita terribilis inferorum poteſtatibus, vt vel ſolo audito nomine ipſius, fugarentur; ita vt dœmonem viſus ſit, deuoraſſe.

Pſal. 73. — Auguſt. — Epheſ. 5. — Cant. 1. — Auguſt.

Quod ſi vis veluti clara luce videre praxim iam dictæ theoricæ, attende ſequentia, Chriſtus Matt. 26. Diſcipulis hoc ſacro cibo confortatis, inquit, *Surgite, eamus, ecce appropinquauit qui me tradet*; veluti ſi diceret, vires roburque aſſequuti eſtis, tanti Sacramenti virtute, propterea eamus, non dicit, ſurgite, fugiamus, ſed eamus, ſ. obuiam perſequutoribus illis, nempè ei qui me tradet, eiſq; quibus tradendus ſum. Vltro, alacriterq; pericula adeamus, animo ad mortem, omniumque tormentorum genera, quæ patri viſum eſſet perferenda, cibo illo cœleſti, obfirmati, quem Dominus eo etiã conſilio non modo ipſe immediatè ante paſſionem ſuã ſumpſit, ſed etiã diſcipulis, qui magnum paſſuri erant ſcãdalum, illa nocte, ſumendum diſtribuit; quo .ſ. confortati horrorem illum ingentem paſſionis, ac mortis, 6

Matth. 26. — Quã potẽs ſit hoc Sacramentum ad ſuperandas tẽtationes probatur tũ exẽplo Petri, tũ etiã Iudæ, ſed diuerſimodè.

quo viderat eſſe correptos, exueret. Sentiens Petrus has vires magnifica de ſe promittit, dicens. *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor*. Fides enim eſt, & ardens affectus erga Dominum, ait Hieronym., qui ſic eum loqui, cogit, quod ſi cadere permiſſus eſt, non iuſtè cauſamus aduerſus tantũ Sacramentũ; nam, vt inquit D. Tho. 3. par. q. 79. art. 6. ad primum, effectus huius Sacramenti reperitur in homine, ſecundum hominis conditionem, ſicut contingit de qualibet cauſa actiua, quod eius effectus recipitur in materia, ſecundum modũ materię, homo autem in ſtatu vię, eſt huius conditionis, quod liberum arbitrium eius, poteſt ferri in bonum, & malũ. Vnde licet hoc Sacramentum, quantum eſt de ſe, habeat virtutem præſeruatiuam à peccato, nõ tamen aufert homini poſſibilitatem peccandi. Hęc D. Thom. Quod igitur cecidit Petrus, eius liberum arbitrium, & ſtatum vię agnoſce; quod permiſſus eſt cadere, ignorantiam ſuæ infirmitatis in caſu conſpice; dũ ſuis viribus facere ſe poſſe pręſumit, quod abſque ſingulari Dei auxilio, facere non poteſt. Quod tandem fides, & ardens affectus, erga Deum (teſte Hieronymo) ſic eũ loqui coegerit, virtutem huius cœleſtis cibi, quo nuper erat cõfortatus, pręd[i]ca eius enim beneficio tribuitur effectus gratiæ actualis, inter cætera emolumenta ad excitandam deuotionem, feruorem charitatis, cũ peculiari ſuauitate, dulcedineq; ſpiritus, ad vitanda peccata; tentationeſque ſuperandas.

Hieron.

Thom.

7 Quid plura? tanta eſt Chriſti virtus in Euchariſtia ſumpti, vt potens ſit hominem erigere à quantumuis enormibus lapſibus. Cuius fuit maius vnquam caſus, quam Iudæ, qui ſe ſe temerariè in profundum coniecit malitiæ barathrũ; tamen adeò ſperauit de Euchariſtico nexu Diuus Leo, vt crediderit illo reuocandum Iudam in meliorem frugem, ſi paululum exequutionem diſtuliſſet vnde ſerm. 3. de paſſione, proditorem ad laqueum euolantem, alloquens, inquit, informis lęthi ſuſpendium diſtuliſſes, illa ſaltẽ à pręcipitio tuo, Sacramenta te reuocaſſent, quæ in Paſchali Cœna acceperas; ſic ille. Quid miſer ad laqueum feſtinas, cũ particeps fueris Cęnæ Euchariſticę; vides te lapſum, vides te mortifero caſu decidiſſe? Quid ni? Expecta pauliſper, potens eſt Euchariſtica cęna pręſumpta, te reuocare à tãto præcipitio. O quam nouerat id ſeductor diabolus, qui vt impulit in caſum, ſic vt vidit tanta Cœna refectum Iudam, facit illum feſtinare ad præcipitium, & ideo Ioan. 13. *Cum accepiſſet ille buccellam exiuit continuò* quæ tanta feſtinationis ratio? Eleganter D. Cyrill. lib. 9. Ioan. 19. tum moram, tum benedictionis virtutem timens; ne ſcintillam in animo eius accenderit, ac deinde illuminauerit, magna præcipitem agit diabolus celeritate; ſic ille. Ea enim eſt Euchariſticæ Cœnæ virtus, & efficacia, de qua ſperari poſſet, quod & lapſum Iudam reuocaret à præcipitio.

D. Leo.

Quare diabolus Iudã ſumpta Euchariſtia facit feſtinare ad præcipitium?

Ioan. 13.

Cyrill.

8 Experiebantur id maximè primi Chriſtiani, de quibus ſcriptum eſt; Actor. 2. *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communione fractionis panis, & orationibus*; adeo erant fortes in perferendæ pro Chriſto (quẽ toties ſumebant) morte. Vnde do infrequẽtia hoc noſtro tempore conquęrentes, quando tã rarò communicant, iuitque in deſuetudinem, quod tam ſanctè faciebant illi primi Chriſtiani; poſſumus illa Baruch verba c. 3. inclamare; *Ibi fuerunt Gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt ſtatura magna, ſcientes bellum*. Nunc homines inermes, nudi, puſilli, infirmitatis ignari, ſe

Actor. 2.

Quod fortes eſſent Chriſtiani primitiuæ Eccleſiæ ad ſubeunda martyria, acceptũ debet referri virtuti huius Sacramenti.

Baruch 3.

inui-

inuictos fore,promittunt, plena temeritatis fiducia, cum exiguo frangantur prælio,ſuccũbant. Quid miru tanto auxilio deſtituti. Cyprian. epiſt.54. Et alij cum eo Epiſcopi, negabat eſſe idoneum ad martyriũ, qui ab Eccleſia,non armaretur ad prælium,quia mens deficeret, quã recepta Euchariſtia non erigeret,& accenderet. Quos excitamus,aiunt Epiſcopi illi,& hortamur ad præliũ, non inermes,& nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis Corporis Chriſti muniamus, & cum adhoc fiat Euchariſtia,vt poſſit accipientibus eſſe tutela,quos tutos eſſe contra aduerſariũ,volumus, munimento Dominicæ ſaturitatis,armemus: ſic ibi. *Hic eſt panis cor confirmans, & Angelorum*, Hebraicè, *Fortium* in cuius fortitudine ambulamus, & tanquam gladius Gedeonis, imò Domini.

Cyprian.

Pſal. 103.

3. Reg. 19. Iud. 7.

9 Apoſtrophe ad Sacramentum Euchariſtiæ

Tantum igitur Sacramẽtum Venerantes cernui, omnes coniuncto dicamus ſtudio,nihil in nobis ipſis, nec in teſtimonio noſtræ conſcientiæ confidentes. *O ſalutaris Hoſtia.* Quæ es ablutio ſcelerum,fortitudo fragilium,contra omnia mundi pericula firmamentum, à qua nobis bona cuncta; tu ſitientium fons, tu eſurientium cibus, tu cœcorum lumen,tu triſtium cõſolatio; tu infantium lac, tu ſenum baculus,tu debilium fulcrum, tu viaticum viæ, tu præmium patriæ; te adiuuãte,lapſi ſtabũt,te ſuccurrẽte,afflicti eriguntur,te ſubleuante, perditi recreantur; te protegente non deſtituimur armis,ad arcendos hoſtes;te dirigẽte viam hanc(licet longam, & difficilem qua tenditur in Cœlum) non errabimus;te gubernante,euadimus huius mundi ſcopulos; tibi tribuunt nupti,matrimonij ſtabilitatem; tibi innupti cęlibem vitam,tibi præliantes,victoriam; tibi poſt bellum,partam pacem.Sine te nulla forenſibus reſpiratio, nulla vera in clauſtro quies. Quid plura? fons gratiarum proculdubio Crux eſt Chriſti, eiuſdemque glorioſa paſſio; Canales, quibus ad nos deducuntur,ſunt Sacramenta. Hoc Sacroſanctum Altaris Myſterium, iure optimo, Sacramentum dicitur Sacramentorũ, cæterorumque omnium epilogus, & compendium,vt ſatis oſtendimus cap.9. Reliquum eſt,vt ad illud omne genus hominum, tendat manus, clamanſq; dicat. *Da robur fer auxilium.*

PHARMACOPOLIVM Spirituale.

OPVSC. XL.

PROOEMIVM.

1 Inſtitutum huius Opuſculi.

PErcontanti quod nam ſit in hoc Opuſculo faciendi conſilium, quod uam ſit inſtitutum, dicã apertè Pharmacopolium cõſtituero, vnde habeant Chriſti fideles Antidota,parataq; remedia,ad animi morbos curandos,ad vitia, ſ. deteſtãda, ad ſanandum animorum ægritudinem, & mores peruerſos, cum melioribus commutandos; quare vocabulum remedij, vel antidoti,non cancellis ęquo anguſtioribus circũſcribendum exiſtimaui, ſed quemadmodum D.Auguſt.lib.de morib. Eccleſ.cap.27.to.1.Medicinam vocat,quicquid omninò corporis, vel tuetur,vel inſtaurat ſalutem,ad quã inquit pertinere nõ ea tantum,quæ ars exhibet eorum,qui propriè medici nominantur, ſed etiam potus, & cibus,tegmen, & tectum, defenſioque omnis,atque munitio, qua corpus noſtrum, aduerſus etiam externos ictus,caſuſq; ſeruatur,nam fames,& ſitis, & frigus, & æſtas, &

Auguſt.

quicquid extrinſecus grauiter infligitur, ſalutem corporis manere non ſinit. Ita hæc omnia ad ſpiritualem medicinàm transferentes, eius erũt partes adhibere medicamenta, non modo ad inſtaurandam, ſed etiam ad tuendam animorũ ſalutem, quare non ita preſsè, ſed latè ſumi volumus remediorum, & antidotorũ vocabula, quę in hoc Pharmacopolio aſſeuerari curabimus, ad omnem euentum, nam quemadmodũ boni Medici, inquit Chryſoſtom. homil. 30. in Matth. non vno curationis modo vtuntur, ſed cũ viderint primis remedijs, non eſſe depreſſum morbum, alia atq; alia, rurſus excogitant, & aliquando quidem ligantes membra, dolores doloribus excutiunt, aliquando verò incidunt, ita multis, varijſque medendi generibus, tandem corpus ad ſanitatem reducunt. Non aliter ijs, qui omni cura in animarum ſalutem volunt incumbere, ad manum debet eſſe Pharmacopolium, vnde ſpiritualia poſſint depromere antidota, multiplici curationis modo accõmoda.

Chryſoſt.

2 Hoc igitur in præſenti opuſculo mihi eſt propoſitum, nec me imbecillem, ægrumque animo puduit, rem tantam aggredi, nam & ſi pudor ſæpè in rebus operoſis laudem habet modeſtiæ, res neceſſariæ in pudore non habent pudoris commendationem, ſed ignauię crimen; Addam, & illud Cicer. cap. 5. de fin. teſte, veriſſimum; quod ſicut medicina valetudinis, ſic viuendi ars eſt prudentia, hæc autem, cum ex multis fiat experientijs, artis benè viuendi non erit ignarus, qui ſæpè vehemẽterque ægrotauit; Tandem ſi nõ modo Medico diligenti, prius quam conetur ægro adhibere medicinam, morbi cognoſcenda eſt natura, ſed iuuat, id ſcire ægrotum, vt non horreat violentis ſubijci medicaminibus ſi morbi ita poſtulat grauitas; non erit abs re, à grauitate morbi, quo afficitur animus, exordium ſumere, vt & ij, ad quos ſpectat, appoſitam adhibeant curationem, & cęteri, à quo illis cauendum ſit, ſciant, neue reſpuant, ſi fortè ægrotent, acriora re media, vt conualeſcant.

Cicero.

De grauitate peccati, quod eſt morbus animi.

Cap. I.

Tanta eſt pecati grauitas, tantaque huius morbi malignitas, vt vix mente concipi ne dum verbis exprimi poſſit, oportetque Auguſt. lib. 83. qq. quæſt. 26. tom. 4. teſte. Bonitatem cognoſcere Dei, vt quiſquis poſſit exiſtimare, quibus peccatis certa pœna debeatur, & hic, & in ſęculo futuro. Hinc benè infertur, quouſque videamus in Cęlo, quam bonus Iſrael Deus, non poſſe nos de peccati malignitate, eiuſdemque offenſa, exactam dicere ſententiam, quantumque demereatur, qui perpetratur peccatum. Dicam ſatius, quemadmodum clarè videntibus Deum (vnde, & comprehenſores dicuntur) adhuc ipſe cum ſuis attributis infinite manet occultus, ita ſuo modo Beati, apertis oculis malitiam videbunt culpæ, & ſimul cæcutient, cum in illum tendat qui etiam in Patria dicitur Deus ab ſcõditus, & quemadmodum Deus nomine carens, cum ſit ineff abilis, plurib. tamen appellatur nominib. vt multis, quæuis, vel exigua eius compareтur notitia, quæ non eſt data vni, cum nullum detur nomen proprium; infinitam eius æquans eſſentiam, ita & peccatum dicitur paraliſis, hydrops, lepra, infirmitas, iniquitas, malum, abſolutè prolatum, & innumeris 1

Auguſt.
Qui benè nouit bonitatẽ diuinã, poteſt de malignitate peccati æquam ferre ſententiam.

alijs

Malignitas peccati de infinitate contendens cum bonitate diuina.

alijs in ſacro eloquio appellatur nominibus cum non poſſimus vno, proprio nomine eius aſſequi malitiam, vtpotè ineffabilem, & de infinitorum genere, cum bonitate diuina de infinitate contendentem. Quod ſi Deus (ſicut latius diximus cum de eius incomprehenſibilitate) negatiuis melius explicatur nominibus, ſic fatentes, eo perfectius à nobis in hac vita ipſum cognoſci quò dilucidius quid non ſit oſtendimus; ita etiam nullum nomen ad exprimēdam peccati malignitatem magis appoſitum, quam ea negatio, quæ bona negat omnia, Ioannis 1. *Sine ipſo factum eſt nihil.* Quod quidem Origenes ad pecatum refert. Alludit his omnibus Dauid Profeta, qui remiſſionem à Deo petens ſuorum peccatorum, ſic ipſum alloquitur, *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.* Sed numquid dicet aliquis manifeſta non vult ſibi remitti peccata? an forſitan occultorum peccatorum venia à ſolo Deo danda, eorum, quæ ſunt manifeſta alteri comiſſa? Nequaquam ab omnib. peccatis illis verbis petit mundari, & tamen, inquit, delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, nam, vt indicat Auguſtinus, & Ambroſius. Omnia peccata illa ratione poſſunt dici occulta, quia quanta ſit eorum malitia, intellectus creatus vix poteſt percipere.

Ioan. 1.

Pſal. 18.

Auguſt. Pſal. 18. con. 2. Ambroſ. Pſal. 50. v. 5

2 Ardua igitur res eſt, peccati pondus librare, illiuſque malitiam omninò cognoſcere, & tamen res eſt neceſſaria, nam, vt inquit, Auguſt. ſerm. 9. de litan. *Peſſimum genus peccati eſt, non intelligere peccata*; quin etiam illa inter cęteras quas conſtituere ſolet Deus peccatori pœnas ob commiſſum peccatum, videtur maxima, diuina eum priuare illuſtratione, qua turpitudinem poſſit apprehendere peccati eiuſque priuari opitulatione, qua phantaſia ad hoc applicetur, & iuuetur, vt poſſit, talis appræhēſio, (vt par eſt) eſſe diuturna, qua quidem non ſuppeditante, actum eſt de peccatore, ſpem omnem amittit ſalutis. Demus igitur operam diligenter, vt hanc notitiam conſequamur, neque conabimur fruſtra, nam idem Dauid Pſalm. 50. qui dixit, delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine eam ſe eſſe (quoad eius fieri poteſt) aſſequutum, fatetur illis verbis. *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper*, atque vt res ex ſententia ſuccedat, illa incedendum via, qua itur ad Diuina, & quemadmodum dicente Apoſtolo Rom. 1. *Inuiſibilia, Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellectu conſpiciuntur*. Ita ſi recogitemus corde, damna, quæ facit peccatum, Regiam inueniemus viam, ad cognoſcendam malignitatem peccati.

Auguſt.

Peſſimum genus peccati eſt non non intelligere peccata.

Pſal. 50.

Rom. 1.

3 Ita repugnat (vt hinc incipiam) noſtræ naturę intellectuali hoc mōſtrum, vt ſemper corde, & ore debeamus illa proferre, omni admiratione digna, verba, quid nobis comercij cum hoc damnoſiſſimo hoſte? & vt cum Paolo Apoſt. 2. Corint. 6. loquamur. *Quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autē conuentio Chriſti ad Belial, aut quæ participatio Iuſtitiæ cum iniquitate?* Quanta ſit harum rerum repugnantia docet; quod de dracone, (apoſtata inquam Angelo) in Apocalypſi cap. 3. reperitur ſcriptum de quo dicitur. *Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum, & miſit eas in terram.* Vbi Hugo Cardinalis obſeruauit verbum illud, *trahebat*, quod quandam violentiam induit, (eſt enim tractio iuxta Philoſ. quædam, motus violenti, ſpecies) vnde optimè colligit peccatum eſſe veluti quandam, quæ ſit rationali naturæ violentiam, cuius

Quantum repugnet peccatum noſtræ naturæ intellectuali.

2. Cor. 6.

Apoc. c. 3.

Vgo Card.

ius eſt ſecundum rationem viuere, & quemadmodum lepidè illa verba Pſalm.21. *Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre*. Quæ Cyrillus Hieroſolymitanus Cathec.12. Auguſt. Epiſt.120. cap.12. Ambroſ. Epiſt.81. & alij de Chriſto intelligunt, qui à matris viſcerib. non manu homnis, ſe obſtreticāte Dei virtute, auulſus eſt. Ad illud referunt nonnulli quod Chriſtus repugnanter, & quaſi vim paſſus, ex vtero matris, in quo tam ſuauiter, tamque placidè quieſcebat, ſit egreſſus, tot laborib. ærumnis, & cruciatib. exponendus; ita ea loquendi forma. *Trahebat tertiam partem ſtellarum*. Vis quædam ſignificatur, quā lucifer ſuis intulit ſequacibus dum illos à virtutis culmine ad peccati ſtatum, ſuo traxit exemplo. Concinit D. Thomas, p.2. quæſt. 63. art.1. qui inquit. *Virtus eſt homini naturalis ſecundum quandam incboationem &c. in quantum in voluntate ineſt quidem naturalis appetitus boni, quod eſt ſecundum rationem*. Res eſt tam clara, vt ſi dixerim, hominem peccando, ſe exuere natura humana, per ſacram Scripturam id dicere licebit, quæ hominem definiens ſic, inquit, Eccleſ.12. *Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo*. Ergo qui tranſgreditur mandata Dei, & abijcit peccando hunc timorem, nihil habet humani, deſinit eſſe homo; confirmant id Victorinus, & alij dicentes, hoc præſtando homo, ſe præſtat hominem, non belluam, ad paſtum natam, ſed hominem ad intelligendum, & agendum, (vt Philoſ. dixit) quaſi mortalem quēdam Deum. Conſentit cum his omnibus quod de Iob dicitur. *Erat vir ille ſimplex, & rectus*, vbi ſeptuaginta legunt. *Et erat ille homo verus*. Vnde inferunt Origenes, & Chryſoſt. eum verum hominem dici, qui diuinam in ſe ſimilitudinem, ad quam eſt conditus prauis morib. non confuderit, neque corruperit; & diuinam imaginem ſuo animo impreſſam, flagitioſè viuendo, non affecerit iniuria; ſecus non cenſebitur verus homo, ſed falſus, aut ſimilitudinarius, comparabitur enim iumentis inſipientib. & ſimilis factus eſt illlis. Improbi inquit, Origenes, non ſecus quam picti, falſi ſunt homines, nam velut hiſtrio habitu, & corporis figura, ementitur hominem, ratione vtentem, & diuinam ſimilitudinem prauis actionib. obſcurantem, hæc ille. Quod ſi dixerim hominem non ſolum mente deſtitui ob peccatum, ſed etiam ſenſu, ſermonem pariter diuinum habebo authorem Iſaias enim de hominibus faſtoſis, ſuperbis, viribus ſuis, & diuitijs cōfidentibus mundo gloria, atq; dignitate ſpectabilibus, verba faciens, ita inquit. *Quia dies Domini exercituum ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos, & ſuper omnem Turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum, & ſuper omnes naues, Tharſis*. Metaphoricè per hæc tranſlata nomina, à rebus inſenſibilibus, huiuſcemodi homines intelligēs, & merito, nam homo peccando, & in peccato perſeuerans, nec ſe præſtat hominem, nec rem ſenſibilem. Dicā melius magis à peccatore videtur abeſſe ſenſus, quam ab ipſo mortuo, nam ad diuinæ vocis ſonitum reſurgent mortui iacentes inſepulchris, audient eandem diſperſi per orbem cineres, congregabunturq; ad clangorem nouiſſimæ tubæ, & tamen hoc ſonitu ſæpè obſurdeſcit peccator, ita illum hebetem, & obtuſum reddit culpa, vt ſenſu, & cognitione ipſi quodammodo præſtent cuncta creata, nec ipſis lapidibus exceptis. Ad rem noſtram videtur facere concinna illa deploratio Gregorij Papæ homil.10. in Euangelio (pau-

Pſal.21. Cyrill. Hieroſolym. Cathec.12. Auguſt. Ep.120.c.12 Ambroſ. Ep.81.

Thom.

Eccleſ.12.

Iob c.1.

Peccator in ſacra Scriptura non dicitur homo verus.

Pſal.48.

Iſai.2.

Greg. Papa

(paucis mutatis verbis) dicentis, Deum hunc, Cœli eſſe, cognouerunt, quia ſtellam protinus miſerũt, mare cognouit, quia ſub plãtis eius, calcabile ſe præbuit, terra cognouit, quia eo moriente contremuit, Sol cognouit, quia lucis ſuæ radios abſcondit, ſaxa, & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt; Infernus agnouit, quia hos, quos tenebat mortuos, redidit; & tamen hunc, quem omnia inſenſibilia elementa Dominum ſenſerũt, adhuc peccatorum corda, Deum eſſe quaſi non agnoſcunt, & duriora ſaxis, ſcindi ad pœnitendum nolunt.

Gregor.

Marc. 16.

Quod ſi eodem Gregorio homil. 29. in Euang. teſte in illa verba Euangelij Marc. 16. *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, omnis creaturæ nomine ſignificatur homo, quia omnis creaturæ aliquid habet homo, habet enim commune eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus; ſentire cum animalibus, intelligere intelligere cum Angelis, & peccator intellectu non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei cum Angelicis ſpiritibus; ſenſu, & cognitione illi præſtant animalia, ad diuinæ vocis ſonitum non ſcinditur cum lapidibus: ergo homo peccando, exuit non modo humanitatem, ſed etiam omnem entitatem; meritoque poteſt dicere cum Dauid præfatas experto miſerias Pſalm. 72. *Ad nihilum redactus ſum, & neſciui*.

Peccator induratus exuit omnẽ entitatem.

Pſal. 72.

Ita igitur repugnat naturæ rationali peccatum, vt ipſam veluti deſtruat, & vt ita dicam, annihilet: applaudunt mirificè his quæ diximus verba illa Iob cap. 7. *Nec cognoſcet eum amplius locus eius*. Si Gregorij lib. 8. mor. cap. 8. nitimur expoſitioni, qui inquit, locus quippe hominis, ſed non localis, ipſe ſcilicet cõditor extitit, qui hunc, vt in ſe contineret creauit, &c. Vnde notãdum ſummopere eſt, quod non ait neque cognoſcet amplius locum ſuũ, ſed ait, neque cognoſcet amplius locus eius, dum enim cognitio non homini, ſed loco tribuitur, patenter ipſe conditor loci nomine deſignatur hæc Gregorius. ad cuius verba ſatis dicitur appoſitè, quod peccãte Adamo non ſine miſterio, ſtatim eſt introductus hic locus inquirere locatum Gen. 3. *Adam vbi es?* Quaſi nuſquam eſſet, nam cum ob culpam factus eſſet nihil, deſijt eſſe in loco, id enim quod non eſt, non habet vllum vbi conſiſtat locum; conſentit Philo Hebræus, lib. 2. allego qui inquit. Adam ad hanc compellationem. *Adam vbi es?* reſpondere poſſet, nuſquam: nullum enim locum habet mali hominis anima, cui vel inſiſtat, vel inſideat, ideo malus Grecè dicitur ἄτοπος Sic enim appellant malum, cuius nuſquam vſus eſt, talis autem eſt homo inutilis, fluctuans ſemper, & agitatus, vaguſque, in morem incerti flatus, nullius omninò amicus conſtantis ſententiæ. hæc ille: ex qua Philonis commentatione notandum etiam, quanta ſit mentis inconſtantia peccatoris, qui ſine loco dicitur, quem vſquam in aliquo certo, & præfixo loco, aut rationis iudicij termino, ac limite, vel ipſe Deus; qui videt, & nouit omnia, non inueniat; ſed quærat, vbi nam ſit *In circuitu enim impius ambulat*, & à peccato in peccatum inquieto motu circumuoluitur in miſeriam hominis peccatoris, nulla dignam miſericordia, cum ſit voluntaria.

Iob c. 7. — Gregor. — Geneſ. 3. — Philo Hebr. — Pſal. 11.

Quod, ſi ita aduerſatur homini peccatum, quid dicam de homine iuſto, quem iuſtificationis gratia reddit templum Dei, habitaculum Spiritus ſancti, totius Trinitatis Cœlum portatile, quod ſi de quolibet iuſto ſcriptum eſt Matth. 13. *Iuſti fulgebunt ſicut ſol in Regno Patris eorum*. Videre maculam in ſole quid horren- 4

Quam horrendum, & naturæ rationali repugnãs videatur peccatum homini iuſto. 1. Matt. 13.

horrendius? non poterit intueri huius fulgentis ſyderis admiranda facies ſuo orbata lumine quando im-
Luc. 21. minente vltimo Dei iudicio Lucæ
Matth. 24. 21. Matth. 24. *Sol obſcurabitur*. Quin. *Areſcant homines præ timore*. Quin. *Virtutes Cœlorum commoueantur, & plangant omnes tribus terræ*, & ſiccis oculis videbunt Angeli pacis cor iuſti, peccati macula, ita immutatus, vt illius vi, mores, & affectus repente ita ſint inuerſi, vt ex puro impurus, ex ſancto, peccator, ex ſpirituali, carnalis, ex angelico animalis, ex cęleſti, terrenus, ex diuina conſorte naturæ in veterem, vilitatem degenere cōuerſatione reuerſus à Dei lumine eiectus, & Regno, translatus ſit in poteſtatem tenebrarum; ille cui girabat ſol iſte viſibilis, cui voluebatur Cęlum, æſtuabat ignis, ſpirabat aer, ſub cuius plantis calcabile ſe prębebat mare, terra in æternum ſtabat, ſeruiebant creata cuncta, mancipio datus diabulo, & Angelis eius, Torres in ignem conijciendus inferni; tanta hæc peccati methamorphoſis in anima iuſti, vt ad fletur nata ſit imānima iuſti, vt ad fletum nata ſit impellere qui flere neſciunt Angelos
Iſai. 33. pacis, iuxta illud Iſai. 33. *Angeli pacis amare flebunt*. Illa vſurpantes
Thren. 4. verba Thre. 4. *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuarij, in capite omnium platearum, filij Syon inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli*.

5 Illud nō præteribo ſilētio (cuius videbar oblitus) ad rem noſtram ſatis appoſitum quod inquit, Dauid
Pſal. 18. Propheta Pſalm. 18. *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo*, vbi per peccata occulta à quib. mundari deſiderat peccata leuia intelligit, in quæ latenter, & quaſi furtim incurimus, ſine quibus

Peccata grauia præſertim ſuperbiæ, & idololatriæ quā ſint re-

vita humana non ducitur; nam illa omnino, & omni ex parte vitare nulli, aut certè pauciſſimis datum eſt; per aliena, de quib. ſubdit. *Et ab alienis parce ſeruo tuo*; hoc eſt (vt exponit Agellius noſter) retrahe, retine, cuſtodi ſeruū tuum; ne in ipſa labatur, intelligit peccata grauia, vt ſuperbiæ, omnis culpæ radicis, & originis; vel idololatriæ qua alienos Dominos, & falſos Deos colimus: Iure autē peccata talia quib. à Deo auertimur, & longè ab eo ſimus diſſiti, aliena peccata vocat, nam ſunt ita ab homine aliena, & naturæ humanæ ita repugnantia, vt hominem, & hæc peccata ſimul exiſtere, quaſi inuoluat contradictionem, hæc Dauid Propheta, qui è ſuggeſtu poteſt iſta docere, cum idem ipſe vbertimos expertus ſit gratiæ fructus, & detrimenta peccati.

pugnantia naturæ humanæ oſtenditur teſtimonio Dauid.

Dicant etiam Sancti Patres, gratiæ, & ſanctitatis ſemel habitę, optimi cuſtodes, quāta ſit harum rerum repugnantia, iuſtitiæ, & iniquitatis 6
Baſilius orat. 3. de Iud. & in Pſal. 33. inquit, peccatorum ſordes tantum inijcere pudorem his, quos deturpant, vt putet, fore grauiorem impijs, quam tenebras, & ignem æternum, pluſque torquendos iniquos culparum maculis in extremo iudicio, cum illis ante oculos fuerint propoſitæ, quam cum fuerint Gehenæ traditi, cruciandi in æternum. Baſilius.
Chryſoſtomus hom. 6. ad pop. quærēda docet potius ſupplicia, & mala pœnæ quam ſuſtinendam verecundiam peccati, hanc minimè ſuſtinentes Phariſæi iuxta multorum ſententiā ſolam reliquerunt mulierē depræhēſā in adulterio, Ioan. 8. etenim Dominus ſcribens in terra peccata exprimebat accuſantium. Chryſologus ſerm. 13. in fine, inquit, ita eſſe immundum peccatorem, dęmonium habitaculum, vt porci, etiam ſi immundi ſint, & luto

Idem argumentū confirmatur authoritate Sanctorum.

Chryſoſt.

Ioan. 8.

Chryſol.

luto inuoluãtur, quolibet cœno immundiorem iudicent, dęmonum ſocietatem, Marc. 5. dum potius ſe in mare deijciunt, quam dęmonibus hoſpitium præbere. Auguſtinus in communibus ſermonibus ſerm. 9. ſi hic peccati pudorem, & illic cernerem inferni horrorem, & neceſſario vni eorum haberem immergi, prius me in Infernum demergerem, quã peccatum in me committerem; & rurſus quaſi prioris dicti rationem addens, mors, & tormenta ait, & quælibet tormenta tandem ſunt, & in ſe fœda non ſunt, quia ordinata ſunt; peccatum habet in ſe fœditatem ſuam, & in ſe trahit æternam infęlicitatem. Anſelmus lib. de ſimilitud. cap. 190. non ſolum cum Auguſtino ſentit eandem dicens ſententiam, ſed addit, mallem à peccato purus, infernum intrare, quam peccati ſorde pollutus, Cęlorũ regna tenere. Quod ſi citati Auctores ſordes non nuncuparunt peccati venialis, id pręſtitit Beata Catharina Genuenſis, ſæpè dicere ſolita, malle ſe potius pati pœnas inferni, quam vnum committere peccatum veniale. Neque mirum quod ita dixerint Sancti, qui gratiæ theſaurum tàm ſollicitè cuſtodiebant, & ſanctitatis decorem, & gloriam in ſe ipſis experiebantur, cum tanta ſit turpitudo peccati, vt etiam creaturas, quę peccare non poſſunt deturpet, & vitiet, quod pleriq; ex recentiorib. per ſingula oſtẽdunt creationis opera, quæ opificio ſex dierum à Deo ſunt facta. Quin etiam conflagrationis ignis, qui præcedet Iudicium, illæ potiſſimum erunt partes mundum, ſcilicet expiare per infinita hominum, & dęmonum peccata, per carnales, & ſpirituales ſpurcitias, tot ſæculis inquinatum: vnde priuſquam ad gloriæ renouaretur ſtatum decens erat, ſicut olim aqua, ita tunc igne expiari. Huc ſpectat

Marc. 5. — Auguſt. — Lib. medit. — Anſelmus. — Quam ſordidum ſanctis peccatũ veniale. — Aloyſ. Nauar. ĩ ſelec. ſacr. excur. 18. — Cornel. in cap. 6. Geneſ. num. 7. — Bald. Paez in Cãt ma. Moyſ. text. 3 annot 11. num. 3.

quod inquit Rupertus lib. 1. in Geneſ. cap. 11. quem ſequuntur Eugubinus lib. 7. de per. philoſ. Suar. lib. 1. de Angel. cap. 4. num. 6. & alij, Angelos in Cœlo Empireo non fuiſſe creatos, ad illius enim loci excellentiam, & dignitatem pertinet, vt ſemper fuerit omnis peccati labe immunis, neque enim veriſimile eſt, vt Deus cui tam graue olet peccatũ, vbi ſedem ſuæ maieſtatis, & gloriæ, æternũ locauit, ibi vnquam permiſiſſe peccari, nec vel vno momẽto, tantam turpitudinis labẽ in Empireo ſuſtinuiſſe, Cœlum illud non prius ingreſſi ſunt Angeli, quam in ſtatu conſtituẽtur impeccabili. Applaudit huic ſentẽtiæ Hieronymus lib. 6. in illa verba Iſaiæ cap. 14. *In Cœlum aſcendam*; quæ prius dicit poſſe referri ad primum Angelorum lapſum, & deinde interrogat, ſi adhuc in Cœlo poſitus, quomodo dicit *Aſcendam in Cœlum*? Et reſpondet, ſed quia legimus Cœlum Cęli Domino, cum eſſet in Cœlo, ideſt in firmamento, in Cœlum, vbi ſolium Domini eſt, cupiebat aſcendere.

Rupertus. Eugubin. — Suar. — An Angeli in Cęlo Empireo fuerint creati. — Hieron.

Suadetque id etiam, nam ad locum dictũ, pacis viſio, qui vnquam habiturus erat aditum, qui grauiſſimum Regi pacifico infert bellum, ipſumq; perdere nititur? nullus enim eſt bellator, qui decertare audet cũ Deo, niſi peccator, nec alijs illũ pręmit armis, quã peccatis. Vide quot modis, vel vna culpa ipſum offendat, & cõtemnet. Primo, vt legiſlatorem, quatenus non curat eius leges illas liberè violãdo, idque præſente Deo, & ſpectãte. Secundo, vt vltimum finẽ, & beatitudinis obiectum; ad quod tendere debebat; quaſi nihil ducens, illud æternum amittere bonum, vt conſequatur temporale. Tertio, vt conditorem, cum omnib. beneficijs, quæ nobis contulit in creatione; hæc omnia 7

Quot modis peccator Deũ offendit.

nihil

nihil curat, vt ſuo obſequatur animo; quod peccatum Hebręorum populo exprobat Moyſes dicens Deuter. 32. *Hæc cine reddis Domino Popule ſtultè, & inſipiens? numquid non ipſe eſt Pater tuus qui poſſedit te? & fecit, & creauit te?* Quartò, vt Redéptorem, cum omnibus redemptionis beneficijs: huc referri poteſt illud Apoſtoli ad Hebr. 10. *Irritum quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur, quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinẽ teſtamenti pollutum dixerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ, contumeliam fecerit?* Quintò, vt Iudicem cum omnibus ſuis minis, & ſupplicijs, quæ poteſt irrogare, quæ omnia cenſetur contemnere, cum illarum conſideratione non moueatur, vt à peccato abſtineat. Sextò, vt amicum, nam quãuis peccando eius amicitiam amittat, & beneuolentiam, fiatq; illi inimicus, non magnopere laborat. Septimò, eius benignitatem, & longanimitatem, quà illum ad pœnitẽtiam expectat, quod maximè habet locum in ijs, qui, vel diù in peccato manent, vel ſæpè peccant; Huc pertinet illud Apoſtoli ad Rom. 2. *An diuitias bonitatis eius, & patientię, & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Omitto cætera attributa, omnipotentiam, ſapientiam, ſanctitatem, immenſitatem, æternitatem, iuſtitiam, miſericordiam, prouidentiam, &c. hæc omnia homo contemnit peccando, horum enim ſingula, vt concipiuntur à nobis, peculiarem quandam poſtulant reuerentiam, exiguntq; honorem, eorumque conſideratio nos à peccato absterrere merito deberet.

Deuter. 32. — Hebr. 10. — Rom. 2.

8 Dicam paucis; tanta eſt peccati virus, vis tanta, vt non modo lædere, verum etiam, quod in ſe eſt, appetat, & conetur deſtruere Deum; quod ſi Ariſt. lib. 2. Rethor. cap. 5. inquit. *Non enim cuncta timemus mala, ſed quæcumque magnos dolores, vel corruptiones adducunt, & quæcunque ingentes videntur habere vires corrumpendi, aut ita nocendi, vt nocumentum ad ingentem tendat dolorem.* Merito, peccatum maximum Deo afferre doloré, in ſacro dicitur eloquio, Geneſ. 6. *Videns quod multa malitia hominum eſſet in terra*, & ideo. *Tactus dolore cordis intrinſecus*, quod vnico verbo dicitur in Hebręo, *Indoluit in corde ſuo.* Quaſi Deus timeat peccatũ, vt ſui deſtructiuum; nec immeritò ad peccatorum odium, & prauam hanc peccati vim declarãdam, dicitur Deus ad bellum procedere non armis tantũ, quæ offenſiua dicantur, cum Sap. 5. *Sumit armaturam zelus illius.* Cum *Vibrat gladium.* Cum Pſal. 7. *Tendit arcum, paratque ſagittas.* Sed illis munitas, quibus ſe tueatur, & defendat ab ictibus ſcęlerũ, nam vt dicitur lib. Sap. 5. *Induet pro thorace Iuſtitiam, accipiet pro galea Iuditium certum ſumit ſcutum inexpugnabile, æquitatem.* Nam ſi Deus lædi poſſet, non alio, quam peccato, & ſcęlere ſuarum creaturarum, læderetur, verum, vt ſimul ſignificetur eſſe inexpugnabilis, nullique damno obnoxius, armarium vnde ſumuntur ad belligerandum arma, nullũ aliud dicitur eſſe, niſi ipſiuſmet eſſentia eiuſdemque attributa, vt quiſque intelligat, Deum ſua virtute inuictũ eſſe; non externo aliquo munimento.

Ariſt. — Geneſ. 6. — Sap. 5. — Pſal. 7. — Sap. 5.

At ſi de gloria Dei externa ſit ſermo, quæ eſt clara cum laude notitia multorumque, vt ait Seneca lib. 3. epiſt. iudicijs cõſtat, verè eam lædit peccator, nam, ſicut illi aliqua poteſt extrinſeca fieri acceſſio per realem earum rerum additionem, in quibus talis gloria dicitur conſiſte- 9

Seneca.

re,

re (quo enim ſunt plures filij Dei à quibus cognoſcitur amatur, & laudatur, eo maior eſt Dei gloria,) ita cum peccator operibus eius malignis minuat hunc numerum, merito eius opera, ſuam gloriam diminutam, quaſi dolet Deus, vnde illud Nathan ad Dauid 2.Reg.12. *Blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc*, ideſt ob perpetrata crimina homicidij, & adulterij. Et ipſius Dei apud Iſaiam cap.52. *Dominatores eius iniquè aguntur, & iugiter tota die nomen meum blaſphematur.* Tamque læditur hac iniuria Deus, vt ipſam diutius ſuſtinere nõ valens, tandem decreuerit armare creaturam omnem in vltionem, ſicut ſcriptum eſt Sap.5. *Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.* Quod ſi vis ſcire vim percuſſionis, & genus, quod peccator peccando è manibus Dei extorquet, audi Dauid dicentem. Pſalm. 77. *Percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, opprobrium ſempiternam dedit illis*; quæ verba iuxtà Hugonis tropologiam, rei noſtræ ſatis accomodam, illum habent ſenſum, percutit Deus in poſteriora impios, hoc eſt in nouiſſimis eorum, quibus ſæpè parcitur in anterioribus, i. in præſenti tẽpore, & confundit vehemẽter, quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. Sunt qui dicunt, Deum in poſteriora, ideſt proditoriè inimicos percutere, ſic enim excandeſcit in peccatores Deus, vt dummodo percutiat, non vereatur contra certaminis leges, à tergo percutere, & veluti proditoris nota inuri; propriumque honorem ferè in diſcrimine verſari, (quæ quidem obiter ſint dicta) ſi tamen de improuiſa morte, quæ ſæpè in peccati pœnam peccatorem aggreditur, methaphoricè intelligantur, veriſſima non tamen hæc eſt Dauidis ſententia.

2.Reg.12. Iſai.52. Sap.5. Pſal.77.

10 Vidimus hucũque malignitatem peccati, verum, vt magis pateat nunquam dici ſatis deplorandam, hoc ipſum agamus rationib. Theologicis.

Id ipſum confirmatur rationib. Theologicis.

Cap. 2.

1 TAnta eſt peccati macula, vt ad ipſum expiandum virtute opus fuerit infinita, tantaque infertur Deo à peccatore iniuria, vt de ipſo nullus potuerit cumulate ſatisfacere perfectè, & (vt Theologi recentiores loquuntur,) ſecundum omnes leges rigoroſæ ſatisfactionis, niſi Deus. & quamuis falſa ſit illa reduplicatiua Deus, vt Deus principium eſt tam perfectæ ſatisfactionis, neceſſarium tamen fuit, vt id à Deo quidẽ præſtaretur, quatenus tamen alienam ſuſtẽtaret naturam, & omninò à perſona diuina, humanam aſſumẽte naturam, quod paſſim teſtantur Patres, atque ſcholaſtici Theologi.

An ſit verũ dicere Deus vt Deus eſt eſſe principiũ ſatisfactionis rigoroſæ.

2 Leo, ſerm. p. de natiu. niſi eſſet Deus verus, vtique non afferret remedium, niſi eſſet homo verus, non præberet exemplum, & ſerm. 12. de paſſ. idem, quia ergo primi hominis vniuerſa poſteritas vno ſimul vulnere ſauciata corruerat, nec vlla ſanctorum merita cõditionem poterant illatæ mortis euincere, venit de Cœlo medicus ſingularis &c. & rurſus Epiſt. 83. quæ reconciliatio eſſe poterat, qua humano generi propitiaretur Deus, niſi omnium cauſam mediator Dei hominumque ſuſciperet? Baſilius ad idem cõprobãdum affert illa verba Pſal. 28. *Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur*

Leo. Idem. Idem. Baſil. Pſal.28.

riantur, frater non redimit, redimet homo, non nudus, inquit, homo redimet, ſed homo Deus Ieſus Chriſtus, qui ſolus potuit dignam redemptionem afferre.

Fulgent.

Fulgentius lib. de incar. & gratia cap. 4. nullatenus humana natura ad auferendum peccatum ſufficiens atque idonea fieret, niſi vnione verbi Dei.

Agapitus Papa.

3 Agapitus Papa, in Epiſt. antig. quæ reconciliatio, inquit, eſſe poſſet, qua humano generi repropitiaretur Deus, ſi hominis cauſam mediator Dei, & hominum non ſuſciperet? ac ſi diceret non niſi imperfecta; eodem ſenſu dixit Anacletus Papa, Epiſt. 2. decret. Deum factum eſſe hominem, vt virtutis ſuæ potentia, nos liberaret, ſcilicet perfecto modo, Athanaſius lib. de Incar. Verbi circa princ. cum enim, inquit, Patris ſit verbum, & ſupra omnes, merito etiam ſolus omnia recuperare potuit, & idoneus fuit, qui pro omnibus pateretur, ac apud Patrē intercederet. Idē de human. Verbi ante med & ſerm. de cruce, & paſs. Domini inter alia, inquit, cum videret malitiam intolerabilem, neque mortale genus idoneum eſſe, quod morti reſiſteret, neque pœnam ſuorum malorum perſolueret, nam exceſſus malitiæ tranſcendebat omne ſupplicium, videnſque ſimul Patris bonitatem, & quam ipſe idoneus eſſet, & potens, commotus fuit ſua humanitate, & miſertus eſt noſtræ imbecillitati, & iterū orat. 2. contra Arian. ſi Deus homo factus non fuiſſet, nunquam nos à peccato vindicati, ex mortuis ſurrexerimus.

Anacletus Papa. Athanaſ. Ibid.

August.

4 Auguſtinus, in Enchirid. c. 108. lib. 9. de Ciuit. Dei cap. 17. & latè ſerm. 8. de verbis apoſt. cum ante dixiſſet non eſſe confidendum in homine, rationem affert, nam neque per ipſum liberaremur vnum mediatorem Dei, & hominum hominem Chriſtum Ieſum, niſi eſſet Deus, & multa ſæpè in hanc ſententiam.

Ambroſ.

Ambroſius lib. 4. in Lucam circa princ. quis tantus eſſet dux, qui prodeſſet omnib. niſi ille, qui ſupra omnes eſt? quis me ſupra mundum cōſtitueret, niſi qui maior eſt mundo, & ſupra omnes eſt? quis me ſupra mundum, &c.

Damaſcen.

Damaſcenus lib. 3. cap. 5. & 19. dicit, actionem Chriſti, & paſſionem, ideo fuiſſe ſalutiferam, quia diuina erat, neque enim inquit, conuenire poterat actioni humanæ, puri hominis. id eſt Cyrill. Alex. lib. de incar. ver. cap. 21. & lib. 2. Theſaur. cap. 11. & 4. de Trin. circa prin. in exegeſ. ad Valer. negat Chriſtum potuiſſe afferre cōdignum pretium pro noſtra redemptione, niſi eſſet verus Deus; & idem exponens verba illa Iſaiæ. *Cuius liuore ſanati ſumus*, quo pacto, inquit, vnus pro omnibus mortuus, iuſtum pro omnib. pretium eſoluere potuit; ſi per paſſionem illam puri cuiuſdam hominis fuiſſe dicamus?

Cyr. Alex.

5 Idem confirmant omnes Patres, qui illud principium, tanquam manifeſtum aſſumunt ad perfectum modū redemptionis noſtræ, & æquitatem iuſtitiæ ſeruandam, neceſſariam omninò fuiſſe hypoſtaticam vnionem, quin etiā addit Ricchar. lib. de Incar. Victo. non ſolum Deo ſed etiam hominib. ſe ſubdidiſſe Chriſtum, & in manus peccatorum fuiſſe traditum, & factum opprobriū hominum, vt in illa improportione ſeruaretur forma æqualitatis, quia ſicut per peccatum infimum eleuatur ſupra ſummum, ita per Chriſti ſatisfactionem, ſummum deprimitur ſuptus infimum. Indubitatum igitur eſt apud Patres, & etiam Doctores ſcholaſticos, quos in re tam clara, ſuperfluum puto recenſere, à

Richard.

nullo

Digitized by Google

nullo homine de tali iniuria potuiſſe Deo cumulatè ſatisfieri, niſi idẽ eſſet perſona diuina, imò huius rei apud Scripturam aperta habentur Act. 4. teſtimonia Act. 4. *Nec eſt aliud nomen ſub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, &c.* Rom. 3. Rom. 3. *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem, in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum, &* Hebr. 5. Et illud Hebr. 5. *Et quidem cum eſſet Filius Dei, exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Quæ verba illum, etiam poſſunt habere ſenſum, vt nomen, *reuerentia.* Non ſolum actiuè, ſed etiam paſſiuè, hic accipiatur, hoc pacto exauditus eſt Chriſtus à Patre, quia reueritus eſt patrem, quia reuerenter, & obedienter erga patrem ſemper omnia geſſit, item magis ad rem noſtram. *Exauditus eſt pro ſua reuerentia*, qua ſcilicet Chriſtum, tam erga ſe reuerenter viciſſim reueritus eſt Pater, vtpotè Filium ſuum, qui cum precib. offerebat precium puta, ſanguinem diuinum, qui erat res infiniti valoris, idque ex ſumma erga Patrem reuerentia, & ex mera, ac puriſſima in homines charitate, vt ait Anſelmus; quaſi dicat Paulus quod exauditus à Patre fuerit Chriſtus, nõ tam gratiæ fuit, quam dignitatis Chriſti, tanta enim eius reuerentia, tam actiua; quam paſſiua, vt eum reuereretur Deus Pater, nec ſuſtineret, aut poſſet ei quicquam negare, dignus enim erat omninò, planeque merebatur à patre exaudiri, ita Sanctus Chryſoſt. Theophil. Oecumenius, Anſelmus.

6 Non potuit igitur Pater non accipere ſatisfactionem hanc, pro iniurijs à nobis illatis, vtpotè ob dignitatem perſonę cumulatè datam, quam nõ erat ab alia vnquam creatura accepturus, quæ ne minima quidem parte tãto Principi, noſtris maledictis, & criminibus lęſo, poterat ſatisfacere.

Illud autem non eſt prætereundum, ad extremam peccati malitiã demonſtrandam, valens plurimum, quamuis omnes noſtræ culpæ, vel vna Chriſti lacrymula poterant expiari, dicam ſatius, eiuſdem eſu carnis in Cana Galileæ (vtpotè ſingula Redemptoris opera, ob dignitatem perſonæ, infiniti valoris) tamen ita ſunt facta, & ordinata à Deo teſte D. Thoma quodlib. 2. art. 2. & 3. Thom. Soto. p. quæſt. 48. art. ad arg. 1. Soto in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 2. & d. 1. quæſt. 3. art. 5. & alijs, vt manerent, veluti ſuſpenſa ne per ſingula ius acquireretur Filio Dei, ad remiſſionem culparum omnium, donec opprobriorum ſatur diris cruciatus pęnis, affixus cruci, totum effunderet ſanguinem, vnde in cruce clamans exauditus eſt pro ſua reuerentia, in cruce dixit, *Conſummatum eſt*. Iſai. 53. Quod olim prophetauit Iſaias dicẽs. *Verè lãguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, &c. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus.* Quaſi expiandis peccatorum ſordib. non ſufficeret incarnatio Filij Dei, nec quęlibet eius opera, ſed totum hoc negotium, plagis, vulneribus, atrociſſima eiuſdem morte, neceſſariò peragendum. 7

Hinc ſequitur, tantã eſſe peccati malignitatem, vt ſi illius ſummi artificis ſtatera non quidam populari trutina, id examinetur, & in vna lance, vel vnum peccatum mortale, in altera omnium ſanctorum merita imponantur (de puris loquor creaturis) vnius peccati pondus ita curuabit lãcem, vt veluti infinito quodam impetu, peccatorem deorſum 8

in infernum trahat. O rem maxima conſideratione dignam, Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus, & Poteſtates, Virtutes Cœlorum, Cherubim, atque Seraphim Patriarchæ, & Prophetæ, Sancti Legis Doctores, Apoſtoli, omnes Chriſti Martyres Sãcti Cõfeſſores, Virgines Domini, Anachoritæ, ſanctique omnes, huc properate, & quicquid veſtris obſequijs laudib. cultib. precibus, ſubmiſſionib. pœnitentijs, afflictionibus, cruciatib. meriti eſtis, vobiſcum afferte, tutrina diuinæ iuſtitiæ exãminãdum, & videbitis, ſi in altera lance, vel vnius peccati labes ponatur; tãta maieſtatem illam diuinam ab vna offenſa affici iniuria, vt nequeat tot veſtris meritis, vel ad æquilibrium compenſari.

9 Addam illud quin potius quod dictum eſt diſtinctius explicabo, ſi in vna lance, ſimul cum meritis ſanctorum omnium, Beatæ Mariæ Virginis merita ponderanda imponantur, illius inquam fœminæ, quam Damaſcenus ſerm. 2. Aſſumpt. vocat abyſſum gratiæ, Epiphan. orat. de laud. Mariæ in liturgia. Mare ſpirituale, habens gẽmam Cœleſtem Chriſtum, cuius gratia eſt immenſa Chryſoſtomus orat. de laud. Virg., Incomparabiliter glorioſiorem, quã Seraphim Ephrem ſerm. de Aſſumption. Virgin. præſtantiſſimum orbis terræ miraculum, omnium Sanctorum corona, ob fulgorem inacceſſa; Petrus Damianus, ſerm. de Natiu. Virg. locum voluptatis, quẽ Deus omnib. gratiæ diuitijs cumulauit, & idem ſerm. de dormit. Deiparæ, merita ſingulorum, & omnium titulos antecedentem, & rurſus totius diuinitatis ſacrariũ, Andreas Cretenſis de laud. Virg. c. 9. Omnis ſanctitatis Sãctiſſimũ Theſaurum, Anſelmus lib. de conceptu Virg. cap. 18. reparatricem perditi orbis digniſſimam puram ſanctitatem, & ſanctiſſimam puritatem; omnis creaturæ puritatem, ſiue ſanctitatẽ traſcendentem; Et idẽ ſerm. 4. de Aſſumptione dicit, Virginem ea puritate nitere, quà maior ſub Deo intelligi nequit, Bernardus ſerm. de Aſſump. priuilegium meritorũ ineffabile, Laurentius Iuſtinianus de connub. verbi, & animæ cap. 9. Sanctorum admirationẽ, & idem interemptricem peccati, Bonauent. in ſpec. Virg. cap. 7. ſolium Domini, in cuius mẽtis ſolio, Dominus requieuit, Cyprianus lib. de card. Chriſti operib. cap. de Natiuit. Chriſti, vas electionis, Ambroſius lib. de inſtit. Virg. cap. 5. Templum pudoris, electum, & ſacratum à Chriſto, Hieronymus: Pſalm. 77. In illa verba Pſalmi *Eduxit eos in nube diei*, diẽ vocat quia ſemper fuit in luce, & nũquam in tenebris, Heſychius concione 2. de B. Virg. tom. 7. bibliot. Sanctor. PP. in Epiſt. 1. ad Ioan. præclarum noſtræ naturę ornamẽtum, gloriam luti noſtri, quam concupiſcentiæ fumus non attigit, nec vermis voluptatis lęſit, Ignatius; Cęleſte prodigium, ſacratiſſimum ſpectaculum.

Quorum veſtigijs recẽtiores Theologi inhærendo probabiliter ſentiunt, Beatam Virginem, plures gratiæ gradus, & charitatis fuiſſe conſequtam, quam ſint in omnib. ſanctis hominib. & Angelis, etiam collectiuè ſumptis. Huius inquam fœminæ merita, de cuius ſanctitate tot, & tãta prędicantur, ſi ſimul cum aliorum Sanctorum omnium meritis, in vna lance ponderanda imponantur adhuc curuabit alteram, vel vnius pondus peccati. Mirabilius eſt quod ſubditurus ſum, & tamen veriſſimum. Si fingamus perſonam creatam gratiam habentem infinitam (quod cenſeo impoſſibile) quãuis eius ſatisfactio dicenda eſſet infinita, & æqualis ex eo capite

quod

Damaſcen. Epiphan. Chryſoſt. Ephrem. Petr. Dam. Ibid. Andr. Cret. Anſelmus. Idem. Bernard. Laur. Iuſt. Bonauent. Cyprian. Ambroſ. Hieron. Heſychius.

quod eius principium ſit infinitum, quia tamen illa perſona ſic grata, infinitè diſtaret à dignitate perſonę offenſę, adhuc talis ſatisfactio habenda eſſet inſufficiens, & vt huiuſmodi non accipienda à Deo.

Firmum igitur ſit nullum cumulatè, & ſecundum leges perfectæ iuſtitiæ, de tali iniuria potuiſſe Deo ſatisfacere, niſi perſonam infinitã, quæ quidem ſit Deus.

10 An peccatũ mortiferũ ſit ita infinitũ in malitia, ſicut amor Dei, & cõtritio infinita in bonitate.

Dices peccatum mortiferum nõ magis eſſe infinitum in malitia, quã amor Dei, & contritio ſint infinita in bonitate, omnia enim iſta infinita dicuntur, & ſunt ex parte obiecti, ſicut enim peccatum dicitur quodammodo infinitæ malitiæ, quia per illud cõtemnitur Deus, vel quia Deo per illud fit iniuria, ita amor Dei infinitæ dicitur eſſe cuiuſdam bonitatis, quia tendit in Deum bonitatis infinitæ volẽdo illi infinitum bonum, quin potius amor videtur magis infinitus in bonitate, quam peccatum in malitia, quia directè totus fertur in Deum propter eius bonitatem infinitam, & directè vult illi bonum infinitum, quantum poteſt nempè omne bonum intrinſecum, & extrinſecum. At peccatum mortiferum (præſertim quod non verſatur circa Deum) Deum non directè contemnit, nec vult illi aliquid mali, ſed ſolum cenſetur per illud, Deum non curare, nec legem diuinam, & ita ſolum interprætatiuè illum contemnere. Ergo longè magis infinitas obiecti in actum influet amoris, illudque reddet infinitæ bonitatis, quã in actum peccati. Itaque ſi obiectum ſpectemus, non poteſt ex eo colligi maior infinitas malitiæ in peccato, quam bonitatis in amore; ſi verò ſpectemus vtriuſque actus meritum, peccatum etiã non ſuperabit amorem, quia ſicut peccatum meretur pęnam ęternam ita amor ęternam gloriam, & ita vtriuſque meritum eſt æque infinitum.

11 Aliud eſt loqui de bonitate intrinſeca actus, aliud de valore ad ſatisfaciendũ.

At decipiuntur qui ita ſentiunt, aliud enim eſt loqui de bonitate morali, & intrinſeca ipſius actus, aliud vero de valore ad ſatisfaciendum, ſi ſermo ſit de bonitate; fateor habere inter ſe proportionem, malitiam actus peccati, & bonitatem contrarij actus charitatis, quia illa malitia non eſt niſi priuatio bonitatis oppoſitæ, vnde tanta eſt, quanta eſt bonitas, quę deberet ineſſe actui, quin potius ſi actus iſti Phyſicè ſpectentur, & ſecundum intrinſecam entitatem, volũtas longè magis per amorem tendit in Deum, quam per pleraq; peccata mortifera auertatur à Deo, quia per multa peccata mortifera non auertitur Phyſicè à Deo, ſed ſolum interprętatiuè, imò ſi comparatio fiat inter Dei amorẽ, & ipſius odium, magis ille voluntatem ad Deum conuertit Phyſicè, quam iſtud poſſit auertere, quia Deus propter ſe non poteſt odio haberi; ſed ſolum propter effectus quoſdã, vt quia punit peccata, &c. ſicut propter ſe amatur. Sed hæc parum iuuant ad rem noſtram, nam loquẽdo de ęſtimatione morali iſtorum actuum, quatenus pertinent ad honorem, & iniuriam Dei, ſic eſt negandum eſſe proportionem perfectæ æqualitatis inter actum charitatis, & actum peccati, illumque eſſe inſufficiẽtem ad ſatisfaciendũ Deo, de illata iniuria, valor enim hic, nõ ſumitur præcipuè ex obiecto, ſed potius ex ſatisfacientis perſonæ dignitate, quemadmodum ex oppoſito ex dignitate perſonæ offenſę, grauitas peccati in ratione iniuriæ. Quod in humanis poteſt eſſe perſpicuum, plus enim æſtimat Princeps vnam iniuriam, vel noxã ſubditi capitalem, quã mille obſequia; & tamen id, in quo Principis dignitas ſubditi ſuperat dignitatem, finitum

tum quidem eſt, & modicum, cum ſint eiuſdem naturæ. At id quo pręſtat Diuina dignitas omnem creaturæ excellentiam, eſt omninò infinitum, cum igitur magnitudo contemptus,& iniuriæ,ex magnitudine eius creſcat,cui infertur, & ex indignitate illius,qui illam infert,& pręterea ex obligationibus quibus ille obſtrictus eſt,ei,quem contemnit; magnitudo vero obſequij, honoris, & ſatisfactionis decreſcat, & minoris æſtimetur, ex magnitudine eius, cui exhibetur, & exhibentis indignitate,nec non ex obligationibus, quibus alter eſt deuictus; qui poteſt vnquam purus homo,de iniuria,quā peccando infert Deo, cumulatè ſatisfacere,cum creatura omnis,tanti Principis ſit vile mācipium,cui pluribus nominibus totum id debet, quod eſt?

12 Et vt prętermittam ineffabile redemptionis myſterium, quid non debet titulo creationis? Apoſtolus Paulus Deum Creatorē figulo,hominem vero ipſius facturam,cū luto comparat,& figmento Rom.9. *O homo tu quis es qui reſpondeas Deo,numquid dicit figmentum ei qui ſe finxit quid me feciſti ſic? an non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem,aliud vero in contumeliam?* ſed deficit exemplum, humanarum rerū more, dum transferuntur ad Deum, fictile enim non à ſolo pendet figulo, ſed ex qua conſtat argilla, à quà maceratur aqua, & tractabilius redditur, à quà formatur rota, à quò excoquitur igne, quibus omnibus quod factum ſit, non minus debet, quam figulo qui ſolum per motum localem(licet artificioſum) illa applicat,per ſe autem tribuit nihil,nec ad eius cōſeruationem poſtmodum cōfert quicquam. At creatura quoad omnia à ſolo pendet Deo,& quamuis ſæpè vtatur cauſis ſecundis, has ipſemet inſtituit,hiſque non habet opus nec ſolum totum id quod eſt ſemel accipit,creationis beneficio; ſed continuè illo alio conſeruationis, vnde Scotus in 2.diſt.1.q.5.d.2.q.2. dicit,quod res poteſt dici ſēper creari,quandiù manet, quia ſemper accipit eſſe à Deo,idq; probat ex Auguſtino; quod ſicut aer reſpectu ſolis non eſt factus lucidus, ſed fit lucidus, ita creatura reſpectu Dei,nūquam eſt vltimatè facta, ſed ſemper fit, quapropter ſic argumentatur,ſi creatura reſpectu Dei non eſt facta in eſſe ab ipſo Deo,ſed eſt quaſi in fieri formaliter; ergo formaliter ſēper ponitur ineſſe à Deo; & ideo ſicut continuè manet,ita continuè eſt creatio eius à Deo. Et idem in 1.diſtinc.12.creatura ſemper in eſſendo æquè pendet à Deo, quia æquè ab ipſo per idem velle ipſius habet idē eſſe,& hoc modo poſſet dici, quod productio perſonæ ſemper eſt infieri,quia nunquam iſta perſona habet eſſe,niſi accipiēdo actualiter à producente, & tamen eſſe perſonæ, eſt maximè permanens. Hoc modo eſſe creaturæ, licet ſit permanens,tamen reſpectu Dei,à quò ſēper ęquè pendet,ſemper eſt quaſi infieri, hoc eſt actu dependens à cauſa dante eſſe, & nunquam in facto eſſe; hoc eſt in actu ſeparato,& independente à quocumque alio, &c. Quibus locis Scotus manifeſtè docet,non minorem requiri Dei influxum ad conſeruationem, quam ad creationem.

Scot. Ibid.

Rom.9.

Quā ſit plenum dominiū Dei erga nos titulo creationis.

13 Ad rem igitur noſtram,ſi figulus propter ius quod in vas fictile habet,ab ipſo formatum,poteſt pro libito illud conſeruare ad ſplendorē, & ornamentum domus, vel frangere,& abijcere in figmentum, vti ad miniſteria honeſta, vel ad infima,& ſordida, nec poteſt illud conqueri de iniuſtitia, aut dicere, cur ſic me feciſti? num poteſt homo, qui ſeip-

ſum

ſum facit peccando vas in contumeliam (non enim id eſt à Deo niſi permiſſiuè tantum) cum ipſo queri, (cuius eſt longè maius ius in creaturam, quam figuli in vaſa teſtea) & dicere cur ſic me feciſti? vel eundē obſequijs, rectè factis, pœnitentijs, vnquam obligare, vt in vas transferat gloriæ, de vaſe contumeliæ. Præterea is, qui omni momento totum eſſe alterius habet in ſua poteſtate, non poteſt ei quicquam lege iuſtitiæ debere, eſſe enim, eſt primū fundamentum omnis Iuris, vnde ſublato eſſe, perit omne ius, & cōſequēter omnis obligatio aliorum, erga illum; non entis enim nullum poteſt eſſe Ius, nulla iniuria, ſicut nec rei inanimæ, quare, cum totum eſſe rei creatæ, ſit in poteſtate Dei, non poteſt Deus alicui rei creatæ, iuſtitiæ lege obligari.

14 Adde ſi homo poteſt vti inferioribus, quæ ad ſui commodum ſunt creatæ pro ſuo libito, vt pecunia, terræ frugibus, pecoribus, quia eſt earum finis, & ipſius gratia ſunt factæ, quamuis ipſe earum non ſit auctor; multò magis Deus, pro ſuo arbitrio, poteſt vniuerſa vti creatura, nec quiſquam poteſt queri de iniuria, cum ipſe condiderit omnia, & idem ſit eorum finis, cuius gratia ſunt facta. *Nos populus eius & oues Paſqua eius*, ad hoc ipſum ſignificandum, cecinit Dauid Propheta. Imò ius Dei in vniuerſam creaturam, vel ex hoc vnico titulo vltimi finis, etiam remotis reliquis, eſt incomparabiliter maius, quam ius hominis in pecus, aut pomum, aut rem quamlibet, ſiuè naturalem, ſiuè arte factam, quia Deus eſt vltimus finis omnium, cuius gratia non quoad vſum tantum, ſed etiā quoad ſubſtantiam, & prima rerū elementa; homo vero harum rerum inferiorum non eſt finis vltimus, cum & ipſemet, cum omnibus ſuis bonis, ſit propter vniuerſi integritatē, ſicut pars propter totum, & vniuerſi integritas ſit propter Deum, neq; tam ipſa rerum ſubſtantia, quā vſus homini eſt conceſſus; vt eorum adminiculo, vitam ſuſtentet temporalem. Deinde eſſe propter hominē, & hominis gratia, non eſt conditio intrinſeca, & eſſentialis rerum, ſed extrinſeca, ex benigna Dei ordinatione, qui ad ſolatium hominum iſta deſtinauit, at eſſe propter Deū, & ordinari ad eius gloriam, eſt conditio intrinſeca, & eſſentialis creaturarum omnium, ſicut enim creata cuncta habēt reſpectiuam, & eſſentialem dependentiam à Deo, vt à cauſa efficiente, & conſeruante; ita etiam habēt eſſentialem reſpectum ad illum, vt ad vltimum finem, & dependentiam in ratione cauſæ finalis: poteſt igitur homo ex iure ſuo agere in hęc infima, & pro libito mactare pecora, nec vllis eorum operibus obligari; ad non ita faciendum; & poterit deuinci Deus bonorum precibus, obſequijs, oblationibus, & ieiunijs, macerationibus rectè factis; vt peccata deleat, & peccatores non perdat? quin etiam ſi vellet ex iure agere ſui dominij, etiam ſanctos Angelos, & homines immaculatos mittere poſſet in Gehennam ignis, *Nos Populus eius, & oues Paſquæ eius*. Nihil magis oue ſimplex, parcum, manſuetum, obſequens, patiens, fęcundum, timidum, domeſticum, vtile; & tamen quando iuſſu Domini necidatur, nulla fit ei iniuria, ergo poteſt Deus quantumuis puros, modeſtos, manſuetos, reuerentes, perferentes mala, ſectantes bona, neſcientes labem, quos ſemper vita innocentiſſime acta, commendauit; non modo homines, ſed etiam Beatos Angelos, mactare, & perdere, nec vllus iure conqueri poteſt de iniuria, & dicere cur ſic feciſti? *Nos enim Populus eius, &* Pſal. 78.

Cōparatur dominium hominis erga cæteras creaturas inferiores, & Dei erga nos.

Pſal. 78.

Pſal. 78.

oues paſquæ eius.

14 Dicant mihi quæſo ſi quis ouem vnam ita haberet in delitijs, vt ei omnia ornamenta præberet, quæ decent ſponſam, non pecudem, cuius inaures, pretioſæ eſſent margaritæ gemmata monilia, inaurata vellera, fulgerent omnia, veluti regio quodam apparatu, num hoc diſtincto ornatu, à cęteris pecudibus diuerſo, abiecit ouem? quod ſi illi nihil eſt proprij, niſi ſolum eſſe bruti, ergo Dominus in ipſam vitæ, neciſque non deſijt habere poteſta-

15 tem. Hæc infima, quæ ſemper habemus præmanib. feramus in Cœlum ad beatitudinis locum, ibique intellectu vagantes, per tot Angelorum myriades; inquiramus vnde habent Seraphim, quod ardentiſſimo amore in Deum ferantur, Cherubim, quod diuinæ perfectione ſcientiæ emineant, Throni quod ſint, veluti Dei ſedes, in quib. tanquã in excelſis Thronis, diuinę proportionatis maieſtati, ſedet Rex ille, omnium ſæculorum, & inhabitat Dominationes, quod eis cætera Angelorum agmina ad obediẽdum ſint ſubiecta? Virtutes quod per eas ſigna, & miracula frequentius fiant, & quaſi ex officio ad hæc opera ſint deſtinatæ? Poteſtates quod peculiarem in dæmones habeant efficacitatem, ſic appellatæ, quia earum ditioni, virtutes aduerſæ ſint ſubiectæ, earumdẽque poteſtate refrenentur? Principatus, quod omnib. Angelis, & Archangelis pręſint in his quæ ad ſalutem omnium hominum, tam priuatorum, quã Principum, tam ſingularum perſonarum, quam communitatum, pertinent, tùm inſtruendo, & illuminando, tum mouendo, & præcipiendo iuxtà ſibi manifeſtatam diuinæ voluntatis diſpoſitionem, quod per ſe ipſos, maximorum Regum, & Regnorum, pariterque Pontificum cu-

Deſcribitur nobilitas cœleſtium ſpirituum.

Daniel c. 10

ram gerant, apud Danielem Principes Perſarum, vel Græcorum appellati. Archangeli, quod illis Regum, Principum, Pontificum, & ſimilium perſonarum cura committatur? ſicut Angeli ad cuſtodiendas priuatas perſonas deputantur? Vnde quæſo habent omnes Angelici ſpiritus, quod ita perſpicaciter intelligant, & Phantaſmatum opera non indigeant? quod per ſuas cauſas cognoſcant effectus, perque propria principia, quę deducuntur concluſiones, nec tamen ex cauſis ad inquirendos effectus, vel ex principijs ad venandas concluſiones, vnquam diſcurrant; ſed in cauſis effectus, in principijs concluſiones, vnico, & ſimplici contemplentur intuitu; Quod ſapienter conſulant, & ſine tempore, quod in volendo conſtantes, in opere efficaces, indefeſſi in motu, primogeniti omnis creaturæ, Empyrei ardentes Pyropi; illius Cœli pellucidiores ſtellæ, lampades illius ſcenæ, quæ magis coruſcant, cęleſtis pomarij magis vernantes flores, Aulici apud Summum illum Regem gratioſiores? Vnde contemplationum ſplendor, ſanctorum affectuum ardor, cogitationum, & conſiliorum præclaritas, morum religio, in bonis operib. conſtantia, in ſententijs concordia, in diuerſitate ſenſuum diuinæ voluntati perpetua adhęſio, mentis rectitudo, conuerſationis ſimplicitas, vitæ puritas? An hæc habẽt ex proprio? En ſuppellex domeſtica Iob 4. *Et in Angelis ſuis reperit prauitatem*. Rectè ab interpræte dictum eſt, reperiſſe Deum in Angelis prauitatem, ideſt in ipſis reperiſſe, quod ſine ipſo fuiſſet factum, quicquid autem boni habent Angeli Sancti, non reperit Deus, Sed contulit; & quomodo non præbuit hæc omnia ornamenta vitæ, ſi dedit eſſe, & viuere? quin potius cõ-

Iob 4.

tinuè dat, quod ſint, & viuant, alioquin abirêt in nihilum; omnis enim creatura cũ Deo collata (vt Theologi ſentiunt, & etiam docet ad Damaſum ſcribẽs Hieronymus Epiſt. 57.) non eſt, ſolumque ille verè eſt, quia eſt ſuum eſſe: vna Dei, & ſola natura, inquit, quæ verè eſt, id enim quod ſubſiſtit, non habet aliunde, ſed ſuum eſt; cætera, quæ creata ſunt, etiam ſi videntur eſſe, nõ ſunt, quia aliquando non fuerunt, & poteſt rurſum non eſſe quod non fuit, hæc ille. Quod quidem prius teſtatus eſt Iſaias, cap. 40. dicens; *Omnes gentes quaſi non ſint in conſpectu Dei*. Et Daniel cap. 4. *Omnes habitatores terræ, apud eum in nihilum reputati ſunt*. Quo igitur iure poſſunt ſuis obſequijs, & obſecrationib. ſpiritus beati deuincire Deum, ſi nec ad ipſum eſſe; fundamentum, & baſis omnium iurium (ſicut nec vlla creatura) ius habent? illi etiam Populus eius, & oues Paſquæ eius, ergo eos quantumuis beatos (ſi ex lege dominij vellet agere) poteſt mactare, & perdere.

Hieron. — Iſai. 40. — Dan. c. 4.

16 Quaſi nihilum B. Virgo Deo cõparata.

Quid plura? id quod dictum eſt maximam habebit fidem, ſi cum de illa prẹuilegiaria oue incidit ſermo, quæ in ouili Chriſti, omnes antecedit alias, quæ ſola digna fuit portare agnum Dei, Regem. ſ. Cœlorũ, & Dominum, idem ſentiendum eſſe demonſtrauero. Audi maternitatis prærogatiuam; qualem ſecum ferat eminentiam, qua ipſa cunctis præfertur alijs, vterum eius Paradiſum ſpirituale vocat Sanctus Iacobus in ſua liturgia, Paradiſum delitiarum Ephrem, Hortum Patris, Chryſippus, intellectualẽ viuidi ſalutis noſtræ, ligni Paradiſum, Andreas Cretenſis, Paradiſum animatum noui Adam, Damaſcenus, locum voluptatis de quo fons ille debebat deſcendere qui vniuerſam terrẹ ſuperficiem irrigaret, Damianus Hortum delitiarum in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramẽta virtutum Sophronius, Caſtellum Ieſu, Bernardus, Ciuitatem Dei animatam Gregorius Nicomediẽſis, Domum ſapientiæ columnis ſeptem ſuffultam, ſeptem ſcilicet donis Spiritus ſancti dotatam, Bernardus Damianus, Regis palatium vnicum, illius qui nuſquam capitur habitaculum, Andreas Cretenſis. Aulam Dei ampliſſimam, Eccleſia, de qua dicit quotidie. *Deus qui Virginalem aulam Beatæ Mariæ Virginis, in qua habitares, eligere dignatus es*. Thalamum ſponſi, de quo ipſe Chriſtus tanquam ſponſus proceſſit Auguſt. Epiphanius Chryſoſt. Ferculum Salomonis Honorius, & Guglielmus Petyte. Et ne multis morer lectorem, innumera ſunt ſymbola inuenta à Patrib. ad explicãdam huius Virginalis vteri, ſummã eminentiam, vt, Fons hortorum, Puteus aquarum viuentium, Fons lucis, Cœlum Domini, Sanctuarium Dei. Tabernaculum ſui Creatoris. Tabernaculum fẹderis. Templum Domini, Sacrarium Spiritus ſancti. Sanctiſſimæ Trinitatis nobile triclinium. Arca fœderis. Menſa panum propoſitionis. Vrna aurea, Cœleſte manna, continens. Quæ omnia collegit Spinellus de Beata Virgine. At ne quis vnquam ſuſpicaretur ex proprio hæc omnia Dei matrem contuliſſe, non ex alieno, nec ex cẹleſtib. Theſauris his auctam; tollit omnem ſuſpitionem illis verbis Eccleſia. *Non horruiſti Virginis vterum*. Quaſi dicat tantum abeſt, vt ex proprio Dei mater, decorem, & ornamenta contulerit ad dignum Creatoris habitaculum præparandum; vt potiùs ſummæ Dei benignitati, & miræ dignationi ſit tribuendum. Quod non horruerit Virginis vterum. Hinc etiam apertius liquet quid ſit creatura compoſita Deo, ſi

vterus

vterus Virginis omnib. delitijs affluens, cunctis creatis reb. Prælatus, etiam Cœlo empyreo, nunquam dignis laudib. à Sanctis Patrib. celebratus, ita vt de eodem illa verba proferat ſancta Mater Eccleſia, *Quibus te laudibus efferam neſcio*. Diuinis tamen oculis ſordeſcit, & quod diuino ſumptu ædificatum eſt in templum Dei, Sacrarium Spiritus ſancti, Sanctiſſimæ Trinitatis nobile Triclinium, proprijs tamen impẽſis, veluti monſtrum horrendum, informe, eſt vitandum, abhominandum, ita vt mirum ſit, quod Deus non horruerit Virginis vterum.

17 Hinc, vel ex hoc vno diſcũt omnes, cum omnia bona, quib. Deus honoratur à Sanctis, reſpectu maieſtatis diuinæ, ſint inſtar nihili, & è contra tanta ſit, vel vnius peccati mortiferi malignitas, tanta in maieſtatem illam infinitam iniuria, vt nunquam poſſet bonis operib. omnium Sanctorum, etiamſi ea millies plura eſſent quam reuera ſunt; ex æquo, & (vt ita dicam) ad æquilibrium, iuſtamque æqualitatẽ compenſari, quin etiam inde ſumunt aliqui rationem cur peccatum mortiferum æterna pœna iure plectatur, ſi enim tanta eſt eius malignitas, vt nullis bonis operib. puræ creaturę poterit ex æquo compenſari; ſed neceſſarium ad id conſequẽdum, fuit, Deum hominem fieri, & carnem ſumere, vt condigna ſatisfactio diuinæ exhiberetur iuſtitiæ, mirum non eſt, ſi dicatur mereri pœnam æternam, quod enim adeo malum eſt, vt nullis bonis, quãtumuis longo tempore continuatis, compenſari, & exęquari poſſit, meretur pœnam, quãtumuis longo tempore longiorem, ac proinde æternam. Adde rem ego (vt malignitas peccati magis innoteſcat) pęnam æternam etiã damni culpæ mortali ſimpliciter nõ

Ratio cur peccatum mortiferũ æterna pęna iure plectatur.

eſſe æqualem, multo enim maius malum hæc eſt, cum ſit cõtra Deum in ſe eſt tamen in ratione pęnæ proportionata, quamuis propter culpæ exceſſum dicatur eſſe infra condignum, quemadmodum bonum ipſum gloriæ, & pariter meritum eius, quod à creata procedit gratia, licet inter ſe habeant proportionem, pręmium tamen dicitur eſſe ſupra condignum.

Vnde aliter amor Dei meretur vitam æternam aliter peccatum mortem æternam, peccatum enim per ſe ſuaque vi, & ſecundum iuſtitiæ legem, æternum mæretur ſupplicium; quia eius malitia, infinitæ eſt coram Deo æſtimationis, eo modo, quo ſupra explicatum eſt ſatis; at vero amoris actus, quantumuis creſcat, non eſt vita æterna per ſe dignus; Quis enim dicat mancipium eo quod ſuum diligat Dominum, velitque ei obedire, primas merere Regni ſedes, adoptarique in Filium? multo minus homo, ex ſui natura, & eſſentia, Dei mancipium, amando Deum, vi illius amoris merere poteſt adoptionem diuinam; Regnumque Cœlorum; præſertim cum ob accepta beneficia, ei debeat omnem amorem, omneque obſequium poſſitque Deus centuplo amplius, iure exigere. Totum igitur hoc prouenit ex infinita Dei erga creaturam ſuam, benignitate; benigniſſimaque ordinatione, quæ volens illam ad communionem euehere ſuæ gloriæ, ſtatuit, vt homo, ſe ad hoc (quantum humano modo fas eſt) diſponeret, & redderet dignum, nõ quidem dignitate æqualitatis (hæc enim eſt impoſſibilis) ſed cuiuſdam proportionis, qualis in infima natura rationali, per auxilia gratiæ, tali naturæ congruentia, dari poteſt. Verum de hoc alias. 18

Aliter amor Dei meretur vitam æternã, aliter peccatũ mortẽ æternam.

Tandem quantum ſuperet peccati malitia, omnem pęnæ acerbitatem 19

Tanquam quid præſtantius, & rectæ rationi magis conſonum æſtimari à nobis debet nõ eſſe quã inimicum Dei eſſe.

tem à Deo illi paratam, ex eo poteſt eſſe perſpicuum quod tanquam quid præſtantius à nobis haberi debet, & recta ratione æſtimari, ac eligi non eſſe, quam Dei inimicum eſſe, quacumque itaque data hypotheſi, quocumque in ſtatu, & conditione nos verſari contingat, nihil præponendum eſt diuinæ amicitiæ, nihil poſt ponendum peccato, quod cumque illud ſit, quod propria voluntate contra diuinam ab homine fieri poſſit, ſic charitatis erga Deum ſuprema lex, à nobis exigit; ſic res ipſa, & ratio ſuadet, vt ne quid contra Deum quod illius amicitiã violet, velle contingat, eligamus potius non viuere, non eſſe, non fuiſſe, & velimus potius id, quod eſt contra noſtram naturam, quam quod ſit contra auctorem naturæ, & à fortiori contra auctorem gratiæ; quicquid enim eſt huius ordinis melius, & ſuperioris dignitatis eſt, quam natura ipſa, ſecundum priuatam cõſiderata rationẽ; naturã enim cum ipſo auctore naturæ collata, omninò, & intrinſecè ſubiecta eſt Creatori; & potius quocunque appetitu (ſiue innatũ dixeris ſiuè elicitũ) debet contra ſe pugnare; quam cõtra Creatorem; at contra Creatorem pugnat cum contra illum agit, & peccat, contra ſe vero pugnat, cum contra ſuum agit eſſe, aut vult non eſſe, vnuſquiſque enim teſte Philoſopho 9. Ethic. 4. ſibi appetit eſſe, & viuere. Hanc aſſertionem paſſim docent Patres, & Theologi quos enumerat Pineda in Eccleſiaſt. cap. 4. verſ. 4. At verò num ipſum non eſſe melius ſit, & prudenti æſtimatione dignius, quam quodcunque eſſe, quantumuis miſerrimum, ac cum ſempiterno cruciatu coniunctum, magis eſt in controuerſia, de qua re nos in proprio egimus opuſculo. Hinc tamen infertur dilucidè inter hæc duo, mala culpæ ſcilicet, & pœnæ, qualis eſt illa ęterna, deteſtabilius eſſe peccatum.

Ariſt.

Pineda.

Eiuſdem argumenti altera probatio ex peccato ſemel perpetrato quãuis remiſſio. Cap. 3.

1

TAm ingens malum eſt peccatum, vt quamuis ſit remiſſum, adhuc ſit timendum, & deplorandum, iuxtà Eccleſiaſt. cap. 5. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu*. Non ſolum ob eam cauſam, quia remiſſio non poteſt eſſe adeo certa, vt ſecurum reddat hominem, & impauidum, iuxta decretum Concilij Trident. ſeſ. 6. cap. 12. & can. 15. & 16. vnde hunc locum affert Bellarminus, lib. 3. de iuſtificat cap. 4. & communiter omnes, contra noſtri temporis hæreticos, qui docent homines certo credere debere, ſibi remiſſa eſſe peccata, contra quem errorem nunc non diſputo; Non ſolum ob illam aliam cauſam ſcilicet ratione relapſus, quam animaduertit Hugo nam ſemel lapſus, promptior ſit ad relapſum, ſed etiã ob illam aliam (horrendum quidem, & terribile dictu) quia quamuis Deus, & ſi pęnitẽtib. ſemper remittat culpam, & pœnam æternam, ſæpè etiam temporalem, in quam æterna fuit commutata, præſertim interueniente debita ſatisfactione, vel indulgentiarum beneficio; non tamen ſemper pœnam ſolet condonare ſpiritualem, in aliqua particularium auxiliorum denegatione cõſtitutam, vel afflictionum internarũ permiſſione, ſed ſæpè præcedẽtium intuitu peccatorum, nimirum vt ea vindicet, hujuſmodi infert pœnam; Idẽ dico de permiſſione pœnæ corporalis, & afflictionis externæ, & ſi enim

Eccleſ. c. 5.

Peccatum quamuis remiſſum adhuc timendum.

Conc. Trid. Bellarmin.

enim directè hanc non infligat pœnam, ſæpè tamen ob præcedentia peccata (quamuis alias condonata) corporales permittit afflictiones, quas alioqui auertiſſet, ſi talia peccata olim à nobis patrata non fuiſſent; & ne multis verbis agam, peccatum ſemel perpetratum, quamuis verè remiſſum, tale infert bellum, tamq; multa, & grauia importat dãna, vt ſæpè hominem perdat, æternæq; damnationis illi ſit occaſio.

2 Declaratur ſuperior doctrina exẽplis ab humanis ſumptis.

Exempla ſunt in humanis, quibus manu ducimur ad diuina, videmus enim id moribus hominum ſapientiſſimorum cõforme; & ſi enim Princeps ſubdito, qui grauiter offendit, omnem condonet pœnam, eumque ad ſuam admittat amicitiam, ſæpè tamen fit, vt non tanta beneuolentiæ ſigna, ei exhibeat; nec tantis beneficijs eum afficiat, quanta apud illum collocare ſtaturat, ſi non offendiſſet. Idem ſæpè accidit inter amicos, manet enim alta mente repoſita offenſionis indignitas, & ſi non ad odium, & malum aliquod rependendum, quo ſenſu intellige illud Ezechielis cap. 18. *Si impius egerit pęnitentiam ab omnib. peccatis ſuis, & omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.* Nimirum ad damnationem, vt indicant verba ſequentia, at certè ad minuendam curam cõmodorum illius, & beneficentiæ fontes non nihil cohibendos, vnde ob hanc cauſam etiam, vt ſupra tetigimus; ſapientiſſimè dictum eſt Eccleſ. 5. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Et ſi enim cõſtaret ita condonatum, vt nihil amplius tibi pœnæ reſtet luendum, nõ tamen conſtat, te propter illud, non puniendum pęna aliqua, permiſſiua, vel negatiua, ex qua grande malum poteſt prouenire; præſertim ſi cum pœna permiſſiua tentationum, internum minuatur auxilium, quæ quidem ſæpè ſolet eſſe damnationis occaſio. Innumeri enim cum maiorib. auxilijs perueniſſent ad ſalutem, qui cum minorib. excidere; quib. fortè maiora illa præparata erãt, & conferenda fuiſſent, niſi aliqua grauia interueniſſent peccata; per quæ illa prima diſpoſitio mutata fuit, & inuerſa. Idem dico de tentationibus; plurimi enim ſaluati fuiſſent, niſi certis quibuſdam tentationibus Deus eos pulſari permiſiſſet; per quas fuerunt ad interitum pellecti, quas ille tentationes non permiſiſſet, niſi id prioribus meruiſſent peccatis.

Ezech. c. 18.

Eccleſ. 5.

Teſtis eſt ſermo diuinus, qui exẽplum, ad id confirmandum, proponit Dauidis, cui, & ſi adulterium cũ Bethſabea, & cędes Vrię quoad culpam, & pęnam directè debitam, prę-ſertim poſt inſignẽ illam pœnitentiam, fuerit cõdonata, ita vt nè purgatorij quidem vlla pœna deberetur, tamen diù poſtea ob illud peccatum Deus rebellione Abſalon percutiendum, ſtatuit, & nefando inceſtu; quò ille vxores Patris ſui, coram omni populo inceſtauit, vt Nathan Propheta ei apertè prædixerat; *itaque hæc dicit Dominus. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas, in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius.* Vnde Dauid, qui hunc edidicit Dei ritum, quod ſæpè peccatum etiam remiſſum puniat, eo modo quò diximus; Pſal. 37. proteſtatur ſe in flagella paratum eſſe; quod non ſolum illum poteſt habere ſenſum, vt dicatur paratus (vehementer peccati pœnitens) ad flagellationem, & verberationem à ſe ipſo infligendam, vt dignos faceret fructus pœnitentiæ, ſed etiam ſe deſtinatum, ordinatum, expoſitum, ad flagella, ea ratione, quà paratus dicitur ignis diabolo, & Angelis eius, paratum Ama-

3 2. Reg. 11. & 12. Confirmatur idẽ argumentum auctoritatibus Scripturæ ſacræ.

Pſal. 37.

Matth. 25.

Eſther c. 7.

Amano malum à Rege, probe ſciẽs, morem Deo eſſe, ſæpè multas afflictiones permittere, in peccati etiã remiſſi vindictam, quod quidem cõfirmant eiuſdem verba ſequentia Pſal. 37. *Et cogitabo pro peccato meo.* Hoc eſt ex Hieronymo, Innocẽtio, Auguſtino, & alijs. ſollicitus ero, curam geram, anxia cogitatione diſcruciabor, vel qua ratione in poſterum caueatur, pro eoq; magis ſatisfiat; proſpicere: vel ad rem noſtrã, vereri ne quod inde exiſtat malum pœnæ temporalis, etiam ſi alioqui condonatum ſit. Applaudit apud Auguſtinũ Auctor libri de vera, & falſa pœnitẽtia tom. 4. cap. 17. dicens: *Tam diù gaudeat, & ſperet de gratia, quamdiù ſuſtentatur à Pœnitentia.* Quaſi dicat peccatum, ſemel perpetratum, etiam remiſſum ſine intermiſſione flendum, & pœnitentiæ beneficio ſuſtentandum, ne Deus minuendo auxilium, & calamitates varias, permittendo, labatur homo in noua peccata, & loco excidat, & Auguſt. lib. medit. dicens, quam amarum ſit peccatum ſubdit, aut enim continui dolores cruciabunt pęnitentem vitam meã, aut æterni cruciatus vexabunt puniendam animam meam, vtrumque malum, & amarum vtrumque; libera me ab vtroque. hæc ille. Sic indicans etiam verè pęnitenti, ob cõmiſſum peccatum, parata eſſe mala, & dolores continuos. En quomodo peccatum quamuis condonatũ, quam multa, & grauia importat dãna, vt ſæpè hominem perdat, æternæque damnationis illi ſit occaſio.

Pſal. 37.

Auguſt.

Peccatũ remiſſum ſine intermiſſione flẽdum, & ſuſtentãdum beneficio pœnitentiæ.

Auguſt.

4 Hoc eſt quod nos monet Apoſtolus ad Philip. 2. cum dicit *Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini.* Hoc eſt nemo ſecurum ſe putet, ſed priſtinas negligentias nouo feruore redimat, & priora peccata, quibus Deum offendit, magnis pro gloria Dei, & ſalute proximi compenſet operibus, & aſſiduis precibus veniam, & miſericordiam flagitet; ſicut enim peccatis meruit, vt Deus peculiaria quædam ſubtraheret auxilia, & tentationes aliquas, ſpiritualeſque afflictiones obuenire fineret; ita bonorum operum ſtudio, & orationis aſſiduitate, & lacrymis obtinere poteſt, vt noxiæ auertantur tẽtationes, & maiora auxilia, quibus ad ſalutem dirigatur, aptiſſimè conferantur; ſicq; cum Dauid Propheta pro peccato, etiam ſi alioqui cõdonatum ſit, vtiliter cogitabit. Hoc monitum cęperunt illi Sãcti, quos hiſtoriæ produnt nullo vnquam tempore de cõdonatis quoque peccatis, depoſuiſſe cogitationem, & dolorem, vt Petrum, Mariam Aegyptiacam, Thaidem, Mariam Magdalenam, quæ licet à Chriſto accepiſſet, remiſſa ſibi eſſe peccata, non ſine metu in deſertum perrexit, à ſe ipſa pœnas repetitura. Quid nos dubij de ipſa propitiatione? & Sanctus Auguſtinus lib. 9. confeſs. cap. 31. de Sancta Monica matre ſua; Væ etiam inquit laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam, quod Auguſt. dictum citans Sãctus Gregorius cap. 9. moral. cap. 9. Væ miſeris nobis inquit, qui de electione noſtra, nullam adhuc Dei vocem cognouimus, & iam in otio torpemus. Væ etiam laudabili vitę hominum, ſi remota pietate, indicemur, quia diſtrictè diſcuſſa, inde ante oculos Iudicis, vnde ſe maximè placere ſuſpicatur, obruitur. Sed non eſt prætereundum exemplum Pauli quod optimè vrget ad rem noſtrã Gregorius Gregorię Auguſtæ Cubiculatrici ſcribens, quæ optabat remiſſionem ſuorum peccatorum ſibi reuelari; rem inquiens difficilem, & inutilem poſtulaſti; difficilem quidem; quia ego indignus ſum cui reuelatio fieri debeat; inutilem

Ad Phil. 2. Cum metu, & tremore noſtram ſalutem debemus operari.

Sancti qui pro remiſſis culpis ſemper egerunt pœnitentiam.

Auguſt.

Gregor.

Reuelatio de remiſſione propriorum peccatorum difficilis res, & inutilis.

tilem vero, quia ſecura de peccatis tuis fieri non debes, niſi cum iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadē peccata minimè valebis, quæ dies quouſque veniat, ſemper ſuſpecta, ſemper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lauare. Certè Paulus Apoſtolus iā ad tertium Cœlum aſcenderat, in Paradiſum quoque ductus fuerat, arcana verba audierat, quæ homini loqui non liceret, & tamen adhuc trepidans dicebat. *Caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubÿcio, ne forte alÿs prædicans, ipſe reprobus efficiar*, adhuc timet, qui iam ad Cœlum ducitur, & iam timere non vult qui adhuc in terra conuerſatur. Hæc ille.

5 Addam, & illud, quod, qui peccata remiſſa ante oculos non habet, nec flet, non modo non ſe dat in viam ſalutis, ſed tota errat via, ducatumque illius, qui de ſe ipſo dixit, Ioan. 14. *Ego ſum via, veritas, & vita, qui ſequitur me non ambulat in tenebris*: omninò reſpuit; quod inde patet, nam peccata, quæ remittit, dicitur transferre Deus, iuxtà illud Nathan Prophetæ. Qui Dauid verè pœnitenti, & ex cordis intimo proferēti illud verbū, 2. Reg. 12. *Peccaui* (inquit) *Dominus trāſtulit peccatum tuum non morieris*. Rogabis, quo tranſtulit Deus peccatum Dauidis, dum ab illo dicitur translatum? Nulla aptior reſponſio, quam, quod in humeros, tergumque optimi paſtoris; qui poſt tergum ſuum omnia noſtra peccata proiecit, vt omnia ſolueret, ac pro omnib. ſatisfaceret: minime poſſet depreſſus in homicidium, & adulterium Dauid ad Deum redire, nec via ire iuſtitiæ, niſi onere leuatus, illud in ſe ſuſciperet idem Dominus, qui erexit: Quid moror? de peccatis ſibi condonatis id expreſsè fatetur in ſuo cantico Rex Ezechias, qui cum Deo loquens, ita ait. *Proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.* Ne tu .ſ. ea videres; pariterque nobis intuenda proponeres te ſequentibus, & filium tuum: qui factus eſt nobis via veritas, & vita; vt iudicium faciamus de nobis peccantibus dolendo, lugendo, & iugiter pęnitendo; ergo qui peccata remiſſa memoria non retinet, eaque flere obliuiſcitur, humeros non videt Chriſti; ipſum non ſequitur, ducatumque eius reſpuit; quid mirum ſi ad pęnam exitiumque eat præceps, cum tota erret via? Præterea anima, à cuius memoria nunquam excidit vetus peccatum licet remiſſum, ita ſe agglutinat, & coniungit Deo, vt vlteriora nō incurrat ſcęlera, in quā ſentētiā facit Hugo Card. exponēs verba illa Pſal. 106. *Dicāt qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici*. Vbi docet eos, quib. à Deo remiſſa ſunt peccata; adhuc illa debere dicere, & referre Domino, diuinæ miſericordiæ, & liberalitati tribuētes, quod veniā ſint cōſequuti quaſi non ſatis ſit, ſemel ea dicere, & confiteri; ſed iugiter adhuc poſt veniam Deo ſunt referenda, & confitenda, quod etiam confirmat Gregorius Pſal. 37. in illa verba Pſalmi. *Iniquitatem meam annunciabo*. Vera humilitatis, inquit, teſtimonia ſunt, & iniquitatem ſuam quemque cognoſcere, & cognitam, voce confeſſionis nunciare, & annunciatam pęnitentiæ ſatisfactione delere; ſic ille. Vide quomodo ſollicite, & anxiè cogitandum pro peccato, etiāſi alioqui ſit condonatum, vt ſic auertantur, quæ illius intuitu, nobis à Deo parata ſunt mala.

Ioan. 14.

2. Reg. 12.

Lepidè oſtēditur quod qui peccata remiſſa non habet ante oculos flendo, non eſt in via ſalutis.

Iſai. 37.

Pſal. 106.

Pſal. 37.

Propter

Propter peccata Parentum ſæpè huiuſmodi pœnis afficit poſteros.

Cap. 4.

1 Quod magis mirum eſt, atque ad peccati malitiam demōſtrandam, medium ſatis efficax; quod Deus ſæpè propter peccata Parentum, præfatis pœnis afficit poſteros, hoc timebat ſanctus Tobias dum Deum deprecans dicebat. *Ne reminiſcaris Domine delicta mea, vel parentum meorum*. Nec tamen putandum eſt pro mortuis orationem ibi eſſe, ſed tantum petitur, ne maiorum, (etiamſi vita iam Defunctorum) ſcelera, viuis poſteris officiant, in ijſque vindicentur, ita enim expreſsè textus græcus. *Ne me punias ob peccata mea, & ob ignorantias meas Patrumque meorum quas ipſi coram te peccauerunt*. Et idem in Hæbreo eſt, & clarius lib. Exod. cap. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, Zelotes, viſitans iniquitatem Patrum in Filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me*. Vbi vt optimè, inquit, Abulenſis q. 5. Vult Deus Iudæis incutere timorem, quod niſi cuſtodierint mandata ſua, non ſolum puniet delinquentes ob propria peccata, ſed etiam filios, & poſteros innocentes, vſque in tertiam, & quartam generationem, in ijſque vindicabit delicta parentum. Nec appoſita literæ videtur illorum expoſitio, quos refert Vaſquez, p. 2. diſput. 135. cap. 1. qui volunt nullam ibi minari pęnam Filijs pro parentib. niſi eorum peccata imitentur; idque confirmant ex eo, quod non dicatur ibi abſolutè in filios, in tertiam, & quartam generationem, ſed additur. *Eorum qui oderunt me*. Ac ſi dicatur qui proprijs ſcęlerib. imitati peccata parentum, Deum offenderunt; nam benè reijcit Abulenſis hanc ſententiam, & interpetrationem, manifeſta ratione, & ex contextu poſtquam enim Dominus dixit. *Ego enim ſum Dominus Deus tuus fortis, & Zelotes, viſitans iniquitatem Patrum in Filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me*: ſubiungit. *Et faciens miſericordiam in millia, ijs; qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea*. Quib. verbis opponit ſcriptura eos, qui oderunt Deum, ijs, qui diligunt ipſum, quod ſi loqueretur de Filijs qui oderunt Deum imitantes parentes ſuos, loqueretur de ijs qui diligunt illum eodem modo; ac proinde aut deberet dicere in tertiam, & quartam generationem, & non in millia, aut certè de illis, qui oderunt Deum non deberet tertiam, & quartam generationem exprimere, nam, ſi in mille generationes, & vltra, odio habebunt Deum, ijſdem pœnis ſunt obnoxij. Dices per tertiam, & quartam generationem omnem intelligit generationem, ſed hoc non habet firmum fundamentum; præſertim cum Dei ſit intentio ibi opponere ſuam miſericordiam, iuſtitiæ, hancque exaltare in eo, quod miſericordiam præſtet Filijs in mille generationes, propter bona parētum; cum tamen non puniat niſi in tertiam, & qnartam. His, & alijs rationib. ex contextu deductis, probare nititur Abulenſis (à quo mutuatus eſt Vaſquez loco citato ſuo argumenta) Deum viſitare peccata Parentum in Filios, & poſteros, quamuis innocentes, in tertiam, & quartam generationem. Nec obſtat quod apud Ezechielem Dominus vetet illud prouerbium c. 18. *Patres commederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt*. Et expreſsè dicat, *Filius non portabit*

Marginalia: Tob. cap. 3. — Exod. 20. — Abulenſ. — Vaſq. — Reijcitur prima expoſitio. — Reijcitur alia expoſitio. — Vera expoſitio. — Ezech. 18.

iniquitatem Patris. Agitur enim ibi de morte ſpirituali, & pœna æterna (vt benè animaduertit idem Abulenſis, & expoſitores communiter) & patet ex toto illo capite, & ex illis præſertim verbis. *Ecce omnes animæ meæ ſunt, vt anima Patris ita anima filij mea eſt, anima, quæ peccauerit ipſa morietur*. Iudæi enim per illud prouerbiũ duo ſignificabãt, Deum propter peccata parentum, punire filios priuatione vitæ, & fęlicitatis temporalis, & inſuper priuatione vitæ ſpiritualis, & fęlicitatis futuræ; hoc quidem eſt falſum; illud verum; nam ſæpè id minatur Deus, & re ipſa comprobat, poſteros ob peccata parentum, pœnis temporalib. affligendo; quin ſæpè etiam ſpiritualib. negatiuis, minora illis gratiæ auxilia largiendo; exempla habemus in filijs Iudæorum, ad fidem conuerſis, & ſi in perfidia Paterna non fuerint inſtituti, & in filijs peſſimorum Hæreticorum, præſertim miniſtrorum, ſæpè enim Deus ob immania Parentum ſcælera, ita eſt offenſus, vt erga eorum poſteros minus videatur eſſe liberalis, & beneficus, non tanta illis impertiens gratiæ munera, quanta aliàs impertiret; vel in varias tentationes, & calamitates incidere permittens, vt hic quoque verum ſit, Deum viſitare peccata parentum in filios vſque in tertiam, & quartam generationem.

3 Hæc tamen ita velim dicta, vt pęnas quas exigere ſolet Deus, vel ob condonata peccata, vel à filijs ob culpas parentum, non ſentiamus certa aliqua lege eſſe illis conſtitutas, ſed ſępiſſimè experi à Deo, pro ipſius tamen arbitrio, adhibet enim illa vbi, & quando vult; & prout ipſi placuerit, quibuſdam enim poſt maxima peccata, ſtatim maiora confert auxilia, vt vbi abundauit iniquitas, ibi abundet, & gratia, nec

Declaratio ſeu limitatio veræ ex poſitionis.

finit illos magnis tentationib. concuti. Vice verſa, quandoque peccata Pattrum vindicat in filios, & maiorum, in poſteros, non in tertiam, & quartam generationem, ſed elapſo multo temporis ſpatio, nam Amalechitæ, qui à filijs Iſrael ex Aegypto reuertentibus tranſitum per regionem ſuam concedere noluerunt, delendi eſſe dicuntur; quod factum non eſt niſi annis poſt, plus quadringentis; cum nemo eorum viueret, qui peccauerunt, & ob illud peccatum, olim commiſſum, ante quadrigentos annos, neci ſunt deſtinati omnes poſteri Amalechitæ; nemine pœnitus excepto, iuxtà præceptum datum Sauli p. Reg. 15. *Nunc ergo vade, & interfice Amalec, & demolire vniuerſa eius, non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid, ſed interfice à viro, vſque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem bouem, & ouem, Camelum, & Aſinam*. Et quamuis, vt idolorum cultores pœnas deberent dare atrociſſimas, tantæ tamen interniciònis illa ſola redditur ratio. *Recenſui quæcumque fecit Amalec Iſraeli, quando reſtitit ei in via cum aſcenderet de Aegipto*. Peccatum ſcilicet perpetratum à maiorib. ante quadringentos annos. Sed de hac quæſtione quomodo, & quam ob rem Filij pro Patrib. & poſteri pro maiorib. aliquando pęnas ſoluant, non eſt in animo hoc loco exactè diſputare. Satis hæc ſint (quamuis perfunctoriè dicta) ad oſtendendam tantam eſſe peccati luem, vt familias progenies, Congregationes, Reſpublicas, quę cum vno peccatore quoquo pacto communicant; aliquando conficiat; quod tum ex dictis, tum ex illo ſcripturæ loco inter cætera multa poteſt eſſe pſpicuũ, qui habetur lib. Num. c. 25 numeri; vbi tam ægre tulit Deus peccatum illius viri, qui cum Madiani-

Mirum argumentum ad oſtẽdendam peccati malitiã.

Exod. 17.

1. Reg. 15.

Aliud item efficaciſſimum.

Num. 25.

dianitide concubuit, vt in eius vindictam occiſa ſint in populo viginti quatuor millia hominum, qui aliqua cognatione cum illo viro tenebantur.

Peccata venialia quamuis ſua natura leuia, grauia quandoque important mala.

Cap. 5.

1 Aliud conſideratione dignum non ſolum mortifera, ſed etiã venialia peccata maximè timenda; nam in loco decliui hominem ſtatuunt, qui ſæpè ducit ad interitum iuxtà illud cap. 19. Eccleſiaſt. *Quis pernit modica paulatim, decidit* à leuiſſima quandoque offenſione miſerandam prolabimur, & allidimur in ruinam; vt gloſs. in illa verba Iobi cap. 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine*. Egregia explicat Metalepſi, viſum, inquit ſequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem conſenſus, conſenſum opus, opus conſuetudo, conſuetudinem neceſſitas, neceſſitatem, deſperatio, deſperationem damnatio, hactenus illa. & quod peius eſt, peccata non cauens venialia, non ſolum lubrica vadit via; qua ille inſiſtere, aut progredi, ſine caſu aliquo, aut prolapſione vix poteſt, ſed quod peius eſt, talia intentantem pericula, non modo Deus non adiuuat, ſed ſæpè peculiari punit auxiliorum ſubtractione, & variarum tẽtationum afflictionumque internarum, & externarum permiſſione, qui enim negligenter Deo ſeruit, nec eſt ſolicitus, vt omnes eius offenſiunculas (quantum per humanam licet fragilitatem) caueat, meretur, vt Deus viciſſim, non tantam eius curã gerat, nõ tantis eum foueat beneficijs. Aequum enim eſt, vt ita ſe Deus erga nos gerat, ſicut & nos erga illum, ſicut ſcriptum eſt Pſalm. 17. *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente, innocens eris, & cum peruerſo peruerteris*. Idem cernitur inter homines; multæ enim paruulæ offenſiunculę amici in Principem, animum eius ab amico, alieniorem reddunt, efficiuntque, vt minora beneficia, & rarius conferat. Hinc peccatis veniali b. duo tribuuntur effectus, nimirum quod charitatis minuant feruorem, & ad mortifera diſponant; ſicut paſſim docent Theologi; feruorem quidem minuunt, tum quia vberiora auxilia quib. ad feruidos virtutis actus, opus eſt, ſubtrahunt; tum quia difficultatem quam mens patitur, dum ſe ad diuina conatur erigere; augent; creſcit autem hæc difficultas partim auxiliorum ſubtractione, partim inordinata affectus noſtri ad terrena adhæſione. Diſponnnt præterea ad mortifera, triplici ratione primo quia auxilia per illa, vt dictum eſt minuuntur. Secunda quia tentationes ſinuntur increſcere. Tertia quia, conſuetudo in prauis, ad maiora diſponit, qui enim ſępè parua cõmittit furta, incitatur, vt oblata occaſione, tandem furtum committat magnũ, qui voluptates illicitas ſectatur paucas, proniorẽ ſe reddit ad magnas; actuum enim repetitio, prauã auget inclinationẽ, & offenſionis metum ſẽſim tollit; vnde graui oblato obiecto; in quò maior vtilitatis ſpecies, aut voluptatis appareat, his ſuetus facillimè trahitur.

Eccleſ. c. 19 — Iob 31. — Pſal. 17. — Peccatis venialib. duo tribuuntur effectus. — 2 — Diſponunt ad mortifera triplici ratione.

3 Quid plura? à peccatis venialibus tantum mali impendit, vt ſentiat Origenes homil. 6. in Matth. Quando illos homines caueri iubemur à Domino, in quibus poſt trinam admonitionem, peccata reſi- (Origen.)

Digitized by Google

dent, ibi non ſolũ de peccatis mortiferis, ſed etiam de venialibus agi, quæ Dei gratiam non expellunt, ait enim textus, Matth. 8. *Sit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus*. Expende illud, *ſit tibi* quaſi diceret, fateor, talem hominem non eſſe Deo odioſum, non à Deo adhuc reiectum, verum tu illum caue, illum omninò fuge, quaſi reputans à fidelium communione eiectum, audi ipſum. *Nouiſſimè autem, quia non pariter dixerit ſit Ethnicus, & Publicanus, ſed ita, ſit tibi, qui in peccato leui correctus ter, non ſe emendat, nos quidem ſic eum debemus habere quaſi publicanum, & ethnicum; abſtinentes ab eo*. Ille enim qui minuta peccata inter iucundiſſimos mores præſefert facilè illa cõuerſantium indit viſceribus; quare cauendus omni conamine, & diligentia, & tanquam ethnicus cauendus. Suffragatur alius ſcripturæ locus, qui libris Regũ habetur, *Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat*. Quæ verba intelligit Gregorius in priori com. de populo gentili cap. 3. qui in fidem Redemptoris receptus, ei minima peccata per puluerem ſignificata, quæ facilè excutitur, & grauia, ſignificata per ſtercus, quod horribiliter inquinat, & & fœdat, ſunt remiſſa, concinit mirificè Dauid Propheta, iuxta Caſſiodori expoſitionem, *Suſcitans de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.* Quamuis leuiores, & grauiores culpas pulueris, & ſtercoris vocabulis, expreſsè nõ diſtinguat, nec ſine myſterio vtroque in loco ſubditur, *Vt ſedeat cum Principibus & ſolium gloriæ teneat*, vel quod in idẽ recidit. *Vt collocet eum cum Principibus cum Principibus populi ſui*. Non enim videtur conſeſſu eorũ dignus, qui participes ſunt æternæ hæreditatis, & Regni cœleſtis, non ſolum qui de ſtercore non erectus grauiũ peccatorum, ſed etiam qui de puluere non eſt ſuſcitatus leuium culparum, quarum munditia neceſſaria eſt, vt ingreſſus pateat ad regnum. Magna igitur eſt habẽda venialium cura, cum minorum, tranſgreſſio ad tranſgreſſionem maiorum viam muniat.

Matth. 8.

Ab illis etiã hominibus cauendum, in quibus poſt trinã admonitionem ex eadẽ peccata reſident quamuis venialia.

1. Reg. 2.

Gregor.

Pſal. 112.

Peccata venialia ingreſſum impedire ad regnũ Cœlorum lepidè oſtenditur.

4 Pulchrè Sanctus Auguſtinus de decẽ chordis cap. 12. Non eſt peccatũ veniale beſtia ſicut leo, vt vno morſu guttur frangat, ſed beſtię plerumq; minutæ, ſi multæ ſunt, necant, ſi proijciatur quiſpiam in locum pulicibus plenum, numquid non moritur ibi? quam minuta ſunt grana arenæ? ſi arenę amplius in naui mittatur, mergit illam, vt pereat; quàm minutæ ſunt guttæ pluuiæ? nonne flumina implent, & domos deijciunt? ergo iſta nolite contemnere, huc uſque ille. Hæc autem intelligenda ſunt ratione diſpoſitionis modo iam explicato. Addam illud Chryſoſtomi homil. 87. in Matth. non contemnendum, periculoſius eſſe aliquando in paruis, quam in magnis delinquere. Mirabile inquit quiddam, atque inauditum dicere audeo, ſolet mihi nonnunquam non tanto ſtudio magna peccata videri euitanda, quanto parua, & vilia; illa enim vt auertamus ipſa peccati natura efficit, hæc autem hac ipſa re, quia parua ſunt, deſides reddunt, & dum contemnuntur; non poteſt ad expulſionem eorum, animus generosè inſurgere; vnde citò ex paruis maxima finnt, negligentia noſtra; hæc Chryſoſt. In eundem modũ de hac re philoſophatur Gregorius Magnus 3. paſtor. admonit. 34. Nonnunquam, inquit deterius in pauca, quam in magna culpa peccatum, maior enim quò citiùs agnoſcitur, eo etiam celerius emendatur, minor vero, dum quaſi nulla creditur, eo peius, quò & ſecurius in

Auguſt.

Probatur ſuperior doctrina auctoritate ſcripturæ.

Chriſoſt.

Periculoſius eſt quãdoq; in paruis, quã in magnis delinquere.

Gregorius magnus.

vſu

vſu retinetur : ſic ille ; vbi plura de hac re. Tandem, vt hæc à principio non diſſentiant, huius capitis clauſula iſta erit ; Grauiſſimus eſt morbus animi, peccatum; quo quãdo quis afficitur, illi nobiliſſimus, atque optimus medicus, eſt quærẽdus ; fortia ac violenta medicamina præbenda ; vt conualeſcat.

Quã grauis morbus ſit peccatum ex medicamentis, etiam dignoſcitur, quæ adhibet Cœleſtis Medicus ad depellendum illud.

Cap. 6.

Caius Iuris Conſult. l. qui venenum, ff. de verb. ſignif.

1 AB illis verbis lubet exordium ſumere, quæ protulit Caius Iuris Cõſultus (qui venenum dicit) addere debet bonum, vel malum, nã medicamenta venena ſunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, naturam eius cui adhibitum eſt, mutat, quia id, quod nos venenum appellamus, Græci pharmacon dicunt, apud illos quoque, tam medicamenta, quã quę nocent, hoc nomine continentur, vnde adiectione alterius nominis, diſtinctio fit. hucuſq; Caius. Eodem modo philoſophandum: cum de curandis agitur morbis animi, qui malum dicit ipſum diſtinguere oportet, quædam enim ſunt mala, vt etiam ſint dicenda bona, quæ medicamẽta ſunt animi, ipſique ſalutaria, quamuis faciãt dolorem, quædam vero ita ſunt mala, vt abſolutè dicẽda ſint talia, ſunt autem ea, quæ prorſus nocent. Dicam apertius in ſchola Chriſti, qui non modo medicinæ ſpiritualis inuentionem ſibi meritò vendicat, ſed illi ſupremum faſtigium impoſuit, peccata tantum abſolutè appellantur mala, vel quæ ad peccandum inducunt, cætera verò quamuis humanæ naturæ repugnantia, non ita dicuntur, niſi adiectione boni, præſertim, cum tanquam animæ medicamenta adhibentur, ſic Dominus noſter, quando orandi dat formulam, ad quam, alias afformare orantis ſpiritus poſſit, illam inter cæteras petitiones, quæ eſt aliarum clauſulam, nos decet facere, *Sed libera nos à malo*. Innumera quidem ſunt huius vitæ mala, tentationes, tribulationes, ægritudines, afflictiones, bella, ſeditiones, ærumnæ; horum tamen nulla facta ſpeciali mentione, dum orantes inſtruit, hanc petitionis formam illis præſtitit, libera nos à malo, ab eo ſcilicet, quod abſoluti mali nomen meretur, & quid quid, vel ad illud ſolicitat, vel eſt impedimentum boni, de cæteris vero quæ naturæ inſtitutioni, & quam ea expectat, reparationi aduerſa, philoſophandum, quemadmodum, & Caius Iuriſconſultus de veneno, nam ſi ad peccatum inducunt, dicẽda ſunt mala, & ſi ſint diuitiæ proſperitates, & cætera huiuſmodi, naturæ iucunda. At ſi à peccato remouent, quamuis ſenſui repugnantia, venenum bonum ſunt dicenda, ad animi morbos curandos, ſatis appoſitum, locoque maximi beneficij eſt accipiendum, cum Deus in hunc finem vrit, & ſecat ; nulla enim remedia, quæ huic morbo adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria.

Id quod abſolutè, malum, dicitur eſt tantum peccatum.

Math. 6.

2 Mira dicturus ſum, & teſte ſermone diuino, veriſſima, quam acribus aninarũ ſaluti, remedijs, Deus ſubueniendum putat; quæ quidem medicamenta amatoria dici poſſunt, nam ad depellendum peccatum, ad conciliandum nobis, auctorem gratię, & charitatis dantur. En tibi quibus ſalubribus herbis vulnera noſtra ſanat, dolore lateris, præmatura

Quam acribus remedijs, Deus animarũ ſaluti ſubueniẽdũ eſſe, iudicat expedire.

Digitized by Google

morte, dilaniatione membrorum, ſectione corporum, combuſtione carnis, lapidum imbribus, peſte, bello, captiuitate, acerrimis tormentis, quæ quamuis naturæ humanæ ſint tam aduerſa, adhibet tamen ſæpè cęleſtis ille medicus, tanquam iucunda remedia, vt ex hoc morbo, homo conualeſcat. Percurramus, ſi placet, tum diuerſa ſacræ Scripturæ loca, tum Eccleſiaſticas hiſtorias, & videbimus, hanc illi eſſe conſuetudinem, vt curandis his morbis ſæpè huiuſmodi adhibeat medicinas.

3 Ardebat Rex Abimelech in concupiſcentiam Saræ, eamque decreuerat ducere vxorem, arbitratus ſororem eſſe Abrahæ non coniugem, multis ob hanc cauſam Deus eum cæſit flagellis, & illi ignorantiã excuſanti. Geneſ. 20. *Num gentem ignorantem, & iuſtam interficies*. Reſpondit Dominus. *Et ego ſcio, quod ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodiui te, ne peccares in me, & non dimiſi, vt tangeres eam*. Quod ſi curioſè inueſtigaueris, & quæ nã fuit hæc cuſtodia? Reſpondent Ioſephus, Toſtatus Nicolaus de Lyra, & alij communiter, afficere eum morbo lęthalii, quò repente ducebatur ad mortem, antequam concubuiſſet, ne Saram tangeret, quin hoc dicit Scriptura. *En morieris propter mulierem quam tuliſti*. Et in tale diſcrimen illa ægrotatio, (forſitan lateris dolor) à Deo immiſſa, Regis vitam adduxerat, vt Medici omnem planè ſpem ſalutis abiecerint, & indicãt illa alia verba. *Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, quia Propheta eſt, & orabit pro te, & viues, ſi autem nolueris reddere, ſcito, quod morte morieris tu, & omnia, quæ tua ſunt*. Ergo confugiendum erat ad virtutem diuinam eamque *Abrahæ precibus* impetrandam; vt ex illa conualeſceret infirmitate, nam ita ægrotabat læthaliter, vt vis morbi, nullis poſſet depelli remedijs humanis. Hoc igitur pacto Deus cuſtodiuit Abimelech, ne peccaret, apagè, hanc cuſtodiã, has illecebras? diceret animalis homo, qui non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. At qui pondus ſcit perpendere peccati, & eius malignitaté plenè nouit, pro beneficio, & blãditijs reputat, ægrotare ad mortem; imò mortem ipſam quamuis acerbam, quam in talem morbum incidere; conſentit ille, qui, vt diximus ſupra cogitabat pro peccato ſuo ideſt anxiè; cogitatione diſcruciabatur, etiã pro cõdonato peccato Dauid Propheta, nũ tale genus cuſtodiæ priuilegium ſit dicendum diuinum; paucis idque amicis, ab eo conceſſum; ipſe enim de Deo, auxiliarem ſemper manum, ſuis præſtante, inquit, Pſalm. 33. *Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum*. Siuè, vt Biblia compluctenſis habet. *Caſtrametabitur Angelus Domini, &c.* Quod propriè ſignificat Gręcum verbum, παρεμβαλεῖ. eſt enim quaſi tentorijs diſpoſitis collocari, ſiuè caſtra, & ſtationes habere, ſed quomodo hæc cohęrent; cum caſtra multitudinem præſeferant, Angelus autem vnus ſit. Reſpondet optimè Agellius noſter, ex conſuetudine ſcripturæ, ſpeciem ipſam, ſiuè genus, ſeu multitudinem eiuſdem generis, ſeu ſpeciei, vnitatis numero ſæpè ſignificari, quod in Hebræo apertius eſt in qua lingua bouem pro multitudine boum, ouem quoque pro multis ouib. dicunt. Senſus igitur erit immittet Dominus Angelos propugnatores, qui in circuitu timentium eum indefeſſas excubias agant; vnde ex his verbis Baſilius in Pſal. 33. Cyrillus Alexandr. 4. de adorat. de vocat gent. cap. 10. Iſidorus; Hieronymus plurib. in locis, et alij PP. dogma de Angelorum cuſtodia indubitate colligunt. At quodnam Angelicæ huius cuſtodiæ munus? ſubdit

Margin notes: Geneſ. 20. — cap. 3. — Pſal. 33. — Baſilius. Cyr. Alex.

ſubdit vates. *Et eripiet eos*. Vbi maximè adnotari debet Hebraicæ coniugationis vis. Certè licet Hebræum verbum ibi poſitum in cõiugatione Kal. ſolum ſignificet, vt cumque remouere, aut tranſponere at in, Piel, non ſimpliciter, ſed magno cum impetu, et violentia rem tueri indicat, vt innuat Dauid propugnatores Angelos, vt ſuo muneri ſatisfaciant, ſæpè commiſsos ſibi clientes impetu, & vi hinc illuc, ideſt ex hac in aliam vitam tranſponere. Sed quæ hæc cuſtodia? quiſuè cuſtodiendi, & excubandi pro ſuis, modus? dicat non nemo ad interfectores Angelos, quam ad cuſtodes id pertinere, nec excubias ad protegendum, ſe ad inſidiandum appellet. At enim vero hæc firmiſſima tutela, fideliſſima cuſtodia hęc, quæ Dei ſeruos à facie peccati, ab incerto tentationum, à vita, in qua peccari poteſt, à periculis denique peccandi, immunes reddit, vnde Salamon vbi de immatura iuſti morte agit, ſubijcit de inſipientib. Sap. 4. *Videbunt enim finem ſapientis, & non intelligent, quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum altiſſimus*. Vbi alij legunt. *Minuerit*, ſicut Codices Regij atque complutenſes alijque habent, & Lyranus legit Cantacuzenus, & Rabanus teſte Olkot Leu. 54. exponentes de imminutione vitę, quod quidem errorem eſſe teſtatur Ianſenius, Ioannes Lorinus in hunc ſapientiæ locum, & alij nam Græcum verbum eſt ἠσφαλίσατο. tuto conſeruauit, ſecuritate donauit. Sed forſitan ex vtraque editione lucidius fit, quod intendimus, nam quando minuit vitam, tunc munit, iuſti enim mors, tutela ſiue protectio, & tutamentum ab hoſte, qui ad peccatum ſolicitat, appellatur, & verbum Græcum propriè ſignificat ſecurum reddere eum, qui in lubrico, & inſido loco (talis quippe mundi ſitus) pedem vix firmare valet; ergo egregij doni loco. *Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos*, hoc eſt magno impetu ex hac, in aliam vitam, ne peccato fœdantur.

Sap. 4.

Lyranus.

Olkot Leuit. 54.

Et quidem magna dignum 4
eſt conſideratione, quod *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*. Quorum verborum illa dubio procul eſt germanior expoſitio, multum ab eo, ipſorum vita æſtimatur, nec niſi magno ſibi perſoluto pretio, diem ſiue horam eius decurtat, ſicut de ſeruo Centurionis dicitur Luc. 7. *Erat ei ſeruus pretioſus*, ideſt quem multum æſtimabat, atque in magno pretio habebat, ita Nicolaus de Lyra. Pretioſa igitur in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, ideſt non de facili permittit eos mori; ſicut res pretioſa non ita facile contemnitur, quam quidem ſententiam ſatis confirmat, quod ſenſu oppoſito de peccatorib. dicitur Pſalm. 43. *Vendidiſti Populum tuum ſine pretio, & non fuit multitudo in commutationib. eorum*. Hoc eſt non multum eos æſtimaſti, ſiue (qui vendentium mos eſt) licitantib. pretia auxiſti; ſed neque permutationem vllam, vt inquit, Theodoretus in Catena Græca pro ipſorum capitib. poſtulaſti, ac ſi ea pro nihilo duceres. Cũ igitur ſuorum vitam tanti Deus faciat, vt nec vnicum illius punctum decurtari ſinat, niſi ingens pro eo precium illi perſoluatur, legitimè inde inferri poteſt, quam ingens beneficium, quamq; fideliſſima cuſtodia firmiſſimaque Dei tutela ſit, extra telorum iactum, & peccatorum imminentia pericula, ſuos cõſtituere, quando hac ſolum de cauſa pretioſam ſibiq; cariſſimam illorum vitam, liberaliter diffundit, atque immaturè eos tollere non renuit.

Pſal. 114.

Quomodo dicitur pretioſa mors Sanctorum.

Luc. 7.

Pſal. 43.

Theodor.

Applaudit, & approbat totum 5
hoc,

hoc, quod dictum eſt ſancta Mater Eccleſia,quæ ſancto ducta ſpiritu in ſolẽnitatibus Martyrum, ea decreuit Eccleſiaſtici decantari verba, cap. 5. *Confitebor nomini tuo quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditione*: ſed quod nam hoc auxilium? quis protegendi modus? quod liberandi genus? ſi Martyres tot paſſi ſunt tormenta, vt ad palmam peruenirent martyrij, & (vt cum Paulo loquar, Ad Hebr. ij. *Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt*. Quid non ſunt paſſi? *Ludibria, & verbera experti, inſuper, & vincula, & carceres*. Num hæc liberatio corporis, tot cruciatibus expoſiti? vt Deum tanquam beneficum, & protectorem, pro tot acceptis beneficijs, teneantur celebrare? ſed occurrit huic dubitationi illis verbis idem Apoſt. ad Hebr. ij. *Non ſuſcipientes redemptorem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem*. Nam quãuis, ſi vel verbulo tyrãnis ceſſiſſent, poterant omnibus pœnis redimi, & liberari, fide tamen, quę donum Dei eſt, roborati, cruciari, & mori maluerunt; vt per illam mortem, inuenirent reſurrectionem, & corpori, ac animæ vitam meliorem, vita præſenti; ergo dum Deus perdit, cuſtodit, & dum diffundit vitam, tuetur, & dum mortificat, viuificat, dumq; ſuos, tot tormentorum ictibus exponit, à peccatorum vrgentibus periculis, reddit immunes. Hæc fideliſſima cuſtodia, hoc firmum tutamentum: gratiæ agendæ Deo cum ſanctis Martyribus pro hac tutela. *Liberaſti corpus meum à perditione*. Nec ſolum fidelis hæc cuſtodia, ſed etiam ſuauis, & omni iucunditate plena, ita vt iucundarentur priſci illi Patres, & Prophetæ ante faciem Domini, talibus munimẽtis, immunitatem pollicentis à peccato. Audi Ioelem Prophetam. *Et erit in illa die ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & per omnes riuos Iuda, ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur*. Quæ verba de primo filij Dei egreſſu, intelligũt nonnulli, & præſertim de inſtitutione Sacramenti Euchariſtiæ. Quod ſi ita eſt, potius dicendum erit, ſtillabunt montes tot ærumnarum amaritudinem, Colles fluent ſanguine, per totum orbem ſeditiones, pręlia, clades, occiſiones, cadauerũ interfectorum multitudo, terrenarũ poteſtatum conſpiratio contra Chriſti ſectatores; nõne ipſe dixit Matt. 10. *Non veni pacem mittere, ſed gladium*. Nonne prædixit diſcipulis. *In mundo preſſuram habebitis*. Et iterum, *Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus ſuas, & perſequentur tradentes in ſynagogas, & cuſtodias, trahentes ad Reges, & Præſides propter nomen meum*. Quin ipſemet cæterorum omnium martyrum verè Magiſter, & Dominus, nonne poſitus eſt in ſignum, cui erat contradicendum? reputatus quaſi leproſus, percuſſus à Deo, & humiliatus; cui non erat ſpecies, neque decor. Vnde igitur tanta ad Aduentum eius, dulcedinis affluentia, vt dicantur montes ſtillare dulcedinem, & colles lacte fluere? ſed detegit quod videbatur occultum, quoue pacto ſuggendum eſſet mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo, Prophetia illa Danielis Meſſiæ tempore adimplenda cap. 9. *Et finem accipiat peccatum. Et deleatur iniquitas, & adducatur Iuſtitia ſempiterna*. Si tantæ lanienæ hic erat ſcopus, iure optimo hæc omnia quamuis naturæ humanæ aduerſa, iucunda, & ſuauia dici poſſunt, ſupra mel, & lac, ad depellendum tam grauem morbum parata; vnde de Sancto Stephano canit Eccleſia, *Lapides torrentis, illi dulces fuerunt*. Quorum ictibus ab incerto tentationum, à vitæ huius lubrico,

Eccleſ. c. 5.

Quare Sanctorũ martyrum corpora, quæ tot paſſa ſunt tormẽta liberata dicuntur à perditione. Ad Hebr. ij.

Ibidem.

Liberari à periculis

peccatorũ per mortẽ quàm atrociſſimã fidelis, & ſuauis cuſtodia.

Vide Patr. in Cãt. magnũ Moyſ.

Matth. 10.

Ioan. 16.

Luc. 21.

Iſai. 53.

Daniel c. 9.

lubrico, in quò labi poterat, ereptus, ſecurus euolauit ad Cœlum.

6 Mirificè conuenit cũ dictis, quod repetitur ſcriptũ lib. Geneſ. c. 5. vbi Lamech Diuino inſtintu ſanctitatẽ futuram præuidẽs filij quẽ genuit cum centũ octuaginta duorum eſſet annorum, vocauit nomen eius Noè dicens. *Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum in terra cui maledixit Dominus*. At quomodo inquies conſolabitur, ſi ſuæ ætatis Hominib. futurus erat perennis conteſtatio vniuerſalis diluuij, futurique ſupplicij propter eorum delicta? Sunt qui. Reſpondent Noè deſtinatum eſſe à Deo generis humani, quoad corpora reſtauratorem, & ex eius ſemine naſciturum Virum Meſſiam, eiuſdem humani generis quoad animam ſeruatorem, qui noſtra non modo conſolatio, ſed, & requies. *Venite ad me omnes*. Clamaturus, *Qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos*. Non abnego, ſed magis ad rem noſtram, Hieronymus inquit, idcirco Noè requiem dici, eo quod viuente illo, & Arcam in diluuio regente, genus humanum cum ſuis omnib. operib. diuitijs, domibus, oppidis funditus perijt, ceſſaruntque omnia hominum negotia, illa inquam de quib. eodem libro dicitur Geneſ. 6. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore*. Nec ſingularis eſt hæc Hieronymi expoſitio, ſed conſentiunt Chryſoſtomus, & Ambroſius. Chryſoſtomus, inquit, Noè, quietem dici, quietem autem vocat, generalem illum interitum, poſt multos annos futurum, ſeu abolitionem, & ſublationem per diluuium, appellat quietem, hic itaq; (ait, Lamech.) quietem nobis præſtabit ab operib. noſtris, à malitia deſiſtere faciet, & à moleſtijs manuum noſtrarum, & ab operib. malis manuum, quia per manuum opera, & multas actiones moleſtię, & triſtitiæ auctæ ſunt ita Chryſoſtomus Ambroſius verò lib. de Noè, & Arca cap. 1. Noè, inquit, quod latinè dicitur iuſtus, vel requies, quod vtique ſi ad ea quæ facta ſunt, referendum putes, cum diluuium ſub eo factum ſit, non requies hominibus, ſed interitus videatur illatus; nec remiſſio malorum, ſed cumulus miſeriarum, verum ſi iuſti viri nomen conſideras; aduertes iuſtitiam ſolum eſſe quæ alijs potius nata eſt, quam ſibi, non quod vtile ſibi eſt querat, ſed quod omnibus, hæc nos requieſcere facit ab operib. iniquitatis, hęc reuocat à triſtitia, quia cum ea quæ iuſta ſunt, gerimus, nihil timemus, puræ conſcientiæ ſecuritate, non dolemus graui dolore, nihil eſt enim quod maioris doloris ſit, quam culpæ reatus, hæc Ambroſius. Ecce igitur iuxtà eorum Patrum ſententiam Noè dicitur illo loco conſolator humani generis, & requies, quia ſuæ ætatis tempore debebat Deus ſub aquas diluuij cum peccatorib. mergere ipſorum peccata; Meritò igitur Lamech à Deo doctus, tunc quando Noè genuit, de ipſo prædixit. *Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum, in terra cui maledixit Dominus*.

Geneſ. 5. — Confirmatur idẽ argumẽtum. — Geneſ. 6. — Ambroſ.

7 Vis aliam ſcripturam huius quaſi germanam expoſitionem, perpende verba illa Iſaijæ cap. 40. *Conſolamini conſolamini Populę meus dicit Deus veſter, loquimini ad Cor Hyeruſalem, & aduocate eam, quoniam completa eſt malitia eiuſdi, miſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis*. Quo loco recipere duplicia pro peccatis ſeu vt habent ſeptuaginta. *Recipere duplicia peccata ſua*. Eſt propter peccata multis pœnis affici, quemadmo-

Iſai. 40. — Ad idẽ probandum.

madmodum interpetratur D. Ambroſius ſerm. 19. in Pſalm. 118. in illa verba Pſalmi. *Præueni in maturitate*. ſeu. *In immaturitate*; vt conſtat ex textu Græco, quam cito (inquit Ambroſius) dixit plenitudinem deiectionis (eſt enim apud ſeptuaginta, completa eſt humilitas, ſeu deiectio eius) ſolutionem eſſe peccati, & repetiuit cauſam conſolationis, videlicet eo maius eſſe reconciliationis inſigne, quo numeroſior fuit pęna, quam culpa, magnum igitur præſtat ſolatium Deus quando pro peccatis noſtris graues exigit pœnas, nã quo acriora remedia his vulnerib. adhibentur; eo magis ſunt ſalutaria. Nuncium igitur exoptabilẽ refert Iſaias, cum dicit. *Conſolamini conſolamini, &c. ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis*. Hac flagrabat cupiditate Abacuc, cap. 3. dum dicebat. *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſupter me ſcateat*. Hoc eſt varijs, moleſtiſſimiſque doloríb. afficiar, & omnem huius vitæ grauiſſimam licet pœnam ſuſtineam, quorſum nam? *Vt requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad Populum accinctum noſtrum*, hoc eſt, vt huiuſmodi doloribus, & ſupplicijs emendatus, non peream, ſed obtineam ſalutem. Habes illuſtrem hac de re ſententiam Machabęorum c. 6. libro 2. vbi illius libri auctor ita loquitur. *Obſecro autem eos qui hunc librum lecturi ſunt, non abhorreſcant propter diuerſos caſus, ſed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad correctionem eſſe generis noſtri, etenim multo tempore non ſinere peccatorib. ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere magni beneficij eſt inditium*: Et vt paucis multa complectar, hoc ipſo quod Deus homini remittit peccata, dicitur illum cuſtodire, & protegere, licet ob hanc cauſam plagas inijciat innumeras, vt indicant illa verba Iob cap. 10. *Et viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum*.

Ambroſ. Pſal. 118.

Abacuch. 3

2. Macab. 6

Iob c. 10.

8 Verũ de hoc argumento multa ſparſim dicuntur in Scriptura ſacrã transeamus ad hiſtorias Eccleſiaſticas. At ne ſermo noſter pluſquam ſatis eſt, producatur, ſufficiat pro omnibus vna, quæ in vita habetur Bernardi, & refert eam Baronius. Bernardus igitur poſtquã ipſi exhibitum eſt munus prædicandi, & annunciandi bellum ſacrum fidelib. contra Paganos, ab Eugenio Papa; vt tanquam tuba Sacerdotalis indiceret illud, ſiue verbis docens, ſiue concionibus, ſiue ſcriptis literis, (vbi adeſſe non poſſet) Chriſtianum Populum concitaret, id fœliciſſimè præſtitit, & ſequentib. ſignis, & tantis, & tam multiplicib. quanta, teſte Gofrido, lib. 3. cap. 4. in vita ipſius, vel numerare ne dum narrare difficile foret. Belli dux, & Imperator ipſe met Bernardus declaratur, & quamuis tanto oneri imparem ſe eſſe fatebatur. Quis ſum ego, dicebat, vt diſponam caſtrorum acies? vt egrediar ante faciem armatorum? omnia tamẽ ipſius nutu regebantur; verum adhuc ſub tanto Duce, & militiæ Principe, illa expeditio infęlix admodum extitit, ob militib. paratas inſidias ab Imperatore Emanuele Comeno, qui ſpecie quidem blanda, illos excipiens, & re tamen ipſa hoſtili animo, gypſum farinæ immiſcens, peſtilentem militib. ſuppeditauit annonam. Hinc lues maxima corrupit exercitum; ægrotabant innumeri, multi moriebantur quotidie, quorum omnium, haud ignarus hoſtis, noſtros imparatos, & ægrotantes inuadit; tantaque facta eſt Chriſtianorum ſtrages, vt ſicut prius luſtratione facta exercitus, ſunt numerata bellatorum centum millia; vix poſtea accepta hac clade, duodecim

Hiſtoriæ confirmant hanc moralē doctrinã.

Baronius. Anno Chriſti 1146. & 1149. tomo 12. annal. Bernard.

Gofridus.

Philip. de S. Io. Bapt. in vita Bernard. lib. 3. cap. 31.

decim millia fuere ſuperſtites; nec aliud Turcis tantus belli apparatus attulit incommodi; quàm imminentem ſolum timorem, exiguum, quin potius tantę expeditionis effectum, ridiculum. Graue contra Bernardum ex prædicatione itineris Hyeroſolimitani, quorũdam hominum, vel ſimplicitas, vel malignitas ſcandalum ſumpſit. Cum triſtior ſequeretur effectus, in ipſum eius auctorem, obloquentiũ omnium linguę, conuerſæ ſunt, adeo, vt fuerit illi neceſſe, pro ſe ſcribere apologiam quam, & alij eodem tempore ab importuna accuſatione vindicarũt, docentes ipſum quidem ſpiritu Dei afflatũ, expeditionem ſuaſiſſe, imò editum à Bernardo miraculum in teſtimonium diuinæ voluntatis. Accidit enim vbi primum de eiuſdem exercitus diſſipatione lamentabilis intra Gallias inſonuerat rumor, illuminandum Dei famulo, offerens Filium Pater, multis precib. vinceret excuſantem; & imponens ſanctus puero manum, orabat ad Dominum; quatenus ſi ab eo verbum prædicationis illius exierat, ſi prædicanti ſpiritus eius adfuerat, in illius illuminatione oſtendere dignaretur; Dum vero poſt orationem, orationis præſtolaretur effectum. *Quid facturus ſum?* ait puer, *video enim*. Attollitur illico clamor adſtantium, plures enim non modo ex fratribus, verum ex ſæcularib. aderant, qui puerum videre videntem, multipliciter conſolati Deo gratias referebant. At ſanctus, qui non tam vicem ſuam, quam conculcari Dei honorem pertimeſcebat, totum ſe diffundebat in lacrymas, illius enim aurib. crebræ inſonabant voces; ſi ex Dei placito totum; ideſt peractum; dicent Aegyptij, dicent filij tenebrarum, qui veritatem nec videre valent, nec proferre, callidè eduxit eos, vt interficeret in deſerto; dicent gentes vbi eſt Deus eorum: factumque ita fieri dignitatis diuinæ, inique patiebatur Bernardus, ipſius dilacerabatur animus.

Lib. 2. de confider. in principio.

Octo Friſo rig. in Frider. lib. 1. cap. 60 in fin. Gofrid. ib vita Bernard. lib. 3. cap. 4.

Exod. 32.

Pſal. 113.

9 Sed heu, quam ſunt abſcondita diuina conſilia, & ab aſpectus noſtri iudicio remota, quis nouit ſenſum Domini, aut quis Conſiliarius eius fuit? Si præclarum illud diuina mens cogitabat, tanto Belli apparatu plurimorum eripere non orientalium corpora à Paganis, ſed occidentalium animas à peccatis; quis illi audeat dicere: quid feciſti ſic? aut quis rectè ſapiens, illorum ſortem non magis doleat, qui ad priora, vel peiora forte prioribus ſcelera redierunt, quam eorũ mortem, qui in fructibus pœnitentiæ, varijs purgati tribulationibus; Chriſto animas reddiderunt? Maioris momenti erat Cœleſtis Hieruſalem reparare ruinas, quàm illam terrenam à Barbarorum manibus eripere; Hoc ſpectaſſe Deum teſtatur Ioannes Abbas Caſęmarij apud Bern. epiſt. 333. de his ad ipſum Bernardũ ſcribens, aſſerens, ſe, ex certiſſima reuelatione Sanctorũ Ioannis, & Pauli Martyrum, didiciſſe, tot hominum millia, varijs tribulationibus à peccatis ſuis purgata, ſacramentalis confeſſionis, & indulgentiarum beneficio, munita, opportunè à Deo erepta, eſſe ex hac vita, ne diutius in ea permanentia, peiora forte prioribus ſcęlera, in ſuarum perniciẽ animarum, perpetrarent; eoſdemque Sanctos, addidiſſe, multitudinẽ Angelorum, qui ceciderunt de illis, qui in expeditione morituri eſſent, reſtauratam eſſe: huc directa fuerunt à diuina prouidentia, quæ in ſua diſpoſitione non fallitur, mandatum Eugenij, prædicatio Bernardi Pontifici obſequentis; edita ſigna, ſolicitantia Chriſtianos ex toto orbe terrarum ad pugnam, paratæ ab Imperatore

Quam ſunt abſcondita ab oculis noſtris diuina cõſilia.

Ioan. Abb. Caſaman.

peratore inſidiæ, annona peſtilens, ſuppeditata militibus, lues magna, corrumpens exercitum, Barbarorũ arma, torrens ſanguinis, ex tot millibus interfectorum manantis, laniena tot Chriſtianorum, omnia hæc venena bona, quæ Chriſti ſeruos à facie peccati, ab incurſu tentationum, à periculis denuò peccandi, reddunt immunes; ignota hæc tam profunda ſecreta inſipiẽtibus, ſicut ſcriptum eſt. Sap.4. *Videbunt enim finem ſapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare muniuerit illum Altiſſimus.* Et verè electorum mors, non niſi ob altiſſimas rationes, quæ in magnam Dei gloriam, & morientium vtilitatem cedunt, permittitur, vt etiam docet præfata hiſtoria, vbi viſum eſt patiẽter toleraſſe Deum opprobria, quæ tantarum animarum ſalute compenſauit, & quamuis alioqui ſui honoris ſit maximè tenax, iuxtà illud. *Honorem meum alteri non dabo.* Quãdoque magno illius diſpendio animas lucrifacit. Maximi ergo beneficij loco eſt habendum, cum Deus (cui tanti morbi cognita eſt vis) fortia præbet medicamina, vt noſtræ conſulat ſaluti; quandoquidem, vt eam aſſequamur, dignitatem, & honorem ſuum non renuit aliquoties diffundere.

Sap.4.

Quãdoque Deus magno honoris ſui diſpẽdio animas lucrifacit.

Cum ſatis acceptum ſit malignum, & peſtilentem morbum eſſe peccatum, fugienda ſunt ea, quæ hoc contagium, & hanc peſtem nobis minitantur, ſcilicet occaſiones.

Cap. 7.

1 SI nulla eſt febris quæ ita medicorum torquet animos, ſicut maligna, & peſtilens, rationi conſonum eſt, vt ijs qui omni cura in animarum ſalutem volunt incumbere, ad manum debeant eſſe antidota, quæ illa à tanto immunes reddant contagio, eoque magis ſi Fracaſtorio teſte, inter malignas febres, & peſtilentes, illud dicitur eſſe diſcrimen, quod hę, vt plurimũ occidunt, illæ vero multos, quando agitur de peccato, animarum peſte, nullus eſt qui hoc morbo affectus, nõ ſuccumbat, illamq; amittat vitam, quæ tanto magis expetenda, atque optanda eſt, quanto anima præſtat corpori, ſicut igitur illius curationis præcepta à medicorum ſcholis ſunt petenda, ita & huius, ex ſacra Scriptura documenta capiuntur innumera; quæ è veluti arca medica, vbi adſeruãtur antidota, ad omnem euentum, fideliũq; vſum parata, habentq; vtriuſque medicinæ medicamenta maximam inter ſe analogiam. Peſtilens morbus ab externo aere infecto exoritur, iuxtà doctrinam Hyppocratis de natur. humor. 2. & 3. ſub his verbis. morbi vero fiunt, partim à victu, partim à ſpiritu, cuius attractione viuimus, eiuſdem ſententiæ eſt Galenus 1. Epit. com. 1. tex. 1. dicẽs, vbi multi vno morbo homines, eadem tempeſtate corripiũtur, cauſam illi tribuere debemus, quod eſt maximè commune, & quò pręcipuè omnes vtimur, id autem eſt, quod reſpirando attrahimus: hæc ille. Vnde aeris malignitati eſt occurrendum, ſatiuſq; foret, ne hoc morbo inficiantur corpora, quamprimũ terga vertere Cęli clementiam querere, & in ſalubria ſecedere loca, quod ſi aliqua de cauſa id nõ fuerit permiſſum, corrigendus eſt aer, flabellis aſſiduè agitandus, eaq; adhibeantur antidota, quæ cum ſordida illius lue prælientur, ſubfumigia ex ligno iuniperi, aloes, mirrhæ, mali citræ, lauri, muſci, nucis, myſticæ

Hypocrat.

Galenus.

Cõtra peſtẽ antidota

ſunt

ſunt vtenda, ad ignis beneficium confugiendum, cum enim inter elementa cętera, maximę ſit ignis actiuitatis, aeris putridam ſobolẽ exiccando expellit, ipſumque lucidum reddit, & ab omni lue immunem.

2 Hinc Hypocrates in ſordido peſtilentique ſtatu, ſyluas reciſit, & vſſit, ſicque homines à peſte vindicauit. Subſellia ſcamna, lecti, veſtes, ſuppellex, & cætera huiuſmodi infecta; nequaquam tangenda, nam aer in eorum poris incluſus corruptus, quibus adhærent, corpora quæque, corrumpit, nam per trãſpirationem ſemina, quæ vehit contagij, primum arterijs, deinde per cõtinuum, cordi cõmunicat, & quaſi ſummæ actiuitatis venenum, ipſum ferit, accendit, vires exoluit. Quid moror? vna veſtis infecta, ſępè Prouincias inficit, & Regna, & quia, Galeno teſte, licet peſtilens febris propriè dicta, ab ambiente aere ſuam trahat originem, nihilominus ex prauis alimẽtis maligna febris, & prauæ qualitatis plena, exoritur, quæ peſtilenti eſt conſimilis, quamuis cõmuniſſima cauſa, nempè aer deficiat ijſq; volunt vitare contagium, ſi ſint adſtantes, ab huiuſmodi ægrotantium tetro ſpiritu, cuntactu, nimiaq; appropinquatione; eſt cauendum.

Hypocrat. 1. de diff. feb.4.

Galenus 1. de diff. feb.4.

3 Hæc autem omnia maximam habent analogiam cum occaſionibus peccatorum, à quibus eſt timendũ ijs, qui tali contagio nolunt infici, ita Sancti Dei horrore locorũ, quæ erant inſalubria, quæuè peccatorũ lue habebantur ſordida, ſunt deterriti, vt dicat Petrus Damianus ſerm. de S. Alexan. quod eſt maxima animaduerſione dignum; Abrahamum poſt præceptum illud ipſi à Deo datum, Geneſ. cap. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua*. Multis tamen elapſis annis factus grãdęuus, & quod caput eſt, non ſolum prouectioris ętatis, ſed etiam ſummæ ſanctimoniæ vir, nunquam poſt modum ad rediuiua rediſſe certamina Caldeorum, & quamuis ſua ſanctitate ſatis videbatur ſe poſſe tueri, ad terram illam Idolis ſeruientium, licet propriam patriam, nunquam regredi ſiuit Deus, vt ſic eum occaſione remoueret peccandi, quæ adeo eſt fortis, præpotenſque viribus, vt etiã de Abrahamo inueteratæ ſanctitatis viro, valeat triumphare.

Occaſiones peccatorũ fugiendæ.

Petr.Dam.

Geneſ.c.12

Maiora dicturus ſum, nec à vero tamen abhorrentia, qua ratione licet permittere minus malum, vt ſic vitetur maius, & etiam, ſatius eſt in peccato, quamuis graui conniuere quandoque, quam aperire viam, ad occaſionem peccandi. En tibi locus celeberrimus firmans hanc veritatem Aegrè ferentes filij Iſrael moram Moyſis, qui cum Deo loquebatur in monte, dixerunt ad Aaron Exod. 32. *Surge fac nobis Deos qui nos præcedant*: At ille, quamuis de maximo agebatur peccato, præbuit aſſenſum, fecitque opere fuſorio, vitulum conflatilem, dubitat Athanaſius Epiſt. ad Rufinum. Cur Aaron ſummus Sacerdos, cuius erãt partes ſaluti animarum incumbere, tam peſſimæ annuerit petitioni, nonnè melius erat perſuadere oppoſitum, idque facili negotio poterat aſſequi, nam de tam patenti agebatur malo, vt illos euidentib. rationib. conuinceret. Reſpondet ſanctus, in eo permittendo bonum conſilium, optimumque regimen eſſe locutum, & quæ nam eſt hæc prudentia? quæue huius boni regiminis ratio, à recto non deuians; *Ne Aegiptium*, inquit, *repetentes, Idolatriam amplecterentur*. Fore enim nemo non videbat, modo in deſerto remanerẽt, impietatem omnem eſſe abiecturos. Minus igitur malum eſt peccare, quamuis grauiter, vbi nihil eſt quod ſolicitet ad peccatum; 4

Exod.32.

Minus malum eſt peccare quauis grauiter, quã adire occaſiones quæ ſolicitant ad peccandum.

Athanaſ.

quam loca inſalubria, & infecta adire, vbi perpetuo vigent occaſiones peccandi: Laudatę igitur conſcientiæ homines his aggreſſionib. verſa fuga, dare terga ſunt ſoliti, quod ſi quandoque charitate vrgente vocati ſunt in periculum, illiſque, vt Deo obſequerentur inſpiranti, eundum ad loca ſuſpecta, & contagioſa, corrigendum decreueretur aerem illis ſuffumigijs, de quib. ſcriptum eſt Apocal. 5. *Habentes ſinguli chytaras, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum*, & ſic à tam ſordida lue, ſe ſeruarunt immunes.

Antidota cõtra occaſiones peccandi.

Apoc. c. 5.

5 Sãcta illa Iudith, inter omnes mulieres celeberrima, ad caſtra profectura Aſſiriorum, vbi licentioris vitæ milites, vbi Idolatræ, diuinæ maieſtatis rebelles, vbi militię Princeps Oloſernes, quem præuidebat ſui ipſius amore incendendum; loca tot hominibus cõtagioſa, his ſuffumigijs à tam ſordida lue, ſtatuit purgandum aerem, primum omnium, cunctorum Iſraelitarum implorauit orationem. *Vos autem volo, vt ſcrutemini actum meum, & vſque dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad Dominum Deum noſtrum*. Deinde, cum ceſſaſſet clamare ad Dominum, ad opus ſe accinxit illi à Deo iniunctum, cum iter perageret, ſimiliter orabat, *Iudith vero orans Dominum, tranſiuit per portas ipſa, & Abra eius*. Inter hoſtes commorans, iiſdem ſe muniebat præſidijs. *Ego enim Ancilla tua Deum colo etiam nũc apud te, & exiet Ancilla tua, & orabo Deum*. Quid plura? interfecto Principe militiæ Oloferno, diſſipatis cæſiſque Aſſiriorum copijs, ab omni contagio immunis, inſignem reportans victoriam, de tanto hoſte triumphans, læta, & exultans redijt ad ſuos, *Viuit autem ipſe Dominus, quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permiſit me Dominus Ancillam ſuam coinquinari; ſed ſine pollutione peccati, reuocauit me vobis, gaudentem in victoria ſua in euaſione mea, & liberatione veſtra.* His igitur celeberrimis antitodis malignitati aeris, ac peſtilentiæ occurrendum putauit; remque geſſit ex ſententia, at eadem, quæ vt opus perficeret Dei, Hoſtium cuneos penetrauit ſecura, ab Aſsyriorum ſpolijs quos verſa fuga, omnes ſuperſtites terga dare coegit, ſibi valde timuit, atque animæ ſalutem, quam diligentiſſimè tutaret, pretioſam ſupellectilem, Oloſernis conopœum præcipuè; quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, ſibi à Populo oblatam, reſpuit. *Et obtulit in anathema obliuionis*. Cur ita? fœminarum genus auidum, earumque rerum præcipuè, ipſas tenet deſiderium vehemens, quæ ad ornatum pertinent Domus, Conopœumque illud, in quò Princeps militiæ Oloſernes ſedebat in maieſtate, quodque mira varietate opus decorabat, aurumque ac lapides pretioſi quib. erat intextum magni debebat fieri ab omnib. cur igitur reſpuit? cur abiſci iuſſit in anathema obliuionis? cum licitè ſanctèque potuerit retinere, tanquam rei geſtæ illuſtre teſtimonium, tantæque victoriæ præclarum monumentum. At meminerat Sancta Iudith ibi tentatam eſſe ſuam pudicitiam, ibi paratas inſidias, ad eius caſtitatem aggrediendam; verita nequa ſemina illius peſtis ibi forſitam relicta, per ſenſus conſcenderent in cor, & tandem conſenſum raperent ad interitum, nec tangendum, imò nec vidẽdum putauit, ſed à ſe abiecit, & obtulit in anathema obliuionis, nec memorabile eſſe voluit, quod poterat eſſe infeſtum.

Pôderatur hiſtoria Iudith.

Iudith c. 8.

cap. 10. eod. loco.

cap. 11.

cap. 13.

cap. 16.

Præclarum quoque huius rationis eſt illud aliud exemplum, quod de 6

Geneſ.39. de Ioſepho Patriarca Geneſ.39. reperimus ſcriptum qui videns adulteram, & morboſam illam mulierem, apprehenſa lacinia veſtimenti eius, ad illicita ſollicitantem, arrepta fuga, relictoque pallio in manu eius, terga vertit, & ita à peccati contagio ſe liberauit, de quo Ambroſius lib. de Ioſeph cap.5. Hæc ait, reliquit tanquam non ſua, quæ adultera ſuis manib. detinebat, & aliena iudicauit, quæ tactu impudicæ poterant compræhendi, teneri veſte potuit, animo capi non potuit, & ne ipſa quidem verba dici paſſus eſt, contagium enim iudicauit, ſi diutius moraretur, ne per manus adulteræ, libidinis incentiua tranſirent, itaque veſtem exuit, crimen excuſſit, non eſt nudus, niſi quem culpa nudauerit, iſte expoliauit ſe potius, quam nudauit, expolians ſe veterem hominem, reliquit veſtimenta Ioſeph. & nudauit adulteræ inuerecundiam, quæ diu latere non potuit hęc Ambroſius. quib. habet ſimilia Clemens Alexandrinus 7. Stromat. multa etiam habet hac de re Chryſoſtomus homil.62. in Geneſ. & Diuus Paulinus, to.3. Bibl. Pat. cap.2. vinci videtur in ſæculo, cui tunicam ſuam alter abſtulerit, at in Chriſto triumphat, qui tunicam auferenti remittit, & pallium, vincamur corpore, vt vincamus ſalute, meminerimus eſſe nos membra eius, qui vicit, cum iudicatus eſt, qui cędendo ſuperauit, hunc Dominum vocantem ſequamur, qui nos doceat, cedendo vincere.

Ponderatur hiſtoria Ioſeph Patriarchæ.

Ambroſ.

Clem. Ale.

Diuus Paulinus.

7 At quia peſtis de homine quoque dicitur qui alios corrumpit iuxta illud Terentij in adel. leno ſum, pernicies communis adoleſcentum periurus, peſtis; hi in primis ſunt vitandi; vt à peccati contagio ſeruemur liberi, audiamus à Deo nobis datum magiſtrum Paulum Doctorem gentium. *Et erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphęmi incontinentes, proterui, voluptatum magis amatores, quam Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutes autem eius negantes, & hos deuita.* Hoc eſt, vt ex Græco patet auerſare, Epiſcopo enim non ſatis eſt vitare hęreticos, & perditos viros, ſicut, & cæteris hominibus, ſed eos auerſari, immo his aduerſari debet, & iterum *hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correctionem deuita*, immo talis ſi corripitur magis reſiſtit, fitque oſtinatus, inquit, Ambroſius quia talis, vt ſubdit Apoſtolus ad Tit.3. ſubuerſus eſt Gręcè (ἐξέστραπται, ideſt euerſus eſt, ſcilicet fide, ſpe, & bonis omnib. vtpotè planè in hęreſi, & ſua obſtinatione peruerſus, & immerſus, vnde Tertullianus de præſcrip. cap.16. docet in hæreticis non habere locum præceptum Domini de ordine in correctione ſeruando, his ſimilia habet ille diſcipulus, qui cęleſtem, imò diuinam ſapientiam ex ipſo Dominici pectoris fonte potauit. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in Domum, nec Aue ei dixeritis, qui enim dicit illi AVE communicat operib. eius malignis.* Quod quidem non ſolum verbis, ſed etiam exemplo ipſemet Ioannes docuit, qui vt profertur à Beda, & à gloſ. ordinaria, balneo, vbi lauerat Cherintus, abſtinuit, ne corrumpi videretur à loco, vbi veritatis corruptor fuerat; & Polycarpũ Ioannis diſcipulum conſtat, Marcionem ſalutationem eius poſcentem, primogenitum ſathanæ nominaſſe. Sed mirum eſt quod in prato ſpirituali narratur. Conditum eodem ſepulchro Coſmum Abbatem Sanctum, vbi Hæreticus iacebat Epiſcopus, auditum ſingulis noctib. clamare. Noli me tangere hæreticę, & ne appropinques mihi inimice

Terentius.

2. Tim 3.

Peſtis etiã dicitur homo, alios corrũpens.

Ad Tit.3.

Tertull.

Matth.18.

Ioan. ep.2.

Quomodo tractãdum cum hæreticis.

Policarpo. Euſeb.4. hiſt cap 13 ex Iren.

ſanctæ Dei Catholicæ Eccleſiæ. Manet enim tam alta mente repoſitum vitandi perditos homines, & præcipuè hæreticos ijs, qui peccati fugiunt contagium, vt nec mortem iudicent ſufficientem, ad ipſos, vt oportet, ſegregandos.

Magis vitandi ſunt hæretici, & homines peruerſæ doctrinæ, quã ipſemet diabolus.

8 Sunt qui dicunt, ſi vitandus eſt diabolus, ergo hæretici, & omnes, qui qualibet ratione doctrinæ Orthodoxæ, vel moribus poſſunt nocere, ſunt diligentiſſimè vitandi. Eſſe argumentum (vt aiunt) à minori ad maius, quin imò id ita eſſe teſtatur Dauid, qui (vt indicat Chryſoſtomus) in illa verba Pſalmi, *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab Homine iniquo, & doloſo*. Per gentem non ſanctam dęmones intelligit, interim perditos homines vocans iniquos, & doloſos, diabolum dicit limitatè malum, ſiue non ſanctum, homines verò malignos abſque limitib. iniuſtos, & doloſos, quorum verborum illa videtur eſſe ſententia, peruerſus homo ita eſt abſolutè malus, vt diabolus illi comparatus, non dicendus ſit malus, ſed non bonus, non ſanctus, clarius Diuus Auguſtinus apud D. Thom. in catena Lucæ 15. in illa verba Lucæ. *Miſit illum in vineam ſuam, vt paſceret porcos*. Inquit filium prodigum; hominis perditi figuram, effectum dęmonum, cathedraticum cui ſatis erat, de malitia, & iniquitate in Cathedra dæmones docere. Porci iuit ſunt immundi ſpiritus, qui ſub ipſo erant; ſubijciuntur igitur maligni ſpiritus inueterato peccatori, ab ipſo accipientes mandata, vt diligentiſſimè peragant, & Titus, in cap. 15. Lucæ alijs perditionis forma efficitur, ipſis etiam dęmonib. & (vt cum Ieremia 13. loquar) ipſos erudiens in caput cæterorum hominum, vt tandem perdat; idque magis perſuadetur, nam quamuis dęmon ſępè nos impugnet, vt tamen expugnet, hos amicos, vt præſto ſint, implorat adeo, vt percontanti dęmonem, cur quando nos ſolus aggreditur, ſæpè victus abſcedit? ſit reſponſurus, hominem non habeo qui mittat me in piſcinam, qui mihi prælianti adſit, & ferat opem. Cauendum igitur nobis eſt magis ab huiuſmodi hominib. quam ab ipſo dęmone.

Pſal. 42. in 2. expoſ.

Auguſt.

Thom.

Titus.

Luc. 15.

Ierem. 13.

Ioan. 5.

9 Applaudit Petrus Apoſtolus qui quamuis proteſtetur illis verbis, *Quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret*. Dæmonem formidabilem eſſe inimicum, tamen illi obuiam eundum aſſerit, & aduerſus tanti aduerſarij periculum, fidem affert pro armis, & remedio. *Cui reſiſtite fortes in fide*. Nam cum reſiſtitur diabolo, fugit, & fortib. qui leo erat, euadit Myrmicoleo, vt docet Gregor. lib. 4. moral. c. 16. Quando tamen deperditis agitur hominib. arripere fugam exemplo ſuo docet, nam cum ter Chriſtum negaſſet, facti pœnitens, volens tantum deplorare peccatum. *Egreſſus foras fleuit amare*. Quaſi ne lacrymulam fundere poſſet, niſi verſa fuga, terga illis daret; qui occaſionem præbuere peccandi. Nec enim inquit, Beda in atrio Caiphæ retentus, poterat agere pęnitentiam, egreditur foras, vt ab impiorum concilio ſecretus, pauidæ negationis ſordes liberis fletib. abluat ſic ille. Pericula igitur fugiat, qui non vult incidere in illa, & qui amaros non vult culparum carpere manipulos, deſinat ſemina iacere. Dicam apertius ab occaſionib. peccatorum cauendum eſt illi, qui vult à peccato prorſus eſſe immunis, alioqui contagium contrahet, hoc morbo erit oppreſſus, ſuccumbet.

1. Petri. 5.

Gregor.

Luc. 22.

10 Petrum Apoſtolum actor. 12. qui capite damnatus, ſeruabatur in carcere vinctus catenis duabus traditus

Actor. 12.

ditus quatuor quaternionib. militum cuſtodiendus, figuram eſſe peccatoris ſentiunt Innocẽtius Tertius, Petrus Bleſenſis, ſerm. de vinc. Petri, & ſerm. duob. de eod. Gerſon, par. 3. tract. 8. ſuper magnificat, & alij ex Patribus, eundemque à vinculis abſolutum peccatorem præſignare à culparum nexibus liberatum, tamen quod ad rem noſtram facit illud eſt, quod quamuis pulſante Angelo latus eius, ſurrexerit, eiuſdemque opera ceciderint catenæ de eius manibus, præeuntemque ſequeretur cæleſtem nuncium; tamen antequam à carcere efferret pedem. *Neſciebat quia verum eſt, quod fiebat per Angelum, exiſtimabat autem ſe viſum videre*. Fortitudo enim carceris (inquit Lyranus) & diligẽs cuſtodia, fecerunt ſibi imaginationem, de euadendi impotentia, propter quod rem geſtam, ſomnium æſtimabat, & Proculus ſerm. de vinc. Petri agnoſcit hic in Petro, naturæ infirmitatem, arbitrãte inane aliquod viſum eſſe. At quando venerunt ad portam Ciuitatis, quæ vltro aperta eſt eis, illam inquam, quæ porta exterior erat carceris, indeque exeuntes, proceſſerunt vicum vnum, quando ſe vidit Petrus eo deductum ab Angelo, vnde, & à carcere longius abeſſet, & vnde quo vellet recipere ſe recta, melius poſſet; tunc *Petrus ad ſe reuerſus dixit, nunc ſcio verè quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione Plebis Iudæorum*. Appoſite igitur ad id de quo agimus, & ad figuratum; fortiſſimus carcer, in quo ſeruatur peccator eſt peccandi occaſio; quam diu ibi manet, perſuaſum habeat, nullam eſſe euadendi potentiam; & qui contrarium ſenſerit, dicat ſe ſomniaſſe, illuſum, & deceptum eſſe à dæmone, cum nemo teſte Cypriano, lib. primo Epiſt. 11. ipſaque experientia diu tutus ſit, periculo proximus; at quando, diuina protegente gratia, eo ſe videt deductum, vt ab hoc carcere longius abeat, tunc intelligat ſe verę libertati relictum, & Deo liberatori gratias agens, Petri imitatus exemplum, exclamet dicens, nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelũ ſuum, & me de peccatorum nexib. liberauit.

Petr. Bleſſ. Gerſon.

Actor. 12.

Vina figura doctrinæ dictæ de fugiendis occaſionibus. Proculus.

Cyprian.

11 Et Diuus Auguſtinus lib. 83. qq. quæſt. 65. etiam ſatis accommodè ad rem præſentem; hiſtoriam Lazari exponit, de egreſſu à ſtatu peccati, non ſolum per confeſſionem, ſed etiam per ſeparationem, qua ab occaſione, & periculo relabendi longiſſimè recedatur, quod inquit, exire à monumento, animum ſignificat recedentem à carnalib. vitijs, itaque non dicit Dominus Lazaro: *Redi ad vitam, ſed exi à monumento*. Quid enim prodeſſet Lazaro, ſi intra tumulum incluſus, & ſub terræ mole oppræſſus, ad vitam rediret, ſtatim (ſi nouum miraculum non adeſſet, moriturus) cum ſub ingenti pondere laborans, liberum de Cœlo ſpiritum ducere non poſſet, quo vitam ſuſtentaret. Ita planè peccatori in ſuis ſcœlerib. mortuo ac ſepulto, non dicit Dominus tantum. *Reuiuiſce*, hoc eſt confitere, ſed. *Exi foras*, hoc eſt à periculo, & occaſione relabendi, ſeparare; quid enim ei prodeſſet ſi intra eadem peccati incitamenta conſtitutus, ad vitam vocaretur, ſtatim proculdubio (ſi magnum gratiæ præſidium non adſit) eadem in peccata ruiturus? Sicut igitur Lazaro ſepulto, ſatis non fuit redire ad vitam, niſi etiam a ſepulchro exiret, ita peccatori ſatis nõ eſt, in gratiam reſtitui, niſi etiam à peccandi occaſionib. quam longiſſimè ſeparetur; imò poſtquam exijt Lazarus, addidit Chriſtus Dominus. *Soluite eum, & ſinite abire*. Volens,

Auguſt.

Ioan. 11.

Alia figura eiuſdẽ rei.

Volens, vt non ſolum exiret de ſepulchro, ſed etiam, vt ab eo longius recederet, hac ratione quodammodo præcauẽs, ne fortè in ſepulchum rediret, ſi vicinus maneret. Quæ omnia tropologicè oſtendunt non ſolum à peccandi periculo vtcumque exeundum, ſed ab eo longiſſimè recedendum; vnde Gregorius Nazianzenus oratione 40. Caue inquit ne rurſus emoriaris, ijſque qui in ſepulchro habitant aggregeris, ne peccatorum tuorum funibus conſtringaris; incertum enim eſt, an rurſus ex ſepulchro excitaberis, vſque ad poſtremam reſurrectionem, quæ quidquid factum eſt, ad iudicium adducet, non vt curetur, ſed vt iudicetur ſic Gregorius.

Greg. Naz.

12 Scio obligationem eſſe de fugiẽda occaſione propingua, non autem remota, non me latet illud diſcrimen, quod vulgatum eſt in Theologia morali inter peccatum, & occaſionem peccati; quod ad illud nunquam licet redire, ad hanc vero quandoque, nam (vt famæ proximi conſulamus) non ſtatim abijcienda illa res eſt, quæ occaſionem præbet peccandi, licet formaliter, (vt cum ſcholaſticis loquar) occaſio ſemper ſit expellenda, nam non niſi munito illis præſidijs, quæ docet Nauarrus in ſum. cap. 3. num. 15. ad eam fas erit redire, quæ omnia ſatis expendimus in opuſculo noſtro de occaſionib. vitandis: Dei tamen ſanctis ita grauè olet quæuis peccandi occaſio, vt eius, vel exiguus odor, illos abigat in longinqua; Petrus negauerat Chriſtum, at Dominus reſpiciẽs illum, ita lucis ſuę radijs grauitatem detegit peccati, vt egreſſus foras Petrus fleuerit amare. Interrogat ſanctus Maximus, cur non lingua, ſui peccati deprecatus eſt veniam, ſed oculorũ opera vti voluit, ad tantam abſtergẽdam maculam? Reſpondet idem Petrus non vtitur ſermone, quo peccauerat, quo vſus fuerat ad negandum, ac per hoc maluit cauſam ſuam flere, quam dicere, & quod voce negauerat, lacrymis confiteri, ſic ille. Idem, quia meminerat fœminam, incitamentum ad tantum fuiſſe peccatum; nam voce ancillę, oſtiariæ perterritus, negauit Chriſtum fœminarum ſuſpectum habuit oraculum de reſurrectione Chriſti, nam nunciatib. illis reſurrexiſſe Dominum; Petrus earum verbis cenſuit non adhibendam fidẽ, ſed cucurrit ad monumẽtum, vt illam certò ſciret. Cur ita? inquit Petrus Chryſologus, cur cæteris Apoſtolis magis incredulus? Reſpondet idem, veteranus Petrus non facilè audit fœminis nunciatib. tardè, & vt veteranus deliberat, ne vt puer incurrat hæc ille. nec ad bonum adiudicarunt ſancti, illis vti inſtrumentis, quæ aliquando eorum ſtruxerunt ruinam.

Obligatio de fugiẽda occaſione propinqua, nõ remota.

Nauarrus.

Quomodo intelligendũ eſt illud, ꝙ ad peccatũ nũquam licet redire ad occaſionem quandoque.

Luc. 23.

Lepidè oſtẽditur Sanctos etiam fugiſſe occaſionem remotam peccandi.

Luc 24.

Fœminis non tam citò eſt adhibenda fides exẽplo Petri.

13 Maiora ſubijciam, audito ſolo nomine earum rerum, quæ quondam inſtrumenta fuerunt ad culpam, expaueſcunt, Dauid poſt concupitã Berſabeam, poſt adulterium in ſe acriter punitum, concupiuit aquam de ciſterna Bethleem, illamque ſibi à militib. allatam, ſtatim à ſe proiecit, & effudit. *Et libauit eam Domino.* Cur hoc? eleganter, & prudenter Eucherius ait, in ſacrificium quippè Domini, aqua effuſa conuerſa eſt, quia culpam concupiſcentiæ mactauit per pęnitẽtiam reprehenſionis ſuæ, qui ergo quondam concupiſcere alienam coniugem, nequaquam timuit, poſtea, etiam quin aquam concupiſſet, expauit ſic ille. Et Diuus Gregorius in regiſt. lib. 9. ind. 4. cap. 39. qui prius pro culpa ſua morientium militum ſanguinem fundi, non timuit, poſt poſtmodum ſi aquam bibiſſet, etiam viuentium militum ſanguinem ſe fudiſſe iudicauit ſic Gregorius.

2. Reg. 23.

Gregorius.

Sancti

14 Qui Deum timent non ſolũ fugiũt occaſionẽ peccandi, ſed verẽtur alijs præbere occaſionem lepidè oſtenditur.

Sancti igitur ex priſtinis periculis ſic fiunt cauti, vt quidquid illorũ ſpeciem refert, fugiant, & expaueãt; Concupiſcentiæ ſuæ læthalis, expertus Dauid, mala, ſic laborauit, ſic fleuit, ſic ſe caſtigauit, vt poſtea etiam aquam, quia ex concupiſcentia fuerat, fugerit, & expauerit. Nec ſolum, qui Deum timent fugiũt occaſionem, ne peccent ipſi, ſed verẽtur maximè alijs præbere occaſionem peccandi; Suſanna pudiciſſima fęmina, vt balneo lauaretur, ingreſſa pomarium, quia nuditate ſua, vel neſciens in ſui concupiſcentiam, & amorem, populi Iudices traxit, ab eiſdem in iudicium vocata, marito, & propinquis circumcinta, cooperta velo, tribunal intrauit: cur modo, marito, & propinquis præſentibus vxorata velatur? pulchrè Tertullianus lib. de cor. mil. meritò abſcondens decorem, vel quia timens iam placere, experiebatur damna, quia ſemel placuit, & ideo modo cauta, & mariti, & propinquorum, fugit publicum conſpectum, timens iam vel præſente marito placere: hæc ille.

Daniel 13.

Tertull.

15 Affertur nõ vulgata doctrina ad idem cõfirmandum.

Tantique refert non præbere alijs occaſionem peccandi, licet ſit accepta occaſio, non data, & ſcandalum ſit paſſiuum, non actiuum, vt multi Doctores ſentiant, ſi mulier vadens die feſto ad templum, audiendi ſacri gratia, nihilq; habens, neque in ornatu, neq; in moribus, quod præſeferat ſpeciem mali, ſi tamen cognoſcat certam aliquam perſonam, ex infirmitate, ac paſſione, ſuo aſpectu ſcandalizari, incitarique ad perditè eam amandam, teneri talem mulierem domi manere, & omittere præceptum poſitiuum, ne præbeat alteri occaſionem peccandi, cum tamen conſtet ſcandalum acceptum eſſe, non datum, citaturque in hanc ſententiam Diu. Thomas 2.2.q.44.art.7. dicẽs operta, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, non ſunt omittenda propter ſcandalum, ergo cum exceptio firmet regulam, illa, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, ſunt omittenda, propter euitandum ſcandalum, præſertim, ſi non ex malitia oriatur, ſed ex infirmitate; & quamuis ſint multi, qui ſentiant oppoſitum, ſat eſt ad dignoſcendum, quantum ponderis habeat res iſta, ſcire quod ſit in controuerſia: ſed accuratè id eſt examinatum à nobis in opuſculo de ſcãdalo. Tandem huius capitis ſint clauſula duarum illuſtrium fęminarum exempla; virginis cuiuſdam Alexandrinæ, & Sãctæ Agnetis Virginis, & martyris, quarum vna adhuc tenellæ ætatis in ſepulchro incluſa, elegit vitam degere; ſi tamen viua dici poterat, cum eſſet ſepulta & interrogata, cur ita faceret; reſpondit ſenſiſſe quendam, ex eius aſpectu, carnalium deſideriorũ accepiſſe occaſionem. Altera ita ægrè ferebat hominum oculis placere, vt teſte Ambroſio lib. 1. de pœnit. illa ſoleret verba proferre, pereat corpus, quod oculis hominum placere potuit, cauendum igitur mulieri ab hominum familiaritate, ne vt inquit idem Sanctus, vel fortuitis occurſibus pateat ad vulnus alienum, vel ſuum; ne temerè aut videat, aut videatur; Vitent omnes incitamenta peccandi, nam hoc eſt celeberrimum antidotum ne cõtagio inficiantur peccati, fugere occaſiones, ſunt & alia ex arca medica ſacræ Scripturæ deprompta, mox afferenda.

Thom.

Pallad. in eius vita.

Peregrina exempla adducũtur ad idem roborandum.

Ambroſ.

Validum

Validum antidotum contra peccati contagium mortis meditatio.

Cap. 8.

1 Ioan. Fern. lib. 1. de abditis rerum cauſ. n. 10. f 608. n. 30. & fol. 610. num. 30.

SIcut dantur teſte Ioanne Fernelio, corporis morbi, qui cæci dicti ſunt, qui nullam videntur habere cauſam, eſt enim ita abdita, & occulta, vt peritiſſimos medicos lateat, hæc autem eſt quædam vis deleteria (inquit idem) toti noſtræ ſubſtantię infeſta, quoniam vero ea, nec calore, nec frigore, nec odore, nec colore dignoſci depræhendiq; poteſt, rectè à nobis cæca eſt appellata, & qui inde gignuntur cęci morbi rectè dicti ſunt; eadem ratione, & ipſa cauſa admirabilis obſcura, nec vllo ſenſu compræhenſa ab Hippocrate diuina nuncupatur; Sic etiam fide animi morbis ſit ſermo, illis quandoque quis afficitur, nulla præcedente occaſione, imò, quod videtur mirabilius, nec vllo intellectus præuio errore, quin etiam, ſi animi vires, ſtatum, auxilia diſpoſitionem, adiuuantem gratiam alicuius, conſideres, diceres, illi à Deo ita eſſe præcautum, atque prouiſum, vt moraliter ſit impoſſibile, quod vnquam ſit lapſurus, & tamen voluntas pro ſua libertate. (Dicam ſatius immoderata licentia) libertate abutens, non infido intellectu ipſius duce, videns meliora, probanſque, deteriora ſequitur, peccatique contagio pro libito inficitur; quod in Angelo poteſt eſſe perſpicuum; in cuius intellectu, nullus potuit antecedere defectus, vtputa ignorantia, inconſiderantia error qui peccati eſſet occaſio, & tamen peccauit, idem ſentiendum de primo homine, eiuſque primo peccato, quod præclarè docet Diuus Auguſtinus, explicans illa verba Apoſtoli. *Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.* Adam inquit, non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta, in præuaricatione facta eſt, vt per illam etiam vir pręuaricaretur; & infra, ita Salamon, vir tantæ ſapientiæ, nunquid credendum eſt, quod in ſimulacrorum cultu crediderit eſſe aliquid vtilitatis? Sed mulierum amore ad hoc malum trahente, reſiſtere non eualuit, faciens quod ſciebat non eſſe faciendum, ne ſuas quib. deperibat, atque diſfluebat, mortiferas delitias contriſtaret; hæc Auguſt. eo loco cap. 42. affirmatque rurſus, non credidiſſe Adamum verum eſſe quod diabolus dixit mulieri; ſed neceſſitudine quadam ſociali vxori ſuæ, in hac parte obſequtum eſſe; credidit, inquit, ſe tranſgrediendo Dei mandatum, veniam conſequturum, ſi in ſocietate peccati, vitam ſociam non deſereret, ſicut Aaron Populo hebræo, ad effingendum Idolum non conſentit, ſeductus, ſed ceſſit, abſtrictus; & Salamon Idola coluit, non quod putaret illis deberi honorem, ſed, vt concubinis morem gereret; ex qua Auguſtini doctrina, clarè videtur colligi, non ſolum poſſe hominem peccare, ſed quandoque peccaſſe, nullo præcedente errore intellectus, quod pluribus exemplis illuſtrauit.

Auguſt. lib. 11. de Gen. ad litter. cap. 30. & cap. vlt. 1. Thim. 2.

Auguſt.

Datur peccatum nullo præcedēti errore intellectus.

Non me latet, eſſe, qui ſentiant, ſtante actuali conſiderantia in vniuerſali poſſe voluntatem peccare circa ſingulare factum, vel obiectum, quia vniuerſalis cognitio, non eſt regula practica, & proxima operis, & ideo inconſiderantia vniuerſalis, ad perpetrandum peccatum, non eſt neceſſaria, ſicut à ſenſu oppoſito, cōſiderātia vniuerſalis principij, ad honeſtam actionem non videtur ſufficiens, niſi ad particulare opus, ſeu obiectum extendatur, 2

ſecus

Digitized by Google

ſecus vero eſſe dicunt de conſideratione, & iudicio ſingularis propoſitionis, nam cum illo non poteſt ſimul eſſe actuale peccatum voluntatis, ideoque talis inconſiderantia particularis ſpeculatiua, antecedere debet in intellectu, vt in voluntate ſequi poſſit peccatum. Explicemus hoc clarius, ſyllogiſmus incontinẽtis quatuor habet propoſitiones, duas vniuerſales, vnam rationis, alteram paſſionis, duas etiam particulares, illis proportionatas, non quod omnes quatuor propoſitiones actu conſideret, alias ſimul etiam ſub vtroque ſyllogiſmo concluderet, poſita enim maiori, & minori in actu, neceſſariò ſequitur concluſio, ſed intelligunt incontinentem ſyllogizantem, habere illas quatuor propoſitiones in virtute, re tamen vera ſub principio vniuerſali non ſubſumere, nec concludere, quia paſſio inquiunt ligat rationem, ne aſſumat, nec concludat ſub prima. Habet igitur incontinens iuxta horum ſententiam actu tres propoſitiones, duas vniuerſales, alteram rationis, ſub qua non ſubdit minorem, nec concludit, & prima adhuc exiſtente, & durante, aſſumit, & concludit ſub ſecunda. Inconſiderantia ergo particularis propoſitionis, quę poterat aſſumi ſub vniuerſali rationis, debet neceſſariò eſſe in intellectu, vt in voluntate poſſit ſequi peccatum.

3 Sed quamuis pro hac ſententiam citetur Diuus Thomas (de qua re alibi) ipſa tamen nec thomiſtis probatur, primo, quia contra experientiam, videmus enim multos, repugnante, & actu contradicente conſcientia, peccare, at quomodo repugnat, & contradicit niſi quia actu iudicat, turpè eſſe, vel contra præceptum, quod faciunt? conſcientiæ enim non eſt accuſare in vniuerſali, ſed in particularii, idque euidentius apparet in his, quæ ſunt contra præcepta poſitiua, ſeu, quæ ſunt mala, quia prohibita, quorum malitia ſæpè non cernitur niſi conſiderando actum in particulari, hic, & nunc, & cum his circumſtantijs, vt omittere ſacrum tali die, & hora &c. vel hodie comedere carnes, ſine legitima cauſa, idem etiam cum proportione dicendum eſt in alijs quæ ſunt contra legem naturæ, qui enim actu conſiderat in Vniuerſali fornicationem eſſe turpem, & rationi contrariam, ſimul cogitat de acceſſu ad hanc fœminam, quam benè nouit non eſſe ſuam, quia non mouetur ad aggrediendum opus, niſi in particulari conſideratum, ergo conſequenter neceſſarium eſt, vt actu etiã cogitet hunc acceſſum ad iſtam, eſſe fornicationem; ergo vix fieri poteſt quin actu in particulari iudicet hunc acceſſum in particulari eſſe turpem, ergo actu reluctante conſcientia, cuius eſt accuſare in particulari, perpetratur peccatum: huiuſmodi homines ita peccantes, appellat Iob cap. 24. rebelles lumini, per quod intelligunt, aut bonum ipſum quod quaſi naturali lumine nouerunt, vt Gregorius, aut vero ipſum naturæ, & rationis lumen conſcientiæque dictamen, vt Diuus Thomas alijque latini, quod videtur ipſi homini, facienda, & fugienda dictare; at verò impius contra illud ipſum inſitum lumen, & innatam rationis legem, rebellare videtur, dum contra illam agit, niſus in vetitum, vnde ſæpè etiam ſcriptura docet, voluntatem excęcare intellectum potius, quam è contrario Sap. 2. *Excæcauit eos malitia eorum*. Et iterum Exod. 23. *Ne accipias munera quæ etiam excæcant prudentes*. Nimirum, vt contra veritatem cognitam operentur, deinde, hoc ipſum reijcitur illa ratione à priori, quia iudicium rationis, præſertim

Reijcitur prædicta ſententia, quia cõtradicente cõſciẽtia, quæ eſt circa particularia ſæpè qs peccat.

Iob 24.

Sap. 2. Exod 23. Non obſtãte iudicio, & conſideratione actus boni, vel mali poteſt voluntas peccare.

Digitized by Google

ſertim ſpeculatiuum, non infert neceſſitatem voluntati ad amandum, id quod intellectus iudicat bonum, ſeu honeſtum, vel ſecundum rectam rationem ſauendum, ergo non obſtante actuali iudicio, & conſideratione actus boni, vel mali in particulari, poteſt voluntas peccare, quam rationem, latè examinat Suar. tract. de Angelis, vide ipſum.

Suar. lib. 7. de Ang. c. 4 num. 18.

4 Nec probatur, quod dicunt alij, antequam conſentiat voluntas peccato, præcedere in intellectu defectum quaſi comparatiuum, ſtatuunt enim illud tanquam firmum principium, quando intellectus plura cogitat, & iudicat tanquam bona, & appetibilia, voluntatem neceſſario illud amare, vel eligere, quod intellectus maiori attentione, vel firmiori, aut clariori aſſenſu, conſiderat. Hinc inferũt quoties voluntas obiectum delectabile vult, omiſſo honeſto, licet vtrumque conſideret, ſemper præcedere in intellectu defectum quendam comparatiuum, imperfectionem, ſcilicet cogitationis vehementius contemplãtis, & conſiderantis id, quod eſt delectabile in obiecto turpi, quam eius turpitudinem, vel quam honeſtatem contrarij actus, quò præuio errore, labitur voluntas in peccatum, quodq; deterius eſt amplectitur. At contra hoc, licet poſſent multæ afferri rationes, ſatis videtur ſufficiens ad illud impugnandũ, euidens quædam experientia, ex vitis Sanctorum decerpta, & in dies claris euentibus comprobata, ſæpè enim durante acri tentatione, & vehementi eius cogitatione, voluntas iuſti eſt conſtans, non ſolum non peccando, ſed etiam bonum operando, & merendo, cum tamen ſæpiſſimè talem cogitationem, nec auertere, nec remittere valeat, at, ſi verum eſſet illud quod ſtatuerant principium, ſtantibus illis duabus cogitationi-

Non cogitur volũtas eligere, quod intellectus maiori, vel firmiori aſſenſu conſiderat.

Probatur præfata doctrina euidenti experientia.

remiſſa boni, & intenſa mali, non poſſet voluntas pro eodem inſtanti velle niſi malum, ſi poſitiuè aliquid vult. Dices fortaſſe eſſe diuerſam rationem, quia ad volendum bonũ concurrit efficacia gratiæ non autem ad volendum malum: ſed contra, quia gratia, quæ tunc datur non eſt niſi illa cogitatio honeſta (vt ſupponimus) & illa ponitur eſſe remiſſior, quam ſit cogitatio tentationis, & nihilominus eſt, ex ſe ſufficiens ad operandum bonum, etiam non remiſſa contraria cogitatione. Reſponderi adhuc poteſt, adhibita quadam diſtinctione, ſcilicet quod ſi voluntas ſe determinat ad volendum aliquid ex illis obiectis, neceſſariò volet malum, præcedente vehementiori cogitatione ipſius, & ita peccabit, at ſi ſuſpendat vtramq; determinationem, vel etiam applicabit intellectum, vt vehementius cogitet de honeſto, & remittat turpem cogitationem (cum ſit vtriuſq; que potens) ita poterit velle bonũ, non quidem in eodem inſtanti, in quo ponitur eſſe illa cogitatio vehemens, quia non poteſt pro eodem fieri remiſſior, ſed immediatè poſt illud, quod ſatis videtur eſſe. Sed hoc eſt contra experientiam, vt dictum eſt, & confirmatur, quia ſæpè non eſt in poteſtate hominis cogitationem prauam remittere, vel ob vehementiam alicuius obiecti ſenſibilis, vel opus dœmonis interius mouentis, & perturbantis phantaſmata. Adde quod fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora, ſi ergo voluntas potens eſt auertere cogitationem illam turpem, vel remittere, vt poſſit bonum velle, cur non poterit etiam immediatè talem boni voluntatem habere? imò ipſe conatus ad tollendam vehementem mali cogitationem, profectò ſignũ eſt poſitiuum affectus ad bonum honeſtũ, etiam remiſsè cogitatum.

Reijcitur reſponſio aduerſariorum.

A ſuffi-

5 A ſufficienti igitur partium enumeratione, rectè poſſumus concludere voluntatem poſſe peccare abſque præuio intellectus ſpeculatiui defectu, quia ſine errore poſitiuo, & ſine ignorantia, & ſine abſoluta inconſiderantia contrarij boni honeſti, imò poſita fortiori intenſiori, & expreſſiori eius cogitatione adhuc poteſt peccare; ergo nullus ſupereſt defectus intellectus ſpeculatiui; qui peccatum voluntatis neceſſario debet præcedere. Non nego peccata hominum frequenter multiplicari ob mentis cæcitatem, vel incogitantiam, & ita poſſunt intelligi aliqua loca ſacræ Scripturæ, quæ pro oppoſita adducuntur ſententia, vt illud Hieremiæ cap. 12. *Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia nullus eſt qui recogitet corde.* Præterea in illo loco iuxtà aliorum expoſitionem, ſpecialis videtur eſſe ſermo, de Iudæorum deſolatione, quam propter Chriſti occiſionem paſſi ſunt, quod peccatum ex magna mentis cæcitate, qua Chriſti diuinitatem, & præſentiam ignorarunt, commiſerunt, & de illo peccato facile concedi poteſt ex defectu mentis eſſe commiſſum, iuxta illud Apoſtoli. *Si cognouiſſent nunquam Dominum gloriæ, crucifixiſſent.* Denique ſunt qui dicunt in illis verbis, reddi cauſam deſolationis temporalis Iudæorum, vt à Deo factam, in eorum delicti pœnam; & ſic dicitur terra à Deo deſolata quia nullus eſt qui recogitet corde, vtique qui recogitet ad agendum de illo pœnitentiam; & ſic defectus recogitationis referri poteſt, vt cauſa inducens impœnitentiam, quæ fuit proxima deſolationis ratio; cordis enim pœnitentia ſine cordis recogitatione, nullo modo haberi poteſt. Sed demus ibi agi de peccatis generatim, & vniuersè, ſicut, & alijs in locis ſacræ Scripturæ, quæ ab aduerſarijs adducuntur, nihil aliud inde ſummum, infertur; defectum ſcilicet cogitationis eſſe ordinariam cauſam peccandi, vel fortaſſe tantæ multiplicationis peccatorum, neceſſariam, quantam verba illa. *Deſolatione deſolata eſt omnis terra.* Indicant, & idem poteſt eſſe Ariſtotelis 3. Ethic. cap. 1. & lib. 7. cap. 3. ſenſus, quando inquit. *Omnis peccans eſt ignorans.* Licet enim ipſe ad eam inclinet ſententiam, quæ vult, eum qui peccat, non conſiderare actu particulare obiectum, hic & nunc vitandum, ſed vniuersè, quam opinionem ſupra diximus, difficile poſſe defendi tamē ſunt qui dicunt moraliter eſſe intelligendum, & ſecundum ordinarium operandi modum humanum, non tamen inde colligi omnia, & ſingula peccata neceſſario ex incogitantia oriri, vel alio defectu intellectus, poteſt enim (vt abunde probauimus) voluntas noſtra peccare, ſint præuio defectu intellectus ſpeculatiui.

Quomodo ſunt intelligenda loca illa Scripturæ ſacræ quæ dicunt hominum peccara p cedere ex mentis cæcitate. Hiere. c. 12

1. Cor. 2.

Ariſtot. 3. Ethic. c. 1. & lib 7 c. 3

Quid ſētiat Ariſt.

Imò nec præcedente errore intellectus practici, quod non difficile probatur, iacto primum illo fundamento, non dari in intellectu practico actum imperij à iudicio diſtinctum, eoque poſteriorem, cuius ſit efficaciter ad conſenſum mouere voluntatem, nam cum intellectus eſſentialiter ſit cogniſcitiua potentia, conſequens eſt, nullum habere actum, qui non ſit cognitio, vel per modum appræhenſionis, vel per modum iudicij. Hoc igitur conſtituto, (nam de hac controuerſia accurate diſputare non eſt præſentis inſtituti) probatur facilè poſſe voluntatem peccare, nullo præuio errore intellectus practici, idque ex eo optimè infertur, nam iudicium practicum nihil addit ad iudicium particulare ſpeculatiuum, nec ex parte rei cognitæ, nec ex parte ipſius actus, ſeu modi, quo fit; ergo ſi volun- 6

Poteſt voluntas peccare nullo præuio errore intellectus practici.

voluntas poteſt peccare nullo præcedente errore intellectus ſpeculatiui, poteſt etiam, & perpetrare peccatum nullo præuio defectu intellectus practici. Clara conſequentia; probatur prior pars antecedentis, quia intellectus ſpeculatiuus omnia in particulari cognoſcit, & conſiderat, nec eſt, quod ipſum lateat, ſiue ad ipſum pertinens ſingulare obiectum, ſiue ad circumſtantias loci, temporis &c. Probatur poſterior, nam remota additione Imperij, quod non dari cum probabiliori ſententia ſentimus, in ipſo iudicio practico nullus modus intelligi poteſt, niſi vel compoſitionis aut intenſionis, aut remiſſionis, vel alij ſimiles, qui etiam in iudicio ſpeculatiuo inueniuntur, ergo conſiderando iudicium illud, quatenus cognitio quædam eſt, & conſideratio intellectus, nulla differentia inter iudicium particulare ſpeculatiuum, & practicum inuenitur, ſed ſummum, idem particulare iudicium de obiecto operabili, ſeu de operatione ſingulari cum omnib. eius circumſtantijs alia, & alia ratione, poteſt ſpeculatiuus dici, & practicus, ſpeculatiuus, quatenus veritatem quãdam contemplatur, practicus vero quatenus ex ſe ad opus inducit; vel iudicium illud ſecundum ſe ſpectatum, & vt purè intellectuale eſt, dicitur ſpeculatiuum, quatenus vero à tali, vel tali intentione voluntatis procedit dicitur practicus.

7 Quod, ſi hoc ita eſt, profecto ex parte intellectus nulla maior imperfectio quę ad peccandum ſit neceſſaria in illo actu, vt practico, quam vt ſpeculatiuo, conſiderari poteſt, igitur ſicut probatum eſt poſſe voluntatem noſtram peccare ſine præuio defectu intellectus ſpeculatiui, ita etiam ſi conſequenter loqui volumus, affirmandum eſt de præuio errore intellectus practici. Cum autem errorem dico, de illo errore intelligo, qui dicitur error deceptionis per difformitatem ad rem cognitam, vt quando iudicatur licere quod non licet, aut eſſe honeſtum, quod eſt turpe, hunc ergo errorem intellectus practici non neceſſario præcedere voluntatem peccantem, conſtanter affirmamus, at ſi de illo errore ſit ſermo, qui dicitur electionis, per difformitatem ad appetitum rectum, aliter eſt ſentiendum; ſemper enim voluntatem labentem, & à recto deuiantem itinere præit: qui quidem poſterior error, ſine priori poteſt reperiri, nam quando incontinens iudicat hic, & nunc, hoc ſibi eſſe amandum, quia eſt delectabile, fieri poteſt, vt nihil falſum iudicet, & nihilominus à veritatis itinere aberret, atque ab appetitu recto, eaque ratione dicatur practicè errare, non errore inquam deceptionis, ſed errore, vt diximus electionis, quia per viam, non rectam voluntatem dirigit, & qua ratione (vt Alenſis inquit) omne peccatum eſt mendacium latè ſumpto vocabulo, quia declinat à veritate boni, ita iudicium intellectus illud præcedens, eadem ratione erroneum in morib. ſeu quo ad moralem directionem dici poteſt, nam quamuis cõſiderare obiectum prauum moraliter, & iudicium de aliqua eius bonitate ferre ſpeculatiuè quidem, & in ordine ad ſolam cognitionem cuiuſdam phyſicę veritatis, nullum dicat defectum, illud tamen iudicium, exercere practicè, nimirum illud coniungendo practicę conſultationi, quando de voluntate dirigenda tractatur in ordine ad opus, ſine defectu intellectus, cum ſit contrarium morali prudentiæ, eſſe non poteſt; quod poteſt cõfirmari vulgatis illis ſacræ Scripturæ teſtimonijs. *Errant qui operantur malum. Errani ſicut ouis quæ perijt.* *Omnis*

Qui error intellectus practici voluntaté peccanté præcedat.

Alenſ in 2. 2. q. 112. a. 1 memb. 3 & q. 145. a. 1. ad 6 & q. 123. mẽb. 3 in fine.

Omne peccatũ eſt mẽdaciũ latè ſumpto vocabulo.

Prou. 14
Pſal. 118.
Iſai. 53.

Iſai. 53. Sap. 5. *Omnes nos tanquam oues errauimus*. Sic etiam concludent damnati. *Ergo errauimus*. Et ita ſentiunt complures ſcholaſtici Doctores, quos citat Suarez lib. 7. cap. 6. num. 32. & 33. tract. de Angelis immo in hunc ſenſum, inquit, accipi poſſe illud Ariſtotelis dictum. *Omnis peccans ignorans*. Nam illud iudicium practicum eo modo quo error dicitur, etiam dici poteſt ignorantia, non priuationis, ſed prauæ diſpoſitionis, prauæ, inquam, non formaliter ſemota voluntate, ſed radicaliter, quia iudicando malum eſſe diligibile ſub aliqua ratione boni, ſequitur, vt poſſit voluntas pro ſua libertate illud amplecti, & in peccatum labi.

Suar.

In quo ſenſu eſt verũ illud dictũ omnis peccans ignorans.

8 Sed quidquid ſit de ſenſu Ariſtotelicæ ſententiæ, cum firmum ſit poſſe voluntatem noſtram peccare, non modo ſine præuio errore intellectus ſpeculatiui, ſed etiam practici, qui dicitur deceptionis; quamuis illum, qui dicitur electionis neceſſario præcedere, ſit euidenter demonſtratum, huic malo eſt occurrendum ad vitanda peccata; at nullum efficacius antidotum contra hunc morbum dari poteſt, quam illud ita celebratum. *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis*; Nam ſi memorari, Auguſtino, lib. de ſpecul. peccatoris teſte, idem eſt quod meditari. Meditatio autem, inquit, nihil eſt aliud quam mentis ditatio, ditatur autem, cum mortem ac nouiſſima cõſiderat; nam poterit ita huiuſmodi perfici conſideratione, vt defectum ſeu errorem electionis vix admittat, quod inde poteſt eſſe perſpicuum, ſi recolamus triplex peccati genus à Iacobo enumerari, concupiſcentiam nimirum carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ, & quidem contra carnem valet, nam vt inquit, Auguſtinus, de ſpec. pecc. cap. 4. non melius poterit caro luxurioſa domari, quàm qualis erit poſt mortem præmeditari; Contra concupiſcentiam oculorum, valet eadem mortis cõſideratio, & nouiſſimorum contemplatio; teſte eodem, dicente, quid tunc proderit appetitus cibi exquiſiti, potus delicati, veſtis curioſitas, calceamenti ſpecioſitas, carnis mollities, ventris ingluuies, ciborum ſuperfluitas, crapula, & ebrietas, domorum conſtructio, præbendarum acquiſitio, diuitiarum aggregatio? nimirum omnia iſta nihili fient; & ne ab Auguſtino ibid. cap. 6. diſcedam, contra ſuperbiam vitæ, valet maximè mortis conſideratio; time inquit, tu peccator, tu vero ſuperbe, tu vile cadauer, quem adhuc viuentem vermes quotidie corrodũt, qui de tuo corruptibili corpuſculo generantur, contremiſce ſuperbiam, proijce vanitatem, fuge luxuriam, apprehende diſciplinam, ne pereas, vide in hoc ſpeculo quid es, & quid eris, cuius conceptio tabes menſtrua, origo lutũ, putredo finis, hęc ille. Quid plura? nullus melior deligi poteſt Chriſtianæ vitæ Pædagogus, quam mortis meditatio; cõſideratio inquit, Auguſtinus huius ſententiæ memorare, &c. deſtructio eſt ſuperbiæ, extinctio inuidiæ, medela malitiæ, effugatio luxuriæ, euacuatio vanitatis, & iactantiæ, conſtructio diſciplinę, perfectio ſanctimoniæ, præparatio ſalutis æternę huc vſque Auguſtinus.

Nullum efficacius antidotũ contra peccantes nullo præcedẽte præuio errore intellectus quẽ dicunt deceptionis quã meditatio mortis.

Eccleſ. c. 7.

Auguſt.

Quid ſit meditatio ex Auguſt.

Meditatio mortis, valet ad tollẽdum omne peccati genus.

Auguſt.

Ibid c. 5.

Ibid. c. 6.

Ibid. cap. 1.

9 Non mirum ſi ſathanica ſit illa vox. *Nequaquam moriemini*, nihil enim magis extorquet noſtras animas à diaboli manib. quam mortis recordatio, nec medium aptius, vel efficacius, quo eleuet fortitudo Dei ad debellandas eaſdem, quam meditationem mortis ob oculos ponere audi Abachuc Prophetã c. 1. *Ipſe ſuper omnem munitionem ridebit,*

Geneſ. 3.

Nihil nos magis extorquet è diaboli manibus quam meditatio mortis.

cap. 1.

bit, & comportabit aggerem; ſeu vt in Hebræo legimus. *Comportabit ſeu congeret puluerem.* Cum illud verbum haphar quod hic habetur idem legatur libro Geneſis. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Et apud Micheã Prophetam cap. 7. *Lingent puluerem ſicut ſerpentes. Et capiet eam.* Vt ſit ſenſus. Vatablis. *Faciet altiſſimos ageres ex puluere, quorum inſperſione flatu oppoſiti venti, facta, oculos, nares, & fauces, repugnantium offendat, & necet*, more veteri expugnandi vrbes, cuius meminit Plutarchus in vita Sertorij deinde ſubditur. *Hæc eſt fortitudo eius, Dei ſui*, ſiue vt ſeptuaginta legunt. *Hæc eſt fortitudo Dei mei*. Quæ verba Hieronymus, Teodoretus, Theophilatus de vero Deo interpretantur, hæc autem, ſecundum ſenſum tropologicum videtur eſſe Prophetę ſentẽtia; Deum ad vincendum bello, repugnantem animam, & ad ipſam immutandam, comportare aggerem, eam circumcingere cinere, in memoriam redigere mortis diem, & horam; *Et capiet eam tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet*; nam hoc adhibito remedio, corruet ſuperbia, pertranſibunt vanitates, mutabitur homo in virum alterum. *Hæc eſt autem fortitudo eius, Dei ſui*, ſeu. *Hæc eſt fortitudo Dei mei*. Nam ita victor exiſtet, de hoſtib. triumphabit, ſpolians principatus, & poteſtates.

Geneſ 3.

cap. 7.

10 Nec vacat myſterio quod Chriſtus Dominus tangendo loculum defuncti adoleſcentis, portitores qui ipſum efferebant, ſtare fecit, non eſt mihi ignota allegoria Ambroſij, dicentis, Chriſtum feretrum tetigit, nempè, vt ſignificaretur lignum, quod prius erat ad mortem, per eius contactum, futurum ad vitam vtq; vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, mortuus inquit, in loculo, materialibus quatuor ad ſepulchrum ferebatur elementis, ſed ſpem reſurrectionis habebat, quia ferebatur in ligno, quod etſi nobis ante non proderat, tamen poſtea quam Ieſus tetigit, proficere cępit ad vitam, vt eſſet inditio, ſalutem populo, per crucis patibulũ, refundendam hæc ille. Sed magis ad rem noſtram tetigit feretrum, vt ſignificaret ſe velle illud detinere, vnde inquit, Euangeliſta. *Hi autem qui portabant ſteterunt*. Idque illam ob cauſam, ne portitores vltra procedentes, defunctumque in ſepulturæ locum curſim portantes, adſtantes viri, ac mulieres non niſi obiter mortem, eiuſque acerbitatem cogitarent, at dum gradum ſiſtunt Veſpillones quietique ſubſiſtunt, nec progrediuntur vltra, occaſio præberetur ſpectãtibus immaturam illam mortem ex propoſito meditari, indeq; plura haurirent documẽta, quæ prodeſſent ad ſalutem; & quemadmodum olim iubẽte Ioſuè, Sol ad occaſum tendens, ſtetit in Cœlo medio, ne occideret, tandiuque præluceret præliantib. Iudæis donec vlciſcerẽtur de inimicis ſuis, ita ad imperium Chriſti, ſtetit ſol in Oriente occiduus, adoleſcens defunctus, vt ſuis tenebris notas faceret vias vitæ; mortem ſcilicet in memoriam redigeret, eiuſque aſſiduam commãdaret meditationem, quæ eſt præparatio, vt dicebat Auguſtinus ſalutis æternæ. Ob eandem cauſam Onuphrius Panuinus de ritu ſepeliendi cap. 3. infert ex hiſtoria, quæ habetur Actuum libro de Thabita mortua poſita in cenaculo; locum vbi cadauera exponerentur, fuiſſe cenaculum, vel domus publicam partem, ac multis in prouincijs Cadauer ſolitum exponi ad Ianuam Domus, ſeu in veſtibulo, vt mortis cæteri admonerentur, tamque neceſſaria eſt cunctis mortalib. hæc ſchola mortis, vt etiam ad ipſius Petri ſalutem plu-

rimum

Luc. 7.

Cur Chriſtus tetigit loculũ, quãdo reſuſcitauit adoleſcentem.

cap. 7.

Ioſue c. 10.

Onuphrius Panuinus.

Act. 9.

Chriſoſt. rimum conferre exiſtimauit Chryſoſtomus, homil. 21. in acta Apoſt. nam poſtquam rogarunt, Apoſtolum, vt Tabitham illam, alias Dorcam de tot pauperib. benemeritam ad vitam reuocaret, duxerunt Apoſtolum ad cenaculum, vbi ſita erat mortua, cur ita? cum poſſet abſens illud miraculum perpetrare? Reſpondet Chryſoſtomus fortaſſe putantes aliquid illi ad doctrinam dari; & Chriſtus ſtare fecit adoleſcentem mortuum, cum appropinquaret portæ Ciuitatis, non priuatim domi coram paucis, ſed in ipſa vrbis porta, vbi & maximus ingrediẽtium, egredientiumque concurſus fieri ſolet, vbi apud Iudæos forum, in quo cauſæ agebantur, & nobiles Ciuitatis viri, verſabantur frequenter, vt plurium oculi ad illud conuerterẽtur ſpectaculum, & ad mortis inuitarentur meditationem. Luc. 7.

11 Deus ab hominibus relegauit Enoch, ne ab illis relegaret mortis meditationem.

Tãtaſque vires exiſtimauit Deus habere mortis cogitationem, ad homines à peccatis auertendos, vt ne ab hominib. mortis meditatio relegaretur, ab illis relegauit Enoch. & ex conuerſatione hominum trãſtulit, in locum, qui neſcitur, vbi nam ſit, & quid ibi agat, & quomodo viuat, vt ſimul cum ipſo ex hominum communitate, exterminaret mortis obliuionem, nam cum vſque ad extrema mundi eſſet victurus, eo conſilio tranſtulit, nec immortalitatis quandam imaginem voluit ei largiri inter mortales, nę ſcilicet homines videntes eum à vita nunquam diſcedere, parem ſibi longęuitatem fruſtra promitterent, & peccandi metus abijceretur. Audi Chryſoſtomum. Vides ſapientiam Domini, non immortalitatem largitus eſt, vt peccandi metum eneruaret, ſed morti in humanum genus ius ſuum reliquit, propter hoc, iterum obſcurè, vt ita dicam, & labenter reuocare vult ſententiam quam cõtra Adam protulit, ſed manifeſtum hoc non facit, vt timor illius, emendationi ſeruiat, & idcirco, Enoch cum ſibi multum placeret tranſtulit hæc ille. Concinunt huic ſententiæ verba illa Eccleſiaſtici. *Enoch placuit Deo, & translatus eſt in Paradiſum, vt det Gentibus pęnitentiam*, hoc eſt Enoch. translatus eſt in locum aliquem voluptatis, ſoli Deo notum, ne ſi viueret inter mortales, quaſi immortalis, cęteri inani ſpe vitæ decepti, eodemque priuilegio donandi cogitantes, differrent pęnitentiam, morerenturque inſtar ſtulti, de quo inquit Eccleſiaſtes. *Noli eſſe ſtultus ne moriaris in tempore non tuo*. homil. 21. in Genel. Eccleſ. 44. cap. 7.

12 Quanti igitur valeat ad deteſtanda peccata, ad melioremque vitam homines prouocandos mortis meditatio, hinc licet colligere nam quamuis iuſti conuerſatio, ita cæteris ſit fructuoſa, vt miretur Iſaias cum iuſtus ex hominum conuictu, ac vita eſt ſublatus, nullum, tantam iacturam, aut dolere, aut cogitare; *Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo*. Cum ſublato iuſto, tolli quoq; videatur Ciuitatis præſidiũ, quod iræ diuinę impetum ſuſpendit, & retardat, ita vt, ſi decem illi qui iuſti erant, apud ſodomęos non periiſſent; ſtaret forſitan ad hanc vſque diem in ſua gloria, atque ſplendore Pentepoles; tamen ita vberes fructus capiũtur ex meditatione mortis; vt comparatione illorum, parum ſumatur emolumenti ex conuictu iuſti; eligatque Deus extra mundum eliminare iuſtos Enoch. & Eliam ne viuant inter mortales, vt cum illis, ab orbe Terrarum exterminet obliuionem mortis; nec mirum nam iactura iuſti illis potiſſimum eſt dolenda, qui eius conſuetudine vtebantur, at de obliuione nouiſſimorum ſcriptum eſt. *Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia* Iſai. c. 57. Ierem. 12.

non eſt qui recogitet corde. Et vt omnino nobis tantum caueret malum, pientiſſimus ille Dominus, noſtræ ſalutis nunquam immemor, viuentem hominem, ſimulacrum voluit eſſe mortis, nam vix conceptus, in ſepulchro conditus reperitur, in vtero ſcilicet matris, vnde illud Iob c. 1. *Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*, nimirum in terræ ſepulchrum, quod ſimile eſt materno vtero, nec hoc nouum eſt in ſacro ſermone, vbi nomen ſepulchri, materno vtero eſſe commune repetimus ſæpè; ſepulturam ſignificant *Inferiora terræ*, in libro Pſalmorum *introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij partes vulpium erunt*. Eodem nomine intelligitur maternus vterus. *Non eſt occultatum os meum à te quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ*.

Viuēs homo ſimulacrū mortis.

Iob c. 1.

Nomen ſepulchri in ſacro eloquio materno vtero eſt commune.

Pſal. 62.

Pſal. 138.

13 In matris videlicet aluo; Et illud quod ſcripſit Paulus de Chriſto Domino: *Deſcendit primum in inferiores partes terræ*. Alij de deſcenſu ad Infernorum limbum, alij de ſepulchro accipiunt, argutè vero alij de deſcenſu ex cęlis in viſcera puriſſima Sanctiſſimæ Virginis. Idē homo vix natus, vt de ſe ipſo teſtatur Salomon, cadebat in terram, *& in ſimiliter factam decidi terram*, ad priſcam illam puerperij legem, & inueteratam ceremoniam alludens, cum recens natus infans ab obſtetrice ſtatabatur in terra, quam videtur Suetonius in Claudio domeſticam natalis religionem appellare; ergo iuxta hunc anticum ritum, idē eſt infanti naſci, & in terram cadere, illiuſque ea videtur ratio, vt omnes terram, & ſepulchrum, matrem mortalium, ab ipſo natiuitatis exordio, profiterentur; quod autem ſaliebāt, & veluti condiebant infantes, & locum, obuoluebant pannis, obligabant faſcijs, qui mos etiam nunc apud nos viget, prognoſticum ſunt veriſſimum certiſſimæ mortis, nam ſicut natiuitatis nuditas, mortis nuditatem reuelat, ita ſanè hæc infantilia inuolumenta, & faſciationes, cum feralib. illis defunctorum amiculis, & quib. ligantur manus, & pedes illitis, connexa ſunt, ſaliſque adhibebatur beneficium, ne cito ingenito ſibi mortis ſemine computreſceret infans, hactenus de concepto, & naſcente homine.

Epheſ. 4.

Sap. 7.

Suet. in Claud. c. 1.

Sap. 7.

Si autem vitæ curriculum conſideremus, quid eſt aliud quotidianus defectus, niſi quædam prolixitas mortis ipſa quippe incrementa temporum, detrimenta ſunt, vitæ etenim noſtræ momenta, quāta eſſe cęperint, tanta non eſſe incipiunt, imminentemq; mortem, & incertam illius horam superuentura vitæ indicat dies; iuxtà illud Salomonis dictum. *Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies*. Vbi ex obſeruatione hebraizātium verbum ſcilicet lalad. quod ibi reperitur non modo de partu naturali, ſed etiam de aborſu enunciari ſolet, ad ſignificandam futurorum euentuum, & mortis incertitudinem, ſatis accommodatum, nam partus naturalis aliqua inditia, & argumenta, obſeruari ſolent à fœminis; ex quib. tempus inſtare aut diſtare probabiliter cōijciūt, Aborſus verò, cum ex accidentibus cauſis euenire ſoleat, nunquam non incertus, ac dubius eſt. Confirmat hoc ipſum, quod inquit, Diuus Paulus 1. ad Theſ. cap. 5. *Cum enim dixerint pax, & ſecuritas tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient*. Ad quæ verba, ſunt qui obſeruant in Græcis pro illa voce, dolor, ſubijci, ὠδίν, atque id nominis, non tam notare partum opportunum, & naturæ conformem expletis menſib. quam præcelerem, excitatum abor- 14

Prou. 27.

Incertitudo mortis ſimilitudine abortus lepidè ſignificatur.

1. ad Theſ. cap. 5.

aborſum, atque Diuum Paulum, ad inſinuandam extremi diei; & iudicij incertitudinem, exemplum expetijſſe, non quidem ex naturali partu, cuius aliqua indicia, & documenta, natura duce habemus, ne forte putaremus illum poſt expletum aliquem, ratum ſtatumque dierum numerum, euenire oportere, ſed ex aborſu, cuius nulla eſt indicatio in natura, vt nobis omnia ſcilicet tempus, dies, atque hora mortis, extremique iudicij, incomperta eſſe ſciremus. Succedat igitur memoriæ, quod nuper diximus viuentem hominem ſuę mortis, eiuſdemque incertitudinis eſſe imaginem, ad viuum expreſſam; poſſeque nos cum Apoſtolo dicere. *Ipſi in nobis met ipſis, reſponſum mortis habuimus.* Non opus eſt (vt cum Cicerone 2. de fin. loquar) Maria ambulare, Terramque nauigare, deque hac re oracula petere. Reſponſum mortis in nobis met ipſis habemus, irritoſque eſſe conatus tentantis, ab hoc ſimulachro oculos auertere, quemadmodum, & ſe ipſum fugere, quid enim prodeſt, ſi non effugiet, ſequitur ſeipſe, & vrget grauiſſimus Comes.

2. ad Cor. 1.

Cicero.

15 Sed proh dolor, imaginem mortis ſemper ante oculos habemus, in memoriam tamen redigere non valemus; neque ſcitamur oraculum, quod fidele veridicumque reddat reſponſum, ſed iuuenes illud petunt ab adoleſcentia, dicentes, fortes ſumus virib. exercitatione robuſti, viridi iuuenta, valetudine ſatis firma, atque perfecta, Senes a recta norma viuendi, parcè ſubrieque viuimus, abſtinemus à noxijs, amplectimur ſalubria, nullo afficimur morbo, longæui erimus ſuper terram. Mulieres à pulchritudine, ſpeciem non amiſimus, vultu ſumus florido, non dentes putridi, hæc firmam indicant valetudinem, nullum in nobis prognoſticum mortis. Diuites à diuitijs, pecuniæ obediunt omnia, ipſa efficax medium ad ſanitatem tuendam, ad infirmitatem ſuperandam, morbus quamuis grauis non exanimat, expellitur auro potabili, pecunia omnes res tam ſolidæ, quã mobiles, tam corpora, quam iura continentur, qui benè nummatus eſt; abundat omnibus, timorem incutit morti. Pauperes à paupertate, (dicunt nihil timendum) nam mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regumque turres; Quod ſi de producenda agitur vita, melius nobiſcum agitur, quam cum diuitibus, nam ſobrietas, victuſque parcitas, ad ſalutem conferunt plurimum, dariter tractari, corporis cõſtitutionem tuetur incolumem; hæc autem omnia familiariſſima nobis ſunt, aſſiduique comites, longęua etiam ætate mors nobis contemnenda. Sicque dum omnes ad mendacia accedimus oracula, reſponſum mortis, quod in nobis eſt, non audimus, eius memoriam prorſus amittimus, Dei conſilia interturbamus, ipſumque habebimus vltorem.

Reſpõſum mortis pe i mus à falſis oraculis.

16 Hanc ob cauſam, Dominũ apud Matthæum c. 17. arbori ficus nihil habenti præter folia, legimus maledixiſſe, haud præteribo dicere quã varios, illa ficus maledicta, pariat ſenſus myſticos, & allegoricos. Nihil quidem culpæ, aut vitij in illa ficu naturali fuit, cum non dum eſſet tempus ficuum producẽdarũ quod annotat Marcus; Verum vt Prophetæ non ſolum verbis, ſed reb. ipſis, aliquando prophetãt, exempli gratia Iſaias nudus, ac diſcalceatus publicè incedens; ſic Ieſus in parabolis multa non ſolum dixit, ſed fecit, & inter cętera ficum hanc, tipum eſſe voluit Iudaici Populi, ad quem venit ipſe caro factus colendum, fouendumque, ſpe grati fru-

Matth. 17.

Cur Dominus maledixerit arbori ficus, nihil habẽti præter folia.

Iſai. c. 20.

ctus docendo aſſiduè, atque admonendo, & nunc promiſſione Regni Cœlorum, prouocando, nunc beneficijs præſentib. alliciendo, nunc minis denique exſtimulando; ſed nec tandem laborib. omnib. adhibitis, vllum fidei fructum ex illo percepit; adeoque ille contempſit iuſtitiæ pietatiſque fructum ferre, contentus ornatu foliorum, ideſt inanib. verbis, iactatione legis, gloria templi, ceremoniarum obſeruatione, traditionum cuſtodia, imagine opinioneque ſanctitatis, & vt ſemel dicam, nuda ac ieiuna Religionis ſpecie, omni pietatis virtute carente, abſque vllis (dico) fructib. veritatis; iuxta illud Prophetæ Iſai. 29. *Populus hic labijs me honorat cor autem eorum lõgè eſt à me.* Ob hanc cauſam breui fore ſignificat Ieſus, vt ab ipſo iuſto Iudice (qui ſe offerẽs vt benignum patrem non recipitur) Populus ille dãnetur ſterilitatis, & qui fructum Iuſtitiæ ſuo tempore ferre non vult, deinde nec poſſit; maledictionis ſententia, mox re ipſa ſubſequente, confirmetur, ita vt à Deo derelictus ac reprobatus, cœleſtis gratiæ influxu negato, exareſcat: Sed cur ficum arborẽ potius typum eſſe voluit huiuſmodi myſterij, illique nihil habenti præter folia maledixit? quæ mox ſenſit efficacitatem verbi Ieſu, & radice ilico infecta, cœpit tabes ſurſum ſerpere, & depopulari, quidquid eſſet viroris, vigoriſque ad ipſum vſque verticem; ita vt & folia defluerent, & aliud miſeram ficum manere deinde non poſſet, quam id, quod ſteriles arbores manet, vt à Domino ſuo excideretur, & in ignem proijceretur, cur igitur ita?

Iſai. 29.

17 Verum ſi hoc factum ad tropologicam intelligentiam volumus traducere; multa ex patribus huc poſſent afferri, verumtamen ad præſentem locum illud ſufficiat, inter Chriſtum Dominum, & folia ficus, neſcio quas veteres, & antiquas eſſe inimicitias, nam cum ægrè ferat Deus, eſſe in Eccleſia ſua, quod occultet, & operiat pœnam peccati, & præcipuè mortem, quæ ſi ante oculos habeatur, nec memoria cadat, pro ſtimulo nobis eſt, ad abhorrẽdam culpam, eoque maximo; quid mirum, ſi illi cum folijs ficus antypathia ſit nimia, quę olim adhibuerunt primi Parentes ad operiendam nuditatẽ, cęteraſque pœnas peccati, quibus perpetuo monemur, nos eſſe mortales. Ab hac infelici, & maledicta ficu, folia quibus ſe tegant colligunt peccatores, cum vanas ſpes (folium enim ſpei ſymbolum eſt) longioris vitæ animo concipiunt, vt interdũ ſine vllo timore mortis, in omni flagitiorũ genere, impunè debacchentur. Vnde Ambroſius tales veſtes Paradiſi æmulos habent quod ſi ob hãc cauſam, ſenſus experti, & innocuę ficui maledixit Chriſtus, & quãuis nihil culpæ, aut vitij, in illa ficu naturali fuerit, typum tamen eam eſſe voluit, ſic areſactam, Iudaici populi, ſterilitatis damnandi, quanto magis nobis ſuccenſebit Deus, qui ex hac ficu folia, quib. tegamur colligimus, hoc eſt, dum exiſtimantes procul abeſſe mortis horam, nihilq; de noſtro hinc exitu cogitãtes, quin potius annos multos, & tempora longa nobis præſcribentes, in omni peccatorum genere, quaſi numquam rationem redditori impunè vitam degimus; mortalitatiſque obliti, cuius in nobis met ipſis reſponſum habemus, omnia concupiſcimus, vt immortales, hæc ille.

Geneſ. 3.

Ambroſ. lib. 1. de virg.

O nos miſeros, qui propriam ruinam ſtruimus, & Dei beneficiũ maximum contemnimus, quod cũ obliuione, vel memoria mortis amittimus, vel conſeruamus. Audi Dauid Prophetam, qui ſibimet loquens de medi- 18

Pſal. 114. meditatione mortis, inquit. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi*. Ad quæ verba Bernardus ait ab hoc bono, ſi quis auertere ſanctam animã, ideſt à ſpirituali ſtudio conaretur, haud ſecus accepturum, quam ſi ſe de Paradiſo, & ab ipſo introitu glorię, cõſpiceret deturbari. Quod quidem beneficium perpendens hęc eadem verba idem Bernardus exaggerat, appellans verba charitatis, & fœlicitatis immenſæ, vocem gratiarum actionis, & lętitiæ, ſuauiſſimum animæ ſtratum, ſuauiſſimam, & ſaluberrimam requiem.

Bernard. ſerm. 15. in Cant.

Idem. ſerm. 2. de omnibus ſanctis.

19 Beneficia quæ ex meditatione mortis nobis proueniunt.

Quod ſiquis adhuc de beneficijs curioſè quærat, quæ nobis ex mortis meditatione proueniunt? ſi illi ea nõ ſufficiũt quæ ſupra ſunt dicta, parata nobis, & ad manũ ſunt, præter innumeras experientias ex illa enumeranda, multa ſacræ Scripturæ loca, quæ ita ſunt in promptu, vt res diſputatione non egeat. Perpende Iob illa verba. *Dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum non peccaui, &c.* En videbis meditanti breuitatem vitæ, ſtatim obijci cogitationem de ſuã morte his autem ſuccedere innocentiam, & ab omni peccati labe, immunitatem; Quod ſi radix omnium malorum eſt cupiditas, vnde Apoſtolus Petrus inſtitutioni morali illud primum exiſtimat eſſe neceſſarium, vt abſtineamus à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam, per carnalia autem deſideria intelligit, non ea ſolum quæ carne perficiuntur, vel in appetitu ſenſitiuo ſunt, quæ turpiora, & magis ſunt infamia, ſed etiam (licet non ita præcipuè) quęcumque ſunt, ſiuntque per omnes potentias, tum inferiores, tum ſuperiores, aliquo modo propter originale peccatum, corruptas, nam Paulus Galat. 5. inter opera carnis, ſectas, numerat

Iob c. 17.

1. Petri 2.

Galat. 5.

Et cum ſint inter vos, inquit, *Zelus, & contentio nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?* Sed quod nam eſt illud, quod omnia hæc moderatur, obſiſtitque initijs deſideriorum, niſi meditatio mortis? nam qui ſæpè cogitat ſe breui hinc migraturum, recta tendit, per viam, vt inquit, Bernardus, ſerm. 7. de quatrag. contentus victu, & veſtitu, ſine ſarcinis ſuperuacaneis; neque alia curans negotia merito idem Petrus Apoſtolus in eodem loco ad hãc temperantiam nos hortans illa primum præmittit verba 1. Petri 2. *Obſecro vos tanquam aduenas, & Peregrinos*. Quaſi dicat tranſeuntes circa tranſeuntia occupati non decet, & res fugaces confectari, qui fugæ conſulunt, & Paulus qui de ſe ipſo dicebat, Galat. 2. Chriſto confixus ſum cruci, idem affirmat, Philip. 7. omnia arbitror, vt ſtercora: concinit mirifice Dauid Propheta dicens Pſalm. 36. *Vidi impium ſuper exaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani, & tranſiui, & ecce non erat*. Quæ vltima verba mira conſenſione, tum græci, tum latini explicant de tranſitu mentis à cogitatione rerum præſentium ad contemplationem rerum futurarum, quæue morti ſuccedunt ęternarum, ſtatim enim cum ijs, quis applicat animum, temporalia quæ videbantur magna, & ſicut cedri libani ſublimia, exiguæ, & quaſi non eſſent, reputantur; & ſic contemnuntur; ꝙ ſi à conſtitutis in infimo, & quaſi ſeruili ſtatu, à moderatione ſcilicet terrenorum deſideriorũ ad excelſa cupimus eleuari, ad mortis meditationem eſt etiam confugiendum, nam qui ſæpè cogitat ſe moriturum, heroica operatur facta, Trhen. 3. *Ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes, dabit percutienti ſe maxillam ſaturabitur opprobijs*. Nam qui toto animo de morte cogitat, & (vt cum 20

1. Cor. 3.

Bernard.

1. Petri 2.

Galat. 2.

Philip. 3.

Pſal. 36.

Trhen. 3.

Hiere-

Qui vult perfectus eſſe, aſſiduè meditetur mortem.

Hieremia loquar) ponit in puluere os ſuum, non ſolum mandata Dei cuſtodit, ſed etiam ardua eiuſdem amplectitur conſilia, viaſque illas duras cuſtodit, de quibus Dauid Propheta Pſalm. 16. *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras*. Hoc eſt dare percutienti ſe maxillam, ſaturari opprobrijs, & vt verba conferam ad compendium; vis perfectus eſſe? nunquam tibi ex animo effluat meditatio mortis; hic eſt illorum verborum ſenſus iuxta Ambroſij expoſitionem. *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi*. Deſiderium tenet Prophetam noſcendi finem ſuum vitęque periodum, vt ſciat quid illi deſit, hoc eſt, vt cognoſcat quid illi deſit ad perfectionem, & cum quid illi deſit cognouerit, adipiſci illud contendat, taliſque meditatio eiuſdemque notitię memoria, ex ſtimulat ad diligentius alacriuſque domui diſponendum, item deſiderium cognoſcendi, in quo ſita ſit virtutis perfectio, ac veluti ſcopus finiſque hunc ſenſum his verbis tribuit Ambroſius, dum ait addidit ſibi notum fieri numerum dierum, qui eſt, vt ſciat quid deſit ſibi; ad perfectionem vtique quid deſit, non ad iſtius corporis vitam, de qua Propheta Dauid cupiebat abſolui, dicens, heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt, hæc ille.

Pſal. 16.

Pſal. 38.

In Pſal. 38. & Pſal. 72. & lib. 1. de offic. c. 48. & de fide in obitu Satyri fratris.

21 Attendant hoc documentum omnes, qui præclaram inchoarunt vitam, ſi volunt perfectè complere, accedant ad domum luctus, & videbunt omnia bene ordinata, moderata cuncta, quietem maximam, profundum ſilentium, modeſtiam in omnibus ſingularem, nihil emendatione dignum, aut verba nulla proferuntur, aut Philoſophię plena, & quod eſt mirabilius, non modo viri, ſed & mulieres, quin & deſpecta mancipia illico adepta ſunt ſapientiam, tantumque confert ad abſolutionem perfectionemque vitę, memoria mortis, vt ipſius vel exiguus odor, quem olent, lugubres veſtes, ſuſpiria, lacrymæ, gemitus, lamenta quæ in domo luctus percipiuntur, non modo ad pellendos animi morbos valeat plurimum, ſed poſſit dici, qui ita meditatur, inuentor Theſauri. Olim diuitiæ, pretioſę veſtes, cődebãtur in ſepulchrum, narratque Ioſeph lib. 7. antiq. c. 12. tantas diuitias hæredi reliquiſſe Regem Dauidem, quantas nullus alius Rex Hebræorum, vel aliarum gentium ex Theſauris ſimul cum cadauere in ſepulchrum illatis, his verbis. *Sepeliuit autem eum filius Salomon Hieroſolymis, magnificè, & ſolemnia illa in Regum funeribus, illatis etiam in monumentum eius, maximis diuitijs*. Quarum ma- 22
gnitudinem facilè ſit coniectare ex hoc, quod dicemus, nam poſt annos mille trecentos Hyrcanus Pontifex oppugnatus ab Antiocho cognomine Pio, Demetrij filio, volens pecuniam ei dare, vt abducto exercitu, obſidionem ſolueret, nec valens aliunde ſumere, aperto illo monumento Dauidis, & prolatis inde mille talentorum millibus, ideſt ex ſcutis hiſpanicis, quadraginta quatuor millionib. & quingentis quinquaginta millib ſcutorum, eorum parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo ſe exemit, & idē de eadem materia ſic ſcribit, Herodes, audito quod Hyrcanus recluſo Dauidis ſepulchro, tria millia talentorum argenti extuliſſet, ſupereſſeque multo plura, quæ poſſent quantumuis magnis ſumptibus ſufficere multo tempore, animum habuit idem aggredi, dum vero nocte apertum ſepulchrum ingreditur, depoſitas pecunias, ſicut Hyrcanus, non inuenit, ſed mundi pretioſi,

Domus luctus ſchola eſt ad reformandam vitam.

Lib. 7. antiq. cap. 12.

Lib. 16. c. 11.

Diuitiæ immenſæ quæ olim condebantur cum cadaueribus in ſepulchris.

&

& aureorum ornamentorum vim magnam, inde ſubſtulit. Adde quod ea omnia, quæ Salamon condidit in Dauidis parentis ſepulchro, licet ſæpius tentata, ex parte fuerant exprompta, nam referente eodē, loculi qui Regum cineres continebant, cum quib. etiā erant Theſauri ampliſſimi, adiri non poterant, neque ab Antiocho, neque ab Hyrcano, Herodeue, quod ſingulari arte, ita eſſent ſub terram conditi, vt ab ingredientib. ſepulchrum, inueniri nō poſſent; ſat ergo erit noſſe antiquitus, eoque præſertim ſęculo, multiſque alijs retro ſæculis, pretioſiſſimas ampliſſimimaſque diuitias ſimul cum Cadauerib. condi, inque ſepulchrum inferri; confirmatque Iob cap. 3. illis verbis. *Gaudentque vehementer, cum inuenerint ſepulchrū.* Nam effoſſores Theſaurorum, quāuis oppido fatigati, ſi repente ligone contingerent ſepulchrum, atque ictu concauum ſonarent, vehementer gaudebāt, & incredibiliter exultabant.

Lib. 7. antiq. cap. 10.

Iob c. 3.

23 Sed ſciant fideles multo pretioſiores diuitias, & magis indeficiētes Theſauros in ſepulchris ipſis, condi illos inquam, quos neque erugo, neque tinea demolitur, nec fures effodiunt nec furantur, & quemadmodum præteritis ſæculis ſub externa ſepulchri facie, & inſcriptione, nihil videbatur amplius quā cadauer, quam vermes, & fœtor, latebat vero theſaurū, non ſecus nūc mortis facies, & nomen pallidum quiddam, luridum deforme horridū ſonat, ſed ingentes diuitias, immenſos theſauros, viro fideli, & pio, repoſitas, aſſeruat; quod ſi conetur aſſidua mortis meditatione, in ſepulchris infoſſa, refodere, contecta retegere, abſcondita expromere, quæ in illis tenebris latent opes, ad deſtructionem ſuperbiæ, ad extinctionem inuidiæ, ad medelam malitiæ, ad effugationē luxuriæ, ad euacuationem vanitatis, & iactantiæ, ad conſeruationem diſciplinæ, ad perfectionem ſanctimoniæ, ad præparationem ſalutis æternæ, ad ſuum maximum ſplendorem, & gloriam, poterit producere: quod ſi tot bona è mortis memoria hauriūtur omnibus Chriſtifidelibus audebo optare illud Dauid Prophetæ Pſal. 54. *Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in Infernum viuentes:* Iuxtà tamen Caſſiodori doctrinam, Brunonis Herbipolenſis, Haymonis, Aiguani expoſitionem, qui ſub hac imprecationis externa forma ſentiunt, optari peccatoribus emendationē magis, quā conſumptionem, & mortem, quæ ſit prioris vitæ finis, atq; conuerſationis, idque non difficile aſſequi poſſe ſi deſcendat in infernum viuentes, cū cogitationes ſuas expaueſcunt, & ad melioris inſtitutionis tramitē transferuntur, attendentes pœnas inferni, aut etiam cum cogitant de morte, & de ſepulchro, nam hebręa vox, quæ eſt (ſceol) non ſolum locum damnatorū ſignificare, ſed etiā ſepulchrum, & quemlibet defoſſum locum docet Abulenſis, & alij; Et quemadmodum Diuus Paulus dicebat. Philip. 3. *Noſtra autem conuerſatio in Cœlis eſt.*

Matth. 6.

Pſal. 54.

Philip. 3.

Quia mentē, & cogitationem habebat in Cęlis, ſurſum habebat cor, ſæpè de ſanctis Angelis, Deo, vita beata, rebus cœleſtibus cogitabat, & loquebatur, & idem cum in carcere erat, vt notat Gregorius lib. moral, cap. 8. catena vinctus, ob ſpei tamen certitudinem, & animoſitatem, quin etiam ob aſſiduam rerum ſupernarum meditationem dixit, Epheſ. 2. *Conſedere fecit in cœleſtibus.* Ita enim mente fixus in Cœlo erat, ac ſi Chriſtus è tetro, & tenebricoſo carcere, ipſum Cœlis inuexerit, ibique collocaſſe, & ſedere fecerit; ſic hi deſcendunt in infernū viuentes, 24

Gregor.

Epheſ. 2.

tes,

tes,qui dum adhuc viuunt in ſepulchro cor habent, de morte cogitāt, vt mortales moderātur terrena deſideria,ad cœlum tendunt, cœleſtibus inhiunt,boniſq; cœleſtibus quę poſt mortem expectant, paſcuntur; quid nimirum,ſi ſancti inhiarent in mortem,vel conſequendam,vel appræhendendam,nam quemadmodū qui inueſtigabant olim theſaurum, vnicum ſuæ inopiæ leuamen, effodiebant ſepulchra,in quibus condita pretioſa ſuppellex argentum, & aurum deliteſcere ſolebat, qui quo plus in effodiendo laborabatur eò maiori ſpe, aut cupiditate inflammabantur,ita iſti gaudebāt,& exultabant in aſſidua mortis memoria; ſicubi illis affulgeret eiuſdem aliqua ſpes,aut occaſio, qua in ſepulchrum concederent; vt illis bonis ditarentur, quæ inueniri ſolent, effodientes ſepulchrum,vnde eiſdem ſanctis; de quorum multis illud canit Eccleſia: *Cœlum diues ingreditur*; mos erat dum viuerent, ſua ſepulchra ſtruere, gaudereque vehementer dum iam parata inuenirent, ſuæque ſepulturę, & funeris locum ferè quotidie inuiſere.

Mos erat multis Sanctis ſuæ ſepulturæ, & funeris locū ferè quotidiè inuiſere.

25 Aliud beneficiū ex meditatione mortis.

Præclarum illud quoque nobis prouenit ex meditatione mortis, vt ſæpè de ipſa cogitans eam amarulentā non ſentiat,qui ergo vult omnem mortis amaritiem exhaurire, viuat,vt quotidie moriturus,ſapienter Quintilianus declarat. 2. nulla peior mors,quam quæ tota ſimul ſe offert mortalibus, morti, & præparationi mortis,non vna incedendū; duas has res ſimul agere, difficile; fęliciter autē,impoſſibile: diuidenda igitur eſt mors in ipſam, & præparationē eius, qui igitur quotidie cogitat ſe moriturum,animoque ad moriendum, eſt præparato, quod reliquum eſt mortis,adueniente hora eius,haurit ſuauiter; concinit Seneca,præcogitati inquit mali, mollis ictus venit, & ſtatim magna pars mali,nouitas;& paulopoſt,epiſt. 76. Sapiens aſſueuit futuris malis, & quę alij dici patiendo,leuia faciunt; hic leuia facit,diù cogitando;& rurſus epiſt. 180. hæc inquit; cogitatio aſſidua prę̃ſtabit, vt nulli ſis malo, tyro, cōſentit Cicero,Tuſcul. 3. hoſtium,inquiens,repens aduētus,magis aliquando conturbat, quam expectatus,& maris ſubita tempeſtas, quam ante prę̃uiſa, terret nauigantes vehementius; & eiuſmodi ſunt pleraque. Nihil aliud reperies,niſi omnia ſubita,videri maiora; ſi igitur terret te ſubita mors, tanquam vltimum terribilium, recole, ipſam præuiſam, & præcogitatam non eſſe inopinam, & inſperatam, & ſic quidquid eſt amari, magna ex parte deponere.

Quintilian.

Seneca.

Idem 180.

Cicero.

Addam & illud in calce huius capitis quod ad protelandam vitā, mortis meditatio,confert plurimū. Prophetę Elię animus totus in morte erat, ipſamq; à Deo deprecabatur aſſiduè,vt verba illa eiuſdem teſtantur aperte; *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam,neque enim melior ſum quam Patres mei*, Sed audi Dei reſponſum de eius producenda vita, *Reuerſuſque eſt Angelus Domini ſecundo,& tetigit eum dixitque illi, ſurge comede,grandis enim tibi reſtat via.* Præterea Mathuſalem omniū mortalium, quorum eſt in ſacris literis mentio, conſtat longæuitate fuiſſe annoſiſſima,obijt ſex ante diluuiū, vt vult Auguſtinus,In ipſomet anno quando cęptum eſt diluuiū. Mauult Hieronymus, quem Caietanus, & alij ſequuntur. Gordianus cap. 2. in ſua Chronologia ſcribit ad hunc modum; Mathuſalem obijt anno ante diluuium,vixit annos nongentos ſexaginta nouem,ſaltim inchoatos, mortuus eſt anno mundi milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. hæc ille. Annoſior procul dubio

26 Ad protelandā vitā mortis meditatio cōfert plurimum.

3. Reg. 19.

Geneſ. 5.

Auguſt.

Gordianus.

dubio fuit cæteris Patriarchis, imò cunctis mortalibus. Sed nota, quid dicat Hieronymus de nominibus Hebr. tom. 3. de illius nomine ethymologia. Mathuſalem mortis concuſſio, vel mortuus eſt, & interrogauit, viuens mortẽ concutiebat, eam aggrediebatur, de morte euertenda cogitabat, quid mirum ſi longęuiorem aſſequutus ſit vitam, ſicut contrario ſenſu, moritur peccator in tẽpore non ſuo, diutius victurus, niſi peccaſſet, & non peccaſſet ſi dies mortis in eius inſideret memoria.

Hieron.

Eccleſ. 7.

27 Promittebat diues ille, ſibi longam vitam, qui diem mortis prorſus oblitus (licet mortalis) concupiſcens tamen omnia; vt immortalis; ita ſecum ipſe diſcurrebat. *Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare.* Sed en reſponſum ſubitæ mortis, datum ei, qui longæuam ſibi promittebat vitam, *ſtulte hac nocte animam tuam repetunt à tè, quæ autem paraſti cuius erunt?* Nam quamuis ſtet ſua cuique dies, & conſtituti termini vitæ; qui præteriri non poſſint, & numerus dierum pręfixus ſit, ſecundum præſcientiam, & prouidentiam Dei, at ſecundum naturæ curſum, quæ protelanda erat vitæ tela; præciditur iuſſu eiuſdem Dei, propter ſcelera, quæ omnem memoriam mortis abijciens, perpetratur peccator, ſicque moritur in tempore non ſuo, verumque demonſtratur eſſe, illud oraculum Pſalm. 54. *Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.*

Luc. 12.

Iob 1.

Pſal. 54.

28 Eſtque huic rei ſatis accommodum illud exemplum, præter alia multa, quæ poſſent adduci, quod accidiſſe narrat Sanctus Bernardinus in Cataloniæ Ciuitate ſui prope Valentiam, ſua quidem ætate. Duo de viginti annorũ adoleſcens, tanquam non moriturus, viuens, parentum non parens monitis, tandem ob latrocinia, patibulo ſuſpenſus eſt, ibi, mox ei ſuccreuit Populo inſpectante barba, ac ſenſim cum capillo incanuit, ipſaque facies decrepitum ſenem exibuit nonagenarium. Epiſcopus diuino afflatus ſpiritu, docuit tamdiu victurum fuiſſe, ſi ſe in paterna obedientia continuiſſet. Et de Anaſtaſio Imperatore narrat Antoninus apparuiſſe illi, horribili ſpecie virum, cum libro, in quo ſcriptum erat. *En ob tuam improbitatẽ quatuordecim tibi vitæ annos deleo.* Concludamus igitur, diem imminere mortis, quando quis longæuam ſibi pollicetur vitam, ſicut vice verſa expectanti mortem, diuturnior præparatur vita.

Mirabile factum.

Bernardin. to. 2. dom. 2. quadrag. ſer 39. ar. 3. c. 1.

Tandem ſi ſancti dicuntur implere dies ſuos, vt inquit, Hieronymus in cap. 38. Iſai. (quocumque moriãtur tempore, & quamuis breui viuant ſpatio) qualis fuit Abraham qui mortuus eſt plenus dierum in ſenectute bona. Adde illud, qui conſumatus in breui expleuit tempora multa, ex eodem fonte hauſerunt hoc beneficium, nã cum mortis meditatio, iuxtà ſuperius dicta, ad deſtructionem ſuperbiæ ad extinctionem inuidiæ, ad medelam malitiæ, ad effugationem luxuriæ, ad deteſtationem culpæ, ad conſtructionem diſciplinæ, ad perfectionem ſanctimoniæ, valeat multum, conſequens eſt, vt ad repienda tempora longa, eadem cõferat plurimum. Interrogãti igitur cum Dauid Propheta Pſalm. 33. *Quis eſt homo qui vult vitam diligit dies videre bonos?* Hæc alia aperitur via ad id aſſequendum, memoriæ ſcilicet affigere diem, & horam mortis, cum eius contemplatio ſit bonum ad omnia, etiam ad protelandam vitam. Dicam ſatius ipſa parit vitam veram, fœlicem, & dies bonos, quos iuſti prægustant, hoc etiam tempore. Firmum ſit igitur validum eſſe 29

Hieron. Iſai. 38.

Gen 25.

Sap. 4.

Pſal. 33.

eſſe antidotum contra peccati contagium; meditationem mortis.

Exercitatio in ſanctis actionibus optimum remedium ad vitanda peccata.

Cap. 9.

1 QVemadmodum trita ſunt illa duo medicinæ præcepta, tot Medicorum doctrinæ celebrata, ad vindicanda à contagio corpora noſtra; depurandum ſcilicet eſſe aerem, & in bono habitu fouenda corpora, & Hippocrates ait, vt homines à peſte ſeruentur immunes, corpora plus iuſto humida, eſſe exiccanda, quæ verò ſicca ſunt, in naturali habitu conſeruanda, ita ſi hęc ad animi morbos transferantur, videbimus ad integram ſanitatẽ tuendam, duo requiri, & quod eſt malum vitare; amplectique quod eſt bonum Pſal. 33. *Quis eſt homo qui vult vitam diligit dies videre bonos*, inquit, Dauid Propheta. Sed en via regia, quo huc peruenitur, Pſalmi 36. *Diuerte à malo, & fac bonum.* Quaſi dicat, parum eſt declinare à malo, nec vlli nocere, niſi etiã facias bonum, non habebis vitam, non videbis dies bonos. Primus ad ſanctitatem gradus, inquit magnus Baſilius in Pſal. 1. eſt peccatum ex animo tollere, quemadmodum in gradu ſcalari, prima aſcenſio eſt ab humo receſſus, ſic in exercitatione diuinæ conuerſationis, principiũ profectus eſt, diſceſſus à malo; ideo illo primo pſalmo, vates à receſſu hoc, beatitudinis ducit exordium. *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentię non ſedit.* Hæc omnia receſſum à peccato ſignificant, ſed nunquid ſceleribus carere, eſt ſatis? hac ratione ait idẽ, Equus, bos, lapis, beati poterunt appellari, nihil enim ſceleris commiſere, & ideo adijcit vates. *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte, & erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo*. His enim duobus tota Chriſtiana iuſtitia cõtinetur; & Gregorius Papa homil. 31. in Euang. minus eſt mala non agere, niſi etiam quiſque ſtudeat bonis operibus inſudare; & Chriſtus, Paralitico qui ſanus factus fuit, prius ſurgere de lecto imperauit, quod eſt, teſte eodem Gregorio 23. mor. cap. 15. declinare à malo, deinde portare lectum, & ambulare, quod eſt facere bonum, vt his duob. argumentis perfecta illi collata ſanitas comprobaretur, & Tertullianus lib. 1. ad vxor cap. 3. Declinat à malo qui non facit quod obeſt, facit bonum, qui addit inſuper quod prodeſt; priore præcepto, inquit, Hieronymus, Epiſt. 24. improbatur otium, poſteriore imperatur ſtudium, ibi animus coercetur, hic inuitatur, illic feciſſe, hic non feciſſe culpabile eſt, & Hilarius Can. 28. in Matth. in illa verba Matth. 25. *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*, inquit, ita in vno vniuerſorum fidelium corporibus mẽtibuſque transfunditur, vt hæc humilitatis officia, aut gratiam ſuam, impenſa, mereantur, aut offenſam, negata, commoueant; ſed præclarè auctor operis imperfecti in illa verba in Matth. hom. 14. *Statuet oues ad dexteram ſuam, hędos autem ad ſiniſtram.* Vbi põderat, quod videatur deficere, tota pulchritudo contrapoſitionis, iuxta cuius regulas, deberet dicere, quod ſtatuet oues à dextris, & capras à ſiniſtris; nam oues, & capræ, & agni, & hædi ſibi

[Margin notes: Hyppocr. lib. de diff. feb. 1. — Pſal. 33. — Pſal. 36. — Baſilius. — Pſal. 1. — Duobus tota iuſtitia Chriſtiana continetur. — 2 — Greg. Papa — Ioan. 5. — Gregorius. — Tertull. — Hieron. — Hylarius. — Matth. 25. — Idem hom. 14. in Matt.]

ſibi corriſpondent; ſed dubitationi lepidè occurrit dicens, ſed videte quomodo volens oſtendere ſanctos perfectos in omnib. ponendos ad dexteram, & impios omninò infructuoſos ad ſiniſtram, ideo ſanctos, oues, impios autem hædos vocauit, quo modo agni, & ſi natura manſueti ſunt, tamen non ſunt omninò fructiferi propter ætatem, fructum enim adhuc non habent lactis, & lanæ, item capræ, & ſi malignæ ſunt ex natura, tamen ex aliqua parte fructiferæ ſunt per ætatem; lactis enim abundantiores exhibent fructus; hæc ille. Idem inducit Diuus Hieronymus, non dixit, inquit, capras, quia poſſunt habere fętus vide igitur quamuis criminib. omnib. remittas nuncium; niſi quoque imperata perficias, agnus es, non ouis, male habebis apud diuinum Iudicem, ad dexteram non collocaberis, nam ſtatuet oues quidem à dextris. Ratioque in promptu eſt, nam cum legis præcepta partim negantia, partim affirmãtia ſint, qui (quamuis deteſtetur malum) ſi non aggreditur bonorum operum actionem; non totam legem impleuit, at quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus; Solum malum non admittere ait Hilarius in Pſal. 144. non habet laudem, niſi mali abſtinentia, cum gloria boni operis conſequatur; & nuper citatus auctor operis imperfecti inquit, declinationem à malo ſpectare ad monitum Chriſti de lauanda facie, operationem ad illud de vngendo capite, ſicque Mariam legimus poſt lacrymas fuſas, effudiſſe vnguenti vas ſuper Chriſtum, ita vt impleretur domus ex eius odore.

Hilarius.

Idem hom. 15. in Mat.

Matth. 6.

Ioan. 12.

3 Quin etiam oportet ad heroicas actiones aciem mentis dirigere, eum qui vult attingere ſcopum, eaque quæ legis præcepta ſunt, ſeruare; nã quemadmodum gnarus emittendi ſagittas, cum remiſſam viderit arcus chordam, ne in eiaculando, à ſcopo aberret, ſupra ſcopum dirigit aciem, alioqui impulſa ſagitta; vix quod infra ipſum eſt, attinget; ita cum poſt lapſum primi hominis, animus noſter ſit ad vitia pronus, parumque ad virtutes inclinatus, dumque agitur de cœleſtib. aciem mentis ſupra quam credibile eſt, habeamus obtuſam; ad altiora intentum habere debemus animum, ne quæ ſunt terrena, & infima, amplectamur; neue à ſcopo legis aberremus, ad ea quæ ſunt ſupra legem ad heroicas ſcilicet actiones oportet nos dirigere aciem; Huc ſpectat ille præcipiendi modus de diligendo Deo. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, in tota anima tua, & ex tota mẽte tua.* Quod ſi Angelis, hominibuſque beatis ferenda eſſet hæc lex charitatis non alijs verbis opus eſſet eam ferre, quam quibus ibi fertur.

Ad heroicas actiones aciem mẽtis oportet dirigere vt ſcopum attingamus id eſt legis præcepta ſeruemus.

Matth. 22.

Cur ita? num impoſſibilia præcipit Deus? abſit hoc, Caluini vox hæc eſt, impietatis, & ignorantiæ; nam impietatis ſummæ eſt dicere, impoſſibilia nobis Deũ præcepiſſe quod tamen ferendum fortaſſe eſſet, ſi tãtum præcepiſſet, ac non etiam ab ijs qui impoſſibilia non fecerũt, & grauiſſimas, & ſempiternas pœnas exigeret quis enim hoc vel homo maximè impius dicere potuit, niſi Caluinus? qui omnes impietate homines ſuperauit; eſt etiam vox ignorãtiæ, nam ſcriptura ipſa teſtatur ab hominibus mortalibus pręceptum hoc obſeruatum fuiſſe, ſcribit enim in primis de Ioſia Rege. *Similis illi non fuit ante eum Rex qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, in tota anima ſua, &c. neque poſt ſurrexit ſimilis illi,* Rurſus de Dauid. *Nõ fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid qui cuſtodiuit mandata mea, & ſequutus eſt me,*

Præceptũ de diligẽdo Deo quomodo obliget.

4. Reg. 23.

3. Reg. 14.

me, in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſt in conſpectu meo. Qnin hoc ipſum, Dauid de ſe ſępè affirmat. Pſal. 118. *Confitebor tibi in toto corde meo, deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo, exquiſiui te in toto corde meo.*

4 Non igitur pręcipitur hac lege extremus ille amoris gradus, quo Deus dignus eſt, vt quem nec Angeli aſſequantur, neque mandatur, vt continuo, perpetuoq; amoris affectu, atque ãctu feramur in Deum citra omnem diſtractionem animi, cordiſque diuulſionem, hoc enim non eſt, niſi Beatorum, neque iubemur denique, vt careamus concupiſcentia carnis, legi Dei rebellante, quod non eſt in poteſtate hominis mortalis, ſed quando fertur lex iſta, ijs qui ſunt in via, intelligi debet pro conditione, modoq; mortaliũ, eo modo, ſcilicet exhibendi dilectionem, vt nihil, nec intellectu, nec voluntate, nec ſenſu, nec corporis membris, committatur, quod ſit contra Dei præcepta, nihilque prætermittatur, quod ſit mandatum: fertur tamen hæc lex charitatis, illis verbis vniuerſaliſſimis, quæ quantum ad eorum abſolutam ſignificationem, illum amoris perfectum gradum preſeferunt, qui decet Angelos, hominesque Beatos, eo forſitan (vt dixi) conſilio, vt homines ad altiora, aciem dirigentes mentis, quamuis nõ attingerent ſupremum huius amoris gradum, tamen ab eo, quod præceptum eſt, non deficerẽt, ſicque à ſcopo non aberrarent, & Auguſt. hoc eſt quod inquit, Auguſtinus de perfect. iuſt. an. med. tom. 7. perfectio charitatis, homini in hac vita præcipitur, quia non recte cernitur; ſi quo currendum eſt, neſciatur ita ille. Debẽt enim intelligere, mortales quantumcunque in huius mandati obſeruatione exerciti ſint, sẽper ſupereſſe profectui locum, & Eod. loco. quando, inquit, Auguſtinus impleri hoc præceptum non poſſe in hac vita, non intelligas non poſſe impleri quod præcipitur faciendum nam præceptum non eſt de re impoſſibili, ſed vt inquit, Diuus Thomas, 2. 2. Thom. quæſt. 183. art. 5. ad 2. quantum ad perfectum ipſius gradum, & vt ſignificatur per verborum abſolutam ſignificationem, quem, qui in hac vita non attingit, non eſt transgreſſor præcepti; nec à ſcopo intento, dicitur aberrare.

Ad altiorem igitur finẽ animum propoſitumque noſtrum dirigere oportet, ne infra ſcopum tendamus ſagittas; ita Hieronymus Pſalm. 83. Pſal. 83. in illa verba Pſalmi. *Beatus Vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Sanctus inquit, ponit aſcenſiones in corde ſuo, peccator deſcenſiones, & Bernardus ſer. 21. Bernard. in Cant. monet; non peruenturum ad Deum in montibus gaudiorum, qui aſcenſiones in corde ſuo non prius diſpoſuerit in valle lacrymarum: paucos poſt Ieſum ire velle, cum ad ipſum peruenire nemo ſit qui nolit; velle frui, non imitari, con regnare, nõ compati, optare nouiſſima iuſtorum, & mortem; & non principia, & vitam, non curare quęrere quem deſiderent inuenire; cupere conſequi, ſed non ſequi: hæc ille. Et Gerſon, vox multorum eſt, Gerſon 3. p. Theol. tract. de miſtic. Theol. pract. in dul. ſeu cõſider. 4. ſufficit mihi vita communis, ſi cum imis ſaluari potero ſatis eſt, nolo merita Apoſtolorum, nolo volare per ſumma, incedere per planiora contentus ſum: hæc Gerſon. At meminerint, qui cum multis ita dicunt, & ſentiunt, illius ſententiæ. *Multi ſunt vocati, pauci vero electi*, Matth. 20. Recolant, quod paulò ante ex Bernardo retulimus, non peruenturum ad Deum in montibus gaudiorum, qui aſcenſiones in corde ſuo non prius diſpoſuerit in valle lacrymarum; timeant ne prætermittant, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutẽ; ſi ad vberiora

5

Prou.21. riora non dirigant animum. *Cogitationes robuſti*, inquit, ſapiens. *Semper in abundantia, omnis autem piger* Prou.16. *in ageſtate erit*, & idem. *Aegeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat*. Hoc eſt, vt inquit, Beda, quicumque dum vixit negligenter egit, bonis omnib. in futuro ſæculo carebit, at manus fortium, diuitias parat ideſt quicumque gnauum, ſe ac fortem ad bona opera præbuit, is diuitias plurimas ſibi agregat in Cœlo.

6 Inſtandum igitur eſt bonis operib. quin etiam ad heroicas actiones acies mentis eſt dirigenda illi, qui illęſum ſe vult cuſtodire à labe peccati; & quamuis omnia illa opera amplectenda quæ ad præcepta beneuiuendi pertinent, inde enim quaſi neceſſaria conſequutione ſequitur rectè mori, de quib. latè Cardinalis Belarminus in libro de arte benemoriendi, ipſum conſulat lector; in animo tamen eſt illud opus miſericordiæ commendare, quo defunctorum vicem nos miſeret plurimum; nullamque de Chriſtianis virtutib. multis, nec grauiorem, nec admirabiliorem eſſe, miſericordia, eaque potiſſimum, qua animarum defunctorũ, quæ in purgatorio cruciantur, cum quadam miſeratione, recordamur.

Nihil præſtabilius erga animas defunctorum, miſericordia.

Cap. 10.

1 Quid ſtiat de hoc opere ſermo diuinus.

QVanti ſit facienda miſericordia, quę animabus exhibetur defunctorum, teſtatur ſermo diuinus, confirmant concilia, & Patres, res ipſa docet, & vt à ſacra ſcriptura incipiam, videbimus nihil efficacius inueniſſe Dominum Ieſum ad compeſcendam Iudæ murmurationem, & obtrectationem de illa effuſione vnguenti. *Potuit vnguentum iſtud* Matth.26. *venundari multo, & dari pauperib.* quam illam defenſionem, & laudem opponere, eſſe ſcilicet officiũ illud à muliere exhibitũ Chriſto morituro. *Quid moleſti eſtis huic mulieri, opus enim bonum operata eſt in me, mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum ad ſepeliendum me fecit*. Affert autem potius officium ac ſignificationem ſepulturæ, pro ratione boni 4 operis, quam humanitatem, gratitudinem, fidem, charitatem, aut pietatem mulieris, quod hæc potius, quam illa, calumniæ eſſe potuiſſent obnoxia apud Iudam proditorem; ſubditque. *Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit, in memoriam eius*. Quaſi dicat tantum abeſt, vt ego illam condemnem, quaſi malefecerit, aut reprehendam, quaſi minus rectè fecerit, vt omnes, omnium ſęculorum homines, vbi hoc Euangelium prædicatum fuerit, magnis laudib. hoc opus ſint celebraturi, & gentium omnium conſenſu, apud exteros, & in remotis mundi plagis, laudãdum ſit, quod domeſticis viſum fuerat damnandum; nam pietas, quæ exhibetur mortuis, eſt ita egregia, opuſque ita bonum, & ex totis virtutibus profectum, ex humanitate, gratitudine, ſublimiſſima fide, ardentiſſima charitate, vt merito ab omnib. hominib. magnis laudib. ſit celebrandum, atque ad oblatrantem Iudam compeſcendum, ſatis efficax. 2

Liberalitas cõmẽdatur in præſtandis viuis beneficijs, magnificentia erga mortuos.

Quin etiam, vt diſcamus, ſi liberales nos decet eſſe, dum viuis præſtamus beneficia, cum autem agitur de mortuis, debere nos eſſe magnificos, eadem Scriptura magiſtra, addiſcemus, Magdalenam obſequentem Chriſto viuo, vnxiſſe quidem

vnguento pedes eius, non tamen totum effudiſſe vnguentum, at eamdem mulierem cum in obſequium ſepulturæ, Dominum vnxit, totum effudiſſe vnguentum, ita vt vas fregerit. Adde quod hoc poſterius vnguentum erat pretioſius, obque hanc cauſam, vt animaduertunt nõnulli Doctores, in priori vnctione, nec murmurauit Iudas, nec indignati ſunt diſcipuli, quemadmodũ in poſteriori, vt Ioannes cęterique duo Euangeliſtæ referunt; facitque ad id perſuadendum, quod olim Chriſtus Dominus laudauit Ioannem Baptiſtam, non tamen in os, imò neque præſentib. eius diſcipulis, qui laudes ad illius aures deferrent, ſed illis abeuntib. cępit dicere de Ioãne ad turbas, vt Diuus Chryſoſtomus ibi aduertit, at vero Magdalenam præſentem, & audientem magnis laudib. prædicauit; Diſcriminis ratio à nonnullis affertur, vt oſtenderet Dominus, quam beneuolo animo erga pœnitentes afficiatur, vt eos etiam Innocentibus aliqua ex parte anteponat; ſed ad rem noſtram præſentem, illa adduci poteſt, nam opus illud in mortuorum obſequium, à Dei inſtinctu, & mulieris pietate profectum, ita erat egregium, vt quodãmodo nec os, nec linguam Dominus potuerit cõtinere, quin patrantem talia, ſummis laudib. continuo celebraret.

Luc 7. Matth. 26. Marc. 14. Tol. in cap. 7. Lucæ annot. 67.

Matth 11.

4 Idem ipſum quod nullũ ſit opus, ad quod ſanctius poſſit ſe exercere Chriſti fidelis, quam ſacrificia, & eleemoſinas offerre pro animabus, quæ in purgatorio cruciantur, pro iiſdemque aſſiduè deprecari docet Eccleſia, Concilio quarto Carthaginenſi Can. 95. Concilio Agathẽſi Can. 4. Concilio Toletano 3. c. 22. Concilio Florentino in inſtructione Armenorum, & tandem Concilio Tridentino ſeſs. 25. dec. 1. Vtque hæc pietatis opera quæ à fidelib. pro alijs fidelib. defunctis fieri conſueuerunt; diligenter, & accurate perſoluantur; lubet verba Concilij Carthaginenſis quarti referre, quæ digna ſunt, vt memoriæ affigantur. *Qui oblationes defunctorum, aut negant Eccleſijs, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores, excomunicentur*. Cuius ſententiam verbis nimis grauibus amplectitur Concilium Vallenſe dicens. *Omnes qui mortuorum oblationes retinent, & Eccleſijs elargiri negligunt, debent tanquam infideles ab Eccleſijs, & communione fidelium, expelli, certiſſimum enim eſt, hanc exacerbationem diuinæ pietatis, vſque ad diminutionem fidei peruenire*. Quanti ergo momenti ſit hoc opus, oblationes ſcilicet offerre pro mortuis, ex grauiſſimo etiam peccato poteſt dignoſci, quod perpetrantur, qui illud negligenter, nec vt par eſt perficiunt. Vnde Concilium Tridentinum inquit. *Curent autem Epiſcopi, vt fidelium mortuorum ſuffragia miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſinæ aliaque pietatis opera, quę à fidelibus, pro alijs fidelibus, fieri conſueuerunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta, piè, & deuote, fiant*.

Hic eandẽ doctrinam docet Eccleſia.

Can. 95. Can. 4. cap. 22. Conciliũ 4 Carthag. Concilium Agathenſe. Concilium Tolet. 3. Cõcil. Flor. Conc. Trid.

Quam grauiſſimũ peccatũ ſit debitas oblationes non offerre pro mortuis docẽt cõcilia.

Comendãt hoc ipſum opus, maximè Patres quamplurimi Chryſoſtomus homil. 69. ad Pop. Antioch. & homil. 41. in cap. 1. ad Cor. c. 1. Auguſtinus lib. de cura pro mortuis Epiphan. lib. 3. cõtra hær. Damaſcenus ſerm. de his qui ex hac vita cum fide diſceſſerunt. B. Clemens, Petri diſcipulus in ſuo comp. Dionyſius Areopag. de Eccleſ. Hierar. cap. 7. Cyprianus lib. 2. Epiſt. Epiſtola 19. Gregorius Nazianzenus orat. 2. in Iul. Iſidorus de orig. offic. Bernardus ſerm. 66. in cant. Ambroſius, de obitu Theod. & ſerm. 2. in Eccleſ. qui inquit (ſalua fide dixerim) indulgentior eſt eleemoſina, quam lauacrum, lauacrum enim ſemel datur, & ſemel veniã pollicetur eleemoſi-

5 Adducũtur PP. ad idem probandũ. Chryſoſt. Auguſt. Epiphan. Damaſcen. B. Clemens Petri diſc. Dionyſius Areopag. Cyprian. Greg. Naz. Iſidorus. Bernardus. Ambroſ.

moſinam autem quoties feceris, toties veniam promereris, ſic ille, quod ſi de eleemoſina, quæ fit cuilibet indigenti id affirmat Ambroſius, quanto magis idem intelligendum putat, de illa quæ fit animab. purgatorij, quæ pluribus nominib. alijs eſt præferenda, vt latius infra oſtenſuri ſumus. Immo quando, inquit, Paulus 1. Cor. 15. *Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis ſi omninò mortui non reſurgunt?* Illud, *baptizantur*, methaphoricè eſſe intelligēdum, quamplures ſentiunt pro pęnis, afflictionibus lacrymis, precib. eleemoſinis, quas olim primitiuæ Eccleſiæ fideles, offerebant, vt ſuffragarentur mortuis, atque vt à baptiſmo ignis in purgatorio liberarentur; mortem autem, afflictiones, dira ſupplicia, cruciatus appellari baptiſmum, ſacræ literæ indicant, Chriſtus enim apud Matthęum. *Poteſtis*, inquit, *Bibere calicem, quem ego bibiturus ſum, & baptiſmo quo ego baptizor, baptizari?* Et apud Lucam cap. 12. *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiam?* Quæ de ſuis cruciatib. & nece accipienda eſſe, omnes authores affirmant, præcipuè Tertullianus lib. de baptiſ. contra Nouatū Philaſtrius, & Cyprianus Epiſt. ad Iubaium. En igitur quomodo olim Chriſti fideles, qui in ſanctis operib. aſſiduè ſe exercebant, magna cum laude ad expiandos vita functos, & preces fundebat, & offerebant ſacrificia, & ſe ſe inedia ieiunioque conficiebant. Sancta igitur, & ſalubris eſt cogitatio, & nunquam ſatis laudanda, oblationes offerre pro mortuis.

1. Cor. 15.

Matth. c. 20

Luc. c. 12.

Tertullian. Lib. de baptiſm contra Nouatum. Philaſtrius, & Cyprian. epiſ. ad Iubaium.

5 Res ipſa tandem id demonſtrat, ſi enim, qui panem præbet eſurienti ſatiabitur, at quæ fames ita cruciat, quam quæ tenet animas purgatorij, videndi Deum cupiditas; vt ex viſione ſatientur, iuxtà illud Pſalmi. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Et ſi quicumque, inquit, Chriſtus potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidę tantum, in nomine diſcipuli, non perdet mercedem ſuam, hoc eſt infimum præbebit miniſterium, quod illis præſtari queit, maximè enim tenuè, & facile officium eſt, etiam pauperib. quibuſque in manu, hauſtum frigidæ præbere ſitienti, & tamen non perdet ideſt accipiet mercedem ſuam: hinc diſcere licet quanti faciat Chriſtus eos, qui pretioſiſſimam ſuffragiorum aquam, animabus præbēt purgatorij; quorum quanta ſit ſitis ex igne quo cruciantur, licet argumentari; ſi operi in ſe paruo, magnam Deus pro ſua liberalitate, reddit mercedem, quam ſunt accepturi illi, qui longè maiora præſtant miniſteria? longè diuerſum indumenti genus ſtola eſt immortalitatis, & gloriæ, quam ſumunt in Cœlo, è purgatorio exeuntes animæ, ab illo quo induuntur nudi, in hac vita mortali, munificētius ſe gerit cū peregrinis qui eos hoſpitio excipit cœleſti, delitiiſque nutrit ſupernis, quam qui eos domo excipit terreſtri, vitæque neceſſaria ſubminiſtrat, ſolertiori cura, diligentiorique medico, opus habent, qui maximis illis febribus æſtuant purgatorij, quam huius mundi febricitātes, & quanto morbus eſt grauior, tanto fortiora ad illum expellendum adhibenda ſunt medicamenta; quod ſi nullus carcer (ſi demas inferni carcerem,) tam tetrus eſt, tamque ſquallidus, quam purgatorij locus, viſitare eos, qui ibi detinentur, iuuareque ſuffragijs, magnum opus miſericordię. Tandem, ſi captiuos redimere, opus eſt tam præclarum, vt de Chriſto canat Eccleſia. *O vere digna Hoſtia per quam fracta ſunt tartara, redempta Plebs captiuata, reddita vita præmia.* Et rurſum. *Cuius tu formam*

Res ipſa idē demonſtrat.

Pſal. 16.

Matth. 10.

corporis aſſumere dignatus es, vt hominem redimeres, quem ante iam plaſmaueras. Et de eodem. *Inferni clauſtra penetrans tuos captiuos redimens, victor triumpho nobili ad dextrā Patris reſidens*. Deducendum eſt, eos qui miſſarum ſacrificijs, alijſque pijs operibus, oblatoq; pretio, pretioſiſſimi Sanguinis Saluatoris noſtri, animas purgatorij à Gehēnę incendio liberant; in partem vocari redemptionis humanæ, & conſequenter in partem ipſius Redemptoris, gloriæ.

6 Concludamus igitur nihil eſſe præſtabilius, nihilque magis Deo eſſe acceptum, erga animas purgatorij; miſericordia; idque fiet euidentius, ſi vt moralem decet Theologum, hanc dirimamus controuerſiam, conſideremuſque quatuor, quę in obiecto materiali poſsūt ſpectare, miſericordiæ. Perſona cuius miſeria ſubleuatur. Miſeria cui ſubuenitur. Subleuatio ipſa, nā licet hęc ſit, quaſi actus exterior miſericordię, in virtutib. tū moralib. ipſa exterior actio obiectiuè ſumpta, habet rationem obiecti, reſpectu virtutis interioris, & actuum elicitorum. Tandem ſpectari poteſt illa compaſſio, quæ eſt quædam ſenſibilis paſſio, nam pertinebit ad hanc virtutem, illam moderari, eam demque redigere ad mediocritatem; & ex hac parte materia huius virtutis erit paſſio, ſicut, & aliarum etiam, quæ circa paſſiones verſantur; hæc omnia, ſi conſiderentur, videbimus hoc opus miſericordiæ erga animas purgatorij, pluribus antecellere, nullis alijs eſſe inferius; ratione, atque animo luſtremus ſingula.

Quatuor ſunt quæ in obiecto materiali miſericordiæ poſſunt ſpectari.

Si ſpectemus perſonas quæ miſeria ſunt ſubleuandæ, ſummis laudibus celebrāda eſt miſericordia erga animas purgatorij.

Cap. 11.

1 AD actum miſericordiæ inter cæter a illud requirit Ariſtotelis, vt malum, ſeu miſeria extimetur aliquo modo eſſe contra dignitatem patientis, quaſi experimur minui, aut penitus extingui commiſerationis affectum, cum iudicamus eum qui patitur, ita meritum eſſe; contra vero tanto magis miſeremur, quanto digniorem, vel innocentiorem perſonam æſtimamus, quæ miſeriam patitur; ex quò fit ſuperbos, ſicuti ad alios contemnendos, damnandoſque procliues ita ad miſericordiam tardos eſſe, quod ſi ita ſe res habet, quanta dignè, ſunt miſericordia animæ, quæ cruciantur in purgatorio; nam quāuis meritas luant pęnas; tamen natę ſunt ad regnandum, cumque inter Dei Filios computentur, hæredes quidem ſunt Dei, cohæredes autem Chriſti; At quæ maior dignitas poteſt excogitari? Adde, quod Ambroſio de off. cap. 30. teſte, ſi omnib. debetur miſericordia, tamen iuſto amplius; & ſi cęteris parib. ſanctiores omnib. alijs præferendi ſunt, dum exhibetur miſericordia, iuxtà Magiſtrum, Gabrielem, & alios; ſāctiſſimæ ſunt animæ purgatorij; Deo maximè coniunctæ, obiecta cęteris, nobiliora; omneſque qui ibi cruciātur confirmati in gratia; cumque maximè diligantur à Deo, maximè diligendi ſunt à nobis, maximaque digni ſunt miſericordia, inſuper ſi ad miſeri-

Ariſt. 2. reth. c. 8.

Ambroſ.

3 ſentent. diſt. 29. a. 1. circa 7. Gabriel.

miſericordiam illam maximam, quā Deus in Incarnatione exibuit; excitauerunt prædeſtinatorum miſeriæ, ſic Dauid iuxta Dydimi interpetrationem, rationem illam ſolum qua motus fuit Dominus ad carnem ſumendam, & ad ipſius incarnationis accelerationem, miſerias ſcilicet aſſignauit humilium, & prædeſtinatorum Pſalm. 11. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.* Cui conſona ſunt illa alia verba, quæ Canticorum libro reperiuntur ſcripta. *Aperi mihi ſoror mea amica mea, &c. Quia caput meum plenum eſt rore, & cincini mei guttis noctium.* Quo loco Verbum diuinum volens à Beata Virgine elicere conſenſum, vt ſibi aduenienite in Orbem Terrarum, aperiat, admittatque ſe in vterum ſuum, quo introductus in eam, carnem ex ipſa ſumat, illam priori loco aſſignat rationem. *Quia caput meum plenum eſt rore.* Ex propria bonitate deſumpta, quod ſcilicet diuinitas ſua tam promptam habeat miſericordiæ maximam exhibitionem, vt ſit inſtar vaſis pleni quod opus habeat de plenitudine eius in alios diffundere, deinde alteram addit ipſam ſuam miſericordiam veluti augētem, miſerias ſcilicet illorum, qui amici atque cariſſimi ipſi Deo ſunt, vtpotè prædeſtinati, & electi ad gloriam; *Et cincini mei guttis noctium*. Per cincinnos ſuos, eos deſignans, vel quia olim dum vitam in terris degerent per Iuſtitiam, & ſanctitatem inſtar capillorū, capiti deitatis ſuę, ſibique adhæſere, & inſtar cincinnorum culminib. deſideriorum ſuorum ſuorum adhuc Cœlum verſus, directas ſuas habuerunt animas; vel qui prædeſtinati adhuc eſſent, vt per charitatem eidem capiti ſuo, ſibique inſtar cincinnorum inhærerent, ſeque ſequerentur, & à ſemetipſo dependerent; per guttas vero noctium, miſeriæ vtrorumque deſignantur, vide Ghiſlerium noſtrum in cap. 5. Cāt. verſ. 5. expoſ. 4. ſi igitur Deus illam aſſignat rationem ad carnem ſumendam, & ad ipſius incarnationis accelerationem, miſerias humilium, & ipſorum prædeſtinatorum gemitus, & ęrumnas; nunquam ſatis dignis laudibus poſſunt celebrari, qui animab. purgatorij ſubueniunt, nam cum omnes, qui ibi cruciantur, ſint prædeſtinati, & electi ad gloriam; poſſunt Saluatoris inſtar, & redemptionis operis participes effecti, dicere; propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum exurgimus ad tales exhibēdas miſericordias; quod ſi ſubditur eodem loco Pſalm. 11. *Ponam in ſalutari;* Idque varijs modis vertitur. *Ponam in ſalutari.* Ideſt in loco tuto, hoc eſt à loco humili ac parum tuto in locum tutum, & munitum, traducam; vbi ſalutē ſuam tueri poſſunt, vbi tuti ac tecti ſint, ab incurſu inimicorum. Vel (vt etiam animaduertit Agellius noſter) ponere pro mutare, atque conuertere, accipiendum eſt, vt viciſſitudinem quādam, commutationemque ſignificet, & tandandem ſit, ac ſi dixiſſet eorum afflictiones, & ęrumnas, in ſalutem conuertam, & eos à miſeria ad ſalutem transferam, vertam illis gemitum, in lętitiam; aut tandem; vt Origenes, & Didymus obſeruant (Ponere) idem eſt quod inſtituere, vt hæredem; Hæc omnia præſtant viuentes dum animabus ſuffragantur mortuorum, quæ in Purgatorio cruciantur; nam eorum ſuffragijs adiutæ, in loco tuto collocantur; hoc eſt è loco humili, & ſubterraneo, qualis eſt Purgatorij locus, in Cœlorum altitudinem, in locum illum tutum, & munitum traducuntur, vbi ab inimicorum incurſu tecti, nullum timent aduerſarium quia

Pſal. 11.

Cant. 5.

Miſeriæ humilium, & prædeſtinatorum accelerarūt Chriſti Incarnationem.

Ghiſlerius in c. 5. cant. ver. 5. expoſ. 4.

Qui ſubueniūt animabus Purgatorij ſunt Saluatoris inſtar, ac redemptoris.

2 Pſal. 11.

Apoc. 21.

quia Apoc. 21. *Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit vltra, quia prima abierunt.* Et conſequenter eorum afflictiones, & ærumnæ in ſalutem conuertentur; verteturque illis gemitus, in lætitiam, poſſeſſionemque accipient æternæ hæreditatis.

3 En quam magna, quamque ſolida beneficia à viuentib. præſtantur animab. mortuorum; dum Dei, Saluatoriſque noſtri æmulatores effecti, eorum miſeria, & gemitib. excitati, multiplicia pro illis offerunt ſuffragia; quantumque illi cordi ſit, vt hæc omnia ad ſalutem applicentur fidelium mortuorum, vel inde dignoſcitur, quod vix abſoluto perfectoque redemptionis myſterio, illud opus aggreſſus eſt Saluator, in quo de redimendis animab. iuſtorum, quæ detinebantur in carcere, agebatur: Parum dicũt qui ſentiũt, quo tempore infixum fuit corpori Chriſti ſub pectore vulnus, ſanguiniſque vnda ex eius latere fluebat, eodem inſtanti ſanctiſſimam illius animam in liberãdis animabus ſanctorum Patrum, quæ erant in limbo fuiſſe diſtentã. Maiora dicturus ſum, & ex Theologorum, & ſanctorum Patrum ſententia, veriſſima, in eodem inſtanti inquo Chriſtus mortuus eſt, animæ, Sanctorum Patrum, quæ erant apud inferos, acceperunt beatitudinem, cum in illo inſtanti conſummata fuerit noſtra redemptio, ablatum humanæ naturæ impedimentũm, apertaque conſequẽter ianua Regni; vnde cum in illis animabus ſanctis, quæ erant in limbo, nullũ reperiretur perſonale obſtaculum, in eodem inſtanti participes facti ſunt Regni, poſſeſſionemque acceperunt æternæ hæreditatis. Quod ſi eorum liberatio Chriſti deſcenſui ad inferos tribuitur, hoc ideo dicitur, vel quia in eodem inſtanti, quo Chriſtus mortuus eſt, inferorum loco adfuiſſe creditur, mortuus eſt enim per primum non eſſe, ergo in inſtanti mortis iam non erat in corpore, ergo ad locum inferorum, in eodem tranſiuit inſtanti. Quod ſi non probetur illa ſententia, ſpiritualem ſubſtantiam, poſſe trãſire ab extremo in extremum, abſque exiſtentia in medio; ſentiẽdum adhuc iudico cum communi Patrum ſententia, in eodem inſtanti, quo Chriſtus mortuus eſt, illas animas illuminatas fuiſſe, effectaſque beatas, tanti enim ęſtimanda eſt illa cęleſtis beatitudo, vt vel minima eius dilatio, dicenda ſit maximi momenti. Eximium tamen hoc beneficium, adhuc tribuendum ſuo modo eſſe, deſcenſui Chriſti ad inferos, qui ab eo inſtanti illuc cæpit moueri, quamuis non dum illuc perueniſſet.

Primũ opus quod aggreſſus eſt Chriſtus poſt act. redẽptionis myſterio fuit redimere animas iuſtorũ, quæ detinebantur in carcere illo ſubterraneo.

Vide quãrę ſit curæ Chriſto Domino liberatio animarum fidelium, 4
vt vel illud vnum eius videatur omnis ſpectare induſtria; nam quamuis, ad ipſas liberandas, dignatus eſt deſcendere ad inferos, illius tamen morulæ impatiens, ſtatuit animarum liberationem, illius peruentioni eſſe anteueniendam; Diſcant vel ab hoc exemplo Chriſti fideles: quam mirificè propter animarum ſalutem, quæ in purgatorio cruciãtur, debeant eſſe ſolliciti; Deſcendant igitur in infernum viuentes, ad recogitandas pœnas quas luunt, & dolores, quos patiuntur animæ, quæ purgantur, vt compatiantur, vt ſubueniant, vt ſuffragentur, maioremque illis ferent opem (audeo dicere) hic myſticus, quam tulerit realis Chriſti deſcenſus ad inferos, nam Chriſtus deſcendendo ad inferos, num liberauerit animas purgatorij ſtatim à pœna illa quam luebant, eſt controuerſum; ſunt, qui ſen-

Pſal. 54.

Maiorem quodãmodo poſſunt ferre opem viuẽtes ſuis ſuffragijs, animab purgatorij, quã tulerit Chriſtus ſuo deſcenſu ad inferos.

ſentiunt, deſcenſu ſuo liberaſſe omnes; alij, qui ſunt ſententiæ extremè contrariæ; ſentiunt liberaſſe nullam, nam cum ſtet lex generalis, vt qui in hac vita non ſatisfecerit, in alia ſatis patiatur; cumque aliunde non poſſit, vel ex ſacra Scriptura, vel ex Sanctorũ Patrũ auctoritate, aliquid probabiliter affirmari quod huic legi iuſtitiæ repugnet, dicendum eſt Chriſtum cum illis animabus, ex lege egiſſe; & conſequenter nullam, ex his, quæ purgatæ adhuc non fuerant, liberaſſe.

5 Tandem ſunt qui mediã ſequuntur ſententiam, quæ Diuo Thomæ tribuitur, & alijs; Chriſtum non eduxiſſe omnes animas è purgatorio; aliquas tamen liberaſſe, priorem partem ſatis probant nuper dicta, poſterior inde fit probabilis, nam ſicut Chriſtus Dominus hic viuens, quibuſdam remiſit peccata ſpeciali gratia, & liberalitate, & moriens latroni impartiuit gratiam, & gloriam; & poſtea reſurgens quoſdam ſecum ſuſcitauit, non tamen omnes; ita veriſimile eſt, quibuſdam animabus purgatorij, hoc beneficium cõtuliſſe, ob aliquam, quæ nos latet ſpecialem rationem. Sed hæc accuratius examinare, non eſt præſentis loci, ſat eſt dixiſſe, de hac difficultate non ſine magna controuerſia diſputari, & in hac re vix poſſe definitum ferri iudicium; cum veritas ſit valdè incerta, ex humanis tãtum pendens coniecturis, quæ in omnem partem facilè poſſunt accommodari. At ſuffragia viuentium prodeſſe defunctis ad remiſſionem pęnarum, ſine controuerſia eſt affirmãdum; docetque Concilium Tridentinum, ſeſs. 25. decr. 1. animas in purgatorio detentas, fidelium ſuffragijs, potiſſimum vero acceptabili altaris ſacrificio, iuuari, & in Cõcilio Florentino in literis vnionis, Græci, & latini in hoc articulo conuenerunt ſcilicet animas iuſtorum, qui in hac vita plenè, non ſatisfecerunt, pęnis purgatorij; poſt mortem purgari, & vt à pęnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis viuorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſinas, & alia pietatis officia, quæ à fidelib. pro alijs fidelib. fieri conſueuerunt, ſecundum Eccleſiæ inſtitutum.

Cõcil. Trid.

Deſcendant igitur in infernũ viuentes, ad recogitandas pęnas, quas luunt, & dolores quos patiuntur animæ, quæ purgantur, vt compatiantur, vt ſubueniant, vt ſuffragentur, nam maiorẽ illis feret opem hic myſticus, quam realis Chriſti deſcenſus ad inferos. Maiora dicturus ſum, nec ſancti in Cœlo nec Deus ipſe (ſi de ordinaria potentia ſit ſermo) tam eximia, tanque ſolida poſſunt conferre beneficia animabus purgatorij; quemadmodum nos viatores viuentes in terra, nam cum lege diuina ſtatutum ſit (de qua re latius infra) vnum fidelem non poſſe ſuffragari alteri, per modum impetrationis, vel meriti, ad obtinẽdam immediatè remiſſionem pœnę temporalis, ſed id faciendum eſſe, per modum ſolutionis, illi cõmunicando, ſeu ſoluendo pro illo, ſtatutũ pretium, ſatisfactionẽ ſcilicet propriam; ſoli viatores hic viuentes, paratam habent pecuniam ad redimendos illos captiuos, qui in carcere detinentur purgatorij; nam cum ipſi ſoli poſſint habere opera ſatisfactoria, quemadmodum nec beati in Cœlo, ſed nec ipſe Deus, ipſi ſoli poſſunt pro animabus purgatorij ſoluere, pro quib. nõ habent vnde ſoluant, nec ſancti in Cœlo, nec ſanctorum gloria, & præmium Deus ipſe, in cuius ſiniſtra ſunt diuitiæ, & gloria. 6

Sancti in Cœlo nec Deus ipſe de potẽtia ordinaria poſſunt cõferre animabus purgatorij illa beneficia quæ poſsũt Viatores.

7 Prou 3. Beneficia quæ ſunt animabus purgatorij in gratiſſimos conferuntur.

Diſcant igitur viuentes pro animabus defunctorum eſſe ſoliciti, nam in gratiſsimos, conferunt beneficia,

neficia, quicq; parati ſunt rependere pluſquam acceperunt. Quod ſi Bannes 2.2. quæſt.26. art.8. docet inſigni amico, aut benefactori potius ex charitatis lege ſubueniendum eſſe, quam conſanguineo, non valdè propinquo, vel de nobis non benemerito. Quin, & cenſuit probabile Victoria amicitiam cum aliquo poſſe eſſe tantam, & beneficia ab illo collata poſſe adeo eſſe egregia, vt poſſemus eũ pręferre Patri, ſine peccato, maximè, ſi Pater, poſtquam dedit vitam, vel nulla, vel pauca alia contulerit beneficia, vel ſi male functus ſit officio cum filio; cui non eſt præferenda miſericordia, quæ animab. fidelium exhibetur, à quib. tam præclara, & immenſa ſperamus beneficia, nam cum omnes ſint ad regnum deſtinatæ, & ad illud, de quo canit Eccleſia. *O quã glorioſum eſt regnum in quo gaudent omnes ſancti*. Si ſenſerint, vel tantillum horæ, opera noſtra, eius poſſeſſionem illis accelerari, vnde incredibilem hauriunt lętitiam; affatu eſt impoſsibile, quæ in Cœlis noſtra cauſa ſunt facturæ. Nam ſi dum purgantur, dum torquentur, pro nobis preces fundere non obliuiſcuntur, vt ſentiunt Ambroſius lib. de viduis Gregorius Nazianzen. in laud. Baſilij. Baſilius Magnus; orat. 20. de 40. martyr. & præter hos recentiores multi Gabriel, Medina, Bellarmenus, quos refert Hieronymus Gratianus: quin etiam eędem, dum cruciabantur illoq; atrociſsimo vrebantur igne; miracula perpetrarunt ad viuorum ſalutem, & beneficium; quemadmodum de Anima Paſcaſij Epiſcopi, & de Anima Sancti Seuerini referunt Gregorius Magnus, lib.4. dialog. cap.4. & Petrus Damianus: de mirac. ſui temporis, num exigua erunt beneficia; quæ apud nos collocabunt in Cœlis gaudentes.

Bannes 2.2. q.26. art.8.

An quãdoque poſſit præferri amicus Patri in exhibẽda miſericordia.

Victoria In manuſcript. ad q. 26. D. Tho. 2.2.

Suar. diſp. 9. de ord. ſer. in prec. char ſec.4. num.15.

Ambroſ. lib. de vid. Greg. Naz. in laud. Baſ. Baſil. Magn orat 20. de 40. martyr. Gabriel. Medina.

Hieronym. Gratian. In opuſc. detto il ſuffragio dell'anime del Purgat. c.2.

Animæ in Purgatorio exiſtẽtis fecerunt miracula. Greg. Mag. Petr. Dam.

8 Tam magna nobis à Deo ſuis precibus, & opera, impetrabunt, vt illud Chriſti Domini monitum Luc.16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula*. Præcipuè de pauperib. in purgatorio indigentibus, arbitror eſſe intelligendum; cum enim dicat Dominus, *Vt recipiant vos*, indicat proculdubio, eos in iiſdem (vt ait Euthymius) tabernaculis eſſe, & aliquid pro nobis agere, ſaltem loqui, ſaltim orare; ergo æterna tabernacula, inquit Theodoretus, pauperib. non omnib. ſed in Chriſto conſtituta ſunt, in quæ poſſint recipere eos, qui hic, ipſis amicè, de bonis, quæ ſunt dominica, largiuntur, at qui in purgatorio cruciantur, omnes ſunt pauperes in Chriſto, atque ad æterna tabernacula deſtinati, nam prædeſtinati omnes ſunt ad Regnum Cœlorum, & ſtatim à purgatione, illius acquirunt poſſeſſionem; ergo illa ſententia. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, &c.* Præcipuè in gratiam illorum, qui in animas purgatorij ſunt benefici, reperitur ſcripta. Magnis ergo laudibus celebranda eſt miſericordia erga animas purgatorij, ſi perſonarum ſpectamus dignitatem, quarum miſeria eſt, ſubleuanda. Sed non minus celebris erit, ſi ipſam met conſideremus circa quam verſatur, miſeriam.

Luc.16.

Animæ purgatorij ſunt pauperes qui recipiunt eleemoſynarios in æterna tabernacula.

Miſeria, cui opponitur, illuſtrius reddit hoc genus miſericordię, erga animas Purgatorij.

Cap. II.

1 INter miſerias, quib. miſeri leuari poſſunt, omnium maxima videtur

Nauar.in Manu.præludi.4 de ſumma beatit.& miſ.

Quatuor gradus miſeriatū enumerantur à Nauarro.

detur eorum, qui cruciantur in purgatorio, quatuor miſeriarum gradus enumerat Nauarrus in primo eos collocat, qui carentes viſione, & fruitione diuina, æternis inſuper mancipati ſunt cruciatib. qualis eſt eorum qui ad pęnas inferni ſunt damnati, miſerrima proculdubio iſta miſeria, & quod peius eſt, nulla miſeratione digna, de quorum ſingulis illud merito dici poteſt. *Siſque miſer ſemper, nec ſis miſerabilis vlli*. Eos vero qui ſunt in loco, quem limbum puerorum vocant, in gradu ponit huic proximo, nam quamuis nullum ſentiant cruciatum æternum; nullum inter vtroſque (ſi de pœna damni ſit ſermo) videtur eſſe diſcrimen, æternam enim patiuntur pęnam damni, carentiam ſcilicet viſionis Dei, nec eſt, qui illos tali poſſit leuare miſeria. At ſi de miſeria ſit ſermo, quæ aliquod admittit leuamen, illam exiſtimat alijs præferendam, cęteriſque omnibus magis flendam quam patiuntur animæ purgatorij. Ad hanc tandem proximè accedere vult, illam, quam in quarto conſtituit gradu, eorum ſcilicet qui adhuc viuentes, nullam Dei optimi maximi habent nec cognitionem, nec fruitionem.

Ad actū miſericordiæ ſolet requiri, vt miſeria patiētis ſit inuoluntaria.

2 Dices: nonne magis deploranda eorum miſeria, qui peccato ſunt obnoxij, gratiam Dei amiſerunt, & ſecundum præſentem iuſtitiā, æternis mancipati ſunt ſupplicijs? At quamuis eorum vicem nos miſerere oportet, eo tamen deficit à ratione miſeriæ; quo eſt voluntaria, ad actum enim miſericoricordiæ illlud inter cętera requirit Ariſtotiles, 2. Rhet. cap.8. vt miſeria patientis aliquo modo inuoluntaria, & neceſſaria ſit, quod etiā probat Diuus Thomas, 2.2. queſt.30. art.1. dum inquit, miſeria opponitur fęlicitati, & beatitudini; ſicut ergo beatitudo eſt de eo, quod quis vult, ita miſeria de eo, quod nollet pati; qui enim ſponte miſer eſt, miſericordia dignus nō extimatur; Diuitis verbi gratia, qui ob auaritiam, vel robuſti, qui ob pigritiam miſerè victitant, vix quis miſereſcit. Quod ſi Chriſto Domino, & martyrib. eius, meritò compatimur ob illud eſt, quia licet paſſionis fructum ſpontè ac libenter ſint amplexi, repugnantiam tamen, & triſtitiam propter dolores ſunt experti, ſicut Dominus de ſe ipſo in horto teſtatus eſt Matth.26. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, peccator autem ſibi ipſi voluntariè ſtruit ruinam, ergo ex hoc capite dignus non eſt miſericordia; quod ſi peccatorib. adhuc poſſumus cōpati, vt docuit Diuus Thomas, & Gregorius Magnus homil.14. in Euang. & alij Patres non ſemel, illam reddunt rationem, quia peccatum etiam habet aliquid, reſpectu cuius poteſt in peccatore eſſe inuoluntarium, nempè pœnam ipſam, ſiue temporalem, ſiue æternam, naturæ repugnantia, & omninò quando paſſim dicitur, culpam, vt huiuſmodi non eſſe obiectum miſericordiæ, & non habere rationem miſeriæ, quia non eſt malum inuoluntarium, ſed voluntarium, formaliter id eſt accipiendum, quatenus voluntaria eſt, nam alia ratione, & ipſa culpa, & hoc quod eſt eſſe voluntarium, eſt magna miſeria, & obiectum ſumme miſerabile, quatenus ſcilicet naturæ rectitudini repugnat valde, & rationalis voluntatis commodo, & inclinationi. Maneat igitur tanquam firmum miſeriam, quatenus miſeria, & malum quoddam eſt, ab vno quoque abhorreri, tantumque deficere à ratione miſeriæ, quantum habet voluntarij.

Ariſtot. 2. Rethor.c.8

Thom.

Matth.26.

Thom Bod. loco. Greg. Mag.

Quod, ſi obijcies animas purgatorij, voluntariè pati, nam diligunt Deum, ſuntq; diuinæ voluntati conformes; 3

Animæ Purgatorij an patiātur voluntariè.

formes, ergo pœna illis ſtatuta, erit voluntaria, quam ex diuina prouidentia, & ordinatione, non ignorant prouenire, ergo non poſſunt illa triſtari, triſtitia enim de his eſt, quæ nobis nolentib. accidunt, ergo non debemus deplorare earum miſeriam, cum ſit voluntaria, miſeriæque naturæ repugnans. Sed reſponſio eſt in promptu, quod licet illa purgatorij pœna ſit volũtaria concomitanter, per conformitatem cum diuina voluntate, non tamen eſt voluntariè aſſumpta, nam quemadmodum ęgrotus horret medicinam, refugitque eius amaritudinem, nolletque eam bibere, & tamen libenter haurit, cum inde ſperet fieri ſanus, ſic animæ purgatorij, requiẽ illam quærunt æternam, refugiunt pœnas, & horrent, vtpotè malas, & naturæ contrarias, & tamen ſimul eas libenter admittunt, & tolerant; ſunt enim Dei inſtrumenta, per quæ purgantur, paraturque illis aditus ad æternam vitam; neque in hoc vllum poteſt eſſe peccatum: nam Chriſtus Dominus, & peccare non potuit, & tamen horruit pœnas, & dixit Matth. 26. *Pater transfer Calicem hunc à mè*. Et Dauid clamat Pſal. 68. *Quoniã tribulor velociter exaudi me*. Et de Petro Chriſtus ait Ioan. vlt. *Cum ſenueris alius cinget te, & ducet quo tu non vis*. Et Diu. Auguſtinus de pœnis loquẽs, tolerare eas iubes, non amare, nemo autem quod tolerat, amat, quãuis tolerare amat: nec amanti ſic dulceſcunt pœnæ, vt illas non ſentiat, ſed ita, vt, licet amaras, toleret tamen alacriter, propter amatum; eſtque id teſte Eleazaro veriſſimum. *Tu ſcis*, dicebat. *Domine, quia cum à morte poſſem liberari, duras corporis ſuſtineo labores, ſecundum animum vero, propter timorem tuum libenter hæc patior*. Hicque fuit communis affectus martyrum; quia reuera acerbiſſimos ſenſerunt dolores, libenter tamen Dei cauſa, illos ferebant; licet quibuſdam priuilegio quodam præcipuo, per conſolationis affluẽtiam, vt ſcribit Ruffinus lib. 10. hiſtor. cap. 36. de Theodoro, ſenſum doloris Deus abſtulerit.

Matth. 26. Pſal. 68. Ioan. vlt. Auguſt. 10. confeſs. cap. 26. 2. Macab. 6. Ruffinus lib. 10. hiſtor. c. 36.

4 Ad rem igitur noſtram, cum illa pęna ab animabus purgatorij ſit tãtum concomitanter volita, vt diuinæ conformes ſint voluntati, non tamen voluntariè aſſumpta, quin imò eidem reluctantur, horrentque tales cruciatus, & deteſtantur, vt naturæ repugnantes, & ſi de pœna damni ſit ſermo, eſt contra inclinationem charitatis, & naturale beatitudinis deſiderium, quid mirum ſi pœna purgatorij, ea ratione qua dictum eſt, inuoluntaria, magnam inferat triſtitiam; flendaque earum miſeria, quæ illam ſuſtinent.

5 Illi non videntur miſeratione digni, qui pœnas purgatorij voluntariè videntur aſſumere, ij inquam, qui pœnam ſibi in Sacramento pęnitentiæ impoſitam, reſpuunt, omnem ſatisfactionem pro pœna temporali debitam, in purgatorium implendam remittentes; Verum (vt rectius loquar) talib. nec exiſtimo relinqui vllum in purgatorio locũ; nam illa ſententia, quod non teneatur pœnitens ſatisfactionem acceptare à confeſſore impoſitam, poſt Concilium Tridentinũ ſeſs. 14. c. 8. & can. 15. videtur temeraria; (prætermitto Victoriam, qui exiſtimat contrariam ſententiam eſſe de fide) ſuadetque ratio ipſa, quia cõfeſſor, iuxtà Concilij decretum, tenetur ſatisfactionem imponere, ergo, & alter acceptare. Probatur conſequentia, cum enim vterque concurrat ad Sacramentum, vterque tenetur integritatem eius ſeruare, tum etiam, quia valde inefficax eſſet poteſtas Sacerdotij vindicatiua:

Vera eſt illa ſententia quod pœnitẽs tenetur pœnitentiã impoſitam acceptare.

Cõcil. Trid. ſeſs 14. c. 8. & can. 15.

&

& confirmatur, quia vnuſquiſque tenetur parere iudici, rectè iudicanti, ſed impoſitio ſatisfactionis eſt pars iuſtitiæ ergo. Adderem, quod ſi conſulamus praxim, quis nam tuta conſcientia poterit ſibi perſuadere, pœnitentem, ita ſe gerentem cum debita contritione ad pęnitentiæ Sacramentum accedere? Sed obiter ſint dicta, interim vide Suarez, tom. 4. in 3. par. diſp. 38. ſect. 7. vberius de hac controuerſia diſſerentem.

Suar. tom. 4 in 3. par. diſput. 38. ſectio 7.

Cum ergo conſtitutum ſit, calamitatẽ, quam patiuntur animæ purgatorij, verè dicendam eſſe miſeriã, reliquum eſt, vt videamus quantà ſit, vt nos recordantes earum vicem, maior ſubeat miſeratio, conemurque mittendis ſuffragijs, ibi exiſtentium ęrumnas, & cruciatus lenire.

Tria conſiderari poſſunt in pœnis purgatorij quę aggrauant earũ miſeriã.

5 In pœnis purgatorij tria potiſſimum conſiderari poſſunt, ex quibus coniectura conſequi licebit quanta ſit illarum pœnarum magnitudo, indeque colligere quàm amare flenda à Chriſti fidelib. fratrum noſtrorum miſeria, qui pœnis illis interim cruciantur. Primum pœnas purgatorij acerbiores eſſe pœnis omnib. quas in hac experimur vita. Alterum pœnas illas, vt plurimum diutius durare, quam pœnæ durent huius vitæ. Tertium animas, quæ in purgatorio degunt ſe ipſas iuuare non poſſe. Et vt ad quandam Methodum reducatur, quę dici poſſunt de illarum pœnarum acerbitate, animaduertere oportet, quamuis multiplicibus pœnis animæ fideliũ ibi afficiãtur, omnes tamen ad duas reduci ſcilicet ad pœnam damni, & ſenſus, iuxtà communem, & vulgatam apud Theologos partitionem, quam tradit D. Thomas, qui optimis ſcripturæ teſtimonijs, & rationibus illam confirmat. Prior in carentia viſionis, & fruitionis diuinæ cõſiſtit; poſterior vero in perpeſsione alicuius doloris ſpecialiter inflicti, illa, vt, inquit, D. Thomas eſt purè priuatiua, vnde ait Deum eſſe authorem pœnæ dãni, tantum non agendo, ſeu ſubtrahendo influxum ſuum; quia in priuatione ſummi boni rationalis creaturæ eſſentialiter conſiſtit, ita vt ſi eſſet ſine ipſius cognitione, & conſequenter ab omni triſtitia, & afflictione ſepararetur, adhuc in illa tantum priuatione inueniretur ratio pœnę damni. Quod probat exemplum puerorum in ſolo originali decidentium; nam priuantur gratia, & gloria, perpetuò, eaq; priuatio in illis pœna eſt damni, etiam ſi fortaſſe eam non cognoſcant ſub ratione nocumenti, nec de illa triſtentur. Hæc vero ſcilicet pœna ſenſus includit, vel ſupponit poſitiuam actionem, per quam infligitur. Illa quando habet adiunctam triſtitiam, & dolorem, quemadmodum affirmandum de his, qui damnum tale patiuntur propter peccata actualia, ſub eiuſdem pœnæ nomine, has paſſiones compræhendit; tum quia acceſſorium ſequitur principale, & proprietates ad eſſentiam reducuntur, tum quia frequentius Theologi ita loquuntur, licet non omnes, nam ſunt nonnulli qui ſentiunt triſtitias, & dolores quamuis conſequuntur pœnam damni, adhuc ad pœnam ſenſus pertinere. At ſecundum magis probabilem ſententiam, dicendum eſt ad pœnam damni tãquam acceſſorium ad ſuum principale reuocari. Hæc autem ſcilicet pœna ſenſus per ſe, & eſſentialiter in perpeſione alicuius doloris, & triſtitiæ conſiſtit; illa ſe habet, vt pœna infamiæ, & priuationis bonorum, hæc vero, vt flagellatio, nam quemadmodum infamię pœna, &c. per ſe primo fertur ad inferendum tale damnum, vel nocumentum, triſtitia autem, quæ in-

D. Thomas 1. 2. q 87. art. 4. & lib. 3. cont. gent. c. 145 & in 4. ſent. d. 37 q 3. art. 1.

Quomodo differãt pœna ſenſus, & pœna damni.

de ſequi ſolet, ordinariè non eſt per ſe intenta, ſed eſt tanque quid conſequens, & ideo pœnam damni imitatur, flagellatio vero, magis infligitur propter dolorem, & per ſe loquendo, illud eſt grauius eius malum, & ideo quædam pœna ſenſus dici poteſt, quãuis fortaſſe aliquod aliud nouimentum adiunctum habeat; ita philoſophandum eſt de pœna damni, & ſenſus, qua afficiuntur animæ, quæ ſunt in purgatorio.

6 Et tamen, vt hæc enucleate explicentur ſupponendum eſt, in omni pœna, etiam ſi maximè contriſtet, & ſentiatur, inuolui aliquod damnum, vel detrimentum, in quo dolor ſeu triſtitia eſſe poſſit; Non enim probo, quod quidam dicunt, quoddam eſſe malum, ea ſolum ratione diſconueniens, quatenus ſentitur, & cognoſcitur, & cognitum, triſtitiam affert, & hoc malum eſſe pœnam ſenſus, ſi enim attentè res conſideretur, omne malum, ſi verè malum ſit, prius quam cognoſcatur, & contriſtet, malum eſt, & detrimentum, vel damnum dici poteſt, nam illud obiectum quod cognitum contriſtat, non ideo diſconueniens eſt, quia cognoſcitur, ſed potius quia diſconueniens eſt, ideo tale iudicatur, & triſtitiam parit, ergo ante triſtitiam, & dolorem, ſupponitur in obiecto diſconuenientia, quæ rationem damni, vel nocumenti habeat, idque quod dictum eſt magis perſuadetur ex pœna ſenſus, quam patiuntur, qui degunt in purgatorio, in illa ſcilicet pœna combuſtionis, quæ illas animas maximè contriſtat, & cruciat, nam illa etiam detrimentum, & damnum inuoluit, quod erit ploculdubio malum illud, quod per ſe, & immediatè fit ab igne, ſiue illud ſit violenta detentio in tali loco, ſiuè ſit impreſſio alicuius qualitatis, ſiuè aliquid ſimile. Pœna autem ſenſus erit, triſtitia, & dolor, qui ex appræhenſione prouenit talis mali; Sicut igitur in pœna ſenſus, & ignis, qui cruciat detentos in purgatorio, non diſtinguendæ ſunt pœna damni, & ſenſus; ſed omnia ad pœnam ſenſus dicuntur pertinere, ita vice verſa, licet pœnã damni priuatio inquam gloriæ, & viſionis beatificæ, includat triſtitiam, & dolorem, qui inde ſequitur, totum hoc ſufficienter per pœnam damni explicatur, differuntque inter ſe hæ duæ pœnæ; quod pœna ſenſus primo dicat dolorem, & triſtitiam, atque eſſentialiter in poſſeſſione harum paſſionum conſiſtat; pœna vero damni formaliter, & ſecundum ſui rationem, priuationem viſionis, & boni illius beatitudinis dicat, cætera vero, quę reperiuntur, annexa; tanquam acceſſoria ad ſuum principale ſunt reducenda.

De Pœna ſenſus.

Dicitur hæc pœna ſenſus, non quia per actus ſenſuum, vel potentiam ſenſitiuam ſuſtineatur, ſed quia cauſam, & originem habet ab aliquo ſenſibili corpore, quod cauſa eſt huius pœnæ, hanc autem eſſe acerbiſſimam, probãt rationes, authoritates Patrum, & viſiones. Prima ratio à priori ſumenda eſt ex ordinatione, ſcilicet diuinæ Iuſtitię, & ex grauitate offenſionis eius, etiã minimæ, quæ altioris rationis eſt, quam omne malũ creaturæ, & ideo licet nõ ſemper æternam mereatur, meretur tamen grauiorem, & quaſi altioris ordinis, quam Deus in vita futura cum rigore exigit, quia homo in hac via tempore ſibi conceſſo vſus non eſt ad benigniorem cõpenſationem faciendam. Secunda ratio, quia nulla videtur diſtinctio, quo ad inferendam pœnam ſenſus, inter

1 Explicatur magis quare pœna ſẽſus ita dicatur.

Quã acerba ſit pœna ſẽſus pbatur rationibus.

inter ignem Purgatorij, & inferni; ergo ſicut hic acerbiſſimè cruciat, ita & ille; conſequentia videtur clara: probatur antecedés, nam viſiones omnes, & reuelationes, quæ de his locis leguntur quoad ignem, & pœnas ſenſibiles, nihil ferè diſtinguunt inter Purgatorium, & infernum, niſi quoad durationem: Adde quod Theologi paſſim nihil in particulari de igne Purgatorij dicunt, ſed illum cum igne inferni inuoluunt, ergo ſicut hunc ſentiunt eſſe corporeum, & verum ignem, & ardere, & quamuis nec lignis, nec oleo nutriatur; vt inſtrumentum tamen iuſtitiæ Dei, ſemper vrere, ac ſine vlla dubitatione, acerrimè torquere animas, ita affirmandum, ſine vllo diſcrimine (duratione excepta) cenſent de illo. Tertia ratio, quia quamuis dolores quos Chriſtus in Paſſione ſenſit fuerint ex omnium ſententia acerbiſſimi, non ſolum in determinata corporis parte, verbi gratia manibus, pedibus, & capite, ſed etiam toto corpore, ita vt ſi cóſideremus dolorem illum, quem Chriſtus in Cruce patiebatur, tanquam vnam paſſionem per totum corpus diffuſam, affirmandum eſt nullum hominum habuiſſe corpus ſuum ſimul tanto dolore affectum. Si tamen fiat comparatio huius doloris cum illo dolore ſenſus, quem patiuntur animæ, quæ in Purgatorio cruciantur, mihi non videtur dubium, quo ad genus pœnæ, & doloris aſſerendum, hunc Purgatorij eſſe maiorem, qui eſt eiuſdem ordinis cum pœna ſenſus Inferni; Quod verò attinet ad intenſionem, an detur aliqua pœna Purgatorij minus intenſa, quia propter leuem poteſt eſſe cauſam, incótrouerſia eſt; de qua re inferius, vide Suarez, & alios. Quarta ratio. Pœna damnatorum, & dęmonum in Inferno eſt ita acerba, & atrox, vt nullum admittat refrigerium, nullum, nec accidentale gaudium, ergo id ipſum aſſerendum eſt de pœna ſenſus, quam patiuntur animæ Purgatorij: conſequentia conſtare videtur ex dictis, quibus probatum eſt nullam eſſe diſtinctionem quo ad inferẽdam pœnam inter Purgatorij ignem, & Inferni; antecedés videntur cómuniter Theologi admittere, negantes in damnatis, & in dęmonibus ad firmandam pœnæ acerbitatem; eſſe delectationem vel minimam, vel pro minimo tempore, vel de obiecto indifferente, vel de prauo prius deſiderato à dęmone ſub aliqua ratione vtilis boni, vel delectabilis, quod tandem conſequantur.

Ignis cruciãs in purgatorio, & in inferno non diſtinguuntur niſi quo ad durationẽ.

Pęna ſenſus quã patiuntur animæ in Purgatorio maior eſt illa, quã paſſus eſt Chriſtus in cruce.

Suar. to. 2. in 3. par. diſput 33. ſectio. 2. in fi.

Verum hæc ratio tota claudicare videtur, nam nec conſequentia 2
admittẽda eſt; nec antecedens grauiſſimi Theologi probant, & quod pertinet ad conſequẽtiam, dicimus diſparem eſſe rationem, nam quamuis demus pœnam ſenſus, quam patiuntur animæ Purgatorij ex genere ſuo, (ſi demas durationem) eſſe ex ſuo genere eandem cum illa, quã patiuntur damnati, & dœmones in inferno; ſtatus tamen eſt valdè differens, vnde potuit Deus tanquam iuſtus Iudex, (vt ſentit Okam) ſtatuere non concurrere ad actum delectationis, & gaudij cum voluntate dæmonum, & damnatorum, vnde quamuis poſſint eſſe in dæmonib. omnes cauſæ proximæ ad delectationem aliquam inducendam ſufficientes, ex defectu tamen diuini concurſus non induci, ſic ratus decere ſtatum illum damnatorum, qui cum ſit ſummæ miſeriæ, illi debet repugnare omne gaudium, omniſque quamuis accidentalis, delectatio. Addit, aliam rationem diuerſitatis idem Okam, non ex libera Dei voluntate pendentem, ſed potius ex rei natura ſumptam, quia ſcilicet voluntas dæmonum, & damnato-

Okam in 4. q. 19. ad 7.

rum,neceſſario habet vehementem triſtitiam, vehemens autem triſtitia formaliter expellit,ſeu impedit omnem delectationem, etiam de diuerſo obiecto,vel ſub diuerſo motiuo,ergo in ſenſu compoſito nullam delectationẽ habere poteſt dęmon, cum tam vehementi dolore coniunctam; ſuppoſitio autem illa eſt ſimpliciter neceſſaria, ita vt non ſit in poteſtate dęmonis, illam abijcere, vel remittere, ergo ſimpliciter eſt impotens ad eliciendum quodcumque gaudium, incapaxque eſt cuiuſcumque delectationis. Quod ſi de antecedente huius quartæ rationis ſit ſermo, negat illud Diuus Thomas etiam ex Diui Auguſtini ſententia, & communiter Thomiſtæ, & quamuis ex ipſiuſmet ſcholà recentiores quiddã, qui ſunt oppoſitæ ſententiæ, diuerticula quærant ne tanto magiſtro contradicere videantur, diuerticula tamen eſſe ſatis manifeſte videntur legentibus varia D.Thomę loca,vbi in damnatis ſpiritibus affirmat poſſe eſſe aliquod lætitiæ genus, ſeu delectationis minimæ, & quaſi accidentalis, ſingula autem examinat, & expendit Suarez, qui eamdem amplectitur ſententiam, illamque ex multis ſacræ Scripturæ teſtimonijs nititur ſuadere,notatu digniſſimis.

Thom. An in dæmonib. poſſit eſſe aliquod lætitiæ genus, ſaltem accidentalis.

Suar. lib.8. de pęn. Angel.cap.15.

3 Acerbitas pœnæ ſenſus probatur ex te.

Quamuis igitur hæc quarta ratio id non aſſequatur quod intendit,ſatis tamen fit euidens, pœnam ſenſus,quam patiuntur animæ,quæ degunt in purgatorio, eſſe acerbiſſimam ex præcedentibus rationibus, Id ipſum confirmant authoritates Patrum, Auguſtini,Gregorij,Bedæ, Anſelmi,Bernardi,Cęſarij,Carthuſiani,& aliorũ,quos referunt Bellarminus Suarez Gratianus, & alij; & ne omnia relata referam, illam D. Auguſtini auctoritatem non prætereribo,ex pluribus, quæ poſſent afferri, huic veritati perſuadendæ ſatis accommodam; quæ habetur apud Gratianum. Neſcit quid petit, qui purgatorium petit,dico verum grauius eſt eſſe in purgatorio, quam diu poſſit oculos claudere, & aperire, quam illa pœna quam Sanctus Laurentius ſuſtulit in craticula. hæc ille. Neſcio an ſingularius, ac magis ad viuum potuit exprimi acerbitas illarum pęnarum,quam his Auguſtini verbis. Hos autem Patres non ſequitur tantum D. Thomas, ſed addit, minimam pœnam purgatorij grauiorem eſſe acerbiſſima quacumque pœna huius mundi; Et licet D.Bonauentura aſſertionem hanc moderetur, dicens, licet ex ſuo genere illa pœna grauior ſit omni pœna ſenſibili huius vitæ, ita vt, ſi maxima cum maxima comparetur,illa excedat, non tamen in indiuiduo; quia magna pœna huius vitę poteſt excedere minimã aliquã purgatorij pęnam; & morali ratione hoc videtur veriſimile, ſi enim anima purgatorij expiare debet vnum leue veniale peccatum; non videtur propter illud ſummos mereri huius vitæ cruciatus, & tamen aliquam meretur purgatorij pœnam; ergo non omnis illa, ita eſt acerba, vt ſuperet omnes huius vitæ pęnas; Tamen illud ſatis ſit ad deterrendos homines,& conuincendos, imprudenter ſe gerere, dum tam facili negotio illam pœnam contemnunt, qui præſentes dolores tolerare non poſſunt adhuc hoc eſſe controuerſum, & ſeueriorem ſententiam Diuo Thoma grauiſſimo niti auctore, nec non Cyrillo Hieroſolimitano, qui expreſsè id affirmat in Epiſtola illi attributa. Arbitror tamen, vni ſententiæ cum altera de hoc facilè conuenire, quamcumque animam in purgatorio exiſtentem optare potius ſuſtinuiſſe quaſcumque huius vitæ pœnas, quam in illis quibuſcumque, & qualiqumque tempore

Bellarmin. 2.tom.controu. lib. 2. de purgat. cap. 14. & lib.7.de gemi. colũbæ cap.9.

Suar. to. 4. in 3.p diſp. 46.ſect 3.5. ſupereſt dicendum. Gratian. in opuſc. 16. ſuffr. dell'anima cap 11 eod.opuſc. cap.15.

Thom. in 4.ſent.diſt. 70.q.1.2. 2.

Bonauent. in 4.diſt.20. art.1.q 2.

An minima pœna purgatorij ſit grauior quacumq; acerbiſſima huius vitæ.

Cyr. Hieroſolymit quę eſt 206 in epiſt. Auguſt.

pore

pore detineri ſaltem propter detentionem gloriæ, de qua grauiſſimè dolent, ſed de hoc paulo inferius, cum de pœna damni, vide Suarez de his diſputantem.

Suar. to. 4. in 3. p. diſput. 46. ſectio 3. nu. 7

4 Probatur eadem acerbitas pœnæ viſionibus.

Suadetur etiam hoc quod diximus viſionibus, cum enim multi nō facile adducantur, vt credant, quæ nunquam viderunt, placuit Deo aliquando ſeruos aliquos ſuos à mortuis excitare, ijsque iniungere, vt annuncient viuentibus, quod ipſi viderunt, multi poſſent afferri oculati teſtes, ſed pro pluribus duo ſufficiant; vnus eſt, Drithelmus Anglus, cuius viri hiſtoriam ſcribit venerabilis Beda qui rem narrat ſibi notiſſimam, & quę tempore ſuo obſtupeſcētibus omnibus euenit. Alter, fęmina mirabilis, quæ Chriſtina dicta eſt, cuius vitam ſcripſit Thomas Cantipratenſis, ex Sancti Dominici ordine, vir fide digniſſimus habetque conteſtem venerabilem Iacobum de Vitriaco, pium, & doctum, qui in præfatione ad libros ſuos, De vita, & rebus geſtis Beatæ Mariæ Oegnies, plurium meminit ſanctarum mulierum, & præcipuè Chriſtinæ mirabilis, cuius res geſtas compendio ac breuiſsimè refert; Verum ne legenti valdè ſit laborandum ſciat ipſa omnia hæc haberi apud Bellarmenum opuſculo de gemitu columbæ, reperietque tertium exemplum ad idem perſuadendum ſatis accommodum apud Gratianum opuſculo ſuo ſæpius dicto.

Bellarmin. lib 2. c. 9.

Gratian. Il ſuffragio dell'anime del purgat. cap. 11.

De pœna damni.

1 POena damni in priuatione (vt diximus) eſſentialiter conſiſtit in priuatione inquam, & carentia viſionis, & fruitionis diuinæ præcipuè, conſequenter vero in priuatione omnium aliorum bonorum, quæ Beati poſsident in Cœlis, vt eſt amiſsio cęleſtis Patriæ, ſeu ſplendidiſsimæ, ac ſaluberrimę illius regionis, omnibus opibus, & delitijs redundantis, cuius materia auro, & gemmis eſt pretioſior, cuius amenitas ſolis, & ſtellarum vincit pulchritudinem; Deinde eſt excluſio à contubernio, & familiaritate dulciſsima tot millium Angelorum, & hominum beatorum, quos intueri, cum quibus agere, & verſari, etiam inſtar famuli ad obſequium, maior eſſet fęlicitas, quam omnium huius mundi regnorum, & bonorum poſſeſsio. Si magna pœna cenſetur inter homines, cū quis Ciuitate priuatur, & omni honore, quē in ea obtinebat, vel obtinere debebat, & optimorum Ciuium conſuetudine, & eijcitur in exilium, in inſulam barbaram, & ſterilem, licet ad tempus quanta pœna cenſendum eſt hoc exilium, quo quis tali Ciuitate tali honore, & talium Ciuium familiaritate ſpoliatur? Præterea eſt priuatio illius amænißimi ſpectaculi, quod omnes habebunt Beati intuēdo pulchritudinem omnium rerum naturalium, totamque mundi fabricam, & inſuper omnium, et ſingulorum beatorum gloriā, ita enim diuinitus illuſtrantus, vt hæc omnia poſsint clarè intueri, ex quo ſpectaculo incredibilem percipiant voluptatem, adeo vt etiam ſi homines iuſti, non aliud eſſent accepturi, laborum, & bonorum operum præmium; quam hæc tria bona, nempè cęleſtem habitationem, cæleſtium Ciuium contubernium, & claram totius naturæ cognitionem, cum ea Dei cognitione, quæ neceſſario ex illa hauritur, nihilominus cenſenda eſſęt non modica fœlicitas, immo longè maior quam vnquam Philophi animo concipere potuerunt. Prętermitto priuationem gloriæ corporis, nempè charitatis im-

Apoc. 21.

paſsibilitatis, agilitatis, & virtutis ſpiritualis, pęnetrandi per omnia, nam hæc magis remotè pertinent ad pœnam damni, quam ſuſtinent, qui degunt in purgatorio, cum ſint tantum ſpiritus, qui ibi cruciantur. Hæc inquam pœna damni, quæ in tot bonorum priuatione conſiſtit, licet præcipuè in carentia viſionis, et fruitionis diuinæ, per antonomaſiam dicitur talis, nam licet pœna ſenſus inferat damnum (hoc enim negari non poteſt) nihilominus reſpectu illius damni, quod in carentia talis viſionis beatificæ conſiſtit, quaſi nihil reputatur, vnde rectè

Chryſoſt.

Chryſoſtomus homil. 13. ad Philip. dixit tantum mihi malum videtur de tanta gloria decidiſſe, vt gehennam pro nihilo habeam, præ hoc damno ac ruina; Hæc autem pœna damni quamuis quaſi eſſentialiter ſit priuatio, & illius potiſſimum boni, quod eſt omne bonum; tamen illa triſtitia, & dolor animique mœror quæ omnia inde concipient, qui hæc damna ſemper conſiderabunt, atque ob oculos tanquam propria aſſiduè habebunt, ad pœnam damni, tanquam acceſſorium ad ſuum principale diximus ſupra reuocari.

2 Longè acerbior eſt pœna damni quam ſenſus.

Hanc igitur pœnam damni, præter illam quæ dicitur ſenſus, & ab igne infligitur, ſuſtinent omnes, qui cruciantur in purgatorio, imò hęc cum illa comparata eſt longè acerbior, & atrocior, & quemadmodum Theologi non dubitant aſſerere triſtitiam, & dolorem, quem Chriſtus concepit ex peccatis hominum, nō ſolum ob iniuriam maximam, per illa, diuinæ maieſtati irrogatam, ſed etiam ob damnum humano generi

Quanta fuerit pœna Chriſti in paſſione ob damnū humano generi, ex peccatis proueniens.

inde proueniens, fuiſſe vehementiorem, & inteſiorem quam fuerit, vel ſecundum ordinariam potentiam eſſe poſſit in alio homine, quin vlterius progrediuntur ad affirmandum huiuſmodi dolorem de peccatis hominum, fuiſſe in Chriſto vehementiorem, & intenſiorem, quam ſint omnes alij dolores, de quibuſcumque rebus, vel obiectis, qui in hominibus, vel Angelis ſunt, vel ſecundum ordinariam potentiam eſſe poſſunt, vnde dicunt hunc dolorem ſufficiētiſſimum fuiſſe ad vitam Domino millies eripiendam, ſi vim ſuā in corpore exercere fuiſſet permiſſus; ſic enim decebat charitatem Chriſti, qua Deum diligebat, & homines, & eiuſdem cognitionem, nullus enim tam clarè, ac tanta animi attentione, omnia, quæ ad deteſtādum peccatum, mouere poſſunt, conſiderauit. Non tamen ita loquuntur, cum comparant ſenſibilem Chriſti dolorem, quem in cruce ſuſtinuit, cū reliquis doloribus martyrum; ſed rem ſaltim dubiam, & ancipitem relinquunt, cum tamen prior dolor ad pœnam damni, quam nos paſſuri erimus, pertineat, poſterior ad pœnam ſenſus, quam in proprio ſuſtinuit corpore, ergo cum animæ illæ, quæ in purgatorio degunt, ſint ſanctæ, amentque Deum vehementer, & conſequenter eadem intentione appetant illum videre; pariterque cognoſcant magnitudinem illius beatitudinis, vel ad horam poſſeſſam, excedere omnia huius vitæ bona ſimul ſumpta, etiam ſi ad diuturnum concederentur tempus, ergo ob tanti boni retardationem, eiuſque priuationem licet temporalem, cum maximum malum ſit, infinite (vt ſic dicam) excedens omnia huius vitæ nocumenta, vehementem inde triſtitiam, quæ longè ſuperet quemlibet ſenſus dolorem magnitudo enim triſtitiæ, tum ex magnitudine oritur boni amiſsi, tum ex vehementiori illius conſideratione, & ex modo quo quis circa illud affectus eſt, quæ omnia in illa pœna damni facile eſt reperire, & propterea pluribus nomi-

Suarez to. 3 in 3. p diſp. 33. ſect. 2. Leſſius lib. 12. de perfect. diuin. c.17. n. 133.

Suar. eo. lo.

nominibus ſuperat pœnam ſenſus.

Obiectio contra dicta.

Dices: quia inde ſequeretur, ſanctiores animas Purgatorij, quamuis leuiſſimas culpas, & reatus habeāt, acerbius puniri, quo ad hanc pœnā damni & triſtitiam; ſequela patet, quia priuantur maiori gloriæ pondere: ergo etiam inde magis triſtantur; tum etiam quia perfectiorem habent charitatem, quæ videtur omnis ſui doloris radix, quod autem id ſit abſurdum, videtur manifeſtū, euerteretur enim totus diuinæ Iuſtitiæ ordo, ſecundum quem, ſtatutum eſt firmiter, vt qui magis ſunt rei, magis puniantur.

Solutio.

Reſpondent nonnulli, quod quamuis hæc pœna damni, ex parte ipſius damni, maior eſſe non poſſit, ſed omnibus eſt æqualis, ex parte tamen afflictionis, & mæroris, quem damnum ipſum affert, ſi hoc negotium cōſideretur, vt ſubeſt ordini diuinæ Iuſtitiæ, & prouidentiæ, erit diuerſus, pro diuerſitate demeritorum, & culparum, quæ ibì ſunt purgandæ, & ita, qui minus ſunt ſancti, magis hac pœna damni affligentur; Quod vt intelligatur, animaduertendum eſt nullum damnum quantumuis magnum habere rationem pœnæ afflictiuæ, niſi per conſiderationē applicetur, ita vt animum diſcrutiet. De ratione enim pœnæ afflictiuæ eſt, vt repugnet voluntati eamq; mærore afficiat, quod ſi non appræhenditur damnum, vel nihil penditur, non habet rationem pœne afflictiuæ, ſed tantum priuatiuæ, & ſicut ignis non affligit, niſi ita applicetur, vt dolorem inferat, ita etiam damnum non habet rationem afflictiuæ pœnæ, niſi per conſiderationem applicetur, vt animum mærore afficiat, inde igitur ex varietate huius conſiderationis, contingit, vt licet hæc pœna ex parte damni ſit omnibus animabus purgatorij æqualis, quin etiam damnatis, ſit tamen inæqualis, vt habet rationem pœnæ afflictiuæ, & magis diſcruciet, qui magis ſunt rei, mouente diuina virtute, & dirigente diuina prouidentia mentes eorum, qui puniuntur, vt magis, vel minus apprehendant, & conſiderent tantum malum, ſicut nouerit eſſe neceſſarium ad condignam, ſeu proportionatam punitionem ſingularum animarum; & confirmatur, quod dictum eſt, ſi meminerimus paruulorum, qui decidunt in peccato tantum originali eandem ſuſtinere pœnam damni, & olim ſuſtinuiſſe animas ſanctorum Patrum, qui detinebantur in limbo, qui ſi aliquam triſtitíam ex tanta dilatione ſenſerint, non tamen tantam ſine dubio quantam ſentiunt animæ, quę ſunt in purgatorio, hocque diſcrimen non aliunde videtur oriri, quam ex varietate huius conſiderationis. Hæc quidem cum ſint communiter accepta, non debent improbari, ſi addamus pœnam damni, & triſtitiam inde conceptam poſſe eſſe maiorem, vel minorem in animabus purgatorij ex partè etiam ipſius damni, non enim eſt impoſſibile mærorem illum, vt eſt pœna per ſe impoſita ad purgationem culparum, magis eſſe de gradibus beatitudinis perpetuo amiſſis, ſeu non lucratis, propter otium, & venialia peccata, quam propter ſolam beatitudinis dilationem, aliquandò cōſequendæ, & hoc modo grauius triſtabuntur imperfectiores animę, vel quæ maiorem ſenſum habent, quod ſi fortaſſe ex alio capite iuſtiores animæ interdum magis triſtantur, id non eſt inconueniens, vel quia ideſt per accidens, vel quia hoc ipſum illas iuuabit, vt citius indeliberentur, vide D. Bonauent. Suarez, Leſſium de perfectionibus diuinis, Belarm. & alios de hac materia tractātes, ex quibus illud etiam licet colligere ad deſcribendum grauitatem pœnæ damni ſatis accommodatum quod

Pœna dāni non habet rationē pœnæ afflictiuæ, niſi media cōſideratione.

Bonauent. in 4. d. 20. art. 1. q. 2. Suar. 4. to. in 3. p diſp. 46. ſect. 10. & to. 2. diſp. 42. ſect. 1. Leſſius lib. 13. c. 29. Belarmin. lib 2. de gemit. colum. c. 9.

quod quamuis Sancti Patres Auguſtinus Cregorius Beda Anſelmus, & Bernardus de pœna ignis, & ſenſus loquentes, affirmant eam eſſe atrociorem, quam ſit vlla pœna huius vitæ, tamen adeo hanc ſuperat pœna damni illius inquam beatitudinis dilatio, vt pro maximo reputent beneficio, animarum quæ ibi cruciantur, liberationem ab illo loco accelerari, etiam ſi neceſſe ſit diuturnitatem temporis, intentione pœnarum, compenſari, imò ſunt qui ſentiunt ſanctos, & beatos, quando orant pro animabus purgatorij, hãc gratiam illis impetrare, quæ nec omninò æquitatem excludit iuſtitiæ, cum tamen hoc commutationis genus, aliquid contineat in ſe beneficij. En tibi atrocitatem pœnæ damni.

Suar. to. 4. in 3. p. d. 48 ſect. 5. nu. 6

4 Quæ ſit duratio pœnarum purgatorij.

Miſerrima illarum animarum cõditio, & ſi coniungamus cum pœnarum atrocitate; earumdem durationem, maximis fletibus deplorãdæ, nam quamuis non probem earum ſententias, pœnas purgatorij, ſeclusis Eccleſiæ ſuffragijs durare regulariter vſque ad diem iudicij, hæc enim æqualitas, inæqualitas potius dicenda eſſet, vt ſi ſanctus vir cum leuiſſimo reatu, multo antea moriatur; adde quod ſicut ante Chriſti aduentum à purgatorio ad Abrahæ ſinum dabatur tranſitus, aliàs illas ſolas animas ibi Chriſtus inueniſſet, quæ ex hac vita ſine vllo temporalis pœnæ reatu migrarunt, quod per ſe eſt incredibile, ſic multo magis dabitur nũc ad Paradiſum tranſitus, poſt iuſtam ſolutionem pœnarum; reijcienda igitur illa ſententia, pœnas purgatorij regulariter in omnibus, ſemotis Eccleſiæ ſuffragijs, durare vſque ad diem iudicij. At vice verſa, nec probo illorum placitum, qui opinati ſunt, neminem in purgatorio excruciari, vltra viginti annos, vel vltra decennium; tum quia illa annorum menſura nullo nititur fundamento, tum quia vſus Eccleſiæ docet contrarium; quæ anniuerſaria ſacra ſolet celebrare pro animabus defunctorum, non ſolum ad annos decem, ſed etiam ad annos centum, & eo amplius, & in viſione, quam venerabilis Beda narrat, ſatis apertè indicatur, multas animas in purgatorio cruciari vſque ad diẽ iudicij; quod confirmari poteſt ex verbis Tertulliani Auctoris antiquiſſimi; qui de purgatorio loquens, ſub inferni nomine; ait in carcerem te mandet infernum, vnde non dimittaris, niſi modico quoque delicto mora reſurrectionis expẽſo. Et clarius Sanctus Cyprianus de diuturnitate pœnæ purgatorii loquens, ſic ait; aliud eſt pro peccatis longo tempore cruciatum, purgari de igne; aliud peccata omnia paſſione purgaſſe; ſed non eſt prætereundum quod de Innocentio Papa III. narrat Surius; hoc ferè tempore, inquit, Auctor Dominus Innocentius Papa III. poſt celebratum Lateranenſe Concilium, ab hac vita migrauit, moxq; apparuit viſibiliter Ludgardi, illa autem, vt vidit cum ingenti flamma cintum, quis nam ſit percunctatur, reſpõdet ſe eſſe Innocentium Papam; & illa cum gemitu, quid hoc eſt, inquit, communem omnium noſtrum Patrem, tam dire cruciari? reſpondit ille, tres ob cauſas ita crucior, quæ etiam æternis ſuppliciis me iuſtiſſimè adduxiſſent, niſi per interceſſionem piiſſimę Matris Dei, cui Monaſterium condidi, in extremis me pęnituiſſet æternam quidem mortem euaſi, ſed pœnis atrociſſimis vſque ad iudicii diem cruciabor; quod autem ad te ſuffragia petiturus venire potui, mihi à ſuo Filio, Mater miſericordiæ impetrauit, his dictis confeſtim diſparuit; Ludgardis vero eius neceſſitatem,

Sot. in 4. d. 19. q. 3. a. 2.

Beda lib. 5. hiſt. Angliæ cap. 14.

Tertullian. lib. de anima cap. 17.

Cyprianus. epiſt. 2. li. 4.

Surius to. 3 ad diẽ Iunij 16. lib. 2 vitæ S. Ludgardis.

ſoro-

ſororibus, vt ei ſuccurrerent, indicauit, porrò admodum dolẽs vicem eius, mirabili ſe cruciatu, illius cauſa affecit; Nouerit lector, non reuelante Ludgarde; tres illas cauſas non ignorare, ſed pro tanti Pontificis reuerentia referre noluiſſe.

5 O rem mirabilem, & exemplum ad incutiendum metum, & terrorem, vel ſanctiſſimis viris, ſatis accommodatum, ſi enim tam laudabilis Pontifex, & qui in oculis hominum, non probus, & prudens ſolum, ſed etiam ſanctus, & imitatione digniſſimus, habitus eſt, tam parum abfuit à gehenna, & vſque ad diem iudicij purgatorij incendijs atrociſſimis puniẽdus traditur. Quis Prælatus non trepidet? quis non accuratiſſimè, conſcientiæ ſua ſecreta rimetur, ego enim facilè mihi perſuadeo, tantum Pontificem non potuiſſe læthalia peccata committere niſi ſub ſpecie boni deceptum ab adulatoribus, & domeſticis, de quibus in Euangelio dicitur. *Et inimici hominis domeſtici eius*. Ergo, vt ad inſtitutum, vnde paululum digreſſi ſumus, reuertamur. Purgatorij pœnas vltra decem, aut viginti annos extendi, & fortaſſe vltra centum, & vltra mille annos propagari poſſe, non dubium eſt, quod ſi ad horam hoc noſtro igne vri, tam atrax pœna exiſtimatur; quid ad tantum tempus igne illo cruciari purgatorio, quando dicebat Auguſt. (vtſupra retulimus) dico verum grauius eſt eſſe in purgatorio, quam diu poſſit oculos claudere, & aperire, quam illa pœna, quam Sanctus Laurentius ſuſtulit in craticula; ſed eſto intra decem, aut viginti annos terminetur purgatorij pœna, vt nonnulli ſentiunt, quis poſſet pœnam atrociſſimam ſine vlla intermiſſione, ac ſine requie viginti annis tolerare? nã ſecundum probabiliorem ſententiam purgatorij pœnã præſertim ſi de pœna ſenſus ſit ſermo, paulatim per remiſſionem non minuitur, ſed ſemper eadem ad finem vſque intenſiuè perſeuerat; ò mirum, ſiquis certus eſſet ſe pedum, aut ſtomachi, vel capitis, aut dentium, aut calculi dolore, continuos viginti annos ſine vlla intermiſſione, ac ſine vlla requie laboraturum, ſic vt neque ſomnum capere, nec tantillum poſſet requieſcere, mori potius mallet, quam ſic viuere, & ſi daretur optio, an vellet ſic tot annos viuere, an potius omnium bonorum facere iacturam, omnes proculdubio abijceret fortunas, vt à tam immani, tamq; continuò dolore liberaretur, & erunt tam fatui, tamque inſipientes filij hominum, vt negligent fructus dignuos facere pœnitentiæ, ad vigilias confugere, ad orationes, ieiunia, eleęmoſynas, ac potiſſimum veræ contritionis lacrymas, quibus tot liberamur malis?

Matth. 10.

Pœna ſenſus in Purgatorio pa latim ꝑ remiſſionẽ nõ minuitur.

Suar. to. 4. in 3. p. d. 46 ſect. 4. n. 7. & ſeq.

6 Accedit ad dolorũ acerbitatem, & diuturnitatem pœnarum, quod animæ Purgatorij ſe ipſas iuuare non poſſunt; quod inde patet, nam dicunt communiter Theologi animas illas Purgatorij non eſſe in ſtatu ſatisfaciendi propriè, ſed tantũ ſatiſpatiendi, quamuis hominibus iuſtis, & viatoribus datum ſit quodammodo mereri remiſſionem illius pœnæ, quæ ex peccato remiſſo relinquitur ſuſtinenda, in Purgatorio, per alias pœnas voluntarias huius vitæ, moraliter æquiualentes, iuxtà diuinam legem, & iuſtam inſtitutionem, & hæc vocatur propriè ſatisfactio; tamen animæ Purgatorij hanc exhibere non poſſunt, quia ſicut tẽpus merendi fuit tantum in hac vita, ita etiam & ſtatus ſatisfaciendi per voluntarias pœnas, vel afflictiones, imò ſunt qui ſentiunt, tanquam quid probabilius, & frequentius receptum, nec de congruo poſſe illas animas aliquid ſibi mereri, vel impetrare,

Animæ Purgatorij non poſſunt ſe ipſas iuuare.

pettrare,

petrare, quod ad earum liberationem, ſeu breuiorem exitum, pertineat; videturque hæc opinio Auguſtinum in Enchirid. c. 10. habere defenſorem qui clarè videtur ſupponere in ipſomet Purgatorio, nihil poſſe ab illis animabus fieri, quod ad hunc effectum per ſe conferat. Idque videtur ſuadere ratio ipſa, & hoc enim ipſo quod homo voluntariè, & negligenter occaſionem amittit in præſenti vita, à Deo ſibi conceſſam ad ſatisfaciendum, amittit etiam omnem congruentiã (vt ſic dicam) obtinendi à Deo poſt hanc vitam, remiſſionem aliquam illius pœnæ, per proprias actiones. Non poſſunt igitur ſecundum probabiliorem ſententiam, animæ illæ quicquam facere, quod de congruo ad hunc effectum conferat, non loquor de Angelorum conſolationibus, horum enim alia eſt habenda ratio, ſed dico non poſſe nec de congruo impetrare aliquid, ad liberationem pertinens ab illa pœna, vide Gratianum in opuſculo ſæpècitato. Et Suarez ſatis abundè de hac materia diſſerentem, & alios; Imò quod eſt mirabilius, ſunt qui ſentiunt animas illas poſſe aliquid nobis de congruo mereri, vel ſaltem impetrare, vt alij loqui malunt, indèq; id confirmant, quod Deus aliquando miracula fecerit propter Sãctos, adhuc in Purgatorio exiſtẽtes, vt de Paſcaſio refert Gregorius Magnus; & tamen negant aliquid ſibi poſſe mereri, vel impetrare, quod ad earum liberationem, vel exitus accelerationem pertineat.

Auguſt.

Gratianus c. 13. to. 4. in tip. d. 47. ſect 2. Suarez. 4. dial. c. 40

An animæ Purgatorij poſſint nobis de congruo aliqđ mereri.

Greg. Mag.

7 Maximè igitur auget earum miſeriam præfata calamitas, hic enim in terris vix quiſquam eſt tam miſerabilis, qui non poſſit, vel fugiendo, vel reſiſtẽdo, vel amicum requirendo, vel ad aliud appellando iudiciũ, vel Iudicis miſericordiã implorando, vel aliqua alia ratione, ſe à cruciatibus, vel ex parte liberare; at in Purgatorio nihil omninò poſſunt, niſi patienter ſupplicia tolerare, quamuis diuturna; quamuis multorum annorum ſpatio ſuſtinenda. Poſſunt quidem viuentes in carne ſancti homines, pro Defunctis orare & eleęmoſynas, atque alia ſatisfactoria opera pro eis Domino offerre, ſed illis non licet iuxtà communem legem, vt teſtantur Tertullianus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & alij quos refert Suar. è loco egredi, hominibuſque apparere, & ab eis auxilium petere, & quamuis lege hac, aliqui ſoluantur, vt ijdem concedunt citati authores, viſioneſque confirmant, id tamen raro, & paucis, ex particulari conceditur priuilegio.

Tertullian. lib. de anima c. 57 circa finem. Chryſoſt. homil. 29. in Matth.

Auguſt. q. 21. a. 1 Antioc. lib. de cura pro mor. c. 11. 12. 15. & 16. Suar. to. 4. in 3. p. diſput. 47. ſect. 4. 5. 10. let vero.

Miſerrima igitur tot nominibus, illarum animarum conditio eſt, & ex hoc potiſſimum, quia ſe ipſas iuuare nõ poſſunt, quod ſi illis pauperibus præcipuè danda eſt eleemoſyna, & cęteris alijs ſunt pręferẽdi; qui claudi ſunt, cumque ſint impotentes laborare, victum ſuis manibus querere non poſſunt, eadem ratione illarum animarum vicem magis dolere debemus, illis præ ceteris miſeris, magis ſubueniendum; quæ cum ſint in ſtatu non ſatisfaciendi propriè, ſed tantum ſatiſpatiendi nihil ſibi mereri poſſunt, vel impetrare, quo ad earum liberationem pertineat, ſed de hoc vberius in ſequenti capite. 8

Compaſſio eo laudabilior, quo maior miſeria.

Cap. 12.

CVm duo videãtur præcipui miſericordiæ actus, ſi de illa ſit ſermo, quæ in nobis reperitur, illa 1

ſcili-

Duo ſunt præcipui noſtræ miſericordiæ actus cõpaſſio alterius miſeriæ, & volũtas ſubueniendi.

ſcilicet compaſſio, quæ eſt alicuius miſeriæ diſplicẽtia, & voluntas ſubueniendi, & vterque actus intelligi poſſit in appetitu ſenſitiuo, per modum paſſionis, & in voluntate per modum actus ſimplicis, vt per ſe conſtat, controuerſia eſt inter morales, vter horum actuum ſit prior & alterius cauſa. At miſeriam eſſe priorem inde videtur probari, nam ob id conatur quis depellere miſeriam quam in fratre videt, quia ei diſplicet & dolet, quod in eo ſit. Vice verſa, cum illa diſplicentia ſit actus fugiendi malum, & omnis actus appetitus, qui eſt fuga mali, ſupponat appetitum boni, ſicut receſſus à termino à quo, ſupponit acceſſum ad terminum ad quem ſunt qui dicunt vtrumque eſſe probabile, vnde ſi dicatur prius; dicendum conſequenter eſt, eam triſtitiam ſupponere aliquam coniunctionem, vel per naturam, vel per affectum, inter eũ, qui miſeretur, & alterum qui leuandus eſt miſeria, neq; oportebit aliũ actum elicitum ab appetitu antecedere iſtam diſplicentiam, & compaſſionem, niſi fortaſſe amorem. Tandem ſunt, qui dicunt tanquam quid probabilius per ſe, & ex natura rei loquendo, antecedere voluntatem aliquam, ſeu appetitum quod proximus careat miſeria, ſi propriè conſiderentur hi actus, vt morales ſunt, & ſtudioſi. Primum quia illa triſtitia habet quod ſit moralis, & bona, ab aliqua voluntate, cui adiungitur, ab illa enim habet, vt ſit voluntaria, & in vniuerſum omnis triſtitia, & delectatio, quia ſunt veluti paſſiones quædam non per ſe habent bonitatem, vel malitiam, ſed ſolum ratione actuum cum quibus coniunguntur. Deinde quia ad finẽ, & honeſtatem miſericordiæ, per ſe primo non eſt neceſſaria illa triſtitia, ſed voluntas, ſeu appetitus leuandi proximum miſeria. Tertio quia hoc bonum eſt honeſtum, & per ſe appetibile, quamuis nulla intelligatur antecedere triſtitia, vt in Deo patet, & Beatis; Quocirca ita exponunt ordinem inter hos actus, vt cognita proximi miſeria primum quis appetat, & velit commodum proximi, ipſumque ita ſubleuari, vt careat illa miſeria, quod ſi voluntas eſt efficax, & adeſt facultas, ſtatim ſequitur voluntas, ſeu vſus ſubleuandi, ſi vero facultas deeſt, ſaltem ſequitur deſiderium, & huic voluntati coniuncta eſt illa triſtitia.

Quæritur vter horum ſit prior.

2 Vera huius controuerſiæ deciſio.

Poſſumus tamen hanc dirimere controuerſiam, modo quodam parum à ſuperiori differẽte, ſi dicamus compaſſionem quandoque præcedere actum miſericordiæ, nempè illam voluntatem ſubueniendi, & ſic virtutem nõ eſſe, nec opus eius, ſed ad virtutem impellere, quandoque ſubſequi eundem actum, nimirum, quia voluntaria eſt, & qui miſeretur, non tantùm vult ſubuenire, ſed etiã condolere, & tunc eſt virtutis effectus, & ex magna procedit miſericordia, vt cum alterius calamitates non tantum auferre volumus, ſed etiam in nos per quandam compaſſionem transferre. Quod vt melius intelligatur, animaduertendum eſt voluntatem illam ſubueniendi alterius calamitatibus, & miſerijs, eſſe formaliter miſericordiam; hanc autem voluntatem, huncq; actum ſępè in nobis, experientia teſte, ex quodam compaſſionis affectu procedere, quo pars inferior ſenſitiua vehementer alterius calamitatibus afficitur, mirabiliq; prouidentia à Deo hominibus datam, vt alijs compatiantur, calcariaque addere ad ſubueniendum proximi miſerijs; hæc igitur compaſſio nec virtus eſt miſericordiæ, nec opus eius dicenda, ſed ad miſerendum impellit, actũq; illum, ac voluntatem ſubueniendi præcedens (qui formaliter, & eſſentialiter

Quid ſit formaliter miſericordia.

tialiter dicitur miſericordia) tanquã affectus partis inferioris, & ſenſitiuæ, nec laude dicitur digna, nec vituperatione, nec inter res morales collocãda, quæ bonæ dicuntur, aut malæ. At cum quis ei quem maximè diligit, vult ſubuenire, eũdemq; miſerijs leuare, & vt ſibimet currẽti ad ſubueniendum calcaria addat, calamitates proximi per compaſſionem quandam in ſeipſum transfert, vt etiam veluti rem propriam agat, dum alteri ſubuenit, ſuam minuendo compaſſionem, qua vehementer affligitur, hęc inquam compaſſio ſequitur illam ſubueniendi volũtatem, quam diximus eſſe actum miſericordiæ, eſtque voluntaria, huiuſque virtutis effectus, & ex magna perfectiſſimaque procedens miſericordia, cuius viſcera in ſacra ſcriptura appellantur, maximaq; dignus laude, qui illa induit, ad quæ quidem induenda, nos hortatur Apoſtolus

ad Coloſ. 3.

cum dicit. *Induite vos ergo ſicut Electi Dei ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, &c.* In quæ verba Anſelmus, ab omni inquit parte circumtegi debetis, viſceribus miſericordiæ, vt in cunctis actibus veſtris fulgeant viſcera miſericordiæ, quæ mens veſtra concepit, erga releuationẽ miſeriæ proximorum, hæc ille. Quodq; hæc miſera-

Quid ſit benignitas.

tionis affectio, intus in animo incluſa, detineri non poſſit, nec otio, deſidiaque langueſcere, ſed ſit calcaria addere currenti ad ſubueniendum, ad ipſamque accedere externam beneficentiam, teſtatur idem Apoſtolus, cum addit. *Benignitatem*, quæ vt ait Anſelmus eſt quædam ſerenitas animi, qua quis hilariter ſua tribuit pro Deo, & conuerſatur cum proximo. Hæc etiam viſcera miſericordiæ Deus ſuſcipere voluit, tanta enim eius fuit miſericordia, vt non ſolum ſubuenire (quod Dei in ſeipſo erat) voluerit, ſed etiam noſtram calamitatẽ magna ex parte ſuſcipere, quod fieri non poterat, niſi carne aſſumpta. Quod mirabilibus illis verbis explicauit Apoſtolus. *Deus*, inquit, *qui* Epheſ. 2.

Diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Chriſto. Hoc eſt cum per abundantem, ac ſuper abundantem innatam ſuam miſericordiam, per ſolam illam voluntatem ſubueniendi, potuiſſet nos noſtris leuare miſerijs, voluit etiam id præſtare per compaſſionem, carne ſuſcepta, vt ſic calcaria adderet ad ſubueniendum currenti miſericordiæ infinitæ.

Quod ſi miſericordiæ eſt, & pro 3.
miſeriarum qualitate, & etiam perſonarum, quæ in illis verſantur cõpaſſionem moderari, eo laudabilior compaſſio, vt dicebamus ab initio, quo maior eſt miſeria, digniores que excruciat perſonas, commiſerationis ergo, omnes effundere debemus habenas, dum de animabus agitur purgatorij, nam omnes ſunt in prædeſtinatorum numero, hæredes Dei, cohæredes Chriſti, & quæ maior dignitas? & tamen in maxima conſtituti miſeria.

Quod ſi ab oppoſito ſumenda 4
eſt demonſtratio, videbimus eum, qui commiſerationem hanc exuit, ſimul cum illa omnem ex vere humanitatem, vnde Chryſoſtomus, de hac loquens commiſeratione, qua aliorum compati debemus miſerijs, inquit; hoc ſuper omnia diſcat homo, & hoc eſt homo, nam niſi hoc habeat, deſijt eſſe homo. Et idem in illa verba Ioannis. *Et lachrymatus eſt Ieſus.* Quando Lazarum mortuum fleuit, inquit, Ioannes à lacrymis, Chriſti humanitatem confirmat, ad humanitatis enim ſuæ oſtenſionem, Lazari mortem, & ſororum præſentem afflictionem, ex quadam

Homo qui exuit miſerationem definit eſſe homo.

Chryſoſt. homil 33. ad popul. Antioch.

Ioan. c. 11.

homil. 61. in Ioan.

quadam compaſſione, & affectu voluit flere, quaſi in dubium verteret humanitatem, niſi in proximi calamitatibus præſeferret compaſſionẽ. Quid plura? quando diſcipuli erant laborantes in remigando, ventumque habebant contrarium, & Ieſus ambulans ſupra mare, volebat præterire eos, putauerunt phantaſma eſſe, quaſi intra ſe dicerent, non poteſt homo erga alium hominem eſſe ita animatus, & affectus, vt videns illum in maximo conſtitutum diſcrimine, non aliqua miſeratio ſubeat; voluntaſque ſuccurrẽdi, quod ſi viſcera claudit miſericordiæ, oculos auertit ab eius miſeria, ne miſereſcat, ne ferat opem, ſcias humanitatem exuiſſe omnem; nec verum hominem eſſe, ſed fictum; putabant phantaſma eſſe, quia volebat præterire eos; At Ieſus, qui miſericordiæ viſcera ſemper habebat patentia, carnemque noſtram eo conſilio voluit ſuſcipere, vt calamitates noſtras per compaſſionem quandam in ſe ipſum transferret, & miſeretur; & compatitur, tamque præſto eſt pericletantibus, vt ambulet ſupra mare, ad ipſis ſuccurrendum, & quãuis in ſpeciem ſimulet eos præterire, reuera imperat ventis, tempeſtatem ſedat, ſerenat omnia, dicens. *Confidite ego ſum nolite timere*, ſatis alienum exiſtimans eſſe ab homine, hominem miſeria tabeſcẽtem ſiccis cenere oculis, vicem eius non dolere, & non ſuccurrere, abſit hoc à Chriſto Domino omnium hominum pientiſſimo, cum ſit etiã Deus; An vnquam illi potuerit eſſe voluntas prætereundi diſcipulos, ventis & tempeſtate iactatos, ſi quando Iudæi iactis in eum lapidibus, volebant occidere, non præterijt cæcum. *Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum*, inquit, Ioannes extremo capite octauo. *Et præteriens Ieſus vidit hominem cæcum*, ſic exorditur caput nonum, quæ Euangeliſtæ verba præſeferunt hoc miraculum patratum eſſe, continua ſerie, Ieſu mox è templo egreſſo, & in eundẽ diem, imo in eandem horam incidiſſe, & quæ ſuperiori, & quæ ſequenti capite nono, geſta narrantur, & quando lapidibus appetitus occultatus eſt, vt hominem ſe præſtaret, & vt cum Chryſoſtomo loquar, quando ne lapidaretur, tanquam homo, à lapidibus fugit, tunc. *Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum.* Præterijt iniurias, præterijt lapidum imbrem, ſed non præterijt, ſed vidit hominem cæcum, aſpexit non obiter, & vel caſu, ſed arcana quadam prudentia, & prouidentia; nam gradum ſiſtens, defixis oculis contemplatur hominem cęcum, ita vt diſcipuli occaſionem interrogandi. *Rabbi quis peccauit hic aut parentes eius*, ex accurata Chriſti in illum inſpectione, acceperint, & quemadmodum Stephano dum lapidatur à Iudęis aperuit Cœlos ad ſolandum ipſum. *Video Cœlos apertos*, ita ad ſuimet ipſius ſolatium. Quando ijdem Iudęi ſuſtulerunt lapides, vt obruerent eum, aperuit oculos, (vt eſt in Syro) aperuit oculos cęci nati, quaſi Cœli aperti, qui ipſum ſolarent in tot illatis, & acceptis iniurijs, eſſent, illius pauperis, aperire oculos, qui à natiuitate fuerant clauſi. Nec vacare credo myſterio, quod cęcus interrogatus de Chriſto, qui tale patrauit miraculum, reſpondit. *Ille homo qui dicitur Ieſus, &c.* Quaſi volens dicere, ille ſingularis homo, per antonomaſiam homo, nam ſi hominis eſt compati alterius calamitatibus, & quoad eius fieri poteſt, ſuccurrere; compati, dum quis patitur; & leuare miſerum ſua miſeria, tunc, dum ſuſtinet propriam, quando ſcilicet Iudæi iactis in eum lapidibus, volebãt occidere, hoc eſt proprium Chriſti, qui dicitur. *Ille Homo*, ſingularis

Marc. 6. cap. 8. cap. 9. Cur quãdo Chriſtus lapidibus petitur à Iudęis, illuminauit cęcum. Actor. 6. Ioan. 9.

gularis, homo per antonomaſiá tallis. Firmum igitur ſit hominé exuere, qui exuit compaſſionem, voluntatemque leuandi miſerum ſua miſeria, immo induere inhunitatem, & inſtar beſtiarum, dirum fieri, & efferum.

6 Percontatur Theodoretus q. 40. in 1. regum cur Dauid, vt ſuadeat Regi, qui timido erat animo, neque rem illam arduam; vt erat aggredi Goliath. quæ giganteas vires, & audaciam requireret, inexperto Belli & imperito omninò rei militaris, committendam putabat; Deſperandam non eſſe victoriam, ita ſuadere conatur, quia rem tentauerat, & fælici ſæpè ſucceſſu, confecerat, quæ non minus roboris, & audaciæ exigebat; quādo inermis occurrit leonibus, & vrſis; illoſque, aut ſuffocauit eliſis faucibus, aut manibus in fruſta concerpſit; Claudicare videtur iſta argumentatio, inquit, Theodoretus. *Leonem, & vrſum interfeci ego ſeruus tuus, erit igitur, & Philiſtæus hic incircumciſus, quaſi vnus ex eis*. Præliari enim, & congredi cum beſtijs, valdè differentem belligerandi requirit modum, ac cum viro bellicoſo, & Gigante, ſingulare inire certamen, Giganteas habente vires, & arma. Sed reſpondet, illius, & immanis beſtiæ eandem habendam eſſe rationem, cum enim videret Populum Iſraelem maxima preſſum calamitate, nec haberet viſcera patentia, ad miſerandum, & ad leuandam miſeriam, ſed potius illis atrocibus minis ad augendam, ergo humanitatem exuit, deſijt eſſe homo, efferitatem præſeferabat cōmunem cum feris; ergo optimè argumentatur Dauid. *Erit igitur Philiſtæus hic incircumciſus, quaſi vnus ex eis*. Ex leonibus ſcilicet, & vrſis à me interfectis.

Theodoret. q. 40. in 1. Reg.

1. Reg. 17.

7 O rem, nunquam ſatis deplorandam, ſi homo, qui commiſerationem neſcit, deſinit eſſe homo, vt iam dictum eſt. Et Ambroſius conſidera ò homo, vnde nomen ſumpſeris, ab humo vtique, quæ nihil cuiquam eripit, ſed omnia largitur omnibus ſic ille. Videant fideles quomodo hominis Chriſtiani explebūt partes, ſi exuant hominem cum animarum, quæ in purgatorio cruciantur, & in ſumma ſunt miſeria, compati non nouerunt, vt ſubueniant, vt opem ferant, vt ſuffragentur. *Hominem non habeo*, dicebat languidus ille probaticæ piſcinæ. *Vt cum turbata fuerit aqua, &c.* Nec ſine myſterio, nam nec hominis nomine cenſebat dignos, qui ipſum triginta octo annorum languidum præteribant, neſcientes condolere, nec ex animi quadam commiſeratione mittere in piſcinam, vt ſic redderetur ſanus. At quot ſunt in purgatorio animæ, quæ ab hinc triginta, & forſitan centum annos, in illo cruciantur igne, & quamuis hic habeant fratres, filios, vxores, & amicos, merito poſſunt dicere inter tot conſanguineos, cognatos, & notos, hominem non habemus, qui vicem noſtram doleat, qui noſtri miſereatur, quique ex animi quadam commiſeratione ſubueniat, ſuffragijſque adiuuet, iure non homines, ſed ipſis feris atrociores, egentium necatores, à Concilio Carthaginenſi, tales appellantur infideles, & à fidelium communione expellendi iuxtà decretum Concilij Vallenſis, cenſentur.

Cur homo dicatur ab humo. Ambroſius. lib. 3. offic. cap. 3.

Ioan. 5.

Hominis nomine nō ſunt digni, qui animarum Purgatorij nō miſerentur.

Carthag. 4.

Emolliat, & tandem ſcindat hæc corda ſaxea, mirabilis fæminæ, quæ Chriſtina dicta eſt, exemplum, cuius vitam ſcripſit Thomas Cantipratenſis ex Sancti Dominici ordine vir fide digniſſimus, quique eius tempore vixit, acceditque ei conteſtis Iacobus de Vitriaco Cardinalis, vir pius, & doctus. Hæc ſancta fæmina poſt mortem in Paradiſum tranſlata, 8

Exemplum Chriſtinæ.

Iacobus de Vitriaco in præfat. lib. de vita, & reb. geſtis B. Mariæ de Ognies

tranſlata, vſque ad Thronum Dei, illic deinceps cum Domino in omnem æternitatem permanſura, vt Deo roganti obſequeretur, poſt habita illa ineffabili gloria; elegit à mortuis reſurgere, iterumque ad nos redire, vt in mortali corpore poenas atrociſſimas per ferret, pro animarum, quæ cruciantur in purgatorio liberatione, cumque cępiſſet illa exercere, quorum cauſa à Domino miſſa fuerat; ingrediebatur in ardentes clibanos, & in illis incendijs cruciabatur, ita vt præ anguſtia, & dolore, horrendos ederet clamores, ſub aquis moſæ fluminis, hyberno tempore cum rigerēt omnia gelu, crebro, & diu morabatur ſex & amplius diebus in eo perdurans; Interdum in aquis orans, ſimul cum illis ferebatur in Rotam Molendini, atque ita horrendum in modum circum acta cum ipſa Rota, membris omnibus incolumis, vt atrocioribus ſeruaretur ſupplicijs ſurgebat quandoque medijs noctibus, & totius oppidi Trudonenſis canes in ſe concitans, ante illos ipſam inſectantes, inſtar feræ cuiuſdam, curſitabat, ſicque per deuia, & per denſos vepres, & ſpineta agitata, adeo ab illis compungebatur, & lacerabatur; vt nulla corporis eius pars vulneris eſſet expers, & tamen multo ſanguine fuſo, nulla plagarum, aut vulnerum veſtigia conſpiciebantur in eius corpore, vt nouis tormentis, in carne eius relinqueretur
9 locus. O' prodigium, ò miraculum, tantæ charitati debitum, nam corpus mortale, reſurgens voluit aſſumere, & tamen vi tormentorum non diſſipandum, nec diſſoluēdum, vt ſimul dolorem maximum ſentiret, & à dolore non interemptum nouis tormentis, & cruciatibus ſeruaretur, & cui ob tot præclara facinora corpus glorioſum immortale, & impaſſibile debebatur; eadem (quæ eius erat ineffabilis charitas) corpus voluit aſſumere mortale, inſtar tamen eorum corporum, quæ deſtinantur damnatis, in inferno; quæue ingentem calorem, & dolorem pariter ab igne ſunt perpeſſura, nec tamen idcirco diſſoluenda, vt ſic in omnem æternitatem, perpetuis cruciatibus ſeruentur. Dura igitur ſicut infernus, huius mirabilis fœminæ ęmulatio; quæ vt damnatis purgatorio igni, ab illis immenſis cruciatibus eriperet, Paradiſo poſt habito, & eius ineffabili gloria, qua pro maximis ſuis in Deum meritis, erat ſtatim à morte coronanda; voluit ad nos redire, & conſors fieri, non ad paucos dies, ad annos ſcilicet duos, & quadraginta; quos ita vixit poſt reſurrectionem, pęnarum, quæ præparantur damnatis in inferno; vt eius ſuffragijs, & ſatisfactionibus, animę, quæ cruciabantur in purgatorio transferrentur in conſortium beatorum in omnem æternitatem. Comprobatum igitur ſit etiam exemplo huius mirabilis fœmine, quod dictum fuit initio huius capitis, compaſſionem eo laudabiliorem eſſe, quo maior eſt miſeria.

Miſericordiæ opus erga animas purgatorij pluribus alijs antecellit ſi ſpectemus ipſam ſub leuationem.

Cap. 13.

1 OStenſum eſt tribus capitibus proximè præcedentibus hoc opus miſericordiæ, quod animabus exhibetur purgatorij, pluribus antecellere, & nullis alijs eſſe inferius, ſi ſpectemus perſonas, quæ patiuntur miſeriam, ſi miſeriam ipſam, qua ta-

beſcunt, ſi tandem compaſſionem, qua earum dolemus vicem, & miſereſcimus; idem nūnc eſt probandum ſi conſideremus ſubleuationem ipſam, qua miſeria leuantur, eſtque vnum ex quatuor, quæ in materiali miſericordiæ obiecto, poſſunt ſpectari; nam licet hæc ſubleuatio ſit virtutis quaſi actus exterior, tamen dum de moralibus virtutibus eſt ſermo, ipſa actio exterior, obiectiuè ſumpta, habet rationem obiecti, reſpectu virtutis interioris, & elicitorum actuum.

2 Tanta eſt huius ſubleuationis altitudo, tantaque eius excellentia, vt leuandis miſeria animabus purgatorij, homini Chriſtiano liceat æmulari diuinam potentiam, audeo dicere quodammodo ſuperare.

Prima, & generalis, quæ in Deo miſericordia conſpicitur, eſt quæ ab initio tota creatura rationalis, Angelica, & humana, & propter humanam, totus iſte mundus corporeus ad bona ſupernaturalia, & ſtatum beatificum, quo defectus nudæ naturæ tollerentur, eſt deſtinata, cum enim natura rationalis, per ſe ſibique relicta, ſit multis ſubiecta defectibus, imperfectionibus, & veluti miſerijs, immenſa Dei bonitas, cum ſtatuiſſet illam ex nihilo condere, & donis omnibus naturę debitis exornare; videretque eam adhuc tot defectibus obnoxiam, & tanto à viſione ipſius, interuallo diſiunctam, miſericordia motus, ſtatuit illam ad ordinem ſupra naturalem, & æternorum bonorum ſuorum communionem, qua omnes illi defectus profligarentur, ſublimare, & attollere. Hæc eſt miſericordia prima de qua intelligi poteſt illud Prophetæ Pſalm. 114. *Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Si enim ſuper omnia opera, ergo etiam ſuper Angelos effuſa; At quando niſi cum illos ad ſupernaturalem ſtatum euexit? effuſa quoque ſuper omnem creaturam corpoream, quia cum hæc tota ſit propter hominem, dum hic ad ſtatum illum ſublimem eleuatur, ipſa quoq; ſimul attollitur, vt domus & habitaculum habitatoris ſui dignitati congruat. Inſinuat hoc Apoſtolus cum dicit. *Vanitati creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe, quia, & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatē gloriæ Filiorum Dei.* Et D. Petrus. *Nouos Cælos, & nouam terram ſecundum promiſſa eius expectamus, in quibus iuſtitia habitat.* Idem colligitur ex Ioanne, & Iſaia denique totam creaturam innouandam, & pro ſuo captu ad ſtatum incorruptibilem ſubuehendam, eſt communis Patrum, & ſanctorum doctrina.

Pſal. 114. | Rom. 8. | 2. Petri 3. | Apoc. 21. Iſai. 65.

3 Prima autem rerum productio quatenus ex nihilo in ſuas ſpecies, & naturas cum perfectionibus naturalibus ſunt conditæ, non tam miſericordiæ qua depellitur miſeria quam bonitati, ſeu benignitati, quæ fons eſt omnis boni creati, aſſignanda videtur, cum enim creatura pęnitus non eſſet, non erat propriè miſera, nec vlli malo ſubiecta, nam malum eſt priuatio boni, quod deberet ineſſe; vnde ſupponit ſubiectum exiſtēs, cui inſit, & cui bonum contrarium ineſſe poſſit; ſi tamen malum, & miſeriam non ita ſtrictè accipiamus, ſed generalius pro quouis poſitiuo, priuatio, aut negatiuo, à quò natura abhorret, ſic non eſſe, non paruum eſt malum, nec modica miſeria, eſt enim ſumma imperfectio, ſummuſque defectus, totum bonum exhauriens, à quò omnis natura rerum vehemētiſſime abhorret, nihil enim natura ita refugit, ac ſui interitum, vnde, & animantia, & homines grauiſſima mala perpeti malunt, quam ſubire interitum, quaſi

Prima rerū productio impropriè dicitur miſericordia.

quaſi hoc ſit peius, & miſerabilius.

4 Si miſſam faciamus hanc miſericordiam, & hoc miſericordiæ opus, quod impropriè ita dicitur, prima Dei miſericordia illa eſt dicenda, qua rerum totam naturam ſtatuit ad ſupernaturalem ſtatum extollere. Deinde huic ſuccedit alia, qua naturam humanam à ſtatu ſupernaturali prolapſam tum in peccatum, tum in ſuas naturales miſerias, tum in mortem æternam, conſtituit reparare, & maioribus præſidiis quam antea, fulcire. Hanc igitur Dei miſericordiam æmulatur, & quodammodo ſuperat, qui animabus ſuffragatur purgatorij, nam ſi Deus (quæ eſt eius infinita miſericordia) creaturam rationalem ad ſupernaturalem ſtatum euexit; viuētes dum ſuffragantur animabus purgatorij huic operi diuino (vt ita dicam) inchoato, non tamen abſoluto, faſtigium imponit. Per miſericordiam Dei deſtinantur homines ad ſupernaturalem ſtatum, & veluti in actu primo ad illum extolluntur, at per viuentium ſuffragia, animę purgatorij cōſumationem illius ſtatus reipſa, & in actu ſecundo aſſequuntur, & poſſeſſio illis traditur eius gloriæ, ad quā per Dei miſericordiam erant ordinatę, Deus naturam humanam à ſtatu ſupernaturali prolapſam in tot miſerias (vt diximus) conſtituit per Chriſtum reparare ſufficienter, at ſuppoſita Chriſti gratia, per ſatisfactiones viuentium, animæ purgatorij, ab illis cruciatibus liberatæ, efficaciter perducuntur ad reparandas Angelorum ruinas. Meruit Chriſtus Dei Filius de rigore iuſtitię, Deo Patri ſatisfacere pro peccatis noſtris, vt acceptum eſt ab omnibus Theologis; & ſatisfactiones viuentium, pro defunctis oblatæ, illis ex iuſtitia proſunt, illiſque integre prodeſſe dicuntur ſecundum totum quem habent valorem, prout ab offerente procedunt, vt verbi gratia, ſi ſatisfactio, quam ego exerceo pro me facta, valeret ex iuſtitia, ad remiſſionem quatuor graduum pœnæ purgatorij, totidem remittit illi animæ, pro qua offertur, eſt ſententia D. Thomæ, Gabrielis, Nauarri, Soti, Viguerij, Couarruuias, & omnium auctorum, quos refert Suarez, dum de ſuffragijs agit pro animabus purgatorij. Chriſtus niſi innocens fuiſſet, & ſanctus, non potuiſſet de condigno ſatisfacere pro aliorum peccatis ita D. Thomas, Paludanus Sotus Caietanus, & alij recentiores. Et viuens, ſi vt perſona priuata, & proprio nomine offerat ſuffragia pro defunctis, non poteſt illis ſuffragari, niſi ſit in gratia, quando efficit opus, per quod iuuare vult, eſt communis ſcholaſticorum ſententia quos refert Suarez loco citato, & ratio à priori videtur eſſe, quia opus in mortali peccato factum, nō eſt alicuius valoris moralis apud Deum ad ſatisfaciendum, iuxtà illud Apoſtoli. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam nihil mihi prodeſt.* Et confirmatur quia hac ratione probant multi contra Scotum, & alios, peccatorem non poſſe ſatisfacere pro pæna debita propter alia peccata remiſſa, quia morale opus ſine gratia factum, non habet moralem valorem, neceſſarium ad ſoluendum tale debitum, ergo multo minus poteſt ſufficere ad ſoluendum pro alio: ſolutio enim pro alio ſupponit poteſtatem ad ſoluendum pro ſe, & ſimpliciter in ipſo opere requirit valorem; Chriſtus non potuiſſet ſatisfacere de rigore iuſtitiæ, ſi fuiſſet homo purus, vt conſentiunt communiter Theologi. At homo viator dummodo ſit iuſtus, poteſt ſuis ſuffragijs liberare animas purgatorij, quemadmodum non poteſt

Qui ſuffragatur animabus Purgatorij, miſericordiā Dei æmulatur, & quodammodo ſuperat.

Cōparatio inter vtrāq.

Suar. to. 4. in 3. p. diſp. 48. ſect. 6.

Thom. 3. p. q. 1. art. 2. & q. 64. art. 4. Paludanus in 4. diſt. 20 Sotus in 4. diſt. 10. q. 5. a. 4. & d. 19. art. 3. & de na. & gratia cap. 6. Caietanus. 3. par. q. 1. art. 2.

1. Cor. 13.

per potentiam ordinariam facere, nec ipſe Deus, nam quamuis Sancti in Cœlo orent pro animabus Purgatorij, non hinc inferendum eſt, (vt benè ſentit D. Thomas in 4. diſt. 45. q. 3. art. 3. ad 6. gratuitam illis impetrare remiſſionem alicuius pœnæ, eaq; videtur afferri ratio, nam lege Dei ſtatutum eſt, non remittendas animabus Purgatorij, quas patiuntur pœnas, niſi pretium afferatur redemptionis, æqualis, ſcilicet pro pœna debita ſatisfactio; at orationes Eccleſiæ militantis, & alia pia opera ſunt ſuffragia ſatisfactiua, ideoq; ſunt ſufficientia ad ſoluendum; orationes verò Sanctorum in Cœlo nequaquam, vnde cum ordinatione diuina ſtatutũ ſit, (vt ſupponit Diu. Thomas eodem loco) pœnas Purgatorij non eſſe remittendas niſi per modum ſolutionis, & ſatisfactionis; ad ſuffragia viuentium, & viatorum eſt confugiendum, qui ſunt in ſtatu ſatisfaciendi, & ſoluendi cõdignum pretium pro remiſsione pœnarum; Sancti vero in Patria, cum ſint extra hunc ſtatum, non poſſunt, quamuis pro illis animabus fundant preces, immediatè talem efficere remiſſionem, imò nec ipſe Deus, ſi ſuis legibus vult ligari, cum ſatiſfactionum ſit incapax. Poſſunt Sancti, dum pro illis animabus orant, impetrare, vt ſatisfactiones viuorũ, pro eis oblatæ, acceptentur, præſertim, ſi demus illam acceptationem non eſſe ex lege infallibilem; item exorando, vt Deus præbeat viuentibus viatoribus auxilia ad ſatisfaciẽdum debito modo, pro animabus, quæ cruciantur in Purgatorio, ità vt efficaciter earum liberationẽ conſequantur. Dices: nonnè poſſunt omnes inferiores Sancti impetrare à Chriſto, vt de ſuis ſatisfactionibus tantum applicet huic, vel illi animę, quantum neceſſe eſt, vt à Purgatorio liberetur? ergo hoc modo poſſunt impetrare liberalem remiſſionẽ quæ reſpectu animæ gratis fiat, quãuis reſpectu Chriſti fiat ex iuſtitia, non ſemper igitur ad liberandas illas animas, ſuffragijs indigemus viuentium. Verum hoc liberationis genus, eſt valdè dubium, num ſcilicet Chriſtus Dominus per ſe, & immediatè aliquando vtatur hac poteſtate, cum ipſe ſit tanquam vniuerſalis cauſa; & totius remiſſionis fons, vnde conſtituit inſtrumenta, & quaſi cauſas ſecundas, per quas ſuæ applicentur ſatisfactiones, vtpotè ſuum Vicarium in terris Indulgentiarum miniſtrum, & adminiſtratorem; indigemus igitur, vt condignum ſoluatur pretiũ opera viuentium. Concludamus tandem, poſse viuentes ſuis ſuffragijs liberare animas Purgatorij, quod ſecũdum probabiliorem ſententiam (ſi de potentia loquamur ordinaria) nec Chriſtus poteſt facere, nec ipſe Deus.

Thom.

Poteſt viator ſuffragari animab. Purgatorij, quẽadmodũ nõ poſſunt Sancti in Cœlo, imò nec ipſe Deus de potẽtia ordinaria.

Thom.

Suar. to. 4. in 3. p. diſp. 48. ſect. 5. num. 5. 9. & 10.

5 At verſa vice, ſi ſuffragari contemnunt, atrociores inimici habendi ſunt illarum animarum, quàm ipſi dœmones, potentiamque eorum in nocendo longè ſuperant, nam quamuis ſint, qui ſentiunt pœnas purgatorij per dœmones tanquam per miniſtros infligi, eaſque animas à malignis ſpiritibus torqueri, contrariam tamen ſententiam docent communiter Theologi, tum quia non decet animas iuſtas, & ſanctas, quæ iam peccare non poſſunt, dæmoneſque vſque ad vltimum conflictum vicerunt, eis iterum tradi, vt ab illis torqueantur, tum etiam, quia aliundè videtur credibile dæmones quod in ipſis eſt, non affligere illas animas, quia non ſperãt eas ad peccandum poſſe prouocare, qua ſpe ad vexandum viatores mouentur, quantumuis perfectos, & ex alio capite vidẽt vexationem talem potius profuturam, vt illæ animæ à tormentis quę ſuſtinent, citius liberentur.

Qui ſuffragari contẽnũt animabus Purgatorij ſũt illarum atrociores inimici quam ipſi dœmones.

In 4. d. 19. 20. & 21.

Nũ dœmones cruciẽt animas Purgatorij.

rentur. At viuentes dum non ſuffragantur, vexant, eaſq; pœnas, dum non diminuunt, cum poſſint, producunt, ſuntque in Purgatorio igne animæ, quarum cruciatus vltra centum annos extenſi ſunt, & propagati, quibus ſi ſubuentum eſſet à Christifidelibus, intra paucos dies, aut menſes, earum pœna eſſet terminata.

6 O ſęua crudelitas, certum eſt lege Diuina cautum eſſe, pœnas illas, niſi ſoluatur iuſtum pretium, non remitti, item opera viuentium ſatisfactoria, non ſolum animabus Purgatorij prodeſſe ad aliquam pœnarum mitigationem, ſed etiam ad integram remiſſionem, quod inde patet, nam cum illa pœna (quantumuis atrociſſima) finita tamen, ſit, quoad gradus: ergo ſi poteſt per ſuffragia remitti, poteſt etiã omninò tolli, vel multiplicando ſucceſſiuè ſuffragia, vel ſimul in perſonis diuerſis, vel ita agendo vnum, & idem opus, vt multis operibus ſatiſfactorijs, atq; adeo toti pœnæ æquiualeat. Et confirmatur cum illa pœna temporalis ſit, ideoque finita, intenſiuè, & extenſiuè, mirum non eſt, quod per opus finitum compenſari poſſit, tandem fide acceperunt Chriſtifideles, vt difinit Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. decret. 1. animas in Purgatorio detentas, fideliũ ſuffragijs, potiſſimum vero acceptabili altaris ſacrificio, iuuari, & in Concilio Florentino in literis vnitis, Græci, & Latini in hoc articulo conuenerunt, ſcilicet animas iuſtorum, qui in hac vita non plenè ſatiſfecerũt, pœnis Purgatorij poſt mortem purgari, & vt à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis viuorum ſuffragia, Miſſarũ, ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum Eccleſiæ inſtitutum, confirmatque totum hoc Catechiſmus Pij V. art. 61. cuius verba ſunt valdè notanda in fine totius materiæ de ſacramento Pœnitentiæ. In eo, inquit, ſumma Dei bonitas, & clementia, maximis laudibus, & gratiarum actionibus prædicanda eſt, qui humanæ imbecillitati, hoc condonauit, vt vnus poſſit pro alio ſatiſfacere: & infra explicans modum huius ſatiſfactionis, ait, qui diuina gratia prędititi ſunt, alterius nomine poſſe quod Deo debetur, perſoluere; quarè fit, vt quodam pacto, alter alterius onera portare videatur; declarat igitur hanc ſatiſfactionem eſſe ſolutionem debiti, quam vnus pro altero, Deo reddit, & ipſe acceptat; & ſubdit; nec vero de hoc cuiquam fidelium dubitandi locus relictus eſt, qui in Apoſtolorũ ſymbolo, Sanctorum cõmunionem profitemur. Quod cum ita ſit iterum dicam: ò ſęua crudelitas, micis panis pauperculæ illæ animæ cupiunt ſaturari, quæ cadunt de menſa diuitis, & tamen ſæpè poteſt ſubdi, & nemo illis dat, dico ſingultus, ſuſpiria, ab imò ducta pectore, lacrymulæ hominis iuſti, quibus ita abundat hæc lacrymarum vallis, ne dicam, ieiunia, eleemoſynæ, Miſſarum ſacrificia pro illis animabus oblata, poſſunt prodeſſe, ne dum ad aliquã pœnarum mitigationem, ſed etiam ad integram remiſſionem, & tamen in tanta rerum copia, exuriunt miſeræ, fame pereunt. Dicam clariùs præmanibus habent pretium iuſti, vnde ſolutionem debiti, Deo reddant, pro animabus Purgatorij, nec exiguum; nam ſuffragia quæ pro ipſis poſſunt offerre; pretioſiora ſunt quolibet auro; cumq; id totum poſſit perfici, maximo offerẽtiũ commodo, & ſummo illarum animarũ, pro quibus pretium offertur, emolumento; tamen ſunt fideles, proh dolòr, qui id contemnunt, & eorum negle-

Cõci. Trid.

Cathechiſ. Pij V.

neglectu, illud tam ſæuum, & dirum oritur, vt illæ miſellæ animæ ſoluant pœnæ debitum vſque ad nouiſsimũ quadrantem, propageturq; earum cruciatus, vltra centum, & forſitan vltra mille annos, cum potuiſſet viuentium fidelium beneficio, breui tempore terminari.

7 Quod ſi crudeles iure optimo, habendi ſunt, qui de ſuo illis non ſubueniunt; quid dicendum de his, qui alieni raptores, ſibi ipſis æternã ſtruunt ruinam, & animarum, quæ diſcruciantur in Purgatorio, producunt tam diras pœnas; de illis loquor, qui Miſſarum numerum ex varijs defunctorum relictis, impoſitũ, non implent, quiuè illis pro ſingulis diebus, à teſtatoribus præſcriptis, ſatisfieri contemnunt, imò pecuniam, ad id deſignatam, ſibi aſſumunt, & vendicant, & in prophanos vſus conuertunt legata pia, teſtamento relicta: ijs, ad quas ſpectant, non conferunt, ſed vſurpant, reſtitutionem, quæ poſt mortem fieri præcipitur, ſibi retinent, cum ſentiant Gabriel, & Richard. pœnam defuncti in Purgatorio multum differri ob eam cauſam, quibus fauent nonnullæ reuelationes, quibus habetur, animas inquam defunctorum, viuis apparuiſſe, reſtitutionemque ſuorum debitorum fieri efflagitaſſe, vt poſſent à Purgatorio liberari; imò Sancta Brigitta affirmat animam tãdiù cruciari, donec reſtituatur, quod oblatum eſt, ſed de hac difficultate aliàs, interim videatur Sotus, Belarminus, Suarez, & alij, qui vberius de hac agunt controuerſia. Sat igitur ſit accepiſſe, fideles, qui vicem illarum animarum ex corde dolent, & ſubueniunt, vt à tantis miſerijs leuent; Dei æmulari miſericordiam, & quodammodo ſuperare, verſa vice, qui ſuffragari contemnunt, dœmones eſſe, ad vexandas miſeras illas animas deſtinatos, imò peiores,

Reprehendũtur acriter qui legata pia, pro defunctis relicta nõ implent.

An reſtitutio nõ facta præcepta tamẽ in teſtamẽto noceat animabus Purgatorij:

Brigitta lib. 6. reuelat. cap. 66. Sotus lib. 4. ſent. diſt. 45 q. 2. art. 3. Belarmin. lib. de purgat. c. 16. Suar. to. 4. in 3. p. diſp. 48. ſect. 8.

nam, quod dœmones non audent, & forſitan facere formidant; ipſi tam diù perficiunt, non modo non mitigando pœnas, ſed etiam producendo; cum poſſint Deo, pro illis debiti ſolutionẽ reddere, & ſæpè debeant.

Vt igitur valeant fideles tanto malo occurrere, monita hæc accipiant ſalutis, memoriæ retineant, vt cum ſummo eorum emolumento, illis vti ſciant. Primum eſt pœnitentiam cum ſuis fructibus ſapiẽter eligere, vt ſunt vigiliæ, orationes, ieiunia, eleemoſynæ, lacrymæ, veriſſimę contritionis ſigna, nam ſi quis pedũ, aut ſtomachi, vel capitis, vel dentium, aut calculi dolore, plures annos continuos, ſe laboraturum, certo ſciret, mallet mori potius, quam ita viuere, iacturamque faceret omnium fortunarum libentiſſimè; vt à tam immani, & tam continuo dolore liberaretur. Quid ergo non facere, quid non pati debet fidelis, vt tam diras purgatorij pœnas effugiat, quibus quælibet pœna huius vitæ quamuis atrociſſima eſt inferior? 8

Monita ſalutis ad leuandas pœnas Purgatorij.

Primũ monitum.

Secundum, ſi quæ eleemoſynæ, quæ opera pia à morientibus fieri mandentur pro pœnarum reſiduo, quod forſitan in Purgatorio erat ſoluendum; illorum ſe conferant in fidem, quos nouerint, dum viuerẽt, erga animas Purgatorij benè eſſe affectos; atque de ſuo illis ſubuenire ſæpè eſſe ſolitos, ſicque alieni non futuros eſſe tenaces; erit, abſque dubio, ſecurus. 9

Secundum monitum.

Tertium monitum vt eleemoſynæ, atque legata pia, quæ vt fiant, mandantur à morientibus; tunc potiſſimum, aut fiant, aut mandentur, vt fiant, quando is, qui facit, aut mãdat, eſt gratus Deo; tunc enim meritum magnum conciliant largienti tunc ad pœnam debitam in purgatorio ſoluendam, valent, & tandem eiuſdem boni eleemoſynarij, à fidis recipiuntur amicis in æterna taber- 10

Tertiũ monitum.

nacula

nacula, iuxta Chriſti promiſſionem apud Lucam ſi verò fiant, aut mandentur, vt fiant, ab homine impio, tunc eleemoſynæ nõ proſunt ad vitam æternam, quicquid ſit de alijs meritis, nec efficiunt vt largitores in æterna recipiantur tabernacula, quare conſulendum eſt à prudenti Confeſſario, vel amicis, homini, qui ſibi conſcius eſt, quod teſtamentum condiderit cum in cœno iaceret lęthalis peccati; vt poſt nouam confeſſionem integrè, & ritè peractam, confirmet, & approbet, ac ratum habeat id totum, quod in ſuo teſtamento diſpoſuerat, ac præſertim, quod pertinet ad reſtitutionem; vel eleemoſynas poſt obitum ſuum, vel Eccleſię, vel pauperibus largiendas; ſic enim faciens, ita vtiliter aget rem animæ ſuæ, vt dirus, & ingratus hæres, ex ea quæ ſibi teſtamento ſunt iniuncta, non implens opera pia, non poſſit defuncto, niſi per accidẽs nocere; nam cum iuxtà probabiliorem ſententiam ſit ſentiendũ, hanc executionem exterioris operis; ſiuè de eleemoſynis ſit ſermo, ſiuè à fortiori de actu reſtitutionis, non conferre ad pœnæ ſolutionem, ſed totum valorem, & ęmolumentũ, quod poteſt afferre, habere à voluntate mãdantis, ſi gratus erat Deo, ingratus hæres iniuncta non implens, per ſe non poteſt nocere, poterit tamen per accidens, quatenus dum implẽtur, excitantur, vel creditores, vel alij fideles, quibus confertur beneficium, ad orandum pro defunctǫ, & ex hoc capite poteſt diuturnior fieri Purgatorij pœna; quando hæręs, vel nõ exequitur, vel differt facere, quæ teſtamento illi impoſita ſunt faciẽda; dilatioque reſtitutionis, eadem ratione poteſt obeſſe remiſſioni pœnæ; & in hunc modum poſſunt explicarį prædictę reuelationes, ſi ſunt admittendæ, vide Suarez, & alios recentiores ſupracitatos.

2. Luc. 16.

Prudẽs cõfeſſarius debet cõſulere, vt qui teſtamentum vult condere ſit in gratia.

Quid debet facere teſtator, ne ingratus hæres non implens opera pia, per ſe ſibi non noceat.

Suar. to. 4. in 3. p. q. 48 ſect. 8. n. 21

Hæc autem ſint dicta non de ſuffragijs, quæ ex acceptabili altaris ſacrificio procedunt, nam iſta, cum in ſe contineant, quo ſuffragentur, quemadmodum iuuant ad pœnę remiſſionem, ſi adſint, ita pariter eorum defectu, pœna ſit diuturnior. 11

Non eſt eadẽ ratio de altaris ſacrificio, & de alijs ſuffragijs.

Quartum monitum, ſi quis poſt mortem, viuorum ſuffragijs vult ſæpè iuuari, ſic ſe gerat viuens cum animabus defunctorum, vt de ipſis poſſit dici optimè meritus, plura præſtans illis beneficia, nam Anſelmus dixit ſuffragia ijs potiſſimum defunctis prodeſſe, qui dum viuerẽt ea pro alijs fecerunt, & Caietanus, quamuis ſentiat, ſuffragia pro defunctis non infallibiliter omnibus prodeſſe (in quo eius ſentẽtiam non probo) non tamen id negat de aliquibus, diſtinguit enim inter Purgatorij animas, nam quædam ſunt quæ meruerunt in hac vita, vt ſuffragia pro ipſis oblata, poſt mortem eis prodeſſent, atque in his ait infallibile eſſe, vt ſuffragia ſuum conſequantur effectum, & fortaſſe nõ omnibus æqualem, ſed pro ratione meritorum, & huiuſmodi cenſentur eſſe eorum animę, qui dum viuerent optimè erga animas Purgatorij erãt affecti, pluraque beneficia illis præſtiterunt, aliæ vero ſunt animæ, in quibus nullum eſt tale meritum, & in his nõ habent ſuffragia, iuxtà Caietani placitum, infallibilem effectũ; aliquando vero habere poſſunt ex diuina miſericordia, accedente orationis virtute, impetrãtis à Deo huiuſmodi acceptationẽ, ſed quicquid ſit de hoc poſteriori diuiſionis mẽbro, in quo non videtur Caietanus conſentire, nec cum Sancto Thoma, nec cum antiquis Theologis, nec cum multis recentioribus, nec cum modo loquendi Sãctorum Patrum, quos refert Suarez ſæpius citatus. 12

Quartum monitum.

Anſelmus in elucid.

Caietanus to. 1. opuſc. trac. 18. q. 5.

Suffragia maximè pſſit illis mortuis qui dũ viuerẽt fuerunt pij erga animas Purgatorij.

An ſuffragia oblata pro tali defuncto, infallibilem cõſequãtur effectum.

Suar. to. 4. in 3. p. diſp. 48. num. 6.

Ego vero, quamuis communem amplecter ſententiam, nullum aliud 13

requiri

requiri meritum in defunctis, vt ſuffragia viuentium illis infallibiliter proſint, niſi, vt cum fide, quæ per dilectionem operata fuerit, eiuſque Sacramentis, de corporibus deceſſerint; quod eſt Auguſtini placitum pluribus in locis, credo tamen, Deũ illis animabus purgatorij præcipuè cauere, ne ſuffragijs deſtituãtur, quæ dum apud nos erant, de rebus fidelium defunctorum mirificè erant ſoliciti; quæ autem rem tantam negligebant, has permittit ibi veluti oblitas eſſe, ita vt ſanctis, & ijs qui maxima flagrant charitate, ex animo quandoque effluant: afferam ex Bernardo exemplum ad id confirmandum is in vita ſancti Malachiæ, inquit, mortua eſt Malachiæ ſoror, nec prætereundæ viſiones quas vidit de ea. Huius ſiquidem ſanctus carnalem exhorruit vitam, & tanto Zelo, vt ſe deuouerit non viſurum eam, in carne viuentem, at illa, carne ſoluta, ſolutum eſt votum, & cæpit videre in ſpiritu, quam in carne noluit, quadam nocte audiuit per ſomnum, vocem ſibi dicentis, ſororem eius ſtare foras in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil guſtaſſe, qui euigilans, cito intellexit, cuius eſcæ inedia, marceret; & diligenter diſcuſſo numero dierum quem audierat, ipſum eſſe reperit, ex quo pro ea, panem, de Cœlo viuum non obtuliſſet, tunc ille, qui ſororis non animam oderat, ſed peccatum, beneficentiam quam intermiſerat, ruſum adoritur, neque id fruſtra, non multo poſt viſa eſt illi perueniſſe ad limen Eccleſiæ, nec dum tamen poſſe intrare, apparere etiam in veſte pulla; cumque ille perſeueraret; curans, ne quo die ſolita ſtipe fruſtraretur; ſecundo vidit eam in veſte ſub candida, admiſſam, quidem, intra Eccleſiam; ſed altare contingere nõ permitti; Tertio tandem viſa eſt aggregari cætui candidatorum, & in veſte candida. Inde colligit Bernardus, quantum valeat deprecatio iuſti, aſſidua; & Malachiæ orationem, vicem quodammodo effractoris, exhibuiſſe cœleſtibus portis; quando peccatrix mulier, fraternis obtinuit armis; quod ſuis meritis negabatur.

Auguſt. ſer. 34. de verb. Apoſt. & lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 24.

Exemplum notatu dignũ, ad cõfirmandam declaratam doctrinam.

14 At ego ex eodem exemplo, aliud infero, ad rem propoſitam ſatis accommodam, præſertim, ſi ea addas, quæ de eodem Malachia, idem Bernardus præconia facit; de quacumque, inquit, tribulatione clamaretur ad eum, propriam reputabat, niſi quod in ſua patiens, in aliena compatiens erat, plerumque, & impatiens, & paulo poſt, ita deni que totus ſuus, & totus omnium erat; vt nec charitas à cuſtodia ſui, nec proprietas ab vtilitate communi, eum impedire, vel retardare in aliquo videretur; ſi videres hominem medium immerſum turbis; & implicatum, curis, diceres patriæ natum, nõ ſibi; ſi videres hominem ſolum, & ſecũ habitantem; putares ſoli viuere Deo, & ſibi hæc ille. Mirum igitur ſanctum virum, qui in aliena tribulatione, ita compatiens erat, vt plerumque impatiẽs videretur, donec afflictos, & oppreſſos eriperet, qui licet ſemper eſſet ſuus, ob aſſiduæ contemplationis donum; ſimul ita totus erat omnium, ob charitatis beneficentiam; vt diceres natum turbis, natum patriæ, natum inopibus, non ſibi; illum inquam, qui cõſulebat omnium ſaluti, & vidiſſe in ſpiritu, immenſos quos patiebatur anima ſororis in purgatorio, cruciatus; nec terminatos eſſe, & vicem eius non doluiſſe, nec compaſſum eſſe, ſi per triginta dierum ſpatium deſijt illi ſuffragari; quomodo ſemper totus omnium, ſi ſororis miſeria memoria excidit? Quomodo ſemper totus ſuus, nam ſi de ſorore eadẽ ratione affirmari poteſt, quod de

Bernardus ſer. de feſt. S. Malach.

de fratre dicitur. *Quod ſit alter ego*. Dum ſororem in tanta miſeria conſtitutam deſeruit, deſijt etiam eſſe ſuus? Mirum quod qui excitatorium horologium ſemper geſtabat in pectore; vrgentem illam charitatem, qua impellebatur ad ſubueniẽdum miſeris; excitari oportuerit tot viſionibus, vt ſororem ſuam, tanta leuaret miſeria. Rem mirificentiſſimam nam cum ſcriptum ſit de homine iuſto, & pio. *Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas, viſcera autem impiorum crudelia*. In quę verba Chryſoſtomus ſunt enim iuſtorum animæ, vehementer mites, & hominum amantes, non ſolum erga ſuos, ſed etiam alienos, ita vt hanc manſuetudinem, etiam ad animantia bruta extendant ſic ille. Cochleam, iuſti præ commiſeratione pedibus terere non audent; dum de pulice agitur interficiendo, ſunt cogitabundi, & tamen Malachias, qui viſcera habebat miſericordiæ, vt decet ſanctum, qui quaſi vnus omnium parens, teſte eodem Bernardo, viuebat omnibus; quaſi gallina pullos ſuos, ſic fouebat omnes; & in velamento alarum ſuarum protegebat; ſororem ſuam, in ſumma ægeſtate, deſtitutam, relinquit, vt ſit fomes, & eſca, illius tam diri purgatorij ignis, nec per breue tempus, ſed per triginta dierum ſpatium: quaſi de ipſo poſſit affirmari quod de impijs dixi, eſſe ſcriptum. *Viſcera autem impiorum crudelia*. Verum id totum ſumma Dei prouidentia diſpoſitum fuit; vt quæ dum viuebat, animæ ſuæ ſaluti, & aliorum, minus cõſuluerit; experiretur poſt mortem aliquandiu, nec fratrem ſanctum, propriæ commiſerentem miſeriæ; & quæ ſuffragari neglexerit, dum potuit, animabus fidelium defunctorum; ipſa ad tempus, ſuffragijs deſtitueretur, etiam illius; qui natus videbatur omnium ſaluti, & ſubſidio, ſcilicet Sanctiſſimi fratris, deſtituenda diutius, niſi fuiſſet Malachiæ ſoror.

Prou. 12.

Chryſoſt. hom. 19. in epiſt. ad Romans.

Eod. loco.

15 Memoriæ igitur omnium ſit fixum, hoc quartum monitum, ſi quis poſt mortẽ, viuorum ſuffragijs vult ſæpè iuuari, meminerit ipſe, dum viuit, erga animas fidelium defunctorum eſſe beneficus, & quod diximus ab initio, ſi exercitatio in ſanctis actionibus optimum eſt remedium ad vitanda peccata, nihil præſtabilius miſericordia erga animas fidelium defunctorum.

De pœnitenzia poſt lapſum medicina.

Cap. 14.

1 AD rem noſtram facere viditur, quod libro Eccleſiaſtici reperitur ſcriptum. *Ante languorem adhibe medicinam*, quorum verborum teſtibus Dionyſio Carthuſiano Ianſenio, & alijs, duplex fertur eſſe ſenſus, vnus ad prouidentiam pertinet, vt ante morbum peccati, adhibeatur medicina non curatiua, ſed præſeruatiua, qua impediatur morbus imminens, dum adhibita bonarum cogitationum medicina, & peccatorum occaſiones reſecando, mentem muniat quis, ne in morbum incidat, quem ſenſum etiam amplectitur. Vgo Cardinalis. Alter vero eſſe poteſt. *Ante languorem adhibe medicinam*, vt de medicina purgatiua loquatur ſapiens, hoc pacto. *Ante languorem, &c.* ideſt vt ſentiunt Rabbanus, & Paulus, & non diſſentiunt Hugo Cardinalis, & alij recentiores; ante iudicium; quod languori, & morbo aſſimilatur, vt enim cum quis ægrotat non poteſt operari, ſic tempus illud, tempus eſt, quo nemo poteſt quicquam agere, nec iudicantis manum, poteſt ſubterfugere,

Eccl. c.18.

quod

quod quidem confirmant verba, quæ immediatè ſubdit ibi ſapiens. *Et ante iudicium interroga te ipſum*. Ante igitur illud rigidum, & ſeuerum examen, inquit Eccleſiaſticus, confugiendum eſt ad medicinam, curatiuam, cordiſque noſtri purgationem, pœnitentiam ſcilicet iuxtà
1.Cor.11. illud Pauli. *Quod ſi noſmet ipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur*. Vel quod in idem incidit, de medicina purgatiua; ſi quis labitur in peccatum, ante languorem inueteratum, priuſquã inualeſcat malum, ad pœnitentiæ remedium, eſt con-
Satyr. 3. fugiẽdum iuxtà illud Poetę. *Principijs obſta, ſero medicina paratur, cum mala per longas inualuere moras*. Vnde Pertius. *Elleborum fruſtra cum iam cutis ægra tumebit, poſcentes vi-*
1 de remed. *deas venienti occurrite morbo*. Et Ouidius. *Sed propera, nec te venturas, differ in horas*.

2 Huc vſque nos è noſtro ſpirituali pharmacopolio ea deprompſimus remedia, quæ præſeruatiua dicuntur, vt malum anteuertere, & tam grauem peccati morbum prǫuenire valeremus; mentem muniendo pijs cogitationibus, occaſiones etiam tollendo, quæ ad peccandum poſſunt inducere, operamque noſtram nauauimus, maiore, quo potuimus, medio, vt caueremus omnibus Chriſti fidelibus, ne tam magnum damnum illis inferretur peccati; At quis tam firma tãque ſtatiua habuit præſidia; quam Angelus in Coelo, & tamen in languorem incidit, & ſampi-
Pœnitẽtia medicina purgatiua. ternum? Cum igitur homo non obſtantibus quibuſcumque præſeruatiuis remedijs, pro ſua innata libertate, poſſit labi, & in morbum incidere peccati; ad prudentiam eiuſdem Medici pertinet, vt omnes ſuas expleat partes; parata habere etiam remedia purgatiua, vt ante languorem adhibeat medicinam, vt priuſquam inualeſcat malum, & antequam inueteraſcat languor, remedia tempeſtiuè adhibeantur, hæc autem medicina infirmitatẽ ſanans, & depellens, vnica eſt ipſius peccati pœnitentia, idque patet ex differentia inter ipſam, & baptiſmum, quam declarauit Paulus Apoſt. Eſt Hebr. 6.
enim Baptiſmus regeneratio quædam, & interni hominis natiuitas, Diſcrimen inter Baptiſmũ, & pœnitentiam.
nihilque in regenerato præſtinæ vetuſtatis relinquit, peccatum ab alio tractum, per ſe remittens, actualia autem in ſtatu imperfecto commiſſa, in quo carebat homo viribus gratiæ, & lumine fidei, conſequenter, ita tamen, vt ſimul cum culpa, omnem illi reſpõdentem pœnam, abijciat. At vero pœnitentia, cum ſit inſtituta ad remittenda peccata poſt baptiſmum, & illuminationem fidei, regenerationemque in Chriſto, commiſſa; non neceſſario omnem pænam ſimul cum culpa remittit; ſed medicinæ inſtar, iuxtà languentis animæ diſpoſitionem, remedium præſtat, & beneficium ſalutis, quandoque ſimul cum culpa, totam remittit pœnam, vt in Magdalena; & inquocumque maxima reperitur contritio, ſin autem ſit minor, remiſſa culpa, remanet aliqua expianda pœna; ſat tamen eſt, Chriſtiano homini morbo laboranti peccati, nullam aliam ſpem eſſe relictam, recuperandi amiſſam ſalutem; niſi in hac ſola medicina, pœnitentia.

Pœnitudinis pharmacum (verba 3
ſunt Chryſoſtomi) maximum eſt, Quæ ejus Sanat. in c. 20. prouerb. num. 125.
vulnerum noſtrorum, remedium, ſic animarum vlcera curans, vt neque cicatrix, neque verruca appariturа ſit, & quemadmodum, qui plagam aliquam excipit, ſiquidem eam ſanare velit, accepto denuo vulnere, obductam ſuperficiem abrumpere ſinit, vt ſanies incluſa, foras effluat, & plaga deterſa, coaleſcat, ſic etiã, qui peccatum aliquod pudore veluti

luti malè ſana quapiam cicatrice, obduxit, & cęlauit, non prius ſanitatem recuperabit, quoad abrupto pudore, & exciſſa, dolore conſcientia; peccati ſanies foras effluat, ſic enim fiet, vt absterſa conſcientia, accepta olim plaga, ita coaleſcat, vt nullum illius veſtigium, aut cicatrix, reliqua ſit; Hæc enim eſt pœnitentiæ vis, quid plura? clauis vnica, qua oſtia, arcæque, veniæ diuinæque miſericordiæ aperiuntur, eſt

de locis in præfat. pag. 19. pœnitentia; Hinc Paulus Vidnerus, hæc habet. Ait Deus ſanctus, & benedictus; Iſraelitis, filij mei aperite

vid. Velaſc. ad Philip. f. 382. col. 1. mihi aperturam vnam pœnitentiæ; quantum eſt foramem acus, & ego aperiam vobis aperturas miſericordiæ, per quas poterunt intrare currus, & quadrigæ, ſuntque qui ſentiunt nec de potentia Dei abſoluta,

Dom. Soto in 4. diſt. 15 q. 1. artic. 7. dub. vlt. Petr. Soto. lect. 4. de pœnit. 3. par. q. 86. art. 2. poſſe tolli peccatum ſine pœnitentia, ſic Dominicus Soto, Petrus Soto, & frequenter Thomiſtæ in hanc ſententiam inclinant, propter verba D. Thomæ, dicentis, impoſſibile eſt peccatum actuale mortale, ſine pœnitentia remitti; quod quidem non

Sunt qui ſẽtiũt nec de potẽtia Dei abſoluta poſſe tolli peccatũ ſine pœnitẽtia. eſt in animo nunc definire, ſat erit nunc aſſerere, diuina lege cautum eſſe, ad tollendum hunc languorem nullam aliam eſſe relictam medicinam, niſi ſolam pœnitentiam. *Si pœnitentiam non egeritis omnes ſimiliter peribitis.*

Luc. 13. cap. 24. *Prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.*

Act ij. *Et gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.*

2 Cor. 7. *Quæ autem ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.*

2. Petri 3. *Nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.*

Apoc. 2. *Mouebo candelabrum tuum de loco tuo, niſi pœnitentiam egeris. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus, &c. Vita*

Ezech. 18. *viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.* Et paſſim ſacræ teſtantur paginæ, hanc vnam lapſis eſſe viam ad ſalutem (pœnitentiam) nec aliã eſſe ad depellendum morbum peccati, medicinam, niſi eandem, quod quidem, ſiuè de virtute pœnitentię, ſiuè de Sacramento ſit ſermo, volumus intelligi; imò authores ſimul agunt de pœnitentia, quæ eſt virtus, & ſacramentum quoniam in lege gratiæ, adeo hæc ſunt coniuncta, vt nec virtus prodeſſe valeat ſine ſacramento, vel ordine ad illud, nec ſacramentum ſine virtute conſiſtere.

Pœnitentia quæ eſt virtus, & quæ eſt ſacramẽtum in lege gratiæ ſemper coniuncta.

Non me quidem latet ſi vtriuſq; naturam, & eſſentiã volumus ſcrutari, inter hæc duo nonnulla eſſe diſcrimina, nam virtus pœnitentiæ, cuius formalis actus eſt dolor, & deteſtatio de peccato cõmiſſo propter Deum ſummè dilectum. Medicina quidem eſt ad abijciendũ peccati morbum inſtituta, ſed ſimplex, ipſaque ſola abſq; alio remedio potens eſt afferre ſalutem. At pœnitentia, vt ſacramentum eſt veluti medicina compoſita abſq; conſortio alterius, quam intrinſecè includit, non valens hunc curare languorem; Illa eſt veluti pars pœnitentiæ, vt ſacramentum, hæc vero vt totum quod componitur ex actibus pœnitentis ad virtutem pertinentibus, & abſolutione Sacerdotis, quorum altero deficiente, non poteſt conſiſtere. Illa in interiori actu poſita eſt, nam quamuis in exteriorem actum prodeat illum imperando; tamen in interiori actu ſaluatur perfecta ratio huius virtutis, nec actus exterior habet rationẽ virtutis, niſi prout ſubeſt interiori, & ab eo informatur, tota enim bonitas, & honeſtas virtutis, ab actu dimanat interiori, in exteriorem. Hæc vero, vt ſacramentum eſt, eſt actus exterior, nam quamuis interiorem includat, cum contritio ſit pars huius ſacramenti, in exteriori actu eius ratio conſummatur; nec

4 Diſcrimina inter pœnitentiã quæ eſt virtus, & inter illam quæ eſt Sacramẽtum.

ſolus actus interior ſufficit ad rationem illius, vt ſacramentum eſt, conſtituendam. Quod quidem ex alio oritur diſcrimine, nam illa eſt virtus, non quatenus ſignificat dolorem, vel paſſionem ſenſibilem, ſed vt eſt libera, & voluntaria deteſtatio peccati commiſſi, cuius integra ratio, in ſolo actu interiori ſaluatur. At hæc, vt ſacramentum eſt conſtituitur in genere ſigni ſẽſibilis. Vnde D. Thomas probat pœnitentiam eſſe ſacramentum, quia ipſa, prout in Eccleſia agitur, ſcilicet ex Chriſti inſtitutione, eſt ſignum quoddam ſenſibile interioris ſatisfactionis, & remiſſionis peccati, quam propriè ſignificat, & perficit abſolutio Sacerdotis, & ideo illa eſt forma talis Sacramenti. Illa remittit quidem peccata, vnde vera eſt hæc cauſalis, quia homo eſt contritus, ideo illi datur gratia, & peccatorum remiſſio; concinitque Dauid Propheta, dum inquit. *Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies*: ſed eſt cauſa diſponens; Hæc vero vt ſacramentum eſt, idem præſtat, vt cauſa efficiens; vnde dicitur conferre gratiam, ex opere operato; Virtus vero propriè non dicitur conferre gratiam, qua remittitur peccatum, ſed obtinere, & quaſi illã impetrare, ex operantis diſpoſitione, non tamen ex merito ſcilicet de condigno, nam de congruo probabile eſt, vt alibi latius eſt tractãdum.

Thom. 3 p. q. 84. art. 1.

Pſal. 50.

5 Huic annexa videtur alia differentia, quod de potentia abſoluta poſſet Deus homini contrito non remittere peccata, nam cum diſpoſitiuè tantum concurrat ad peccatorũ veniam obtinendam, nec Phyſicè, ſed moraliter, poſſet Deus non eſſe contentus quacumque contritione (quamuis integram haberet eſſentiam) ad remittenda peccata, ſed exigere certam intenſionem, durationem, vel quod ſimile. At pœnitentia, vt ſacramentum eſt, cum ſit talis remiſſionis cauſa efficiens, vnde dicitur conferre gratiam ex opere operato; nõ poteſt nec de potentia abſoluta Deus nõ remittere peccata ei, qui ritè recipit ſacramẽtum pœnitentiæ; implicat enim conferri gratiam, & remitti peccata, & non remitti, nec gratiam infundi. Tandẽ differunt antiquitate, & quodãmodo in diuturnitate, nam virtus pœnitẽtiæ longè antiquior eſt ſacramento, hoc enim in lege noua, etiã poſt Chriſti mortem, initium habuit; illa vero ab initio mundi, etiam ipſum primum hominem eduxit à delicto ſuo, vt ſcriptum eſt libro Sapientiæ: Et in omni lege permanſit, ac neceſſaria fuit, & cum ipſo etiam ſacramento permanet. Vnde etiam addidi differre diuturnitate, ſeu permanentia, propter ea præſertim, quæ docet D. Thomas, qui ait, Interiorẽ pœnitentiam, debere durare vſque ad finem vitæ, de exteriori vero, ſub qua ſacramentum præcipuè intelligit, negat id eſſe neceſſarium; aut conuenientius, ſeu ſemper vtilius; Quod intelligo per ſe loquẽdo, nam interior pœnitentia, ratione ſuæ honeſtatis, & vtilitatis, & quia eſt internus Dei cultus, & exerceri poteſt vſq; ad mortẽ, & moraliter loquendo poteſt ita fieri ſecundum rectam prudentiam; quod non ita eſt ſi ſermo ſit de exteriori, vel ſacramentali pœnitentia, quæ vt exerceatur requirit ſemper, vel neceſſitatem, vel peculiarem occaſionem, & conuenientem etiam menſuram, vt animaduertit D. Thomas, & ideò pœnitentia virtus, ſeu interior, non ſolum antiquior eſt, ſed etiam diutius permanens.

cap. 10.

Thom. 3. p. q. 84. art. 8. & 9.

Tho. eodẽ loco art. 9.

Quamuis tamen, hæc duo ita differant inter ſe, adhuc authores ſimul agunt de virtute, & ſacramento pœnitentiæ, nam vtriq; conuenit pœnitentiæ nomen, item ratio medicinæ vtilis, ad delendum peccatum a- 6

Cõuenientiæ inter vtramq; pœnitentiam.

ctuale,

ctuale, & neceſſariæ, ſi illud mortale ſit; & ſi cum debita proportione applicetur, vtrique communis eſt, illa metaphora qua pœnitentia dicitur ſecunda tabula poſt naufragium, qua neceſſitas pœnitentiæ ſignificatur; conueniunt præterea virtus, & ſacramentum pœnitentiæ in materia, circa quam verſantur; quæ eſt actuale peccatum, virtus enim pœnitentiæ deteſtatur illud, reſpicitq; , vt materiam, ſeu vt obiectum materiale, ſacramentum vero pœnitentiæ cum inſtitutum ſit per modum cuiuſdam Iudicij, in quo cauſæ peccatorum tractatur, & in vnoquoque iudicio res de qua agitur ſit materia illius, reliquum eſt, vt etiam materia pœnitentiæ, vt ſacramentum eſt ſit idem peccatum actuale; conueniunt adhuc aliquo modo in ſubiecto, quia vtraque habere poteſt ſuum actum, tantum in homine adulto, quia ſolum ille eſſe poteſt capax actualis peccati, cum hoc tamen diſcrimine, quia pœnitentiæ virtus locum habet in quolibet homine capaci actualis peccati, ſacramentum autem ſolum in homine baptizato; quia hoc ſacramentũ ſolum eſt medicina peccatorum actualium, quæ poſt baptiſmũ cõmiſſa ſunt; conueniunt inſuper, quia vtraq; pœnitentia iterari poteſt, vt animaduertunt D. Thomas, & Magiſter ſententiarum, quod quidem duobus modis poteſt intelligi, ſcilicet pœnitentiã poſſe iterari, primo circa vnum, & idem peccatum, ſemel tantum cõmiſſum, & hoc modo per ſe notum eſt, virtutem pœnitentiæ, quoad actus ſuos iterari poſſe, circa idem peccatum, quælibet enim potentia, & quælibet virtus poteſt actus ſuos circa idem numero obiectum repetere, vt patet, idem ergo poteſt, virtus pœnitentiæ, & quidem cum fructu, quia licet forſan tale peccatum per primum pœnitentiæ actum, ſit ablatum, tamen ſecundus conferre poteſt ad maiorem ſatisfactionem, vel ad maiorem certitudinem de cõſequuta venia, vel certè ad maius meritum; Sacramentum pœnitentiæ verſari quidem poteſt circa idẽ numero peccatum, non tamen circa eandem confeſſionem eius, nam cũ confeſſio ſit materia proxima; vt tale ſacramentum iteretur, neceſſe eſt confeſſionem eiuſdem peccati iterari; quod vtiliter fieri poteſt, propter eaſdem quas diximus cauſas. Secundo autem modo poteſt intelligi, pœnitentiam eſſe iterabilem, quia iterum committuntur peccata, vel eadem, vel ſpecie diuerſa, & hoc etiam modo eſt de fide certum, pœnitentiam tàm virtutem, quam ſacramentum, toties exerceri poſſe, quoties noua fiunt peccata, quia miſericordia Dei nunquam deeſt agentibus pœnitentiam, peccatoribus.

Thom. 2. 2. q. 84. ar. 10. Scot. in 4. ſent. d. 14.

Laudabilis pœnitẽtia iterata circa idẽ peccatum.

7 Hæc ſunt & ſimilia, quæ pœnitentiæ quæ eſt virtus cum illa, quæ eſt ſacramentũ conueniunt. Et quod caput eſt in lege gratiæ adeo ſunt coniunctæ, vt nec virtus prodeſſe valeat, ſine ſacramento, vel ordine ad illud; nec ſacramentum ſine virtute conſiſtere, & quemadmodum nullo vnquã tempore remiſſum fuit peccatum, ſine formali, vel virtuali actu pœnitentiæ, imò extra caſum naturalis obliuionis, vel inconſiderationis, neceſſarius ſemper fuit ad remiſſionem hanc obtinendam, formalis actus pœnitentiæ, qui eſt contritio, vt docent omnes, excepto vno Medina, qui ait, licet homo cogitet de Deo, & peccatis ſuis, poſſe pro libertate ſua habere actum dilectionis, quem vocat fructuoſum, & meritorium, ſentiẽs, eſſe ſufficientem ad iuſtificationem; ſed id, quod diximus, eſt ſecurior ſententia, & verior, vt teſtatur etiam Suarez, omni quidem tempore ad iuſtificationẽ,

Extra caſũ obliuionis, ſemper requiritur formalis pœnitẽtia ad delẽda peccata.

Medina tract. 1. de pœnit. q 12 art. 2.

Suar. tom. 4 in 3. p diſp. 9. ſect. 1. num. 12.

Kkkk 2 extra

extra caſum obliuionis,fuiſſe requiſitum actum formalem pænitentiæ. Ita tempore gratiæ, inſtituto hoc Sacramento, non poſſe eandem obtineri ſine illo, vel re ipſa ſuſcepto,vel in voto,quod in actu formali continetur pœnitentiæ, qui eſt contritio.Firmum igitur ſit id,quod dictum eſt, vnicum remedium ad depellendum morbum peccati,eſſe pœnitentiam; de vtraque veriſſimè dici, ſiue virtus illa ſit, ſiue Sacramentum. Vnde illud monitum. *Ante languorem adhibe medicinam*, ideſt ante languorem inueteratum prius quam inualeſcat malum peccati, ad pænitentiæ remedium confuge, de vtraque indiſcriminatim poteſt intelligi; ſed hæc vberius capite ſequenti.

Eccleſ. 18.

Quomodo intelligendum præceptum de non differenda pœnitentia.

Cap. 15.

1 Pœnitētia ſuppoſito peccato mortali,ſpeciali cauetur præcepto.

Dicendum eſt primo, pœnitentiam, & contritionem, poſito hoc quod ſit commiſſum peccatum mortale, ſpeciali caueri præcepto, id probant primum omnes authoritates ſacræ Scripturæ, quas citauimus præcedēti capite,& præcipuè illa Lucæ,vbi Chriſtus pœnitentiæ neceſſitatem, & obligationem expreſſius declarat. *Niſi pœnitentiam egeritis,omnes ſimul peribitis*, quæ verba ante inſtitutionem Sacramenti dicta fuere, ſignificantque hanc pænitentiam omni tempore fuiſſe neceſſariam, vt etiam docuit Concil. Tridentin. Deinde id confirmant Patres, & ſcholaſtici, & in primis Tertullianus, qui, ad perſuadendum,bonam eſſe pænitentiam, hoc vtitur medio,bonum, atque vtile eſt, quod Deus præcipit, & infra,bonum eſt pænitere an non, quid reuoluis? Deus præcipit; idipſum ſentiunt vnanimiter D. Thomas,Bonauentura, Richardus, Maior,Alenſis,Marſilius,Soto, Cano, Petrus Soto, Medina, & omnes ſcholaſtici, quos citat Suarez cum de pœnitentia. Tandem id poteſt probari rationibus ſumptis ex lege iuſtitiæ, quia tenetur vnuſquiſque ſatisfacere iniuriæ factæ, quæ lex pertinet ad ſpecialem virtūtem pœnitentiæ,vt admittunt Doctores de hac materia tractantes. Secundò ex motiuo, & lege charitatis diuinæ, quæ ſicut obligat ad diligendum Deum ſuper omnia, ita etiam obligat hominem, vt quod in ſi eſt, faciat, ad recuperandam amicitiam Diuinam,ſi illam perdidit,& ad habendum Deum pro vltimo fine. Tertio ex lege charitatis propria, quatenus homo tenetur curam gerere animæ ſuæ, & conſequenter adhibere remedia neceſſaria, ne in æternum pereat, ſi enim charitas proximi obligat, vt vnuſquiſque alteri prouideat in neceſſitate conſtituto,ſpirituali; vrgetque obligatio, quando vnus poteſt, & alter grauiter indiget, multo magis charitas propria obligabit (vt benè indicauit D.Thomas) vt vnuſquiſque ſibi ipſi prouideat, multaque alia poſſunt adduci, ad probandum, pœnitentiam eſſe neceſſariam peccantibus,non modo ſi loquamur de neceſſitate medij, ſed etiam de neceſſitate præcepti, ſed non eſt noſtri inſtituti hæc vberius tractare, videantur citati authores, & præſertim recentiores.

Luc. c. 13.

Cōc. Trid. ſeſ. 14. c. 4.

Tertul. lib. de pœnit. cap. 4.

Suar. to. 4. in 3. p diſp. 15 ſect. 1.

Thom. 3 p q. 84. art. 5 ad 2.

2 Impœnitētiæ eſt ſpeciale peccatum.

Dicendum ſecundo impœnitentiam eſſe ſpeciale peccatum, id tenentur aſſerere omnes, qui ſentiunt pœnitentiam præcipi ſpeciali lege, ſi loqui volunt conſequēter, ſi enim præceptum pœnitendi ſpeciale eſt, viola-

violatio eius, eſſe poteſt ſpeciale peccatum, habebitque propriam deformitatem, ſpecialemque malitiam, eritque tale, quotieſcumque aliquis (ſi tamen excipias inuincibilem ignorantiam, naturalem obliuionem, vel inconſiderationem, aut aliam ſimilem impotentiam) tempore mortis, aut quocumque alio tempore, mox dicendo, omittit pœnitentiam; tunc enim habendus eſt reus huius ſpecialis peccati, quod dicitur impœnitentia. Sunt qui ſentiunt tunc ſolum impœnitētiam eſſe ſpeciale peccatum, tempore debito omiſſam, quando eſt volūtaria directè per expreſſum actum, ac propoſitum voluntatis, habens pro obiecto ipſam omiſſionē, præcepto contrariam; qualis in præſenti materia eſt, non pœnitere tempore debito. Sed ſatius eſt, eorum amplecti ſententiam, qui volunt omiſſionem illam, licet ſit voluntaria ſolum indirectè, & interpetratiuè, quando ſcilicet, vel ex negligentia culpabili; actus omittitur, tempore debito, vel ex ignorantia vincibili, vel ex certa ſcientia, ſine voluntate quidem directa omittendi, cum voluntate tamen agendi, vel retinendi aliquid incompoſſibile præcepto; addere ſpecialem malitiam; & in hoc ſenſu, etiam eſſe ſpeciale peccatum. Indeque patet, quia in omni alia omiſſione, ſpecialis præcepti, illud voluntarium ſufficit ad ſpecialem malitiam contrahendam, nullaque hic adduci poteſt ratio exceptionis, vt latè probat Suarez ergo.

Suar. to. 4. in 3. p. diſp. 15. ſect. 2.

3 Si aliquem non pœniteat ſtatim poſt cōmiſſum peccatum, non eſt cenſendus re⁹ peccati impœnitentiæ.

Dicendum tertio; non eſt cenſendus reus huius peccati impœnitentiæ, peccator, ſi ipſum non pœniteat ſtatim poſt peccatum mortale commiſſum, probatur nam hoc præceptum pœnitentiæ non obligat ad agendum illam ſtatim poſt perpetratum peccatum, etiam ſi opportunitas occurrat, ſeu licet facile fieri poſſit, ergo. Conſequentia videtur manifeſta, nam peccatum impœnitentiæ tunc tantum fit, quando pœnitētia voluntariè omittitur tempore debito; Antecedens probari poteſt à poſteriori, ab incommodis; quia alias homo qui ſemel peccauit differendo pœnitentiam, continuè, ac ſemper peccaret nouo, & ſpeciali peccato; quod eſt apertè falſum; ſequela patet, nam qui non implet præceptum, eo tempore, quo obligat, peccat; ergo ſi præceptum illud ſit perpetuò obligans, ſemper etiam peccatur toto illo tempore, quo actus omittitur, quem ſcopulum, neſcio quomodo aufugiant Caietanus, & alij, qui comparant hoc præceptum cum præcepto reſtituendi, quod licet affirmatiuum videatur, includit negatiuum, non detinendi apud ſe, rem alienam, & ratione huius negatiui obligat ad ſtatim reſtituendum, ita etiam præceptum pœnitentiæ, & contritionis, quod ſpeciem habet affirmatiui, includit tamen illud negatiuum, non permanendi in diuina offenſione, & hac ratione obligat, ad ſtatim ſatisfaciendum Deo, pro peccato.

Caietanus 2. 2. q. 66. art. 3. cir. 2. & 1. tom. opuſ. tract. 17.

4 Diſpar eſt ratio inter hominē læſum per furtum, & Deū læſum per peccatum.

Sed eſt diſpar ratio, maximumque diſcrimen inter Deum, & hominem; aliter enim læditur homo per furtum, vel aliam ſimilem iniuriam, quam offendatur Deus per peccatum, homo enim ita læditur, vt detrimentum, aut damnum patiatur in proprijs bonis ſibi vtilibus, quibus carere cogitur, quamdiu res ablata ei non reſtituitur, & ideo iuſtitia non tantum obligat ad non accipiēdam rem alienam, ſed etiam ad non detinendam illam apud ſe, quia illa carentia rei propriæ continuata, eſt quaſi continuum proximi nocumentum, quod moraliter grauius eſt, quanto priuatio eſt diuturnior, quia ſemper prohibet Domi-

no vſum rei ſuæ, ipſo inuito; & ſic ſemper infert ei iniuriam, vt rectè animaduertit D. Thomas. Atque hinc eſt, vt obligatio reſtituendi, per ſe primo oriatur ex præcepto negatiuo, non detinendi apud ſe rem alienam, ac proinde, vt moraliter ſtatim, ac pro quolibet tempore oportuno obliget. At vero Deus licet noſtris offendatur peccatis, non tamen ita læditur, vt priuetur aliqua re ſibi vtili, aut detrimentum aliquod in hoc genere patiatur, ſed ſolum quia priuatur honore ſibi debito, vt finis vltimus eſt, ſupremuſque gubernator; & ideo tranſacta actuali iniuria, nullum ei accreſcit nocumentum, ex eo quod ſatisfactio pro iniuria, non ſtatim fiat, nec propriè homo apud ſe detinet aliquod bonum, Deo vtile, neque prohibet illi vſum alicuius rei ſuæ; quæ quidem velim intelligas per ſe loquendo, nam ſi ob aliquod ſpeciale peccati genus, vel ob aliquam peculiarem occaſionē, aut hominis diſpoſitionē, accideret, vt ex dilatione ſatisfactionis creſceret Dei iniuria; tūc poterit eſſe obligatio ad exhibendā ſatisfactionem ſtatim, ac neceſſarium fuerit, ad illud damnum vitandū. Sed diſcrimen inter Deum, & hominem ex his, quæ ſunt per ſe, debet diiudicari, non ex his, quæ ſunt per accidens; quibus quidem inhærendo, adhuc dicimus, præceptum pœnitentiæ, & contritionis quatenus eſt præceptum iuſtitiæ ad Deum, non obligare ſtatim ad illam habendam, quia non obligat ex vi præcepti negatiui, quo homo ex iuſtitia teneatur, nunquam eſſe in peccato habituali, ſed ex ſolo affirmatiuo ſatisfaciendi Deo, cuius natura non eſt obligare ſtatim, ſed pro aliquo neceſſitatis articulo, & quāuis pœnitentia, & contritio ſit intrinſecè bona, tamen carentia eius non eſt intrinſecè mala, niſi quando debita eſt, quod commune eſt cuilibet actui virtutis.

Thom. 2. 2. q. 66. art. 8.

4 Obiectio contra dicta.

Obijcies, quia ſtatus habitualis inimicitiæ, eſt obiectum ita intrinſecè malum, vt nullus poſſit honeſtè illud velle, ergo ille ſtatus, vt voluntarius, ſemper, & pro ſemper eſt prohibitus; datur ergo præceptum negatiuum non permanendi voluntariè in illo ſtatu, vel minimo quidem tempore, quod præceptum ad charitatem erga Deum pertinet, quia turpitudo illius ſtatus, charitati ſpecialiter eſt contraria, & ideo ad illam ſpectat obligatio nolendi, ſeu non volendi talem ſtatum, ergo ex vi eiuſdem præcepti, voluntaria impœnitētia omni tēpore eſt prohibita.

Solutio.

Sed reſpondetur, quamuis velle ſtatum peccati ſit intrinſecè malum, velle autem permittere aliquam permanentiam in illo ſtatu, non eſt intrinſecè malum, vnde cum quis argumentatur; ſtatus peccati voluntarius, eſt intrinſecè malus, ergo. Diſtinctione opus eſt, ſi voluntarium ſignificat ideſt volitum, verum eſt aſſumptum; mala vero eſt ſequela; quia ex voluntaria dilatione pœnitentiæ, non ſequitur ſtatum peccati eſſe hoc modo voluntarium, ſi autem in illo antecedente ſignificetur permiſſum, ſic eſt falſum, idque declaratur magis ſi intelligamus illud conſequens eſſe in ſtatu peccati, quod eſt intrinſecè malum, non ſequi per ſe ex illo antecedente, qui vult non conteri de peccato commiſſo, virtute vult permanere in ſtatu peccati, & inimicitiæ Dei, ſed tantum per accidens quia non applicatur cauſa, quæ poſſet deſtruere malum illud, in huiuſmodi autem cauſa, ſeu antecedente non cenſetur quis virtualiter velle illud malum, niſi quando tenetur talem cauſam applicare, & non vult, alioqui ſolum cenſetur permittere effectum.

Quod

5 *Alia obiectio.* Quod ſi rurſus quis inſtet, velle etiam permiſſiuè permanere in ſtatu inimicitiæ Dei, eſt intrinſecè malum, at qui vult permiſſiuè aliquam permanentiam in ſtatu peccati, vult etiam hoc modo permanere in Dei inimicitia: ergo. Vtraque propoſitio, maior ſcilicet, & minor ſunt tam claræ, vt probatione non indigeant.

Solutio. Verum dicimus, ſi per ſtatum inimicitiæ intelligimus habere in ſe odiũ formale Dei, vel virtuale, vt cum quis habet propoſitum iterum peccandi, vera eſt maior, ſed falſa minor, poteſt enim quis velle permiſſiuè permanentiam in ſtatu peccati, abſque tali odio, vel tali propoſito, ſi autẽ per ſtatum inimicitiæ, quem permittit, intelligamus, nõ inire ſtatim poſitiuè nouam amicitiam cum Deo, ſed velle illud in aliud commodum, vel magis neceſſarium tempus ſeruare, falſa maior, non enim tenetur peccator ſtatim tollere illam priuationem amicitiæ, quæ tantum per modum habitus in ipſo manet per peccatum; & reddit illum dignum odio diuino, ex vi enim illius præciſè ſumptæ, nec habet actuale odium Dei, nec virtuale; quod anologia ſumpta à rebus humanis magis poteſt eſſe perſpicuũ; inter homines enim aliud eſt odiſſe proximum, aliud vero amare illum, ad primum, ſtatim, ac ſemper tenemur, ad ſecundum autem, nec ſtatim, nec ſemper, ſed temporibus humano modo neceſſarijs, iuxtà doctrinam D. Thomæ, & communem. *Thom 2.2. q.25.art.8.* Si quis igitur inimicitias prius cum proximo duxit, ad duo tantum poſtea tenetur ſtatim, ac ſemper, vnum eſt ad deponendum odium formale, vel virtuale, ſi quod habebat. Aliud eſt ad tollendum quod daret proximo ſcandalum, ſi ſe illi inimicum oſtenderet; Hinc ſi aſcendamus ad diuina, videbimus non ſemper permanere in ſtatu inimicitiæ Dei, poſt perpetratum peccatum, eſſe intrinſece malum, eoque magis quod reſpectu Dei nõ eſt neceſſarium exhibere aliquod ſignum depoſitionis odij, vel mali propoſiti, ipſe enim per ſe intuetur cor.

Obijcies tandem hoc præceptum pœnitentiæ ſaltim obligare ſtatim poſt commiſſum peccatum, ex motiuo charitatis, qua quis tenetur diligere ſe ipſum nam plus tenetur homo ſe ipſum diligere, ſi de ſpiritualibus ſit ſermo, quam proximum, ſed proximum tenetur corripere, vt à peccato ſurgat quam primum poteſt, ideſt abſque ſuo incommodo, & cum ſpe vtilitatis proximi, & niſi meliorem occaſionem, & opportunitatem expectet, iuxtà doctrinam Auguſt. & D. Thomæ; ergo à fortiori tenetur homo ſeipſum corrigere, & à peccato reſurgere ſtatim, ac poteſt, nec eſt quod oportunitatem expectet, quia ſemper illi melius eſt, præſenti occaſione bene vti, & in futurum proficere, præſertim, quia ſemper in manu eius eſt peccato adhibere remedium, ſaltem per contritionem perfectam. 6 *Tertia obiectio.* *Auguſt. 1. de Ciuit. Dei cap. 9. D. Th. 2.2. q.33.art.2. ad 3.*

Multa congerit Suarez ad ſoluendam hanc difficultatem, breuiter tamen poſſumus reſpondere, vel correctio proximi ordinatur tãtum ad tollendum peccatum commiſſum, abſque morali periculo, vt amplius committatur, nec timetur moraliter aliquod ſpeciale nocumentum ſpirituale proximi, præter durationem peccati habitualis, & tunc non obſtante præſenti oportunitate corripiendi, licitum erit correctionem differre vſque ad aliam, ſi ſperatur æqualis, nam, vt tempus oportunum ſit neceſſarium, requiritur non ſolum ſpes fructus, ſed etiam neceſſitas illius, vel ad vitandum impenitentiæ peccatum, vel ad vitandam mortem æternam, ſi nihil horum interueniat, nulla eſt 7 *Suar to. 4. in 3. p. diſp. 15. ſect. 5.* *An poſſit differri correctio, non obſtãte præſenti tẽpore oportuno.*

vere

verè indigentia ex parte proximi, quæ obliget hic, & nunc ad ſubueniendum illi, vel correctio ordinatur ad impediendam continuationem, ſeu iterationem actualis peccati, & tunc ſtatim nacta oportunitate, facienda eſt correctio, nam tunc indigentia proximi, ſemper eſt præſentanea, & actualis; quia ſemper,& continuè timetur nouum ſpirituale nocumentum proximi, quale eſt nouum peccatum mortale, ſeu eius continuatio, quoad actualem culpam. Et quemadmodum præceptum eleemoſynæ vrget,quãdo in paupere eſt grauis indigentia, nec in aliud tempus differenda, ita philoſophandum eſt de correctione, quæ cum ſit ſpiritualis quædam eleemoſyna, non eſt in aliud tempus differenda, cum proximi indigentia grauiſſima, ſit præſentanea; obligatio enim indigentiæ,eſt commenſuranda, & quoàd hoc, obligatio hominis ad ſe ipſum, & ad alium æquiparantur; quia etiam tenetur ſtatim ac ſemper obturbare,& vitare actuale peccatum, & morale eius periculum,abſcindere, cum hoc tamen diſcrimine,quod reſpectu proximi,hæc obligatio propriè pertinet ad charitatem fraternam,aliæ enim virtutes per ſe ſe nõ poſſunt ad hoc obligare; at vero reſpectu ſui,nõ eſt obligatio propria charitatis,ſed remotè tantum,& imperatiuè, proximè vero,ratione diuinæ iniuriæ vitandę,pertinet ad pænitentiam, ratione vero malitiæ quę conuerſioni ineſt, ad ſingulas pertinet virtutes,quibus ſingula peccata opponuntur,quia vnaquęque obligat hominem proximè, & immediatè, vt vitet peccatum,ſibi contrarium.

8 Quãdo impœnitentia eſt ſpeciale peccatum.

Dicendum quarto voluntas permanendi in peccato,eo inquam tẽpore,quo eius pœnitentia præcipitur,eſt peccatum ſpeciale impænitentiæ, patet id ex dictis. Quod ſi obijcies,circunſtantiam permanendi in peccato illo tempore,&c.eſſe generalem, ergo non continet ſpecialem malitiam, & conſequenter non conſtituit ſpeciale peccatum impœnitentiæ. Reſpondetur id eſſe falſum,quia non eſt per ſe nec neceſſario coniuncta cum omni peccato, vt conſtat, imò loquendo de peccato actuali,reſpectu cuius conſiderantur circumſtantiæ generales, vel ſpeciales; hæc neutro modo eſt circumſtantia eius per ſe loquendo, quia non cõcurrit eo tempore, quo tale peccatum committitur, non enim pro eodem tempore quo homo peccat,tenetur eiuſdem peccati pœnitentiam agere,propria autẽ circumſtantia peccati actualis, debet ſimul eodem tempore occurrere,alioqui non poſſet eſſe accidens eius. Si vero ſermo ſit de habituali peccato, ſic permanentia in illo eſt generalis quædam conditio, vel accidens eius,quod tamen hæc duret tempore etiam prohibito, ſeu pro quo pænitentia præcepta eſt,hoc nõ eſt generale, ſed omninò accidentariũ,& ſpecialem dicens deformitatem,& ideo licet talis circumſtantia tantum indirectè ſit volita, dat ſpecialem malitiam, quia voluntarium directum,vel indirectũ (vt docent communiter Doctores in p.2.) peccati ſpeciem non variat; ſi in obiecto, & ratione malitiæ, ſit ſufficiens conuenientia.

Dico quinto, datur præceptum negatiuum non differendi pænitentiam vſque ad mortem,magnæ poſſent afferri coniecturæ,tam ex ſacra Scriptura, quam ex Patribus ſumptæ, de quibus infra, quæ ſuadent magnam eſſe inordinationem differre pœnitentiam vſque ad mortem, ideoque dari hoc præceptum negatiuum,non differendi illam vſque ad talem articulum, vel nimio tempore.

9 Datur præceptum negatiuũ non differendi pœnitentiam vſque ad mortẽ.

Sed

10 *Vnde prouenit obligatio non differendi pœnitentiam vſque ad mortē.*

Sed difficultas eſt ex quo capite huiuſmodi obligatio poſſit oriri, sūt, qui aſſerunt, in hac dilatione eſſe contemptum diuini honoris per ſe loquendo, ſed non probatur, poteſt enim multis alijs ex cauſis, & ex ſola fragilitate prouenire, vel ex eo ſolum, quod hic, & nunc non appræhenditur pœnitentia, vt neceſſaria cultui, vel honori, ex iuſtitia Deo debito; & aliundè apprehenditur, vt oneroſa. Neque etiam ad contemptū ſatis eſt, quod homo nō reſpondeat vocationibus diuinis, quamuis frequētibus, nam totum hoc ex fragilitate poteſt eſſe, abſque noua irreuerētia graui, reſpectu Dei. Quod ſi aliquādo in his caſibus nouus interueniat contemptus, erit pariter illud nouum peccatum, accidentarium tamen, & extraneum. non vero ſpeciale impœnitentiæ peccatum, de quo eſt præſens quæſtio.

11 Sunt qui ſentiunt hāc obligationem oriri ex charitate qua quis tenetur diligere ſe ipſum, idque perſuadetur, quia charitas hæc non videtur ſolum obligare ad vitandum extremum, & certiſſimum malum æternæ mortis, ſed etiam ad fugiendum graue periculum eius, & diuinæ deſertionis, quale inuenitur in diuturna pœnitentiæ dilatione, vſque ad mortem. Videtur etiam hæc charitas obligare ad vitandam grauiſſimam ſpiritualium bonorum iacturā, quam homo facit permanendo in peccato mortali vſque ad finem vitæ, cum nihil illi proſint ad vitam æternam conſequendam, nam ob hanc præcipuè cauſam vſum huius vitæ recipit. Accedit quod homo in ſtatu peccati licet poſſit aliquo breui tempore non peccare, non tamen diù in illo permanere, ſine nouo peccato, ergo quamuis inde non ſequatur teneri ſtatim ad habēdam contritionem, & agendam pœnitentiam; ſaltem obligari ad non diu differendam conuerſionem ſuā, idque ex charitate qua tenetur diligere ſeipſum, ne ſcilicet illis ſit obnoxius malis, quæ ſecum afferunt noua peccata, quæ quidē ſatis probabiliter ſunt dicta.

Magis proximè, magiſque immediatè videtur probari hæc obligatio ex charitate quā tenemur Deum diligere; non enim eſt vero ſimile charitatem Dei nunquam obligare ad diligendum ipſum, niſi in extremo mortis periculo, ſed ſemper mihi placuit Soti ſententia, & aliorum, dicentiū præceptum dilectionis Dei non reſeruare obligationem ſuam ad articulum mortis, quia tanta dilatio apertè eſt contraria fini huius præcepti, qui eſt diligere, & conuenienter coniungere hominem cum ſuo fine, vt poſſit rectè vitam inſtituere, cui planè repugnat dilectionem hanc differri vſque ad finem vitæ. Poſito igitur hoc quod teneamur ſub præcepto, non differre vſq; ad mortis articulum, Dei dilectionē; idem dicendum eſt de contritione, ſaltem ex hoc capite, ſcilicet ex neceſſitate ipſius dilectionis Dei, quia nō poteſt is, qui eſt in peccato mortali, cum occurrit tempus diligendi Deum ſuper omnia, ſeruare illud per ſe loquendo, niſi etiam habeat contritionem peccatorum, dixi per ſe loquendo, ex accidenti enim poteſt contingere, aliquem immemorem peccatorum, diligere Deum ſuper omnia, in illo obligationis articulo ſine formali actu contritionis, atque ita iuſtificari, poſtea non obligare ſtatim cum ea redeunt in memoriā, vel quamprimum poteſt, ad habendum formalem actum contritionis, ſed ſolum eo tēpore, quo alias præceptum contritionis obligaret, ſicut nunc, qui iuſtificatur per confeſſionem in voto, & per actum formalem contritionis, ſatisfacit poſtea ſi tempore quo præceptum confeſſionis 12

Sot. lib. 1. de nat. & gratia, & lib. 2. de iuſt. & iur. q.3 art. 10.

Quando obliget præceptum diligēdi Deū.

Poteſt contingere caſus in quo quis diligat Deū ſuper omnia ſine formali actu contritionis atq; ita iuſtificari.

ſionis

Digitized by Google

ſionis ſecundum ſe obligat, confiteatur.

12 Quando vrget præceptũ affirmatiuum pœnitendi ante mortem.

Dicendum ſexto ex hoc præcepto negatiuo, non differẽdi pœnitentiam vſq; ad mortẽ, aut nimio tempore, neceſſario ſequi affirmatiuum aliquando pœnitendi ante mortem. Quod ſi queras, quod nam ſit tempus illud, in quo quis obligatur ad habendam contritionem peccatorum? Reſpondetur eodem modo de hoc præcepto differendum, quo de præcepto dilectionis Dei ſuper omnia, quemadmodum enim tempus, quo vrget obligatio dilectionis Dei iuxtà probabiliorem ſententiã, non tàm affirmatiuè, quàm negatiuè aſſignari poteſt, ſic infertur neceſſario ex illa obligatione onus non differendi conuerſionem vſque ad mortem, vel diuturno tempore, ſed exercendum eſſe hunc contritionis actũ ante mortem; illud autem tempus cum non ſit lege poſitiua præſcriptum, prudenti arbitrio ipſius hominis, vel alterius, qui (eius conſcientia cognita) poſſit auxilium præſtare, eſt cõmittendum. Quare quemadmodum qui multos annos non exerceret actum diligendi Deum, cenſendus eſſet deliquiſſe contra illud præceptum, quantum vero futurum ſit hoc tempus, prudentiæ relinquendum eſt, ita etiam philoſophandum de præcepto affirmatiuo contritionis.

13 Idem latius declaratur.

Dicendum ſeptimo: obligatio tẽporis, pro quo obligat hoc præceptum affirmatiuum contritionis non ſolum aſſignari poteſt per ſe ex vi illius tantum, & omnino ratione honeſtatis, vel neceſſitatis ipſius operis præcepti; ſed etiã propter aliud, & propter occurrẽtem extrinſecam neceſſitatem, quæ omnino requirit exercitium huius actus cõtritionis; vt cum quis debet exercere ex officio aliquod ſacramentum, vel recipere Euchariſtiam, vel aliud ſacramentum viuorum, in his enim euentibus neceſſario, eſt pręmittenda cõtritio, ab eo, qui eſt in peccato mortali (agimus enim ſemota confeſſione) ita docent communiter Doctores, eaq; obligatio nõ oritur ex præcepto cõtritionis, vt huiuſmodi, ſed ex neceſſitate quadam extrinſeca, ex præcepto, ſcilicet dignè tractandi res ſacras. Vnde fit, vt qui nõ pręmiſſa contritione, tunc recipit, vel miniſtrat ex officio ſacramentum, non committit duo peccata, vnum omiſſionis cõtra præceptum contritionis, alterum indignè tractando ſacramentum, ſed ſolum hoc poſterius, quod eſt commiſſionis contra pręceptum negatiuum, non irrogandi iniuriam ſacramento.

Sunt qui ponunt alios caſus, quibus vrget præceptum contritionis, ſũpta neceſſitate ex fine aliquo extrinſeco, & accidentario virtuti pœnitentiæ; vt ſi occurrat vehemens tentatio, & occaſio peccandi hic & nunc, ad quam vincendam cenſeatur moraliter neceſſaria diuina gratia, & amicitia. Item quando commune malum Reipublicæ imminet, & mẽbra eius tenẽtur orare Deum, vt illi malo occurrat, ſed quomodo hæc ſunt intelligenda, vide Suarez ſæpiùs citatum. Ponunt præterea illum caſum quando inſtat præceptum annuæ confeſſionis, quod, vt nõ fictè fiat, debet includere tanquam ſui eſſentialem partem, contritionẽ. Verum id nullo modo probatur, nã ex vi huius legis tenetur homo habere illum actũ interioris pænitentiæ, qui neceſſarius eſt, ad verè illud ſacramentum ſuſcipiendum, quia hoc eſt, quod illa lege præcipitur, lexq; de ſacramento pænitentiæ diſtincta eſt, à lege contritionis, vnde non determinat illam, niſi quatenus includitur ipſa cõtritio in ſacramento; At ſecundũ veram ſententiam ſacramentum hoc non requirit contritionem

14 Narrantur alij plures caſus quibus ſecundũ aliquos vrget præceptũ affirmatiuum Pœnitendi, ſed non omnes probantur.

Suar. to. 4. in 3. p. diſ. 15. ſect. 6. n. 7. & ſeq.

tritionẽ perfectam, ſed attritionem tantum. Hinc infero, eum, qui propter impotentiam excuſatur à confeſſione debito tempore, non teneri ex vi præcepti Eccleſiaſtici, ad habendam veram contritionem: quia tale præceptum illam non requirit; ſed ſolam attritionem, ergo etiam ſi fingamus hominẽ teneri ad implendam illam præcepti partem, quam poteſt, non tenebitur ad contritionem, ſed ad attritionem tantum.

15 Non manet obligatio habẽdi contritionẽ cũ quis eſt abſolutus in ſacramento pœnitẽtiæ cum ſola attritione.

Dicendum octauo in lege noua, poſt iuſtificationem obtentam, per Sacramentum pœnitentiæ, cum ſola attritione, non manet obligatio habendi contritionem non quod talis fidelis per ſe ſit ſolutus à lege contritionis, aut quia omninò ſublatum ſit hoc præceptum, ſed quia obiectũ, ſeu materia mutata eſt, nouumque medium eſt inſtitutum, per ſe ſufficiens ad peccatorum remiſſionem, & reconciliationem hominis cum Deo; ita ſentiunt omnes, qui putant Sacramentum pœnitentiæ iuſtificare cum ſola attritione; quam opinionem cum ponamus eſſe veram, ex illa inferimus aſſertionem hanc, quia contritio non eſt medium neceſſarium, primo, quia ſi eſſet, deberet per ſe loquẽdo adhiberi in ipſa prima iuſtificatione; & ita non liceret cum ſola attritione cognita ad ſacramentum accedere, ſed ſemper omni conatu deberet quis procurare habendi contritionem; ideoque talis obligatio pugnat cum illo priuilegio Sacramenti; ſecundo, quia Sacramentum non remittit peccatum attrito in voto futuræ contritionis, alienum enim hoc eſſet ab Eccleſiæ ſenſu, & conciliorum, quæ potius dicunt contritionem aliquando remittere peccatum, in voto Sacramenti; non è contrario; quia in Sacramento fertur veluti vltima, & definitiua ſententia illius cauſę; & ideo remittitur culpa, abſque alio onere amplius ſatisfaciendi pro illa (aliud eſt enim de pœna temporali) & ideo non eſt vnde maneat obligatio, eſt enim magna differẽtia inter remiſſionem peccati per ſolum amorem Dei ſuper omnia, & comparatam per Sacramentum cum attritione, nam illa prior non eſt diſpoſitio per ſe ſufficiens, nec formaliter continet ſatisfactionem à Deo requiſitam, & ideo per illam non fit remiſſio, niſi ſub onere, & voto pœnitentiæ. Hæc vero eſt diſpoſitio, & quaſi ſatisfactio ex inſtitutione Chriſti, à quo facta eſt veluti commutatio quædam, neceſſitatis contritionis, in neceſſitatem confeſſionis, cum omnibus ad illam requiſitis; & ideo abſolute illam acceptat, vt ſatisfactionem ſufficientem, ſuppleturque ex meritis Chriſti, per Sacramentum applicatis; quod ex parte hominis deeſt; ac proinde non manet obligatio vlterioris contritionis; Accedit etiam, quod inſtitutio hæc, & priuilegium Sacramenti, non debuit fieri cum tanto grauamine; nimirum, vt manente abſolutè adhuc obligatione cõtritionis, adiungeretur cõfeſſionis onus; ergo facta eſt potius per modum commutationis, nam attritio cum Sacramento, æſtimatur, & acceptatur per modum contritionis.

Magna eſt differentia inter remiſſionem peccati per ſolum amorẽ Dei ſuper omnia, & illam quæ habetur per ſacramentũ cum attritione.

16 An q in articulo mortis confeſſus eſt cum attritione, teneatur habere contritionem.

Sunt qui excipiunt ab hac aſſertione articulum mortis, in quo volunt, eum qui mortaliter peccauit, etiam ſi confeſſus ſit cum attritione cognita, teneri adhuc ad habẽdam contritionem, ea ſcilicet ratione, nam licet ſit probabilis opinio, attritionem cognitam cum Sacramẽto ſufficere ad iuſtificationem, non eſt tam certa; & poteſt eſſe falſa; quod ſi fortaſſe re ipſa ita ſit, illa æſtimatio non ſufficit, vt homo ſaluetur, ergo qui ſciens, & videns, ita ſe mori permittẽs; voluntariè expo-

nit

nit ſe morali periculo æternæ damnationis, nam vbi eſt morale dubium, eſt morale periculum, præſertim in re tam graui, hanc ſentẽtiam, vt probabilem tenet Suarez, illamque explicat, intelligendam eſſe nõ de neceſſitate medij re ipſa requiſiti, ſed præcepti. Vnde ſi tandem cõtingat hominem in tali caſu, ſine actu amoris, vel contritionis, & ſine nouo peccato, vel quia raptus eſt priuſquam hoc aduertere poſſet, vel quia id omiſit ex probabilis ignorantia, obligationis; ſeu iuris, aut etiam facti, dum omni conatu talem procurauit actum facere; & putauit ſe feciſſe, re tamen vera non fecit; in his inquam caſibus, ille homo ſaluabitur, quia à neceſſitate præcepti, tunc excuſabitur; propter aliquam ex dictis circumſtantijs.

Suar. to. 4. in 3. p. d. 15 ſect. n. 413. & diſp. 5. de præcep to char. ſectio. 3. n. 3.

Quam grauiter ſentiant Sacra Scriptura, & Sancti Patres de delata pœnitentia.

Cap. 16.

1 MEdicorum aphoriſma eſt, tardam non eſſe venenatis, medicinam adhibendam, vnde illud Celſi. *Venerata indutias non patiuntur*; quod, ſi id ex medicorum ſententia in corporis membris curandis, diligenter eſt ſeruandum; quanto magis dum agitur de vitijs, ægrotationibuſque animi. Venenum docuimus ſupra, eſſe peccatum, antidotus celeberrima eſt pœnitentia, imò huic morbo, niſi hæc adhibeatur medicina, nunquam conualeſcere ægrotum, nuper demonſtrauimus, Quod ſi tarda fuerit, ſæpè reddi inutilem, & infructuoſam, vtpotè fictam, & non veram, paſſim ſacræ paginæ; ſanctique Patres teſtantur, nam. *Venerata induatias non patiuntur.* Audi quod dicat Ioannes Apoſtolus (vt inde incipiam) in ſua priori Epiſtola. *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis.* Scio hunc eſſe vnum de difficilioribus nõ illius Epiſtolæ tantum, ſed totius Scripturæ locis, tamẽ Oecumenius, Hieronymus in illud Hieremiæ. *Noli orare pro populo iſto.* Gregorius Toletus, Suarez, per peccatum ad mortem intelligũt illud, quod peccator negligit, ſeu non curat pœnitentia delere; qui ergo peccat, & pœnitentiæ nulla dat ſigna, nec quæ ad ſalutem faciunt, exhibet, ſed aut in voluntate peccandi permanet, aut commiſſa peccata mortalia, nõ emendat, ſeruans in futurum tempus, pœnitentiam; ad mortem peccat; quia quantum eſt ex parte ſic peccantis in damnationem, & mortem tendit, quamuis enim per pœnitentiam conuerti poſſit, & veniam impetrare; tamen difficillima redditur, & vt plurimum inutilis, & infructuoſa: vnde Ioannes ſubdit. *Non pro illo dico, vt roget quis*, non prohibet rogãdum pro peccante ad mortem, non enim, inquit, non roget quis, aut ſic dico, vt non roget, ſed habet ſic, non dico, vt roget quis; eritque ſenſus, dixi, vt pro peccante non ad mortem fideles fratres rogent, quia impetrabunt à Deo, vitam illi peccanti, pro peccante ad mortem, non dico, vt roget, non ſic promitto, per talem orationem impetrandam vitam; nec nullum certitudinem facio oranti pro hoc; huiuſmodi enim ſupplicationes, ita malè, vt plurimum expediuntur; vt dicat Hieronimus; ſtultum eſſe orare pro eo, qui peccauerit ad mortem id eſt pro peccante, & perſeuerante in peccato, ſeu qui vſque ad mortem emendari non vult, vt ipſe exponit, & Oecumenius addit, qui ſic oraret, male oraret, quia peteret pro

Quod ſit peccatũ ad mortem, pro quo nõ orandum.

cap. 1.

Hieron. In comment. epiſtolæ huius. c. 14.

Gregorius lib. 6. in lib. Reg. cap. 1. Toletus in Luc. c. 13. annot. 3. Suar. to. 4. in 3. p. diſp. 4. ſect. 1. num. 11.

Hieron. Luco citat.

pro impœnitentibus veniam, quæ ſine pœnitentia non datur.

2 Nos autem verba Ioannis non ad orationis prohibitionem, ſed ad difficillimam eius exauditionē volumus referri, tamq; dubiam tenent pœnitentiam qui cū morti ſunt proximi, peccatorum ſuorum petunt veniam, vt Dominus noſter promittens Paradiſum latroni, emendationem differenti in extremum vitæ, iuramentum præmiſit. *Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiſo*, nam tam rarum eſt Dei donum, vera pœnitentia in extremis: tamque rarior talis pœnitentia, tali cum fide coniuncta, qualem licebat obſeruare in latrone; vt quaſi dubitans Chriſtus an digna fide, à poſteris dijudicaretur hiſtoria, promiſſum ſuum, quamuis ore ſummæ veritatis proditum, voluerit iuramento firmare, quanquam incertum ſit, vt annotat Brugenſis, an latronem illum non pœnituerit ante actæ vitæ, priuſquā crucifigeretur pręterea licet demus conuerſum fuiſſe ad Chriſtum in fine vitæ, non tamen (vt ſentiunt multi Patres) diſtulit emendationem in extremum vitę ſic Euſebius Emiſſenus, ille nec ſalutis tempore ſciens diſtulit; nec remedia ſtatus ſui, in momenta vltima, infœlici fraude poſuit, nec redemptionis ſuæ ſpem in deſperationis nouiſſimam, reſeruauit, nec religionē ante, nec Chriſtum ſciuit; quod ſi ſciſſet, fuiſſet forſitan inter Apoſtolos, non poſtremus in numero, qui prior eſt factus in Regno. Vnde infert Emiſſenus illam conſequentiam; ergo etiam ex hoc placuit Deo, quia ad cōſequendam fidem non fuit extrema illa hora, ſed prima; concinit Sanctus Ambroſius cito, inquit, ignoſcit Dominus, quia cito ille conuertitur, conſentit D. Auguſtinus dicens, quam cito eū repleuit Spiritus ſancti eruditio; per quā futuri examinis diem cogitans; & ſi intolerabile probat eſſe quod ſentit, grauius tamen intelligit eſſe, quod metuit. Fælix latro, quem in cruce agentem inter cruciatus, & dolores mortis, non leuaminis cura, ſed vna de Iudicio ſolicitudo pungebat; plenus ergo doloribus in cruce poſitus, non ad corporis liberationem, nec ad dolorum imminutionem, attēdit; vnum ſolum reſpiciebat inter dolores, inter mortis pericula, nimirum Iudicium imminens, de hoc interpellabat, propter hoc Ieſum conueniebat, cætera paruipendens.

Luc. 22.

Brugenſis ĩ c. 23. Luc.

De latronis cōuerſione quid ſenſerint PP. Emiſſenus. homil. de beato Latrone.

Ambroſius in cap. 23. Lucæ. Auguſt. ſerm. 110.

Hæc ſi bene perpendantur, videbimus, nec in hoc latrone haberi exemplum, quo quis abuſus præſumat, vel dilata emendatione in extremum vitæ, ſe recipiendum nihilominus in gratiam; vt temerarij, vel admittendum ſe mox è morte in Paradiſum, abſq; Purgatorijs vllis pœnis, vt hæretici. Quin potius ab altero latrone validiſſimū ſumitur argumentum, ijs, qui in fine vitæ, in ipſo penè mortis limine expectant conuerti ad Dominum, ruinam imminere, & præcipitium, nam quamuis à latere eſſet Chriſto, eius pretioſo ſanguine madidus, tot miraculorum oculatus teſtis, quādo obſcuratus eſt Sol, velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum, terra mota eſt, monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sāctorum, qui dormierāt, ſurrexerunt, petræ ſciſſæ; ipſe tamen cor habens durius ſaxis, ſcindi ad poenitendum noluit. vix eſt qui à morte admittitur in Paradiſum, ſi emendationem diſtulit in extremum vitæ. 3

Matth. 27.

Mirè præfiguratum parabola Patrisfamiliæ, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuā. Iſtis certum promiſit pretium. *Conuentione autem facta, cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.* Egreſſus circa horam tertiam 4

Matth. 20.

Figura dilatæ pœnitētię quam ſit periculoſa.

videns alios ſtantes in foro otioſos dixit illis, *Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis*. Iuſtum pretium promittens, incertum tamen, exiens etiam circa ſextam, & nonam horã fecit ſimiliter, at quando vocauit illos qui ſteterunt otioſi vſque ad horam vndecimam, nullũ pretium, nec certum illis promiſit, nec incertum; ſed tantum ait, *Ite & vos in vineam meam*; nullaq; ſpe pretij, allicit. cur ita? Reſpondet Chryſoſtomus in ea re vulgarem cõſuetudinem ſequutum eſſe Chriſtum, non enim ſolemus certã mercedem pangere, niſi his operarijs, quos mane conducimus, vt toto laborẽt die, ſi qui ſerius veniunt, quaſi nihil eo die lucraturi ſint, nihil certi pollicemur: hæc ille. At addere poſſumus nos hoc facto veluti egregijs picturæ colorib. illuſtrari, quod accidit ijs, qui reſpondere differunt vocationi diuinæ, vſque ad ſenectutem; qui ita in diſcrimen ponunt propriam ſalutem; vt nulla certa eis detur ſpes vitæ æternæ; quod ſi quandoque mercedem conſequantur, denarium, ſcilicet diuturnum; tam rarum eſt donum Dei, tamque inſuetum, vt demirẽtur, & ferè murmurent etiam electi.

5 Antiochus, 2. Macab. 9.

Quã infructuoſa Antiochi pœnitentia.

Sed miſſos faciamus tropos, & figuras, legat Antiochi hiſtoriam, qui vult clara luce intueri, quam malã ſuſcipiet expeditionem, ſera pænitentia; ipſe enim, cum ingraueſceret morbus à diuina manu immiſſus, & dolor ita augeretur, vt extremus immineret dies; agnoſcens peccatum, profuſis lacrymis, veniam deprecabatur, ſed audi quam benè expeditus. *Orabat autem hic ſceleſtus Dominum à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus*. Cur ita? Reſpondet D. Thomas, Antiochus non verè pænituit, dolebat enim de culpa præterita, nõ propter offenſam Dei, ſed propter infirmitatẽ corporalem,

Thom. in 2. Macab. c. 9. & 3. p. q. 86. art. 1. ad 2.

quam patiebatur. Ex epiſtola, quam mox ſubijcit, quid optet, ſignificat, & quam ſit lõgè, vt de ſpirituali cogitet ſalute, cum de Regno laboret, & apertè in extremo vitæ articulo, mentiatur, cum enim abieciſſet omnem ſalutis ſpem, cum illam epiſtolam ſcriberet, vt teſtantur illa verba, *Deſperans ſcripſit ad Iudeos*: inter ſcribendum tamen ait. *Non deſperans me ipſum, ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem*. Neque in tota epiſtola vllum occurrit verbum, in quo appareat de culpæ venia ſolicitudo, aut peccati dolor, neque alium inuenimus de foeda illa atque horribili plaga, accepiſſe fructum; niſi aliqualem ſui cognitionem, cum enim ſe prius Deum eſſe crederet, aut aliquid ſe habere diuinis ſimile, poſt diẽ illum, & obſcoenam plagam, mortalem ſe eſſe cognouit, neque ab alijs habere diſſimilem naturam; præter hoc, nihil conferẽs ad animæ ſalutem eſt operatus. Quid mirum ſi de tali ſemine, talem carpſerit manipulum. *Orabat autem hic ſceleſtus Dominum à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus*. Ficta & mendax erat poenitentia, tanquam ſpuria reijcitur; Deo, & Angelis eius execrabilis.

Quod ſi quis percontetur, cur ſera poenitentia plena periculis, vt plurimum ficta, infructuoſa, non acceptabilis? apud eandem ſcripturã ſacrã, quę tam ſępè illam diſſuadet, plures reperiet cauſas. Prima illa poteſt afferri, quia paſſiones, ob dilatam pœnitentiam, creſcunt, & ita creſcunt, vt maximo impedimento ſint, conuerſioni id ſignificant illa verba Iob. *Tigris perijt eo quod non haberet prædam*: vbi ſeptuaginta pro *Tigri*, reddunt *Myrmicoleon*, quod ſignificat, *Formica Leo*, ſcio Olympiodorũ ad diabolum hæc verba referre, is enim Formica eſt, pietate præditis hominibus, Leo impijs, 6

6 Cauſæ numerantur cur ſera pœnitẽtia, plerũque ficta, & infructuoſa.

Prima cauſa.

Philip-

Philippum vero alia ratione, ad eundem referre, quod quando prædam agit de Sanctis, tanquam de maioribus rebus, vt Leo habendus eſt, quando vero minima quærit auferre; Formica eſt dicẽdus, ſed Nylus in catena, eo nomine ait ſignificari animi paſſiones, & perturbationes, quæ cum initio facilè ſuperari poſſint, ſi ſinantur creſcere, in ſæuiſſimos euadunt Leones; ergo dilata pœnitentia, cum ſinat paſſiones nimium augeri, difficilem reddit conuerſionem.

7 Difficiliorem illã reddit. Secunda cauſa, nam peccatum habet neſcio quid ſempiterni, cum enim acceptum ſit apud graues Theologos, eum, qui in peccato mortali perſeuerat, non diu permanſurum ſine nouo peccato, eſtque id conſonum definitioni, & doctrinæ Concilij Mileuitani, dicentis; gratiam Dei, qua iuſtificamur, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, non ſolum ad remiſſionem peccatorum, ſed etiam ad adiutorium ne committãtur, valere, & inferius exponit ita valere, vt etiam neceſſaria ſit, detque non tantum facilius, ſed etiã ſimpliciter poſſe, ſequitur peccatũ commiſſum, quod ſimul non poteſt ſtare cum gratia, mox ſuo pondere ad aliud trahere, & ſic deinceps in infinitum. Hic poteſt eſſe ſenſus (vt plures alios omittam) illorum verborum. *Qui in vno offenderit factus eſt omnium reus.* Quod quemadmodum conſtituitur à Iudice reus furti, contra quem habet indicia perpetrati furti, ita qui certum committit peccatũ mortale, ſi illud mox pœnitentia non delet, iure optimo poteſt conſtitui reus omnium cæterorum, nam certiſſima argumenta præbet, & inditia, deinceps, prout fert occaſio, indiſcriminatim cętera commiſſurum, violatio enim vnius legis, ſenſim allicit, & trahit ad violationem alterius, tandemque omnium; verbi gratia nimius amor pecuniæ, trahit ad fraudes, illicitos contractus, lites; pugnas, verbera, cędes, rurſum ad faſtum, gulam, libidinem, tandem ad blaſphemiam, hæreſim, & Atheiſmum. Audi Ioãnem Apoſtolum, & Euangeliſtam quid ſub ænigmatibus, & figuris de iſtis perditis hominibus proferat. *Poteſtas equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum, nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus habentes capita, & in his nocent.* Sed cur equorum caudæ, in capita ſerpentium deſinunt? Ricardus de ſacto victore, illam rationem affert, quoniã improbi dum nequeunt, aperta perſecutione nocere, per occultam, & fraudolentam perſecutionem nocẽdi ſumunt initia, ſed luculentiorem, & rei noſtræ ſatis appoſitã, aliam reddit Ioachinus, quia inquit cum putantur ab inferendis quieſcere tunc ex inſperato, deteriora mala committunt, & caudæ eorum ideſt finis pręcedentium malorum, in capita deſinunt, ideſt initia futurorum; id quod expreſſum eſt libro Iob. vbi de impijs dicitur. *Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum*, quia videlicet impij, & nefarij homines alia mala, in alia replicant; quemadmodum exponit D. Gregorius, omne inquit, quod inuoluitur, in ſemetipſum replicatur; benè ergo de reprobis dicitur, inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum; quia ad conſueta ſemper mala replicantur, & quaſi extra ſe tenſi, ad ſemetipſos, per circuitum redeũt; quo pertinet illud Pſalmi 11. *In circuitu impij ambulant*, hęc Gregorius.

Secunda cauſa.

Can. 3.

Iacob. 2.

Quomodo dicatur reꝰ omniũ peccatorũ, qui in vno offenderit.

Apoc. 9.

cap. 6.

Gregorius lib. 7 mor. cap. 14.

Pſal. 11.

Vſum, praximque totius huius doctrinæ; & qui in tractandis rebus eſt verſatus non ignorat, & in ipſamet Scriptura illius magiſtra reperiet. Primum peccatum Cain ex Chryſoſtomo, Caietano, & alijs 8

Geneſ. c. 4.

fuit,quia malè ſacrificauit de frugibus enim terræ qualiacumque obueniebant, nulla ad delectum adhibita opera, vel diligentia, obtulit Deo, & fortaſſe putida, ac macida, & in humum decidua; at quia neglexit primi pœnitentiam,mox lapſus eſt in ſecundum, fratri ſuo inuidit, deinde Dei admonitionem cõtempſit;Huic ſucceſſit fraudulenta, & doloſa cum fratre allocutio; Poſtea crudeliter eum interemit,quinto addidit ſextum, dum procaciter Deo,perpetratam cædem negauit. Tandem ſceleris admiſsi veniam deſperando, ſe ipſum damnauit: En nefariam prolem primi peccati, per pœnitentiam non deleti. Non diſſimilem ſobolem videbis genitam,& propagatam,à proditore Iuda nam peccatum furti, cuius nunquam eum pœnituit.

Ioan.12.

Fur enim erat, & loculos habens ea, quæ mittebantur portabat. Parturijt illam, tam manifeſtam murmurationem.

Matt.26.
Mar.14.

Vt quid perditio hæc, potuit, enim iſtud vnguentum venundari multo, & dari pauperibus. Murmuratio proditionem, prodidit enim Chriſtum, vt traderet inimicis,proditio, impiam illam venditionem, vendidit enim Dominum triginta argenteis, venditio deſperationem, *peccaui, tradens ſanguinem iuſtum*. Deſperatio, ſui ipſius,tam foediſſimum homicidium. *Et abiens laqueo ſe ſuſpendit*.

Luc.c.22.
Matth.26.
Marc.14.
Matth.26.
Matth.27.

Tot peccata commiſſa, vnius peccati furti, ſcilicet vel auaritiæ fuere filij,nepotes,& poſteri. *Vaccas Bethauem coluerunt, habitatores Samariæ*, inquit, Oſea Propheta per Bethauem intelligi vrbem Bethel teſtatur Hieronymus, & latè Ribera, ſed cum vnus fuerit vitulus in Bethel, quæritur cur plurium meminerit Propheta, nec vitulos appellauerit, ſed vitulas, aut vaccas? Reſpondet Ribera, & alij, vitulum aureum fuiſſe in Bethel, & vitulas præterea, & vaccas quas Aegiptiaca ſuperſtitione colebant.

cap. 12.

Hieron.
In cap.5.
Oſeæ.
Ribera in cap.4.n.19.

3. Reg. 12.
Exod.32.

Sed ſi ſenſum amplectamur allegoricum, non ſine myſterio vitulum, imò caput vituli, inſtar illius, quod olim teſte Hieronymo conflauerunt Iudæi in deſerto. Vaccam appellari dicimus nam peccatum illud idolatriæ, quo vitulum pro Deo adorarunt,potens fuit multa alia grauiſſima gignere peccata; merito igitur non vitulus, ſed vacca nuncupatur, immò plurium nomine inſignitur; nam tanta fuit prole fœcunda,quantam nec plures vaccæ poſſent ferre. Deplorandus eſt peccatoris ſtatus,qui potens eſt, vt faciat malum,bene autem operari,nec nouit,nec poteſt.

Hieron.
In cap. 9.
Oſeæ.

Auget emendationis difficultatem, tertia cauſa, nam homini imbecillioribus viribus, & ſæpè cadẽti, minus validum à Deo pluries, prouiſum eſt fulcrum. 9

Tertia cauſa.

Dicam apertius, homini multoties peccanti, & in peccato ſeneſcenti, Deus minuit auxilium, indicant illa verba Sophoniæ. *Vox cantantis in deſerto, coruus in ſuperliminari, quoniam attenuabo robur eius*.

Soph.c.2.

Quæ quidem iuxtà literalem ſenſum videntur ſignificare,Deum ob peccata Niniues, ita debilitaturum robur, & fortitudinem illius Ciuitatis, vt danda ſit in prædam,& vaſtationem hoſtium, & talẽ, vt in feneſtris domus,quaſi in ſolitudine,cantantes ſentiantur auiculæ,& in ſuperliminaribus, corui. At ſi allegorice, & morali interpetrationi volumus ſeruire, benè ad rem noſtram; auiculæ cantantes, homines videlicet leues libertatis, & voluptatis ſtudioſos, ſignificant, corui vero eos,qui coruorum inſtar cras,cras, canunt, qui vè emendationem vitæ, & ſana conſilia procraſtinãt eaque de die in diem differunt, de quibus Sanctus Auguſtinus; ipſa ait res eſt, quæ multos occidit, cum dicunt, cras, cras, & ſubito

Auguſt.
ſerm. 16.de
verb.Dñi.

ſubito

ſubito Oſtium clauditur, remanſit foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum, cras, cras, corui vox eſt: ſic ille. Hi bene dicũtur corui in ſuperliminari, nam quando obuia eſt occaſio; & aperitur illis porta egrediendi à peccatis, vt in diebus quadrageſimæ, alijſque feſtiuis diebus, vel quando graui morbo oppreſsi, morti ſunt proximi, tunc potiſſimum crocitant, triſti, & ferali voce, procaſtinant pœnitentiam, eamque adhuc de die indiem differunt, ſed quomodo ſe cum illis geret Deus? *Ego attenuabo robur eius*; & quod, nam eſt robur hominis fatigati, ex itinere, quo itur ad patriam, niſi Dei gratia de qua Diuus Paulus. *Omnia poſſum in eo qui me confortat, et nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto*, hoc robur ob tot peccata, & ob dilatam pœnitentiam, ita ſępè attènuabitur, vt vix cum illo poterit talis impœnitens ſaluari.

Philip. 4.

1. Cor. 12.

10 An Deus quandoque ob peccatorum multitudinem, prorſus deneget auxilium.

Sunt qui ſentiunt ita quandoque excreſcere peccata, vt ob eorum multitudinem, Deus prorſus deneget auxilium; ſed de hoc paulò inferiùs in ſequenti capite. Sat erit ad deplorandam miſerrimam peccatoris conditionem, vt quanto imbecilliores redduntur vires, ob prauam, & inueteratam peccandi conſuetudinem, tanto minus ſint ſuffultæ cœleſtibus auxilijs. Hoc metuebat Dauid, dum deprecatur Deum illis verbis. *Ne proijcias me in tempore ſenectutis, cum defecerit virtus mea ne derelinquas me*. Quæ ſententia, licet communiter ita intelligatur, quaſi ſupplex oret Propheta, vt illam prouidentiam quam pręſtitit Deus Dauid iuueni, & recens nato, ne auferat iam ſeni, & debili, cum auxilio, & ope diuina magis indigebat; ac ſi dicat qui naſcẽtem excepiſti, & iuuenem per tot iuuentutis diſcrimina cuſtodiſti, ne proijcias ſeneſcentem, & tanquam inutilem ſeruum, iam ſenem, Domo eijcias, ſed Euſebius Didymus Euthymius Nicepharus, & Ruffinus tempus ſenectutis, cum deficit virtus, multitudinem peccatorum, quę per pœnitentiam non ſunt deleta, intelligunt; cum me, inquit, onus peccatorum meorum, ac multitudo degrauat, ne proijcias me, & tuo auxilio indignum Iudices, non ignorans, Deo hunc eſſe morem, ob peccatorum multitudinem, niſi deteſtentur, auxilium minuere, & in peccato ſeneſcenti manuum ſuarum fulcrum, ferè remouere; & hunc ſenſum, inquit, Agellius noſter, & perſonæ Dauid, & cuique è populo, & toti genti Iudæorum congruere.

Pſal. 70.

Tantumque valet dilatio pœnitentiæ ad minuẽdam gratiam, vt Chriſtus pio Latroni dicenti ſibi in Cruce, *Domine memento mei dum veneris in Regnum tuum*. Reſponderit. *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Nonne ſatis videbatur eſſe, ſi dixiſſet, *Mecum eris in Paradiſo*, cur addidit. *Hodie*? Hoc expẽdens Sanctus Ambroſius ait potuit dicere mecum eris in Paradiſo, ſed addidit, *Hodie*, ne dilatione, gratia minueretur ſi igitur tantilla dilatio minuit gratiam, ò miſerum, qui differt pœnitentiam in extremum vitæ, nam ſuo malo experietur; ſeneſcenti in peccato, & ſępius cadenti, ob virium imbecillitatem, vberius illud prius auxilium denegari.

Ponderantur verba Chriſti cũ latrone loquutis. Luc. 23.

Ambroſius in Pſal. 118. Octon. 8.

11 Quarta cauſa.

Et quod peius eſt eritq; quarta cauſa, quæ difficillimam reddit conuerſionem, differentis pœnitentiam; nam cum ope diuina magis indiget, ad ipſam implorandam ſit ineptior; homo enim aſſiduè peccando, nec reſipiſcens, vſum ferè rationis amittit, in maximaq; egeſtate conſtitutus, quid ſibi opus ſit non intelligit, *miſerum*, cum teſte Auguſtino, *peſſimum genus peccati ſit, non intelligere*

Peccator inueteratus ad opẽ diuinam implorandum ſit ineptior cũ magis indiget.

Auguſt. ſerm. 5. de litanijs.

peccata; omnes quidem cognoſcentes crimina ſua, reconciliari Domino per pœnitentiam poſſunt; nullus magis de peccatoribus plangi dignus eſt, quam qui putat ſe non habere quod plangat; nullum enim malum facilius decipit, quam cum non intelligitur eſſe malum. At quomodo poteſt ab illo intelligi, qui quamuis intellectu ſit præditus, aſſiduitate peccandi, iumentorum inſtar, vſum ferè rationis amiſit: Prætermitto ad id probãdum vulgatam illam authoritatem. *Homo cum in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſipientibus, et ſimilis factus eſt illis.* Prætermitto Chryſoſtomũ pulcherrimè philoſophantem, homines impios ſuis moribus beſtias non modo exprimere, ſed etiam ſuperare. Si veluti in pictura huius peccatoris ſpeciem vis perſpicere, qui tractu tẽporis peccando, veluti rationis vſum amittit, perpende illa verba Pſalmi. *Dirumpamus vincula eorum, et proijciamus à nobis iugum ipſorum.* Nonnulli grauiſſimi Authores poſt Tertullianum, Hilarium, Arnobium, vt ſunt Theodoretus, Coſmas Indicopleuſtus, & alij, putant verba hæc eſſe Spiritus ſancti, quibus plebem ſuam admoneat, vt à ſe iugum Iudæorum excutiant.

Pſal. 48.

Chryſoſt. homil. 7. in Geneſ & 9. de Aſcenſ.

Pſal. 2.

12 Vel piorum, deteſtantium, impiorum hominum vitam, & mores: Sed nota myſterium prius dicitur. *Dirumpamus vincula*, deinde ſubditur: *proijciamus iugum*, vt ita quid in via peccantium accidat, veluti in tabula, ad viuũ depicta, cernamus: nam quemadmodũ vincula ad ſtringendas manus, & pedes potiſſimum valent, dumque non reuelluntur, qui ita religantur, impotentes ſunt ad ambulandum; nec tendere manus poſſunt petentis auxilium, vel miſericordiæ implorantis, ſignum; oculis tamen, ac voce earum poſſunt ſupplere vices, Cœlum ſubmiſsè, & reuerenter intueri, inde expectantes opem. At iugum ad terram deprimit collum, nec ſinit oculos ſurſum tolli; comprimit etiam guttur, & prohibet libere loqui, ita vt ij qui ſub iugo ſunt, ad actiones humanas non magis reputentur idonei, ac ſi eſſent belluæ. Sic peccatum quod ante conſuetudinem erat vinculum, ipſa conſuetudine inueteratum, & confirmatum, fit iugum, non ſinit oculos ſurſum tolli, omnem hominis affectum ad terram deprimit, iuxtà illud Dauidis oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, peccata non intelligit, & conſequenter non putat ſe habere quod plangat; cumque non intelligat, nec plangat, confiteri etiam contemnet, rationiſque vſus ita videtur expers, ac bellua, quæ eſt ſub iugo.

Pſal. 16.

13 Merito Chryſologus explicans illud, quod Lucas ait de filio prodigo. *In ſe reuerſus*, inquit, in ſe redit, quia à ſe ante receſſerat, & idem cum in ſe non eſſet, non erat ſecum, videtur enim extra ſe ferri, mentemque, & intellectum egredi, qui cum peccando tot ſimul bona amittat, totq; malorum fiat reus audeat adhuc in peccatis perſeuerare, & quemadmodum de eo qui eſt impos animi, vulgò dicitur *non habita*, ſic Gregorius in hanc ſententiam ponderans id quod Chriſtus dixit cuidam, quem curauerat. *Vade in domum tuam*, ait, quia nimirum dignum eſt, vt peccator poſt veniam ad mentem ſuam redeat, extra ſe per inobedientiam miſſus, mentis ſuæ locum perdidit: ſic ille. Quod ſiquis vix peccando, animo non ſatis compos ſit, mirum non eſt, quod in peccatis ſeneſcens, vſum ferè rationis amittat; & tanquam bellua ſe gerat dum agitur de ſalutis negotio. Tam ardua res eſt, talem peccatorem reuocare ad pœnitentiam,

Chryſoſt. ſerm. 2. de fil. prodig. Luc. c. 15.

Gregorius moral. c. 10.

Matth. 9.

Quodimodo Chriſto non ſuppetũt vires reuocãdi peccatorẽ inueteratũ ad pœnitẽtiã.

vt quodammodo Chriſto non ſuppetant vires ad id peragendum, ſed opus illi ſit alios implorare, vt ſint ſubſidio, & ferant opem; lege Lazari hiſtoriam, apud Ioannem, & id reperies exornatum graphicè, & quaſi pictoris manu expolitum: loquens ibi Chriſtus de Lazaro, vita functo, ſub dormientis metaphora, inquit, *Lazarus amicus noſter dormit vado, vt a ſomno excitem eum*. At cum miſſos faciens tropos, & metaphoras, manifeſtè aſſerit, Lazarum eſſe mortuum, cõuerſus ad diſcipulos ſubdit. *Eamus ad eum*; cui dubium Lazarum eſſe peccatoris figuram, & talem, vt in ipſa paſſim videant Patrȩs, omnem peccatoris ſtatum; eſt autem peccator veluti Lazarus dormiens, qui dum ſegnius tractans ſuæ ſalutis negotium, quædam peccata (quæ humani generis eſt fragilitas, & imbecillitas) veluti clauſis oculis admittit; At idem eſt Lazarus mortuus, cum perpetrata peccata non modo non dolet, ſed ita in illis conquieſcit, vt mortuum dicas, & ad omnẽ vitæ functionem prorſus ineptum, ita enim conſueuit peccatis, tamque mos apud ipſum inualuit peccandi, vt benefacere prorſus neſciat. Sed nota ad [La]zarum dormientem ſe ſolum offert Chriſtus iturum. *Vado vt à ſomno excitem eum*, nam ad manum habet faces ad mouendas, quæ illum excitent, ſuæ ſaluti indormientem; At cum de eodem iam mortuo, incidit hic ſermo, conuerſus ad diſcipulos ait, *Eamus ad eum*, quaſi Chriſto non ſuppetat facultas, ad tam arduum peragendum opus, diſcipulos implorat, vt ſubſidium laboraturo ferant, *Eamus ad eum*. Vide quam obnixè, omnique conatu, id ſit faciendum; nam quando agitur de Loth Sodomis educendo, diſſimulante illo egredi, inquit Scriptura, quod Angeli apprehenderunt manum eius, & manum vxoris eius, vbi textus Hebraicus habet, teſte Oleaſtro, *Fortiter tenuerunt viri manum eius*, aut *Fortificauerunt ſe viri in manu eius, & in manu vxoris eius*; nam tanti negotij eſt peccatorem è loco culpȩ extrahere, vbi iacebat, vbi fixerat habitaculum, vt impares ſint vires Angelicæ (niſi nouæ illi addantur à Deo) deficient.

Ioan. c. 11.

Lazarus figura peccatoris in diuerſis ſtatibus.

Geneſ. 19.

Addam vltimam cauſam (vt miſſas faciam plures alias) quæ reddit 14
cõuerſionem in extremum vitæ dilatam, ferè impoſſibilem, nam in mortis articulo degẽs omnia habet infeſta, quæque à vera pœnitentia deterrent. Diabolum, Deum ipſum, domeſticos, ſeipſum moroſum, ac ſibimet tȩdioſum ſenem, grauem, ægritudinem, præſertim læthiferam; quid non illi aduerſatur, vt tam ſera pœnitentia effectum non habeat? Diabolus, hoc ſibi timebat Dauid, quando Deum ita deprecatur. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus præualui aduerſus eum*. Hoc eſt iuxtà Hugonis Cardinalis interpetrationem, cum duplex ſit interior oculus, quemadmodum, & exterior, ſiniſter qui dicitur cognitionis; Dexter verò affectionis, illum illuminari petit, per ſcientiam, hunc vero per virtutem, quod alijs verbis petere nos docet Sancta Mater Eccleſia, *Largire nobis quæſumus Domine ſemper ſpiritum cogitandi, quæ recta ſunt, propitius, & agendi*: Item illis, quæ eundem ſenſum exprimũt. *Vt cogitemus te inſpirante, quæ recta ſunt, & te gubernante eadem faciamus*, ſed ad quid iſta oculorum illuminatio? quam à Deo tam ſingulari ſtudio Propheta contendit? Reſpondet. *Ne vnquam obdormiam in morte*, hoc eſt ne pœnitentiam vſque ad mortem differam, & quid mali affert iſta dilatio? *Ne quando dicat inimicus meus prȩualui aduerſus eum*,

Quinta cauſa.

Quot aduerſarios habeat inueteratus peccator in mortis articulo.

Pſal. 12.

eum, nam in morte ſolet, vt plurimum præualere, quando ſæuius oppugnat. Hic ſcilicet diabolus, inquit, Hugo Cardinalis, impetit in ſugeſtione, lactatur in delectatione, percutit in cõſenſu, inclinat in actu, præcipitat in conſuetudine, præualet in morte, quando quis moritur in peccato, quo tempore ſæuius oppugnat; ſic ille. Et quod ita morienti, dolori etiam eſt maximo, ſe viciſſe gaudet, & inſultat victo proſtratumque etiam ſuperbis, arrogantibuſque verbis obterit. hæcque exprobratio inſultantis inimici in victum; tãto victo erit moleſtior, quanto erit diuturnior, vtpotè ſempiterna.

15 Sed non ſolum diabolum habebit infenſum, tam inueteratum malum, ſed etiam Deum ipſum, & ipſius iram. *Ne tardes conuerti ad Dominum*, inquit Eccleſiaſticus. *Et ne differas de die in diem, ſubito etiam veniet ira illius, et in tempore vindictę diſperdet te*, quaſi dicat non ſolum Deum habebis iratum, & tua impęnitentia laceſſitum, excandeſcentem; ſed ſubito veniet ira illius; explicat autem Ianſenius, ſubito, hoc eſt inopinato, & citius opinione. Hugo idem, qua hora non putatur congruit cum hac ſententia illa alia. *Noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo*, ne rapiaris ſcilicet præpropera, & immatura morte, florente adhuc ætate, imò, & reluctante, inſuper acerbis, & immaturis moribus, peccatorem ſæpè ſacra Scriptura à procraſtinatione pœnitentiæ deterret, poſita ante oculos diuinæ vltionis incerto tempore, certa vindicta; & quemadmodum ſolemne eſt peccatoribus, vt pœnitentiam de die indiem differant, & tanquam coruis, futuri diei craſtinum inclamare, ita mos eſt ſacræ Scripturæ, illis in memoriam reuocare; quod Deus eorum dilationi craſtinum diem non promiſit, nec ſemper diuinam vltionem in longum tẽpus differri, ſed ſubito ideſt inopinato, & citius opinione, illius iram venire, hinc Sophonias, *venite congregamini gens non amabilis priuſquam pariat iuſſio quaſi puluerem tranſeuntem Diem*. Hortatur ad pœnitentiam gentem non amabilem, non ſolum Iudæos, ſed omnes gentes, quæ in peccato ſunt, quæ amore Dei ſunt indignæ, & emendationem differunt, dum ira Dei placari, & effugi poteſt quaſi dicat congregamini, & redite ad cor, confugite ad publicas preces, & lamenta, quamdiu vobis datur tempus pœnitentiæ, & emendationis; idque cito executioni mandate, antequam iuſſio ideſt diuina ſententia, atque decretum de inferendis ſemel ſupplicijs, pariat, hoc eſt adducat diem tranſeuntem, in quo omnia bona irreparabiliter tranſibunt, nempè diẽ judicij, vel in fine ſœculi, vel in fine vitæ vniuſcuiuſque, vel tandem in fine temporis, dati ad agendum pœnitentiam. Quaſi puluerem ideſt tam facilè, quam facilè puluis à valido vento ſublimeque iactatur, vel veniet quaſi puluis ideſt præter ſpẽ, puluis magna vi venti agitatus qui violentus ruit, & omnium oculos obcæcat. Quod ſi aduentus Domini, non ſolum in iudicio vniuerſali, ſed in particulari etiam, quod in fine vitæ cuiuſcumque eſt faciendum; vehementi vento, magna vi puluerem iactanti comparatur; quid erit illis, qui illucuſque emendationem differunt, impœnitentiamque, & impietatem, in illum extremum diem ſeruant; quam deteſtentur, & plangãt cum de impijs ſcriptum ſit. *Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ* audi eorum calamitatem, & infor-

Eccleſ. c. 5.

Peccator inueterat⁹, in articulo mortis Deũ maximè habet infenſum.

Eccleſ. 7.

Soph. c. 2.

Pſal. 1.

Digitized by Google

infortuniam. *Idio non reſurgent impij, in iudicio*, ideſt non ſtabunt nec audebunt leuare caput, aut ante iratum Iudicem hiſcere, & aliquid audacter opponere, aut crimen, per pœnitentiam non deletum, excuſare, ſed cauſa cadent, & æternis mancipabunt ſupplicijs.

16 Peccator inueterat⁹, Dei miſericordiam habet infenſam. Sed non ſolum Dei iram, & iuſtitiam habet aduerſariam qui differt pænitentiam, ſed etiam miſericordiam, & clementiam, imò implacabilior ſolet eſſe ipſa clemētia, quam iuſtitia, ijs, qui tam diu diuina abutuntur benignitate, vt habenas ſuis ſceleribus ſoluant. Suadet hoc, factum Iudæ, qui, cum ſui factoris eſſet proditor, Dei benignitate abutens. *Oſculatus eſt eum*, nec benigni oſculi euitauit ſententiam à Chriſti Domini pietate (ſi fas eſt dici) damnatus, quamque ſæuè diuina benignitas, Iudæ ſuſtinuit oſculum, expendit Ambroſius, dicens, nec immerito grauiori telo tantæ dignationis percuſſus eſt, quam ſi eum fulmine percuſſiſſet; denique patiētiam Domini ferre non poteſt, qui maieſtatem prodidit, itaque abijt, pecuniam refudit, laqueo ſe ſuſpendit, hæc ille.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.

17 Intimi, & familiares erunt etiam illi infeſti. Erunt etiam illi infeſti, qui olim fuerunt intimi, & coniunctiſſimi, qui habitant eadem in domo, eadem cum illo menſa, & foco vtuntur, vxores, filij, conſanguinei, familiares, de quibus ſcriptum eſt. *Et inimici hominis domeſtici eius*, nam quamuis non iubeat Deus exuere humanos affectus, nec vetet quin debitam quiſque beneuolētiam ſuis præſtet, ſed tantum in ordinem cogi velit, quidquid eſt mutuæ dilectionis inter homines, vt ſupereminęat pietas erga ipſum; At qui per totam vitam in amandis coniunctis fuit nimius, ita vt humanus, & carnalis ſenſus, obſeruantiam, quæ Chriſto debetur, & Deo, ſemper obruerit; ſi ex ante actis, finis hominis ſpectabitur, quomodo in mortis articulo fortiter reſiſtet immoderato erga ſuos, amori, ſi illi per totum vitæ curriculum ſemper ſuccubuit, impedimentoque fuit, ne ſequeretur Chriſtum neue eius adimpleret pręcepta? *Inimici hominis domeſtici eius*, tantum abeſt, vt illos habeat adiutores, vt potius fiant inimiciſſimi, omnes coniurati in eius damnationem, & offenſam; nam filius contumelia afficiet Patrem, quod malè ab eo educatus, turpiter viuere didicerit, filia matrem ſuam deteſtabitur, cuius ſcęlera imitata eſt, Nurus ſocrui ſuæ maledicet, quam habuit peccatorum adiutricem, & áuthorem, domeſtici maximè, quemque accuſabunt, quod mores ſuos neglexerit, & ad lucrum, & turpes voluptates inſtituerit, & has fundēt preces coniunctiſſimi, vt Deum flectant ad miſericordiam, & veniam impetrent peccatori, in extremum vitæ pœnitentiam differenti.

Matth. 10.

Sed nunquid ab improbo, & moroſo ſene, aliquid boni eſt expectandum? ò præclarum, morum, qui inualuere, & malæ vitæ longa conſuetudine firmatæ, correctorem, & emendatorem; homo ætate pariter, & peccatis confectus, ad hæc eſt prorſus ineptus, Seniorum eſt iuuentutis peccata optimis inſtitutis, & exemplis emendare, ipſos correptione non indigere, poni debet tanquam firmum. Iuniores Propheta regius alloquitur, vt oſtendat qua potiſſimum ætate emendanda delicta ſint, & corrigenda, cumque qui in labentem ſenectutem peccatorum pœnitentiam, & emendationem reijcit, fallaci quadam ſecuritate, vt plurimum decipi, hoc animaduertit Auguſtinus qui expendens verba illa Pſal. 118. *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo* 18

18 Peccator inueteratus in articulo mortis habebit maximè infenſū ſe ipſum.

Seniorū eſt iuuenes corrigere, ipſos correctione no indigere.

Pſal. 118. cócione 19

Cuſtodiendo ſermones tuos, ait, interrogat ſe, & reſpondet ſibi, in quo corrigit iunior viam ſuam? huc vſque interrogatio eſt, deinde reſponſio; in cuſtodiendo verba tua; ſed hoc loco cuſtoditio verborum Dei, intelligenda eſt operatio præceptorum, fruſtra enim cuſtodiuntur memoria, ſi non cuſtodiantur, & vita; Nam quidam verba Dei timendo agunt, ne obliuiſcantur, nec agunt viuendo, vt corrigantur. Non autem, ait iſte in quo exercet iunior memoriam ſuam, ſed in quo corrigit viam ſuam, atque ad hoc reſpōdet in cuſtodiēdo verba tua. Aeque vllo modo dicenda eſt via correcta, quamdiu eſt vita peruerſa. Sed quid ſibi vult iſte iunior? Potuit enim dicere in quo corrigit homo viam ſuam, quod plerumque in ſcripturis ita ponitur, vt ſexu honoratiori, homo intelligatur, modo locutionis, quo ſignificatur à parte totum, neque enim, & fœmina non beata, quæ non abijt in conſilio impiorum vbi tamen dictum eſt (beatus vir) hic vero nec homo, nec vir, ſed iunior, Nunquid deſperandus eſt ſenior? aut in alio corrigit etiam ſenior viam ſuam, quam in cuſtodiendo verba Dei? an fortè admonitio eſt, qua ætate potiſſimum fieri debeat, ſecundum illud, quod alibi dictum eſt, filia iuuentute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos, inuenies ſapientiam, hæc Auguſtinus grandeuæ igitur ætatis eſt aliorum potius peccata corrigere velle, quando decurſum propè vitæ ſpatium, eſt illius inſtitutum prauum, longaque conſuetudine firmatum mutare, ardua prouincia eſt, ne dicam impoſſibilis.

19 Obſtāt etiā pœnitētiæ dilatæ vſq; ad finē vitæ lethalis Quis ſanæ mentis dicat hæc omnia paruo negotio fieri, ſi his addamus grauem ægritudinem, præſertim læthiferam, mortis dolores, illius ſtatus ærumnas, & calamitates, ò inſanam frugis bonæ, vel pœnitentiæ dilationem ad vſque ſenectutem mortemue. *Viuens viuens confitebitur tibi*. Dicebat Rex ille Ezechias in ſuo cantico. *Sicut, & ego hodie*. Addit Eccleſiaſticus: *Confiteberis viuens, & viuus, & ſanus confiteberis, & laudabis Deum*, & licet illa verba. *Et ſanus confiteberis*, aliqui referant ad ſalutem animæ, communiter autem intelligunt de ſalute corporis, tunc enim inquit, Lyranus melius poteſt conſcientiam ſuam purgare, quia non impeditur infirmitatis grauitate, & Hugo Cardinalis ſanus, non ægrotus ad mortem, eodem modo Dionyſius, quia tunc ait, & melius, & Deo acceptius, cum enim in ſenectutę, & mortis tempore fit, videtur timor ſeruilis, Paulus, languore inquit, præmente, rara eſt huiuſmodi confeſſio, & morte inſtante rariſſima, meretur enim infirmus, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui viuens oblitus eſt Dei. Hæc ille. Accinit Eccleſiaſte illis verbis: *Memento Creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquant anni, de quibus dicas non mihi placent*, Hieronymus alijque paſſim Catholici, tempus afflictionis, de ſenectute, & morte atque de damnationis ſtatu, poſt iſtā vitā intelligūt, eūdemq; ſenſum videntur exprimere illa verba ſequētia. *Et appropinquant anni de quibus dicas non mihi placent*, vel vt alij vertunt. *Non eſt mihi voluntas in illis*, ſicque ſenſus eſſe poſſet, non eſt mihi in his annis negotium, non opus, quia deeſt facultas, & poteſtas præ corporis, & animi virium imbecillitate; imò ſunt, qui verba ſequentia. *Antequam tenebreſcat Sol, & lumen, & Luna, & Stellæ, et reuertantur nubes poſt pluuiam*. De membris corporis explicant, vt ſint ſol, luna, & ſtellæ, oculi, aures, nares, & totius corporis

morbus, & mortis dolores. Iſai. 38.

Eccleſ. c. 17

Eccl. c. 12.

ris ſenſus, in quibus erunt ſub mortem, læthalia ſigna. Quod ſi ſalutis opus res negotioſa eſt, tamque difficilis, vt totum requirat hominem viuum, & ſanum, eumdemque viribus non nixum propriis, ſed diuinis. Num perditus homo, ope cœleſti penè diſtitutus, in ipſo vitæ limine, quādo homini ficto, & ſtatuis potius eſt comparandus, de quibus ſcriptum eſt. *Os habent, et non loquentur, oculos habent, et non videbunt, aures habent, et non audient*, &c. tam arduum, & periculoſum negotium non modo fœliciter peragere, ſed vel inchoare poterit? mercis ſordidæ erit negotiator, non vitæ, & ſalutis, ſed mortis, & damnationis æternæ ad quam parat aditum, dilata pœnitentia.

Pſal. 113.

20 Illud non prætẽribo in calce huius capitis, ad demoſtrandam difficultatem pœnitentiæ in mortis articulo ſatis idoneum; quod legitur apud Lucam vbi Chriſtus Martham alloquēs, repetitione nominis opus fuiſſe, æſtimauit, vt doctrinam ab ipſo tradendam; attenderet, & audiret attentius, vt benè animaduertit D. Auguſtinus, & apertius Caietanus, ita inquiens duplicauit nominationem, propter myſterium doctrinæ ſubiunctæ de vita actiua, & contemplatiua, actiuæ enim vitæ vacantes, egent repetitione doctrinæ, adhoc vt imbibant illam, eo quod interius diſtracti ſint, & hinc prudentes viri bis repetunt mandata, occupatis, & diſtractis, hæc illle. *Martha Martha ſolicita es, et turbaris erga plurima.* Non taxat operis, nec facti, quia bonum erat, & laudabile, ad quod erat occupata negotium, ſed quia eo nimium diſtenta erat, licet pium, & ad omnem tendens miſericordiam, quia vocatam audire, quaſi deſperabat, reuocare decreuit, vt attenderet, & ſic voces congeminat, *Martha Martha*. O mirum, Martha ob id ſolum, quia nimietate, & ſolicitudine in rebus ſanctis erat diſtracta, voce Chriſti congeminata, indiguit, vt audiret, & eius ſermonem, prout opus erat, attenderet, illa, inquam, quæ tantæ eſt virtutis, vt potens ſit mortuos ſuſcitare iuxtà illud Chriſti Domini. *Venit hora, et nunc eſt quando mortui audient vocem Filij Dei, et qui audierint viuent*. Et ſperabit id poſſe conſequi homo inueteratus dierum malorum, in ipſo vitæ limine, dum diſcruciatur animi, tot diſtentus curis, tot oppreſſus doloribus, tam diris circumdatus hoſtibus quando vox Dei erit, ita tenuis, ita gracilis, dicam apertius, quando ob tot præterita peccata, ita erit imminutum eius auxilium, vt dicatur ad clamorem inueterati peccatoris, potius obſurdeſcere, quam illum vocare ad pœnitentiam; iuxtà id, quod ſcriptum eſt prouerbiorum libro, vbi graficè id deſcribitur. *Quia vocaui, et renuiſtis, extendi manum meam, et non fuit qui aſpiceret*, & quæ ſequuntur vſque ad finem capitis.

Luc. c. 10.

Auguſt. ſerm. 27 de verb. Dñi. Caietanus hoc loco.

Ad idē cōfirmandum efficax argumentum.

Ioan. 5.

Prou. 1.

Ad idem confirmandum adducuntur Patres.

Cap. 18.

EXagerant mirificè Patres, inſanam ad vſque ſenectutem, mortemue, pœnitentiæ dilationem, quamque infirmam, infructuoſam, fallacem, fictam, vel mendacē, Deoque, vt plurimum non acceptam, dicant, ex ſequentibus licebit accipere. 1

Cyprianus dicit, ijs, qui toto vitæ tempore, pœnitentiam contempſerunt, & vrgente neceſſitate eam petere incipiunt, negandam eſſe pacem, & communionem, quia

rogare

Cyprianus lib 4. Epiſt. 2. alia epiſt. 57. nu 6. circa fin.

rogare illam, inquit, non delicti pœnitentia, ſed mortis vrgentis admonitio, compellit, nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitauit eſſe moriturum; in qua pœna, & cenſura, exceſſit hic Doctor ſanctus; vnde reuocarunt illam, Sancti Pontifices Leo I. & Cœleſtinus I. ſatis tamen indicauit Cyprianus, quam ſit graue crimen, differre pœnitentiam vſque ad mortem.

Leo epiſt. 64. circ fin. Cœleſtin. Epiſt. 2. c. 2.

Baſilius. Orat. 4. de pœn.

Baſilius quid facis, inquit, ò homo cum multum valens in agendo, iuuentutem tuam in peccatis traducis, vbi vero labore fracta ſunt inſtrumenta, tunc ipſa ad Deum adducis, cum iam illorum nullus ſit vſus, ſed neceſſario labant, ac torpent, ob longi temporis tabem. Idem qui vocat, inquit, benignus, qui miniſtrat paratiſſimus, gratia abundè expoſita, modo alacritas adſit, impedimentum ceſſet, vnus eſt prohibens, qui nobis ad ſalutem obſtruit viam, quem omni ſtudio, & prudentia vitare oportet, ille inquam torporem, ac deſperationem nobis inijcit, nos ad opus ſanctum exurgamus, ille vna ſpe, corda noſtra deludit, ipſius ergo cogitationes non ignoramus an non hodie pecare, cras verò iuſtè agere, pietatem differre, nos exhortatur? idcircò Dominus eius occurrens inſidijs. *Hodie* inquit, *ſi vocem meam audieritis, nolite obdurare corda veſtra*, ille vero ait mihi hodie, cras Deo, Dominus contra, hodie vocem meam audite. Noſce obſecro inimici dolos, vt omninò, ſtatimque à Deo auertaris, conſulere non audet, nouit enim hoc graue admodum Chriſtianis, verum artibus, inſidioſis, aggreditur, ſerpens eſt, & ad inſidiandum argutus, intelligit enim quemadmodum nos homines, præſens libenter recipimus tempus, omniſque actio humana in præſens contendit atque ſpectat, quamobrem hodiernum tẽpus nobis furatur aſtutè, & ſpem facit craſtini, poſtquam craſtinum venerit, rurſus malus diuiſor, ſibi hodiernum, craſtinum vero Domino dari petit ſic continuo diem de die trahens, voluptate pendente, & ſpe frugis noſtram ſubducit latenter vitam; multaque alia, inquit, in hanc ſententiam, vt oſtendat quam plena periculis ſit pœnitentia, dilata in extremum vitæ.

Homil. exhortat. ad Baptiſmũ.

Ioannes Chryſoſtomus, inquit, pœnitẽtiæ tempus recuſantes, à Domino præueniri, quare cum dixerit Dominus cẽtum viginti anni erunt dies eorum, promiſeritque ſe tanto tempore longanimitate vſurum, antequam explerentur anni promiſſi, vniuerſale introduxit excidium, etiã hoc ſuæ miſericordiæ maximum eſſe argumentum, & inditium, nam qui videt quotidie incurabiliter illos peccare, & non ſolum nihil ex indicibili longanimitate ſua, proficere, ſed, & incrudeſcere vlcera, propterea ſuccidit tempus, vt ne maiori ſcilicet poenæ ſe obnoxios facerẽt, & poſt multa, nam ſicut eis, qui admonitionibus ſuis promptè parent, ob bonitatem ſibi peculiarem, ſententias ſuas reuocat, & conuerſis appropriat, ab imminentibus pœnis eos liberans, ita quoque cum promittit, vel bona aliqua ſe præbiturum, vel pœnitentiæ tempus; videt autem fieri indignos, etiam tunc quoque ſuas promiſſiones reſcindit, & vide quam diſpliceat Deo pœnitentiæ dilatio, vt cogat quodammodo ipſum, qui eſt ſumma veritas non ſtare promiſſis, & idem ad Populum Antiochenum, tam bona quam mala ſi nimium fuerint immorata, potentiora fiunt.

2 Chryſoſt. homil. 25. in cap. 7. Gen. t. 1.

Deus qui eſt ſumma veritas, ob dilatã pœnitentiã nõ ſtat promiſſis.

3 Ambroſius Homil. 8. de pœnit. c. 10. lib. 2.

Diuus Ambroſius de multis pœnitentibus dubitat, an veniam conſequuti fuerint, quia quam certi ſumus

mus de infinita Dei miſericordia, tam dubij de noſtra pœnitentia eſſe poſſumus, ne cōgrua ſit; illam enim dubiam reddit, & minus ſecuram, citiſſima ad commiſſa peccata conuerſio, ideoque illam celebrem tremendamque habet propoſitionem, facilius inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quam qui congruè pœnitentiam egerint, & huius rationem aſſignant, quoniam congrua pœnitentia eſt, per quam homo omnibus peccatis renunciat, & per quam totus homo mutatur ſimiliſq; fit adoleſcenti, quem ferunt poſt amores meretricios, peregrè profectum, & abolito amore, regreſſum poſtea, veteri occurriſſe dilectæ, quæ vbi non interpellatam mirata, putauerit non recognitam, rurſus occurrens dixerit, *Ego ſum*, reſponderit ille, *ſed ego non ſum ego*; ita verò pœnitenti agendum, docuit is, qui dixit; *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, &c.* Ergo ex his etiam deducitur, quam periculoſa ſera pœnitentia, quomodo enim poſſunt conſuetæ vitæ inſtitutū, & deprauati inueteratiq; mores, tam facilè immutari? iuxtà illud. *Si poteſt Aethyops mutare pellem ſuam, & vos poteſtis cum ſitis mali, benefacere?* Idem etiam de pœnitentia loquens hæc ſcribit; Adam poſt culpam, ſtatim de Paradiſo Deus eiecit, non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit à delitijs, vt ageret pœnitentiam, ſtatim tunicam veſtiuit pelliceā, non ſericam, quid enim eſt quod differas an vt plura peccata committas: hæc ille. Etiam prodigi filij pater miniſtris dixit. *Cito proferte ſtolam primā*; vt citam pœnitentiā, cita ſtolæ prolatione, probaret. Idem Ambroſius de Elia, & ieiunio, ſi aurū inquit tibi offeram, non mihi dicis, cras veniā, ſed iam exigis, aurū accipere nemo differt, & nullus ſe excuſat; redēptio animæ promittitur, & nemo feſtinat.

Facilius inuenitur qui innocentiā ſeruauerit, quā qui cōgruè pœnitentiā egerit.

Adoleſcentis pœnitentis mira mutatio.

Matth. 16.

Hier. 13.

Lib. 7. de pœnit c. ij.

Luc. 15.

Ambroſius cap. 11.

Diuus Auguſtinus pœnitentiam dilatam vſque ad finem vitæ, eſſe valdè incertam, & dubiā, oſtendens, inter alia inquit. Pœnitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma eſt, quæ autē à moriente petitur, timeo, ne & ipſa moriatur. Idem ad fratres in heremo (ſi tamen opus ipſius eſt) ſatis, inquit, alienus eſt à fide, qui ad agendam pœnitentiam tempus, ſenectutis expectat. Et de tempore mortiferam ſecuritatem vocat, expectare, vt vulnera putreſcant hæc autem habet verba, quia calidis vulneribus ſolent medicamenta celerius ſubuenire, quotieſcumque peccauerimus, non expectemus mortifera ſecuritate vulnera ipſa putreſcere, nec iterum vulnera vulneribus augeamus. Et de verbis Domini ſcio, & ego, inquit, & mecum omnis homo, qui paulo attentius conſiderauerit, neminem Deum timentem ſub verbis eius non ſe corrigere, niſi qui putat quod plus habet viuere, ipſa res eſt, quæ multos occidit cū dicant cras, cras, & ſubito oſtium clauditur, remanſit foris cum voce coruina quia non habuit gemitum columbinum, cras, cras, corui vox, & explicans illa verba Dauid. *Et tu Domine Deus virtutum Deus Iſrael intende ad viſitandas omnes gentes non miſerearis omnium, qui operantur iniquitatem.* Ait, quæ & ſi modum habeant petitionis, potius habent ſenſum prædictionis; multaque ſubdit in hanc ſententiam, & præſertim illos operari iniquitatem, quorum non miſeretur Deus, qui negligunt peccata in ſe punire, illa deteſtari lacrymis tergere, qui nolunt præuenire faciem Dei in confeſſione, hoc eſt antequam ipſe attendat, vt puniat; non prœueniunt confitendo. Et libro 50. homiliarum; agens, inquit, pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, ſi ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus, & paulo poſt.

Auguſt. ſerm. 57 de temp.

Quā ſuſpecta pœnitētia dilata vſq; ad mortem.

Serm. 7 12

Serm. 102.

Serm. 17.

Pſal. 58. p. ſ.

Homil. 41.

Nunquid dico damnabitur? Non dico. Sed dico etiam liberabitur? Non; & quid dicis mihi? neſcio, non præſumo, non promitto, neſcio. Vis te dubio liberare? Vis quod incertum eſt euadere? age pœnitentiã, dũ ſanus es, quando peccare potuiſti, &c. ſi autem vis agere pœnitentiam ipſam, tunc quando peccare non potes, peccata redimiſerunt, non tu illa. Et de verbis Domini, vbi arguens eos, qui conuerſionem differunt, inquit, cras conuertar, & finis erit. Reſpondetur, tibi, cuius rei finis? dicis iniquitatum mearum, bene, gaude, quia craſtino iniquitatum tuarum erit finis quid ſi ante craſtinum tuus erit finis? iuxtà id quod alibi dicit. O homo quare differs de die in diem, forte hodie habiturus vltimum diem.

Notabile dictũ ad idẽ confirmandum.

Serm. 59.

Serm. 102. cap. 33.

4 Gregorius Papa in illa verba Ezecchielis. *Si auerſus iuſtus fecerit iniquitatem, &c.* Peccatores, inquit, Deus diu expectat, vt redeant, non redeuntibus vero etiam offendiculum ponit, vt grauius impingant; quod ita eſt intelligendum, non quod Deus peccatores ſupplantet, & quaſi manu depellat ad iterum peccandum, ſed quia ob dilatam pœnitentiam, ea quæ præuidet eſſe ad noua peccata, incentiua, non remouet; ſed ſinit incitari, & labi, vide quomodo Deus ob emendationis dilationem, deſerat peccatorem; quæ pœna eſt grauiſſima.

Greg. Papa hom. 11. in Ezech.

Quomodo Deus differentibus pœnitentiã offendiculum ponit.

5 Hildebertus ſurge hodie, quia nimirum morti proximum eſt, craſtinam expectare medicinam Innocentius III. tunc ſecurum eſt homini pœnitere, cum poteſt ipſe peccare.

Hildebert. Epiſt. 74.

6 Bernardus ſermone. *Ecce nos reliquimus omnia*, qui declamatio inſcribitur, eſto, inquit, multa tibi annorum curricula reſtent, adoleſcens es, vſque ad ſenectutem victurus, & ſenium, quid neceſſe habes amittere tempora tanta, tanta lucra? nihil pretioſius tempore, ſed hoc nihil hodie vilius ęſtimatur, trãſeunt dies ſalutis, & nemo recogitat, nemo ſibi non reditura momenta periiſſe cauſatur. An putas ò homo biennij tantum, aut triennij opus, ab omnipotenti poſſe recompenſari? ſic abbreuiata eſt manus Domini, vt centum annorum non poſſit remunerare laborem. Quid illud ſapientis conſilium ingeram, ne tardes conuerti ad Dominum, neſcis quid ſuper ventura pariat dies, hęc Bernardus. Et eodem loco mutatis, non effugitis pœnitentiam, nam malum impunitum eſſe non poteſt, non punitur hic propria voluntate, punietur alibi ſine fine miſera ſanè, & extremæ plena dementiæ commutatio, humanum declinare laborem, & paratum diabolo ſtridorem eligere ſempiternum. Animaduertite ſiquidem, & videte non hominibus, ſed diabolo, & Angelis eius, ignem illum eſſe paratum, ille enim hoſtis, & lupus, nos autem Populus eius, & oues paſcuæ eius, illi ſecuris, & malleus, nobis flagellum, & virga debetur; Illius iniquitas inuenta ad odium, ſuum habet carcerem, vbi nulla redemptio, vnde nemini liceat reſpirare. Mihi ſanè, & labore tolerabilior carcer, & tempore breuior aſſignatur, vbi cũ iratus fuerit Dominus, miſericordiæ recordetur, redemptionem ſuo mittens Populo copiſam. Et de quadragiſima, inquit, pœnitentiæ tempus, non ſolum eſſe quadrageſimam, ſed totum huius vitæ ſpatium in hæc verba, continuanda nobis eſt quadrageſima, cunctis diebus miſeræ vitæ huius, dum per auxilium gratiæ, quæ in quatuor Euangelijs commendatur, neceſſe eſt nos decalogum legis implere. Errant planè, qui pauciſſimos dies iſtos ad pœnitentiam ſufficere credãt, cum certum ſit totum

Innoc. 3. ſerm 2. in Domin. 1. Aduent.

ſerm. 3.

tum

tum huius vitæ tempus non niſi ad pænitentiam inſtitutum, quærite Dominum ait Propheta non ſolum quadraginta diebus, ſed dum inueniri poteſt, inuocate eum, dum prode eſt. Neque enim tunc erit inuocandi tempus, quando uemini proximus erit Deus, ſed alijs quidem præſens, alijs vero nimis valde remotus. Interim ſanè ex eo quod proximus dicitur, manifeſtum eſt, quod non dum habetur, ſed tamen haberi, & inueniri facilè poteſt. Quod ſi teſte Bernardo totum vitæ huius tempus ad pænitentiam eſt inſtitutum, quomodo nõ decipiuntur illi, qui eam in extremum vitæ reijciunt.

Iſai. 55.

Bonauentura hoc, inquit, teneo, hoc verum puto, quod ei non bonus finis eſt cui ſemper fuerit mala vita.

Bonauent. to. 1. opuſc. in collat. de contemptu ſæc. in fine.

6 Non prætermittam illud, multos Doctores ſcholaſticos in ea eſſe ſententia, dilatam pœnitentiam ſæpè ita iram Dei excitare, vt deneget aliquibus perſonis auxilium ſufficiens, propter cumulum peccatorum, ad quem peruenere, ob dilatam pænitentiam, iuxtà illud Iſaię. *Propterea non poterant credere, quia dixit Iſaias excæca cor Populi huius*, vt Caietanus notat illos nõ potuiſſe credere, ex defectu gratiæ præuenientis, huncque modum loquẽdi imitati ſunt aliqui Patres præſertim Iſidorus dicens. Nonnulli ita deſpiciuntur à Deo, vt non poſſint mala plangere, ętiam ſi velint. Et Euſebius, inquit, Deum expectare aliquos vſque ad certum terminum peccatorum, & poſtea omninò illos deſerere, & de his ait Gregorius quod licet exterius vocem audiãt, interius gratia Dei non tanguntur quod etiam aſſeruit Bernardus in ſpeciali de Pharaone, & docere videtur Auguſtinus, in inchoata expoſitione Epiſtolæ ad Rom. dicens, ita deſertum fuiſſe Pharaonem, vt iam impęnitentia non imputaretur ei ad culpam, ſed ad pænam hanc multorum ſententiam latè examinat Suarez, qui quamuis dicat illam eſſe falſam, & diuinæ pietati ſatis repugnantem, ait tamen, non eſſe cẽſura dignum, qui dixerit, ita ſe gerere Deum cum aliquibus hominibus vt non det illis actualem excitationem, propter eorum peccata per pænitentiam non deleta, idque vel in aliquo, vel in toto vitæ tempore, ſentitque non eſſe ab hac ſententia alienum Diuum Thomam. Vide quam inſenſum habeat Deum qui multiplicando peccata differt pænitentiam, vt multi ſentiant, & graues authores, Deum ob hanc cauſam aliquibus hominibus nõ dare actualem ſupernaturalem illuminationẽ, afferuntque illam rationem, quia, & peccata ita multiplicata merentur hanc pænam, & quia expedit ad diuinæ iuſtitiæ oſtenſionem, aliorumque terrorem, vt interdum Deus ita ſe gerat ſaltem cum aliquibus hominibus, & quemadmodum aliquãdo Deus aliquos ita confirmat in gratia, vt cadere non poſſint, conſonum quoque videtur eſſe, vt verſa vice alios etiam ita deſerat in peccatis, vt non poſſint ſurgere; ſed quanti ponderis habenda ſit hæc opinio, vide Suarez, quem nuper citauimus.

An ob dilatam pœnitẽtiã, Deus quandoque deneget auxilium ſufficiens.

Ioan. 12. Iſai. 6.

Iſidorus lib. 2. de ſũmo bono cap. 15. Euſeb. lib. 8 de demonſtrat. c. 2.

Gregorius 10. mor. c. 5. & 31. mor. c. 11. Bernardus in ſerm. de nimia fallacia huius ſæculi propoſ. 62.

Suar. to. 4. in 3. par. diſput. 8. ſectio. 2.

Suar. eod. loco.

Miſſas faciam ad idem confirmãdum tot Philoſophorum authoritates, illius tamen ſententiam, non indignum puto hoc loco referre, quem diceres Chriſtianum potius Philoſophum, quam gentilem, Senecę inquam, qui de hac eadem diſſerens materia ait, non pudet te reliquias vitæ tibi reſeruare, & id ſolum tempus bonæ menti reſeruare, quod in nullam rem conferri poſſit quam ſerum eſt tunc viuere incipere, cum deſinendum eſt, hæc ille. 7

Senecæ dictum de dilata pœnitentia.

Lib. de breuit. vitæ.

8 His igitur teſtimonijs eloquiorum diuinorum, & ſanctorum Patrum, ſatis probatum eſt illud aphoriſma. *Tardam non eſſe venenatis medicinam adhibendam*. Etiam cum de animi morbis agimus, diligentiſſimè eſſe cuſtodiendum. Venenum animæ nullum aliud eſſe, niſi peccatum, ex his quæ dicta ſunt abundè habuimus. Quod ſi venenata iuxtà medicorum placitum, inducias non patiuntur, ſed quamprimum medicina adhibenda; ergo non differenda pænitentia, quam diximus antidotum eſſe celeberrimam, imò ſolam, adhunc morbum appoſitam medelam. Nam quãuis patres quãdoque remiſſionẽ peccatorum alijs remedijs etiam tribuant, & inter eorum teſtimonia difficultatem videntur ingerere verba Chryſoſtomi; qui quamuis prius enumeret ad hunc conſequẽdum effectum, compunctionem, & eleemoſynam, aliud poſtea addit remedium, dicens non habes pecuniam, non habes compunctionẽ; ecce Propheta clamat, prohibe linguam tuam à malo, &c. & in ſalutem tibi ſufficiat. Vbi ſignificare videtur mutationem vitę ſinę compunctione cordis, ſat eſſe ad ſalutem. Verum dicendum eſt compũctionis nomine ſignificaſſe ibi ſẽſibilem dolorem, & afflictionem, ac voluiſſe dicere mutationẽ vitæ ſufficere, per quam non ſolum intellexit futuræ vitæ propoſitum, verum etiam, & deteſtationem præteritæ adhibeoq; interpetrem Chryſoſtomi, non alium niſi ipſummet Chryſoſtomum, qui eademmet remedia numerans ad obtinendam remiſſionem peccati, diſtinguit compũctionem à contritione cordis, & contritum cor dicit apprimè requiri.

Chryſoſt. homil. 22. ad popul.

Quomodo eſt intelligẽdus Chryſoſt. qui videtur ad delẽda peccata aliud ponere remedium quam eſt pœnitẽtiam.

Chryſoſt. homil. 42. in Matth.

9 Circa alia remedia, quæ alij ſancti ponunt, conſiderandum eſt, illos in his numerandis, leges nõ ſeruare rigoroſæ partitionis, ſeu diuiſionis, ſed coaceruatim numerare omnia; quæ conferunt ad remiſſionem peccati, ſiuè ſint tãquam diſpoſitio proxima, ſiuè, vt remota, ſiuè ſint inſtituta ad remiſſionem culpæ, ſiuè ad ſatisfactionem pro pœna, ſiuè per modum impetrationis, ſiuè per modum diſpoſitionis, ſiuè tandem, & iam per modum Sacramenti, vnde multa ex his remedijs, licet conferant, nõ tamen ſunt ſimpliciter neceſſaria, vt benè animaduertit Suarez. Nullum tamẽ eſt quod ſine pænitentia ſufficiat, cum tamen verſa vice, ipſa ſola, ſine alterius ope, potens ſit hæc vulnera curare, tãtumque putant huic remedio eſſe deferendum ſancti Patres, vt conſulant, etiam ſi à morbo peccati, quis conualeſcat, adhuc pœnitentiam in hac vita perpetuo ſeruare, & peccatum etiam remiſſum ſemper deteſtari. Vnde Auguſtinus expendens illa verba Chriſti, quæ dixit adulteræ. *Vade, & amplius iam noli peccare*. Ait non dixiſſe Dominum, ne pecces, ſed nec voluntas peccãdi in te audiatur, & ſubdit quod quomodo obſeruabitur, niſi dolor continuè in pœnitentiam cuſtodiatur? Quodq; Auguſtinus docuit, re ipſa præſtitit, qui teſte Poſſidio, qui eius vitam ſcripſit in vltima ęgritudine, ex qua defunctus eſt, deſcribi ſibi iuſſit Pſalmos Dauidicos, ipſoſque quaterniones iacens in lecto cõtra parietem poſitos, diebus ſuæ infirmitatis intuebatur, & legebat, & iugiter, ac vbertim flebat, & ne eius ſanctum propoſitum à quoquam impediretur, cauebat; ante dies fermè decẽ, quam exiret de corpore, à ſuis poſtulauit familiaribus, nequis ad eũ ingrederetur, niſi his tantum horis, quibus medici ad inſpiciendum intrarent, vel cum ei inferretur refectio, omni enim reliquo tempore, & lacrymis, & orationi vacabat. O beatum virum, poſt baptiſmum ſuſceptum,

Cautela adhibenda in legẽdis Sãctis, dũ loquuntur de remedijs ad delẽda peccata.

Suar. to. 4. in 3. p. diſp. 9. ſectio. 1. num. 15. & ſeq.

Optimum conſiliũ cõtinuè agere pœnitentiã etiam ſi ſint peccata deleta.

Ioan. 8. Auguſt. lib de vera, & falſa pœnit. cap. 15.

Mira Auguſtini pœnitentia.

ſceptum, & peccata præteriti temporis ei dimiſſa; vixit annos tres, & quadraginta in quibus vſque ad vltimam ægritudinem, aſſiduè prædicauit Verbum Dei, libros ſcripſit innumerabiles, quibus Dei Eccleſiam illuſtrauit, vitã duxit ſine querela, innocenter, & ſanctiſſimè, & quamuis peccata dimiſſa ſemper ſit deteſtatus, ratus tamẽ nunquam dignos pœnitentiæ fructus egiſſe, voluit in vltima ſenectute, & morbo per dies plurimos, cõtritioni, & pœnitentiæ ita vacare, vt in legendis Pſalmis pęnitentialibus, quos ſemper præ oculis habebat, iugiter, & vbertim fleret.

Firmum igitur ſit vnicam peccatorum medelam, eſſe pœnitentiam, tantumque abeſt, vt hoc remedium ſit differendum, vt ſalubre ſit conſilium etiam ex eo morbo ſanis, eam ſemper applicare, quod ex dicendis magis conſtabit,

De lacrymis verè pœnitentium.

Cap. 18.

1 SI triſtis eſt, effundi in lacrymas, modumque lugendi nullum facere, qua meliori nota pœnitentiæ virtus, eiuſque actus contritio, quæ eſt triſtitia ſecundum Deum, quæue concipitur (vt inquit, Baſilius) propter Deum offenſum, exprimi poteſt, quam fletus, & lacrymarum habet pœnitentiæ virtus ſuos actus externos, qui per exteriores corporis facultates exercẽtur, ſed vt alios omittam, ille inter cęteros videtur, vel ad impetrandum à Deo veram cordis conuerſionem; vel ad faciẽdam eam, quæ à pœnitẽte exigitur, exteriorem ſatiſfactionem, aptiſſimus, fletus ſcilicet, & lacrymarum effuſio, iuxta illud Prophetæ. *Conuertimini ad me in ieiunio fletu, & plantu*, tamque habetur pœnitẽtiæ fidus aſſeda, plantus, & lacrymæ, vt Sancti Patres æqualibus efferant præconijs pœnitentiam, & perennes, ob peccata commiſſa, lacrymas, Petrus Cellenſis lacryma portas refringit inferni, carbones eſtinguit ferreæ fornacis, naufragium eſt vitiorum, portuſque naufragorum, ò lacryma humilis, tua eſt potentia, tuum Regnum, Tribunal Iudicis non vereris, amicorum tuorum accuſatoribus ſilẽtium imponis, quãdoque ſententiam capis, etiam ab ore Iudicis, audes, vbi timet Angelus, non eſt qui te turbet ab ingreſſu ſecretorum, ab interpellatione pro culpis reorum, non eſt qui accedere vetet, ſola ſi intraueris nunquam tamen ſola, vel vacua redibis; aqua hęc aut facit, aut inuenit Paradiſum. Et idem Satan, inquit, tolerabilius ſuſtinet flãmam ſuam, quam lacrymam noſtram, acriuſq; contriti cordis lacryma, quam flamma infernalis incendij torquetur, & paulo poſt, flumina, inquit, omnia abſorbet, ſed hanc tamen aquam non ſorbet, rumpuntur namq; vẽtris eius interiora, ſi conſperſa fuerint hac aqua, dentes excutiuntur, fauces perforantur, venæ inflantur, & nerui eius ſoluuntur. Ambroſius, rectè, inquit, Petrus fleuit, & tacuit, quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari, & quod defendi nõ poteſt, ablui poteſt; lacrymæ verecundiæ conſulunt pariter, & ſaluti; nec erubeſcunt in petendo, & impetrant in rogando; lacrymæ, tacitæ quodammodo preces ſunt, veniam nõ poſtulant, & merentur, cauſam non dicunt, & miſericordiã conſequuntur; vtiliores lacrymarum preces ſunt, quam ſermonum, ſermo enim interdum non totum profert negotium; lacryma ſemper totum prodit affectum, & ideo Petrus iam nõ vtitur ſermone, quo fidem amiſerat,

Baſilius in reg. breui. inter 192. & 194.

Fidus pœnitentiæ aſſecla, fletus & lacrymę.

Ioel 2.

Petr. Cell. lib. de panib. c. 12.

Lacrymarũ laudes, & prærogatiuæ.

Eod. loco.

Ambroſius ſerm. 46 de poenit. Petri.

ne per id ei non credatur ad confitendum; quo vſus fuerat ad negandum, mauult cauſam ſuam flere, quã dicere, & quod voce negauerat, lacrymis confiteri; & paulo poſt, vide quantum flectus profuerit Petro, antequam fleret lapſus eſt, poſtquã fleuit erectus eſt; & qui ante lacrymas præuaricator extitit, poſt lacrymas, Paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit, qui prius ſe ipſe non rexit.

8 Gregorius Nazianzenus in ſancta lumina, & Nicetas eius interpres, nec non Iſidorus, dicunt quẽdam eſſe Baptiſmum lacrymarum, quò omnes maculę animorũ eluuntur, cum quibus conſentit Diuus Leo loquens de lacrymis Diui Petri, fælices, inquit, ſancte Apoſtole lacrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutẽ ſacri habuere baptiſmatis. Accedit Chryſoſtomus, ſicut, inquit, poſt vehementes imbres, mundus aer ac purus efficitur, ita etiam lacrymarum pluuias, ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquillitas; omniſque illa de peccatorum tenebris offuſa caligo diſſoluitur; & ſicut ex aqua, & ſpiritu, ſic rurſus ex lacrymis, & cõfeſſione purgamur; Sed quid mirum dici lacrymas baptiſmũ aquę; cum idẽ Chryſoſtomus eas baptiſmo ſanguinis ſi preferre nõ audeat, audeat tamen, & conferre. Dicam, inquit, tibi quid valeant lacrymæ, attende diligentius, quid martyribus maius, qui animam ſuam ponũt pro amicis ſuis? grandis gloria martyrum, martyres effundunt ſanguinem, peccatores effundunt lacrymas. Meretrix illa non fudit ſanguinem, ſed fontes lacrymarum profudit, & deleuit peccata ſua & ſtatim; de Petro numquid ſanguinem fudit? nonnè amarè fudit lacrymas? & abſterſit peccatum ſuum, & accepit priſtinam dignitatem; vbi lacrymas, & martyrium in eo videtur execquare, quod non magis hoc, quam illis crimina expientur, ſed in eo videntur lacrymæ præferendæ, quod martyrium virgines inueniat, non faciat, lacrymæ vbi virginitatem non inueniunt, reponant. Audi eundem Chryſoſtomum nihil, inquit, ita conglutinat, atq; vnit Deo ve illæ lacrimę quas, & peccati dolor, & amor virtutum effundit; illa in Euangelio meretrix, virgines quoque ipſas honeſtate ſuperauit, & incredibilis in Chriſtum amoris igne ſuccẽſa, & à maximis ſordibus peccatorum, largiſſimo lacrymarũ fonte purgata. Bernardus, poſtquam lacrymas comparauit baptiſmo Puerorum, qui ſemper peccata eluit, cũ nullam ex parte pueri diſpoſitionem requirat, quam deſiderari cõtingat, vt fieri poteſt in adultis, exclamat, ò fœlices lacrymæ, per quas maculę interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguntur. Idẽ lacrymas non ſolum confert Baptiſmo, ſed etiam præfert; quatenus hic non poteſt, illæ vero frequentiſſimè poſſunt iterari, eſt inquit etiam Baptiſmus aliquis in cõpunctione cordis, & lacrymarũ aſſiduitate, & paulò poſt Baptiſmi Sacramentũ, quoniam iterari non licet his, qui ſæpè in multis offendimus; frequẽti oportet ablutione ſuppleri. Quid ſi dicã puriores aliquando exire mẽtes ab ab aqua lacrymarum, quam ab aqua baptiſmali, nam hæc ſolum primam gratiam communicat, illa autem, & prius amiſſam reſtituit, & nouam inſuper infundit, eo largiorem, quo ardẽtior fuerit cordis affectus, ex quo emanat: Gregorius notat res turpiſſimas vi lacrymarum reddi aureas, quia inquit ad pretium æternæ ſalutis, peccatorũ turpitudines, flendo deaurantur, & poſt pauca, membra inquit deaurantur cum corpus terrena, & cenoſa concupiſcentiarum foedi-

Lacrymarũ Baptiſmus. Greg. Naz. Iſidorus. lib 2. de off. Eccl. 24.

D. Leo ſer. 9. de paſſ.

Chryſoſt. homil 6. in Math.

Chryſoſt. in pſal. 50.

Lacrymæ cõferuntur Baptiſmo ſanguinis.

Chryſoſt. homil. 6. in Math.

Bernard in ſcala clauſt. tit. de ſign. Spir. ſanct.

In octaua Paſc.

3 Gregorius lib. 25. moral. cap. 7. alias 8.

fœditate deforme, in ſplendorem commutatur æternę vitæ; cum videlicet per ſanctæ conuerſationis pulchritudinem radiat, quod in appetitum mundanæ delectationis, peccatorum fætore, ſordebat. Hęc Gregorius: ſimile quid Chryſoſtomus locutus de lacrymis quibus pedes Christi Domini lauantur. Vide inquit quanta ſit miſericordia Saluatoris, peccata noſtra mali odoris ſunt, putredo ſunt, tametſi agamus pœnitentiã propter peccata ſi ploremus, peccata noſtra putrida, vnguentum efficiuntur.

Chryſoſt. homil. 6. in Matth.

4 Lacrymarũ encomia.

Finem dicendi nunquã facerem, ſi lacrymarũ encomia omnia è Patribus excerpta, vellem hic recenſere; rigant Cœlum, terram diluunt, extingunt gehennã, debent in omne facinus, latam diuina promulgatione ſententiam, pietatis indices riſu iucundiores, dulcor mellis ſunt cordi; ſuaue fragrãs thymiama apud Deum, Chriſtianis delitiarum loco, ſeminium quoddã, & fœnus; quibus æternum illud gaudiũ increſcit quotidie, & cumulatur, refrigerium noſtrum, aduerſarium vrens, paſſionis Chriſti vicariæ, panis lugentium, imò, & beatitudo, dolentiũ animarũ refectio, ſummaq; quies, ſpiritus cõſolatio, perenne ſeruorum Dei gaudium, non interrumpentes, ſed potius conſummantes, oculorũ voces efficaciſſimę, ſũmo terrore quatiunt dœmones, & in fugam effuſiſſimam compellunt, vrbium firmamentum, orbis terrarũ ſtabilitas, vincunt inuincibilem, ligant omnipotentem. Nulla res æquè iucunda, atq; luctus qui ex Deo eſt. Sunt qui dicunt, (ſi Deum excipias) nihil in toto orbe terrarũ eſſe ſuauius, aut iucundius, fletu, & lacrymis. Quid mirũ ſi contriſtatis ob Dei abſentiam, ſunt ſolatium ſingulare. Hinc Dauid Propheta: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte dum dicitur mihi quotidie vbi eſt Deus tuus*. Beataque illa mulier, quæ ſtabat ad hoſtiũ monumenti foris ploras, quia ſublatũ credebat ſuũ Magiſtrum, & Dominum, interroganti Angelo. *Mulier quid ploras?* reſpondit, *Quia tulerunt Dominum meum*, quaſi diceret, deficiente totius conſolationis fonte, ad lacrymas confugio, quę eius ſupplent vicem, quæue conſolando, abſentis munere funguntur; aut igitur reſtituatur mihi ablatus Dominus, aut ipſius vice, concedantur lacrymæ, ne hic inſolabiliter peream.

Pſal. 41.

Ioan. 20.

Tanta eſt lacrymarũ vis, tantaq; potentia, vt lacrymantem inter mille pericula, reddant ſecurum, ipſiq; Deo mos eſt cum aliquem aduerſus inimicorum impetus vult munire, nullo meliori clypeo protegere; aut galea, quam fletu, lacrymis, qui hoc vnico erit ſeptus præſidio, hoſtium cuneos penetrabit ſecurus. His armis proceſſit inſtructus Cain aduerſus inimicorum inſidias, cunctaque aduerſantia, quando egreſſus a facie Domini, vagus, & profugus habitauit in terra, nã id quod dicitur libro Geneſeos, *Poſuitque Dominus Cain ſignum vt non interficeret eum omnis, qui inueniſſet eum*. Illud ſignum ad fletum multi, & ad ſuſpiria, quæ ſæpè Cain repetebat, referunt, quin Sixtus Senenſis inquit, receptum eſſe inter Gręcos expoſitores, Cain poſt interfectum fratrem ſuum, nunquam à lacrymis, & gemitibus ceſſaſſe, & videtur ſeptuaginta Interpretes, ſic opinandi dediſſe occaſionem, quippè qui illo loco pro eo quod nos legimus, *Eris vagus, & profugus in terra*: ipſi verterunt, *ſuſpirans, & tremens eris ſuper terram:* & paulo poſt, pro eo quod latina verſio habet, *Ero vagus, & profugus*, trãſlatio ipſorum habet *Ero gemens, & tremens*; tantaque cõnexio videtur eſſe inter fletum, & incolumitatem, vt ipſe Deus tunc cenſeat alicui præbuiſſe ſalutis

5 Lacrymæ reddunt flẽtẽ inter mille pericula ſecurum.

Geneſ. c. 4.

Sixtus Sen. lib. 5 Biblio thec. ſanct. annot. 67.

tutam,

tutam, & integram cõſeruationem; ſi ipſum ſepiat gemituum præſidijs, & lacrymarum.

6 Quod ſi quis expendet illa Dei verba. *Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur*. videbit magnum aliud dari lacrymis præconium, quod ſcilicet dirius ſentiat à Deo irato ſuppliciũ; qui occiderit impium lacrymãtem, quam iuſtum, non flentem; concinit

Cyprianus ſer. de Cœna Domini.

Cyprianus. quoties, inquit, te in conſpectu Domini video ſuſpirantem, ſpiritum ſanctum non dubito aſpirantem, & cum intueor flentem, ſentio ignoſcentem.

7 Iacobi c.4.

Quod ſi tot beneficia in nos conferunt ſuſpiria, & lacrymę; amplectamur illud D. Iacobi monitum in ſua epiſtola dicentis. *Miſeri eſtote, & lugete, & plorate, riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mærorem*. hoc eſt affligite vos, vt Caietanus, & alij, vel ſtatũ miſeri aſſumite, confugiendo ad eum, cuius propriũ eſt miſereri (ſcilicet miſerorum) & parcere, vt Lyranus; vel cũ D. Thoma, *Miſeri eſtote*, ideſt miſeriam veſtram recogitate, & recognoſcite, in quã ſcilicet per peccatum incidiſtis qui enim clarè agnoſcunt ſe Deum læthaliter offendiſſe; & peccati malitiam perpẽdunt, iure lamentum debent aſſumere, & quamlibet præhabitam lætitiam, in luctum conuertere, ac triſtitiam. Sanoque conſilio D. Iacobus poſtquã monuit, vt Deo appropinquaremus, illis verbis. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*; ad lacrymas, & ad fletum vocat, nam ij, qui à Deo ſe per peccatum auerterant, ad ipſum nequeunt appropinquare, niſi per lamentum, & effuſionem lacrymarum, à peccatorum maculis, corda purificent.

8 At obijciet aliquis bene cũ damnatis agitur, ibi enim erit fletus, &

Matth.6.

ſtridor dentium iſq; perpetuus; male cum Beatis, cum in beatitudinis loco, *Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit neque luctus neque clamor*: ſed D. Hie-

Apoc.7. & 21.

Men ſunt veræ lacrymæ in inferno.

ronymus ad ea verba. Ibi erit fletus &c. nõ vult eas veras lacrymas doloris eſſe, ſed vi fumi fletus elicitus, & excuſſus, imò vt inquit D. Thomas, ibi erit fletus gemitus, & vlulatus immenſus, abſque tamen lacrymarum effuſione; quia non fiet humorum reſolutio, cuius illa videtur ratio non quia abſque motu Cœli (qui tunc ceſſabit) nulla poterit fieri alteratio, vt benè animaduertit Leſſius, cum de perfectionibus diuinis; ſed quia Deus non permittit corpora diſſolui, vt ſemper pati queant, neq; ad fletum, requiritur lacrymarum effuſio, ſed ſufficit ea oris oculorum, & totius vultus perturbatio, ac diſſolutio, cum eiulatu, & vociferatione, quæ in amariſſimè flentibus eſſe ſolent. Procul abeſt ab illo loco miſerię, & pœnarum, quo omnia mala cõfluunt, bonum lacrymarum ac forte huius aquę guttam ad eſtinguẽdam flammam, qua cruciebatur, poſtulauit diues auarus, tanta enim eſt vis lacrymarũ, vt ſi vna lacrymula ibi adeſſet, tartari ignem extingueret, & Helias Cretenſis ad funebrem orationem Nazianzeni de Gorgia, refert dixiſſe Ioannem Climicum, lacrymæ niſi diuinitus datæ eſſent; pauci inuenti eſſent, qui ſalutem conſequerentur.

Thom. in 4. diſt. 50 q.3 art.3.

Leſſius lib. 13. cap.14. num.160.

Luc. c.16.

Quod ſi in illa Beatorum regione, vbi lætitia ſempiterna nullus videtur relictus lacrymis locus, habẽt tamen ibi lacrymæ, & ſuſpiria proprium honorem, nam quid ſibi vult illud, quod canit Eccleſia dum portas celebrat cœleſtis Hieruſalem. *Portæ nitent margaritis*, & quæ nam ſunt iſtæ? num illæ quæ in conchis marinis naſcuntur? quaſue Oceanus gignit, vt cœleſtibus portis tã magnum afferant ornatum? Margaritæ quibus nitent, quæue illis portis ornamento 9

9 Habent lacrymæ, & ſuſpiria in illa patria cęleſti, proprium honorem.

namento ſunt, lacrymę ſunt Sanctorum, vt ſint ibi in monumentũ æternum. Quod ſi attentius conſiderabimus ſecreta cœleſtia, ſciremus, nõ tantum, decretum eſſe illis, locum in portis; ſed dari eiſdem aditum ad Angelorum choros; non ad triſtitiã ingerendã (ſic enim inde eliminantur lacrymæ) ſed ad magis exhilarandũ illos, qui incredibili afficiuntur gaudio, iuxtà illud: *Gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*. Nec ibi figunt pedem, ſed vltra progrediuntur vſq; ad Dei ſedem, vt ipſum, quamuis ſummè, & infinitè beatum, adhuc oblectent, probat Dauid Propheta, cum gloriatur Deum in conſpectu ſuo poſuiſſe ipſius lacrymas vbi pro *In conſpectu*. Genebrardus expoſuit *In ſacculo*, velut res pretioſas. Vatablus, *lacrymas meas repone in laguncula m tuam*, vt aquam odoriferam. Alij legunt. *In theſauris tuis*, quaſi Deus tanti faciat lacrymas, vt eas in theſauro ſuo recondat, ſed ad quid in Dei theſauris repoſitę? vt inde educantur lacrymæ ad Dei iram emolliendam; quando iratus progreditur, vt furorem ſuum iam diù in peccatores inflammatum, effundat; vnde mos eſt Scripturę, quãdo introducit Deum, minas, flagella, & ruinas, præuaricatoribus minãtem, cum lacrymis introducere, ſi nõ ſunt irreparabiles, ſic adductus obſtinata Iudæorum intemperie, ſumpturus de illis duriſſimum ſupplicium, quos tam antea molliter amplexus fuerat, *Argentum*, inquit, *tuum verſum eſt in ſcoriam vinum tuũ mixtum eſt aqua Principes tui infideles ſocij furum, &c. Vindicabor de inimicis meis, & conuertam manum meã ad te*. Sed dum grauiores ictus meditatur, illorum impetum, & conatum, gemitu ſignificat, & plagam quam intendit, præcedunt ſuſpiria, & fletus, *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis*, nam illud, *Heu*, ſecundum magis communem ſententiam, non tam exultantis Dei, & quaſi triumphantis, in hominum exitio, quam dolentis eſt, quod eo adductus ſit, obſtinata hominum malitia, igitur ira conuertenda eſt in manſuetudinem, & plaga quamuis grauis, habitura eſt finẽ; quod teſtantur illa verba ſequentia. *Et reſtituam Iudices tuos, vt fuerunt prius, & Conſiliarios tuos, ſicut antiquitus, poſt hæc vocaberis Ciuitas iuſti Vrbs fidelis*, quaſi dicat, vbi inolitas ſordes, ſcoriamque detraxero; populumque quõdam electum, nunc externarum ſordium admixtione corruptum, ad purum excoxero igne tribulationis; reſtituam tibi tales Iudices, præfectos. & Conſiliarios, quales primis ideſt optimę Reipublicę temporibus, habuiſti. Inſuper vocaberis Ciuitas in qua, tanquam in propria ſede, fides, iuſtitiaque conſiderant. Sic reſtaurantur ruinæ, quæ cum diuinis lacrymis veniunt, ſic vbi Deus plãgens præmittitur, neſcit irreparabiliter perdere, quin potius perditio, quæ à lacrymis Dei, proficiſcitur, & ſi extrema videatur; tãdem inexterminabilem pacem gignit. Similiter de Deo in mundum iraſcente dictum eſt. *Tactus dolore cordis intrinſecus delebo, inquit hominem, quem creaui, à facie terræ*. Ecce Dei ira aduerſus omnem carnem, ſed quæ naſcatur ſimul cum intrinſeco Dei dolore (vt ita dicam) & lacrymis. Quid tunc? effunditur ira, fit ſceleſtium hominum perditio, & poſthæc Dominus ait. *Nequaquam vltra maledicam terram propter homines*. Item. *Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro*. Vix ſub aquis homines perierant, & iam Deus firmat fœdus amicitiæ, & perpetuam promittit inire pacem, cum vniuerſitate hominum; & quidem vbi perditio, cum lacrymis

mis

Luc. 15.

Pſal. 55.

Iſai. 1.

Ira Dei in lacrymarũ conuertitur in manſuetudinem.

Iſai. 1.

Genes. 6.

Genes. 8.

Genes. 9.

mis Dei, doloreque cordis venit, non potuit reparationem mali non inferre. Potuit aqua fluens perdere terras, ſed quia illa originem duxit ex Dei lacrymis, manauitque ex ipſius corde condolente; ſimul traxit in Deo excidij pœnitentiam, & pacem parturiuit perpetuam.

10 Sed vnde lacrymæ in Deo, vnde dolor ad moliendam iram, ad reprimẽdam iracundiam ne perdat dum de peccatoribus ſumit ſupplicium, ne puniat abſque miſericordia? de ſuo id habet, an de noſtro? At hæc omnia metaphoricè tribuũtur Deo; qui poteſt lacrymas fundere, doloriſque vllius eſſe particeps, cum ſit ſpiritus, & ſumme beatus? Ad amicos currit mutuatum, ad ſanctos, eiuſque ſeruos fideles, ad lacrymas Dauid, & ſanctorum, quas ſupra diximus Deum ponere in conſpectu ſuo, vel vt alij legunt, reponere in theſauris ſuis, ibi ſeruantur reconditæ, vt inde opportunè educantur, ad leniendam Dei iram, dum peccatoribus dira minatur ſupplicia; quæ nõ modo vincunt inuincibilem ipſiq; vim videntur inferre, & quocunque voluerint, ipſum inflectere; ſed vulneratum, & excordatum, ſe fatetur Deus, in vno munere oculorum ſponſæ, nam cum duplex ſit oculorum munus, alterum videndi, alterum flendi, dum agitur de hoc poſteriori, Deus ſe fatetur victum, dat manus, quaſi vulnus acceperit læthale; nihil enim tã cogit Deum, nihil ſic illi vim vulnuſque videtur inferre, & infligere, quam lacrymæ ad oculorum munus alterum pertinentes, nempè flendi. Quod poteſt quoquo pacto (quia aliter communiter exponitur) ille Iſaijæ locus probare, vbi Summus Imperator, Deus, conuocãs milites ſuos, Aelamitas, & Medos ad deuaſtandam Babilonem ita ait, aſcende Aelam obſide Mede. *Omnem gemitum eius ceſſare feci*, ſeu vt alij legunt. *Ego ceßare faciam omnem gemitum eius*, vt ſit ſenſus aſcendite, & expugnate Babilonem neque vereamini, vt pœnitentia ductus mutet ſententiã, eorumque miſerear, namque ceſſare faciam gemitum, exiccabo lacrymas, quæ me tantum poſſent à ſententia dimouere, & à propoſito deflectere, ceſſante autem planctu, non ceſſabit iuſtitia, quę ſolis ligari ſolet lacrymis.

Lacrymæ vincunt inuincibilem Deum.

Cant. c. 4.

Iſai. c. 21.

Qñ Deus vult punire abſq; miſericordia, exiccat pri' lacrymas puniendorum.

11 Fœlices lachrymæ, potentes lacrymæ, ſi tamen in abluendis peccatis impendãtur, & rebus æternis, nam illas pro rebus temporalibus effundere, eſt ante porcos proijcere margaritas, quas Deus reſpuit, ac contemnit, quod notauit Auguſtinus in lacrymas Magdalenæ, quæ ad ſepulchrum effuſæ, non Deum, ſed Angelum habuerunt cõſolatorem, imò, & prohibitorem, cum dixit. *Mulier quid ploras?* deſiderantis lacrymas non approbat, pęnitentis approbat, & qui à lachrymis deſiderantis Mariæ, in horto tangi noluit, à lacrymis eiuſdem peccatricis, lauari voluit, quin etiam Chriſtus Dominus Mariam lacrymis pedes eius lauantem, dum videret, delectatus omninò eo obiecto, vocauit Simonem, vt in pulchritudinem mulieris ſic plorantis, oculos conuerteret. *Vides hanc mulierem?* Vides nouam pulchritudinem veteri, ac profana lacrymis prorſus deleta. Vnde Chryſoſtomus de lacrymis Dauid peccatum ſuum deflentis, quid oculis illis, inquit, formoſius? perpetuo lacrymarum imbre, & quaſi margaritarum decore ornatis, ſimilia habet alibi, & in Epiſtolam ad Coloſs. multa de lacrymarum pulchritudine diſſerit, faciem formoſam exhibent, venuſtam nobis illã faciunt, nihil iucundius oculis illacrymantibus; ſed de hoc argumento, quod lacrymæ pro rebus

Lacrymę in abluendis peccatis debent impendi alioquin nullius momenti apud Deum.

Auguſt. ſerm. 10. de paſs. alias ſerm. 30.

Ioan. 20.

Luc. 7.

Chryſoſt. homil. 30. in Geneſ.

Homil. de Dauide, & Paulo.

Paez in epiſt. Iacobi c. 4. v. 9. §. 2. & ſeq. bus temporalibus non ſunt expendēdæ, ſed aut pro peccato cōmiſſo, vel pro Paradiſo, multa reperies, & eleganter, & lepidè dicta, apud Baldaſſarrum Paez, & apud Frāciſcum Mendozza, quæ diligenti lectori videnda, relinquo.

In lib. 1. reg. cap. 1. num. 11. annot. 12. ſectio 3.

12 Illud ego ad idem confirmādum adducam, quod ſancti, qui cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto, poſtulent quandoque aliquas huius vitæ inducias ſibi concedi, non riſui, non voluptati, ſed mœrori, ſed lacrymis pro peccatis commiſſis effundendis, iuxtà illud Iob, *Nunquid non paucitas dierum finietur breui, dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum.* Conſonāt huic dicto sāctorum geſta, illud ſcilicet quod in vitis Patrum habetur exemplum, vbi legimus Patrem quendam ſanctum eremtam nomine Syſoſys, qui morti vicinus, Angeloſque videns, qui ad eius animam deferendam venerant, ſic eos fuit alloquutus, ſinite me adhuc viuere, vt adhuc pœnitentiam agam, cui alij monachi aſtantes dixerunt, nōnè ſatis pœnituiſti pater; minimè inquit, imò nec pœnitentiam inchoaſſe videor mihi, & quidem longo iam tempore in eremo degens, magnis pœnitentiæ fructibus abundabat, cum tamen innocētiſſimè vixiſſet. ò virum ineffabilem, & beato Martyri Stefano quodammodo præferendum, nam ille quamuis fortiter ſuſtinuerit lapides, & illorum ictus exceperit alacriter, vt de ipſo canit Eccleſia; *Lapides torrentis illi dulces fuerunt.* In certamine tamē poſitus, ſuſpirabat præmium; properabat ad coronam; videns enim. *Cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei*, illa protulit verba, *Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum*, nonnè illuſtrior fuiſſet triūphus, & fortitudo ſublimior ſi inter tormenta, ita Iudicem interpellaſſet, ſit mihi Domine adhuc clauſum Cœlum, differ reddere coronam proroga inter has perſecutiones vitam, vt cruciatus ſit vehementior, & pœna productior, potius pro te in terris patiar, quam cum te in Cœlis regnabo? hoc re ipſa præſtitit nunquam ſatis admirādus Syſoys nam cum morti proximus adaſtantes vidiſſet Angelos, illoſque accurriſſe, vt illum tam exoptabilem nuntiarent nuntium, quod patefactæ ipſi eſſet Ianuæ Cœli, quod ſtatim à morte intraturus eſſet in gaudium Domini ſui, quod ipſorum partes venerant expleturi, ſuſcipiēdi animam eius, offerendique eam cōſpectui Altiſſimi, Sanctorum Angelorum munus; vt promeritas acciperet coronas, poſſeſſionemque Regni, ſuis laboribus parati, iam à conſtitutione mundi, ipſe tamen inter Cęli gaudia, beatorum tripudia, in ſolam ſuſpirabat aſperitatem pœnitentiæ, ſinite me adhuc viuere, vt adhuc pœnitentiam agam, cauſatus illius habere neceſſitatem, cum in ſumma vitæ innocentia plus ſatis illa exuberaret, quid plura? tantam ſentiebat voluptatem ex prorogatione pœnitentiæ, vt ægre ferret ipſam interrumpi, etiam Paradiſi delitijs.

Iob c. 10.

Singulare exemplum ad eandem doctrinam confirmandam.

Syſoys Stephano cōparatur, & quodāmodo præfertur.

Contremiſcat peccator, qui plurimis culpis irretitus, vix nomen pœnitentiæ noſcens, diminuta confeſſione contētus, nullos vſque modo pœnitentiæ habens fructus, ſic imparatus, præceps ruit ad interitum, non ſic beatus ille Syſoys, non ſic Iſaias, quādo peccatores inclamat dicens. *Lauamini, mundi eſtote auferte malum cogitationum veſtrarum, diſcite benefacere*, non ait ſolum. *Lauamini*, per pœnitentiam, vel per confeſſionis Sacramētum, ſed mundi eſtote, perſeuerantiam ſuadet munditiæ, diſcite benefacere; hoc eſt bonis operibus poſt confeſſionem rite factam, inſudate, facite fructus 13

Iſai. cap. 1.

Perſeuerantia in pœnitentia.

ctus dignos pœnitētiæ; nam his itineribus itur ad vitam; & Sanctus Dauid monitum dat, & exemplum perſeuerantis pœnitentiæ, dum inquit, *Laboraui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meum lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* Nota, laboraui in gemitu, quia laborioſam non ſuperficietenus, vt multi, pœnitentiam fecit, in laborādi enim verbo Gregorius, & Remigius, ſtudioſam diligentiam obſeruāt, quaſi contēderet, vt exprimeret gemitus, & ſuſpiria. Innocentius diuturnum, & cōtinuum gemitū interpretatur, Satis pœnitentiæ perſeuerātiam exprimunt illa verba. *Per ſingulas noctes*, nam quamuis noctes dicat, ad indicandam noctem, qua patrauit adulterium (quamquam quis ſcit an de die?) vel vt clam ceteris, largius fleret. Adde quod hoc tempus, vt præ alijs monet Ambroſius, ad id eſt opportunum, propter quietem, & ſolitudinem; & ad partem pœnitentiæ facit, de ſomno ſibi detrahere. Addit (*ſingulas*) vt pœnitudinis exprimeret perſeuerantiam, hoc eſt non ſemel, ſed iterum, atque iterum, ac ſemper ago pœnitentiam, ita, vt nullo tempore, licet quieti ac ſomno dedito, vacem à gemitu, & lacrymis, & tamen vnam flebat culpam adulterij, cuius veniam erat adeptus, audieratque à Nathan, translatum, ac dimiſſum eſſe peccatum.

Pſal. 6.

Pœnitētia Dauid.

Ambroſius de pœnit. cap. 11.

14 Quid dicam de Petro; qui vnam negationis culpam, ita aſſiduè flebat, vt oculi eius, teſte Nicephoro, eſſent ſanguinei, & in recognitionibus Clementis eſt, quoties audiret galli cantum erupiſſe in lacrymas, ac pannum quo oculos extergeret, manu continenter geſtaſſe. Vrgent hæc exempla ſæpè hæc audientes, ridentes tamen, nec non delicatos, & alias occupationes prætendentes, peccatores præſertim, qui quotidie peccant, nec ſemel perfectè pœnitere curant. Quam ſanum, quamque ſalutare conſilium quamdiu vixerimus ſub pœnitentiæ militare vexillo, lacrymas contritionem vſque ad vitæ exitum, indiuiduas habere comites, & ab illis nūquam ceſſare; donec Iudex præmia veniēs redditurus, lugentibus, illas abſtergat ab oculis noſtris, iuxtà id quod ſcriptum eſt. *Abſterget Deus omnes lacrymam ab oculis eorum*, ſic enim venenatis, iuxtà illud Medicorum Aphoriſma, non modo celerem, ſed etiam, aſſiduā adhibebimus medicinam, nec verebimur, vt noſtra pœnitentia, veluti in mortis tempus reiecta, vt ficta, & vt mortua reijciatur.

lib. 2. c. 37.

Pœnitētia Petri.

Apoc. 21.

FINIS.

AΦ1 1053685

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google